

Nicolai Perotti Cornucopiae, siue Commentariorum linguae  
Latinae ad illustres. Principem Federicum Urbini  
Ducem, & Ecclesiasticae exercitus Im-  
peratorem inuictus. Liber primus.

Est in inges Comentarium, in primis Epigramatum librum Martialis tm.

DE AMPHITHEATRO EPIGRAM-  
MA PRIMVM.

**B**ARBARA Pyramidum. Blanditur Domitiano, quod amphitheatrum eius praeclarum totius orbis aedificia operis magnitudine superet. Barbara, Fera, in culta moribus. Barbari ab initio dicti sunt fictio nomine, qui dure, atque aspere loquebantur. quem admodum Blasphos etiam Balbosque dicimus, qui lingua ipediti sunt. unde Balbutire est cum quadam linguae confusione trepidare. Cicero, me quidem auctore etiam peripatetici, ueteresque Acaedemici Balbutire aliquando desinant. Metellum pontificem adeo impeditae, ac balbutientis linguae fuisse tradunt, ut multis mensibus fatigatus, tortusque fuerit, dum meditatur in dedicatione ad epifere dicere. sinusque ppe (ut Strabo inquit) ad confingenda cognata rebus uocabula ingeniosi, quae sunt murmur, clangor, strepitus, crepitus, et similia, sed quae admodum ex his multam iam proprie proferuntur, ut hoc uocabulum Barbarus, quamuis a principio eum tantum significaret, qui crasse loquebatur, nunc tamen ad eos omnes translatus est, qui non sine graeci, aut latini, quod in uitiores linguam habeant, ac magis cultam, quam etiam inter hos, si quis non recte proferat, barbatae loqui dicitur. unde fit Barbarissimus, qui definitur una pars orationis enuntiatione, uel scripto corrupta, et a poetis Metaplastus uocatur. differtque a Solocismo, quod ab Asinio Capitone definitur impar, et inconueniens compositura partium orationis: a nostris imparitas: a uetustioribus latinis stribligo dicebatur a uersura, et prauitate tortuosa orationis, tanquam stribligo quaedam, siquidem σπιλάσ apud graecos torqueo, ac de prauo significat. unde et striblitae appellata est, quod in circuitu ad res modum torqueretur, hoc solum differens a placenta, quod sine melle coquebatur, et feruentissima edi solebat. Martialis, arcumata diu mensis striblitae secundis, urebat nimio saeu calore manus. Plautus, dum ludi sunt in popinam pedisse qui irruptionem facit. nunc, dum occasio est, nunc, dum striblitae aestuant, occurrunt ueteres et latini, et graeci non solocismum, Barbarissimumque dixerunt, sed βαρβαρον σολοικιστον, hoc est Barbarum, ac solocismum. soloci autem nomen a Solone deductum Laertius Diogenes testatur, qui cum in Cilicia urbem a suo nomine Soloe condidisset, pauca Atheniensibus, quos in ea reliquit, non multo interiecto tempore, corrupto patrio sermone inconuenienti partium structura loqui coeperunt. quapropter qui eo uicio aliquando uterentur dicti sunt σολοικισται hoc est solocissare. a poetis solocissimus pro errore metaphoricè capitur. Iuuen. solocissimum licet fecisse marito. Martialis. saepe solocissimum mentula nostra facit. maiores nostri non Barbare, sed rustice loqui dicebant. quapropter Barbarissimum uocabulo nemo ante Augusti aetate usus fuit. graeci a principio omnes homines, se solis exceptis, Barbaros dici uoluerunt. per metaphora quoque barbari dicuntur illiterati. malis moribus. ferocruales. a Barbaro fit Barbaricus eiusdem penes significatio nis. a puleius, feris, ac barbaricis moribus. et barbaries. in ciuitas. incultus. feritas. et Barbaricum neutro genere. clamor exercitus, quod eo uociferandi genere barbari utantur. stulte quidam barbâ hinc deductam putant, quod eâ barbari pra-

longam ferre consueuerunt. Barba enim primogenium nomen est, et tam de hominibus, quam de brutis, atque etiam inanimatis utroque numero dicitur, nam quod scribit Seruius, barbam hominum, barbas brutorum esse, falsum est. Plyn. hircorum si mulceatur barba, mitior est. eadem praecisa non abire eos tradunt in alienum gregem. idem, pisces, qui nulli dicuntur barba gemina insiguntur inferiori labro. idem trago pogus dicitur, quod barbula habeat ad hircinae barbae similitudinem. haec herba est, quam in acetarijs utimur, uulgo barbam Petrae appellant. in Gallia transpadana barbula hircina dicitur ad graecorum similitudinem τράγος quippe hircus est, τράγος barba. Alij hanc Comen uocant a comae similitudine, quod folia in circuitum spargat, alij scandicem. unde per iocum Aristophanes Euripidi poetae obiecit, quod mater eius ne olus quidem legitimum uenditisset, sed scandicem. a barba barbatus dicitur, et contrarium eius imberbis. barbatus quoque non a barbaro deducitur, sicut barbarum, hoc est peregrinum uocabulum sit. si significat autem maiorem lyram organo similem sono. quidam latorem partem lyrae esse existimant, et tam foeminino genere, quam neutro reperitur. Ouidius, non facit ad lacrymas barbatus ulla meas. Horatius. age dic latine barbatae carmen. idem lesboum refugit tendere barbiton. Memphis. Ordo est. barbara Memphis sileat miracula Pyramidum. Memphis agyptiorum regum est ab Ogdo regge aedificata, cuius filia Memphis ei nomen dedit, cum qua Nilus concubuit sub imagine tauri. ab hoc fit memphiticus adiectiuum. Martialis. dat chartis agiles calamos memphitica tellus. et memphitis. Ogdois autem prius cognominatus est Vohereus, ut Diodorus Siculus testatur. Sileat. taceat, non amplius laudet. silere taceere est, fictum uerbum ab s littera, quae nota silentij est. unde in ludis literarijs, publicisque conuentionibus, dum uolunt silentium indicere, s litteram quasi sibilando pronuntiant, a quo sibilum quidam deductum existimant. et sibilare, quod ueteres etiam sifilare dixerunt, et est antumeliosa significatio uocis, unde exsibilare, siue exsifilare aliquem dicuntur, dum populari, et tumultuaria sibilatioe eum expellimus sicut ex plodere, dum eum fugimus cum plausu. Cicero. histrio si Paulum se moueat extra numerum, aut si uersus pronuntiat, est una syllaba breuior, aut longior, exhibatur, atque ex ploditur, quod in literarijs ludis hac tempestate frequētissime fieri uidemus. quidam siphilare a graeco deductum putant. graeci enim σιφλον contumeliam nominant, et quam nos dicimus exhibitionem. et σιφλον, ut dicunt ex plodere, atque deridere. equidem factitia haec uocabula esse arbitror. nam plaudere, siue plodere est manibus pulsare, et strepitum facere, quod uel laetitia, uel derisionis causa fieri solet, a quo ex plodere est non simpliciter eijcere, sed manibus cum sono pulsantibus e domo. schola. teatro, aut alio conuentu eijcere. Cicero, quando Pyrrhonis. Aristonis. Erilli iam pridem ex plota sententia est. ueteres solum uocabant callidum, et acutum. a sileo silentium deriuatur, quod taciturnitatem significat. unde silentium noctis, pro nocte intempesta ponitur, quam alij concisium, alij anticinium nuncupant, et silentia loca, in quibus siletur, et silex secundum quosdam, quod saxi genus est, quia silentem intra se ignem habeat, qui attritus, aut percussus excitatur. silecem tenere in manu solebant iuraturi per Iouem haec uerba dicentes, si sciens fallo, qui me despicat salua urbe, atque is me eijciat, ubi hunc ego lapidem. ab hoc silecem dicitur, quicquid ex silece est. Virgil. spem gregis haec silece in nuda conuixa reliquit, et silecernium de cuius significatione diuersi diuersa sentiunt.

Pompeius genus farcinis esse scribit, quo familia a fletu in luctu purgabatur. dictum silecernium, quia cuius nomine in shtuebatur ea res, is iam silentium cerneret. Caecilius, credidi

In Amphitheatro Casaris  
Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis.  
Assiduis taceat nec Babilona labor,  
Nec Truiae templo molles laudetur honores,  
Dissimuletque deum coramibus anu frequens.

Aere nec uacuo pendentia mausolea  
Laudibus immodicis Cores i astra ferunt.  
Omnis casarum cedat labor amphitheatro  
Vnu pro cunctis fama loquatur opus.



me silicernium eius esse e surum. Donatus, silicernium iquit coe  
na est, quae inferius Dijs manibus, uel qd eam silentes cernant  
umbrae, uel quod, qui haec i ferunt, cernant, neq; degustent. na  
de ijs, quae libantur inferis, quisquis ederet, aut biberit, fure  
statur. hinc Terentius in adelphis appellat senem silicernium,  
qui iam iam silentibus umbris cernendus sit. alij silicerniu no  
men fictum a Terentio existimauerunt, pro sene, quod incuruita  
te silices spectet, qui recte sentiunt, silicernium affirmant fure  
bre conuiuium esse, qd apud ueteres exhiberi senibus solebat.  
dictum, quod cum silentio edentes cernerentur, uel propter de  
finita memoriam, uel quod cogitarent se mox illum se cuturos,  
qua propter abeuntes e conuiuio ueluti se amplius non uisuri,  
mutuo se salutabant. Varro, finus ex eanti laude ad sepulchru  
antiquo more silicernium conficimus, id est conuiuium, in quo  
pransi discendentes dicimus alijs alij uale. silicernium ergo Te  
rentius senem uocat, atq; decrepitem, hoc est dignum, uel cui si  
licernium fiat, uel qui ad silicernium uocetur. alibi capularem  
senem nominat, quasi mox capulo effereendum. Plautus ache  
rontium, acherontius senex uetus, decrepitem. quidam silatium  
quoq; a silendo dictum putant, sed falsum est. silatium enim a si  
li derivatur. sile autem herba est, quam alio nomine seselin uo  
cant, cuius uel radice, uel semine uinum condiebant, quod an  
te meridiem sumere mos erat. propterea silatium antiqui dixere,  
quod nunc ientaculum dicimus. nec a silendo silus deduci  
tur, nec silones, sed silus primogenium est, si gnificatq; nasum  
sursum uersum, et aduncum. unde galae quoq; a similitudi  
ne sile appellatae sunt, quae admodum sinus uocatur, qui pres  
sis est naribus, a quo simias quidam nominatas putant, et ma  
sculino genere simios, quamuis alij, quasi mimias dictas uel  
int, hoc est imitatrices. μιμῶνα enim apud graecos imitor  
est. et graeci σιμων simu dicunt, usurpatq; id uerbum fre  
quenter Hesiodus de Apibus. Virgilius capellas simas uocat. du  
tenera attondent simae uirgulta capellae. silones uero dicti sunt  
a silono quodam, quem hirsutus superalys fuisse tradunt, sunt  
autem silones, qui prominentia habent supercilia. siliqua quoq;  
primogenium uocabulum est. sunt haec folliculi leguminum.  
Virg. grandior ut foetus siliquis fallacibus esset. item fructus  
arboris, quam graeci Cerauniam, quidam ficum aegyptiam  
nominant, et arbor ipsa siliqua appellatur praedulis est, et  
cortex ipse madatur. digitorum hominis longitudinem habent,  
latitudinem uero pollicitem, et nonnunquam salcatae sunt. a si  
liqua fit siliquior uerbum, quod est siliquas facio. Plyn. inter om  
nines autem constat nihil esse utilius lupini segete, priusquam si  
liquetur, aratro, uel bidentibus uersa. non defuerunt etia, qui  
silentium a Graecis sumptum existimauerint, quibusdam lite  
ris commutatis, hi enim σιων silentium dicunt, et σιωω si  
leo. unde Sigeum troiae promontorium appellatum est propter  
herculis taciturnitatem. hic enim, quia prohibitus hospitio fue  
rat, simulauit abscissum, moxq; per silentium aduersus troiam  
ueniens eam cepit. MIRACULA PYRAMIDVM. Admi  
ratione, ac stupore dignas pyramides propter earum salicet  
magnitudinem. tam alte enim quaedam fuisse in aegypto tra  
duntur, ut magna omnium admiratio fuerit, qua ratione in ta  
tam altitudine subiecta sint cimenta. unam ex ijs, quae ex ara  
bicis lapideis constabat a trecentis sexaginta hominum mil  
libus annorum uiginti spacio constructam prodiderunt, et in  
raphano, allium, et cepas, quibus operarij uescerentur, mille  
octingenta talenta erogata. neq; aliam aedificandarum pyra  
midu rationem fuisse, qua regum aegypti in erogandis pecu  
nijs stultam ostentationem, siue ne pecuniam successoribus re  
linquendo insidiandi sibi causam praerberent, seu ne plebs esset  
ociosa. tres autem inter aegyptum, et Deltam pyramides fuisse

constat, quarum duae inter septem orbis spectacula numeran  
tur. tertia minor est, licet impensa maior. medietas inferior ex  
nigro lapide constat, quo mortaria fiunt. haec dicitur meretri  
cis sepulchrum fuisse ab amantibus factum, quia Sappho dori  
cam uolat fratris sui Caraxi amantem, dum e Lesbio uinum ad  
Naucratem comportaret. alij Rhodope nominant, cuius, cum  
lauaretur, alterum calcem aquila rapuit, et in gremium re  
gis iura. Memphi dantis dimisit. rex admiratus, perquiri mu  
lierem iussit, inuentam duxit uxorem. de functae postea aedifi  
cata pyramis fuit. pyramides sunt moles maximae ita constru  
ctae, ut e lato in acutum tendant, quales Romae adhuc extant  
duae iam uetustate fatiscantes. dicitur uel quod flamarum simili  
tudinem habent. Graeci enim πυρ ignem uocant, uel a lapi  
de pyropaeolo, ex quo saepe aedificabantur. hic et thebaeus  
uocatur ab ignea quadam uarietate pyropaeolos dictus, a gra  
ecis enim πυρ ignis dicitur πυρῶλος uariis. pyramidem no  
stri metam uocant, quod termini agrorum, qui a metiendo hoc  
est mensurando metrae dicuntur, forma pyramidum aedificari  
solent, atq; ea figura pyramidalis uocatur. quibus Paulus iu  
risconsultus metam esse dicit partem molis inferiorem, et catil  
lum superiorem. differunt pyramides ab obeliscis, quod hi tra  
bes sunt lapideae longe pyramidibus minores, solis numini sa  
crati, propter quod ad radiorum similitudinem fiebant. apud  
Aegyptios nomen habent a radio. et plane talis est radij for  
ma, dum per fenestram intrat. graeci a ueru similitudine ei no  
men imposituere, apud quos ὀβελος ueru est, atq; eius dimini  
tuum est ὀβελίονος. ueru a nostris a uersando deducitur,  
ut Varro affirmat, si gnificatq; non modo instrumentum, quo  
cibi assantur, sed etiam telum a eius similitudinem factum.  
Vir. et terei pugnant mucrone, ueruiq; sabello. unde uerui  
pula dicitur, quae uerua habent praefixa, et ueruculum ab  
eo deducitur, quasi paruus ueru instrumentum est, quo fabri  
e ferro utuntur. Plyn. spuma ex argento sublata ueruculis fer  
reis, atq; in ipsa flamma conuoluitur ueruculo, ut sit modica po  
deris. a πυρ etia graeca uoce et igne si gnificante pyraeus deduci  
tur, sic enim uocatus est Aetheniensium portus ab aduentantiu  
peregrinorum multitudine semper feruens, uel a pyraeo pro  
montorio (ut quidam sentiunt) quod radijs solis exurit. et  
pyralis uermis in igne uiuens, de quo inferius dicemus. et Py  
ranus propriu nomen, adolescens memphiticus fuit, qui Thy  
sbes amore ardens seipsum interemit. item est hoc nomine flu  
men in star Nili linuum deferens, quod magnam Ciliciae partem  
adiat, de quo extat illud oraculum, Tunc erit undisonus late  
cum Pyranus olim littora persudens Cyprum laborum in al  
mam in medijs quippe Catoniae campis nauigabilis defertur,  
et per angustas tauri in Ciliciam elabens ad oppositum huius,  
et Cypro transitum erumpit, et Pyrene mons Hispaniae a cre  
bris fulminum ignibus, unde pyreneus deducitur, quippe py  
renei montes uocantur, qui in Hispania a pyrene orium ha  
bentes in galliam protenduntur usq; ad alpes. item pyreneus  
proprium nomen, et Pyrodes Cilicis filius, qui primus e silice  
excussisse ignem dicitur, quem admodum asseruasse in ferula  
Prometheus, et Pyrodes nomen unius ex solis equis, quasi ar  
dens, quem admodum alius Aethon uocatus est ἀπὸ τοῦ αἵματος  
cremo. Alius phlegon πῦρ τοῦ φλῆγος ardeo, nam alius a lu  
mine eous appellatus est, qd mane assurgens orbem illuminet.  
eos enim graece lux est, unde εὐσπῶρος lucifer dicitur, pro  
quo nos eoum dicimus, et pyrgus turris, quod fulguris igni  
bus ferri turres consueuerunt, a cuius similitudine pyrgus et  
am uasis genus dicitur, quo iactari tali consueuerunt. latine tur  
ricula dicitur, de qua Martialis, quae erit compositos manus im  
proba mittere talos, si p me misit, nil nisi uota facit. a pyrgus, qui



navim significat, pyrgum dictū est nobilissimum Thuscie ca-  
 stellum eo tempore, quo Tyrrheni piraticam exercebant. si qui-  
 dem piratae dicuntur, qui maria latrocinij i sestant, unde ars  
 ipsa piratica appellatur, sumpto vocabulo ab eo, qui primus  
 hoc nomine mari infestus nauigantibus fuit, & Pyrgoteles pro-  
 prium nomen. ita enim uocatus est gemmarum sculptor nobil-  
 lissimus. quod Alexander Macedo edictum fecisse perhibetur,  
 ne imagines suae ab alio, quā a Pyrgotele sculperentur, & py-  
 rites lapis, quod plurimum illi ignis sit, hunc nos ignarium di-  
 camus, quidam etiam uinum uocant. ex ploratoribus castrorum  
 maxime necessarius, quia clauo, uel altero lapide percussis scin-  
 tillas edit, quae sulfuratis, aut fungis aridis, uel folijs exceptae  
 dicto celerius ignem trahunt. quin et molaris lapis pyrites uo-  
 catur, quod in eo quoque ignis conspiciatur. est & alius pyrites  
 aris similitudine in Cypro reperiri solitus, & circa Aetnani  
 am, cuius usus in medicina non paruus est, & A pyrotus gem-  
 ma, de qua inferius dicemus, cui ignis non nocet. & pyretica  
 herba, quam uulgo nunc draconem uocant adurens linguam,  
 & mordicans tam folio, quā radice, gratissima in acetarijs,  
 ueruntamen nec salem, nec acetum exigens, cum utriusque sapo-  
 rem in se habeat. & pyra lignorum strues, in qua cremari  
 corpora solebant. & pyromantia, de qua inferius dicemus, &  
 (ut quidam putant) pirum, quod id genus pomi ad similitudi-  
 nem pyramidis ē lato in acutum tendat, flammæ similitudinē  
 reddens, quāuis non per ypsilon, sed per i nostrum scribi usus  
 obtinuerit, & pyrrhus rufus, a quo Pyrrhus proprium no-  
 men, de quo inferius dicemus. & pyretus febris ab incendio ap-  
 pellata, quemadmodum apud nos febris a feruore. & pyria  
 sit fomentum, quibus uocabulis medici nostri plerumque utuntur.  
 & pyrodes lapis, quem superius diximus pyritem appellari.  
 pyre etiam nucleus oliuae dicitur, quā facile ignem concipiat. et  
 pyros frumentum, & pyrolabes, forfex, quae ea, quae ignita sunt  
 capiat, sicut pyrobola malleus, quod ignita percussit. MIRA-  
 CVLA. Miraculum dicitur quicquid admirationem afferre  
 potest, quasi sit contra naturam, propter quod ueteres mira, &  
 miracula pro monstris, atque horrendis posuere. Plau-nimia me-  
 moras mira. Virgilius omnia commutat sese in miracula re-  
 rum. hinc Aetius. personas distortas, oribus deformes mu-  
 riones appellat, mirius quoque antiqui dixere pro magis mu-  
 rum. V arro nunquid hoc mirius? haec a uerbo miror de-  
 ducta sunt. mirari autem proprie est re aliqua, tanquam  
 noua, obstupesceri. Virgilius, Artificumque manus iter se, ope-  
 rumque laborem miratur. aliquando tamen mirari est cum uo-  
 luptate, & delectatione inueneri. idem, seu quis olympicae mi-  
 raturus praemia pugnae, pascat equos. sed cum dicimus me miror.  
 te miraris. se miratur, nunc mirari significat placere, & de se  
 magnifice sentire. Martia. qui se mirantur, in illos. ab hoc fit  
 compositum admiror, quod est aliquando stupore afficior. Cice-  
 ro. cum ob id uehementer admiratus in urbem rediissem. ali-  
 quando ueneror. Vir. ille operum custos, illum admirantur, et  
 omnes circumstant. ab hoc fit mirabile, & admirabile, quā ad-  
 miratione dignum est. & mirificum, & mirifice aduerbium,  
 & mirum immodum, hoc est in maiorem modum, & nimirum,  
 quod si significat certe. & admiratio pro stupore, & admi-  
 rabundus, hoc est plenus admiratione. ASSIDVVS IAC-  
 CTET NEC BABYLONA LABOR. Nullus ex-  
 tollat amplius moenia Babylonis, quod tanto labore aedificata  
 sint. Babylon Mesopotamiae urbs est chaldaeorum gentium ca-  
 pit, quae summam claritatem obtinuit in toto orbe, propter  
 quā reliqua pars Mesopotamiae, Assyriaeque Babylonia appel-  
 lata est. muri ambitum habet trecentorum, et octidaginta quinque  
 stadiorum, quorum altitudo pedes ducenti, latitudo quinquage-

20  
 30  
 40  
 50  
 60

ni in singulos pedes ternis digitis mensura ampliore, quā no-  
 stra. uia in moenibus ipsis tam lata, ut quadrigae sibi inuicem  
 occurrentes facile pertransire possent. quapropter inter septem  
 orbis spectacula numerantur. hanc urbem Semiramis condi-  
 dit, quā cum aliquando circa cultum corporis occupata dese-  
 disse intellexisset, soluta adhuc altera crinium parte ad eam re-  
 ciperandam cucurrit, nec prius decorem capillorum redegit  
 in ordinem, quam urbem in suā potestatem restitutam uidit,  
 tanta alioquin libidine, ut non modo filium, sed equū quoque  
 usque in coitum amauerit. quamlonge in hoc ab Othone diffe-  
 rens, qui cum Romanis omnium gentium fortissimus i peraret,  
 speculum in bello civili contra Vitellium deferebat, ut se dum  
 tolli signa iuberet, armatum, compumque intueretur. a Babylone  
 Babyloniū dicuntur, quae admodum a Calydone Calydoni-  
 item babilonicus adiectiuum, unde babilonica uestes dictae.  
 NEC & non. neque, & quod ab eo per apocopen factū est, nec  
 in copulatiuam, & negationem resoluuntur, id est in & non.  
 ut non facta hoc, neque facerem. sed si se quater enim, uel uero, sim-  
 plicis negationis um habet, ut nec enim id facerem. id est non  
 enim facerem. ponitur nec aliquādo pro etiam, Quint. per sol-  
 ui gratia non potest, nec malo patri. Cicero quidem hoc modo  
 dicendi non utitur, nec unquam, et, uel nec, pro etiam ponit, quā  
 ferē omnes posteriores fecere. ASSIDVVS. iugis. continuus ab  
 assideo uerbo, quod in ea re quam continue agimus, quasi con-  
 sedisse uideamur. unde assiduitas pro diligentia ponitur, & ē  
 contrario resides dicuntur se gnes, atque otiosi. aliquando assidu-  
 us, pro frequens capitur. Virg. assiduis ueniebat. assidui eti-  
 am dicebantur, qui locupletes erant, & facile, cum id tempus  
 postulabat, munera populo praestabant, & tunc ab assid hoc est  
 are dando dicuntur. item assiduos aliquando dictos inuenimus,  
 qui asse suo, hoc est sua pecunia, & sine stipendio militabant.  
 LABOR. Opera defatigatio in moenibus aedificandis. anti-  
 qui in nominatiuo labor dicebant. sicut arbor. honor. colos. ua-  
 pos. clamos, quae etiam apud probatissimos auctores frequen-  
 ter reperuntur, sicut ē contrario. Valesius, Fusiusque pro V ale-  
 rius, & Furius, & libesum pro liberum. ab hoc nomine labo-  
 re uerbum deriuatur, quod interdum est fatigat, & cum labo-  
 re ago. Seneca, iugiter fodiendo laborat. unde & laborare per  
 meta phoram capimus pro male habere, propter quod labora-  
 re febre. laborare podagra. laborare dolore dentium dicimus.  
 Plyn. succus eius podagra laborantibus prodest. interdum eni-  
 tor. conor. quod etiam eius compositum elaboro significat. Cice-  
 ro. nihil enim mihi ita elaborandum est, quā ut consilia no-  
 stra nemo intelligat, & aliud compositum eius illaboro, quod si-  
 gnificat labore uaco. unde inelaboratum, atque illaboratum de-  
 ducuntur, quae ita inter se differunt, quod inelaboratum dicitur,  
 quod non satis artificio ex cultum est. illaboratum uero, quā  
 sine labore uidetur factum. illud uitio dari solet, hoc laudi.  
 Quint. de Cicerone, cum interim haec omnia, quae uix singula  
 quisquam intentissima cura consequi possit, si uult illabora-  
 ta. et illa, qua nihil pulchrius auditu est, oratio praese fert tam  
 felicissimam facultatem. aliquando compono colo. Virg. arte  
 laborata uestes, id est compositae, & laboratum agrum cultū  
 appellamus. hinc laboriosus homo dicitur laboris sustinens. &  
 laboriosum opus difficile, & quod non sine labore perficiatur,  
 & laborinus campaniae nobilis campus, in quo adeo pinguis  
 terra est, ut stipulam tantae crassitudinis faciat, quod ea inco-  
 lae pro ligno utuntur. propterea dicitur laborinus, quod ignis  
 labor est in eo colendo. quippe solum habet arduum opere, dif-  
 ficile cultu, bonis suis (ut Plyn. inquit) penē acrius, quā uitis  
 quem pascat, affugit a grycolam. graeci phlegraem appel-  
 lant ἀρὸ τοῦ φλεγειν, quod est urere, atque inflammare,



quoniam ea terra praeliorum concitatrix fuit, dum ibi gigantum bellum exarsit. duo enim phlegrii campi sunt, alter in Graecia, ubi cum gigantibus à Ioue pugnatum est, alter in Cápania, in quo Hercules cum ijs praelium commisit. de quo Strabo fortunatus erat & campus nomine Phlegrius, in quo res à gigantibus gestas fabulæ divulgant, nullam aliã ob causam, ut credi fas est, quã quod terra ipsa sua apte natura praeliorum concitatrix est. de hoc campo sic scribit Plyn. quantum autem uniuersas terras campus Cápianus antecedit, tantum ipsum pars eius, quæ laboris uocatur. finiuntur laboris uia ab utroq; latere consulari, quæ à Putolis, et quæ à Cumis Capuam ducit. quidam laborem à labor dictum putant, quod non sine labore surgunt, quæ facile ceciderunt. Labare enim ruere est, & repente cadere. Virgilius labat ariete crebro lanua. à quo fit labasco. Terentius labascit uictus uno uerbo. et utrunq; primam syllabam correptam habet, reperiturq; etiam labasior. Varro, postquam uidi misericordia labasci mentem infirmam populi labor autem uerbum producit primam syllabam, & significat leniter, ac sensim descendendo. Cicero, non quasi unum ex hac urbe missum, sed quasi de caelo delapsum in hanc urbem intuentur. Labi etiam dicimus eos, qui in lubrico figentes uestigia in terram ruunt. unde lapsus aliquando pro ruina accipitur, & per translationem eos, qui uel à nimia infirmitate, uel im prudentia deliquerunt, lapsos nominamus. elabi quoq; est periculum fugere. nam quemadmodum anguis lubricus, & murena, et anguilla manu prehensa lapsu fugiunt, quod est à manu elabuntur, ita qui è medio periculo euadunt, elapsi dicuntur. Plau. quid? cum manifesto tenetur, anguilla est, elabitur. Virgilius Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites. Cicero per translationem, hic fratre suo censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est. hoc est accusatorum, ueluti presentium manus effugit. A labor deducitur lubricus, quasi lubricus est autem proprie lubricus, in quo quis insistere, & ingredi non potest, quin labatur. quales sunt herbae profusæ sanguine. marmora leuigata. glacies congelata. & huiusmodi. hinc per translationem lubricam adolescentiam uocamus, in qua qui sunt, facile labuntur. anguilla quoq; & murena, & similia lubrica dicuntur. & pes lubricus, quod in lubrico est, et oculi lubrici, quod in lubrico positi sunt, ita, ut non possint consistere. hinc lubrica (ut quidã existimant) appellati, de quibus inferius discrepamus. item ab eadem composita fiunt allabor, quo poetae uentur pro iuxta nauigo. Claudianus, siculis allabatur oris. item interlabor, id est inter aliquid labor. de labor, deorsum labor, elabor effugio, & eiusdem penè significationis. dilabor. prolabor idem ferè, quod labor, praelabor ante labor. illabor intra labor. collabor, uel labor, uel simul cum aliquo labor, à labor fit labilis, qui facile labitur, et labes, quæ modo maculam significat. Virg. hinc mihi prima mali labes, modo maculam, tractum ab oleo, aut alio liquore, quod in uestem lapsa eam foedent. hinc fit labefactare, & frequentatiuum eius labefactare, quæ significant interficere, maculare. Lassum quoque à labore dictum pleriq; existimant. si significat autem tam corpore, quam animo fatigatum, hoc est labore affectum, unde lassitudo pro defatigatione accipitur, & ea molestia, quam ex labore suscepimus. laxum uero à lato deducitur, proprieq; latum significat, & spatij maioris. Virgilius & primum laxos tenui de uimine Cyclos cernici subnecte. à quo laxo uerbum, dilato, remitto, & laxitas dilatatio. remissio. relaxatio. nam et relaxo ab eodem derivatur. Cicero. & admittenda hominum cuiusq; modi multitudo, adhibenda est cetera laxitatis. Et laxum aduerbium pro late. Martialis. & adhuc supererit centies tibi laxum. Aliquando tamen laxum significat

erat molle. remissum. languidum. Virgilius & premere, & laxas sciret dare iussus habenas. unde laxi rudentes, laxi funes dicuntur. hoc est languidi. semiconsumpti. & uela laxa quando uenti non flant. Allaxum fit prolixum. quasi porro laxum. quod longum, latumq; est. & aliquando superfluum. unde prolixam orationem prolixum iter. prolixia uerba dicimus. à quo prolixè aduerbium, longe, lateq; & prolixitas longitudo, quæ, et prolixitudo à ueteribus dicta est. Pacuuius, oro, in me ne flectas fandi prolixitudine. IACTET. Laudet, ex tollat. iactare proprie est frequenter iacere. Seneca, dum lapillos iactaret in puteum, ponitur & pro suo primogenio. Virgilius & dextra iactata recumbit in armo. per metaphorã autem aliquando iactare pro uoluerè accipimus. idem. atq; illum talis iactantem pectore curas, modo pro fatigare. concutere. uexare. affligere. idem iactatos equore toto Troas reliquias Danaum, atq; inuitis Achilli. Cicero. iactatur domi sue uir primarius, et homo honestissimus pro se quisq; manus afferret. ex quo apparet ridiculam esse differentiam, quam facit Seruius, cum iquit, iactantur in mari fluctibus. fatigantur in terris. cum Vir. ipse dicat, multum ille & terris iactatus, & alio. ab hoc fit iactura pro damno. & quoniam uerba, quæ uel inaniter, uel temere effunduntur, quodammodo iactari uidentur, factum est, ut iactare interdum sit inaniter loqui. Virgilius teli iactanti stridens Aquilone procella uelum aduersa ferit. modo temere laudare. ut hoc loco, & apud eundem Virgilium, quem iuxta sequitur iactantior Ancus. ab hoc iactantia derivatur, quæ est inanis de se, & stulta prædicatio. à Cicrone etiam iactatio dicitur, & definitur uoluptas gestans, & sese effrensus insolentius. iactanter aduerbium cum iactantia si significat, & similiter iactuose, quo usus est Cicero, cum sint multa iactuose dicta, & alibi nomine eius est usus. cum sint luminoso, & quasi iactuose partes duæ. iactabundus pro gloriabundo accipitur, & sese inaniter iactante. iacto à iaco deductum est, quod modo significat emitto. A pileus, multis in eum lapidibus iactus, à quo iaculum dicitur quicquid iaci in longum potest. & iaculo uerbum. Claudianus, latis iaculatus in aruis. & iaculatio pro iactu, & emissione, & iaculus serpentis genus, qui subit arbores, & quibus uel maxima uibrat. penetrat animal quodcumq; obuium fortuna fecerit. Lucanus, & natix uiolator aquæ. iaculiq; uolucres. & iaculamentum pro iaculatione. & quo A pileus uoluit, iaculanen. & iaculator, & iaculatrix. modo iacio significat pono. Cicero, in quo templo quistum in me fuit, iea fundamenta pacis. Virgilius omnis in hac certam regio iacit arte salutem. à iacio composita fiunt adiicio, quod est addo, adiungo, à quo grammatica adiectiua dixerunt, quæ substantiuis adiunguntur. dicimus autem adiicio huic rei, & adiicio ad hanc rem. circumiicio, circum aliquid iacio, inter iicio inter aliquid iacio. unde circumiecta in pedimentum dicimus, & interiectum tem pro hoc est interpositum. et apud grammaticos interiectio pars orationis, quæ in oratione interponitur. obijcio, oppono. unde obiectus opposito cuiuscumq; rei, ac etiam uerborum, dicitur. & obex quod proprie significat obiectum, siue obiectionem cuiuscumq; rei. Virgilius intra se uastu Proteus tegit obijce saxi. quapropter pessulum, seramq; hostiorum obices dicimus. philosophi neutro genere obiectum uocant, quicquid cerni potest, hoc est quicquid oculis obijciatur. obijcio etiam aliquando est repente ostendo. Claudianus, ex templo sese medij obiect in aruis. trajicio, quod interdum est transporto. Sallustius, iam omnem exercitum traiecerat. interdum transeo. Iustinius, postquam copia omnes annem traiecere. aliquando etiam utrunque coniunctum. Lilius, traiecit copias Iberum. Plautus, traiecit exercitum Ispaniam. traiecit



Etus & transitum si significat. est quando traicio pro extendo positum reperitur, Virg. & uolucrem traiecit sine columbam, quo tendunt ferrum malo suspendit ab alto. traiecitia pecunia (ut Modestinus affirmat) dicitur, quae trans mare uehitur. quod si eodem loco consumatur, nō est traiecitia. abijcio eiusdem ferē cum proijcio si significacionis, unde abiectus dicitur homo uilis, atq; contemptus. proiectus uero puer expositus, qui si educatur proiectus uocatur. porricio quasi porro, hoc est ualde iacio, quod uerbum solenne sacrificantibus erat. Veranius, exta porriciunt Dijs in altaria, aram ue, focum ue, eo ue, quo exta dari debebunt. Virgilius cū sacrificiū Dijs maris faceret. Dijs, quibus imperium est pelagi, quorum aequora curro uobis letus ego hoc candentem in littore taurum constituiam ante aras uoti reus, extaq; salfos porriciam in fluctus, & uina liquentia fundam. Plautus, nam si sacrificem summo Ioui, atq; in manibus exta teneam, ut porriciam. interea loci si thuri quid detur, potius rem diuinam deseram. porro interdum idem si significat, quod uero, & autem, quae ita collocantur frequenter, ut nunquam referatur, sed tantum sententiam à sententia distinguant. uerum hoc ab illis differt, quod illae nunquam in fronte sententiae collocantur. porro uero saepius. Quintilianus, porro qui consensum defendit, nō ab solutionem sceleris petit, sed licentiam per illa dicemus, qui uero, uel qui autem consensum defendit. interdum uero porro significat longe. ualde. certe. poste. a. ultra. ideo sepe non in principio sententiae, sed in medio inuenitur. Virgilius hinc maxima porro accipit Roma, & patrium seruaui honorē. id est poste a, uel post longum interuallum, estq; aduerbium temporis. deijcio, quod proprie est deorsum mitto. Virgilius toto genitrix, quae plurima caelo deiecit in terras. aliquādo ponitur pro depello. Cicero, si me adilitate deieciisset. aliquando pro auerto. idem, nec uero usquam, nec à republica deieciēbam oculos. hinc sunt deiectus, & deiectione si significacionis. eijcio proprie excludo. Virgilius necnon Tarquini eiectionem Porsema iubebat accipere. aliquando extendo. idem, eiectione; incumbit armis armis. eiectionem idem pro naufragio posuit. eiectionem litore egentem exepi. ab hoc fit eiectionem adiectiuum. Plautus, uelua eiectione partu melior, quā edito, eiectione uocatur illa, haec porcatia. proijcio abijcio, ut diximus. Cicero, quid, si eum ex urbe proieceris? aliquando porro iacio extendo porrigo. Virgilius, proiectaq; saxa Pachini, & alibi. proiecto dum pede leuopiat se pugnae. Sifenna. uetus, atq; ingens erat arbor ilex, quae circum proiectis ramis, maiorem partem loci summi tegebat. ab hoc fit proiectus quartae declinationis pro extensione, & porrectioe. Lucretius, qualibet immani proiectu corporis extet. iniicio intro iacio. Plautus, ante, quā in domum iniicias. uel in aliquid iacio. idem, iniiciam in eum manum. à quo manus iniectio dicitur. est autem manus iniectio non pulsatio, & uis facta iniuria, ut legulei nostri temporis accipiunt, sed uerbi dicitur rei nobis debita nulla iudicium auctoritate expectata. Quintil. patri in filium, patrono in libertum manus iniectio sit. Paulus, si Titius seruum uendit eadem lege, ut si Romae moratus esset manus iniicere liceret, emptor alij eadem lege uendit, & seruus fugit à secundo emptore, et Romae moratur, quae ro an sit manus iniectio, et cui? Virgilius iniicere manum parcae, hoc est traxerunt debitum sibi. subijcio modo subdo. suppono. idem, & rames costis subijciunt fragmenta. aliquādo subiugo. Cicero, tui sibi populis repente subiectis. unde subiectus Ennius pro subiectis posuit. ergo deum sublimis subiectus. humidus, unde oritur imber sonitus saeuo, & strepitu. aliquando etiam subijcio noue pro sursum iacio ponitur. Virgilius quantum uere nouo uiridis se subijcat. Anus. reijcio modo retro iacio, reuel

10

20

30

40

50

60

lo. Virgilius à flumine reijce capellas. modo refuto. abijcio. Apuleius, me uero tanquam inutilem reiecerunt. à quo reicalae dicitur sunt oues, aut aetate, aut morbo graues. Cato, & ut in grege opilio minus idoneas oues remouere solet, quas reicalas appellant. reijcio etiam honeste pro euomo ponitur. Plautus uini plusculum si à ieiuno sumatur, deinde reijciatur. inde reiectio & reiectus pro uomitu. idem, & uernatio utilis erit, si postq̄ sopita fuerit, statim reiectio sequatur. Celsus. & reiectus abi non erit inutilis, si raro fiat. amicio. induo circumijcio, à quo amictus. indutus. & amiculum uestimenti genus, quod instar pallij humeris circumijciatur. amicum uero utrus pediculum est, ex quo unum diffunditur. ueteres amicor usurpauere. Plautus. subnixus alis me inferam, atq; amicor gloriose. amites uero aucupales perticae dicuntur. conijcio interdū iacio. Virgilius, telumq; imbelles sine ictu comecat, interdū certo. A. Frā. noli matrem me praesente cum patre conijcere. aliquando ago. idem, causam conijcere hodie apud te uolo. ambon' adessit profuturos arbitror. nonnunquam abscondo. Plautus. conijce. condecela, ne quis uideat. plerūque subtiliter considero, & quasi futurum intueor, à quo fit coniecto, & coniector eiusdem si significacionis, & coniectus directio, quaedam rationis ad ueritatem, à quo dicta est coniectura. à quo apud rhetores status coniecturalis. unde etiam somniorum, atque omnium interpretum coniectores uocamus. & coniecturarium dicimus efficit, atque perfectum. Cicero, illud uero mihi met coniecturarium. MOLLES. Non duri, non solidi, atque constantes, quales sunt amphitheatri, quod duro marmore constat, et hoc inquit propter uirgineum simulachrum, ac scalam, & caetera arma menta lignea, quae comparatione lapidum, ex quibus aedificatum est amphitheatrum, mollia sunt. constat sane in templo Ephesiae Dianae, de quo loquitur tectū fuisse à cedrinis trabibus simulachrum uero Deae, uirgineum, multis additis forminibus ex quibus Nardus fluebat, ut medicatus humor aleret, contineretq; iuncturas. item scalis tectum scandi solutum uirte una cypria. Valuas uero fuisse ex cupresso, quae post quadringentos annos ita durabant, ut nouis similes uiderentur. huius templi architectus Ctesiphon traditur, incensum olim fuit ab Herostrato ea dumtaxat ratione, ut ob aliquod facinus nominaretur. rursusq; ornamentis à mulieribus collatis aedificatum. mollis proprie significat tenerum, & contrarium duri, à mouendo quasi mobilis, quod in quacunque parte facile trahi, ac moueri possit. Virgilius quid nemora aethiopiae molli carentia lana; idem, mollia luteola pingit uacinia calta. inde fit, quod cum homine iunctum, modo laudem si significat, modo uituperationem. laudem, ut molle ingenium, quod facile dicitur, facileq; insculpitur, uituperationem, ut mollis homo. id est effeminatus, non seuerus, non fortis, non animi constantis, resistensq; fortunae. per metaphoram uero quoniam ea, quae tenera sunt pro uoluntate nostra facile tractamus, & quocūq; libet ducimus, mollem aliquando pro domito ponimus. Virgilius belgat, uel molli melius feret esse da collo, uel pro facili. idem, iuuat ire iugis, qua nulla priorum castalium molli diuertitur orbita cliuo. uel pro maturo, idem, sunt nobis matia poma, castaneae molles, & pressi copia lactis, unde uina mollia dicuntur, id est defecata, & asperitate carentia, uel pro opportuno, ac tempestiuo. idem, sola uiri molles aditus, et tempora no ras, uel pro remisso, et contemnendo. idem, tua Maecenas haud mollia iussa, uel pro suauis, ac iucundo. idem, mollesq; sub arbore somni, uel pro placido. Cicero, & Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua mollebat. hinc fit mollicies, & mollior aduerbium, & mollio mollis, quod est placidum. & compositum ab eo emollio. & mollesco. & mollicio. & mollicio.



& molle facio, & mulceo. quod est delinio, quasi molliceo. unde demulceo. mulsum. aqua mulsa. & mulaber, de quibus inferius dicemus. & mollitudo pro mollitie. Cicero, lenitudo orationis, mollitudo corporis, & mollisca genus nucis à mollice ita appellata, de qua inferius dicemus, & malleus (ut quidam putant) fabrilis instrumentum vulgo nonum, vel quod res duras molliat, quasi molleus, vel quod ea, quæ dura sunt, molliuntur ad ignem, ut malleis flagellentur. à malleo fit diminutiuum malleolus, quod modo paruum malleum significat, modo nouellum palmitem vitis immatam prioris anni flagello cognominatum ab ipsius mallei similitudine, vel quod in ea parte, quæ decidit ex veteri sarmento prodians utrinque malleoli speciem præbet. vel quod (ut Plyn. ait) solebat capitulatus utrinque è duro surculus feri, coq; argumento malleolus etiam nunc uocatur. & mulier quasi mollior, & mollicina uestis à mollice. Nonius, mollicinam chiroditam, recinium. **HONORES.** Pulchritudines. honor enim proprie dicitur reuerentia, & dignitas, quæ quauis ex causa alicui exhibetur. Virgilius nec me tali dignor honore. Cicero, tu cum ea, quæ es à Senatu summo cum honore tuo consecutus. quoniam uero multa sunt, propter quæ exhibere honorem solentur, factum est, ut pro diuersitate subiectæ materiæ hoc uocabulum diuersa significat. hinc aliquando honorem pro pulchritudine ponimus, ut hoc loco, & apud Virgiliu, frigidus et syluis Aquilo decussit honorem. aliquando pro obseruantia, & cultu, idem, semper honore meo, semper celebrare donis. nonnunquam pro pudicitia. idem, et rapiti Ganymedis honores. modo pro hostia, idem, meritis aris madidabat honores. interdum pro premio. idem, ipsi præcipue de floribus addit honores. plerumque pro sepultura. idem, cernit ibi mactos, et mortis honore carentes. item pro sacrificio. idem, forte die solennem illo rex Arcas honorem amphitryoniade magno, diuisq; ferebat. Item pro dilectione, & amore. idem, per si quis amatæ tenget honos animum. honorem municipalem appellat Callistratus iuriconsul. reip. administrationem cum dignitatis gradu, siue cum sumptu, siue sine erogatione contingens. honori non cedere, est parem esse meritis accipientis in dandis muneribus. Virg. nec credit honori. testibusq; onerat donis. ab honore dictum è ius honorarium, ius prætoris. item honorarij ludi, quos & liberarios uocabant, & honoro uerbum, quod est colo, & ueneror, & honorum adiectiuum, sicut à cano canorum, & honorificum, quod est plenum honoris. unde fit honorifice aduerbium, & honorificentia nomen, & honestum, quod modo probum significat. à quo honestas, & honestudo deducuntur, & honeste aduerbium, & honestum substantiuum, quod uirtutem, & probitatem significat. definiturq; honestum est, quo atuetur, ne quid indecore, effæmnaute, libidinosè, turpiter fiat, cogitetur uel, et quamuis à nullo laudetur, est ipsa natura laudabile, modo pulchrum. unde inhonestum dicimus turpe. Terentius, illum ne obsecro inhonestum senem, & mulierem. **LAVDENTVR.** Celebrantur, extollantur. laudare enim aliquando est uerbis extollere. Virgilius laudato ingentia rura. aliquando nominare. Plau. id ut scias, Iouem supremum teste laudo Egeo. unde illaudatus dicitur, qui ne nominari quidem dignus est, hoc est illaudabilis, nec unquam nominandus. si. uti quondam à communi consilio Asiae decretum fuit, uti nomen eius, qui templum Dianæ, de quo hic poeta sentit, Ephesi incenderat, ne quis ullo tempore nominaret. Virgilius, quis aut Eurysthea durum, aut illaudati nescit Busyridis aras? & elaudare ueteres usurparunt pro eo, quod est plus, quam nominare. Varro, elaudat nomenq; eius milites repetit. quidam tamen illaudatum dictum putant, quod nihil faciat laude dignum. nam sicut omnis cul-

pæ priuatio inculpationem facit, inculpatus autem instar est absolutæ uirtutis, ita qui omni laude caret, illaudatus est, quod est finis extremæ malitiæ. nemo enim ita feris est moribus, quin aliquando faciat, aut dicat, quod laudari possit. unde antiquissimus ille uersus uice proverbij celebratus est. *πολλὰ κινῆσαι κινῆσθαι ἀνὴρ μάλα κείριον ἔστιν*, hoc est, sæpe etiam est olitor ualde opportuna locutus. à laudo deriuatur laus, quæ proprie uirtus est non aliunde proueniens, sed suis iuxta radicibus. Virgilius primam merui, qui laude coronam. & laudatio, quæ est ipsa laudantis oratio. interdum etiam laus pro laudatione ponitur, & laudatiuum genus apud rhetores, quod & demonstratiuum dicitur, & laudabile, quod laudari merito potest, & colluio compositum eiusdem cum suo simplicia significationis. quidam tamen non laudem à laudo, sed laudo à laude dictum uolunt, laudem autem appellatam ἀπὸ τοῦ λαοῦ, hoc est à populo, quod proprie laus sit uox populi de aliquo recta loquentis. **TEMPLO.** In templo templum hoc loco ædem sacram significat, frequenterq; in hunc sensum accipitur. proprie tamen templum est locus. uel in caelo notatus ab augure, uel in terra à tuendo, hoc est conspiciendo dictum, quod ex omni parte, uel ex quo omnis pars aspici possit. primo autem caelum ipsum dictum est templum, quia ipsum primo tuentur. Ennius, contremuit templum magnum Iouis altitonantis. eius quatuor partes dicuntur. sinistra ab oriente. dextra ab occasu. antica ad meridiem. postica ad septentrionem. in terris autem dictum templum, quod quibusdam conceptis uerbis ab augure finiebatur, unde ueri quancunque caeli partem commode possit. à quo contempro, siue contempro deducta sunt, pro conspiciendo, & diligenter inuicor. Ennius, contempla, & templum Cereris ad leuam aspice. ponitur etiam pro consydero. unde contemplatio pro consyderatione accipitur. unde contemplatiua uita, quæ contemplationi dedita est, differtq; ab actiua, & extempro aduerbium, quod significat continuo, siue (ut Varro inquit) quod omne templum debet continue septum esse, nec plus, quam unum introitum habere, siue quod post templum factum illico captantur auguria, seu quod augures statim uisis auspicijs, uel à templo caeli oculos auertebant, uel è templo terræ discedebant. ab hoc templo etiam alia loca septa, & unum tantum introitum habentia dicuntur templum capere, etiam si sacra non essent, quippe sacra hostilia templum erat, licet sacra non esset. deinde ædes quoque sacrae templa appellata sunt, unde & in caelo templa dicuntur, quasi deorum ædes. Ennius, magna templa caeli commissa stellis stelledididit, et in terra, idem. Scrupea saxa Baccihæpla propè a greduntur, & sub terra, idem. acherontia templa alta ora saluete infera. item templum uocatur tignum, quod in sacro edificio transuersum ponitur. accipitur etiam aliquando pro sepulchro. Virgilius præterea fuit in tectis de marmore templum coniugis antiqui. **TRIVIAE.** Dianæ, quæ nemorum, & sylvarum Dea erat, & uenationi indulgebat, propter quod mos uenatorum erat, prædæ partem huic Deæ offerre. Papinius, & diues prædæ tamen accipit omni exuias Diana tholo. Truia autem dicebatur, quæ triujs præesset, propter quæ tres facies habere fingebatur. Ouidius, ora uidet Hecates in tres uergentia partes, seruet ut iternas cõpita secti uias. Virgilius, tria uirginis ora Dianæ. intelligit autem templum Dianæ Ephesiae. Ephesus Lydiae urbs est. amara omni opus templum habuit Dianæ ducentis uiginti annis à tota Asia factum in solo palustri, ne terræ motus sentiret, rursum, ne tantæ molis fundamenta in lubrico parum firma essent, ea primo carbonibus, deinde lane uelleribus substruere. centum uiginti septem columnæ in hoc templo fuerunt à singulis regibus factæ,



bus facta, sexaginta pedum altitudine. inter quas triginta sex  
 cælate fuerunt miro artificio. Diana Iouis, & Latona fuit fi-  
 lia eodem partu edita cum Apolline, hanc perpetua uirgini-  
 tate insignem tradidere, quod spreto hominum consortio, syl-  
 uas coluerit uenationibus uacans. & paucarum uirgum com-  
 munitu contenta, arcum ferebat, & pharetram succincta sem-  
 per incedens, et coturnos induta. ob hanc causam sylvarum,  
 & nemorum Dea putabatur. hæc creditur luna esse dicta, quæ  
 noctu sola luceat. quasi lucens una. quæ propter & in palatio  
 nocturna uocabatur, quod ibi noctu templum eius lucret, siue  
 quod lumen à sole accipiat, propterea quod οὐρανὸν à græ-  
 cis uocatur, quod οὐρανὸν splendorem significat. æro de  
 super. Cicero, tum illa, quæ luce lucret aliena. Diana uero icari-  
 co appellata est, quod quasi diem noctu efficiat, uel quasi dua-  
 na, quod duobus temporibus die scilicet, nocteque appareat. ab  
 ea Dianus dicebatur locus ei Deæ consecratus. eadem & iuno  
 lucina appellatur. iuno à iuuando, lucina siue, quod partum  
 in lucem prodat. siue (ut Plinius sentit) quod oculis præsit, &  
 luci, siue à luo, quem Romæ in exilijs habebat. & Proser-  
 pina, uel quod græca uoce πρὸς πῶρον uocatur, uel à ser-  
 pendo. ueteres enim proserpere, & serpere dixerunt. Plau-  
 t. quasi proserpens bestia, serpere enim luna uidetur. dum modo  
 in dextram, modo in sinistram partem mouetur. propter quod  
 etiam omniuaga nuncupatur. & Dictynna, quod, cum Minoc  
 regem uim ei inferre uolentem fugeret, in mari sese præcipi-  
 tem fertur dedisse. cadauerque eius à piscatoribus inuentum, pro-  
 pter quod retibus, quæ græce δίκτυα dicuntur, nomen ei  
 impositum. cumque posthac pestilentia in creta insula orta fuisset,  
 habito responso, ut ædem Dianæ construerent, ædificatum  
 ei templum fuisse, Dianamque ipsam Dictynniam uocitatem, &  
 montem, in quo templum situm erat Dictynnium dictum, &  
 Delia, de qua inferius, & Heate, quod Proserpina uel centum  
 uictimis placaretur, ut instituit Menelaus, uel centum annos er-  
 rare faceret in sepulchro. græci enim ἑκατόν centum, à quo  
 hecatombe centum bouum sacrificium dicunt. & hecatom pylon  
 oppidum centum portarum. dicitur etiam Pergea à perge op-  
 pido pampiliæ, in quo templum habuit insigne. ideo autem  
 præesse parua creditur hæc Dea, quod factus aut septem, ut nõ  
 nunquam, aut plerumque nouem lunæ curibus, quos ἀπὸ  
 τοῦ μηνός. menses uocant maturescunt. DISSIMV-  
 LET QVE DEVM CORNIBVS ARA FRE-  
 QVENS. Apud Nasamonas Libyæ populos colebatur Iupi-  
 ter in forma arietis, in cuius templo erant aræ centum. Virgi-  
 lius, templa Iouis centum latis immania regnis. centum aras  
 posuit. de hoc templo loquitur nunc poeta. est ergo sensus, &  
 ara frequens non dissimulet deum cornibus, hoc est non iactet  
 se amplius magnificientia templi, in quo dissimulatur deus sub  
 specie arietis, hoc est ita colitur, ut dissimulato deo arietis ma-  
 gis ostendatur. QVE. & Vir. O terque, quaterque beati, ali-  
 quando pro quia accipitur. Cicero, non solum nobis nati su-  
 mus, ortusque nostri partem patriæ uendicant, partem amici. ali-  
 quando pro idest. Plaut. rudis est, nescitque quid expediat. non-  
 nunquam completina coniunctio est. Virgilius, Alcandrumque,  
 Haliumque, Hæmonaque, Pritaniumque, quandoque uenustatis du-  
 taxat gratia duplicatur, præsertim in rebus diuersis. idem,  
 egregiam uero laudem, & spolia ampla refertis, tuque, puerque  
 tuus. id est, rex hominumque, deumque. Sallustius, seque, nobisque  
 dignum est. est quædã significat etiam Apuleius. id ei, serioque lo-  
 quenti non crederem, hoc est etiam serio loquenti, quod in nec,  
 & neque similiter contingit. Quintilianus, per solui gratia non  
 potest nec malo patri, hoc est etiam malo patri. componitur cũ

quis. qui. quæ. quod, uel quid. & per se. ut quisque. quique,  
 quæque. quodque. quidque. & adiecta cum simul cum qui. quæ.  
 quod, ut quicumque. quæcumque. quodcumque. & præpositione abs.  
 ut absque, & cum aduerbio. ut neque, quod per apocopen dicitur  
 nec, & cum coniunctione, ut atque. quæ uero relatiuum cũ  
 diphthongo scribitur ad differentiam huius. quam legem &  
 ab eo deriuata seruant, ut quænam. quædam. quæpiam. quæ-  
 ro, & similia. quæro enim à quæ, & res compositum esse con-  
 stat, cum nihil aliud sit quære, quam quæ sit res aliqua in-  
 uestigare. ARA. Altare, locus, in quo Dijs sacrificia fiebāt,  
 hoc tamen inter altare, & aram interesse quidam existimant,  
 quod aræ superis, atque inferis Dijs constituebantur, altaria tā-  
 tum superis. Virgilius, En quatuor aras, ecce duas tibi Daphni,  
 duosque altaria Phœbo. ab altitudine altaria dicta, quod ueteres  
 Dijs superis in ædificijs à terra erectis sacrificia faciebant. Dijs  
 terrestribus in terra, dijs inferis in effossa terra. aræ uero di-  
 ctæ sunt quasi ansæ. Vasa enim erant, quæ tripodes diceban-  
 tur, propter quod Varro in libro rerum diuinarum scribit a-  
 ras primo ansas dictas, quod esset necessarium à sacrificanti-  
 bus eas teneri. ansis autem hoc est manubrij tenei uasa sole-  
 re manifestum est. quoniam ergo, qui immolabant non deos  
 modo uoce precabantur, sed etiam manibus aras apprehende-  
 bant, primo ansæ dictæ, deinde commutatione literarum aræ  
 uocari ceptæ, ut ualesius. Fusius. odos. colos. labos. Vapoc. cla-  
 mos. honos. ueteres dixerunt pro ualerius. ferius. color. labor.  
 uapor. clamor. honor. item maioribus. melioribus. laibus. fe-  
 sisy, pro melioribus. maioribus. laribus. ferijs. hinc Virgilius,  
 talibus orantem dictis, arasque tenentem. idem, tango aras me-  
 dios ignes, ac numina testor. erat tamen duntaxat ara, apud  
 quam nulla hostia cadebatur, sed tantum solennes preces ad-  
 hibebantur cloacis, Deli, ara est Apollinis πυρροπος, in  
 qua nullum animal sacrificatur, quam Pythagoram uelut in-  
 uiolatam adorauisse produnt. Cato, nutritrix hæc omnia facie-  
 bat in uerbis, ac rubis sine hostijs, ut Deli ad Apollinis geni-  
 tui aram. quidam tamen aras ab ardendo dictas existimant,  
 quod in ijs uictimæ adolerentur. ab hac ara nonnulli aræam  
 deductam existimant, quod sicut hæc ara pura est, ita aræ  
 in urbe siue in domo locatæ puræ sunt, idest sine ædificio, uel quæ  
 sicut aræ flammis, ita aræ solis ardore torrentur. & aræ ubi  
 segetes purgantur sine herbis, quamuis hanc quidam ab aridi-  
 tate uocatum putant, quod ex aruerit, nec possit quicquam ge-  
 nerare. Virgilius, aræ quam primum ingenti est æquanda  
 cylindro, & uertenda manu, & creta solidanda tenaci, ne su-  
 beant herbe, neu puluere uicta fatiscat. ab aræa diminutiuum  
 est areola. hara autem cum aspiratione stabulum est porco-  
 rum. Cicero, ex hara productæ non schola. nam ouium, bo-  
 um, aliorumque huiusmodi claustra, & receptacula mandræ  
 uocamus. Iuuenalis, & stantis conuitia mandræ eripiunt  
 somnum Druso. est etiam hara, si Seruio credimus, auis quæ-  
 dam auguralis, à qua haruspex, & hariolus sunt deducta.  
 ego uero nihil usquam de hac aue memini me legisse. neque  
 apud græcos Aristoteles, aut Theophrastus, neque apud nos  
 Plym. mentionem eius facit. itaque potius aruspex ab ara, hoc  
 est uictima, quæ ad aram ducatur inspicenda dictum existi-  
 mo. hariolum uero, quasi hariolum, sicut hanula, quasi fanu-  
 la, hoc est parua fana appellantur aspiratione, ut plerumque  
 fieri solet pro F litera posita. est enim hariolus, qui diuina  
 mente fatitur, quæ uentura sunt, neque mihi ratio Seruij obstare  
 uidetur, quod ara deorum primam syllabam productam ha-  
 bet, aruspex uero correptam, cum hoc in alijs plerisque uideamur  
 accidere, ut in curru, quod primam syllabam productam



habet, & curuli, quod habet primam breuem, atque alijs similibus. Arca etiam ab huius, de qua diximus, arcae similitudine uocatur morbus capitis cum profusio capillorum, de quo inferius dicemus. quoniam uero ariditatis mentionem fecimus, sciendum est, quod arca uerbum ab ara deducitur, in qua, quae Dijs immolabantur, torreri solebant. nã torrere, ac sicari est, siue torridum, ac sicum esse, à quo aridum sicum dicimus, & ariditatem siccitatem, & aride aduerbium, et compositiua, superlatiuaq; corum. Item diminutiua aridulum, & aridule. item arenam, de qua superius diximus, & (ut qui dam putant) araneã à nimia eius ariditate. item arista, quae proprie est prima spica pars. Virgilius tamen poetice pro frumento posuit, Chaoniam pingui glandem mutauit arista. aridum etiam per metaphoram aliquando pro eo ponimus, quod irrigari desierit. Plyn. nõ horti hyeme aridi seruantur. item pro nimio, siue horrifico, cum de sono loquimur, quod ea, quae arida sunt, cum frangi ceperint, nimium, atque horrificum sonum edunt. Virgilius, et aridus altis montibus audiri fragor. Veteres, aridum pro aridum dixerunt. Lucilius aridum, miserimum, atq; infelix lignum sambucum uocant. & aritudinem pro ariditate. Varro, frigus calore, atq; humore aritudinem miscet. item ab arca assum deducitur, hoc est ad ignem torrefactum. proprie enim assum dicitur, quod est sine pigmento saporis alicuius, quem admodum merum solum dicimus, unde assa uoce ueteres dixerunt sola uoce lingua tantummodo, aut uocis humanae non admixtis alijs musicis. Varro, in conuiuijs pueri modesti, ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, & assa uoce, & cum tubicane. Cato, melos autem in cantibus est bipartitum, unum, quod est in assa uoce, alterum, quod uocant organicum. item ab arca, arefco. exsiccor, & composita per arca. ex arca. sub arca. in arca eiusdem ferre cum arca significationis. item areficio, quod est exsiccato. & arefio, exsiccor. sunt qui non ab ara, sed per contrarium sensum à τὸ ὑπερβολῆς, quod significat irrigare, aridum de rinatum putent, quod minime sit irrigatum. & ab arido arca posita deductum, & similiter ardeo, quod quae arida sunt, facile ardeant. FREQUENS. Crebra. centum enim arae erant (ut supra diximus) in templo Iouis Ammonis, quem sub arietis specie colebant, quod hoc modo tradunt institutum, cum liber pater per desertam Libyae exercitum duceret, uniuersam Asia deuicta, & siti admodum laboraret, implorasse à patre auxilium dicitur. quo facto, apparuisse ei ex templo arietem quem dum fugientem sequitur, peruenisse illo duce ad fontem amoenissimum, quae propter desiderio potitum existimasse arietem illum fuisse Iouem, eiq; templum mirae magnitudinis in arena constituisse, & Deum uocasse Ammonem, hoc est Iouem arenarium. graeca enim ἄμμον arenam uocant, unde est frequens illud apud eos prouerbiu de his, qui frustra in re difficili laborant, ἄμμον μὴ πείσ, hoc est arenam mensuras. sunt qui dicunt lingua aegyptia Amnum Iouem dici, hinc corrupto nomine Ammonem uocatum. alij tradunt Ammonem dictum ab Amnone quodam pastore, qui primus illic templum aedificauit. frequens modo crebrum significat, siue de loco, siue de re animata dicitur, ut frequens mules, frequens Senatus. id est creber. copiosus. multus. item frequentes domus. frequentes arae. hoc est crebra. multa. modo quod ab alijs frequentatur, ut frequens locus, frequens templum, in quo multum conueniunt, & quod multi frequentant, frequentarium ueteres dixerunt pro frequentem. ab hoc fit frequento uerbum, & passiuum eius frequentor. frequentare est uel saepe adire, uel cum multis adire. frequentari uero uel saepe adiri, uel à mul-

tis adiri. hinc fit frequentatio, & frequentia pro conuentione, & concursu. & apud grammaticos frequentatiuum uerbum, quod aliquid frequenter fieri significat. Item frequenter aduerbium pro crebro, Et infrequens dicitur, uel parum frequentatum, & infrequens forum, id est, in quo pauca conueniunt, uel rarum, ut phanix infrequens auis, hoc est quae rara reperitur, ex quibus apparet falsum esse, quod scripsit Valla aliud significare frequens, cum loco adiungitur, aliud cum adiungitur personae. DISSIMULET. Fingit simulo, & dissimulo differunt. simulamus enim esse, quae non sunt. Cicero, simulabat se Romam rediturum, cum in Africam nauigaturus esset. dissimulamus ea non esse, quae sunt. Virgilius, dissimulare etiam sperasti perfide tantum posse nefas? A simulo fit simulas, hoc est odium, quod qui simulas exercent, inter se simulas loquuntur, quamuis alij simulas dicitur uelint à contrario, quia minime sunt simul. item simulas, simulas, et simulas, sicut à dissimulo dissimulas, dissimulas, & dissimulas. Sallustius. simulas, ac dissimulas. item à simulo fit insimulas, quod est crimen ingero, à quo in simulas falsi, aut ueri criminis insimulas. Terentius, si herum insimulas malicia male audies. & simulas uerbum, quod est odium, hoc est simulas exerco, & simulas, quod fit ficta imago alicuius. simulas enim principio ex desiderio mortuorum orta sunt, ut quae iam defecerant, uiuere uiderentur. simulas graece εἰποια, hoc est ironia dicitur frequens apud Latinos uocabulum, unde ironice loqui dicimus, cum aliquid quasi derisionis causa per contrarium effirmus. Virgilius, egregiam uero laudem, & spolia ampla refertis, niq; puerq; tuus, magnus, & memorabile nomen, una dolo diuum si foemina uicta duoru est. Horatius, optat ephippia bos piger, optat arare caballus. simulas autem à simul deductum est, quod est aduerbium congregandi. nihil enim aliud est simulas, quam ea, quae absunt simul esse ostendere. aliquando tamen simul geminata reperitur, & habet quasi eandem uim, quam cum, & tum, siue partim. Quint. simul ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei, simul ne uulgarem uiam ingressus alienis denum uestigijs insisterem. Virgilius obtulit simul ipse simul percussus Achaes. Cicero. pro simul posuit una. Una & id, quod factu, probabit, una & in hac causa profecto neminem praeposendum mihi esse existimabit. ab hoc eodem aduerbio fit semel, quasi una, non diuisim. nam qd semel fit, nullam recipit diuisionem. aliquando tamen semel pro cito usurpatur. Virgilius, qui nequid tale uideret, prociibus it moriens, & humum semel ore inuoluit. Et simulas, quasi simulas, unde ueteres simulas pro simulas usurparunt. Plautus, ex ossabo ego eum simulas, ut murenam coctis. iungitur autem simulas aliquando cum datiuo aliquando cum genitiuo cum datiuo, cum uel in forma, uel in aetate uel in fortuna, aut alijs huiusmodi rebus simulas est. Plynus effrige, ac lineamentis corporis patri simulas. Cum genitiuo quando paritas in alijs rebus est, ut puta in doctrina, in moribus, atq; alijs similibus. Cicero, ut aliquorum simulas in dicendo ualeamus esse. Quandoque tamen haec apud auctores confunduntur. A simulas fit simulas, quae apud ueteres etiam simulas dicebatur. Caecilius, uide quid ferat morum simulas, Et dissimulas, atque absimulas eiusdem significationis. & contrarium eius consimulas, & Dissimulas, & simulas, ac dissimulas aduerbia. Et simulas, quo ueteres pro simul utebantur. Plautus non ego cum uino simulas ebibi in peruium tuum. idem, ita tres simulas agendae sunt, quando unam ceperis. Et simulas uerbum, quod est simulas sum, iungiturq; cum accusatiuo. Martialis,







leius. quod pridem Plato affirmauerat. Eiusdem significatio-  
nis sunt iam pridem, quod ab eo fit, & dudum. iandudum.  
nuper. iandudum. omnia enim interdum de paruo tempore, in-  
terdum de longiori dicuntur. De paruo. ut si dicam, dudum  
intraui. nuper intraui. iandudum te expecto. iam pridem ue-  
ni. Boetius, hic autem, quod nuper diximus. Curtius, qui nu-  
per ab Alexandro missi erant. Cicero, quam multa de balne-  
is, quae nuper ille uendiderat. Ab hoc Nuperum deriuatur,  
quod si significat recens. nouum. Plautus, Recens captum homi-  
nem nuperum. nouitium. Et nuperime aduerbiu, quod si-  
gnificat recentissime, & nuperimus. recentissimus. Seneca,  
Iam pridem te expectantes ibi sederamus. De longiori Macro-  
bius, iandudum inquit haec questio ab Aristotele & praepo-  
sita est, & soluta. Plinius, somno uero, ac securitatibus ian-  
dudum hoc fuit, quod illa Helena ante abum ministravit.  
idem, quod maiores nostros iam pridem fecisse manifestum est.  
idem, Quod genus nuper, & patrum ferè nostrorum memo-  
ria inuentum est. Quod. si cum pridem, aut dudum, non, uel  
quàm uel ita addamus, si significat semper multo tempore ante.  
idem, medica, non pridem uenit in Italiam, idest non multo  
tempore ante. Cicero quàm pridem nomen Fânij detulisti. hoc  
est, quàm multo tempore ante. idem, nostra autem ciuitate non  
ita pridem dominatu regio liberata. idest non multo tempore  
ante. Plautus, quàm dudum è foro aduenisti domum, non ita  
dudum. Aliquando tamen iandudum, & iam pridem à poe-  
tis pro continuo ponuntur. Virgilius, iandudum sumite poe-  
nas. Lucanus, tollite iam pridem uictoria tollite signa. Et per  
dius tota die aliquid agens, sicut pernox tota nocte uigilans.  
& diæta caenaculum, i quo aestate caenatur ad umbram, hye-  
me ad solem, quod & caenatio dicitur, quàmuis aliqui à graeco  
deductum hoc nomen uelint. Varro ita appellat à existimat,  
quod i ea die edatur. In hortis ferè edificari solebat, licet atq;  
testatori diætam in hortis uxoris edificatam diruendam legere,  
si fieri id sine fundi detrimento possit, cum alioquin diru-  
endam domû testamento legere fas non esset. Ab hac diætâ diæ-  
tarij uocabantur, qui in aliena caenacula furandi gratia se di-  
rigebant, quos Valerianus scribit plus, quàm fiores esse punien-  
dos. itaq; aut ad tempus relegendos, aut in opus publicum dâ-  
dos, aut fustibus caedendos. Diætâ etiam diarium hoc est uni-  
us diei cibum si significat. Et apud graecos pro iudicio arbitro-  
rum accipitur, & pro loco, in quo arbitri conueniunt. Quia  
propter & ipsos arbitros graeci diætatis uocant. Et diarium  
à die deductum est, quod modo cibum unius diei significat  
(ut diximus) modo historiam, quae per singulos dies scribitur,  
& à graecis dicitur ἐπιμῆσις, hoc est ephemeris. Iuue-  
nalis, i cuius manibus ceu pinquua sicana tritas cernis Ephe-  
meridis. quemadmodum annales dicuntur, cum res gestae plu-  
rium annorum obseruato cuiusq; anni ordine componuntur.  
Nam historia utrunq; comprehendit, de finiturq; rerum gesta-  
rum expositio. Item meridies quae si medidies, hoc est medius  
dies dicitur, quod nunc mediam lucem si significat. Veteres eti-  
am de nocte meridiem dicebant, hoc est eam partem noctis,  
qua totius diei dimidium esset. Ab hoc fit meridianus, & po-  
meridianus, quod ad meridiem uel post meridiem pertinent.  
Quintilianus, pomeridianis scholis Aristoteles praecipere ar-  
tem oratoriam coepit. Et meridius, siue meridius uerbum. quod  
aliquando est meridianum cibum capio. Plautus, ientando,  
meridando, commessando, per graecando uitam ducere, hinc  
merenda dicta est abus, qui sumitur ante caenam. Aliquando  
capio meridianum somnum. Cornelius Celsus, lōgis diebus me-  
ridiari potius ante cibum utile est. Sin minus post, cum per

hyemem potius totis noctibus conuiescere. Suetonius de Cali-  
gula, gloriatusq; est ex pergefacta somno Cesonia quantum  
egisset, dum ea meridiaret. Idem de Nerone missos à Messa-  
lina uxore Claudij, qui eum meridiarem quasi britanica aem-  
lum strangularent. item à die æquidiale dicitur. Sic enim ue-  
teres dixerunt, quod nunc dicimus æquinoctiale, quia nox di-  
ei potius, quàm dies nocti adnumerari debet. Sic etiam æqui-  
dium, quod nunc æquinoctium. item à die diluculum, hoc est  
aurora, quod tum dies lucescere incipiat. Dies apud Romanos  
à media nocte incipiebat. Apud Athenienses ab occasu solis ad  
alium occasum. Apud Babylonios à solis ortu. Sumitur au-  
tem dies tribus modis. Vno cōtinet semel reuolutionem primi  
mobilis, quae fit horis. xxiiij. Alio modo dicitur dies ab ortu so-  
lis ad occasum. ille naturalis, hic artificialis nominatur. Ter-  
tio modo dicitur dies tempus interminatum. Virgilius. multa  
dies, uariisq; labor mutabilis. eui retulit in melius. & iuris-  
consulti. bima. trima. quadrima die pro tempore biennij. tri-  
ennij. quadriennij dicunt. & ad idem non uenit. idest praes-  
tuto tempore non uenit. Et in hac ultima si gnificatione fre-  
quentius est faeminini generis. Virgilius, iamq; dies infanda  
aderat. Ab eoq; fit diminutiuum Diecula pro paruo tempo-  
re. in masculino autem genere tempus determinatum pleriq;  
si significat, ut hesternus die ad te ueni. Nudius tertius, & nudius  
quartus à die dicta sunt, quasi nunc est dies tertius. nunc  
est quartus, semperq; de praeterito dicuntur. Dierecti quoq; à  
die uocati sunt cruxifixi, si Marcello credimus, quasi ad diem  
erecti. Varro, Apage in dierectam à domo nostra istam insa-  
nitatem. Pompeius tamen scribit dierectum diem per antiphra-  
sin apud ueteres uolentes si gnificare in alium diem. unde di-  
erecta aduerbialiter dicitur. Plautus, quin tu i dierecta cum  
sacula & cum porculis. Dierecta inquit quasi in malam di-  
em. Sunt etiam qui inducias à die dictas existimant, quasi in  
diem uti iam. Pactum enim induciarum huiusmodi est, ut in  
diem certum non pugnetur, nihilq; incommodi denur. Sed ex  
eo die postea uti omnia belli iura aguntur. itaq; ex ijs particu-  
lis inducias dictas, quasi in diem uti iam pugnetur. Alij non  
quasi in diem uti iam, sed inde uti iam appellatas inducias uo-  
lunt. nonnulli tamen inducias existimant dictas, quasi inuis,  
atq; introitus, quod induciae sint, cum hostes inter sese utrinq;  
ultra, citroq; alteri ad alteros impune, & sine pugna incunt.  
Varro inducias ita de finiuit. induciae sunt pax castrensis pau-  
corum dierum. Et alibi, induciae sunt belli feriae. Graeci si gnifi-  
cantius cessationem istam pugnae pacificam ἐπιμῆσις  
nominant, quasi manuum continentiam. item à dies diei pater  
dicitur Iupiter, quasi diei pater. Sicut Dionis appellatus  
est, quasi diem inuans, quod homines die, & luce quasi uita  
ipsa inuaret. unde Lucetium quoq; nominatum à ueteribus  
legimus. A principio Iouis appellatus est à inuando, postea  
adiuncto altero uocabulo, dicitur est Iupiter, quasi Iouis pater,  
sicut Neptunus pater, & Saturnus pater, & Ianus pater di-  
cere solemus, è contrario uero Veionem ueteres appellarunt  
deum, cui demptus esset, atq; detracta inuandi facultas. Nam  
deos quosdam, ut prodesse, celebrabant, quosdam, ne obef-  
sent, placabant. Ve autem particula modo auget, ut uehementis,  
ue grande, modo septinor̄ μωπιον, hoc est priuatius  
particula est, ut ueuans, uesanus. Veionis aedes Romae inter  
arcem, & capitolium erat, eius simulachrum sagittas te-  
nebat, quae sunt uidelicet paratae ad nocendum. Quia  
propter eum deum pleriq; Apollinem esse dixerunt, Ob  
hanc causam Virgilium tradit̄ numina leua in Georgicis de-  
precari, quod uis quaedam sit huiusmodi deorum in laedendo



magis, quam in iudicio potens. Sic enim iquit, in tenui labor, at tenuis non gloria siquem, numina leua sinunt, audiatq; uocatus Apollo. Nundinas quoq; a die dictas esse manifestum est, quasi nouendinas. ita enim nundinae a Romanis institutae sunt, ut octo quidem diebus in agris rustici opus faceret. Nono autem die intermisso rure, ad mercatum, legesq; accipiendas Romam uenirent, & ut scita, atq; consulta frequentiore populo referrentur, quae triduo die praeposita a singulis, atq; uniuersis facile cognoscebantur. Unde etiam mos tractus, ut leges triduo die promulgarentur. Si quidem flaminibus omnibus nundinis Ioui arietem in regia solebat immolare. Sed lege horientia effectum est, ut sistae essent, quo rustici, qui nundinandi causa in urbem ueniebant, lites componerent. Nefasto enim die praetori fieri non licebat. Nundinarum originem quidam Romulo assignant, quem communicato cum T. Tacio imperio sacrificijsq; & sodalitatibus institutis, nundinas quoq; tradunt adieasse. Alij diem nundinarum exactis regibus celebrari coepisse commemorant. quia pleriq; ex plebe repetitae Seruij Tullij memoria, ei nundinis parentarent. Primis autem Calendis, & Nonis omnibus nundinae cauebantur, Nam quoties inapiente anno dies coepit, qui addictus est nundinis, omnis ille annus infestus, luctuosus casibus fiat, quae opinio Lepidiano tumulu maxime confirmata fuit. Nonis autem consuetus uniuersae multitudinis uitandus existimabatur, quoniam populus romanus exactis etiam regibus huc diem nonarum maxime celebrabat, quem natalem Seruij Tullij existimabat esse, quia, cum incertum esset, quo mense Seruius Tullius natus esset, nonis tamen constaret esse natum, omnes nonas celebrantia frequentabant. uerit ergo qui diebus praerant, nequid multitudo collecta ad desiderium regis nouaret, Nonas a nundinis se gregandas esse duxerunt. Nundinas etiam nundinum neutro genere appellatas iuenimus. Lilius, postq; uero comitia decemuiris creandis in trinundinum indicta sunt, Quintilianus, siue non trino forte nundino prolongata, siue non idoneo die siue contra intercessionem, uel auspicia, aliud ue quod legibus obstat, dicitur lata esse, uel fieri. Trinundinus autem dies, uel Trinundinum, siue trinunum nundinum dicebatur dies tertiarum nundinarum, qui praedicta antea solebat, ut notior esset uniuersis. idem est enim dicere trinundino, & tertijs nundinis, & in trinundinum, hoc est in tertias nundinas. Nundina uero Romanorum Dea erat a nono die nascentium nunciata, qui Iusticus appellatur. Item nouendinum nouem dierum spatium a quo nouendialis dicitur est sacrificium, quod mortuo fieri solebat nono die postq; erat sepultus. Horatius, nouendialis dissipare pulueres. Veteres die quarti, & die quartae dixere pro eo, quod est die quarto, & die quinti, & die quinta, & deinceps pro die quinto. Item die pristini, uel pristinae pro die pristino. quod nos conuerso compositionis ordine pridie dicimus. Et die Crastrini pro die Crastrino, & die proximi pro die proximo. & alia multa. Videtur autem differentiam fecisse quodammodo iter die quarto, & die quartae, ut illud de praerito sit, quod nos nudius quartus, hoc de futuro. Sunt autem haec omnia composita, & pro aduerbijs accipiuntur. Antiqui etiam in genitiuo huius dies, uel dij dixerunt sicut huius famis, uel fami. Cicero, equites uero datus illius dies poenas. Virgilius, libra dies, somniq; pares ubi fecerit horas. Idem, munera, laetitiamq; dij, hoc est diei. Cesar in libro, quem de Analogia scripsit huius die, & huius specie dicendum existimauit. Sallustius, uix decima parte die. Diem dicere alicui est constituere tempus, quo uel in iudicio comparere, uel aliquid aliud agere debeat, ut nuptiarum diem dixit, hoc est tempus constituit, quo nuptiae fie-

ri debeant. In diem, & in dies differunt. illud plerumq; cum hoc uerbo uiuit coniungitur. Quintilianus, no, ut ferè uolucres praesentis modo tibi memores in diem uiuunt. Aliquando etiam cum alio uerbo. Sallu. panem in diem mercari, quasi dicat praesentis diei habere rationem. Et apud iuriconsultos, in diem addicere est rem uenalem ita uedere, ut nisi alius ad certum praestitutum diem maius pretium obtulerit, illius sit, qui primo obtulit. in dies uero est quotidie, sed proprie cum quodam incremento. ideoq; plerumq; cum comparatio iungitur.

10 Cicero, cum id malum serperet in dies magis. Reperitur etiam sine comparatio. sed tamen cum uerbo significante incrementum. Lilius, crescente in dies multitudine. Seneca, cum in dies augetur audacia. quotidie autem etiam sine incremento dicitur, Cicero, quotidie, uel potius in dies breuiores literas ad te mitto, id est non modo quotidie breuiores, sed etiam in dies breuiores. Nam haec quotidiaenae literae sunt breuiores ijs, quas ante mittere solebam, quae poterat omnes esse pari breuitate, atq; in dies multo breuiores, id est tales sunt, ut hodiernae sint breuiores hesternis, & crastinae hodiernis, & perendinae crastinis, & ita deinceps. Eandem plane differentiam habent in horam, & in horas. Cicero, ne qui in horam uiuunt non modo de fortunis, & bonis auium, sed ne de utilitate quidem suacogitauerunt. Virgilius, gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas, Quantum uere nouo uiridis se subijit alnus. Diem de die ducere est rem in longum protrahere. Veteres dium iugem, ac continuum dicebant. Plautus, sol motibus Dijs illustras terram. Sicut etiam qui a Deo dirum deductum existimant hoc est crudele infestum, & quasi deorum ira immissum. Virgilius, prius, quam dira per inautum serpentem contagia uulgi. hinc fieri dirae dicuntur, quasi deorum irae item comparatiua, ac superlatiua eorum dirior dirissimus. dirius dirissime item diritas. Cicero, intelligi potest ex ijs fratribus, qui in adelphis sunt, quanta in altero diritas, in altero comitas item diruncio uerbum, quo ueteres utebantur, hoc est depurgo, & quod dirum est, eicio. Aliquando tamen dirum pro magno accipitur. Virgilius, iam tunc relligio pauidos terrebat a gressu dirae loci.

CORNIBVS. Effigie arietis, cuius generi conuoluta in anfractum cornua natura dedit. Cornua & multis aquatilium praesertim marinorum data sunt, & serpentibus. Sed quae uere cornua dici possint, quadrupedi tantum generi. in ijs uero tanta uarietas, ut nullibi maior naturae lasciuia appareat. Sparsa sunt in ramos ceruis tantae magnitudinis, ut ei animal nomen dederint. quippe ceruis a rō rōr ut pāror hoc ē a cornibus appellati sunt, unde & cornua ipsa nomen sumpserunt, quauis Varro a curuore cornua dicta existimet. Subulonis uero simplicia sunt. hoc animal ē ceruorum genere est, ita uocatum, quod cornua habet similia subule, quod instrumentum est, quo per forandis calcis, ac suendis utuntur sutores, a cuius similitudine Thuscii subulones tibicines uocant. Alijs cornua sunt in palmas ficta, ac digitos, ut platicrotibus. hi sunt ex damarum genere dicta a latitudine, cornuum. rāros enim latitudo est, uisus cornua. Ramosa sunt capreis, sed parua. Arieti (ut diximus) conuoluta. infesta tauris. Rupicapris in dorsum adunca similia ibicibus, in qua se librant ē montis aliquo in alium transire cupientes. Damus in aduersum erecta, & rugrum ambitu contorta, ac in leue fastigium acuminata, ut lyras decerent. Strepiceroti, quem addacem Africa appellat, Graecia a contortis cornibus indidere nomen. Armentis Phrygiae ad similitudinem aurium mobilia. Troglodytarum in terram directam, propter quod obliqua ceruice pasci ea necesse est. Singula sunt Monocerotus, & Rhinocerotus. illi medio capite, huic



navibus. de quibus paulo post dicemus. coelestis ad prætentandum iter data sunt gemina cornua, quoniam oculis cæret. Et talia ut prætendantur, ac resiliant. Mirum est, quod de Narni ensibus tradunt, usque adeo huius tam exigui animalis effigie aliquando fuisse perterritos, ut ad id arcendum pulcherrimum illum pontem, et a scriptoribus tantopere celebratum confregerint. Vrorum cornibus barbari septentrionales pro poculis utuntur. binasque urnas unius capitis cornua implent. Alij his pila cuspidant. Nos in lamnas sectis utimur pro laternis, quoniam lumen inclusum latius infundit. Omnibus ferè caua, et in mucrone tantum concreta sunt cornua, ceruis tantum solida. Et singulis anis decedua. Bobus, cum attritis ungulas habuerint, aruina unguendo cornua mederi agricolæ solent. A cornu unicornium, et bicornium, et tricornium, et quadricornium dicimus, quod habet unum, duo, tria, et quatuor cornua. item cornutum, vel quod cornua habet, vel quod ex cornu procedit. Martialis, occubuit tandem cornuto ardore potitus. Et cornuæ quadrupes à veteribus dicebantur elephantum, nam quod in ijs dentes multi dicunt, cornua sunt. idem et lucæ boues, siue lucanæ boues appellabantur. Neuius, atque prius pariet locusta lucam bouem. ideo dicti boues, quod non stri, cum maximam quadrupedem, quam haberent, uocarent bouem, et in Lucanis Pyrrhi bello primum uidissent apud hostes elephantos, à magnitudine bouem, à Lucanis Lucas uocantur. Alij Lucam, quasi Libyam dictam uolunt, quod ex Africa huiusmodi beluæ primo fuerint in Italiam ductæ. Varro à lucæ lucas appellatas existimat, quod elephantum re-lucebant propter inauratos regios clypeos, qui in turribus ijs erectis conspiciantur. A græco uero *nîpas* et *sterno* Latino uerbo cerosstratum compositum est, hoc est picturæ genus, cum ex cornibus ramenta tinguntur uarijs coloribus. deinde uermiculatim ligno inferuntur. Principio hoc ex ligni bracteis fieri cœptum, sed non satis hoc fuit. Cœpere tingi animalium cornua. dentes elephantorum fecerit. lignumque ebone distinguunt. mox totum operiri. Testudo etiam in hunc usum selecta est, et principatu Neronis inuentum, ut pigmentis perderet sese, et lignum imitate maiori pretio uenderetur. Item à cornu fit corneum, quod ex cornu est, unde hybernæ coronæ dictæ sunt, quoniam negante tum flores terra lamnis è cornu tinctis fieri solebant. Item cornipetam dicimus taurum, siue aliam beluam cornu ferientem. et cornigerum cornua gerentem. Vnde Bacchus corniger dictus, quoniam simulachro liberi patris cornua adijciebantur, quod uini inuentor fuerat. Homines enim nimio uini potu truces redduntur. Per metaphoram cornua fluminum curuitates alueorum, quod multis in locis ad cornuum similitudinem flectantur. Item cornua antennarum, utranque partem antennæ. Virgilius cornua uelatarum obuertimus antennarum. Et in prelio cornua dicuntur utraq; pars exercitus. est enim in exercitu dextrum cornu, et sinistrum, et quod inter utrunque est, dicitur medium, sicut alæ uocantur ab alarum similitudine equitum ordines. quod circum legiones dextra, sinistraque; tanquam alæ in auium corporibus locabantur. Item cornu tubæ genus obtorta, à quo cornicines dicuntur. Iuuenalis quadraginta dedit Gracchus sestertia dotem cornicini, siue hic recto cantauerit ære, dictum ita, quia quod nunc ex ære est, tunc fiebat bubulo cornu. A cornu per diminutionem fit corniculum, hoc est paruum cornu, et cornigenum, quod est ex genere cornua habentium, sicut caprigenum, quod est ex genere caprarum. et per compositionem Capricornus coeleste signum, quod Pana fuisse existimant. Tradunt enim, cum plures Di in Aegyptum conuenissent, uenisse eodem Typhona gigantem acerrimum

deorum hostem, cuius aspectu perterritos deos in uarias sese figuras uertisse. Mercurium in ibin. A pollinem in eam, quæ Threicia auis dicitur. Dianam in chlorionem, propterea Aegyptios hæc auium genera uiolare non sinere, quod Deorum imagines dicantur. Eodem tempore Pana tradunt in flumen se deiecasse, et posteriorem partem in effigiem piscis, priorem uero in formam hirci commutasse. Cuius ingenium admiratum Iouem, hanc figuram in caelum transfuisse. Spectat ad occasum, et toto corpore ab hyemali circulo diuiditur. Aquarum leua manu subiecta. Stellam habet in naso unam. in pectore duas, in pede duas. inter scapulas septem. in uentre sex. in cauda duas. Cornucopiæ est, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus ei detraxit. hoc Naiades acceptam, et omnium fructuum primitijs refertum Copiæ consecrarunt. Vnde apud Ouidium Achelous sic inquit. rigida fera dextera cornu dum tenet, in fregit, truncataque; a fronte reuellit. Naiades hoc pomus, et odoro flore repletum sacrarunt, diuesque; meo bona copia cornu est. Phocion peripateticæ disciplinæ non ignobilis philosophus librum multæ, mariæque; historiæ refertum cum composuisset. eum *nîpas* à *μααθίας*, quasi Cornucopiæ inscripsit. Aliam secutus fabulam. tradunt enim Iouem Saturni, et Opis filium eodem partu cum Iunone editum. ne à Saturno occideretur, à Idam montem Cretæ à matre missum fuisse. ibique; duabus nymphis Amaltheæ, et Melissæ nutriendum datum. Amaltheæ capellam fuisse, cui gemini hedi erant, et propterea lactis ubertas. huius ignitur ubibus Iouem nutruisse. Sed curi capella cornu, quod amplissimum habebat, forte in obiecta arbore fregisset, substulisse id nympham, et diuersis herbis cinctum, ac pomis plenum ad Iouis ora tulisse. hunc uero postquam ex pulso patre caeli regnum obtinuit, beneficij memorem tam capellam, quam cornu inter sydera collocasse, cornu autem seruato nomine nymphæ, quæ capella domina fuerat *nîpas* à *μααθίας*, hoc est cornu Amaltheæ dici. Germanicus i arato. illa putatur nutritrix esse Iouis, si uere Iuppiter infans uera Cretæ multissimam capræ, sydere quæ clauo gratum testatur alumnium. Ouidius, ille ubi res caeli tenuit, solioque; paterno, sedit et inuictio nil Ioue maius erat, sydera nutritiam. nutritiæ fertile cornu, fecit, quod domine nunc quoque nomen habet. Hanc Amaltheam in urbe Oleno nutritam fuisse affirmant, quæ in Bœotia è ab Oleno uulcani filio ita appellata. Vnde olenia capella uocata est. idem, nascitur oleniæ signum pluuiale capelle. Fuit et alia Olenus urbs ætholiæ, iuxta quæ fuit aperca Lydonius. A cornu etiam cornu arborem deductam existimant, quæ ramos habet duritie, et rigiditate cornibus similes, fructum arca solstitia reddit primo candidum, postea sanguineum. Ex eo genere foemina post autumnum fert bacas aerbas, et cunctis animantibus ignstabilis, ligno quoque fungoso, et inutili. Ab hac cornu cornetum dicitur locus ijs plenus, sicut à salice salicetum. ab oliua oliuetum. à pinu pinetum. et fructus eius neutro genere cornum uocatur. Virgilius, bacæ, lapidosaque; corna, hinc Corniculum oppidum uocatum est iuxta tarquinios, à quo oppidani corniculani sunt dicti. Et ab hac corneum dicitur, quod ex cornu ligno constat. Plautus, duram, ac corneam uirgam. Plinius cornus frequenter masculino genere usurpat dentes mobiles confirmat ceruini cornus a nis. Idem, quidam efficaciorum ad omnes usus crudi cornus farinam arbitrantur, cornua liberi patris simulachro adijciebantur, eo quod homines nimio uino truces fieri manifestum est. CARES populi sunt in asia minori contra Rhodum, quorum metropolis est aliatrasus. Caria ipsa regio est, cuius rex fuit Mausolus, quæ Artemisia uxor usque; amasse et



ditur, ut illo mortuo, luctu, ac desyderio mariti flagras ossa, ac cinerem eius mista odoribus, confusaq; in aqua ebiberit. Sepulchrum praeterea edificauerit toto orbe celeberrimum, eademq; continuo luctu, ac morore contabuerit. **FERANT**, efferrant. extollant. Ferre proprie portare est, Virgilius, nix illam famuli phlegaeus, sagrisq; ferebat. Quamuis Caius iuriscōsulca ferri proprie dicit, quae nostro corpore gestamus, portari ea, quae iumento nobiscum duimus, A quae animalia sunt. Ferre ostentare. Virg. aptū sine ut se ferret in auro uenatrix. ferre dicere. Idem, et scelus expendisse merentem Laocoonta ferit. Ferre offerre. idem sacra Dionae matri, diuisq; ferebat. ferre ducere, idem, hinc uia tartarei, qua fert Acherontis ad undas. Ferre pati. Martialis, nam tantos rogo quis ferat labores. Vir. miserere animi non digna ferentis. Ferre extollere, ut hoc loco. Quod si cum hoc uerbo pra. me, uel pra. te, uel pra. se addantur significat dicto, facto, uel gestu aliquid ostendere, ac confiteri, ut pra. me fero laborem. pra. te fers iracundiam. pra. se fert auaritiam. Cicero, at beneficio sum usus tuo, quod quamquam illud ipsum, quod commemoras, pra. me semper tui, maluit tamen mē tibi debere confiteri, quā m. cuiuspiam nimis prudenti non satis gratus uideri. A fero fere dicitur sunt, quod toto corpore ferantur, uel quod cum impetu, et sine ratione ferantur, uel dicuntur fere, siue fera animalia proprie omnes quadrupes pedibus exceptis, proprie uero quae ferocitatem habent. ut leones. pardi. lupi. quae ubi mansue facta sunt, acures appellatur. acurare enim (ut Varro ait) mansuefacere est. et quicquid a fero discretum est, dicitur acur. Cicero, nam aliae sunt fere, aliae acures, aliae natantes, aliae uolucres. Ciceri ingenium dicunt mite, atq; mansueuum. A ciao natum acur uidetur. Ciacum ueteres dicebant membranam tenuem, quae est in malo punico discrimen. Semifera uero animalia aliquando dicuntur, quae ex fero, placidoq; nascuntur, ut ex apro, et sue. ex lupo, et canē illa Hybridis a contumelia, et sors enim apud graecos contumelia dicitur, haec lyciscas uocant a lupo, qui uos a graecis nominatur. Virgilius, multum latrante lycisca. Semifera etiam appellatur, quae nec placida, nec fera sunt, sed mediae inter utrunq; naturae, ut in uolucris hirundines, in campo lepores, damae, caniculi, in mari delphini. A fera ferimus adiectiuum. A puleius, ferino, ac belluino ritu, et feralis dicitur a feralibus sacrificijs, quae mortuis fieri solebant. Et feralia ipsa sacrificia, quod tunc epulas ferebant ad sepulchrum eius, cui uellent parentare. Virg. solaq; culminibus ferali carmine bubo sepe queri. Et ferus quod modo seuerum, atq; atrocem significat. idem, inq; feri curuam copagibus aluum contorsit, modo seuum, idem peccabatq; feru, piroq; in fonte lauabat. idem. ferus omnia Iuppiter argos trastulit. A quo feritas dicitur est naturae quaedam asperitas. differitq; a fera, quod ferox fortis est, et pra. animosus, et ipsum quoq; a fero deducitur. idem. stat sonipes, et frena ferox spumantia mandat. Sallu. ille animo feroci negat se fessum tones Numidā pertinescere. A quo fit ferocia uerbum. Et ferocies. et aduerbium ferociter. et ferocia. ac ferocitas nomina. Fere quod significat festinante, et parum abest, quin quasi continue ferendo, et (ut Varro inquit) quod id, quod feratur, est in motu, atq; uentat. Ut fere hominem occidit. hoc est parum abfuit, quin occideret. Hinc frater dicitur, quasi fere alter, a quo fratris uxor fratris appellatur. et fratrare, quod de puerarum mamma dicitur, cum primum tumescunt, quod ueluti fratres pares oriuntur, hoc etiam spica in frumento facere dicitur. Et fraterculus paruus frater, et fraternus possessiuum nomen. ut fraternus amor. fraterna caritas. et fraterne aduerbium ad similitudinem fratris. Aurelius, cum eum a teno

ris annis ardentissimo illo puerili amore mihi coniunctum plus, quam fraterne amarem. Et fraterculus duorum fratrum filij, qui et fratres Patruales a iuriscōsultis dicuntur. Fratilli uero uilli sordidi in tapetis dicuntur. Sunt etiam qui fratrem a graeco deducunt existiment. Graeci enim φρατορος coniunctos appellant, et φρατριαν uocant contubernium. et ferme eiusdem proprie cum fere significationis. Terentiam ferme moriens me uocat. id est cum parum abesset, quin moreretur. ita tamen aliquando haec duae particulae in oratione ponuntur, ut necesse sit quaedam uniuersitatem subreptiligeri. Quintil. haec fere sunt emendatae loquendi, scribendiq; partes, id est fere omnes. Cicero mēniri in eum sermonem incidere, qui tum fere erat in ore. id est fere omnibus. Plinius, hoc ferme accidit, ut eo tempore lasciuant greges, id est fere semper, et fessus, hoc est fatigatus, quoniam ferendo homines fatigantur. a quo festinus, de quo cum eius deriuatiuus inferius dicemus. Et defessus plus, quam fatigatus. Est autem fessus generale nomen. Dicimus enim fessus animo, fessus corpore. et fessus rerum a fortuna uenientium. Virg. fessi rerum. hoc est penuria fatigati. et ferio, hoc est percutio, quasi fero, atq; agito. Vir. Cornu ferit ille cauto. Vnde feralia Dijs manibus sacra ta festa a ferendis pecudibus appellata. siue quod feruntur tum epulae ad se pulchrum eius, cui parentatur. et ferculum, quod modo dapes significat, quia in mensam ferantur. Iuuenalis, quis fercula seipem secretō coenauit anus, modo feretru in quo pompa feratur. Suetonius, sed et ampliora etiam huiusmodi fastigio decerni sibi passus est. Sedem auream in carru, et pro tribunali tensam. et ferculum traēsi pompa. Item feriae ab epulis ferendis in ijs enim epulae fiebant ex pecorum, frugumq; prouentibus. Feriarum publicarum generum quatuor erant. Statuae uniuersi populi, communes, quae certis, et constitutis diebus fiebant, in quibus praecipue seruabantur. A gonalia. Carmentalia. Lupercalia. conceptiuae, quae quotannis a magistratibus, uel sacerdotibus concipiebantur in dies certos, siue in incertos, ut sunt Latinae Sementinae. pagmalia. compitalia. Imperatiuae, quas consules, uel praetores pro arbitrio indicabant. Nundinae paganorum, ac rusticarum, quibus ad negocia et merces conueniebant. Erant praeterea proprie familiarum feriae, quas quaeq; familia ex usu domesticae celeberratis obseruabat, ut claudiae feriae, et Aemiliae. Item singulorum, ut natalium dierum, quae natalitia dicuntur, et fulgurum, et funerum expiationes. Item flammicae quoties tonitrua audisset, ferata erat, donec deos placasset. A firmabant autem pollui ferias, si in ijs opus aliquod fieret, ideo per praenem denuntiabatur, ne quod opus fieret, et praecipue gligens multabatur. Scaeuola iuriscōsultus interrogatus, quid ferijs agere liceret, respondit quod praetermissum noceret. ut si bos in foueam decidisset, non erat piaculum patre familias illum adhibitis operis extrahere. nec ille ferias pollebat, qui trabem tecti fractam fulcraendo ab imminente ruina liberasset. Vnde Virgilius cum sciret lauare ouem, et lanam purganda, et scabiei curanda gratia scripsit, tum demum mergi oues per ferias licere, si hoc remedijs, non lotionis causa fieret. Balantumq; gregem fluuio mersare salubri, manifeste ostendit curandi diuitaxat gratia hoc ficere licere, no lanam purganda. A ferijs festi dies dicti sunt ferati, hoc est, in quibus feriae celebrantur. Item a ferio feciales dicti, quod foedus ferirent, quippe Romani (ut Varro refert) bellum nullum, nisi prius putabant geri oportere. itaque prius, quam indicerent bellum ijs, a quibus iniurias factas sciebant, feciales legatos, quos oratores nomina-



bant, ad res repetendas mittebant, si qui legati violati essent, qui id fecissent, quamuis nobiles essent, uti ciuitates dele-  
rentur, statutum est. Feccales autem viginti constituti, qui de re-  
bus huiusmodi cognoscerent, iudicaret, stauerent. idem bel-  
lo confecto, fœdera feriebant in hunc ferè modum. Feccalis Re-  
ggem rogabat iubes ne me Rex cum patre patrato eius populi  
fœdus ferere iubente Rege Sagmina dicebat te Rex posco. Rex  
respondabat. Puram tollito. Feccalis ex arce uerbenam puram  
tollebat, postea Regem interrogabat. Rex facis ne me tu regum  
nuntium, populiq; romani quiritiū, nasa, comitesq; meos. Rex  
respondabat. Quod sine fraude mea, populiq; romani quiritiū  
um fiat, facio. Tum Feccalis patrem patratum faciebat, uerbe-  
na, caput, capillosq; tangens, legibus deinde fœderis recitatis.  
Audi dicebat Iupiter. audi pater patrato populi talis, audi tu  
populus talis, ut illa palmam prima, postremum ex illis tabulis,  
cæcra ue recitata sunt sine dolo malo, utiq; ea hic hodie rectissi-  
me intellecta sunt. illis legibus populus Romanus prior nõ de-  
ficiet, si prior defecerit publico consilio dolo malo, tu illo die Iu-  
piter populum Romanum sic ferito, ut ego huc porcum hodie  
feriam, tantoq; magis ferito, quanto magis polles, potesq;. Vbi di-  
xerat, porcum silice percutebat. sua deinde carmina alter po-  
pulus, suumq; iusurandum per suos magistratus, suosq; sacer-  
dotes peragebant. hinc etiam fœdus quidam deductum existi-  
mant, quod in fœdere porca feriretur. de quo inferius dicemus.  
item à ferro ferabites pro agraphi. sienna, partim ferabite. par-  
tim lauro, ac pinu abundat. item à ferro fit ferueo uerbu, quod  
est bullio, feror, agitor, à quo deducitur feruor, qui non modo  
fit ex igni, & flammis, sed etiam ex frigore, & uento. Vnde  
feruere hyemem. feruere astatem. feruere mare dicimus, à quo  
& de feruere, siue de ferbere pro mutescere, & placidum fieri.  
Vir omnia tum pariter uento, nimbisq; uidebis feruere. Et fer-  
uere opus dicimus, dum studio, & diligentia elaboratur, & ho-  
minem ira feruere, aut odio, aut calore, dum ira, aut odio, aut  
calore incensus est. Vnde à feruendo febris, quãuis aliqui à fe-  
ritate potius morbi uocitatem uelint. ab hac per diminutionem  
febricula, à quo febriculosus. Gellius, non morbus hic febricu-  
losus, aut nimium grauis, & uerbum febricato, hoc est febrem  
patior. & febrico eiusdem significationis. et febrilis adiectiuu.  
Apuleius, Ardore astatem febrili. & februlare à ferueo dictu,  
quod est lustrare, purgare. hoc enim adolendo, & flammis fer-  
uentibus fieri solebat, à quo Februarius mensis uocitatus, quod  
tum, id est extremo mense anni populus februairetur. & Iuno fe-  
bruata, siue februalis, siue februlis, quod ei hoc mense sacra fie-  
bant, eiusq; feriae erant lupercalia, quo die mulieres februa-  
bantur à lupercis amiculo lunonis, id est pelle caprina. Quam ob  
causam is quoque dies februatius appellabatur, & quæcumq; pur-  
gamenti causa in quibuscumq; sacrificijs adhibebantur, februa  
appellabantur, & id, quod purgatum erat, februatium di-  
cebatur. Et Februus Ditis pater uocatus est, quod ei men-  
se Februario sacrificaretur. Quidam tamen hæc non à  
ferueo uerbo deducta opinantur, sed à Sabinorum lin-  
gua, qui februm, purgamentum dicunt. Item à ferueo  
feruidus fit, hoc est callidus. diligens. Et feruenter aduer-  
bium, diligenter. Et fretum locus angustus in mari, ac eti-  
am ipsum mare à similitudine (ut Varro existimat) feruentis  
aque, quod effereat aqua maris, atq; ebulliat. Vnde trans-  
fretum, & transfretatio deducuntur. et fermentum, quod feruen-  
do crescit. Est enim fermentum farina, quæ subigitur priusquã  
addatur ad pulvis modum decocta, & relicta, donec accestat.  
Vulgo autem nec sufferuere faciunt, sed tantum pridie asserua-  
ta materia utuntur. Ab hoc fit fermentum uerbum, cuius passi-  
uum est fermentor. Plyn. Palamq; natura est acore fermentari.

idem. Cum fieret panis ordeacius cicerulae farinæ admixtio  
ne fermentabatur. A fermento fermentatio deducitur. Præterea  
à ferro ferum dicitur genus libi, quod sæpe ad sacra ferebatur,  
nec sine strue altero genere libi, quæ qui afferebant, strufe-  
tani appellabantur. A ferro arferia aqua, quæ inferis libaba-  
tur, seu uas uini, quod adhibebatur sacris. Et fiscina instrumen-  
tum rusticum, quo comportatur fructus, ac res necessaria. eius  
diminutiuum fiscella, in qua casei feruntur, & ab ea fiscelli  
uocati molles casei appetitores. quemadmodum catillones di-  
cantur catillorum liguritores. Ponitur tamen aliquando fiscella  
pro boum, mulorum uel, aut iumentorum capistro. Plyn. Fisco-  
lis capistrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant. A  
fero etiam feror, quod qui ferore agitantur, huc, atq; illuc teme-  
re ferantur. Ab hoc furiosus, furio, furibundus, feriae. Furia-  
lus, de quibus inferius dicemus. Et far, quod apud ueteres de om-  
nibus fructibus dicebatur, quia id fert terra, ab eo farina di-  
cta. Et fur fur purgamentum farinæ, à quibus farinaceus, &  
fur fureus adiectiuum. Et farcio, quod proprie est sanare, quasi  
farre impleo, unde per metaphoram farcare pro implere dici-  
mus, à quo infarctio, & refectio eiusdem significationis. Item  
offerctio, à quo offerctissimum pinguisimum. Plau. Sine sacris  
hereditatem sum adeptus offerctissimam. Et ferum genus libi,  
quod Dii in sacrificijs offerebatur. Persius Attamen hic exis,  
& opimo uincere ferto intendite. Et fartus, & refectus, &  
faracem intestinum uaria, ac minutim concisa carne refer-  
tum. Et farreum genus libi ex farre factum. Plyn. Cum &  
in sacris nihil religiosius confarrationis uocabulo erat, noua q;  
nuptæ farreum præferebant. farreum quoque apud ueteres hor-  
reum dicebant à farre, sicut granarium à grano, & horre-  
um ab hordeo. & farctores nomenclatores quidam, quasi in-  
fararent nomina salutatorum in aurem candidati. Et farrag,  
qua equi, & iumenta uerno tempore purgantur, & saginantur,  
quod primum in farriaria segete feri cepta sit, quamuis  
aliqui a farcendo potius, hoc est saturando dictam farraginem  
uelint. Et diffarratio genus sacrificij, quod inter uirum, & uxo-  
rem fiebat. Et dissolutio dicta diffarratio, quia fiebat farreo  
libo adhibito. Et à farre secando per commutationem litera  
(ut Varro existimat) falx, & fartilia, quibus implentur ea,  
quæ deaquantur. Plynus, iecur anserinum fartilibus crescit  
mira magnitudine. fructus etiam à ferundo dicuntur resili-  
la, quas siendus, & quæ in fundo sunt, ferunt. Vnde fructi-  
ferum dicimus fructum ferentem, hoc est pinguem, fertilem.  
& fructifera arbores appellantur, quæ fructum ferunt,  
distingunturq; ab ijs, quæ neq; feruntur, neq; fructum fer-  
runt. & propterea infelices arbores dicuntur. Et fructifera,  
quod est fructum facio. & fructificus, siue fructuosus, qui  
fructum hoc est utilitatem præstat. Et fructificus fructuum  
Dea. Et frutex, qui ab herba, & arbore differt. Est enim fru-  
tex, qui ad iustam magnitudinem arboris non assurgit, & sta-  
tura similis est multis herbis, sed non demoritur, neque are-  
scit, ut herba. uerum perennis est. à quo fit fruticor uerbum,  
hoc est pululo, & quasi frutices emito. Cæro, excisa est  
enim arbor, non emulsa. itaque quasi fructicam uides. Vn-  
de fruticari pilum per metaphoram dicimus, & fructum,  
& fructicam, ubi multi frutices sunt, sicut uincetum, &  
oliuetum, ubi multæ uites, & multæ oliuæ. ueteres pro fru-  
ctu foeminino genere etiam fructam dixerunt, & in geni-  
tuo fructus pro fructus. Varro. Quæro utrum fructus,  
an delectationis causa uendatis. Dicebaturq; specialiter fru-  
ctus oleum iustum ex oliuis expressum. quod uero post mo-  
lam primum fluebat, flos fructus uocabatur. Et fruges,  
quod est generale nomen, & non modo frumenta, legumi-



naq; completitur, sed quicquid ex fructu terrae in alimoniam uertimus. Vnde frugiferae arbores dictae sunt, quae cumq; fructum ferunt, a quo fit de frugo uerbum. quod est omni fructu spolio. omnem fructum exhauro. Plyn. Oraculum illud magno opere custodiendum, segetem ne defruget. Colimella. Constat enim segetem nimia defrugetione exinaniri. Pompeius tamen, et Seruius, et Donatus, frugis uocabulum a frumne deductum existimant, est autem frumen eminens sub mentogutturis pars, qua cibus in alium demittitur a ferendo cibo appellatur, et alio modo dicitur rumen, a quo fit Rumino uerbum siue ruminor, quod est reuoluo, ac rursus consumo, a quo ruminatio deducitur, per quam demissus cibus reuocatur, ac mandatur. Et Rumina dea, quae rumae praest, hoc est pueris lactantibus. Rumam ueteres uocabant mammam a qua rumare, pro lactare dictum est, quasi mammam in rumen immittere. unde et irrumare deductum foedae significationis uerbum, quod penis in os quasi sugendus immittatur. Et subrumi aigni dicitur, qui adhuc sub mamma habentur. Et Ruminalis ficus, sub qua lupa Remo, et Romulo dicitur mamam praebuisse, quae et Rumula uocata est. Ouidius quaeq; uocatur romula nunc ficus, Rumula ficus erat, siue quod sub ea pecudes aestatis tempore frigora captantes herbas ruminare consueuerunt. Quidam strumam quoq; a rumia dictam existimant, quasi struens rumam, morbus est, quem uulgo a scrofis, ut opinor, quae eo morbo affliguntur, scrofulam uocant tumor scilicet, in quo subus concretæ quaedam ex pure, et sanguine quasi glandulae oriuntur. Strumosi dicuntur, qui id uitium patiuntur. Et strumosa pars corporis, quae eo laesa est. interdum tamen ruminor per metaphoram accipitur, pro reuoco in memoriam. Varro, non modo absens de te se pius cogitabit, sed et ruminabitur humanitatem tuam. Lilius nemo haec nostra ruminabitur mulieri. Veteres in nominatio frux, pro fruge dixerunt, Varro, frux, legumen. triticum, a quo frugi indeclinabile nomen derivatur. Sunt autem frugi homines, quos graeci χερσὶ μῶν appellat, qui in omni re motus animi moderantur. Vnde est Pisonis illius cognomen tantopere celebratum. inde etiam frugalitas dicitur, et frugalitas dicta, quae motus animi appetenters regit, et sedat, moderatamq; in omni re nouit seruare constantiam. Et frugaliter aduerbium temperate, modeste, et frumentum, quasi frugamentum, Et fruor quasi ex esu frugum delectationem capio. Vt enim, et fruor differunt, quod uti, si cum homine iungatur, conuersari est. Cicero, cuius patre familiariter utebar, id est cum quo familiariter conuersabar. Si uero cum alijs iungatur est usum habere. Martia. utere lactuicis, et molibus utere maluis. hinc usus fit, quod interdum ipsam utendi significationem habet. Vt nam neq; erat corijs usus. interdum consuetudinem, conuersationem. Tere. sic mihi est usus. Quint. mulierem, cum qua longus illi fuerat usus. Vnde usu uenire, pro accidere ponimus. Plyn. id enim frequenter usu uenit, ut mali bonis praefertur. Aliquando ponitur pro opus est. Vt nunc uiribus usus, nunc manibus. Item quia solemus uti rebus, ut exijs utilitatem percipiamus, usus aliquando, pro utilitate accipitur. Apuleius. Cum id ex usu meo non esset. Hinc utilis, et utilitas dicitur, et aduerbium utiliter. Item apud iuriconsultos usus fructus dicitur, cum res aliqua non nostra est, sed perinde ex ea fructum, atq; utilitatem capimus, ac si nostra esset, definiturq; ab Ulpiano ius alienis rebus utendi, fruendiq; salua rerum substantia. Abuti uero est perperam uti, siue nimis licenter uti Cicero, noli abuti nimis patientia nostra. Vnde abusus, et abusio dicitur, cum aliqua re per licentiam male utimur. Item abusum dicitur, quod utedo consumptum est. Plauti illa, quae dedi ante? abusa, si ea durarent mihi, mulier mis-

10  
20  
30  
40  
50  
60

teretur ad te. Et usucapio abusa dicitur acquisitio, siue adiectio dominij per continuationem possessionis longi temporis definiti, ut puta triginta, aut quadraginta annorum, si res immobilis sit, quam possidemus. item trium annorum, si res mobilis sit. Recentiores primam illam praescriptionem uocant, hanc uero usucapionem. Ita enim dicitur usucapio, sicut pignori capio. Cato, haec pignori capio ob aes militare facta est, quod aetribuno aetario miles accipere debeat. Et usuto, et usurpo eiusdem significationis, a quibus usitato, et usurpatio dicitur. Cicero, post inuenta conclusio est, qua credo usuros ueteres illos fuisse, si iam nota, atq; usurpata res esset, qua inuenta omnes usus magnos oratores uidemus, et usura, quae modo pro usu accipitur. Seneca, si mihi unius dieculae usurae permisisset. modo significat faenus a quo foenerator, a quibusdam usurarius dicitur. Frui autem est ex re qua utimur delectationem capere. Vnde fieri potest, ut eadem re unus utatur, alter fruatur, ut si per aestum duo frigida aqua manus lauet, alter, ut abluat sordens, alter, ut frigiditate illa oblectetur. Haec hoc uerbum tria supina. Fruitu unde fruitio fit, quo uerbo theologo uti uer, uoluntq; ad deum tantum referri. Et fretum, unde fit fretus, id est confusus. Quint. tua fretus humanitate id egerat. Et frutum, ut paulo mox ostendemus. A fruor fit fruisor, sicut a fiteor fiteor. Lucilius, aequae fruisor ego, ac tu, Et per fruor. quod est in totum fruor. Et de fruor omnem fructum percipio. A quo de frutum appellatum unigenus huiusmodi. Deoquitur mustu ad tertiam partem mensurae, quod syreum dicitur. Graeci αρω τῷ ἴδιῳ, quod est decoquere ἴδιον uocat nostri a sapiditate (ut arbitror) sapam nominant. hoc si ad dimidiam partem decoquatur, fit de frutum quod omnis fructus ex eo multo detractus sit, frutum quoq; et frutam ueteres dixerunt passiuè eum, siue eam, quibus nos frui contigisset. Vnde frutinal dictum est, templum Veneris frutae. Cato etiam fruisor pro fruor, et frutum dixit prudentem, hoc est eum, quo per frui liceret, siue e contrario in frutum insipientem, ac stolidum, qui nulli usui esset. Sed nos frumicum, et in frumicum a graeco potius deducta existimamus. nam graeci φρόνιμος prudentem ἀφρονος dementem dicunt. item a ferendo frumentum dictum, siue (ut quidam putant) a frugibus, quasi frugamētum. Frumenta autem dici putant quae cumq; emittunt aristas, a frumento, fit frumentor uerbum, quod est frumentum colligo. Vnde frumentatio collectio frumenti, et frumentator, qui frumentatum profectus est. Et frumentarium, quod ad frumentum pertinet. ut frumentarius ager. frumentarium cribrum. frumentaria lex de frumentis. sicut agraria de agris. item a ferendo frustum cuiusq; rei particula, quae facile feratur. Vir. Pars in frustra sectant, ueribusq; trementia figunt. M. Cato, frusto panis conducit potest, ueluti taceat, uti loquatur. unde fit aduerbium frustrati, et frustrati. hoc est inmutatum, et p frustra. ite Plautus, frustrallu, et frustrillum usurpat pro paruo frusto. Frustra quoq; aduerbium hinc deductum quidam existimant, quod si significat incassum, quasi imperfecte. a quo fit frustror uerbum, quod est fallo. deludo. et passiuum eius frustror. quod etiam deponens reperitur. Vnde sunt uersus illi uetustissimi poetae ab A. Gel. commemorati. Nam qui lepide postulat alterum frustra ri, quem frustratur, frustra eum dicit, frustra esse. Na qui sese frustra, quem frustrari sentit, qui frustratur, is frustra est, si non ille est frustra. Quidam tamen haec a frangendo potius deducta existimant. A ferendo etiam fuerat dicta instrumentum, quo stramenta feruntur, a quo bissercum. et bissercatu. et bissercati, et sseraser. a quo triseraser. Plautus in triu literarum homo uipueras me, et sser triseraser. Et ssercilla, et ssercilla deducimus, et ssercilla, quo utimur ad extrahendum simum.



item ferax abundans, à quo feracitas, pro abundantia deducitur. Plyn. ut tam ferax bonarū artium seculum uideremus, & fertile eiusdem significationis, à quo fertilitas, & fertilliter aduerbium, et Feronia nemoris dea à ferēdis arboribus. Tradunt enim, cum nemus eius aliquando fortuito arsisset incendio, & ob id trans ferre inde simulachrum in colae uellene, subito nemus euiruisset, Vir. & uiridi & uolens Feronia luca. Sunt qui scribāt circa tractus campaniae, ubi circi sunt, Iouem coli solitum, qui anxurus dicebatur, quasi ἀναξυρ hoc est sine nouacula, quia barbam nunquam rasiisset. & Iunonem, quae Feronia uocabatur. Fōtem autem fuisse in cāpania iuxta Taracanam, quae aliquando Anxur est dicta. Sed illud magis constat sub monte Soracte urbem fuisse Feroniā. & in ipso monte eiusdem nominis deam, quam finitimi mira religione uenerabantur. Erat in eo loco templum eius, mirificum sacri genus habens. Nam qui eius nomine afflabantur, nudis pedibus super incensos carbones, & alidissimum cinerem sine aliqua offensione ingrediebantur. ingens eō mortuorum multitudo cōueniebat, & celebritatis eius, quae quotannis fieri solebat gratia, & spectaculi. Et ferentarij milites leuis armaturae, qui quicquid opus esset auxilio ferrent, ex cursu leui armis grauibus minime impediti, uel ab auxilio ferendo, uel quod fundis, & lapidibus pugnant, quae tela feruntur, non tenentur. Cato eos ferentarios dixit, qui tela, ac potiones militibus pugnantibus ministrabant, hi et uelati uocabantur. V elare enim licet proprie cooperire sit, unde & uelum pro tegmine accipitur. & ueluum mare dicitur, per quod uelis uolatur. & ueluo lae naues, quae uelis uolāt, unde & reuelare nudare ē, atq; detegere, aliquando tamen pro ligere accipitur. Pompo. Reste uelet gulam. Aliquando pro uestire. Plau. muliebri uelatus toga. V elati ergo uocati sunt milites, qui uestiti, & inermes exeratum sequebantur, & inde mortuorum locum sub stina sciebant. hi postea mutatis literis uelites appellati sunt. Et uelitaris pugna dicta, quae fundis, ac lapidibus, interdum etiam hastis fieri ab iermibus solet. Hinc uelitor uerbum deductum est, pro contendo, & iurgor, & uelutatio contentio. Plautus nescio quid uelutati estis iter nos. A. Gel. Cum inquinatissimis hominibus non est conuitio decertandum, neq; maledictis aduersum impudentes, et i probos uelutandum, quia tantisper similes, & compar eorum fias, dum paria, & consimilia dicas, atq; audias. A uelitor uelutati aduerbium deducitur, quod significat per salus. & interualla, quod uelites fundis, ac lapidibus pugnano huiusmodi saltibz utantur. Sisema. Nos una astate in Asia, & Graecia gestis icarco continentia literis mandauimus, ne uelutatum, aut saluatim scribendo, lectorum animos impidiremus. Item à ferro feaciales dicti, quod apud eos belli, pacisq; ferendae ius erat. neq; enim licebat bellum alicui inferre, nisi hi & iusta causa susceptum declarauissent, & prius indixissent. V arro, itaq; bella tarde, nec magna licentia suscipiebant, qđ bellum nullum, nisi prius putabant geri oportere, & priusquam indiceretur bellum ijs, à quibus iniurias factas sciebāt, Feaciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos oratores uocabant. idem, si cuius legati uiolati essent, qui id fecissent, quamuis nobiles eēnt, ut ciuitati dederentur, statuerunt, feacialesq; uiginti, qui de rebus cognoscerent, iudicaret, & statuerent, constituerunt. Sūt tamen, qui feaciales à faciando uocatos existimant, quod apud eos belli, ac pacis faciendae ius esset. Item ferrum à ferendo quiddam dictum putant, quod in a gros colendi gratia feratur. ego à feriendo potius appellatum arbitror, ac ferrum in eo ferantur, hoc est domentur. Ab hoc ferrugo dicitur, quae proprie est rubigo ferri, sicut aerugo rubigo aeris Plyn. sudor uirgae cornu arboris, lamina cadente ferrea exceptus non contingente li-

gno illita, quae inde ferrugo incipiters lichenas sanat. Rubigo atq; aerugo, ut Marcel. scribit, idem sunt, sed falsum hoc esse ostendit. Pl. qui de auro scribit. Super cetera nō rubigo ulla, non aerugo, nō aliud ex ipso est, quod consumat bonitatem. Nō conuulsiisset utrunq; hoc loco Plyn. nisi inter se differrent. Dicendum est igitur rubiginem esse, quae in metallis siti quodam contrahitur arida, & rubra, metallum paulatim absumens, qualem in ferro uidemus. Dicta rubigo a colore. V eteres enim robum rubeum dicebant, & bouem icarco robum rustica uocabant, unde & materia, quae plurimas huius coloris uenas habet, dicta est robur. & homines ualentes, ac boni coloris robusti. Graeci hanc ἐρυσίβαν uocant, quod apud eos quoq; ἐρυσίβαν rubeum dicitur, hinc nitium illud, quod segetes occupat, robigo dicitur, quod ut illa ferrum, atq; alia metalla, sic ista segetes exurit, Vnde & Robigus deus, & Robigalia dicta, quod huic deo sacrificia fierent, ne robigo segetes occuparet, & Rubigo dea. Ouidius. flamen in antiquum lucum Rubiginis ibat. Aerugo uero est, quae in metallis ex humore contrahitur nō rusta, & siccata, qualem diximus robiginem esse, sed uiridis, atq; humida, dicta ab aere, quod proprie aeris sit aerugo, ut ferri ferrugo. Scribit Plyn. a muliebribus menstruis conuulsi graeui rus odoris accipere, & aeruginem, ex lapide quoq; ex quo acquiritur aere aerugo deraditur, quemadmodum ex lapide, ex quo coquitur ferrum, rubigo, sed in omnibus metallis, praesertim, quae non pura sunt, & aere simul, & rubigo esse possunt. Ferrum diuturno siti rubiginem contrahit. Si atro, aut ompheo, aut alio acri tangatur, statim aerugo incessit. hoc ipsum accidit in argento, nisi purum, puramq; sit, & in aere, atq; alijs metallis. itaq; eadem saepe metalla, & rubiginosa esse, & aeruginosa conspicimus. aeruginem graeci ἐρυσίβαν nonnant. ferruginem ἰδρὸς σιδήρου, id est florem aeris, ac ferri. Non recte interpretatus est noster Hieronymus locum illum in sacris literis. καὶ ἔδωκε τῇ ἐρυσίβαν τοὺς καρπὸς αὐτῶν, καὶ τοὺς καρπὸς αὐτῶν τῇ ἀκροῖδι. Et dedit aerugini fructus eorum, & labores eorum locustae. Rubigini enim interpretari debuit, non aerugini. A rubigine rubiginosus dicitur, sicut ab aerugine aeruginosus. Ferrugo etiam per metaphoram dicitur color rufus subniger, qualis est hyacinthi floris, à colore ferri, dum est rubiginosus. Vir. Cum caput obscura nitidum ferrugine textit. Ab hoc fit ferrugineus. idem, en ferrugineus hyacinthus, mani festus est Marcelli error, qui ferrugineum colorem caeruleum esse scripsit. A ferro etiam ferreum deducitur, quod ex ferro est, & ferrarium, quod ad ferrum attinet, unde fodinas ferrarias dicimus, siue simpliciter ferrarias, sicut aerarias. argentarias. aurarias. loca, in quibus ferrum. aere. argentum, aurumq; effoditur, & ferramentum instrumentum ferreum. unde ferramenta fabrilia, & ferramenta tonsoria dicimus, & ferratum, cui ferrum inditum est. unde ferrata spicula. ferratas lanæa. ferratas sagittas nominamus. Et saxum ferratum natale oppidum meum in piceni, atq; umbriae finibus situm. à ferro uocatum est propter fodinas ferrarias, quas eo in loco multas fuisse earum reliquiae ostendunt. Et urbs Sentinum à ueteribus dicebatur à Sentino amne iuxta moenia labente, quē nunc quoq; Sentinum incolae uocant. Item a ferro ferrumen uocatum, qđ gluten significat, & ferrum inatio conglutinatio, atq; unctura. Sed proprie ea, quae fit in metallis, quae ius & ad alia trāsfertur. & ferruminare est metalla conuungere, ac, ut ita dicā, conglutinare. licet de alijs etiam dicatur. Plyn. Nāq; furculo super bina oua in positio, ac ferruminatio albi glutino sublata er uice medio aequa utrinq; libra de portat aliō. Idē. C. aris. A tibia oppido muros, domosq; ē massis salis facuue aqua ferruminantes. idem. sine ferrumine suo cements componentes. A fer



rumino conferua herba deducitur, de qua inferius dicemus. Ferrum uinum uulgo dicitur, quod ex magnete Lapide uirus accipit, idq; mira quadam utriusq; natura longo tempore retinet, aliud apprehendens ferrum, ut aliquando annulorum cathena spectetur. Fero ipsum à græco deducitur, etenim græci quoq; φέρω dicunt, à quo tam apud illos, quàm apud nos pheretrum dictum, quo uel cadaver fertur, quod & accipiendo capulus appellatur, unde Plautus capularem senem nominat morti uicium, uel aliquid aliud cum pompa. Linius, Spolia diuisa suspensa fabricato ad id apte pheretrum gerens in capitulum ascendit, ubiq; cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, templum designauit, & addidit cognomen Iupiter pheretrius. Rudes sunt, qui huc locum deprauant, pro pheretrum, ferculo scribentes, cum et nomen ipsum pheretrii Iouis, pheretrum esset scribendum, et græci quoq; pheretra uocent argentum, aurum, gemmas, magnes principum, spolia hostium, & cetera, quæ in pompa feruntur. Deprehenditur etiam hoc loco Plutarchi error, qui non à ferendo, sed à feriendo dictum Iouem pheretrium scribit, et Pompeii Festi, qui ideo appellatum censet pheretrium Iouem, quod pacem ferre putaretur, quoniam ex templo eius, quod Romæ primum à Romulo ædificatum est, sumebant sceptrum, per quod iurarent, & lapidem silicem, quo sædus ferirent. Hinc etiam arcano quodam prouidentie consilio factum arbitror, ut tibi quoq; Federicæ ac gentibus tuis Pheretrii cognomen inditum sit, siue à spolijs hostium, quæ toties optima domum retulisti, siue quod pacem quæ doq; Italiae eras Laturus. Quis enim ignorat huius tranquillitatis, quæ hæc prouincia orbis regina in præsentia fruatur, te solum esse & auctorē, et arbitrum? Malo itaq; pheretrium motem à famulicæ tuæ gentilitio nomine derivari, quàm famulicæ tuæ, uamq; nomen à pheretrio monte pheretrium dici. Item à φέρω græco pheretra dicta instrumentum, quo sagittæ feruntur, & qui eam ferunt dicuntur pheretriati. Item amphora uasis genus sigulini duas ansas habens, ita appellata, quæ ex utroq; latere capta fertur, continet quadrantem, unde ἀμφοροειδής græci, nos amphorarium uocamus eū, qui mercedis gratia amphoram gerit, & incite q; machinula erat, in qua amphora uini consistebatur, unde uina subinde in conuiuia subministrarentur. Item ephora, quæ latine eodem modo dicitur ἀπό τοῦ ἐπιφέρειν, hoc est ab inferendo dicta, morbus oculorum est, quem uulgo lacrymā uocant, cum descensus humoris oculos male angit. Plyn. Caro peponum ephoris oculorum, & doloribus prodest. Formica quoq; à ferendis micis uocata est. Mica proprie est puluisculus ille, qui in arena, quasi argentum fulget, à quo & panis, & omnium rerum minima partes mica dicuntur, quasi minutum cadentes. A mica, quæ in arena fulget, deductum est mica uerbum, quod proprie est subinde, & per iterualla, ut mica faciunt, fulgeo. Virgilius micat ignibus æther. Idem, Ardentes clypeos, atq; æra micantia cerno. Et quoniam talis quædam uariatio, dum digitis fortunatur, apparet, per metaphoram micare aliquando accipimus pro digitis fortiri. Varro, Micandum erit cum græco, utrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Cicero, Dignum esse dicunt, qui cum in tenebris micet. Quia uero hoc per uices fit, micare etiam accipimus pro eo, quod est per uices, & sine ordine mouere. Vir. Micat auribus, & tremit artus. Idem, Et linguis micat ore trifidus. Ab hoc composita sunt promica, quæ est extendendo, uel longe iacio. Neuius. Siquid loqui uis, non perdocere, multa longe promittenda oratio est. Emico, quod est resplendo. Plau. Ex oculis quasi radij emicant solis. Dimico contendo. pugno, à quo dimicatio derivatur. A formica fit diminutiuum formicula, & formicanus, sicut à belua beluinus, & musca musca

mus. Plau. Homo formicanus, ac musicanus. & formicatio uitiū corporis, quod græci μύρμηκίαν uocant, cum parua tubercula rotunda pingua corpus instant. Plyn. Cinis mulicbrum crinium, cum fuerint combusti, addito melle, sanguinem sistit illico, & formationem corporum dicta formicatio, quod ueluti exesse carnem formica uideantur, & deformatum à formicis submersum, quibus confoueri solitum erat. Item à ferro formudo, hoc est metus, cum uehementius in mouendo, ut ab se abeat, foras fertur. Ab hoc fit formudo uerbum, hoc est timore, & formidabile, timendum, & formidolosus, quæ modo accipitur pro eo, qui formidat. Teren. Num formidolosus es mi homo? modo pro eo, qui formidatur. Sal. ita talibus uiris non laboris solitus, non locus ullus asper, aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus. Ab hoc formidolose aduerbium cum timore. Item à φέρω græco apophoreta munera, quæ dari Saturnalibus solebant, quæ morem hodie quoq; seruamus mense Decembri. dicta apophoreta, quod ab ijs, quos salutabant, referrentur. Marto φέρω enim modo auferre, modo referre significat. Hic Martonouissimum librum operis sui apophoreta inscripsit, hoc est munera Saturnaliorum. Sue. de Caligula. Agitatori cithio conuersione quadam in apophoretis uices sefertium contulit. Idem de Vespasiano. Sicut Saturnalibus dabat uiris apophoreta, ita per cal. martias, foeminis. Item à ferendo forago dicitur silum, quod à textricibus fertur, ut diurnum opus distinguant, quamuis hoc à forando potius deductum existiment. Item Forda bos prægnans, quod testatur Ouidius. Forda ferēs bos est, foecundaq; dicta ferendo. hinc fordicia dies appellati, quibus prægnantes boues immolabantur, ut Varro testatur. Fore quoq; à ferendo quidam dictum uolunt, cum nihil ferē aliud sit, quā ferri. licet enim uocem habeat infinitiui præsentis, ut esse, si gnificationem tamen potius futuri habet. Idem sane fore est, quod futurum esse. licet fore, fores, foret. idē sit, quæ essem, esses, esset. Quæ propter fore raro cum participio, frequenter cum nomine iungitur. Cicerone amicitiam nostram totam posteritati fore. Aliquando cum participio inueniri testatur Cæsar, quod mirum est uallā non animaduertisse. nonnulli etiam Cæsari nuntiabant, cum castra moueri, aut signa ferri iussisset, nō fore dicto audientes milites. idem, quod nō fore dicto audientes milites, neq; latere signa dicatur. Cum participio uero futuri nunquā iungitur fore. Composita uero à fore nuda, hoc est sine nomine, & sine participio ponuntur, Vir. Esse quoq; in satis remaniscatur affore tempus, quod uerbum Statius pro si gnificatione præsentis accepisse uidetur. Sensit manifesto numine ductos affore, quos nexis ambagibus augur A pollo ediderat. Defore. Cicero. Vtrum arbitrabantur non defore, qui illam restituerent. Ab fore, quod rarius in usu est, unde dicuntur ab futuri. confore, & perfore, apud poetas pro fore. Profore profuturum esse. Hora. Quæ no tuere sequar, fugiam, quæ profore credam. Nos tamen potius fore, quasi futurū esse dictum existimamus, quā à ferendo deductū. ad hæc fortis à ferendo uocatus est, quod æquo animo ferat aduersa. unde fortitudo à Cicerone ita definitur, Scientia rerum perseverantem, uel affectio animi in patiendo, ac perseverando summæ legi parens sine timore. & alibi, Fortitudo est considerata periculorum susceptio, & laborum perpeffio. A fortis fit aduerbium Fortiter, & Fortifico pro fortem facio. Plau. Fortifica animum. & Fortesco pro fortis fio. Neuius, Crescat animus, & fortescant uires, & forticulus diminutiuum. Cicero. Quamuis idem Epicurus forticulus se in torminibus, et in stranguria sua præbeat.

Fortis proprie est, qui animum habet in fractum, uel qui ualidis uiribus præditus est. Vir. fortemq; Cloant u. Aliquando tamen pro celeri ponitur. Idem, si famina forti fidis e quo. aliquā



do pro formoso. Plau. Ec quid fortis uisa est? Nonnunquam etiam pro diuite. Idem, eam sororem spondisse suam, in tam fortem familiam, hoc est diuitem, et copiosam. firmus quoque, hoc est stabilis, constans a ferendo dictus, quod constanter omnia ferat. a quo firmitas, hoc est stabilitas, constantia, quae et firmitudo dicitur. Plau. Si istam firmitudinem animi obtines, salui sumus. et firmiter aduerbium stabiliter inconstitisse. et firmo uerbum, quod est sisto. stabilio. a quo firmator. firmatrix. firmatio. Affirmo, quod si significat assueo. unde affirmator. affirmatrix. affirmatio. affirmatum. et aduerbium affirmatiue. O firmo idem quod firmo. Plau. O firma pessulum. infirmo, debilito. a quo infirmus, debilis, et infirmitas. debilitas. imbecillitas. Refirmo, rursus firmo. confirmo. approbo. roboro. a quo confirmator. confirmatrix. confirmatio. confirmatum, et aduerbium confirmatiue. Et fortuna a ferendo dicta, quod temere, et sine ratione feratur. Est enim fortuna accidentium rerum subitus, atque inopinatus euentus. Haec a ueteribus Dea credita est, a quibusdam etiam deus uariis casibus humana deludens, et propterea caeca estimata. Inuenialis. Te facimus fortuna dea, caeloque locamus. haec eadem ratione et fors dicitur. Vir. Forte sua libyas tempestas appulit oris. Fors, et Fortuna, ita a quibusdam distinguntur, ut fors casus sit, hoc est id, quod fortuito accidit, fortuna uero ipsa Dea. Acius, namque audire uolo, quo captus modo, Fortuna ne, an forte reperitur. Terē. O fortuna, o fors fortuna. Donatus. Aliud Fortuna est, aliud fors fortuna. Fortuna dicta est incerta res. fors fortuna, euentus Fortunae bonus. Nam fors fortuna est, cuius diem festum colunt, qui in arte aliqua uiuunt. huius aedes trans Tyberim erat, Fortuna uocabulum medium est, sed cum fortunam solam dicimus, intelligimus felicitatem. Unde fortunatos felices nominamus. infortunatos uero infelices. et infortunium, mala Fortunam. Fortunatos tamen pro propitios ponimus. A si auius. De eos ego omnes, ut fortunati sint, precor. Fortunare etiam prosperare est, ac bonis augere. Cic. Tibi patrimonium Dei fortunent. hinc fortuna dicitur diuitiae. et fortunatum aduerbium, prospere, ac feliciter. Plau. Si dederit Iupiter, ut fortunatum omnia succedant, et fortunatae insulae a fructuum ubertate dictae sunt in mari Atlantico ultra Gorgadas, aduersae promontorio, quod uocatur iacchior nepes. Prima uocatur Obriou, habes in montibus stagnum, arboresque ferulae similes, ex quibus aqua exprimitur, ex nigris, amara, ex candidioribus, dulcis, et potui iucunda. Altera iunonia appellatur, in qua una tantum aedificata erat lapide extructa, ab ea tertia eodem nomine, minor, deinde capraria lacertis grandibus referta, in conspectu harum niuaria. aere nebuloso, ac coacto, et propterea, semper niualis. Proxima ei Canaria ita uocata a canum multitudine ingentis magnitudinis. Omnes pomorum, et auium omnis generis copia abundant. haec ultima etiam Palmetis cariotas ferentibus, et nucis pinea, et melle. Papyrus quoque, ac siluros in amnibus habet. A forte, et eundo fortuitum dicitur, quod casu accidit. Item a forte aduerbium, fortassis. fortasse. forsitan. forsan, quae aliquando pro temere accipiuntur, aliquando sunt aduerbia dubitandi. eodem modo fors, et forte, et fortuito. Item a ferendo forum appellatum negotiationis locus, quod uenalia feruntur, ut forum uulsi. forum flammium. forum sempronium ab eorum nominibus, qui ea fora custodienda curarent, quod etiam in locis priuatis, et in uis, et in agris fieri solet. Unde forum boarium dicitur, in quo boues uenduntur, forum olitorium, in quo herbae uenduntur, quod erat antiquum macellum. quapropter nunc quoque olerum locum Lacedaemonij macellum uocant. Forum piscarium, in quo pisces uenunt. forum cupidinis, in quo uenduntur cupedia. Cupes enim, et cupedia, antiqui lautiores ci-

bos nominabant. unde cupidinarij dicti sunt omnes, qui esculenta uendunt, ab eo, quod alimenta rebus cupidinis praebent. Dicitur tamen etiam forum locus, in quo cum populo agitur, cōciones habentur. lites tractantur, quod ibi iudicia feruntur, unde et forenses dicitur, qui in foro uersantur. et saepe numero interponentes se, lites dirimunt, quos graeci παρακταίνους hoc est pragmaticos appellant. et forensia uestes, quibus in foro utuntur. et arcu foranei, qui circa forum spatiantur uenditantes aliquid, aut ementes, aut sciscitantes, aut tempus inaniter terentes. Forum quoque agere dicitur is, qui Prouinciae praefectus, dum ciuitates uolat, et de controuersijs earum cognoscit, ac sententiam fert. Forum item ueteres appellabant, quod postea uestibulum sepulchri dictum est. Fori uitem uirili genere, et multitudinis numero sunt tabulata nauium ab eo, quod inaccessus ferant, siquidem per eos nauis discurrunt. Vir. Impleffemque foros flammis. Cicero, Alij malos scandant. alij per foros arsi tenent. Item spectacula, hoc est loca erecta, ut ex ijs spectentur. Liui. Tum primum circo, qui maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca patribus, equitibusque, ut spectacula sibi quisque faceret, fori appellati. ex ijs minores forulos dicitur, quod aliquando armariola significat, in quibus reponuntur libri. Lucretia. Hic libros dabit, et forulos. hinc et forare penetrare, et quae si in foru exire, a quo per forare, et foramen, et foras quartae declinationis. et forago filum, quo textrices diurnum opus distinguunt, a forado dictum. et fores, quibus ianuae clauduntur, quod foris aperiantur, quemadmodum ualuae, quod inuis reuoluantur, haec per diminutionem forulae appellantur. unde Forculus deus, quod foribus praerat, sicut Cardinea dea, quae arduibus praerat. et Limentinus deus, qui praerat limini. Et foramina, hoc est paruae fores. Cic. Nam nunc quidem, quamquam foramina illa, quae patent ad animos a corpore, calidissimo artificio. natura fabricauit. Et foras, et foris, quasi ad forum, et in foro. et forinsecus eiusdem significationis, cum foris. et foria. stercorea liquidiora, quod facile ferantur foras. Unde conforire uerbum, quod est stercore liquido foedare, quod Plau. coactate dixit. Pomponius, Conforisti me. Diomedes. Et foriolus, qui uentrem habet solutum, et foria facile emittit. Laberius. Foriolus est, in coeosis caecis. unde foriac locus dicitur publicus, in quo licet omnibus uentrem exonerare, cum latrina in priuatos usus sit a latendo dicta. Cloaca uero locus atius, per quem colluuius quaedam fluit, a quo fit cloacate uerbu, quod est inquinare deduci. Cloacae tamen appellatione uelipianus scribit et tubos, et fistulas contineri. Pertinebat autem ad salubritatem ciuium, et tutelam, ut foricae purgarentur, ac cloacae resicerentur. Nam et caelum pestilens, et ruinae immundae minantur. Iussu. Unde reuersi conduciunt foricas. Sunt, qui frenum etiam a ferendo dictum existimant, quod equos uertat, feratque quod uelit, unde effrenes, et in frenes, atque effrenatos dicimus, qui cohiberi, et pro arbitrio nostro agi non possunt. et freno uerbum, quod significat cohibeo. et freno eiusdem significationis. Seneca. Cohibendus enim, ac refrenatus est animus. frenum in singulari neutri generis est, in plurali uero frena, et frenos dicimus. Quidam tamen frenum non a ferendo, sed a frangendo dictum putant, quod equorum, aliorumque animalium ora frangat. ideoque cum a diphthongo scribi debere. Fistula quoque ab aqua ferenda dicta est, quamuis alij a fundenda aqua dictam malint. proprie enim fistulae sunt, ut Pomponius inquit, per quas aquas ducimus, a quarum similitudine instrumentum musicum fistulam uocamus, cuius Pan dicitur inventor fuisse. Vir. Septem compacta cicutis fistula. Eadem quoque similitudine fistula uocatur uetus altum. angustum. callosum. siue ex uulnere sit, siue ex nitro intus orto, quod ad suppurationem peruenit,



peruenit, quā primo tentare specillo medicus debet, ut quod tendat, & quā alce perueniat, scire possit. Ad hoc fit fistulo uerbum, quod si significat fistulam ago. Plyn. Et punicas fistulas uice. Item for fari a fero deductum est, quamuis prima persona in usu non sit. nihil enim aliud est fari, quā ferre, hoc est loqui. Quāquam Varro inter fari, & loqui hoc interesse scribit, quod fatur is, qui primus si significabilem uocem ore emittit, nullo uerborum ordine seruato. unde pueri ante, quā id faciunt, infantes dicuntur. Loquitur autem is, qui suo loco unumquodque uerbum sciens ponit. A for famior in imperatio de ducitur, quod ueteres pro dicitō usurpabant. & Fabolinus deus, qui pueris primo fari incipientibus praest. & fatio dicitur, quod est multa loquor, a quo refuto, & confuto, de quibus infans dicitur. & fatus locutus, & fama, quae proprie est inanis de aliqua re rumor sine ueri cognitione, siue bonus sit, siue malus. Et hoc tantum differt a rumore, quod rumor semper de recenti dicitur. Cicero in probissimis rumoribus dissipatis. Lilius, Manat tota urberumor. Fabios ad caelum laudibus ferit. Fama etiam saepe dicitur de re inueterate, firmataque in hominum opinione, quamuis incerta. Mart. Quicquid fama canit, donat arena tibi. hoc est, quicquid incertum, fabulosumque narravit uetus, tu opere praestis. Quint. Fama est Iouem olim in imbrem aureum conuersum puella in gremium descendisse. Ponitur tamen frequenter pro laude, ac celebritate, ut fama Fabiorum fama Camillorum fama Scipionum. Vir. Sum pius Aeneas, fama super aethera notus. Aliqua de pro opinioe. Plyn. Huc cum liberalitatis tua fama perduxerat. Vir. Nos munera templa quippe tuis ferimus, famamque fouemus in anem. Hinc fit famosum, & infame eiusdem plane significationis. Cicero, Non pol inquit uideo. nā me ad famosas uentur mater accedere. Plautus, Qui etiā me miserū famosum fecit flagitij suis. Sall. Lationem famosam, impudentemque. Unde infama, et, qua Apuleius utitur, infamatio deriuatur. Et famiger. & famigero uerbum, hoc est diuulgō. & famigerabile uulgandum apud antiquos, ut Varro testatur. et famigeratio diuulgatio. Famam graeci φήμη nominant, quae similiter ἀπό τῆς φωνῆς, hoc est a fando deriuatur. differtque fama a gloria, quae cōstans, & solida est, atque ita definitur. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Est tamen alia inanis gloria, uitorū plerumque laudatrix, quae definitur popularis fama, ex honestatis simulatione proueniens. ab hac diminutiuum fit gloriola, & gloriolus uerbum notae significationis. & gloriolus, qui gloriatur, et gloriosus, qui se uel in aniter iactat, uel alterius inani laudatione efficitur, & laudari querit. & inglorius, qui nulla laude, aut gloria dignus est, ueluti ignobilis. Rumor & aliquando pro fauore ponitur. Virg. Ergo iter inceptum peragunt rumore secando. ab hoc rumusculus paruus rumor, & rumisero honeste dictum, pro rumores fero. Plau. Thebani uero rumiserant, probant. Quidam etiam rumigero usurparunt, & nonnulli rumito. Neuius, Simul aliunde rumstant iter sese. Item adrumauit inuenitur pro eo, quod est rumorem fecit, siue cōmurmuratus est. quidam haec a rumine, hoc est parte gutturis putant deducit. Fames uero, hoc est edendi cupiditas, non a fando, sed ἀπό τῆς φωνῆς deductur, quod est edo, unde famelicus, qui edendi cupiditate agitur, & famelicus, qui frequenter famelicus est. unde famelicusam turrim palustrē ueteres uocabant. Et famico, & furio. a quo famisco. Fala autem a fando dicta sunt, quod Thuscā caelum uocabant. sunt autem lignae turres. Itē a fando infandum, magnum, quod uix fari quae possit. Vir. Infandum Regna iubes renouare dolorem. & infans puer, qui non dum fari coepit, quod etiam de brutis dicitur, atque etiam auibus. Plyn. Quadrupes infans suos cognoscit.

Idem, Vespertilio uolucrum sola lacte nutrit ubera ad mouens geminos uolunt amplexa infantes. Item de in animalibus. idē de boleto. Nec tunica minor gratia in cibo infans boleti, hoc est parui, & non dum adulti. a quo infantia fit. a. aetas infantilis. nam & ab infante, infantile deductur. Iustus, Hunc seu misericordia fortunae eius, seu infantilibus blandimentis inductus diu protexit. Thuscā fandum caelum uocabant. a quo fala ob altitudinem turres lignae uocabantur sunt. a quibus falatica dicta telum maximum, quod in fulminis modum pugnantem de filiis iaciebant. Virg. Sed magnum stridens contortae falatica uenit. Falces autem, & harpagae armorum genera erant, mitorum oppugnationibus apta. Sisenna, falces iniectas communiunt, pluteos propius collocatis harpagis deiūant ē turribus. Plutei crates sunt, corio crudo intextae, quae apponi solebat militibus opus facientibus. idēque appellabantur militares. Nunc etiam tabulae, quibus quid praesepitur, eodē nomine significantur. Infantem etiam per metaphoram dicimus stultum, & quasi loqui nescientem, & infantiosem, & infantissimum, pro stultiosem, & stultissimum, & infantiam, hoc est stultitiā. & infantiliter, stulte. pueriliter & infantilitas, puerilitas. Sic autem a fero fari deducunt Latini, quae admodum graeci ἀπό τῆς φωνῆς φάω, quae est fari, & differere, unde phrasid deducta est, quae Qu. definit eloquentiae corpus. a qua Theophrastus appellatus, quasi diuina eloquentia praeditus. Itē a fando fas dicitur, hoc est pium, & religiosum, & fari dignum. ad deos enim refertur, sicut iustum ad homines. Vir. fas, & iura simunt, hoc est diuina, & humana iura permittunt. cuius contrarium est nefas, hoc est impium, & execrabile. a quo fit nefandum, & nefarium, hoc est sceleratum, & quod ne fari quidem liceat, quibus aliqui nefarium a fere potius deductum uolunt, quo scelerati, quasi uita indigni uti non debent. Item fasti dies dicti sunt, quibus licet fari praetori tria uerba. do. dico. addico. & nefasti his contrarij, quibus fari non licet. Ouidius, Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur. Fastus erit, per quem lege licet agi. hinc fastorum libri appellati sunt in quibus totius anni descriptio continebatur. De quibus idem Ouidius scribit, sacra reo cognosces annalibus eruta prisca. Et quo sit merito quaeque notata dies. Inuenies illic et festa domestica uobis. Saepe tibi pater est, saepe legendus annus. Prisca autem temporibus fastorum libri solis Pontificibus noti erant, & sacrorum Regi, quos primus Numa ad Etruscorum imitationem dicitur instituisse. hos enim legens minor Pontifex, & observatione sacrificulo Regi patefacta, celebrato ab utroque sacrificio idem Pontifex calata, id est uocata in capitolium plebe, iuxta curiam calabram, quae caesae Romuli prope erat, dies populo quomodo obseruari deberent, indicabat. Sed postea fasti Cn. Flauij scribae opera, etiam inuitis patribus, in omnium notitiam peruenere. Oēs autem totius anni dies ex institutione Numae aut festi erant a feriis ita dicti, aut profesti, aut iterasti. Festi erant, in quibus uel sacrificia Dijs offerebantur, uel dies diurnis epulationibus celebrabantur, uel ludi in honorem Deorum agebantur, uel feriae obseruabantur. a quibus festinus deductur, & festiuus, & festiuus uerbum, hoc est diem festum ago. et festus a. um. festus dies dicitur res festiua, hoc est iucunda, & lepida. Frondem festiuam dicimus, quae leta. & iucunda est, frondē festam, quae festis adhibetur. Profesti, qui hominibus ad rem uel priuata, uel publicam administrandam concessi erant. Hi autem fasti erant, quibus licebat praetori ius dicere, aut comitiales, quibus licebat cum populo agere, aut comperendini, quibus licebat uadimonium inbere, aut stati, qui iudicij causa cum peregrino instituebantur. Plau. Status conductus cum hoste intercessit dies. Hostē enim hoc loco more ueterum nominat peregrinum, aut



præliarum, quibus fas est res ablatas repetere, uel hostem lacessere. Sed eligendi ad pugnandum dici tunc Romanis erat licentia, cum ipsi bellum inferrent. Alioquin, cum exciperent, nullus obstabat dies, quo minus uel salutem suam, uel publicam defenderent dignitatem. Inter ceteros dies erant Deorum, hominumque communes, hi inter se non in alia diuidebantur. Illorum enim dierum quibusdam horis fas erat, quibusdam fas non erat ius dicere. Nam, cum hostia caedebatur, fari nefas erat, inter cetera, et porrecta fari licebat, rursum, cum adoleveretur, non licebat. Dies atros uocabant præfati, quos nunc ab obseruatrice huiusmodi rerum Provinciae ægyptiacæ uocamus, quædam ad emendationem infastis nominis communes nuncupant, qui ueluti infelices ad omnia cauenda sunt, quales erant apud Romanos postriduanus dies, quæ Qu. Sulpitius Tribunus militum ad Alliam aduersus Gallos pugnaturus re diuinam postridie Iduum Quintilis dimittendi gratia fecerat. Item a fando sanum deducitur, hoc est templum, quod Pontifex in dedicatione templi certa uerba præfari solet, quantum sint aliqui, qui ἀπὸ τοῦ παρὰ ποῦ dictum malint, quod si significat manifestum, quod a fano responsa dabantur, unde propheta dicti sunt antistes sanorum, et oraculorum inter prætes. et hypophetæ uaticinandi ministri, quibus scilicet propheta imperabant. Et fanaticus, insanus dicitur, quoniam sacerdotes, cum responsa dabant, furorè pleni insanire uidebantur. Hinc Fanum piceni urbs dicta, in litore Adriatico inter Pisaurum, ac Senogalliam, omnium Italiae urbium, meo iudicio amoenissima, siue loci naturam, siue ciuium ingenia consideres, quæ in ea pulcherrimum Fortunæ templum fuerit, cuius adhuc reliquæ conspicuntur. Hinc Fanenses, siue Fanestres appellati. Item profanum irreligiosum, non sanctum. Plau. Sacrum, an profanum habeas parum penditur. is enim profanus est, qui fani religione non tenetur, quasi porro a fano, et a religione secretus. Profanum etiam appellatur, quod ex religioso, uel sacro in hominum usum conuersum est. Virg. Faune precor miserere inquit, tuque optima ferrum Terra tene, colui uestris si semper honores. Quos contra Aeneas a bello fecere profanos. dixerat enim superius. Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum sustulerant. Hic profanare est ex sacro humanis usibus promiscuum facere. unde profanationem templum dicimus, cum in eo uel dimicatum est, uel aliquid turpe commissum. a quo profanatio deducitur. Quidam hæc omnia a græco deducunt per ph potius, quæ per scribenda existimant. Vt et pro fanum hæc scripsere, et hanc uel pro paruo fano. A fando etiã fatuus derivatur, hoc est simplex, insulsus, et quasi fari nesciens. quapropter et abos insulsos, atque inspidos fatuos dicimus, et fatuitatem, stultitiam. Fatui etiam dicuntur Fauni, a greges Dii, quod fari nesciant. unde et infatuatæ mulieres dicuntur, quæ faunorum ludibrijs agitantur. et similiter infatuati uiri, quos nunc uulgus spiritu plenos nominat. quidam etiam demoniacos. et infatuo, atque infatuor uerba. Item fatua Dea dicta est terra, quod infantes parui editi non prius uocem edunt, quæ terram attingunt. Eadem et Bona dea nominatur, quod omnium nobis ad uictum bonorum causa est. et Fauna, quod omni usui animantium fauet. a qua Fauni a greges Dii, quod est terra geniti sint. et ops, quod ipsius ope, atque auxilio uita constat. et Damia, quia ei in aperto sacrificabatur. unde et sacerdos eius Damatris appellabatur, et sacrificium, quod ei fiebat, damum a contrario sensu, quod minime esset a uobis, hoc est publicum. A fando, fatior, quasi uehementer loquor, et affirmo, fatieri enim est sponte aliquid affirmare. confiteri aliquo modo coactum. profiteri ad gloriam aliquid præ se ferre. diffiteri negare. a confiteor confessio fit, et confessor, non, qui peccata alterius audit, ut imperitum uulgus usurpat, sed qui propria confitetur rogatus. Item professio, confessio

facta palam. et professor, qui aliquid publice confitetur. unde professores bonarum artium dicimus uel eos, qui in ijs eruditi sunt, uel qui eas publice legunt. Nam et profiteri usurpamus pro publice legere. Item a fando præfari dicitur, quasi antefari. unde præfationem nominamus exordium, quod et principium, et proæmium nuncupatur, et profari eiusdem significationis, a quo prophetae dicuntur antistes phanorum, oraculorumque inter prætes, quos græci similiter ἀπὸ τοῦ προφαίειν, quod ostendere est, προφῆτας appellant. Præfari tamen aliquando si significat per quandam ueluti præfationem id, quod dicturi sumus, uel indicare, uel remedijs quibusdam præuincere. unde præfanda dicuntur turpia, quod scilicet ea præfari oportet. Val. Cassius nunquam sine præfatione publici parriidij nominandus. Quint. Vitandum est, cum iunctura deformiter sonat, ut si cum hominibus notis loqui nos dicimus, nisi hominibus mendum sit, in præfanda uidemus incidere. quod Virg. fecit. Et tu merum cum nauibus æquat. Solemus autem in præfando his uerbis uti, si licet dicere, si commemorare fas est. quod dictu quoque fœdum est. honore dicto. honor sit auribus uestris, et alia huiusmodi. Plyn. Alius os uerberat, alius pectus, et uentrem, atque etiam fœdum dictu uerecunda contundit. Quint. Honor sit auribus uestris. iubet prostare gladio cinctum, item a fando fastus, quod superbiam significat, et elationem quandam coniectantia uerborum, estque quartæ declinationis, cum liber, qui dicrum obseruationem continet, sit secundæ. Aliquando tamen et pro libro quartæ declinationis inuenitur. Lucanus. Nec me us Eudoxi uincetur fistibus annus. A fastu fit fastidio uerbum, quod proprie est cum fastu quodam contemno. Virg. Inuenias alium, si te hic fastidit Alexis, unde et pro stomachor accipitur. a quo fit fastidium, et fastidiose aduerbium, hoc est stomachose, quod et fastiduliter ueteres dixerunt. et fastigium, quod proprie altitudinem, ac summum operis significat. Virg. et fastigia suspicit urbis. a quo fit fastigium, quod acuminatum significat, et quasi in fastigium erectum. Plyn. Cermat rosa omnis primo inclusa grano cortice, quæ mox immanescit, et in uiridens alabastror fastigato paulatim rubescens dehiscit. Aliquando tamen pro imo ponitur, Vir. Forsitan et scriobibus, quæ sint fastigia querat. Item a fando fit famen, quod uerbo poetæ pro sermone, ac locutione utuntur, et fabulos, quod est loquor. a quo confabulor, simul loquor. Apuleius. It enim, dum una confabularemur, hoc mihi testatus est. A confabulando confabulatio derivatur, hoc est colloquio, et a fabulando fabula, cuius diminutiuum est fabella. est autem proprie sermo, et confabulatio. Martialis, Quodque tibi mæchum fabula nulla dabat. Item fabula, res ad utilitatem, siue delectationem hominum. conficta, ut sunt poetarum fabulae, et hæc, quæ licet ab Hesiodo poeta initium acceperint, nomine tamen dicuntur æsopica, quod ijs in primis usus fuerit Aesopus, hæc mirum in modum animos ducunt, præsertim rusticorum, et imperitorum, qui et simplicius, quæ ficta sunt, audiunt, et ijs, quibus delectantur, facilius capti uoluptate consentiunt, qualis est nota illa de membris humanis aduersus uentrem discordantibus, qua Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiâ traditur reduxisse. aut illa, cuius mentionem facit Horat. Olli quod uulpes a grotto cauta leoni. hæc et apologus, siue apollogetia dicitur, definiturque ex rebus humilibus composita quadam forma, ac species ad uidentium. Plautus. Præsertim abis præsentem tibi huic apologum agere unum uolo. Quidam fabulam, et argumentum ita distinguunt, ut fabula sit res contra naturam dicta, siue facta, siue non facta, ut de Pasiphae. Argumentum quod secundum naturam dicitur, siue factum, siue non factum est, ut de Phædra. Fabula græce μῦθος dicitur, a quo mythicus



thicus fabulosus, & mythologia sermo fabulosus. Item à fando fit fatum, quod proprie à Chryssippo ita definitur. fatum, quod graeci à *μαρτυριω* uocant, est sempiterna quaedam, & in declinabilis series rerum, & athena uolens semetipsa sese, atque implicans per aeternos consequentia ordines, ex quibus apta, nexa que est. Aliquando tamen fatum pro natura ponitur. Virg. nam quia nec fato, merita nec morte peribat. et pro uoluntate. Idem, fati Iunonis inquit. Item pro oraculo, quod dii fatiunt. Idem, Oblitus fatorum. Item pro morte, quia nihil tam necessarium impendit homini, quam mors. unde fato concedere pro mori usurpamus. et fatalis dies dicitur perniciosus, & fatiferum, morti feruum. Fatale etiam uocamus quicquid ex nobis fato debetur, siue bonum sit, siue malum. Fatidicus dicitur, qui nobis fati, hoc est decreta deorum exponit, hoc est, qui uaticinatur. & uates, quasi fati dicitur. & uaticinor, quasi fatinor, hoc est fati cano. & uaticinui, quasi fatinui, quis sint, quod à uiendis, hoc est à collegendis uersibus uates dictos existimet. hic uaticinatus collis, et uaticinatus ager. et uaticinatus deus a gri praeses appellatur, uel à uaticinij, quae uis, et instinctus eius dei in eo a gro fieri solita erat, uel quoniam penes hunc deum sint uocis humanae initia, quoniam pueri simulatque parti sunt, eam primam uocem edunt, quae prima in uaticinatio syllaba est. à qua fit uagire factitium uerbum, & uagrus, uel quod eo colle potitus fuerit populus romanus uaticinatio responso expulsi inde Etruscis. Item à fando effatum dicitur, quae augures in sine auspicio extra urbem sunt effati. Et effari templa ab auguribus dicuntur, cum fines notantur. Effari enim proprie eloqui est. Virg. sic effatus uestigia pressit. Item à fando fallo dicitur, ut Varro placet, quod fando de capianus, ac contra, quod diximus, facianus. nam, si quis re fallit, improprie fallere dicitur. & fallax appellatur, qui mendando decipit. A fallo fit compositum refello. est enim refellere id, quod dictum est, arguendo falsum ostendere. Teren. Cum tu horum nihil refelles. unde Rhetores refellere, & purgare ita distinguunt, ut refellere dicitur de eo, quod factum negat, purgare uero de eo, quod fatum quidem factum, sed defendit. & falsarij dicuntur, qui decipiendi gratia publica scripta falsificant. et falsifico uerbum. à quo falsificatio, & falsus, quod interdum significat eum, qui decipit. Teren. falsus es. hoc est decipis. interdum eum, qui fallit. Paulus iurisco. falsum esse dicit, si quis chirographum alterius imitetur, aut libellum, aut rationem intercidat, aut describat. & falsum tutorem, qui tutor non est, siue habenti tutor datus, siue non sicut falsum testamentum, quod testamentum non est. nam falsum librum pro mendoso improprie dicimus. recte tamen appellamus falsum iudicium. falsum nouum. falsam sententiam. pro non ueris, non quod fallendi gratia dicta sint, sed quod opinionem hominum sefellierint. hinc fallaciae uerba ad decipiendum composita dicuntur, et cauillationes. est enim proprie cauillatio subdola ratio, quae conscijs nobis mendacij, uincendi tamen causa proferimus. & cauillari est fallacia, & dolo uti. unde iurisco. consulti cauillationem pro calumnia usurpant. utrumque enim à caluendo, hoc est decipiendo deducitur, ut in feruis docebimus. Cicero tamen pro genere quod à facietarum cauillationem accipit. Cum duo, inquit, sint genera facietarum. alterum aequaliter in omni sermone sumum. alterum per acutum & breue. superior cauillatio. alter dicitur nominatur. Veteres pro fallacia fallam dixere. & falso aduerbium, dicitur non uere. Sall. Falso queritur de natura sua genus humanum, & falsitas. & falsi crimen, cum publica scriptura falsificatur. & fallaciter, hoc est causa decipiendi. Falsissimus à scriptoribus usurpatur, quauis falsior non sit in usu. falsum habere, fallere est. Sall. Neque ea res me falsum habuit. Falsum graeci *ψευδος* dicunt. hinc pseudo prophetæ falsi uates appellati sunt. et pseudopanchusa her-

ba similis anchusae, à quibusdam enchisa, et doris dicta languinosior, quae anchusa, & minus pinguis, tenuioribus folijs, et laudioribus, contra serpentes efficacis potu foliorum, uel seminis. Anchusae radix in usu est digitali crassitudine, scanditur papyri modo, manusque inficit sanguineo colore, praeparat lanas pretiosis coloribus, uarijs a gritudinibus prodest, in primisque lepra, & lentigini, si liniatur. Galenus quatuor eius genera memorat. Onochilan. Lycapson. Onochilon, quartum dicit esse sine nomine. Onochilon à similitudine labiorum asini dictum est, propter quod quidam labrum a sininum nun cupuere siue quod asini labijs huius herbae libenter pascantur. Alij enchryson eam nominant, paruo frutice, flore purpureo, asperis folijs, et ramis, radice messibus sanguinea, caetero nigra. Sunt qui eadem archenion uocant. alij rhexian efficacissimam contra serpentes. & pseudobunion alia herba napi folia habens, fructicans palmi altitudine. Laudatissima in Creta contra tormina, atque stranguriam efficacis, ramis in potu sumptis quinis cyathis è niue. Haec herba bimio similis est, unde nomen habet, quod aliqui archion uocant, urinam uirifice prouocantem. et pseudodictamum, quasi falsum dictamum, quod dictamo simile sit. dictamum cum accento in penultima pronuntiandum est. Hanc herbam cerua monstrauerunt, quod dum uulnerata sunt, si eo pascantur, statim decidunt tela. non est alibi, quod in Creta ramis praetenuis pulgio simile feruens, & acre gustu, folijs tantum uruntur, flos ei nullus est. radix tenuis, & superuacua. In Creta quoque non spatiosae nascitur, mireque à capris expetitur. Nam hoc, quod uulgo pro dictamo ostenditur, ferè ubique nascens pseudodictamum est, folio simili, ramulis minoribus, à quibusdam condrys uocatum, minoris effectus statim intelligitur. Dictamum enim minima portione accendit os. Sunt qui tradant utrumque nasci multifariam, sed deterius in agris pinguibus, uerum quidem dictamum non nisi in asperis. & quod in Creta nascitur, ut caetera omnia in eadem insula nascentia, infinito praestat ijs, quae eiusdem generis alibi gignuntur. Est & tertium genus dictami, quod aliqui dictamum uocant, sed neque facie, neque effectus simile. folio sifymbrij, ramis maioribus. Tradunt Arcadas, neque hac, neque alijs herbis uti, sed lacte circa uer, quoniam tunc maxime suavis herbae tergeant. bibunt autem lac uaticinum, quoniam boues ueriferæ proysus sint herbarum. Potentia herbarum in quadrupedibus manifesta est, quia circa Abderam, & Limitem, qui Diomedis uocatur, equi pasti inflamantur rabie. circa Pothiam uero, & asini, pseudospecem uocant uespæ, quae singularis uolunt. Hanc magis sinistra manu apprehensam subnectunt ad quartanas pellendas, in quibus medicina clinice propemodum nihil pollet. et pseudisodomon genus structurae in edificijs. Quippe Graeci ueteres è lapide duro, ac silice aequo construebant, ueluti lateritios parietes. cum ita fecissent isodomon uocabat genus structurae, quasi aequaliter directum. At cum inaequali crassitudine structa essent, pseudisodomon. Tertium genus erat euplecton tantummodo frontibus politis, quasi *εὐπλεκτόν*, hoc est bene caesum. Reliqua enim fortuito collocabatur. & pseudosmaragdus, de quo iter lapillos dicemus. & pseudologus, falsidicus. pseudo graephus, falsarius. pseudomartyr, falsus testis. pseudadelphus, falsus frater. & pseudulus, falsus seruus. unde & plautinae fabulae pseuduli nomen inditum, in qua pseudulus seruus introducitur, qui se Syrium alium seruum esse simulauit. A fando etiam faciudus dicitur disertus, et qui ea, quae mente concepit, ad audienteris facile, atque ornate perfert, à quo fit faciundia, hoc est facultas disserendi cum gratia. et faciunde aduerbium, pro diserte. Itè à fando facetus, hoc est elegans in dicendo, & delicias quasdam sermonis habens, quae faceta dicuntur. à quo facete aduerbium, hoc est exalte. eleganter. urbane. Sunt etiam qui fatim aduerbium,



quod significat abundanter, a fando dictum uelint, quod uerborum maior, quod rerum copia sit, uel quod fieri difficile sit, a quo fit compositum affatum, eiusdem significationis. Et fatiscio, quod est abundanter aperior, quasi affatum hisco. Virg. Rimusque fatiscunt, id est aperiuntur. soluntur. Et fatigo, quasi fatum ago, hoc est abundanter ago. Proprie enim fatigare est ad lassitudinem deducere. Virg. Velocis iaculo ceruos, cursuque fatigat. Ponitur tamen aliquando pro percutere. Idem, Verusque iuuentum terga fatigamus hastis, aliquando pro excutere. Idem, Sociosque fatigat. praecipites uigilate uiri. Et alibi, Collecta fatigat ex longo rabies, et sicce san guine fauces. Interdum pro cogere, comprimere. Cic. Qui non uerbis sunt. Et disputatione philosophorum, sed uinctis, et cetera fatigandi. Quandoque pro commouere, perturbare. Virg. Quae mare nunc, terrasque metu, caelumque fatigat. Huius passiuum est fatigor, a quo fatigatus, et fatigatio. Item a fando omnia fariam, et multis fariam aduerbia deriuantur, quae significant omnis generis, et multorum generum, siue in oes partes, et in multas partes, siue omnibus modis, siue multis modis, quasi quod omnibus modis, aut multis modis fieri possint. Item bis faria, trifariam, quadrifariam, in duas, tres, quatuor partes, siue duobus, tribus, quatuor modis. Item plurifariam, eodem modo dicimus etiam multifarium, et ofarium, et plurifarium adiectiua nomina. Suet. Gladiatori munera, plurifaria, ac multifaria exhibuit. Varro, Quod uolumen unum nos lectitauimus, postea septifarium, hoc est septifariam diuisum. A pul. Omnifario sermone depinxit. Item faueo proprie eni fauere, est bona fieri. Virg. Ore fauete omnes. hinc fauor uox est bene precans alicui, siue alicuius commodum, et laudem tuens, et fauentia bona omniatio. Nam praecones elamantes populum fauere sacrificij iubebant. Et fautor, qui fauet, pro quo ueteres fabitorem dixere, et faemininum eius fautrix, et fauorabilis, a quo fauorem habemus, et fauorabiliter, cum fauore passiuo, et faustum, felix, cui oes fauent, a quo aduerbium fauste, hoc est feliciter. Quorum contraria sunt infastum, et infaste, hoc est infelix, et infelicitate. Et Fauna dea, quod omni animantium generi fauat. Praeterea a ferendo frons dicitur, quod indicia animi praeseferat. est enim tristitia, hilaritatis, clementiae, seueritatis indicium. Varro tamen a foraminibus potius oculorum dictam existimat. Antiqui qui frontem masculino genere dixerunt. A fronte fit compositum bifrons, quod geminam frontem habet, et deriuatum frondosus, quod nonnulli pro impudente usurpant. Similiter a ferendo frons, frons, quod frondes arborum huc, atque illuc a uento ferantur, proprieque arborum dicuntur frondes. folia uero tamen arborum, quae herbarum, et florum, a quo frondescere arbores dicuntur, dum frondes emittunt, sicut florescere, dum emittunt flores. Item frondeus, quod totum ex frondibus est, et frondosum, quod abundat frondibus. Et frondator, qui arbores amputat, et qui e frondibus manipulos facit per hyemem animalibus in pastum offerendos. Et qui manibus uitium folia euellit, quo ardor solis uiam reddat maturiorem, et frondarium, quod ad frondes pertinet. Plyn. Vnus frondator quatuor frondarias piscinas complere in die iustum habet. Et fronditius, uici cognomen, de quo inferius dicemus. Item a ferendo deducitur fraus, hoc est deceptio, quae alicui inferitur, sicut ab imponendo dicitur impostura, quandoque tamen fraus pro periculo accipitur, sicut enim in iure legitur. Fraudi erit illa res, hoc est periculo. Virg. Quis deus in fraudem? Interdum pro poena usurpatur. Idem, Iam nosces uentosa ferat cui gloria fraudem. Vlpia. de fraude, et poena sic scribit. Fraus aliud est, aliud poena. Fraus enim sine poena esse potest, poena sine fraude esse non potest. poena est noxae uindicta, fraus et ipsa noxa dicitur, et quasi poenae, quaedam praeparatio. A fraus fit fraudolentus, hoc est fraudis ple-

nus, a quo fraudolenter aduerbiu, hoc est cum fraude. Et fraudo uerbum, cuius passiuum est fraudor. Quint. Primo inuenta florae fraudatus. Et de fraude, quod est fructum inuuo, uel per fraudem aliquid decerpo. Teren. Suum de fraudans genium comparat miser. Plau. Ten. ego de fraudem, cui ipsi nihil est in manu, nisi quod tu porro uxorem de fraudaueris. Veteres frausum, fraudatum dicebant, hoc est eum, qui ad fraudis fructum uenisset, et frausus erit, qui fraudem commiserit. A fraude, et de fraude uerbalia nomina sunt fraudator, et defraudator. Item a ferendo fritilli, sunt uilli sordidi in ta petis, quod per terram ferantur. Et fritilli tabulae lusoriae, quod super iis tesserae ferantur, siue (ut quidam putant) a crepitu ipso tesserarum. Mart. Dum blanda uagus alea December incertis sonat hinc, et hic fritillis, hi et alueli dicuntur. Varro, Quales sunt tesserae, quibus in aluelo luditur, et simi. Horatius, Mitteret in simum, item a ferro, siue secundum quosdam, quod ferat, hoc est auferat res alienas, ut inferius dicemus. Item femē, quasi ferimen, quod hac maxime parte sustineatur homo, atque feratur. Praeter haec a praeterito huius uerbi, quod est tuli, fit tolero, quod significat patienter ferro, a quo toleranter aduerbium, hoc est patienter. Et tolerantia, patientia. Item tollo, quod proprie significat effero, eleuo. Cic. uel in caelum nos, si fieri poterit, humeris nostris tollemus. Aliquando tamen accipitur pro differo. Plau. Omnes tollo ex hoc die in alium diem. Aliquando pro neco, ut Nero matrem tulit, hoc est sustulit. Inter fecit. Et pro aufero, differunt tamen tollo, et aufero, quod tollimus crectum, auferimus ligatum. Virg. Tollite cuncta inquit, exceptisque auferite labores. Interdum pro capio, ut tolle, quod uuum est, et abi. Nonnunquam pro educo. Iuue. Tollere dulcem cogitat haeredem, caturus tortore magno modo pro suscipio. Pa. piniarius. Mando mea filia pro salute sollicitus ipsius, ut quo ad liberos tollat, testamentum non faciat. A. Cellius scribit, tollere aliquando pro corrigere accipit. Varro, Vitium uxoris aut tollendum, aut ferendum est, qui tollit uitium, uxorem commodiorem praestat, qui fert sese meliorem facit. At ego hoc loco tollendum, non pro corrigendum exponi debere existimo, sed pro auferendum, corriguntur enim errores, qui ex parte emendantur, tolluntur, qui auferuntur in totum. est etiam, quando pro emito accipitur. Virg. Vnus in miseri exitum conuersa tulere. Et pro infero. Idem, Tollentemque munas, et sibila colla tumentem, et pro offero, ostendo. Idem, Cui mater mea sese tulit obuia sylvia. Et pro sustineo, patior. Terentius, Ego te complures aduersus ingenium meum mensers tuli. quam uis haec duo extrema a ferro potius, quam tollo deducta uideri possint. A hoc composita sunt attollo, quod aliquando significat erigo. Virg. A tollit se diua Lacina contra. Aliquando aufero. Pacu. Custodite istum uos, ne eum quis attollat, neue quis attinet. Et extollo, quod proprie est effero. Virg. Extulit haec Deos, ponitur tamen aliquando pro differo. Caecilius, Abi intro, atque istaec aufer, tamen hodie extollat nuptias. Item a tollo, cum pro suscipio accipitur, fit praeteritum sustuli, quod significat habui, etenim quae admodum de matre dicitur peperit filium, ite de patre sustulit filium. cum uero tollo pro educo accipitur, sustuli si significat educaui. Hoc idem aliquando pro submouo, et abstuli usurpamus. Virg. Iubet et sublata reponi pocula. Aliquando pro in altum tuli. Idem, et sublatum surgit in ensanguinea duo significata ex illo in Nerone epigrammate declarantur. Quis neget Aeneas natum de stirpe Nerone, sustulit hic matrem, sustulit ille patrem. Sustulit inquit matrem, hoc est occidit, et de medio sustulit. sustulit patrem super humeros sumpsit, et de incendio eripuit. Hinc sublatus modo pro suscepto accipimus. Virg. Troiaque labores, sublatus erudit modo pro ablato. Idem, Sine me hic haud mollia fatu, sublatus



aperire dolis. Nonnunquam pro erecto. Terentius, Quia patululum nobis accessit pecunia, sublata animi sunt. Item a tollere dicuntur, quod tollantur, et tument, cuius diminutivum est tonsilla. e.e autem sunt tonsillae in homine, quae gládulae in sue, quamvis tonsilla etiam a tondendo uocatur palus dolatus in acumen, et in cuspidem praeferratus, qui navis religenda ca in litore figurat. Acci. Tacete, et tonsillas litore edite. Item ab eodem tollum nonnulli deductum existimant, a tollendis equorum pedibus, et tollutarium equum, et tollutiloquentiam, idque per geminum ll scribunt. sed hoc falsum esse doctissimorum uirorum autoritate probatur. Quippe a uoluedo tolutum dicitur, quasi uolutum, hoc est uolubiliter. et tolutarius, quasi uolutarius equus, qui alio nomine ab Austria Hispaniae regione Asturico appellatur, quemadmodum inferius latius ostendemus. Item a ferro composita sunt affero, quod est apporto. circúfero, circumporto. offero, quod interdum est reuerenter tribuo. unde offerre dicitur frugum primitias dicitur. interdum bonum aliquid, aut malum repente oculis obijcio. Virg. Strictamque aciem uenientibus offert. Teren. Nam uitium est oblatum uirgini olim, aliquando pollicetur. Iustinus, Cum ei auxilium obtulisset. Nonnunquam sponte do. Lucilius, Homines ipsi hanc sibi molestiam, atque erumnam offerunt. Teren. Offerimus iniuriam non merenti. Hinc oblationes proprie dicuntur, quae dicitur offeruntur. veteres, Offeruntur dicebant. perfero. tolero. aufero. tollo. Teren. Vos istaec intro auferte, id est tollite hinc, et intro ferte. Nec probandum est, quod Donatus scribit. auferimus, quae cum fastidio arminus. ferimus, quae cum honore tractantur. Siquidem et fures, et praedones ea auferunt, quae iucundissima sunt. Defero, quod modo est adduco. Vir. Defer in Italiam, modo affero. Idem, Celeris mandata per auras deuilit. modo calatum aliquid prodo, et accuso. Cicero. Certum est nomen deferre hominis. Hinc delatores occulti accusatores dicuntur, et calumniatores. Suetonius de Domitiano. Fiscales calumnias magna calumnantium poena repressit. ferebaturque uox eius, princeps, qui delatores non castigat, irritat. Hinc delatio, quae graece διαβολη dicitur. Macrobius, Praeter categoriam, quae est honoris, et praeter διαβολη, quae delatio est. Sunt alia duo nomina etiam apud graecos λοιδορη, et σκωμια, quibus nec uocabula latina reperio, nisi forte dicas laedoriam exprobrationem esse ad directam contumeliam. Scommia pene dixerim morsum figuratum, quia saepe fraude, uel urbanitate cogitur, ut aliud sonet, aliud intelligat. Effero, quod interdum est se pelio. Lucilius, Depugnabunt pro te ipsi, et morientur, ac se uitro effert. Nunc profero. Virg. Tunc sauis Anchisa caestus pater extulit equos. Idem, Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce extulit. nonnunquam leuo, erigo. Idem, Ostendit dextram insurgens Entellus, et alie extulit. interdum proneho, extollo. Idem, Extulit hic Deos. Cicero. Nimum forsitan hoc illi intrentur, atque effert. Plerumque extra fero. Plautus. Ne pedem domo effertur. Hinc tractum quidam existimant, ut effertur cadauer dicitur, dum celebratur finus, uel dum se pelitur, quasi extra domum ferri. sed falsum est. effertur enim dicitur, quasi prouehi, et extolli, quoniam cum pompa ferri solebat humeris clarorum uirorum pheretro suppositis, quod nunc quoque fieri uidemus. propter quod antiqui mortuos non modo elatos, sed etiam supertos uocabant. Plautus, Faciam ego hodie te superbum, nisi hic abis. Profero, quod modo significat protendo. Plyn. Cum lineam protulisset longissimam, atque rectissimam. Hinc Ennius. prolato are dixit pro eo, quod est scuto ante se protenso. modo paladico. pronuntio. Seneca. Ante, quam sententiam proferam. Lucilius, Proferat ergo iam noster ordo scelera, quae in se admiserit. Hinc prolatio, hoc est pronuntiatio deriuatur. praefero. praepo-

no. Plynus. Quod hominem rudem, atque ignarum sibi praefert. Item antefero, quod et ipsum a ferro compositum est. Salustius, Postquam hi, qui signa praeferebant, intellecto disermine, consistere. Unde praefericulum dicitur uas aeneum, sine ansa patens, ueluti peluis, quod praeferre in sacrificiis solebat. Item ostendo. Apuleius, Et uultu impatientiam praefereus. Infero. facio. quasi contra fero. unde inferre bellum. inferre iniuriam dicitur. a quo insensus dicitur, qui ira in alium elatus est, et odium gerit, et infestus tam is, qui alicui malum infert, et plusquam inimicus est, iamque aduersus eum fertur, quae is, cui aliunde malum impendit. Cicero. dolebam iudices, et acerbe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem, atque uitam sua beneuolentia, praesidio, custodiaque texisset. hinc infestare est crebris cursibus molestiam inferre. et signa infesta dicuntur, quae aduersum tendunt, hoc est uexilla in hostem euntia, ut molestiam inferant. et infestatio, molestatio. unde infestum ueteres dixerunt, pro mare latrocinando infestare. Nigidius tamen non ab inferendo, sed a festinando dicitur infestum affirmat. Nam qui infestat, inquit, alicui, eumque properans urget, et opprimere eum studet, atque festinat, uel contra de cuius periculo, et exitio festinatur, is uerique infestus dicitur ab instantia fraudis, quam uel facturus alicui, uel passurus est. Interdum infero, concludo, quasi in unum fero. Seneca. Cum is argumentis, quod proposuerat, intulisset. suffero. sustineo. patior. Virgilius, Nec claustra, nec ipsi custodes sufferre ualent. aliquando suppono. Plautus, Intro ad uxorem meam, sufferamque et meum tergum ob iniuriam. Differo, quod modo significat prorogo, et spatium temporis extendo. Virgilius, Distulit in seram commissa pericula mortem. unde dilationem temporis, prorogationem appellamus. modo diuulgo. Lucilius, Gaudes cum de me ista sermonibus differo. Nonnunquam diuido. scindo. dissipio. Virgilius, Atque arida differt nubila. Terentius, Miseram me differor doloribus. Virgilius, Haud procul inde citae Metum in diuersa quadringa distulerant. Aliquando disporo. Idem, Ille etiam seras inuersam distulit ulnos. Saepae etiam disto. Cicero, Ac uide quid differat inter nostram, et illorum opinionem. Ab hoc fit differentia differens, et indifferens, et differenter, atque indifferenter aduerbia. Veteres pro differentia, differitatem dixerunt. Refero, nunc recenseo. Virgilius, Cogere donec oues stabulis, numerumque referre iussit. Nunc ascribo. Suetonius, Et in deorum numerum retulit. Cicero, Si ad unum omnia referenda sunt, dignissimum esse Pompeium, hoc est si uni omnia ascribenda sunt. Modo narro, cum habet datiuum. Virgilius, Referes ergo haec, et nuntius ibis Pelidae genitri. Si uero accusatiuum habet cum praepositione ad, inconsultationem pono. Quintilianus, Non retulit ad matrem, non propinquos consuluit. non amicos. aliquando reporto, quasi retro fero. Quintilianus, Ad patrem arma non retulit. nonnunquam reuoco. Virgilius, Ille pedem referens, et inutilis, inque ligatus. Item reddo. Idem, O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos. Item fero, Cornelius Tacitus. Cum ex agris segetes domum referrent. Unde refriena dicebantur ea, quae ex segete causa auspicii donum ad sacrificium referrebant. quandoque conuerto. Virgilius, Multae dies uariisque labor mutabilis aui retulit in melius. Plerumque etiam renouo, et quasi rursus fero. Idem, Retulit et praescos docuit celebrare penates. A refero relatiuum grammatica dicitur, quod aliquid superius dicitur referat, ut qui. quae. quod. Item dialectici, quod aliquid referat, sine quo nec ipsum possit consistere, ut pater, et filius. dominus, et seruus, relatiua sunt, quia nec pater esse potest, nisi filium habeat. nea



dominus, nisi seruum, & talis (ut ita dicitur) respectus, relatio uocatur. A relatio fit relatiue aduerbium. Notandum autem, quod relatiuum saepe ad se antecedens trahit, idque fit sepius antecedente postposito, nec apud poetas modo, sed etiam apud oratores. Quintilianus, Timeo, ne quos porrexerim cibos uenena fiant. Ouidius, Cecidere manu quas legerat herbas. In quo etiam habita est ratio uetustatis. Cicero, Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriamini in uobis, easdem in alijs reprehendatis. Virgilius, Urbem, quam statuo uestra est. Refero acceptum, idem est, quod fateor me accepisse, & tam in bonam partem capitur, quam in malam. Cicero, Vitam acceptam refert clementiae tuae. Idem, Omnia denique, quae postea uidimus (quid autem mali non uidimus?) si recte rationem abimus uni accepta referemus Antonio. Acceptum fero, est habeo pro recepto, & fateor me accepisse, quod non accipi, cum nulla solutio interuenierit. unde acceptatio dicta est, quam Iustinianus per interrogationem, & responsionem fieri dicit. referre impensum, est rationem de expensis uel facere, uel reddere. Praeterea refert in tertia duntaxat persona pro uile est, capitur. Plyn. Quippe uictimas caedi sine precatone non uidetur referre, nec deos rite consuli. Item pro interest. Virgilius, Praeterea iam nec mutari pabula refert, & in his duobus non cum re praepositione componitur fert, sed cum hoc nomine res, quasi res fert, ideo cum mea. tua. sua. cuius. nominatiuis coniungimus. ut mea refert, res mea fert. tua refert, res tua fert. sua refert, res sua fert. cuius refert, res cuius fert. Alioquin cum genitiuis semper iungimus, ut Platonis, & Socratis refert. id est Platonis, & res Socratis fert, quod similiter accidit in hoc uerbo interest, cum compositum sit ex in, & re, & est, quasi in re est. Dicimus enim mea interest, hoc est mea in re, id est utilitate est. tua interest. tua in re est. Platonis, & Socratis interest, in re Platonis, ac Socratis est. & cum hoc uerbo coniuncta mea. tua. sua. cuius. ablatiui casus, non nominatiui sunt. Interdumque separatum ponuntur. Lilius, Quid enim in re est aliud, si plebeiam patricius duxerit, si patriciam plebeius? quid iuris tandem mutatur? Plautus, Si tuam est quippiam in rem, hoc est si tua interest. Idem, Virum ueniat, nec ne, nihil in re est mea. Aliquando tamen interest, ab inter praepositione, & est componitur, significatque in medio. Plynus, Arborum succo manantium picam, resinamque; aliae ortae in oriente, aliae in Europa feruntur, quae interest Asia utrinque quasdam habet. hoc est, quae in medio est, siue inter utranque partem est. Res sane. statum, ac conditionem significat. unde res publica, & res priuata dicitur. & res mea. res tua. bona, aut non bone uocantur. Cicero. id enim rebus nostris minime conducebat, hoc est statum nostrum. Aliquando res est, quae a persona distinguitur. Vnde loci argumentorum sunt a rebus, & a personis. nonnunquam distinguitur a uerbis. Horatius, Verbaque prouisam rem non inuita sequuntur. Interdum accipitur pro contentione, atque commercio, ut res est mihi cum Laetrone nefario. & res est mihi cum homine a gressu. Plerumque pro causa. unde dicimus ea re. qua de re. quam ob rem. quas ob res. id est propter quam causam. & propter quas causas, & ea de re, id est ob eam causam, & ab re. id est sine causa. Vnde res comperendinata dicitur, cum causa, hoc est iudicium in diem tertium constitutum est, & reus, qui in rem hoc est causam, ac iudicium uocatus est. a quo reus sit pulando est, qui stipulator. reus promittendo, qui suo nomine quid pro altero promittit. ad haec reus uoti est, qui suscepto uoto se munibus obligat. Damnatu autem uoti, qui promissa uote iam soluit, & sunt propria sacrorum uerba. Virgilius, Constituam ante aras,

uoti reus. reum agere, est accusare. reum peragere, est condemnare. reatus est culpa, & crimen. Item pro cotu. Terentius, Miles cum quo tuum rem habebam. et pro censu. Idem, Eius frater aliquantulum ad rem est audior. Horatius, Nunquam sic facies rem, & pro imperio. Virgilius, Postquam res a sua, Priamiq; euertere gentem immeritam usum superis, & pro utilitate. Plynus, Quod ex eius re magis, quam nostra esset. Postremo res dicitur, quae substantia. qualitas. actio comprehenduntur, quod dialectici transcendens uocant. Paulus, Rei appellatio latior est, quam pecuniae, quia etiam ea, quae extra computationem patrimonij nostri sunt, continet, cum significatio pecuniae ad ea referatur, quae in patrimonio sunt. A res fit reor uerbum, quod est existimo. opinor. nam & opinari parare est. a quo opinio, & opinatio, hoc est existimatio. iudicium. & inopinatum, quod praeter opinionem accidit, & opinabile, quod opinione concipi potest. cuius contrarium est inopinabile. opinio graece *δόξα* dicitur. a quo paradoxa dicuntur, quae admiratione digna sunt, & opinionem hominum superant. *δόξα* etiam gloriam significat. unde *δόξα* uere gloria dicitur. & Eudoxus, proprium nomen, quasi gloria insigne. fuit patria Cnidus. filius Echinis, geometer, & astrologus summus. didicit geometriam ab Archita, primus hic (ut aliqui tradunt) annum composuit, post quem Hipparchus. postea Caesar. fuit & alius Eudoxus Rhodius historicus. Item alius Sicilius A gathocly filius, poeta comicus. Ratus, putans. interdum etiam certus, ac firmus, unde ratum habere, ac ratificari est approbare, ac confirmare, quod actum est. Veteres id ratum dicebant. a quo factum irritum, quod est infringere, nec ratum habere. Vnde irritum dicitur, quod improbatum est. & irritum aduerbium, pro frustra. per metaphoram quoque irritum est ad nihilum redigere. Virgilius, Irritis perpetua soluent formidine terras. Hinc ritum uocatum existimant morem, & approbatam consuetudinem, quam omnes ratam habent. a quo rite aduerbium, quod significat bene, & secundum ritum. Item rituales Etruscorum libri, in quibus scriptum est, quo ritu urbes condantur, arae, aedaeque sacrentur. curiae. tribus, & centuriae distribuuntur. Si uero irrito penultimam productam habet, significat incito. stimulo, uel ab ira, quasi in iram prouoco. uel ab irruendo, a *ritum* similitudine, qui in eos, a quibus prouocantur, irruunt. Virgilius, Irritaeque uirum telis, & uoce lacessit, Suetonius. Erinaep, qui delatores non castigat, irruit. Et rates hinc dicuntur connexae, & recte compactae inuicem trabes, quae per aquam trahuntur, & ab usine a poetis usurpantur, pro nauibus. Virgilius, Dissicatque rates. hinc etiam ratio deriuatur, quae est motus animi, uera a falsis distinguens, a qua fit ratiocinatio, quae a graecis *συλλογισμός* dicitur, definiturque oratio, in qua quibusdam positus, & concessis, necesse est per ea, quae posita, & concessa sunt, aliud euenire. & rationale rationis capax. et rationale cum ratione. Et Ratiocinor *συλλογιζω* Rationem habere. si cum genitiuo iungatur, est habere respectum, ut habenda est ratio salutis, ratio honoris, ratio rei familiaris. Si uero iungatur cum ablatiuo praeposita cum praepositione, est habere negotium. Cicero. Rationem habet cum terra. quae nunquam recusat imperium. Rationem constare, proprie est a quam, legitimamque rationem ostendi, aut apparere ostendi posse. Plynus, Mirum est qua singulis diebus in urbe ratio aut constet, aut constare uideatur pluribus, cunctisque non constet. Ratiissimum a ratio superlatiuum est. Reicula a re diminutiuum est, hoc est parua res. Reicula uero dicitur ouis, aut etiam



te, aut morbo grauis, Reapse ueteres dicebant pro re ipsa. Pa-  
 cunius, si non est in gratia reapse, quod fecit. Item a re deducit  
 tur rego, quasi re populi ago. a quo regula, quae ut Paulus de-  
 finit rem, quae est breuiter enarrat. propter quod dicunt re-  
 gulam esse breuem rerum perceptionem. Regulam etiam ali-  
 quando pro norma ponunt, qua linea dirigitur. hanc simul  
 cum toro, et clauo Theodorus Samius inuenit. Sed de ijs, quae  
 a re go sunt deriuatiuis inferius differemus. Et uerus, quasi  
 non fictus, non simulatus, sed ipsa res. ue enim auget, ut in ue-  
 sibilum, uehement, et der. uatiua uero, de quibus inferius di-  
 cemus. Item a fero confero, quod aliquando significat simul  
 fero. Cicero. Omnes meas curas, cogitationesq; in eam confere-  
 ban. Aliquando contollo. Virgilius, Et conferre gradum, et  
 procerere longius audeat. Interdum confero. Idem. Et confer-  
 re manum furor, iraq; monstrat. Non nunquam comparo. Ci-  
 cero, quae conferri cum eorum studijs potest. Saepo etiam pro-  
 sum. Plinius, Et ad iussu in uino sumptum maxime confert.  
 Quandoq; transero. Idem. Ad hoc nos studium potissimum  
 conuulsemus. Hinc. Collatiuum sacrificium dicitur, quod ex  
 collatione offertur. Et collatiuum uentrem magnam, ac turgidum  
 Plautus nominauit, quia in eum omnia edulia conge-  
 runtur. Et Collatia oppidum, ac collatina porta. Et Collatina  
 Dea, de quibus inferius dicemus. Item a fero deductum est  
 susquedeque fero, quod et Susque deque habeo dicimus, si-  
 gnificat autem animo. equo sum, et quod accidit non magni-  
 facio, et interdum ne gligo, atq; contemno. Multae praeterea a  
 fero composita sunt, quae enumerare omnia difficile foret. ut  
 Legifer, ferens leges. Scutifer, ferens scutum. signifer, ferens si-  
 gnium. Mortifer, ferens mortem. Pestifer, ferens pestem. Furi-  
 fer, ferens furiam. Hi enim si uerba dicitur, qui ob leue di-  
 ctum cogebantur a dominis in ignominia magis, quam in sup-  
 plicij gratia arcu uicinas furiam in collo ferre subligatis ad eam  
 manibus, et praedicare peccatum suum, simulq; monere cae-  
 teros, nequid simile admittent. Terentius, Hoc uis tibi ut cre-  
 dam si uerba dicitur, idem quod mortifer. Ouisfera, quae fert  
 oua. foetifera, ferens foetum. Pomifera arbor, ferens poma. Bac-  
 ifera, ferens bacca. Glandifera, ferens glandem. Frugifera,  
 ferens fruges. Odoriferum, ferens odorem, quod et odoratum  
 dicitur. Luctiferum, ferens luctum. Letiferum, ferens mor-  
 tem. Letum enim mors est, siue a contrario sensu, quod mini-  
 me letum sit, siue a leo uerbo, quo ueteres utebantur, nunc solo  
 composito eius utuntur, quod est Deleo, quia mors omnia dele-  
 at. a quo deletile dicimus, non quod deleatur, sed quod dele-  
 at. Varro, Spongiam deletilem. et deletionem, consumptionem.  
 Lucillus. Deletionem nostri ad unum exercitum. Mon-  
 striferum ferens monstrum ostentiferum, ferens ostenta. Por-  
 tentiferum, ferens portenta. Stelliferum, ferens stellas. Opife-  
 rum, ferens opem. salutiferum ferens salutem. Plinius Folia  
 fraxini iumentis mortifera. caeteris ruminantium innocua, in  
 Italia nec iumentis nocet, contra serpentes uero succo expresso  
 ad ponum, et imposita ulceribus opifera. margaritifera, quae  
 fert margaritas. Idem. Concastrum genera, inter quae et mar-  
 garitifera Cochleae, et mille alia huiusmodi. IN A-  
 STRA. Ad astra. In enim cum accusatiuo iuncta ali-  
 quando intra significat, ut i nauim in gressus, i domum pro-  
 fectus, id est intra nauim, et intra domum. aliquando con-  
 tra. Plinius. Cum mihi sermo in adulterum esset, hoc est con-  
 tra adulterum. Et Virgilius. Quid meus Aeneas in te com-  
 mittere tantum, quid Troes potuere. modo pro. Idem. Accipit i  
 Teucros animum, mentemq; benignam. Nonnunquam ad, ut  
 hoc loco, et apud Virgilium. Impulit in latus. id est ad latus,  
 et Lucanum. In puppim rediere rates, pro ad puppim. Quae

do uero haec praepositio ablatiuo adiungitur, eandem uim ha-  
 bet, quam apud graecos et ut in Italia, in urbe, in tem-  
 pore, et aliquando significat, uel pro ad, ut hoc est in re tua.  
 id est ad utilitatem tuam, uel pro utilitate tua. In compositione  
 uero aliquando priuatiua est, ut indoctus. inutilis.  
 impius. impurus. Aliquando intentiua. in primo. incurso. ir-  
 rumpo. impugno. incumbo. illud in hac praepositione notan-  
 dum, quod in marmore incisae sunt literae dicimus. in gemma-  
 in lapide. in ligno. non autem in marmor. in gemmam. in la-  
 pidem. in lignum. Ediuerso uero in aere, non in aere. Linius. Pri-  
 usquam urbe ingrederentur leges de amurales, quibus duo-  
 decim tabulae est nomen, in aere incisae in publico proposuerunt.  
 ASTRAL. Caelum pars pro toto Astrum graecum uoca-  
 bulum est. Graeci enim aepor uocant, quod a nostris di-  
 citur sydus. Sydus, et stella differunt, quod ostendit Cicero, cu-  
 iquit, quae sydera, et stellas uocatis. Stelle enim sunt singula  
 res, quae non admixtae alijs, sola feruntur. Sydera uero, quae  
 ad aliquod signum plurimum stellarum composita sunt,  
 ut Aries. Taurus. Andromeda. Perseus, et similia. Vnde  
 20  $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\sigma\upsilon\upsilon\epsilon\delta\epsilon\upsilon$ , hoc est a simul uidendo dicta sunt, quod  
 plures stellae simul conspiciantur. Et  $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\sigma\upsilon\upsilon\epsilon\delta\upsilon$ ,  
 hoc est ab errando Planetae, unde huiusmodi stellas quidam  
 Errones uocauerunt, quod modo ad austrum feruntur, modo ad  
 Septentrionem, modo cum mundo. modo contra mundum. Stel-  
 la uero uel astando appellata est, quod stare stellae uideantur,  
 uel, quae aliqui senserunt, et tanquam nimis curiosum a Quin-  
 tiliano reprehenditur, quod sit quasi luminis stilla. hoc est  
 gutta. A pulcius. Et sanguinis eruptionem utriculo admoto ex-  
 capit diligenter, ut nulla stilla compareret usquam quae uis Pa-  
 30 laemon uicentinus in signis grammaticis interrogatus quon-  
 dam, quid inter stillam guttamq; interesset, gutta inquit stat,  
 stilla cadit. Astria autem per diminutionem dicta est stilla.  
 Stiria proprie est aqua frigore concreta pedens, stillansq; gut-  
 tatum. Plinius, Distillantis hyberno gelu sturias. Virg. Sti-  
 riaq; impexis induruit horrida barbis. Item ab eadem dicitur  
 Stiriadum, sicut a stilla Stiliadum, ubi è tectis guttae flu-  
 unt. Item stiliadiu ab Vlpiano, ita distinguitur a stumme,  
 quod stiliadum stillatim cadat, stumen continue fluat. A shl-  
 la fit shillo, uerbum quod aliquando significat guttatum fluo.  
 40 Martialis, Uiebant lacri membris stillantibus artus. Aliquid  
 do guttatim emitto. Plinius. Frutex est resmam stillans. Ab  
 hoc fit distillo, quod similiter aliquando est paulatim fluo.  
 Vnde fluxus humoris a Capite distillatio dicitur. Aliquan-  
 do guttatim extrahit humorem, unde distillare flores, distilla-  
 re herbas, hoc est humorem ex ijs paulatim extrahere dici-  
 mur, et Distillatio, humoris extractio, et Substillum tem-  
 pus dicitur, quod ante pluiam, uel post pluiam e, non sic-  
 cum, sed humidum, quod aut iam stillat, aut nondum stillare  
 desistat. Eandem differentiam graeci faciunt inter Aster, et  
 50 Astron. Aster enim stella una est, Astron signum stellis co-  
 actum, quod nos sydus uocamus. Quandoq; tamen authores  
 sydus pro stella usurparunt. Cicero, itaq; nesciunt hos syde-  
 rum errores. Idem. Nam cum duo sint genera syderu, quo-  
 rum alterum spatijs mutabilibus ab ortu ad occasum comme-  
 ans, nullum unquam cursus sui uestigium inspicit, alterum  
 autem conuersiones duas iisdem spatijs, cursibusq; conficiat.  
 Quintilianus. Quid haec fulgentium syderum ueneranda  
 facies, quae quadam uelut infixa, ac coherentia perpetua se-  
 mel apta sede collucet. Alia toto sparsa caelo uagos cursus cer-  
 60 tis emittuntur erroribus. Stellam nunquam pro sydere posue-  
 re. A stella fit uerbum stello, quod est luco, et quasi stellas  
 facio. a quo fit participium, Stellans hoc est luens. Martialis.



Et numerosa linunt stellatam splenia frontem, & Stellor pas-  
 siuum, Plynius. Quoniam stellarum hyadum, & nu-  
 mero, & dispositione stellantur. hinc stellatum stellis plenum,  
 & stelliferum stellas ferens, utrinq; caeli epithetum est. Sed  
 stellatum proprie dicitur, cum serenum est, & stella ubiq; vi-  
 deri possunt. Item a stella Stellio uocatus est, quem medici no-  
 stri temporis magno errore putant lacertum esse, cu' longe ali-  
 ud animal sit. est enim lacerta minor, a' graecis ἀσκαλαβός  
 τος, hoc est Ascalabotes dicitur, quod apud eos ἀσκαλος  
 arculus est, stellites autem circulis quibusdam depicti sunt.  
 & ueluti lucentibus guttis, in modum stellarum, unde stellio-  
 nes a' nostris uocantur pleni lentigine stridoris acerbi. Roma-  
 ni uulgo nunc Tarantulas uocant. Ab hoc animali stelliona-  
 tus crimen apud iurisconsultos nomen sumpsit, cuius cognitio,  
 ut Vlpianus sentit, ad praesidem spectat, cum scilicet aliquid  
 dolo factum est, ut si quis rem alij obligatam dissimulata obli-  
 gatione per calliditatem alij distraxerit, aut si quis merces sup-  
 posuerit, uel corru perit, aut si in posturam fecerit, cuius nulla  
 ordinaria poena est, sed extraordinarie plechitur. Causa au-  
 tem nominis secundum quosdam haec fuit, quod qui huiusmo-  
 di criminis rei sunt, astu, & dolo, uelut quodam stellionis me-  
 dicamento homines fallunt. fit enim e' stellione malum medicat-  
 mentum, etenim, cum mortuus est in uino, faciem eorum, qui bi-  
 berint, lentigine obducit. Propter quod in unguento necant cu'  
 formae mulierum insidiantes, cuius rei remedium est oui lute-  
 um, & mel, ac nitrum. Nos autem causam nominis uerorem  
 hanc esse existimamus, quod nullum animal fraudolentius  
 inuidere homini tradunt. ideo nomen hoc uersum est in maledi-  
 ctum, & quoties insidiatorem aliquem significare uolu-  
 mus, stellionem nominamus, a' quo Crimen stellionatus a' ue-  
 teribus est deductum. Sat stellio nihil tuniculae suae in comicia-  
 libus morbis praeferrit. uarco eam, simulatq; exutus est, deuor-  
 rat. Propter hoc obseruant cibile eius a'state, quod est in locis  
 hostiorum, fenestrarumq; ac cameris, uel sepulchris. Ibi uere  
 inapiente caueus ex fissis haru'dinibus textas opponunt, qua-  
 rum illi angustijs exidentes, quo se facilius exuant, per eas e-  
 grediuntur, qua propter dimissa tunica remeare non possunt.  
 Est & alius stellio ex araneorum genere, qui simili modo a-  
 scalabotes a' graecis dicitur, & Colotes, & Galeotes, lentigi-  
 nosus i' cauerniculis dehiscens, per a'stium terrae habitans. hic  
 maiorum nostrorum temporibus in Italia uisus non fuit. Nunc  
 frequens in Appulia uisitur. Aliquando etiam in Tarquinen-  
 si, & Corniculano agro. & uulgo similiter Tarantula uoca-  
 tur. Morsus eius perarato interimunt hominem, semistupidum  
 tamen facit, & uarie afficit, Tarantulam uulgo appellant.  
 Quidam cantu audito, aut sono, ita excitatur, ut pleni laetitia,  
 ac semper ridentes saltent, nec nisi defatigati, ac semineces de-  
 sistant. alij semper flentes, quasi de syderio suorum miserabi-  
 lem uitam agant, alij uisa muliere libidinis statim ardore in-  
 censi, ueluti fiuentes in eam prosiliant. quidam ridendo, qui-  
 da' flendo moriuntur. Multa sunt araneorum genera, omnesq;  
 graeco uocabulo, sed apud Latinos uisitato phalangia dicuntur.  
 Vnum genus est formicae simile. sed multo maius rufo capite,  
 reliqua parte corporis nigra, albis guttis respersum, uiuit ma-  
 xime circa furnos, & molas. Ictus eius, quam uestrae acer-  
 bior est. Est secundum phalangij genus, quod lupum uocant.  
 Item tertium lanuginosum grandissimo capite, quo dissecto  
 inueniuntur intus uermiculi duo, ad alligatiq; mulieribus cer-  
 uina pelle ante solis ortum impediunt conceptum, propterea  
 hinc Araneus Atocius dicitur, graeci enim. ἀτόκιον hoc  
 est Atocium, uocant omne medicamentum, quod sterilitatem i-  
 ducit. Quartu quoq; Phalangij genus. Rhachinon dicitur ore

nigro. minimo. sub albo, pedibus brevissimis, tanquam im per-  
 fectis dolorem morsu, qualem scorpio facit. Quintum genus  
 A'stortion distinctum uirgulis albis, cuius ictus genera labe-  
 factat. Sextum caeruleum est, lanugine nigra caliginem concitans,  
 & uomitus araneosus, hoc est in quibus tele araneae co-  
 spiciuntur. Septimum a' Crabrone tantum penna differens, qd  
 ad maciem perducit. Mirmecion octauum formicae simile ca-  
 pite, alio nigra, guttis albis distinguentibus. Praeter haec Te-  
 tra granthy duo genera habent, peior, in quo medium caput  
 distinguit linea alba, & transuersum altera, hic oris tumore  
 facit. Alter Cinericius est posteriori parte candidatus. Vltimus,  
 ac minime noxius, qui eodem colore telas in parietibus late te-  
 xit, ueluti retia muscis capiendis. Mus araneus exiguum ani-  
 mal est, mustellae similitudine per tenuissimum filum, sine gla-  
 dij aciem impune ambulans. μυσάριον a' graecis dicitur.  
 Eius morsus uenenatus est, tradunt equos si herbas, in quibus  
 hi fuerint, de pascantur, statim exanimari. Araneus proprie  
 ipsum animal uocatur. Aranea tela. Sed poete etiam foemini-  
 num, pro animali usurpant. Virg. Nam saepe in foribus su-  
 spendit aranea casses, Graeci ἀράχνη dicunt. Arachne  
 puella fuit Lydia lanificij peritissima, quae, cum se temere Mi-  
 neruae praeposisset, conuersa est in araneum. A Sydere autē  
 fit syderius. quod modo alium significat. Martialis. Hic ubi  
 Syderius propius uidet astra Colossus. modo fulgentem. Vir-  
 Et splēdidus aethra syderia polus. Aliquando etiam quod ex  
 sydere est, ut syderius ignis, syderius afflatus, syderius splen-  
 dor. Item praesydero uerbum. praesyderare enim dicunt, cu'  
 maturus hyberna tempestas mouetur, quasi ante syderis tem-  
 pus. Item. Consydero a' syderum contemplatione. a' quo consy-  
 deratus dicitur, qui agenda consyderat. Et consyderatio ante  
 platio, & consyderate aduerbiu' cum consyderatione, & ma-  
 turitate. Item. Desydero a' sydere deducitur, quod uelut luce  
 syderis, quae amamus optemus. a' quo fit desyderium. Item a'  
 sydere Syderor, quod est sydere affior. a' quo Syderatio mor-  
 bi genus, & qui eum morbum patiuntur syderati dicuntur,  
 & qui mortui sunt, desyderati. Curtius. In eo praelio trecenti  
 capti, quinqueaginta desyderati sunt. quoniam ob id etiam de  
 syderatos dici uideri possit, quod mortuorum desyderio tene-  
 mur, quemadmodum absentium. Est autem syderatio morbus  
 partem aliquam corporis saepe etiam penē totum corpus per-  
 cuties subito, atq; exiatis, & plerumq; hominē enecans, quod  
 cum repentino quodam impetu eueniat, non causa aliqua in-  
 feriori, sed e' caelo uel quadam syderis provenire putatur. Vn-  
 de Plynius, Syderatio i'quit tota e' caelo est, itaq; a' sydere no-  
 men sumpsit, hinc morbus ille notissimus, & formidolosus o-  
 mnibus, quem graeco uocabulo ἀποπληξίαι, siue Epiple-  
 xiam nominamus, hoc est subitam percussione[m] πληξίαι  
 enim percutere est. Syderatio etiam dicitur, quod corpus stupe-  
 re quodam attonito subito conficiat. Nec i' humanis tantum cor-  
 poribus, sed in arboribus etiam, ac plantis uerbisq; sydera-  
 tio est, humanae prorsus similis, quando sub ortu canis uaporu'  
 siccitate arbores moriuntur. Graeci a' syderis percussione  
 ἀσποβολίαι nominant. ἀσπορ enim sydius dicunt.  
 βάλλειν iactare. percutere. Sunt etiam qui pro astrobolia  
 sphalecismum uocant. Martialis. Sydere percussa est subito ti-  
 bi Zoile lingua. Idem. Hoc opus est, subito fias ut sydere mu-  
 tus. Plautus. Syderatus est. moueri non potest. Syderitis autem  
 non a' sydere dicitur, sed ἀπό τοῦ σιδήρου, hoc est a' ferro.  
 est autem syderitis lapis, quem alio nomine heracleon, alio  
 magnetem uocamus, a' quo trahitur ferrum, & cum propius  
 uenit, assistit, teneturq; & complexu haeret. dicitur magnes a'  
 inuēto, ut Nicāder tradit. Inuenisse autē hic fertur i' India,



dum armenta pasceret, clavis crepidarum, et cuspidem baculi herentibus. Ab astro autem astronomus, et astrologus dicitur, qui astrorum scientiam profitentur, et astrolabium instrumentum, ex quo astrorum motus colliguntur. Astronomia quoque, et astrologia, hoc est scientia de sideribus. aliud enim uocabulum a lege, et norma, aliud a ratione astrorum ductum est. Et Asteriscus signum ad stelle similitudinem paruum, quo utimur cum aliquid in scribendo onussum est hoc modo \* . Et Astreus unus ex titanibus, qui cum aurora concubens uentos genuit, et Astrea huius Astrei filia ex aurora, quam ob summam equitatem iustitiam appellatam fuisse scribit Aratus. Nam, cum adhuc terras habitaret, non dum uersans rabies nauclauerat enses. Nec consanguineis fuerat discordia nota. Sed postea crescentibus uitijs euolauit in caelum. Unde subdit idem Aratus. Et caeli sortita locum, qua proximus illi Tardus in occasum sequitur sua ploustra bootes. **IMMODICIS.** Maximus. Modicum enim aliquando paruum, ac pusillum dicimus. A pileus. Modico labore fatigatur. ita est diuerso modicum, pro maximo ponimus. Modici etiam pauca dicuntur. Plautus. In angustia turba est, domum modici introierunt. A quo Immodicus dicitur plures. Martialis. Atriaque immodicus ardet in aegribus. Modicum tamen proprie pro moderato usurpamus. Plautus. Cui animus modicus, continens, ex pers ambitionis, hinc modicum aduerbium significat parum. Idem. e de polid modicum curat. Modice uero Moderate. Idem. Modice sapis. Cicero. Res publica ex tribus illis generibus, regali, et optimatum, et populari composita modice. A modo autem deriuatum est modicum. Modus enim proprie rationem significat. Ratio uero iubet, ne quid nimis, sed omnia cum moderatio ne fiant, unde quomodo, et quemadmodum dicimus. id est quae ratione. Et Admodum pro satis, quasi secundum rationem, uel pro ualde, ut ad, inuenitur particula sit, et Propemodum ferè quasi parum absit a modo, hoc est a ratione, et mirum in modum, ac maiorem in modum, quasi ultra rationem, et commodum, atque commodum, quod proprie significat aptum, conueniens, quasi cum modo, et ratione. Virgilius. A commode fraudi. Capitur tamen aliquando pro integro. Plautus uiginti argenti comodas minas, et pro utili. Cornelius Celsus. Sed inter omnia maxime commodum est modice exerceri. Hinc fit Commoditas, quod interdum aptitudinem quandam, conuenientiamque significat, interdum utilitatem. Et Commode aduerbium hoc est apte utiliter. Item aliud aduerbium commodum, quod significat iam. A pileus. Commodum lumen enaserat, et foras ad pristinum statum integra resurgunt. Idem. Intulime, enimque accubantem exiguo admodum grabatulo, et comodum caenare incipientem inuenio. Et Commodo uerbum quasi in commodum do. Commodare enim est alienius rei usum ad tempus concedere. Cicero. Dando, ac accipiendo, mutuandisque facultatibus accommodatis, nulla re egeremus. Nec rei tantum mobilis accommodatio dicitur (ut Valerianus existimauit) sed etiam soli. Plautus. Cum aedes pauperi commodasset. differensque hoc uerbum a mutuo. Mutuamus enim (ut Paulus Inrisconsultus inquit) non eadem speciem recipi. Mutui datio in his rebus est, quae potest numero, mensurae dari solent, quoniam earum rerum datione possimus in creditum ire, quia magis in genere suo functionem recipi ut per solutionem, quam per speciem, Nam in ceteris rebus ideo ire in creditum non possimus, quia aliud pro alio inuito creditore, solui non potest. Appellatur autem mutui datio ab eo, quod est de meo fiat tuum. Mutuatio a mutuo deducitur, et mutuuum, quod sic a foenore differt, quia mutuum sine usuris est, foenus cum usuris. Plautus. Nam si mutuo non potero, certum est summam foenore, et mu-

tuo aduerbium, quod aliquando significat inuicem, ut mutuo se amant, id est alter alterum amat. Aliquando est diuerso. Cicero. Fac me mutuo diligens, hoc est, fac mihi in amore respondere. Mutuor uero passiuè significat mutuo accipio Plautus. Decem minas a patre mutuatus. Aliquando commodare est commodum facere, siue commoditatem praestare. Cicero. Cui ego quibuscumque rebus potero, libentissime commodabo. Commodarius uocatur, cui aliquid commodatum est, sicut depositarius penes quem aliquid est depositum. Accommodare uero adiungere, et applicare est. Virgilius. Laterique arguunt accommodat enses. Cicero. Qui se ad rem publicam, et ad magnas res gerendas accommodauere. interdum accommodatum significat proclive propensum. Cicero. Ad summum Graecorum otium potius, quam ad ullam uim, aut tumultum accommodati. Interdum accommodare adhibere. Idem. Tatum dabit amicitiae, ut ueram amicitiam esse malit, ut oranda litem tempus, quo ad leges liceat, accommodet. Item a modo fit modus, siue modificor, a quo Modificatio, et moderor, quod modo cum accusatiuo, modo cum datiuo coniungitur. a quo moderatio, et modesta. Cicero. Temperantem graeci σωφρονα uocant, eamque uirtutem σωφροσύνην, quam soleo equidem cum temperantiam, tum moderationem appellare. nonnunquam etiam modestam. Item a moderor moderator, hoc est rector, gubernator, et moderate aduerbium, et modeste hoc est mediocriter, et temperate. Idem modesta, moderatio, modus, modicum, mediocre, hunc habent ordinem, quod modesta fundamentum, soliditas, basis ipsa uirtutis est, ex qua generatur moderatio, quae temperat, aurigaque modos, qui ex supra memoratis disciplinis in factis, et in dictis, et ceteris tribus, quae agendi officia sunt, iunguntur. A modo etiam modi peratores magistri, et per syncope mos, hoc est uita institutum consuetudine firmatum cum deriuatis ab eo, de quo inferius dicemus, et modius mensurae genus continens duo, et uiginti sestertia. a quo Modiolus quarta pars modij. Est etiam modiolus paruum uasculum quadratum, quo cum tympanis ad hauriendum ex puteo, aut lacu, aut flumine aquam uentur, ut inuenitur. Ita cum rota a calcantibus uersabitur modiolus pleni ad summum elati, et rursus ad imum reuertentes insident in castellum, ipsi pro se quod extulerunt, et modulator, quod significat cum mensura, et numerorum ratione compono. Virgilius, Et modulans alterna notauit. a quo modulus ipsa compositio, et cantus. Item modulatio, et modulamen. Modus etiam aliquando, pro fine accipitur, atque euenit. Idem. Sed quis erit modus. Idem. Quis rebus dexter modus. Modo cum o finalem litteram correptam habet, tempus significat praesens, uel mox praeteritum, uel non dum praeteritum, uel statim futurum, ut modo id ago, modo ueni, modo id dicebam, modo faciam. A quo fit, quo A pileus, et quidam alij utuntur, amodo pro posthac. Ut nemo me amodo tam mane egredietem solum uidebit. Item postmodum, et quod nonnulli usurpant, postmodo, et mox, quod non significat paulo post (ut Pompeius inquit) sed statim. Quippe et paulomox dicimus, hoc est statim cum paruo intervallo. Plyn. Et paulomox calefactum uulnere imponatur. Aliquando etiam modo pro tantum accipitur, ut tunc modo. a quo solimodo, et tantummodo deducuntur. **MAVSOLEA.** Mausoleum pluralis pro singulari. Erat autem mausoleum sepulchrum Mausoli regis Cariae ab Artemisia uxore aedificatum. Domus huic erat theatri curuaturae similis Lateritia, in imo secundum portam fori habebat. Per media autem curuaturae latitudinis platea amplius, qua media mausoleum condidit, ita egregijs opibus constructum, ut iter septem orbis miracula numeretur. Ad huius po-



ste a similitudinem diuus Augustus sepulchrum sibi in campo martio edificauit mirabili opere, duodecim hostijs adhibitis, ad duodecim caelestium signorum imitationem, erecto praeterea ibi obelisco, quod inscriptam rerum naturae interpretationem Aegyptiorum philosophiae habet, cui diuus Augustus mirabilem usum addidit ad deprehendas solis umbras, dierumq; ac noctium magnitudines strato lapide ad obelisci magnitudinem, cui par fieret umbrarum effectus. Addidit praeterea porticum pedum mille, et hortos, ac nemora mirae pulchritudinis, hoc ab illius, de quo loquimur, nomine maius soleum uocauit. Suetonius de Augusto, reliquias legerunt priores equestris ordinis tunicati, et disciti, pedibusq; undis, ac mausoleo condiderant. Id opus inter flammineam uiam, ripamq; Tyberis sexto consulatu suo construxerat, circumiectisq; syluas, et ambulationes in usum populi iam tunc publicatrat. PENDENTIA. Ita columnis inclusa, ut quauis ijs subnixae essent, pendere tamen in aere uiderentur. Patebat hoc opus ab austro, et septentrione sexagenos ternos pedes. breuius a frontibus toto circuitu pedes undecim supra quadringentos. Attollebatur in altu uiginti quinque cubitis. Cingebatur columnis sex, et triginta. Opus totum calatum erat, ab oriente caelauit Scopas. a septentrione Bryaxis, a meridie Timotheus. ab ortu Leochares. Prius autem quam opus absoluerent, regina Artemisia, quae uiri memoriae id opus extruxerat, extincta est. Neq; tamen illi recesserunt, nisi opere perfecto, ut gloriae ipsorum, artisq; monumentum relinqueret. Accessit et quintus artifex Theon, qui superioris pyramidis altitudini inferiorem aequauit, uiginti quatuor gradibus in metae cacumen se coarctans. In summo quadrangula pedum altitudine totum opus includebat. Pendere proprie est suspensum esse, tractumq; est a pennis auium. Virgilius. Dependunt lychni laquearibus aureis. Hinc per metaphoram pendere pro sustentari accipitur. Ouidius, pendet, et a uestra nostra salute salus. Item pendere dicitur, qui nimio desiderio alicui rei intentus cessat ab omni alio opere, et ad unum sollicitus expectat. Idem, pendetq; iterum narrantis ab ore. Idem. Dum cōsulta petis, nostroq; in limine pendes. unde pendere pro dubitare accipimus. Seneca pendet animus, et in diuersa trahitur. Item pro cessare. Virgilius. pendunt opera interrupta, uinaq; murorum ingentes. Ab hoc fit dependeo, quod modo est ex aliquo pendeo, modo sustentor, Cicero. Omnis enim illorum salus a nostra salute dependebat. Et pendulus, qui pendet. Ouidius, lassaret uiduas pendula tela manus. Vnde pensa dicitur manipuli lanae, qui pendet ex colo, et fuso trahuntur, et pensiles horti, q; supra aedificia facti sunt. Et pensilis urbs, quae subter caeuata est. Plinius. Leguntur et pensiles horti, imo uero totum oppidum fecisse nullo oppidanorum sentiente. Idem. Magnitudo, et frequentia cloacarum urbem pensilem fecit. Item pensilis homo, qui suspensus est. Plautus, Restim uolo mihi emere, qui me faciam pensilem. Certum est ante tenebras persequi tenebras. et lucerna siue lychni pensiles, quibus in delubris utebantur, arborum modo mala ferentium lucentes, qualis fuit Romae, in templo A pollinis palatini, quem Alexander Thebarum expugnatione captum in Cyma eidem deo dicitur. Cyma oppidum est Aeolicum in Asia. et pons, quod ueluti in aere pendeat. Significat autem omne, per quod super aquas transimus, unde et pro scala nauium ponitur. Virgilius. iterea Aeneas socios de puppibus altis pontibus exponit. Hinc fit ponticulus paruus pons. Et de pontani senes postulatotes, q; sexagenarij de ponte deciebantur. Et pontones naues, quibus in traiciendis annibus loco pontium uti-

mur. Papinianus. Flumine publico interueniente uia constitui potest, si uel uado transiri potest, aut pontem habeat diuersum, si pontibus traiciatur. Idem. Quia uia confirmari solet, uel ciuitate tenuis, uel usq; ad uia publicam, uel usq; ad flumen, in quo pontibus traiciatur. Et pontifex sacer magistratus, de quo inferius dicemus, quod instaurandorum pontium curam haberet. Erant autem minores, et maiores pontifices, inter quos unus summus, qui pontifex maximus, siue summus pontifex dicebatur, quod a Romanis ueteribus sumptum nostrae quoq; sectae homines seruant. Ab hoc pontificatus dicitur, sicut a Consule Consulatus, et pontificus, a quo ius pontificium, et pontificalis, unde pontificales libri, in quibus sacrae ceremoniae continentur. Item a ponte pons, uel uia oppidum, quod pulcherrimum pontem supra Narem amnem habeat. Et tripontium aliud oppidum huic propinquum, quod tres habeat pontes, et pontina palus iuxta Circaios, quae uiginti quatuor quondam urbium fuit, quod pontonibus traiceretur, unde Pontia urbs dicta. Et pontina insula, sicut pandaria huic opposita. Et Romae pontina tribus. Erat autem pontina palus iuxta uiam appiam, quae Brudu suum usq; lapidibus strata cernitur, latronibus quondam abundans. Iuuenalis. Armatae quoties tutae custode tenentur, et pontina palus, et Gallinaria pinus. Lucanus, et qua pontinas uia diuidit uada paludes. Et pendo, quod proprie si significat pondero, quoniam quae ponderantur ex libra pendunt, et per translationem considero, aestimo, unde fit magnipendo. flocipendo. parupendo. multipendo. nihilpendo. id est in magna. parua. nulla aestimatione habeo. Et pensito, ac pensiculo, eiusdem si gnificatione habeo. pensicula utrunq; modulare, reperies suo quodq; in loco sonare aptissime. A pendo pondus dictum, quod graue est. Virgilius. Ignouum argenti pondus, et auri. inter dum pro numero, hoc est multitudine ponitur. Varro. E Graecia com portasse magnam pondus omnium artificum. Item pondero, quod aliquando significat libro, Plautus. Dum numularius ponderaret argentum. Aliquando per metaphoram accipitur pro considero, ex animo. Plyn. Sed hoc pluribus usum est. Numerantur enim sententiae non ponderantur. Ab hoc ponderitatem, grauitatemq; hominis agnoscerent. Et ponderosum, graue. Et pondo, quod licet aliquando pro libra inueniatur, proprie tamen significat pondus duodecim librarum, et indeclabile est. Linius, Argenti pondo bina, et sex libras in multem praestaret. Nec caret singulari, ut nonnulli existimant, sed sic pondo pro duodecim libris dicimus, ut assem pro duodecim uncis, item dicimus dua pondo, et Tre pondo. Quintil. Dua, et Tre pondo diuersorum generum sunt barbarissimi. At coniunctim Dua pondo, et Tre pondo usq; ad nostram aetatem ab omnibus dictum est, et recte dicit Messala confirmat. Ab his Dipondium, et Tripondium deducuntur. Et assipondium pro unum pondo, quod as erat librae pondus. Pendo etiam aliquando pro soluo accipitur. Virgilius. Tum pendere poenas Cecropi de iussi, quod ex contractum est, quia Romani ueteres peso non numerato aere utebantur. Seruius rex primus signauit aes. Argenti signati ante Pyrrhum regem deiectum usus non fuit. Hinc libram dixerunt assem, quod esset pondus duodecim unciarum, cum proprie libra instrumentum sit, quores cum lanabus ponderantur, alio nomine bilancem uocant. Cicero Critolaus libram constituebat, in cuius alteram lancem animum bona ponebat, in alteram corporis, et externa, tantumq; pendere illam bonorum animi lancem putabat, ut terram, et maria deprimeret. nam statera instrumentum est, quores sine lanabus ponderantur. A libra fit libro quod



est pōdero, & aliquādo grauefacio. Plyn. A per, si oritur pro  
 œlla, apprehensis pedusculo lapillis, se librare. hoc est graue  
 res faciunt, interdum suspendo. Ouidius, Et iam finitima sese  
 librabat in herba. Et Libella, quæ erat de argento parua, &  
 æris libra ualebat, hoc est asse. Et Simbella libellæ dimidium,  
 hoc est semis assis. Item instrumentum paruum, quo singuli  
 numi ponderantur. Et libralis unius libræ. Et libripens su-  
 pis ponderandæ pensator. Et librile scapus libræ. Et libella  
 instrumenta bellica, hoc est saxa ad brachij grossitudinem in  
 modum flagellorum loris deuincta, quod librari manus, hoc  
 est ponderari uideantur. Aliquando librare, pro examinare  
 ponitur. Apuleius. Omnia prius, quàm aliquid statuas, librâ  
 da sunt. Et pro æquare. unde libramentum dicitur æquilibriū.  
 Et libra cælestis signū uocatur, quod octauo Calendarū Octo-  
 bris Sol per illud transiens, æquinoctium facit. Librare etiam  
 trutinare dicitur. Et Trutina proprie foramen est, in quo exa-  
 men regitur. ponitur tamē aliquādo pro iudicio. Cicero, Quæ  
 non artificis statera, sed populari quadam trutina examina-  
 tur. Apuleius Trutinam sententiam uocat grauem, & re-  
 cte examinatum. examen proprie lingua dicitur quatrutina  
 regitur. Vir. Iuppiter ipse duas æquato examine lances. Non-  
 nulli æquamentum, alij libramentum, alij æquilibrium uo-  
 cant. Nam æquamentum capitur pro mercede, ut pro eo, quod  
 dicitur admissum. Varro, An si equam emisses quadrupe-  
 dem, ut meo asino reatino admitteres, quantum poposisses  
 dedisses æquamenti. Hinc examinare est inquirere, & ueluti  
 æquandi gratia inuestigare. Et examen inquisitio, & æqua-  
 tio uis. Dicitur etiam examen apum congregatio, uel locu-  
 stium, aliorumq; huiusmodi. A pendendo ære, æris grauis  
 poena appellata est, cuius plurimum Cato protulit æribus  
 grauidus. Et expensa in rationibus dicitur, & expensæ hoc est  
 sumptus. Et impendia eiusdem significationis, & Impendio  
 aduerbiū, quod significat magis. Plautus. Atq; ille minus mi-  
 nusq; impendio curare. Item compendium appellatur, quod  
 parsimonia quadam seruamus, sicut et contrario dispendium,  
 quod uel in curia, uel negligentia, uel immoderatione dispen-  
 dimus. Plyn. Bubulas catenas cauleis cuprifica magno ligno-  
 rum compendio percoquit. Idem, Magno id lignorum dispen-  
 dio fit addito sale. Nam percoqui in te gro die uix potest. Ali-  
 quando tamen compendium pro utilitate, & lucro ponitur. Ti-  
 bullus, Nec uagus ignotis repetens compendia terris, Presse-  
 rat externa nauita merce ratem. Aliquando pro breuitate. un-  
 de compendiosum dicitur breue, quod ea, quæ simul pendun-  
 tur celerius expediuntur. Item a pendendo pētio dicitur, quod  
 pro aliqua re conducta soluitur. Et Pensionarius, qui pensio-  
 nem alicui soluit. Et expendo, erogo, ab ea consuetudine. item  
 post numos signatos in ijs emptionibus, quæ mancipi erunt,  
 interponere libram solebant. Mancipi autem emptiones dice-  
 bantur, cum aliquid a populo emebatur. Et Mancips uocabatur,  
 qui a populo aliquid emebat, conducebat ue, quia manus  
 sublata significabat se auctorem emptionis esse. hinc Mancipia  
 appellata serui, ancillæq; emptionis quasi manus sublata ac-  
 cepit, uel quod manus ab hostibus capta essent. Argentum pri-  
 mo signatum est anno urbis quingentesimo octogesimo quin-  
 to. Quin. Fabio consule, quinque annis ante primum bellum  
 punicum. Et denarius pro decem libris placuit, quinarius, pro  
 quinque. Sestertium pro dipondio, ac semisse. Libræ autem pon-  
 dus æris minimum primo bello punico fuit, cum impensis  
 respub. non sufficeret, institutumq; ut asses sextantis pondere  
 signarentur. Sic quinta parte lucri facta omne æs alienū disso-  
 lutum fuit. Nota æris fuit, ex altera parte Ianus geminus, ex  
 altera rostrum nauis. Nam, quia Saturnum classe deuictum

hospitio Ianus acceperat, & ab illo peritiam ruris edoctus,  
 feram illam, ac rudem ante fruges cognitum uitam in melius  
 redegerat, regni eum socium fecit, & quoniam nauis fuerat  
 aduictus, in signando ære ex una quidem parte sui capitis  
 effigiem, ex altera nauis rostrum impressit, ut quantum in eo  
 esset Saturni memorie cōsuleret, & accepti ab eo beneficij, ha-  
 ud inmemor esse uideretur, hæc signandi consuetudinem Ser-  
 uius rex, qui primus post urbem conditam signare æs cepit,  
 rursus introduxit, propter quod in alicuius diu post ea tem-  
 pora pueri denarios in sublime iactantes capita, an nauim ex-  
 clamare consueuerunt. Triens, & Quadrans ex ære erant.  
 Quadrans antea triuncis dicebatur a tribus uncijs, postea  
 Annibale urbem in se stante, dum. Qu. Fabius maximus di-  
 ctator esset, facti sunt asses unciales, & denarius sexdecim as-  
 sibus permutatus est, Qu. Arius octonis, Sestertium quaternis.  
 Sic respub. dimidium lucrata est. In militari tamen suspen-  
 dio semper denarius pro decem assibus datus est. Nota argen-  
 ti bigæ, ac quadrigæ fuere, & inde Bigati, & Quadrigati  
 numi appellati sunt. post hæc lege Papyriana Semunciales  
 asses facti. Linius. Drusus. In tribunatu plebis octauum par-  
 tem æris argento miscuit. Victoriatus lege Clodia percussus  
 est, ita dicitur a signo uictoriae, quo erat insculptus. Aureus  
 numus sexagesimo secundo anno, post argenteum percussus  
 est, scrupulum ualebat sestertij uicenis, quod faciebat in li-  
 bras ratione sestertij, qui tunc erat, sestertios noningentos. Post  
 hæc placuit ex auri libris quadraginta millia signati. Nu-  
 mis aureis consulum primo, deinde imperatorum capita im-  
 primi ceperunt, & ab his sepe nomina acceperunt. As proprie  
 iurisconsulti definiunt omnem quantitatem, & omne corpus  
 duodecim uncias continens, eius partes sunt (ut Varro tradit)  
 uncia ab uno dicta duodecima pars assis, Sextans sexta pars  
 assis, hoc est duæ unciae. Quadrans quarta pars assis, hoc est  
 tres unciae. Triens tertia pars assis, hoc est quatuor unciae.  
 Quincunx, quinq; unciae. Semis, dimidium assis, hoc est sex  
 unciae. Septunx, septem unciae. Deunx, quasi una dempta un-  
 cia. Dextans dempto sextante. Dodrans dempto quadrante.  
 Bes, ut olim. Des dempto triente. æris minima pars, sextula dicitur,  
 quod sexta pars unciae. Semuncia, dimidia pars unciae.  
 Sestertium dicitur, quasi semis tertium. Dipondius enim, &  
 semis antiquum sestertium facit, triuncium, & nouuncium  
 dicitur, quod trium unciarum, & nouem unciarum est. A pen-  
 do composita sunt appendo, quod est adiungo, suspēdo. a quo  
 appendix dicitur, quod adiunctum est, quasi ex alio pende-  
 at. Cicero, Vidit enim, quod uidendum fuit, appendicem ani-  
 mi esse corpus, nihilq; esse in eo magnum. Plyn. Atq; uuas iam  
 maturas ad solem appendere. Appendo etiam est ad lancem,  
 uel stateram pondero. Cic. Ut iam appendatur pecunia, non  
 numeretur. Idem alibi per translationem hoc uerbo usus est  
 pro pondero, hoc est exacte considero, ea putauit non numera-  
 re lectori debere, sed tanquam appendere. Perpendo, quod est  
 pondero, ex animo, non autem (ut uulgus putat) intelligo, &  
 animaduerto. Idem. Quid in amicitia fieri oportet, quæ tota  
 uirtute perpenditur. Hinc perpendiculum dicitur fibrile in-  
 strumentum, quo altitudinem, seu æqualitatem operum per-  
 pendimus, cuius inuentor Dædalus fuit. a quo Perpendicu-  
 lare geometriæ uocant, quod recte in aliquod inadit, ut radij  
 solis recte ex alto, in aquam descendentes perpendiculares ap-  
 pellantur, illos integros, hos contractos in aqua uidemus ap-  
 parere. Expendo, quod eiusdem ferè significationis est. Idem,  
 Deinde hæc expedit, atq; æstimate. Aliquando etiam capi-  
 tur pro expōdo, unde expensæ dicitur. Impendo, quod pro-  
 prie est in aliquam rem expendo, unde impensæ, & impen-



dium deriuantur. a quo p metaphoram i pendere opam, i pen-  
dere laborem, i pendere studium dicimus quasi exponere, &  
in totum expendere. Et i pensa beneficia, ac merita dicuntur.  
Mart. i pensis uitam principis annumeres. Dicimus autem im-  
pendo curam huic rei, & in hanc rem, exemplis referta sunt  
omnia. A. pendeo etiam i pendeo cōpositum re pinor. est autem  
i pendere penul. produ. supra caput aliqd ueluti casurum pe-  
dere, ut i pendente nubes. Suspendo, quod aliquando est alte li-  
go. Vir. Quo tendant ferrum malo suspendit ab alto. Aliquā  
do solucito. Plau. Vix cōpos mentis sum, ita mihi suspendit ani-  
mum. Vir. Suspendi Euri pylū sciatum oracula Phœbi mitti-  
mus. Et quoniā, dū soluciti, etiā dubij sumus, suspēsum aliquan-  
do pro dubio capimus. Seneca. Suspēsus animo, qd ageret, cogi-  
tabat. Itē suspēsum pro placido, & silenti quādoq; accipitur.  
Terent. Ad fores suspēso gradu placide ire perexi. Item su-  
spendo aliquando est pendendo strangulo. a quo suspendium.  
Cellius, Suspendio uitā finiuit. Disspendo, quod modo ex pēdo  
significat, a quo sit Disspendiū, & Disspensio, & dispensator, q  
pecunias domini expendit, & necessaria i familiā distribuit,  
modo ex pādo, & tunc nō a pendo sed a pādo deducitur. Plau.  
Vbi lubet disspendite hominē diuersum, atq; dissendite. Repē-  
do, quod est cōpensō. Vir. Et fatis cōtraria fati: rependens. Cō-  
pendo similiter. a quo cōpendium sit, de quo supra diximus,  
& cōpensō, a quo Cōpensatio, quæ est, ut Modestinus inq; de  
biti, & crediti iter se cōtributio. VACVO AERE. In  
uacuo aere, hoc est uacante, ut pendere opus ostendat, quasi nō  
sustentetur solo, uel uacuum, Epitheton est aeris, qd aer nō ha-  
bitatur. Epitheton enim figurā est, quæ i terpretari i positū po-  
test, quod aut ad augmentū, aut ad diminutionem, aut ad di-  
scressionē poni solet, ut Cælū profundum. uenusta Venus, uac-  
uus aer, & similia. Inde Epithesis, quod modo Impositionem  
modo Impositurā significat, de qua i ferius dicemus. Et Epithe-  
tis Impositor. fraudator. Et epithyma, qd quid alicui rei i poni-  
tur, ex quo medicamenta, quæ ad refrigerandū cor i ponuntur,  
epithymata uocamus. V el uacuo dixit, quo magnitudinē opis  
ostentaret, ut sit in uacuo aere, in magno aeris spatio, Nā, qd  
quæ magna sunt, plurimū uacui habere necesse est, uacuum  
sæpe pro magno usurpamus. Virg. Vacua atria Ditis. Idem  
saltibus in uacuis errant, quod si subtiliorem rationem Inda-  
gare uelimus, dicere possumus, iccirco uacū aerem dici, quod  
uacua omnia i pleat. Nihil enim pati natura uacuum potest,  
unde & inane uocamus aerem, Lucre. Longum p inane resol-  
uit, cum inane proprie uacuum sit. Virg. Atq; illi iam sæpe  
rotæ ducantur inanes. Idē, Galeā ante pedes proiecit inane. a  
quo inanitas dicta, quod pro uacuitate aliquādo, nōnunq; pro  
uanitate accipitur. sigdem & inane aliquando pro leui capi-  
mus. Vir. Instabilis animos ludo prohibebis i ani. Hinc i anio  
uerbū sit, & exinanio, quod modo est euacuo, modo attenuo,  
modo ad nihilū redigo. Et exinanitio de factio. Et i aniter ad-  
uerbiū sit, hoc ē frustra, A vacuus uacuo uerbū deducitur, qd  
proprie significat uacuus sum. Cæsar Id ea maxime ratione  
fecit, qd noluit eū locū, unde Heluetij discesserāt, uacare. unde  
de, si i psonaliter accipitur, significat uacū tēpus est. Plyn.  
Quo magis te, cui uacat, hortor, cum i urbē proxime ueneris  
uenias, autē ob hoc maturius, illi te poliē dū, limā dumq; pmit-  
tas. Virg. Sed si tātus amor casus cognoscere nostros, & ua-  
cat ānalers nostrorū audire laborū. Vaco, si cū ablatiuo sine  
præpositione iungitur, pro careo accipitur, ut uacat sapiētia,  
hoc est careo sapiētia, quāq; careo proprie est uacare qbus idi-  
ges. Cicero, Satiatis, uero & expletis incūdius ē carere, q; frui,  
quis non caret is, qui non desiderat, Improprie tamen dica-  
mus careo culpa, careo periculo, careo damno. si uero iungatur

ablatiuo cum præpositione ab, eodē modo significat uacuus  
sum, ut uacō a studijs, uacō ab agricultura, ab omni molestia.  
est etiā quādo uacat im personaliter acceptum ponatur pro eo,  
quod cura est. Quintil. Reū oderit uerba uacupātem, & an-  
xiū de fama igenij, & cui esse deserto uacat. ab hoc deriuatur  
uacillo, quod est icōstans sum, & quasi alternatim moueor. a  
quo sit uacillatio. Idem, Est & illa indecora, in dextrū, ac le-  
uum latus uacillatio alternis pedibus insistentium utiq; & na-  
uus uacue dicuntur uacillare. Cicero, De quodam præ in fir-  
ma ualitudine non recte scribente inquit, uacillantibus literis.  
10 Ad animum quoq; hoc uerbū aliquando transferimus, ut  
apud iuriconsultos de fide testis uacillante, qui incōstantia, &  
diuersa testimonia dixerit. Item uacare interdū accipitur, pro  
superabundare, quod otiosum esse uideatur, quod superabun-  
dat. Vnde superuacaneū dicitur, quod est superfluū. idē etiā,  
quod uacū, hoc est otiosum sit, superuacuum dicitur. Superua-  
cane a quoq; auis dicebatur, quæ ex summo cacumine uocē emi-  
sisset, q; su uacū aera uolitet, canatq;. Itē a uacuo uanum  
deriuatur, quod interdū eandē cū primitiuo suo significationē  
20 habet. Vir. sed illos expectata seges uanis elusit ueniis, interdū  
mendacē significat. Idē. Ni frustra auguriū uani docere pa-  
rentes. Idē. Nec si miserū fortuna Sinonē finxit, uanū etiā, mē-  
dacamq; i proba finget. Ponitur etiā pro stulto, quasi mente ua-  
cua, & qui in rebus inanibus studiū collocat. Iuue. Sic libitū  
uano qui nos distinxit Othoni. Quidā falsum. fictū. uanum,  
ita distinguunt, ut falsum loqui mendacis sit, fictum callidi, uanū  
stulti. Falsum loqui culpæ sit, fictum uirtutis, uanū ueror-  
diæ. falsis decipiamur, fictis delectemur. uana spernamus. Cel-  
30 lius tamē uanos scribit proprie dici mēdaces, & i fidos, & le-  
uia, inaniaq; pro grauibus, & ueris astutissime cōponētes.  
Ab hoc sit uerbū uano, quo ueteres usi sunt pro fillo. Actus.  
Sic illū uanans i Angportū deduxit, & euanesco, quod signi-  
ficat inanis fio. & in nihilū redigo. Virg. Et procul in tenuē  
ex oculis euauit aurā. Et uanitas. Plyn. Id uero magna uan-  
itas est. Et uanitas. Plau. Vt rē uideo, tu iuenus a uanitudi-  
ne. Et uaniloquētia. A pule. Nihil hominis uaniloquētia com-  
motus. Et uane aduerbiū, quod modo stulte modo, mēdaciter si-  
gnificat. Itē a vacuus sit uacuo uerbū & euacuo, & uacue-  
factio quæ omnia significat exinanio. unde uacatio, & euac-  
40 uatio, & uacuefactio pro exinanitiōe ponuntur, & uacuitas  
pro inanitate. Itē a vaco, siue uacuo deducitur uacitas qd pro-  
prie magis significat, Nā quæ magna sunt, sepe uacare, seu  
uacua esse solēt. Vir. Vastumq; cana trabe, currimus æquor.  
Sed quoniā quæ magna sunt corpora, ferocia esse etiā solent,  
ponitur aliquādo uacitas pro feroci. Cicero. Quæ barbarā In-  
dia uacitas aut angustior. Ab hoc sit Vastio, & Denastio, quod  
est de prædor. spolio. profligo. & quasi uacū reddo. Idē. O-  
mnēq; eā regionē ferro, igniq; uastauit. Hinc uastitas, & V a-  
studo deducuntur, quæ modo magis uacuitatē significat. A pu-  
50 le. Cui in primis tanti corporis uastitas horrore fuit, modo uas-  
tationem, siue Denastationem, quæ a uasto uerbo deriuantur.  
Acti. Propterea tot, tantisq; habemus uastitates funerum.  
AERE. Aer proprie dicitur mediū spatium, quod est inter  
cælum, & terram. Virg. Vbi aera uincere summum arboris  
haud ulla iactu potuere sagittæ. Idem. Aera dimouit tene-  
brosum, & distulit umbras, dictus ē a græco ἀήρ quod  
mutatis literis ἀήρ τῆς ἡπείρου deducitur, hoc est a lunone  
quæ aeris dea est, & a nostris quoq; aliquando herā appella-  
tur. Ennius, Vos ne uelit, an me regnare herā, quid ne ferat  
60 fors uirtute expiamur. Ab aere sit aerius, quod aliquando al-  
tū significat, unde aeris arces dicitur, aliquādo qd ex aere  
cōstat, ut aeris corpora, aeris fulgor. Itē aripes aeler quasi



aerios pedes habent hoc est leues. Vir. Fixerat aripedem cer-  
 uam. Ab aerius aestus deducitur, quod proprie significat calo-  
 rem, & aestui flammam etiam temporis. Idem. Aestibus in me-  
 dijs umbrosari exquirere uellem. Unde & pro aestiuo tēpore  
 ponitur. Idem. Propiusq; aestus incendia uolunt. Si g. significat  
 autem fluctuationem, atq; i petū maris, quod feruore quodam  
 id fieri uideatur. Plautus. Quo magis te i altū atpessas, aestus  
 te in portum referet. Ab hoc fit Aestiuo, quod est feruor, agitor.  
 Vir. Fundoq; ex aestu atmo, & aestas, quae proprie significat  
 tempus, quod incipit ab aequinoctio uernali, & finitur aequi-  
 noctio autumali, constatq; senis mensibus, & totus annus in  
 aestatem, hyememq; diuiditur. Idem. Incipiens stabulis edico i  
 mollibus herbas, atpere oues, dum mox frumdosā reducit  
 aestas. hic enī de Vere loquitur. Particularius tamen aestas capi-  
 tur pro quarta parte anni, hoc est pro tribus mēsisibus, q incipi-  
 unt Sole Cancrū in grediente. Nā sole in grediente librā, aut u-  
 nus est, In grediente Capricornū hyemē, i grediente arietē, Ver-  
 ab aestate fit aestiuus, unde aestiuū tēpus, aestiuū ardorē, aesti-  
 uā siccitatem dicimus, & aestiua loca dicuntur umbrosa, in q  
 bus p aestatē pecora uitant calorē, Status. Et umbrosi patiuerē  
 aestiua lyca, abusiue tamen & pro gregibus usurpatur, quae  
 morantur i aestiuis. Vir. Nec singula tātū corpora corripiunt,  
 sed tota aestiua repete. Ab aestu etiā aestuaria appellata. Dicū-  
 tur aut aestuaria loca, quae marinis aquis referta sunt ex in-  
 undationibus pelagi. p quas saepe i mediterranea fluminiū  
 instar nauigantes ascendūt. aliquādo non nisi nando transiri  
 possunt a graecis ἀρξυοις, hoc est inundatio dicitur. Ca-  
 sar. Pedestria esse itinera conuicta aestuarijs nauigationē i pedi-  
 ri. Aer unum est ex quatuor rerū principijs, quae elementa di-  
 cuntur. Ita enī disposita est haec mundi machina, ut in medio  
 omnī sit terra posita. circa eā aqua globū terrae circundans  
 parua parte inuani relicta ad uitā animantium tuendam, circa  
 aquā aer, circa aerē ignis purus, atq; integer lunae globum at-  
 tingens ex ijs omnia gignuntur, alunturq; unde ab alēdo ele-  
 menta sunt dicta. Terra primū elementū est a terendo dicta,  
 quod scilicet teritur. Itaq; terra in augurum libris cū simplici r-  
 scribi solebat, ab hac locus cōmunis, qui circa oppidum colonis  
 relinquitur, territorij appellatur, quod maxime teratur. quā-  
 uis Pōponius iuris cōsultus territorij scribit esse uniuersitatē  
 agrorū intra fines cuiusq; ciuitatis, dictam ab eo, quod magis  
 stratus eius loci terēdi ius habet. In singulari terra elementū  
 est totū, cū pluratiue proferimus, plures terras significamus.  
 Vir. Multū ille & terris iactatus, & alto. Ponitur tamen ali-  
 quādo terra & pro territorio, & pro prouincia, siue regione.  
 Cic. Eorū, q i hac terra fuerūt, magnāq; Graecā, quae tū flo-  
 rebat i stituit, & praepit suis erudierūt. unde cōterraneus  
 dicitur, q ex eadē terra est, quapropter Catullū cōterraneū si-  
 um Plinius uocat, qui nō Verone, sed in Benaci insula natus  
 erat. A terra fit terreus, quod ex terra est, ut uas terreū. Ter-  
 renus, & terrestris, quod uel in terra natū est, uel in terra ui-  
 uit, uel aliqd cōmune cū terra habet. ut terrenū, siue terrestre  
 animal. terrena labe. terrestris. exeratus. terrestris copia. &  
 terrigena, quod ex terra natū est, unde terri gene gigantes di-  
 cuntur. & terriola, quod colit, hoc est habitat terras. & Terē-  
 tum locus in cāpo Martio, quod in eo ara ditis patris in terra  
 occultaretur. erat hic locus Diti, ac Proserpināe sacra, in quo o-  
 mnū, qui aut nascerentur, aut morerentur, nomina scribi sole-  
 bāt, quoties ciuitas lustrabatur, quae res inuitū habuit huius-  
 modi, cū ingenti pestilentia urbs uastaretur. Valerius uir loci  
 ples, sed rusticae uitae duobus filijs, & filia ad desperationem  
 morbo laborantibus, aquā calidā a focō petebat, ubi genibus  
 nixus laeuis familiaris orauit, ut puerorū piculū i eius capite

trās ferrēt, audita statim uox fuit eos saluos habiturū, si conti-  
 nuo tyberi deuictos Terētū deportasset, ibiq; ex ditis patris,  
 & Proserpināe ara petita aqua, recreasset. Quā propter men-  
 te cōfusus quasi nimis longa, & periculosa nauigatio Terētū  
 i peraretur, pueros tamē ad ripā Tyberis statim detulit ex uil-  
 la, in qua habitabat propē uianū sabinae regioni fretū, ac lim-  
 tre Ostiā petēs, intē pesti nocte ad cāpū Martij appulsus est,  
 ubi sitientibus agris subuenire cupiens, cū ignis in nauigio nō  
 esset, a gubernatore didicit fumū nō procul apparere, iussusq;  
 10 Terētū egredi (id nomen ei loco est) haustā calicē aquā eō de-  
 tulit, unde uisus fuerat fumus oriri, locūq; fumātem potius, q  
 ulla flammā uestrigā habentem tenacius cōtātis, cōtractis quae  
 fors obulit, nutrimentis, ptnaci flati ignē exauit, calefactūq;  
 aquā pueris bibendā dedit, quae epota, salutari quiete sopiti,  
 statim liberati sunt, & uocato patre i dicitauerūt ei uidisse se i  
 somnis, a nescio quo deorū corpora sua spongia tergi, & pra-  
 capi, ut ad Ditis patris, & Proserpināe arā, a qua potus eis al-  
 laus fuerat, furuē hostiā imolarerentur, lectisterniaq; & lu-  
 di nocturni fierent, is qm eo i loco nullā arā ispererat, desy-  
 20 derari credens, ut a se institueretur, aram empturus in urbem  
 prexit, relictis qui fundamentorum gratia terrā ad solidum  
 foderent, hi cū ad uiginti pedū altitudinem humo egesta pue-  
 nissent, animaduertit arā Diti patri, Proserpināe q; iscriptā.  
 Quod postq; Valerius nuntia ante seruo accepit, omisso emende  
 arae proposito, hostias ni gras, quae antiquitus furuē diceban-  
 tur, Terento imolauit, ludos quoq; & lectisternia cōtinuis tri-  
 bus noctibus, quia totidem filij piculo liberati erāt, fecit. Cu-  
 ius exemplum Valerius publicola, qui primus cōsul fuit, sti-  
 dio succurrendi agris fecit, apud eandem arā nuncupatis  
 30 publicae uotis, caesisq; aris bobus, Diti maribus, Proserpināe foe-  
 minis, lectisternio, ac ludis trinoctio factis, arā tera, ut ante  
 fuerat, obruit. Religionem deinde ludorū crescentibus opibus  
 lauticia secuta est. Primus Qu. Catulus cāpanā imitatus lu-  
 xuria spectantium cōfessum uelorum umbrae culis texit. Pri-  
 musq; Cn. Pōpeius inductis per semitas aquis, aestiuum feruo-  
 rem moderatus est. hoc secularium ludorum initium fuit, q  
 ideo appellati sunt seculares, q uno seculo, hoc est centum an-  
 nis semel tātum fierent, quibus hic mos aliquādo fuerit interru-  
 ptus. Seculum centum annorum spatium dicitur a sene, quod  
 40 longissimū spatij senescendorū hominū id putarent, ut Varro  
 ingt. Huiusmodi ludos pro hominum salute faciebāt, & reuo-  
 uari, atq; instaurari hoc sacrificio ciuitatem putabant, ac mor-  
 bos omnes, praecipueq; pestilentiam ex pelli. A periebat aut-  
 tem ara Terenti i secularibus ludis, deinde rursum occultaba-  
 tur. Mar. Bis mea Romano spectata est uita Terento. Et nihil  
 extremos perdidit ante rogos. hoc est mortua sum omni mea pro-  
 le sustite, bis uisus secularibus ludis, hoc est etate prouecta.  
 nam ludos seculares nō seruato centum annorum ordine, &  
 Augustus & Claudius, & Domitianus addiderunt. Papinū  
 50 us. Nec tm̄ iduerint fati noua secula crimen. Aut instaurati  
 peccauerit ara Terenti. hoc est nō cōmittat tm̄ scelus ara Te-  
 renti, ut instauratis a Domitiano pro salute hominum ibi sacri-  
 ficij sinat Gallicum hoc morbo pite. Item extorris, quasi ex-  
 tra terrā dicitur, quemadmodum exul, quasi extra solum, &  
 terraneola auis alaude similis, praeterq; quod i capite apicem  
 nō habet, quemadmodum alaude, quae olim a galeae simili-  
 tudine gulerita uocabatur. postea gallico uocabulo appellata ē  
 alaude. Galli enī hoc nomine significat galeam, unde mili-  
 tes, qui galeis uuntur dicti sunt alaude. Legionis alaudarum  
 60 meminit Caesar in commentarijs. Alaude a graecis uocatur  
 κούραλος. κούρις enim galea est, quidam hanc partem  
 quoq; dici existimant, sed falsum est. Parcus. enī amicu-



la est palumba minor aliquanto, sub corpore alba. colores superioris plumae, & crista ferè similis pavoni. Dicta est autem Terraneola, quod non in arboribus, sed in terra uersetur, ibiq; nidificet. Sūt qui terreo quoq; uerbum a terra deductum existimant. est enim terrene, timorem alicui incutere, quasi eum in terram prosternere uelimus. ab hoc fit terror, hoc est timoris incussio, & terrificus timorem incutens, & terribilis, id est formidabilis, atq; horrendus. & terrefacto. & perterreo. & perterefacto. & exterreo. & deterreo. & absterreo, eiusdem ferè cum suo simplici significationis. Exterritum tamen aliquando pauifacitum dicimus. Virgilius, Plausumq; exterrita penus, dat tecto iugentem, modo accensum instamatum. idem. Sicut agris, asperq; situm, atq; exterritus aestu. Item a terra terramotus dicitur, cum terrae incluso spiritu contremiscunt, magno saepe habitatum damno. alibi prostratis urbibus. alibi hiati profundo haustis. alibi egestis molibus. alibi emissis amibus. nonnunquam etiam ignibus, & calidis fontibus. alibi auerso fluminum cursu, quod ipsi nostra aetate Callisto potifice maximo in Appulia, atq; Campania uidimus, tanta earum Prouinciarum ruina, ut fuerint, qui de natali solo reliquedo perpetuo cogitauerint. Item a terra tellus, per diminutionem deducitur, quod proprie deam terrae significat. ponitur tamen pro ipsa terra. Item tripudium, quasi terrae pauium. Cicero, Sed quia cum pulli pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire. Terri pauium primo, post tripudium dictum est, deinde tripudium. cum igitur ossa iam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiat. Hanc unam rerum naturae partem propter eximia in nos merita matris cognomento ueneramur. Haec enim nascentes nos excipit. natos alit, semelq; editos perpetuo sustinet. Nouissime complexa gremio, & quasi a reliqua natura abdudatos tum maxime ueluti mater operit. haec sola nunquam irascitur homini. Aer densatur nubibus, furit procellis. aquae subeunt in imbres. rigescunt in grandines. tumescunt in fluctus. praecipitant in torrentes. ignis cuncta exiaat. cuncta comburit. At terra mitis. benigna. indulgens. ministra hominum, quae coacta non generat. quae sponte non fundit. haec nobis odores, ac sapores praeparat. haec fructus. haec colores. haec bona fide creditu reddit foenus. haec nostri causa cuncta alit. & semper homini noua parturit. haec frugem. uinum. cinerem. lignum. lapidem. herbam. ferrum. aes. argentum. aurum, caeteraq; metalla. margaritas. gemmas. & quicquid uitae hominum non modo utile, ac necessarium, sed etiam decorum, ac iucundum est, abunde suppeditat. Secundum elementum est aqua, quae secundum quosdam ab aequalitate dicta est. nihil enim est illa, dum quiescit, aequalius, ut ego sentio, quasi a qua uiuamus. Aqua enim, & ignis humanam uitam maxime continent. unde aqua, & igni interdum solebat damnatis aquam, & ignem sumebant nuptae, & qui finis profecti fuerant, redeuntes ignem super grediebantur aqua aspersi, quod purgationis genus uocabat suffitionem. Hoc elementum caeteris omnibus uidetur imperare. Terras enim deuorant. aquae. flammam necant. scandunt in sublime, & ipsum quoq; sibi uendicant caelum. Quid esse mirabilius potest, quam stare in caelo aquas? At ille non modo in tantam altitudinem perueniunt ipsae, sed secum piscium quoq; examina, & lapides rapiunt. Eadem cadentes omnium terra nascentium causa fiunt. fruges. arbores. frutices iuuant. migrant in caelum, ut uitalem animam deferat herbis. Praeterea alibi calidae sunt. alibi frigidae. alibi tepidae, & penè omnibus morborum generibus auxiliantur. Aliae sulfuris. aliae aluminis. aliae salis. aliae nitri. aliae bituminis. aliae ferri. aliae aeris. aliae acidae sunt.

aliae falsae. & cunctae hominum tantum causa uidentur erupisse. Generatim neruis profunt omnes. aliae pedibus. aliae coxendicibus. aliae luxatis. aliae fractis. aliae exinanunt aluos. aliae sanant uulnera. aliae capiunt auribusq; & oculis primum medentur. aliae sterilitatem mulierum, & uirorum infaniam abolere produntur. nonnullae iuuant calculosos. aliqua prohibent abortum. sunt quae tollunt uirilignes. aliae podagricis profunt. aliae tertianas febris discutunt. aliae dentes si sunt. aliae unguis etiam umentorum indurant. aliae subliores faciunt sensus. aliae memoriam afferunt. aliae obliuionem inducunt. aliae canoras uoces faciunt. Sed, ut de caeteris teceamus Perottae, quas ipsi paucis ante annis non mediocri opere, ac sumptu in agro uiterbiensi deduximus, lethargicos, & hydropicos, & colicos curant. luxatos statim sanant. colluae dentes sistunt. scabiem. lichenas. uirilignes mira celeritate tollunt. cruditati medentur. fauem sublato omni fastidio inducunt. facunditatem mulieribus afferunt. Venerem, si debilitata fuerit, excitant. calculorum uita discutunt. Lymphaticos sudando mox sanant. aptissimae stomacho. neruis, uniuerso corpori. Ab aqua fit aquor uerbum, quod est aquam haurio. siue, aquam fero. Curtius, Cum miles aquatum profectus esset. Virgilius, Sed circū tuta sub moenibus urbis aquatur. a quo fit aquatio, hoc est aquae uectio. Aquilex, qui aqua colligit. Varro, An hoc praestat Hero filius Diogenis, quod ille è uentre aquam emittit? an hoc te iactas? At hoc pacto utilior te thuscus aquilex. & aquileguū collectio aquae. Plau. Si pluet aquilegio me iuuabo. & aquae ductus, & quod eiusdem significationis est, Aquagium, quasi aquae agium. & aquae licium, cum aqua pluuialis remedijs quibusdam elicitur. & aqua intercus, quod significat hydropisim. hydropici dicuntur, quos aqua inter uitam male habet, ideòq; ἀνὰ τὸν ὄσφρα, quod aqua est, graeci hunc morbum ὕδρωμα uocant. Eius tres species sunt. Aut enim uentre uehementer intus creber intus ex motu spiritus sonus est, aut corpus aequale est tumoribus aliter, aliterq; per totum id orientibus, aut intus in unum aqua contrahitur, & moto corpore, ita mouetur, ut i petus eius conspicui possit. Primum tympaniten. Secundum leucophlegmā tiam, uel hypofaracā. Tertium asciten graeci nominant. Communis omnium est humoris nimia abundantia. Item ab aqua aqualiculus dicitur est, quod proprie uas est, in quo porci forbent, per metaphoram uero pro uentre usurpatur. Per sius, Cū tibi Calue pinguis aqualiculus propenso sex qui pede extet. & aquarium, siue aquariolum locus, in quem sordida aqua iactatur, qui & lauacrina a lauando appellatur, & aqualis uas ad aquam tenendam, quod & manila dicitur, & matella, & matellio. Plau. Ne tu postules matellā unam tibi aquae infundi in caput. & aquilus color subniger, ita dicitur, quod cū antiqui duos omnino naturalis colores non essent album, & nigrum, interueniret et autem is quoq; qui ita neutri similis est, ut ab utraq; proprietatem trahat. eum potissimum ab aqua denominarunt, cuius incertus est color. hinc Aquilus praenomen factum. a colore subnigro & aquila appellat, quāuis aliqui ab acute uidendo dictam potius aquilam uelint. A qui lo uero uentus ob uehementissimum uolatum ab aquila denominatus est. Item ab aqua aqueus dicitur, quod ex aqua est, ut color aqueus. Item aquatus, aqua infusus, ut aquatum uinum. & aquosus, plenus aqua, ut aquosa hyems. aquosus sucum. aquosus orion. & aquaticus, quod in aqua degit. Plyn. Terrestres, & aquatici pisces. & ad aquo uerbum, quod est aqua infuso. & aquifolia arbor ex genere ilicis, quam graeci quidam simlacem uocant. Theophrast. Simlacem uita arborum ilici similem, folio tamen non aculeato, sed molliori, nec materia



materia, ut illa, solida, spissaq; sed soluta, molliq; in opere. **A**r chades phylloclon nuncupant. Quidam hanc faemnam ili am putant esse. Dores agrestem ilicem uocant. Vtriusq; ilicis fructus breuior, & gracilior, q̄ quercus. Homerus autem acy lon appellat roboris glandem. & æquis, id est equalib; quod aqua, dum quiescit, p̄fectam æqualitatem habet, de quo, atq; deriuatis ab eo inferius dicemus. & Aquæ galliæ urbs, iuxta quam sunt calidæ aquæ. & Aquitania regio ab obliquis aqs Ligeris. hæc à Ciræo oceanum habet, qui aquitanicus sinus di citur, ab occasu Hispaniam, à septentrione Lugdunensem Pro uinciam, à Meridie Lugdunensem. Sunt etiam, qui Aquileiã à legendis aquis appellatam existimant urbem extra Vene tiæ fines, iuxta quam defluit Timauus, in Carnorum regioe, iuxta regionem Iapidum à Romanis condita, & imminenti bus imposita barbaris, ad quã flumine aduerso, onerarijs na uibus per Ratisonem flumen nauigatur plus stadij sex agin ta. & aquarius celeste si gnum, pedes habens in hyemali arca lo defixos, manum sinistram usq; ad Capricorni porrigenz ter gus, dextra uibam Pegasi propè contingens, spectat ad exortu. occidit, oriurq; capite prius, q̄ reliquis membris. habet in capi te stellas duas subobscuras, i utrisq; humeris singulas, magnas. in sinistro cubito grandem unam. in utrisq; mammis singulas obscuras, in lumbis interiori unam. in utrisq; genibus singulas. in dextro crure unam. in utrisq; pedibus singulas. effusio a que cum urna ipsa, triginta. A quarum putant Canymedem esse Troi regis filium, quem Iupiter pulchritudine eius captus, ab aquila in cælum rapta, ministrum suum fecisse existima tur. alij putat Deucalionis esse, quo eo regnate tanta uis, aquæ se de cælo profuderit, ut factum sit diluuium. Nonnulli Cecro pem esse affirmant. Cecrops enim ante uini usum regnauit, quo tempore aqua in sacrificijs deoru uos fuisse homines ma nifestum est. Tertium elementum est aer, de quo diximus, hunc maiores nostri cælum appellauere, quicquid inani simile, uita lem hunc spiritum fundit. Hinc nubila, tonitrua, fulmina. hic grandines, pruina, ibres, procellæ, turbines, hinc plurima ma la, & inter se rerum naturæ discordia. Aer aliquando pro so no accipitur. V arro. Anima, ut conclusa in uesica, quã do est ar te ligata, si percalescit, aer reddet. Ab aere aerius deducitur, et æri pedes, hoc est pedes leuissimos, & quasi aerios habens. Vir gilius. Fixerit aeri pedem æruam, ubi secundus pes procelus ma tius est. Quartum elementum est ignis, ita secundum, ut seipsum pariat, partusq; scintillis crescat in immensum. In Co magene urbe Samosata stu gnum est emittens limum, Maltam uocant flagrantem, & cum quid solidi attigerit, haerentem. ta ctum prætere sequentem fugientis. Sic defendere muros olim oppugnante Lucullo, flagrantemq; proprijs armis milites. Similis fere natura est Napthe, circa Babyloniam profluens, bi tuminis liquidi modo. huic magna cognatio ignium, transili untq; prorsus in eam undecunq; uisam, sic ferunt à Medea cre matâ pellicem, postquam sacrificata ad aras accesserat, coro na igne correpta. Ignem dictum existimant, quod nihil ex eo gignatur, præterquam in Cypro ærijs fornacibus ex medio igni pematum quadrupes, maioris muscæ magnitudine, quod Pyralis appellatur, à quibusdã Pyrausta, quã diu est in igne, uiuit, cum euasit longiore paulo uolatu, tunc moritur. Ab igne uero igneus deducitur, quod ex igne est, ut calor igneus, fulgor igneus. & ignis candens, ut ignitum ferrum. & ignesco, & ignesio eiusdẽ significationis. & ignarius lapis, ex quo ignis exortitur. & ignefacio, accendo ignem. et ignigena, ex igne ge nius. et ignipotens V ulcanus. quod ignis potestatem habeat. et igniuomum, quod ignem uomit. & ignia uita uasorum ficti lium, quæ coquendo contrahuntur. & ignitubulum, ignis re-

æptaculū. & ignis sacer, morbi genus, cuius duæ species sunt. alter est subrubicūdus, aut mistus cum rubore, atq; pallore, ex asperatusq; per pustulas continuas, quarum nulla altera ma ior est. plurimæ perexigua, in quibus semper fere pus est, & sepe rubor cum calore. serpitq; id nonnunquam senescente eo, quod primum uitiatum est, fit maxime in pectore, aut lateri bus, aut eminentibus partibus, præcipueq; in plantis. Altera species est in summa cutis exulceratiõe, sed sine altitudine hoc latum est. subliuidum. inæqualiter tamen, mediumq; senescit extremis procedentibus, ac sepe id, quod iam sanum uidebatur, iterum exulceratur. cutis colorem habet ex rubro subnigrum, hoc morbo corpora fere seniora tentantur, aut quæ mali habi tus sunt. sed in cruribus maxime. Ignis elementū quidã æthra uocant. græco uocabulo, quod ἀὴρ τοῦ αἰθέρος deducitur, qd̄ est cremo. à quo fit æthra, quod ætheris splendorem significat. Virgilius, Nec lucidus æthra sydereæ polus. Interdum æther pro aere ponitur, quæ admodum cælum. Virgilius, Resonatq; fragoribus æther. Aristoteles Aethera pro cælo ponit. quem sequitur Ouidius. Sic habites terras, & te desyderet æther. Cleates physicus æthera summū deū esse existimauit. Quod Virgilius quoq; uidetur sensisse, cum inquit, Tum pater omni potens fecundus imbribus æther, Coniugis in gremium late descendit. Aethra quoq; Aegæi Athenarum Regis coniux fu it, mater Thefei, & alia eiusdem nominis Helena comus. Oui dius, Cætera p socias Clymenen, Aethramq; loquamur. Quæ mibi sunt comites, consiliūq; duæ. Ab æthere fit ætherius, quod modo id, quod ex æthere est, modo altum, sublimemq; si gnificat. OMNIS LABOR. Omne opus labore, ac sumptu factum. Omnis distributiua dictio est, & tamen dif fert à toto. Nam omnis ad numerum refertur. totus ad quantita tem. totum dicimus corpus aliquod integrum, ut tota donus. tota urbs. omne de uniuersis dicitur, numero distinctis. ut omne pecus. omnis grex. Poetæ tamen hanc proprietatem sepe cõfun dunt. Totus à tot deriuatur, quemadmodum quotus à quot, un de frequenter quotus pro quot ponitur. Marcialis, Dic quotus es, quanti cupias cœnare, nec ullum addideris uerbum, mensa parata tibi est, id est quot esis, & quot tecum habes. Cicero, Quotus enim istud quisq; fecisset, id est nullus, aut rarus. Ali quando quotus continuam quãtitatem significat, et ponitur pro quãtus. Innucna. Quota portio fecis achææ. A quot composita fiunt quotquot, & quotcunque, quorum significatio nota est. & quotannis, singulis annis. & quotidie singulis diebus. à quo quotidianus. A tot, totidem, id est plane tot. nec plures, nec pau ciores. Item à quot fit aduerbium quoties. à tot totes, notæ si gnificationis. Ab omni uero duo aduerbia deriuantur. Omni no, quod significat prorsus. unde apud iuriconsultos omnino recessisse dicitur is, qui recessit animo permutandi donum alium, & omnifariam, qd̄ significat omnis generis, siue omnibus mo dis. Item nomina omnigena, ex omni genere. omnipotēs, omnia potens. à quo omnipotentia, omnium rerum facultas. omniva lens, omnia ualens. à quo omnivalētia. omnimodus, omnium mo dorum. omniuagus, per omnia uagans. omniparens, qui omnia genuit. omnitenens, qui omnia complectitur. omnipudēs quem omnia pudent. omnifactor, qui omnia fecit. omnireator, qui om nia creauit. omnimorbus omnibus morbis subueniens. unde omnimorbiam herbam quidam maluam appellant. Tradunt enim, siquis quotidie succi eius dimidium sorbeat cyathum, o nibus morbis cariturum. Alij omnimorbiam herbã uocant he lenium, quod ab Helene lacrymis, ex quibus natum creditur, nomen sumpsit, fauet formæ, & cutem mulierum in facie, ac reliquo corpore nutrit incorruptam. existimant prætereã quã dam gratiam ijs usu illius dari, & uenerem conciliari. A mal



na, maluaceus derivatur, pro eo, quod ex malua est, ut malua-  
ceus caulis, & maluaceae frondes. CEDIT. Dat locū,  
uictum se fatetur. cedere enim proprie est abire, & locum da-  
re uictori. Virgilius, Conuenit Euantri uictos discedere ad ur-  
bem. idem, Cede deo. Cicero, Cui quidem exeratū nostrī, im-  
peratoresq; assēserūt. ab hoc per metaphoram cedere accipimus  
pro uenire in ius alienius, ut cedunt mihi ea bona, hoc est in ius  
meum ueniunt. Virgilius, Hæc omnis regio, & celsi plagæ pi-  
nea montis. Cedat amicitia Teucrorum. idem, Aut abeat ui-  
ctus, cedat Lauinia coniux. Item cedere, pro discedere accipi-  
mus. Lucilius. Quandoq; pudor ex pectore cessit. hinc cedere  
ira dicimus dare locum iræ, et quasi ab ira discedere. cedere bo-  
nis, discedere à bonis, & quicquid nostrum erat, tradere cre-  
ditori, cedere iuri. discedere à iure, & ius quod habebamus al-  
teri tradere, quod & de iure cedere dicimus. Item cedere accipi-  
mus pro dare. Ennius, Saluete optima corpora, cedite manus ue-  
stras, meoq; accipite. Hic cedere ius nostrum alijs dicimus, hoc  
est dare. à quo cessio iuris, & cessio bonorum. Item cedere est  
subtrahere se. Virgilius, Celeriq; elapsus corpore cessit. Plau-  
tus, Cedamus imbrī. cedere, cōcedere. obsequi non repugnare.  
Virgilius, Cedamus Phæbo, & moniti meliora se quamur. Idē,  
Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recusō. cedere, incedere.  
Varro, Cedit uelocibus iuuenis membris, leuibus, nitidis oleo.  
cedere, succedere. Virgil. Cesserit ausonio si fors uictoria. Tur-  
no. cedere diem (ut Vlpianus inquit) est inapere. pecuniam de-  
bere. Sicut uenire diem, est eum diem uenisse, in quo pecunia  
peti possit. non cedere honori, quemadmodum supra diximus,  
est parē meritū esse, & hæc omnia in præterito faciunt ces-  
si, ac sine diphthongo scribuntur. Ab hoc cedo fit cesso, quod ē  
ab opere uacō. Virgilius, Et siquid cessare potes, requiesce sub  
umbra. à quo concessio eiusdem significationis. Plau. Postquam  
aurora est, nunquam concessa uimui lauari, aut fricari, aut or-  
nari. & cessabundus, otiosus, et necesse, sine necessum, quod ui-  
aliqua agente fieri opus est, quia nō sit in eo cessandum. à quo  
necessarium eiusdem significationis. unde fit necessario aduer-  
bium, & necessitas, ac necessitudo eiusdem significationis. mo-  
do enim pro ui quadam urgente accipiuntur. modo pro uin-  
culo quodam religose coniunctionis. à quo necessarij dicuntur,  
qui iure affinitatis coniuncti sunt, quod nulla iter eos cessatio,  
hoc est separatio sit, uel quod necessaria inter eos officia confe-  
rantur. Casar. equidem mihi uideo pro nostra necessitate nō  
labore. non operā. non industria desuisse. Sallustius, Coactus  
rerum necessitudine statuit armis certare. Item cello, quo uete-  
res utebantur pro cedo, nunc compositis tantum utimur, ex cel-  
lo, & præcello, quod est ex cedo, & antecedo. à quo excellētes,  
& præcellentes dicuntur, excellentia, & præcellentia, & ad-  
uerbia excellenter, & præcellenter. Item celsus. alius. sublimis.  
excellens. à quo celsitudo. excellentia. & à præcello, præcellus,  
ab ex cello, ex celsus. Item antecello eiusdem significationis. &  
præcello, quod significat differo. Lucilius, Ad nonum hoc præ-  
cellit annum. compositi sunt axedo, qđ est aduenio. appropin-  
quo. à quo fit accessus, pro aduentu. & accessio, quod modo ac-  
cessum significat. sicut decessio recessum. Cicero, Eorum neque  
accessione uitam meliorem fieri, neq; decessione peiorem. mo-  
do ad incrementum, & accumulationem. Seneca, Magna rebus  
nostris facta erit accessio. Intercedo, quod modo significat iter-  
uenio conciliandi gratia. A puleius. Dum pro imope, ac calamitō  
toso intercederem. Item intercedit mihi tecum amicitia, interce-  
dit tibi cum illo affinitas, hoc est media est, quæ me tibi, & te  
illi conciliat. modo uerbis, & ui medium me oppono, ut tribu-  
ni intercesserunt, hoc est opposuerunt se, & rem in pediuertit.  
ab hoc fit intercessio, & intercessor, quæ in utroque significat-

to accipiuntur. Abscedo, discedo. à quo abscessus fit, quod inter-  
dum discessum significat, interdum concursum mali humoris  
in aliquam partem corporis, ex quo suppuratio fit, quæ Græ-  
ci uocant apostema. A pure suppuratio dicta. pus sanies est, et  
qui cūq; humer in putredinem uersus. à quo fit purulentum  
plenum sanie. & putreo. & putresco, quod est in purem uer-  
tor, & putrefacio, corruptio. & putre corruptum, ac resolu-  
tum. Virgilius, Et Cephyro putris se gleba resoluit. & suppu-  
rans locus, in quem factus est malorum humorum concursus,  
10 g, si in sanie uertitur, manerari, ac maturecere dicitur, sin me-  
nus disenti siue resolu. & putredo, & putrefactio, id est cor-  
ruptio. & putridum, corruptum. & puteo, quod si significat fœ-  
teo. à quo putor, factor, & putidum siue putulentum, quod est  
odoris mali. Cicero, putidas, ac permitios aureis. unde per me-  
ta phoram orationem quoq; putidam dicimus, quæ auribus au-  
stra insuauis, & (ut ita dicam) rancida est. & putide aduer-  
bium factide, ac rancidule. & præputium, quod est ante puti-  
dum, hoc est ante id, quod putet. Est enim præputium pellicu-  
la in summitate penis, quæ operit glandem quam qui mutilan-  
tur dicuntur arcauci, siue recuti. & puteus, quod fœtet, dū  
20 canatur, & aliquando hominem perimit. à quo puteal, à quo  
puteus cooperitur. & putearius fossor puteorum. Plyn. Depres-  
sis puteis sulfurata, uel aluminosa occurrentia. putearius ne-  
cant. & putranus. idem. Quod si tantum aquæ putane ady-  
cias. & puticuli quoddam uetustissimum genus sepulture, quæ  
ibi caduera putrescerent. & Putcoli urbs Cā panie ab aqua  
rum calidarum, & sulfuris fœtore, siue à multitudine puteo-  
rum huiusmodi aquarum gratia factorum. & putius, quod  
Plautus. pro stulto usurpauit. & pustula, quod si significat tuber-  
culum ex inflammatione quadam in summitate cutis nascens  
30 subrubicundum. Pustularum quædam sunt humide, quæ dū  
sicca. Pessima autem pustula est, quæ surgit in summitate digi-  
torum, sæpe scabritatem unguum faciens cum dolore maximo,  
Martial. Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat, Exornent  
doctem garula plectra lyram. Item à pus spiritum deducitur,  
hoc est salina. & spuo salinam emitto. à quo fit sputo, cuius pas-  
suum est sputor. Plautus. Nā illicisti, qui spūtor, interdū mor-  
bus uenit, qui spūtor inquit, hoc est in quē spūtor. et cōspuo  
actū, qđ significat spūto aliqū fœdo, cuius passuum est cō-  
40 spūtor. Plau. ab omnibus derisus, atq; conspūtor. Item inspūto, in  
aliquem spūto. ex puo, extra spūto. respūto. repudio, & quasi cō-  
spūto, per contem ptum reijcio. & per metaphoram cum contem-  
ptu expello. Terentius, Vbi illam ex pueret miseriam ex ani-  
mo. Despuo, idem quod conspuo. Præterea à spuo, spūtor, qđ  
proprie significat in purum. obscenum. lurulentum. Plautus,  
Tot noctes reddat spūtor, quot puras habuit. aliquando per  
metaphoram accipitur pro fœtidum. A puleius, Tam multæ res  
spūtor, & graues naris infestant. Nonnunquam pro uehe-  
mens, asperum. Cicero, iactati tempestate spūtorissima. Varro.  
50 Nunc de re melius scilam spem habeo, qui rem spūtorissimam ge-  
stare noluerim. Interdum pro seuum, ac sanguinarium. Var-  
ro. Spūtor gladiator, & carnifex. ab hoc spūtoria deducitur,  
quæ significat immunditiam. & spūtor aduerbium, hoc est  
urpiter, atq; immunde, & spūtor uinum, aqua admistum,  
aut igne calefactum, aut mustum ante, quæ de feruescat, quod  
genus offerre in sacrificijs nefas habebatur, et spūtor, non qui  
græco uocabulo dicitur nothus, hoc est ex adulterio natus. Nā  
is latinum uocabulum non habet, ideoq; utimur peregrino,  
sed incerto patre natus, quem Modestinus uulgo conceptum ap-  
60 pellari scribit. siue is, qui eum patrem habet, quem habere nō  
licet. unde spūtor etiam uersus dicimus alterius, ac incerti au-  
thoris. Ausonius de Aristarcho. Quisq; notus spūtoris uerbis  
apposuit.



apposuit. Item a spu, spuma dicta, quae quasi sputum est, hoc est sordes earum rerum, a quibus eicitur. a quo fit spumeus, quod ex spuma est. et spumosus, quod spumam facit. et spumo, spumam facio. et de spumo mundo, spumam extraho. A pure etiam fit purgo uerbum, hoc est mundo, et quasi purtem ago, hoc est educo. a quo purgamenta dicuntur sordes, quae purgando colliguntur. a poetis dicta purgamina. et purgatio. emundatio. Vnde purgatus corpora ueneno, aut clystere, aut balneo, aut alio simili, et hoc purgatio dicitur. Purgationes etiam mulierum, menstrua uocantur. et ipsae purgari dicuntur, dum menstrua patiuntur. Purgatio etiam per metaphoram capitur pro excusio. et purgatio apud rhetores est, cum factum quidem conceditur, sed culpa remouetur, quae tres habet partes. im prudentiam. casum. necessitatem. Item a pure puro uerbum, quasi purem extraho. a quo de puro. unde depuratum dicimus defectum, atque mundatum, et purum mundum, sine sordibus. hinc pura uestimenta a ueteribus dicebantur, quae sacerdotes ad sacrificia sumebant, id est non obstita, non sordata. non maculam habentia. et pure lauuium, quod aqua pura lotum erat. et purum aurum, quod recte ex purgatum, coctumque esset, siue quod in usu profano non fuisset. et purime temero, pro purissime temero. Vlpianus purum locum esse definit, qui nec sanctus, nec sacer, nec religiosus est, sed ab omnibus huiusmodi nominibus uacare uidentur. A puro deducitur puritas, quae modo pro munditia, modo pro inani simplicitate accipitur. huius contrarium est impuritas, hoc est turpitudine, siue improbitas, quem ad modum contrarium puri est impurus. quod modo est sordidus. contaminatus. a quibus pure, et impure aduerbia deriuantur. Cicero. Quam multum illi ingeniuus, quam multum matribus familias in illa terra, atque in pura legatione uim attulisse existimatis? modo ponitur pro improbo. Terentius. Meiloa, atque ordinis hominem haud impurum. et purifico. a quo purificatio, et quo nonnulli utuntur, purificus. Sunt etiam, qui purto uerbum a puro deductum existimant. Putare enim proprie ueteres dicebant deputare, hoc est uacantia ex quaunque re, et non necessaria, aut etiam non obstantia, et aliena auferre, atque excidere. Sic putari arbores, ac uites dicuntur. et putamina appellantur sarmenta, et cortices, et argentum, atque aurum purum, hoc est ex purgatum, ex coctumque, atque omni alia materia carens. hinc factum est, ut putare pro cogitare, atque animo uoluerit accipiantur. cogitando enim res cernitur mente quae falsa, aut inutilia, aut superuacua sunt, et quae uerum, ac bonum est hinc cogitando haeremus. Terentius, Recte putas. Virgilius, Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam. Ob eandem causam, et putare pro conferre, et colligere usurpamus. Plautus, Putatur ratio cum argentario. et pro rarefacere. Virgilius, Fingitque putando. Ab hoc composita sunt deputo, quod pro ascribo accipitur. A pulchro, Ad ergastuli curam deputatus. Imputo, quod ad significationem ex probratis accedit, sed extra reprehensionem. Quintilianus, Neque ego grauisimum patrem summa sua inueni iactasse crediderim, quod heredem filium scriberet, non est res, quae imputetur. Idem, imputas nobis propitios uentos, et secundum mare, ac ciuitatis opulentiae liberalitatem, quae tantum frumenti uendit, quantum duobus populis satis esset. Nonnunquam tamen imputo, pro adnumero, et computo ponitur. quod et ipsum a purto componitur. Vlpianus, praeterea si matrem aluit pupilli tutor, putat Laeoe imputare eum posse, sed est uerius, non nisi per quem egenti dedit, imputare eum oportere. Item reputo, quod aliquando pro considero, et recolo accipitur. A pulchro. Cum id mecum saepe reputarem. Aliquando pro computo. Vlpianus, Item sumptus litis tutor reputabit, et uacat si ex offi-

cio necesse habuit aliquo exire, uel proficisci. Disputo, hoc est disputo. dissero. a quo disputatio, cuius diminutuum est disputatiuncula. et amputo, quod est circumcindo, quasi circumputo. Item sunt qui a pure pudorem dictum uelint. nihil enim aliud est pudor, quam ob aliquam rem sordidam timor. Quippe ab Aristotele ita definitur. αἰσχύνη ἐστὶ φόβος διὰ τὸν ἄδωρον, hoc est pudor est timor iustae reprehensionis. Quidam pudorem a uerecundia sic separant, ut pudor sit rei turpiter actae, uerecundia uero etiam recte facti, atque honesti. Ab hoc fit pudibundus, qui pudore ducitur, et pudibunde aduerbiu, cum pudore, et pudenda, uirilia, quae et uerecunda dicuntur. et pudicus, castus. a quo pudice aduerbiu, caste. et pudicitia, castitas, quorum contraria sunt impudicus, et impudice. ponitur et pro religiosa munditia, ac puritate. Virgilius, Casta pudicitiam seruat domus. Item pro dea gentiliu. Quippe pudicitiae si gnium Romae colebatur, quod nefas erat attingi, nisi ab ea, quae semel uisisset. hinc depudicare uerbum, quo ueteres utebantur, hoc est uiolare. stuprare, et quasi pudicitiam auferre. Ennius leuiter rubentem auroram pudoricolorem appellauit. Ab eodem etiam pudet uerbum deducitur, quod a piget ita distinguit, ut pudere sit in iis, quae turpiter fiunt. Pigere in iis, quae cum malo, damnoque. pudere ad decessus, pigere ad dolorem referatur. Pudet enim eius, quod turpe est. piget eius, quod dolet, ac molestum est. Alij pudere uerecundiae esse dicunt, pigere poenitentiae. Terentius, Fratris me quidem pudet, pigetque. Sallustius, Nam postea, quae fecerit, incertum habeo, pudeat, an piget magis. ab hoc fit impudicus, hoc est temerarius, qui nullo pudore ducitur. a quo impudenter temere, petulanter. inuerecunde. et impudentia, temeritas. quidam etiam dispudet usurparunt pro bis pudet, seu ualde putet, ueteres etiam pudeo, et pudesio dixere. Cellius. Tibiam pudes factus oris de formitate, abiecit. et propudum. a quo pudor, et pudicitia proculsit. Decedo, quod aliquando pro discedo accipitur. proprie tamen decedere est a mandato custodiae suae loco recedere. Vnde consules, proconsules, praesides dicuntur et Prouinciae decedere. Item praesidia ex urbibus, aut castris. sine appositione pro mori accipitur, quasi custodia, et gubernatione corporis proficisci, ut eo modo dicitur decessit, quo defunctus est, et subintelligitur uita. Excedo. discedo, et simili modo pro morior usurpatur, sed additur semper uita, non subintelligitur. Cicero, In ipsa cura, et meditatione obeundi sui muneris excessit uita. procedo, quod modo significat progredior, modo succedo. a quo fit processus, quod et progressum significat, et successum. praecedo. antecedo, quod et ipsum a cedo componitur. incedo, quod pro ambulo accipitur. a quo inaccessus fit, siue celer sit, siue tardus, siue compositus, siue immoderatus. Proprie tamen incedere, est cum grauitate quadam. et ueluti fastu ambulare. Virgilius, Regina ad templum magna stipante ceterua, inaccessit. Idem, Et uera inaccessu patuit dea. Seneca, Tero, ac molli passu suspendimus gradum, nec ambulamus, sed incedimus. Aliquando incedere, subire est. Vt inaccessit mihi cupiditas, hoc est subijt. ab hoc fit inaccessus, quod est accuso. ipeto. molesto. Cellius, Cum me male dictis inaccesseret. succedo, quod modo significat in alterius locum uenio. Cicero, Vt ueros heredes moneat, in eorum locum ipse succedat. a quo successor, et successio deducitur notae significationis. modo in gredior. Virgilius, Et nostris succede penatibus hospes. Aliquando etiam succedere accipimus pro euenire. unde successus pro felici euenit usurpatur. Plinius, Facessite hinc, atque a nobis discedite. aliquando hio. diuidor. distendor. Cicero, Hinc ille Giges inducitur a Platone, qui, cum terra discessisset, magnis imbribus descendit in illum hiatus. ab hoc discessus pro recessu deducitur. et di-



cessio pro hiatu. recedo ab eo. discedo. unde recessus pro discessu. Item recedo, protrahor. extendor. à quo recessus pro spatio ponitur. Curtius, In eo nemore longo recessu domus erat. Item retrocedo. à quo fit aduerbium recessim, quod si significat retrocedendo. Plautus, Recessim cedam ad parietem. Secedo, seorsum ab eo. à quo secessus, quod modo discessum si significat, modo sinu secretorem. Virgilius, Est in secessu longo locus. Interdum etiam secedere spatari est. Et à negotiis uacare. unde secessus, siue secessiones, uacationes dicuntur. Concedo, quod modo est tradere, uel permitto. Terentius, Hui metuisi, si nunc de tuo iure concessissis paululum, modo cedo. Idem, Hic uideo me esse inuisam immerito, tempus est concedere. Aliquando proficor. Plautus, cum domum concessisset, inuenit patrem. Nonnunquam consentio. Terentius, Nunquam ne hoc die concedes mihi, neque intelliges. ab hoc concessio fit pro concessu. Est et aliud cedo, quod ad differentiam huius cum diphthongo scribitur. Et praeteritum facit cedi, et supinum casum. hoc proprie significat flagello. Terentius, Verberibus te casum in pistrinum Daue dedam. Ponitur tamen aliquando pro excedo. Virgilius, Ceditur et tilia ante iugo leuis. Cicero, Aut eius partes, quasi membra quaedam cadenda. Interdum pro occido. Virgilius, Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Ceditur. Idem, Ceditur uigles. Cicero, Cedit greges armentorum, per metaphoram quoque cedo pro immolo usurpatur. Virgilius, Cedit binas de more bidentis. Et pro frango. Cicero, Cedere ianiam saxi, instigare ferro. hinc cello eiusdem significationis. à quo percello, hoc est percutio. euerio. Varro, Alius teneram abietem solus percellit. procello eiusdem significationis. à quo procella, de qua tertio epigrammate differemus. Item detracta una litera caelo, quod est si gno. scilicet à quo caelata uasa appellata sunt, quae ueteres ancesu uocabant, quod circumcedendo fiant, et caeli, ipsum instrumentum, quo caelantur, sicut castrum, quo ebur caelatur. Et centrum, punctum, siue stimulus. Item caelum, quod alio modo dicitur mundus, cuius circumflexu cuncta teguntur, quod caelatum, hoc est signatum syderibus sit. Nam quod Varro à cauo dicitur existimat, nimis durum est. à graeco uero hoc est ἀπὸ τοῦ κοίλου, quod si significat concuum, deducit non est putandum, si quidem per α scriberetur, quod nusquam animaduertimus. A caelum derivatur caelsus, hoc est altus. sublimis. à quo fit excelsum, et praecelsus eiusdem significationis, et excelsum. Cicero, Etenim magis est secundum naturam excelsum animi, et magnitudo. Et excello, ac praecello, hoc est extollo. supero. à quo excellens. excellentior. excellentissimus. praecellens. praecellentior. praecellentissimus. excellenter, et praecellentur. excellentia. et praecellentia. excelso, et praecelso. Et recello, quod si significat reclino, humilis fio. Et interdum actiue pro reclino usurpatur. Item caelestis, quod ex caelo est. unde caelestia numina dicuntur, et caelestia auguria uocantur, quae à caelo fiunt, cum uel fulminat, uel tonat. Et caelicola habitator caeli, et caelebr, quod caelestem uitam agat. is enim proprie caelebs dicitur, qui caret, semperque attrit uxore. abusiue tamen ponitur pro eo, qui uxorem non habet, etiam si alias habuerit. Hinc caelibatus dicitur uita, quae agitur sine uxore. Plautus, Vtrum nunc te caelibem esse manis liberum, an maritum seruum aetatem agere. Suetonius, Verum amissa uxore lepida, duobusque ex ea liberis, mansit in caelibatu. Ex ijs constat caelibem, et maritum relatiua esse. quod etiam Quintilianus ostendit. Clarus, an obscurus. magistratus, an priuatus. ciuis, an peregrinus. liber, an seruus. maritus, an caelebr. parēs. liberorum, an orbis sit. hinc etiam caelibaris hasta dicebatur, quae caput nubentis comebatur, ea oportebat in corpore gladiatoris stituisse abiecti, occisi que, ut, quemadmodum illa conuincta fuerat cum

corpore gladiatoris, sic ipsa cum uiro esset, uel quia matronae in tutela Iunonis Curitis sint, quae ita appellabatur à ferenda hasta, quae Sabinorum lingua dicitur catis, uel quod fortis uiros genuit. am ominaretur, uel quod nuptialium iure i perio subiectatur nubens, quia hasta summa armorum, et imperij esset. quam ob causam uiro fortes eam donantur, et captiui sub eadem ueniunt, quos graeca δαρυλίτις, et δαρυρωτός nominant. Hanc consuetudinem nunc quoque in nuptijs Romani obseruant, pro hasta gladium supra caput nubentis tenentes. 10 Item à caelo fit caelicus, hoc est caelestis. unde caelica regna poeta dicunt. Et caelitus aduerbium, quod si significat ex caelo. Ab huius caeli similitudine. palatum quoque caelum appellatur. Plinius, Cerebrum, uiscerum excellentissimum est, proximumque caelo capitis. sine cruore. sine sordibus. Aristoteles ἡ τὰ δὲ τὸν ἄραν ὄν ἐν τῷ σωματι ἡλιώτα τοῖς ζώοις ἐστὶ, hoc est sub caelo autem lingua animalibus est. Idem. πολλοὶ δὲ ἔχουσι καὶ ἐν ταῖς γλώττις ὀδόντας, καὶ ἐν τοῖς ἄραις. id est multi autem habent et in linguis dentes, et in caelis. hinc caeliforma dicitur, cum uox quasi in recessu oris auditur. à caelo hoc, de quo loquimur, et σόμα, quod si significat os, quamuis possit et à concuitate oris uideri deducta. κοίλον enim graeca (ut diximus) concuum dicitur, et hoc modo per α diphthongum scribendum erit, quemadmodum graeca scribunt κοίλοσθ μίαν. Celeuma uero clamor est naturarum, cum uno aliquid iubente, omnes uniformiter respondent, quasi sibi inuicem iubentes. ἀπὸ τοῦ κλάω, quod est iubeo. Unde et proceleumaticus dicitur est pes, ex quatuor breuibus constans, quod uersus hoc pede constans prior anni in sacris Mineruae solebat, uel quod propter breuitatem, et quasi cursum syllabarum. simile clamori nautico, canticum facere uideatur. 30 Item à caelum fit caelas, quod est tegeo. abscondo, quoniam caelum omnia tegit. Ouidius, ante mare, et terras. et quod tegit omnia caelum. unde caelasso pro caelauero ueteres dixerunt. ab hoc caella derivatur, quod in ea caelatur, quod uolumus esse occultum. graeca hanc apothecam dicunt, in qua res esculentae, et poculenta reponuntur, quamuis proprie apotheca caella uenaria sit, capitur tamen abusiue caella pro omni loco, in quo quod reponitur. Virgilius, Fauorum caeuernas callas appellauit. Distendunt necitare callas. Item loca quaedam in domibus, in quibus lauamur, aut unguimur, caella dicuntur, ut inferius ostendimus. Et callarium similiter, quod sic differt à penus, quod callarium est pauorum dierum, penus uero temporis longi. quicquid enim longae usionis gratia reconditur, ex eo, quod non in promptu est, sed intus, et penitus habetur, et locus ipse dicitur penus. Penitus enim proprie intrinsecus significat. Unde penitor dicitur interior, et penitissimus intus. Unde fit penertare, quasi penitus intrare. à quo penetrabilis, qui facile penetrat. Virgilius, Penetrabile telum, et penetrabile frigus. ite qui facile penetratur. Linius. Et in asperis locis silex saepe impenetrabilis ferro occurrit. Et penetrabile substantiuum, quod si significat id, quod est in intimis partibus. unde penetrabile sacrificium dicebatur, quod in penetrabili, hoc est in intima parte domus fieri solebat. Item penates, quod penes nos non sunt. Penitus à penes deductum est. id enim penes nos maxime uidetur esse, quod est penitus reconditum. ponitur aliquando penitus pro longe. Virgilius, Penitusque alias aduexerat oras. aliquando pro ualde. idem, penitusque sonantes aethris scopulos. Sunt qui uelint in penus thius. cer eos. ligna. carbones, aliaque similia contineri, sed proprie ea sola penus tribuuntur, quae ad uictum pertinent. Penurium si significat omne id, 60 quod in penus reponitur, et ipsum penus, et quod penus est, unde de penuraria caella appellatur. Dicimus autem hic penus, et haec penus



hæc penus quartæ declinationis, & hoc penus ris tertiæ, & hoc penum peni secundæ. A penu (ut quidam putant) penuria deducitur, quasi urens penu. Significat autem inopiam omnium rerum, præsertimq; earum, quæ in penu recondi solent, quemadmodum inferius latius dicemus. Alij penuriam à penè dictam uolunt, quod penè urat, uel quod penè minus sit, quàm necesse est. Item à cælla, siue callariū derivatur callarius, si significatq; (ut Vlpianus inquit) eum, qui ideo præpositus est, ut rationes saluæ fiant. Item à cælla cællares palumbæ, quæ domi nutriuntur. Item à cælo fit compositum occulto. à quo occulto, quod ueteres etiam de cælo dixerunt. & occulte aduerbium. & oculus, quod aliorum, quæ & ipsa à cælando dicuntur. unde super alia, te gminibus oculatur. à quo oculatus præfens. Plautus, Quomodo dixit oculata die. id est præfenti. idem, Pluris est oculatus testis unus, quâ auriti decem. id est qui præfens fuit, uideritq; & oculissimus carissimus. Idem, Oculissimum hostium amice. & oculius, sicut medullitus, animus, quod si significat aliquid tam carum esse, quàm oculum. Idem, Qui amat ancillam meam oculius. & ocellus ab oculo fit, hoc est paruus oculus, & monoculus, unum oculum habens. & lanoculus, qui lana tegit oculi uitium, & oco. à quo ocatio, quod ocatat, hoc est occultet femina. est enim ocatre, cum rustica satione facta bobus dimissis, grandiores glebas cællant, ac lignibus frangunt. & ocellus perspicax, & quasi ex oculis constans. Apuleius, Perspicaciorum ipso lynce, uel Argo, & ocellum totum. & cocles, quasi cocles, qui unū habet oculum. Plautus, De oculium pro sapia esse arbitror. Nam hi sunt monoculi. Idem etiam monoculus dicitur, quod μόνος, hoc est solum oculum habeat. Item μονόφθαλμος, nam græce ὀφθαλμός oculus dicitur. à quo ophthalmia oclorum ægritudo uocata est. & triophthalmus, & ægophthalmus Lappili, de quibus inferius dicemus. & procul, quasi porrò ab oculis. unde potest, & satis longe si significare, & non ualde, hoc est præ oculis. Virgilius, Est procul in pelago saxum, quod satis longe fuisse intelligi non potest, periret enim spectaculi uoluptas. Idem, Sertæ procul tantum capiti de lapsa iacebant. à procul uero proculos, ac procleius cognominatos putant, qui nati sunt patre peregrinante à patria procul. Item procleio uerbum extendo, pronuito. Item alia à cælando dicuntur, quasi cælia, quod oculo cælent. Item clàm aduerbium, hoc est occulte. à quo clanculum diminutiuum, & perclàm compositum, id est ualde occulte. & clandestinus occultus. à quo clandestine ad uerbum occulte. & clandestino dictum inuenitur. Lucretius, Aut enim dii clandestino tibi, quod commissum fuerit. Item callim, quod ueteres pro clàm usurparunt, & claudio, & clauis, ut quidam putant. Item à cædo cudo dictum quod proprie est ferio. à quo incus incudis dicitur instrumentum, in quo aliquid cudimus, hoc est feriendo formamus. Item à cædo, cædes, hoc est occisio dicta, siue nex, & ex cædo, à quo ex cadium, siue ex cadio, peremptio, & quasi nex urbis, aut Prouinciæ, quæ tamen à cadendo deducta uideri possunt. ueteres etiam ex cæssatione pro uulnerato, & laniato dixerunt. Plautus, Capillo scisso, atq; ex cæssatis auribus. & homicida, qui hominem occidit, à quo homicidium, & tyrannicida, qui tyrannum, à quo tyrannicidium, & bouicida, qui bouem. à quo bouicidium. et paricida proprie qui patrem. à quo paricidium, et matricida, qui matrem à quo matricidium. & cæstus, quod proprie significat angulum, à uarijs cæsuris, hoc est incisionibus, quibus infirmit angula solebant, quamuis sint, qui ἀπὸ τοῦ κερτῆν, hoc est à uarijs punctis appellatum cæstum existiment. κερτῆν enim pungeret. à quo centrum dicitur, id est punctus, qui est in medio circuli. à quo omnes lineæ ad circumferentiã ductæ in

ter se sunt æquales. Quam ob rem admirabile illud ueneris cingulum à poetis tantopere decantatum. quo ueneris Martem, & ab illa mutata Iuno Iouē sibi conciliabant, quoties in pellices erant promiores cæstum dixere. Martialis, Collo nocte puer meros amores, cæstum de ueneris sinu calentem. Idem, Sume catheriacum medicatum nocte cæstum. uisit amatorem baltheus iste Iouem. hoc alibi idem poeta nodū acidalium uocauit. Ludit Acidalio, sed non manus aspera nodo, quem rapuit collo parue Cupido tuo. Nam de cæsto intelligi sequentes uersus ostendunt. Ut Martis reuocetur amor, summūq; tonantis, A te Iuno petat cæstum, & ipsa ueneris, Ab hoc cæsto cæstallus dictus est, quasi paruum cingulum circulus ille, quem quasi corollam capti superponunt, qui aliquid oneris supra caput imponere sunt, quod facere in primis mulieres consueuerūt. Item cæstus quartæ coniugationis instrumentum illud, quod palestinos, ac pugiles utebantur. nihil enim aliud erat apud uenustissimos, quàm lorum ex corio bubulo manibus circumuolutum. quo & ictum minus ipse sentirent, & aduersarium grauius feriret. Home. ἡ μά δὲ οἱ πρῶτον παρακαμβάλειν, ἄταρ ἔπειτα, δῶκεν ἰ μάντας ἀδμήτους βοὸς ἀγραῖοιο. primum inquit subligat ei adhibuit, deinde lora dedit apta bouis ægrestis. Quintus ἡ μὴν κερὶ χερσὶν ἔχων βοὸς ἰριδαμέντος ῥινὸς ἀλαίας, hoc est stabat manibus tenens bouis ualidi macerati sic cæ tergora. Idem, ὡς τῶν ἀλάστοι περιτυπῆοντο γένηαι ῥινῶν. id est sic eorum maxillæ aridis obstrepebant tergoribus. Idem, τῶν δ' αὖ μὲνως θέρωνοντες ῥινὸς ἀματόντας ἀπαρθεναρῶν ἀπὸ χερσῶν λῦσαν. quod est, his certatim famuli tergora sanguinolenta statim à ualidis manibus soluerunt. ualerius Flaccus, A spine & hæc crudis durata uolumenta teruris. Sed poste a huiusmodi loris, hoc est uoluminibus coriorum, ut est auida semper nouarum rerum mortalitas, insuere magni ponderis plumbeas massas cæpere, ferro etiã addito, quibus inter se pugiles magno discrimine, immo certe morte dimicabant. hi sunt memorabiles illi cæstus, quos latini duntaxat poetæ decantant, nam in græcis nihil legitur præter loca fuisse, magnæ quidem molis, & non nisi fortissimis uiris tentatæ. Virgilius, In medium geminos immani pondere cæstus proiecit, quibus aer Eryx in prelia suctus, ferre manum, duroq; intendere brachia tergo. Obstupere animi tantorum ingentia septem terga bouum plumbo insuto ferroq; rigebant. Papinius, Ac dum nigra plumbo, tegmina cruda bouum non mollior ipse lacertis, induitur, Item à cædo, cæsaries dicta, quod comam si significat, quæ cædi solet. Virorum enim duntaxat cæsaries est, non mulierum, unde cæsariati, comati dicuntur. Item, Cæsar, non quod cum cæsarie natus sit (ut stulte Pompeius affirmat) uel quod elephantum in Africa occiderit (ut ait Seruius) A fri enim elephantum cæsam uocant, sed quod cæso matris utero prolatus sit. hoc natuuitatis genus à ueteribus auspiciatius putabatur. Sic natum tradunt Sapiorem Africae priorem, qui præterea primus omnium Cæsar appellatus est. Qui ita nascuntur, cæsiones à ueteribus dicti. A cæsare cæsareus dicitur, hoc est imperatorius, quoniam imperatores omnes, qui post Iulium cæsarem fuerunt, cæsares dicti sunt. Item cæsarianus. unde cæsariani milites, dicti sunt milites Cæsaris. & Cæsaria urbs palestinae, & altera Philippi, à Philippo fratre Herodis in honorem Cæsaris condita, & tertia Cappadoeciæ, & quarta Mauritanie. Item, Cæsar augusta urbs Hispanie taracensis à Iuba Maurorum rege edificata. Item à cædo cæsim aduerbium, quod significat cædendo, sicut punctim pungendo. unde cæsim, ac punctim ferire hostem docebantur tirones, & Cædua silua, quæ habetur in eum usum, ut ex ea materia cædatur.



Item caesitium linteolum purum, ac candidum, uel quod caedendo ad candorem perueniat, uel quod oras arcuatas habeat. Plautus, Linteolum caesitium. Et caesa gallicum telum. Varro, Qui gladijs cincti sine scutis, cum binis caesis essent. haec et gallorum lingua caesa dicuntur. unde et uiros fortes galli caesos uocant. Virgilius, Alpina coruscant caesa manu. Et caesa particula orationis, quae graeci  $\kappa\alpha\iota\sigma\tau\alpha$  uocant. Differuntque a membris, quae graeci uocant  $\mu\epsilon\mu\beta\epsilon\rho\iota\sigma\iota$ . Membrum enim est pars orationis ex pluribus uerbis absolute aliquid significans, hoc modo. Et si uereor iudices, ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere incipientem timere. caesum autem pars orationis non dum ex duobus, aut ex pluribus uerbis quae quae absolute significans, hoc modo. Et si uereor iudices, ne turpe sit. Interdum tamen caesam dicimus orationem, cum non efficiuntur membra ex connexionione uerborum, sed singula uerba aliquid significantia proferuntur, hoc modo. Quis est iste Cellius armiger Catilinae, stygator tui corporis, conatator tabernariorum. latrator fori. depopulator curiae? Eadem et incisa dicuntur. unde fit aduerbium incisim. Cicero, Haec quidem duo binis pedibus incisim, deinde membratim dicere solebas. Et caesura a caedenda uoce, quae definitur decora terminatio uocum, in medio uersuum notata, ut quando post duos primos pedes superans syllaba inuenitur. quae dictionem terminet, caesura est, quae pentimemeris dicitur, ut Arma, uirumque cano. Cum uero id post tres pedes fit, est caesura heptimemeris, ut Arma, uirumque cano, Troiae hic enim uersus utraque caesuram habet. Item caespes, quod est terra, cum herba in modum lateris caesa, uel frutex reclusus, abtruncatus, quod pedem caedat. Ab hoc fit caespitio uerbum. caespitare autem dicitur, cum pede aliquid percutientes, quasi uicere cogimur. dictum caespitare, quasi caespitem offendere, uel i caespitem ferri. Unde caespitatores equi dicuntur, qui saepe in caespitem, aut lapidem, aut aliud offendiculum, pedem impingunt. Item a caedo caedo, quod est percussio, a quo incus dicta, instrumentum fabri ferrarii, supra quod ferrum caeditur. Item aliorum metallorum. A caedo fit compositum ex caedo. per metaphoram tamen pro inuenio usurpatur. Virgilius, Ut uarias usus meditando excaederet artes. Item a caedo, recado, quod est iterum caedo. Varro, ut uolent, qui uetera metalla recadunt. Et pro caedo, cadendo dilato. Virgilius, Durum procaedit arator uomeris obtusi dentem. Item a caedo caecus dicitur, quod sit oculis concisus, quamuis alij caecum, quasi oculis captum, alij quasi caecum oculis appellatum uelint. est autem caecus, qui caret lumine. Item insidiosus. occulte malus. latens. tacitus. qui uideri non potest. Virgilius, Caecae regens filo uestigia. A quo caecum uallium dicimus, in quo praecaciti pali terrae affixi herbis, uel frondibus oculantur. Et caeci dolores uocantur a medicis, quorum causa ignoratur, cum mox ueniant, abeantque. transfertur etiam ad animum. unde caecos consules, improuidos dicimus. Ab hoc fit caeco uerbum, et obcaeco, et excaeco, quae significant lumibus priuo. Et caecitas tam corporis, quam animi orbitas. Et caecutio uerbum, quod proprie significat parum uideo. Et caecutientes dicitur, quasi semicaeci. Varro, Vtrum oculi mihi caecutiunt, an ego uidi seruos in armis contra dominos. Et caeculus diminutiuum. Et caecultor, obtusam aciem habeo, et quasi caeco sum similis. Plautus, Num nam mihi oculi caeculantur. Est ne hic noster Hermio? Caeculus etiam nomen proprium fuit eius, qui condidit Praeneste. a quo Caecilio ortos putant, quorum familia Romana nobilissima fuit. Caecum intestinum est, quod a dextra parte incipiens, in sinistram peruenit, et longum est, in dexteram non est. ideoque dicitur caecum. nam id, quod peruenit est, late fissum, ac sinuatum, minusque quam superiora intesti-

na neruosum, ab utraque parte huc, atque illuc uolutum, magis tamen sinistram, et ferioresque partes tenens, et iecur, ac uentriculum contingens, ac deinde cum quibusdam membranulis a sinistro rene uenientibus iunctum, atque hinc dextra recuruat, quia in imo, quae exernit, dirigatur, rectum appellatur. Ieiunum uero intestinum est, quod ab ea iunctura est incipiens, quam graeci  $\chi\iota\lambda\omega\pi\omega\nu$  uocant, non ita implicatum est, dictum ieiunum, quod nunquam quod accipit, continet, sed primum in inferiores partes transmittit. Unde tenue intestinum est, in sinus uehementer implicatum, cui id, quod dicitur, caecum adheret. omnia haec contingit omentum ex interiori parte lenae, et strictum, ex superiore mollius. Item a caedo caementum. Sunt enim caementa caesi lapides parui, apti ad aedificandum. Lilius, Nec erat difficile murum subruere, quod caementa non calce durata erant, sed interlita luto. Varro. Non te pudet Mani, cum domi tuae uides commilitonum tuorum cohortes feruis tuis ministrare caementa? Aliquando caementum ponitur pro ipso opere caementario, hoc est aedificio, quod structo lapide erigitur. Plinius, Pallidus lapis in caemento raro utilis. licet enim contra iniurias fortis ad structuram, tamen infidelis est, nisi multa suffrenatione deuinctus. Hinc caementarij dicuntur aedificiorum, quae ex lapidibus fiunt, structores, quos aliqui fabros murarios uocant. Item ab hoc caedo caesus color. de quo inferius dicemus, quod quasi caesus, atque apertus. Unde caesiliae dicti sunt, qui caesos oculos habent. Quidam tamen caesium a caelo dictum uolunt, quasi caelum. praeterea ab eodem composita fiunt circumcado. unde iudei circumcisi dicuntur, quae pelliculam illam circa glandem, quae praepitium uocatur, caesam habeant. Inter cado. refeco. siue interseco. de cado penultima longa, quod proprie est amputo. per metaphoram tamen capitur pro determino, quasi amputando superflua, quod in cado est, ostendo, unde decidere dubia, decidere quae sunt, et de cationem iuris, hoc est determinationem. ex cado. exseco. cado. Cicero, Ex cadant Clodij fluentia. ab hoc ex cado frequentiuum, quod est dilatio. Plautus, Capillo scisso, atque ex cado auribus. Praecado, quod proprie est ante caedo, hoc est immolo. unde praecadanea agna uocabatur, quae ante alias caedebatur, et praecadanea porca, quae mactabatur Cereri ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, quod facere mos erat, priusquam nouas fruges gustarent. praecidere etiam capitur pro re turpi, nam rem intra podicem coeundo Labefactare, quemadmodum pedicare est puerum inter femina foedare. Martialis, Praecidi grades. praecisus Papule ploras. Et praecisum uocatur pars carnis uiscerum, hoc est arca quod uiscera uoluta sunt, quod oras circum caesas habeat. Lualius, illi praeciso, atque epulis capiuntur opimis. nam omasum appellamus intestinum pingue. Plinius, Socium laboris, a griquo culturae habemus bouem tantam apud priores cura, ut sit inter exempla a praetore damnatus, Romae die dicta, qui concubino proca ruri omasum edisse se negantio caderet bouem, actusque in exilium est, tanquam colono suo interempto. incado. caedo. scindo. sculpo. unde incasas literas in marmore dicimus. Ab hoc fit, quod oratores uocant incisum, hoc est sensu non expleto numero conclusum. quod plerisque uidetur esse pars membri, et incisim aduerbium, quod significat minutim. Cicero, Haec quidem duo binis pedibus incisim, deinde membratim dicere solebas. Et icale locus depressus (ut Valerianus inquit) ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incaditur. Scanditur enim uel lapis, uel terra. unde primum aqua ex flumine aegi possit, quemadmodum in piscinis frumentarijs fieri uidemus. quod autem ad inale opponitur aqua deriuanda, compellenda uel ex flumine causa, quod uulgo clausa dicitur,



sa dicitur, eodem vlpiano teste latine, septum appellatur, siue id ligneum sit, siue lapideum, siue ex qualibet alia materia ad continendam, et transmittendam; aquam ex cogitatum. Item ex quocunque riuo aqua irrigandi causa deducatur, inale dicitur, locus quem per primum deducatur. Inalare uero ueteres dicebant increpare, uel improbare. Acius, Qui me inalant probris, sermone indecorant. Plautus, Melius est tamen ita uiuere, ne quis nostra inalat facta, et recisamentum paruum frustum, et quasi ramentum ex aliquo recisum. Plinius, Ocyssum uero aeruginem contrahit aes coronarium, recisamentis in acutum additis. Sucido, quod significat post caedo, sicut praecido. antecado hinc succidanea hostiae uocabantur, quae secundo loco caedebantur. Apud ueteres enim, si primis hostijs litatum non fuerat, aliae post easdem ductae hostiae caedebantur duae, quae prioribus iam caesis luendi piaculi gratia subdebantur. Item a caedo succisuum tempus dicitur, quod subtrahitur a rebus necessarijs, ut ad aliquem usum accommodemus. Cellius, Quantum autem uitae mihi deinceps deum uoluntate erit, quantumq; a cura, et a re familiari, procurandoq; casu liberorum meorum dabitur ocij, omnia succisua, et subsecunda rita tempora ad colligendas huiusmodi memoriarum delecta tuniculas conferam. Plinius, Homines enim sumus, et occupati officijs, succisuiusq; temporibus ista curamus, id est nocturnis, nequid nostris putatis cessatum horis, dies uobis impendimus, cum somno ualeitudinem computamus. et succida lana a succidendo, quod talis sit, qualis succisa est, hoc est plena fordebis, impura non lota. Quod si lento igni in aeneo uase suffrueat, deinde refrigeretur, et pingue illud, quod supernat in uas fictile colligitur, rursumq; priore materia decoctae, utraq; pinguitudo frigida aqua abluatur, et in linteo siccat, ac torreatur sole, donec candescat, et translucida fiat, post hac in stamnea paxide reponatur, sit caesypium, quod in numeris medicinae usibus adhibetur, praesertimq; ulceribus genitalium cum adipe Anserino. hoc Galenus medicus, et alij quidam auctores a solum succidum uocant. Varro tamen succidam lanam a sudore uocatum existimat, quod cum trudetur, sudare oves incipiat. A succidendo etiam succidia deducitur, est autem succidia caro salita, et in necessarium usum seruata, quae quoties opus est, succiditur. Cicero, Iam hortum ipsi a grycolae succidiam altera appellat, succidum quoque lardum uocant. Varro succidiam, non a succidendo, sed a subus edendis nominatum putat, quod pecus primum occidere coeperunt domini, et ut seruarent, salire. Vnde succidam quoque a sue ductam opinatur, quae est stercois suillum. Titinius, Quod habes, nisi unam arcam sine clauis, eo condid succidas. A succido quoque subsecudes appellatae sunt tabellae, quibus tabulae iter se configuntur, quia quo imitatur, succiditur. Pacuuius, Nec ulla subsecus prohibet compagem. Intercido, in medio caedo, a quo intercasti dies, de quibus supra diximus, appellati, quod quibusdam eorum horis uis dicere liceret, quibusdam non liceret. et ideo caesi uidebantur. Reado, refeco, unde recisos ramos dicimus, hoc est caesos, refecatos. et recida post casum restituta. et quodammodo renascentia ab arborum similitudine, quae seclae repullulant, ac nouae sunt. Virgilius, Et recidua manu possissem pergama uictis. Nam rediua est morbus, cum circa unguem cutis resoluatur, non sine dolore id patientis dicta a rediuiendo. Rediui re enim ueteres pro resoluere usurpabant, haec et neutro genere rediuium appellatur, a graecis dicitur παραυχία, nam παρα ad praepositionem significat αυχίς dicitur unguis, pterygium uero ulcusculi genus est, quod nascitur iuxta unguem. Plin, Lana succida rediuius sanat ex aqua frigida. Idem, cum etiam cum oleo paronichias, et pterygia tollit. Oc-

cido penultima longa interfacio, a quo ueteres occisitantur dicebant, pro frequenter occiduntur. quidam occisum, et necatum ita distinguunt, ut occisus cum ictu, et uulnere sit, necatus etiam sine ictu. Vnde uero necator, non occisos dicimus, qui aliter usurpant, loquuntur improprie. Ab occido fit occisio hoc est caedes, et quo ueteres usi fuerunt, occidium. quidam etiam occidionem usurparunt. Occisam etiam rem dicimus desperatam, et perditam. Plautus, Occisa iam est haec res, haeret hoc negotium. Vnde et occasiorem, et occisissimum ueteres dixerunt. Plautus, Occisissimum omnium, qui uiuunt. concido, quod aliquando significat minutatim caedo. Plinius, Caro eius concaesa, ac decocta adhibenda est. aliquando frango. Idem, Et nucleus dentibus concisus, supra uulnus imponitur. Ab hoc concaesa oratio dicitur, quae non continua, sed ueluti membratim caesa est. Reperitur etiam cado, prima breui, accentum in ultima habens, quod modo da, modo die, significat. Plautus, Cedo hominem. Idem, Quid sit cado. Sunt qui existimant Caesenam quoque flammiae urbem a caedendo appellatam, quod exiguo intus amne caesa, hoc est diuisa sit, uel quod ager eius duobus fluminibus Sapi, ac Rubicone sit diuisus. Mirum uidetur adeo maiorum nostrorum temporibus in contemptu fuisse, ut Cicero duorum ciuium Romanorum, qui designati consules fuerant indignitatem ostensurus, ita scripserit, nam isti duo uix sunt digni, quibus alteri Caesenam, alteri cassianarum tabernarum fundamenta credas. A Caesena, caesenas derivatur. unde caesenatem agrum, et caesenatia uina frequenter legimus, quae apud maiores nostros inter generosa connumerantur. Caeditia taberna, non a caedendo dicta sunt, sed a domini nomine, qui Caeditius uocabatur, a quo in uia appia aedificatae sunt. A caedo anale quoque dictum esse manifestum est. Scutum breue fuit, quod regnante Numa Pompilio, cum pestilens annus esset, e caelo cecidisse fertur. ideo sic appellatum, quia ex utroque latere erat recisum, et summum, in finemq; eius latus medio pateret. Eo tempore una simul uox audita est, omnium potentissimam fore ciuitatem quandiu id in ea mansisset. Ita quae facta sunt eiusdem generis plura, quibus admiserentur, ne inter nos caeleste possit. Probatum est maxime opus Mamurij Veturij, qui praemij loco petijt, ut suum nomen inter atrina salij cantarent. ideo Mamurij Veturij nomen in cantibus Romani maxime frequentabant. Circumferebantur autem analia mense Martio a duodecim salijs. ita enim Martis sacerdotes appellabantur, uel a Salio samothrace, uel a Salio mantineo, uel potius (ut ego arbitror) a saliendo, siquidem gladiolis analia pulsantes, saltare solebant. Primo Martis, deinde Mamurij laudes canentes. Plutarchus dubitare uidetur an ab am, quod significat arcum anale dicitur, quod in orbem esset figuratum, an ab ἀμωρ, quod est cubitus, an uero ab ἀμνος, quod significat remedium, quoniam pestilentiae remedium fuit anale. CAESAREO. A Caesare aedificato. Amphitheatrum, de quo loquitur, ab Augusto destinatum fuit, a Vespasiano aedificatum, a Tito consecratum. id tamen Domitianus ad gloriam suam referebat, iactare in senatu solitus, et patri se, et fratris imperium dedisse, et illos sibi reddidisse. Quapropter et operibus omnibus, quae post mortem illorum uel restituit ipse, uel perfecit, suum duntaxat titulum addidit, sine ulla prius auctoris memoria. AMPHITHEATRO. Amphitheatrum locus erat spectaculorum gratia, forma rotunda, et ueluti ex duobus constans theatri. Vnde amphitheatri nomen impositum. theatrum hemicycli specae constructum erat. ἀπὸ τοῦ ἡμικύκλου, quod est uideo, appellatum. Latine dici spectaculum potest. Consuetudo eius a graecis sumpta est. Nam cum a gyrorum cultores feriatis diebus sa-



era diuersis numinibus per pagos celebrarent. Atheniensis hoc in urbanum spectaculum transfulerunt theatrum graeco uocabulo appellantes, quod in eo conueniens turba a longe sine aliquo impedimento spectaret. hunc morem postea Romani, ut pleraque alia in urbem transfulerunt. Theatrum ita dispositum erat, ut a fronte inter duo cornua Scena esset, dicta *αὐτὸν ἄκρον*, quod apud graecos tabernaculum significat, ita appellatum a facienda umbra, quam graeci *σκία* nominant. unde Scenae nobiles Arabiae populi dicti sunt, quod tentorijs utantur, & raras, paruasque habeant domos. per diphthongam scribitur consuetudine potius, quam ratione. inuenta primo est scena in umbrationis gratia, in qua in condita carmina decantabantur, quapropter quidam tabernaculum interpretati sunt. unde scenopoeia tabernaculorum festa dicuntur. Apud uetustissimos theatri scenae parietem non habebat, sed frondibus tantum tegebatur, postea tabulatae coeperunt componere in modum parietis. unde permansit consuetudo, ut ab ijs, qui theatrales ludos edunt, praegmata componatur. scena a Laboeone definitur, quae ludorum faciedorum causa quolibet loco, ubi quis consistat, moueaturque; spectaculum sui praebiturus, posita sit in publico, privatoque, uel in uico, quo tandem loco passim homines spectacula causa admittantur. Haec autem uersatilis erat, aut ductilis. Versatilis, quae subito tota machinis quibusdam uertebatur, & aliam picturae faciem ostendebat. Ductilis, quae contractis tabulatis hac, atque illac interiorum picturae speciem denudabat. Vtrunque tetigisse uideatur Virgilius, Cum inquit, uel scena inuersa discedat frondibus. primus Claudius pulcher scenam uarietate colorum adumbravit, cum antea tabulis pictura uacuis extenta esset, quae totam argento C. Antonius, Auro Petreus. ebores Quintus Catulus praetexuit, uersatilemque fecerunt locum, quem argentatis coriis P. Lentulus spithex adornauit. a scena fit adiectiuum scenicus, unde scenicos ludos dicimus, & scenicas uestes, hoc est histrionicas. Item obscenum secundum Varonem, quod significat turpe ludum. quasi ob scenam, quia ad scenam turpia per petrabantur. Virgilius, Obscenaque canes, im portuque uolucres. Alij tamen a graeco potius deducunt uerbum, quod est iniquo, unde caenum, hoc est lutum dictum putant. a quo caenosus sordidus, obscenum etiam aliquando pro pernicioso, et uitabili ponitur. idem, Obscenamque famem, quae prima pericula uito. Ab hoc fit obscenitas turpitudine, & obscene aduerbium turpiter, & obsceno uerbum, quod significat malum omen affiro. Nam obscenae uolucres dicuntur, quae canedo aduersa significat. propter quod obscenum quidam ex ob, & canu deductum existimant, quasi aduersi, & infasti canes. Plautus, sed quid illuc, quod exanimatus currit huc Leonida. metuo quod illic obscenauit me false fallaciae. obscenauit inquit, hoc est obscenum, & malum omen attulit. scena theatri bimis, & saepe pluribus antiquationibus constabat. deinde erat proscenium pulpitum, scilicet ante scenam aedificatum, in quo ludi exercebantur. Virgilius, Et ueteres inuunt proscenia ludi in medio orchestra, in qua senatorum sedibus erant loca designata, unde omnium agentium gestus spectari possent. Item liberarum, sociarumque gentium legatis, quos postea uenit Augustus in orchestra considerare, quod quosdam libertini generis mitti deprehendisset. Iuuenalis, Quaeque repositis posita est orchestra cathedris. scenae longitudo ad orchestrae diametrum duplex erat. Orchestra in cuneos diuisa, ut mediae uiae relinqueretur. Dicta orchestra, quod in ea saltationes fieri consueuissent. Nam apud graecos ὀρχήσασθαι salto est. ὀρχήσασθαι Saltatio. ὀρχήσασθαι Saltator. ὀρχήσασθαι Saltatrix. Refert Titus Linius, cum

ludi arcenses Apollini aliquando celebrarentur, & Annibal nuntiatum esset circa collinam portam urbi ingruere, omnes re-pertis armis eo concurrisse, quos deinde reuersos, cum piaculum sese fecisse formidarent, inuenisse saltantem in arca senem quemdam, hunc interrogatum dixisse minime a se intermissam esse saltationem. Itaque ortum exinde esse prouerbum, salua res est saltante senes. In cauea, quae pars media theatri erat, similiter subsellia equum erant, in cuneos eodem modo diuisa. In arcuferentia hemicycli erant gradus ita dispositi, ut altiores in ambitu semper excrescerent, in ijs plebs promiscue sedebat. Quibus non erat sedendi locus. ijs stantes in cauea spectabant. cauea theatrorum nullis fornicibus obducta, uel tegi solebant. Primus omnium Catullus linteis in theatro umbram fecit. Primus etiam byssina uela in theatro duxit. principio temporaria fiebant theatra. primusque M. Scaurus in aedilitate sua triginta tantummodo diebus scaenicorum ludorum duratorum theatrum extruxit, opus (ut Plinius inquit) maximum omnium, quae unquam fuerit humana manu facta, scenam habuit triplicem. columnas lucullei marmoris trecentas sex. aginta. duodequadraginta pedum altitudine. Signorum inter columnas tria milia. summæ columnæ tabulis erant iauratis. pars scenae inferior e marmore, media e vitro. cauea ipsa octuaginta hominum nullia capiebat. C. uero Curio theatra duo fecit amplissima e ligno, quibus inter sese uersis, ne iniuriam ostreperent scenae, & repente arcumactis, ac cornibus inter se coeuntibus fiebat amphitheatrum. & gladiatorum spectacula edebat. Mansurum uero theatrum e quadrato lapide primus Roma construxit Pompeius magnus. propter quod Cornelius Tacitus incusatum eum fuisse a senioribus scribit, quod mansuram theatri sedem posuisset, cum antea subituri gradibus, & scena in tempus structa foret, sed parsimoniam consultum, quod perpetua sedes theatro locata esset potius, quam immenso sumptu singulos per annos consurgeret, ac strueretur. Nero princeps nobilibus germanis populi Romani magnitudinem ostensurus, eos in hoc theatrum populo ple-nam introduxit. idem etiam alias in sumptu inaurauit, ut in eo Tiridatem armeniorum regem exaperet. Amphitheatrum uero molem primus in campo Martio posuit C. Iulius Caesar, quam paulo post Augustus mausoleum aedificaturus, destruxit, hoc autem amphitheatrum, de quo poeta loquitur, in parte domus aureae Neronis aedificatum fuit. quam diu uespasianus, & Titus penitus deleuere, unde in sequenti Epigrammate inquit. Hic ubi conspici uenerabilis amphitheatrum, erigitur moles, stagna Neronis erant. A theatro theatrius deducitur. & ab amphitheatro Amphitheatralis, unde theatrales, & amphitheatrales ludi dicuntur. Theatrum figurate aliquando pro spectaculo ponitur. Martialis, Quicquid in Orpheo Rodope spectasse theatro dicitur, exhibuit Caesar arena tibi. Item pro multitudine spectante, ut magno theatro haec acta sunt, id est multis spectantibus. LOQUATUR. Prae-dicit. extollat. Proprie loqui est uerba proferre, & a dicere differt, quod est eleganter, & facunde loqui. Quintilianus, Nam mihi ne dicere quidem uidetur, nisi qui dispo-sitae ornate copiose dicit. Cicero, Ut non modo graecorum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos, & ad dicendum, & ad iudicandum. id est & in oratoria arte, & in philosophia loquor a loco deductum est, quod is, qui loquitur suo loco quodque uerbum sciens ponit. Nam, qui primo incipit iam fari, & uocabula, & reliqua uerba dicit ante, quam suo loco ea ponere possit, hunc Chrysippus affirmat non loqui, sed ut loqui. Quapropter ut magno hominis non sit homo, sic in cornibus. cornicibus. pueris primus incipiens fari.



entibus fieri uerba, non esse uerba, quod loqui non dicantur. A loquor fit loquentia, quod in compositione duntaxat utitur ut breuiloquentia, et multiloquentia, quae graeci βραχυλογία, και πολυλογία nominant. Magniloquentia, grandiloquentia, stultiloquentia, blandiloquentia, et si qua alia sunt huiusmodi. quamuis Valerius Probus grammaticus illustret illud fallustianum sic legendum, et sic ab eo relictum affirmare solius sit, satis loquentiae, sapientiae parum. quod loquentia nauatori uerborum Sallustio maxime congrueret, eloquentia cum insipientia minime conueniret. Et loquium, quo similiter in compositione duntaxat utitur, ut breuiloquium, multiloquium, stultiloquium. a quibus fiunt breuiloquus, multiloquus, grandiloquus, stultiloquus, blandiloquus. Item soliloquium, quod si significat sermonem illius, qui contempnando solus ipse secum loquitur, unde et soliloquus dicitur. Et antiloquium, primus loquendi locus, seu principatus loquendi. Macrobius. Hic assensu omnes praetextato antiloquium detulerunt. Item a loquor loquax, hoc est uerbosus, garrulus, unde et corni, et aliae aues, quae humanam uocem imitantur, loquax dicitur. a quo fit comparatiuum loquacior, et superlatiuum loquacissimus, et loquaciter aduerbium. Et loquax nomen, quae est stulta, et inanis copia loquendi. Cicero. Dum modo hoc consistet, neque infantiam eius, qui reuoluit, sed eam explicare dicendo non queat, neque infantiam illius, cui res non suppetit, uerba non desunt, esse laudandam, quorum si alterum sit optandum, malum equidem indifferenter prudentiam, quam stultam loquacitatem. loquacitatis uitium. M. Coelio insectatus est Cato, qui inquit. Nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi, tanquam ueterosum uiuendi, atque dormiendi. quod si non conueniat, tamen conuocari iubet, sine est cupidus orationis, ut conducat, qui auscultet. Itaque auditis non auscultatis, tanquam pharmacopolam. Nam eius uerba audimus, uerum ei se nemo committat, si eger est. idem de eodem Coelio. Frustrum panis conducit potest, uel uini taceat, uel uini loquatur. Ob idem uitium, Homerus Thersitem ἀμετροπῆ καὶ ἀπρόμοστον, hoc est sine iudicio, et sine modo loquentem appellabat, et uerba illius multa, et ἀκοσμά, id est incompria, strepentium sine modo gurgulorum similia esse dicebat. Nihil enim est aliud ἀμετροπῆς ἰκολώα, hoc est supra modum loquax conturbabat. Eupolis loquacem hominem ita describit. ἀλλὴν ἄριστος ἀδυνατώτατος λέγει, hoc est ad loquendum optimus, ad dicendum ineptissimus. Quod Sallustius noster imitari uolens, loquax inquit magis, quam facundus. Item a loquor, locutor deducitur. Cellius. Qui sunt lenes, et faciles, et importuni locutores, quiq; nullo rerum pondere innixi uerbis humidis, et lapsantibus defluunt, et locustileius, quod si significat eum, cuius lingua tam prodiga, infrenisq; est, ut teterrima quadam collusione uerborum fluat semper, et aestuet. hunc maiores nostri modo a lingua linguacem siue linguacem, seu linguacem, modo a blactero, et blacteronem dixere. Blactre, et blactere ueteres dicebant in condite, et inaniter loqui, factitia uerba sunt, a uoce Camellorum trahitur. Plautus. Qui malum intelligere quisquam potis est, ita nugis blactis. Idem, ubi tu es, quae blacterauisti iam uicinis omnibus. Quidam uolunt hoc uerbum, a graecis deductum, a pud quos βλάξ appellatur, qui sese inaniter iactat. et βλακία iactatio dicitur, quae propter. C. litera addentes, blacteronem, et blactere scribendum existimant. nobis prior sententia magis placet. Qui hac licentia loquendi uentur, uocem ex ore mittere dicuntur. Contra, Homerus. Vlysses sapientia facundia praeditus, uocem scribit non ex ore, sed ex pectore mittere, quod seruandum esse sapienti existimat,

10

20

30

40

50

60

ut non tam inane sonum uerborum, quam sententiarum conaptam altitudinem promere uideatur. ideo libertati linguae nullum esse oppositum dentium dixit, ut temeritas loquendi non modo cordis uigilijs, sed etiam dentium excubijs separetur. Aristophanes poeta facetissimus nastam illam, atq; inanem hominum insipientium loquacitatem pluribus uocabulis insigniuit. ἀνθρώπων ἀρρισταίων, ἀυθαδέσων, ἔχοντα ἀχάλινον, ἀκρατῆς ἀπυλωτόν, σόμα περιλάλητον, κακοφοροκλονήμονα. hoc est hominem a gestu ferocia, ore temerario, infreni, prodigo, petulante, loquacem, futilem. Et quadam uerborum congerie, ac fastu profusum. Hesiodus uitium hoc detestans non uulgandam linguam, sed reuendendam esse dicit, quasi thesaurum, magnam quippe eius gratiam esse, si parca, et moderata sit. γλώσσῃς τοῖς θεοῖσιν ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος φασγῶν, πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης. quod dici latine potest. Optimus est homini linguae thesaurus, et ingens gratia, quae parca mensurat singula uerbis. Lepide etiam epicharmium illud se habet οὐ λέγειν θεῖος, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος. hoc est, non idoneus ad dicendum, sed ad tacendum impositus, ex quo illud sumptum est, qui, cum loqui non possit, tacere non poterat. De hoc genere hominum locutus est Euripides, cum inquit, ἀχάλινον σομάτων, ἀνόμωτον ἀπροσύναν, τὸ τίλος δὲ συχία. hoc est effrenati oris, et immoderate demenciae finis est infelicitas. Item a loquor locutio, et loquelia, quae sermonem, et uerbum si significat, praeter haec composita ab eo fiunt alloquor, quod est conuenio. Cicero. Cum prudie eius dei eum allocutus fuisset. ab hoc allocutio, et alloquium deriuantur. Circumloquor, per circuitum quandam declaro. a quo circumlocutio deriuatur, quam graeci περίσπον nominant, ut si elephantis dentem pro ebone dicimus. interloquor aliquid inter agendum desinio. a quo interlocutoria sententia uocatur, quae non definit controuersiam. ea enim definitiua dicitur. sed aliquid obiter decernit ad causam pertinens. Obloquor, quod proprie est contra loquentem loquor. Virgilius. Nec no threicius longae cum ueste sacerdos obloquitur numeris. Ponitur tamen aliquando pro maledico, unde oblocutores dicuntur maledici, obrectatores. et oblocutio, obrectatio. eloquor, quod aliquando pro loquor ponitur. Virgilius. Eloquar, an sileam. a quo fit elocutio, quae est sermonis expressio. unde rhetores, et grammatici χήματα λέξεως figuras locutionis nominant, sicut χήματα διανοίας figuras sententiarum. Aliquando significat dico, quod proprium oratoris est. a quo eloquentes dicuntur, qui in dicendi ratione perfecti sunt. Et eloquentia dictio ex omni parte perfecta, et eloquenter aduerbium pro facunde. ut M. Antonius dicere solebat disertos se uidisse multos, eloquentem uero neminem. Eloquium quoq; ab eloquor dictum, quod modo sermonem, modo facundiam si significat. Aliquando etiam pro elogio ponitur. Est autem elogium testificatio de aliquo siue honoris, siue uinperationis causa. honoris. Cicero, in quem illud elogium plurimum consentiunt gentes, uirum esse ciuitatis primum. uinperationis. Quintilianus. Si exhaeredatum a se filium pater testatus fuerit elogio, propter quod is meretricem amaret. pro simplici autem sententia sua testificatione. Cicero. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicum, et lacrymis uacare. De eloquio Plautus, dulci, ac blando eloquio amicum solatus. Apuleius, Platonis eloquio monitus non nobis solus nos natos esse. Claudianus, eloquio dulcior quondam solatus amicos. proloquor. decerno. sententiam fero. a quo proloquium proprie dicitur sententia, in qua u-



hil, desideratur, ponitur etiam pro exordio, & principio, quod & anteloquium, ut diximus. & a proloquor proloquium dicitur, & a graeco λόγος, prologium. Plautus, ex anima vit me prologo suo. Differtq; a prologo, quod prologus tantum est, ubi aut poeta excusatur, aut fabula commendatur. Item prolocutio a proloquor fit, quod pro prologo ponitur. Colloquor simul loquor. a quo colloquium, & collocutio pro confabulatione, & collocutores, qui simul loquuntur. perloquor quoq; apud aliquos inuenitur pro perfecte loquor, hoc est sermonem perficio. VNVM OPVS. Amphitheatrum scilicet. Vnus aliquando numeri principium est. Ouidius. Vnus erat toto naturae vultus in orbe, Quem dixere chaos. Aliquando pro solo ponitur. Plautus. Vnus tum domi eram, & fores erant clausae. Aliquando significat praecipuum, ut hoc loco, & apud Virgilium. Cadit & Ripheus iustissimus unus, qui fuit in Teucris, & feruentissimus aequi. illud notandum est, quod quando pro solo accipitur, cum genituo iungitur. Plynus. Accipenser unus omnium, squamis ad os uersis contra aquas natando meat. Ab unus fit unose aduerbium, quo ueteres usi sunt pro simul, & unitas, & unicus. id est singularis, ut phoenix est unica avis. a quo fit unica aduerbium, hoc est singulariter. & Aduno uerbum, quod est in unum congrego, unde Adunati dicuntur, qui simul congregati sunt, & ad unum aduerbialiter sumptum, quod significat nemine excepto. Curtius. Omnes ad unum periere. Virgilius. Iuppiter omnipotens si non dum exosus ad unum. & unio uerbum, quod est coniungo, & quasi unum facio. unde uniti animi dicuntur, quando unius sunt uoluntatis, & unio pro coniunctione, & iunctura accipitur. & unio nomen, quod aliquando concordiam significat. Aurelius. Nam hoc fieri posse in tanta animorum unione quis dubitet? Aliquando margaritam, quod nulla duae margaritae simul reperiuntur, sed semper discretae, & unae. Magnus in his hominum luxus semper fuit, quas iudicis maxime Oceanus mittit. Verutamen etiam Britannicus, fertilissima earum est Ta-probana insula, & Perinula Indiae promontorium. In primis autem laudantur circa Arabiam in persico sinu maris rubri. conchae sunt haud multum ab ostrearum conchis diuersae, quae margaritiferae dicuntur. Haec ubi genitali libidine simulantur, pandunt sese, & quodam modo conceptu grauidae fiunt, deinde pariunt margaritas, pro qualitate rovis accipiunt. Si purus influxit, candore conspicuae sunt. si turbidus, foedescit & foetus. Si tempeschue satiantur, parius grandescunt, si fulgurat comprimuntur conchae, & pro ieiunij modo munitur. Tonitruis pauefactae, ac repente compressae faciunt, quae uocantur Physematia a bullarum similitudine. graeci enim φυσήματα ampullas nominant, siue quas nos dicimus bullas, haec margaritarum quidem speciem habent, sed aere inflatae corpus non habent, concharum abortus dicuntur. Sole rubescunt margaritae, candoremq; perdunt ad similitudinem corporis humani flauescunt, etiam senectae, ac rugis torpescunt, adherescunt conchis, nec ab his, nisi lima auelli possunt, quae ab una parte rotunda sunt, ab altera plana, a tympanorum similitudine, Tympana nominantur. Tympanum quippe instrumentum est ex una parte planum, membrana clausum, intus uacuum, quod baculo pulsatur, uti eo solebat in sacrificio matris deum, a quo fit Tympanites genus hydrophis, de quo supra diximus, & tympanistria tympana pulsans, & tympanico tympana pulso, Suetonius de Augusto, Et assensu maximo comprobauit uersum in scena pronuntiatum de Gallo matris deum tympani? ante uides ne, ut cynaedus orbem digito temperet? Est etiam tympanum uehiculum tectum. Virgilius. Hinc radios tenere rotis, hinc tympana plaustris.

Item tympanum instrumentum, seu machina est ad hauriendam aquam summa celeritate, quod hominibus calcantibus uersatur ad hortos irrigandos, & salinas utile, cuius alterum genus dicitur tympanum dentatum, quo similiter ad hauriendas aquas uentur. simile est ei tympano, cuius dentes impellendo cogunt fieri molarum circuitonem, & impendens in ea machina insindibulum subministrat molis frumentum, & eadem uersatione farina subigitur. Praeter haec Fenestella, qui nouissimo tempore Tiberij Caesaris claruit, Tympana scribit se iuuenae appellata Patinas, & Lances, quas antiqui Magdas appellauerunt. in aqua mollis est unio, exemptus, protinus durescit. Tradunt huiusmodi conchas, quasi apes, examina facere. his duces esse, quae uetustate, ac magnitudine praecipuae sunt. Eas uirantium circa peti. quibus captis, ceteras palantes statim retibus includi, tum mergi sale in uasis fictilibus, quarum erosa carne, nucleos quosdam corporum, hoc est uniones in ima decedere. Atteruntur usu, coloremq; in diligentia mutant. Dos omnis in candore. Magnitudine, orbis. leuore. pondere. Qui colore praestant, exaluminati uocantur. Sunt etiam quos Elenchos appellant, fistigata longitudine alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes, hos digitis suspendere, & binos, ac ternos auribus foeminarum gloria est. Crotalia haec a sono uocantur, propter collisionem ipsam Margaritarum, Nam crotalia instrumenta sunt, quae manu pulsantur laminis quibusdam ex aere rotundis sonum ex collisione reddentibus, dicta a pulsatione uocantur enim graeci plausum uocant, & uoiv dicunt pulsare, atq; percutere. utebantur hoc instrumento Aegyptij in deorum solemnitatibus. Virgilius. Copa syriaca caput graia redimita mitella, Crispum sub crotalo docta mouere latus. Elenchi autem dicuntur, quia graeci ελεγχος proprie indicem dicunt. etenim quomodo librorum indices & pulchritudine, ac uarietate colorum, & magnitudine literarum libros exornant, & res alias sui indices, ita hi gestantium habitum illustrare, & quasi indices eorum uidentur esse. Iuuenalis. Auribus extensis magnos committit elenchos. Magna eorum stultitia est, qui Cylindrum, & elenchum idem esse affirmant. Quippe cylindri lapilli sunt teretes, hoc est oblongi, atq; uolubiles, instar eius columnellae, quae aequandis areis utuntur. huiusmodi enim formam Cylindrum uocamus, ἀρό τοῦ κυλινδρου hoc est a uoluendo. Virgilius. Area tum primum ingenti est aequanda Cylindro. At qui tali forma non reperiuntur Margaritae, quas natura, non ars facit, etenim, si artificium addas, statim deficit fulgor, in quo omnis earum dos consistit, ceteri uero lapilli magna ex parte fieri teretes possunt, ut puta Berylli. Smaragdi. & alij similes, quos non auribus suspendere mulieres, sed arcudare collo, aut innectere monilibus, siue alijs ornamentis consueuerunt. Iuuenalis. Tu nubes, atq; tace, donant arcana cylindros. Idem, Nil non permittit mulier sibi. turpe putat nil, dum uiridis gemmas collo circumdedit. hos antiqui Cylindros a forma, quemadmodum aliarum figurarum lapillos gemmas uocant a similitudine gemmarum, quas in uitibus, siue arboribus arnimus. Gemmae enim proprie sunt pupuli, quos primo uites emittunt, & gemmare uites dicuntur, dum gemmas emittunt. Plynus. de Beryllo. Indi mire gaudent longitudine eorum, solosq; gemmarum esse praedicant, qui atrere auro malint, & ob id perforatos, elephantorum fetis religant, & alios conuenit non oportere perforari, quoniam sit absoluta bonitas umbilicis statim ex auro capite comprehendentibus. ideoq; Cylindros ex ijs facere maluit, quam gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. In nostro mari reper-



fi sunt aliquando uniones circa Bosphorum thracium rursi, ac parui in genere concaerum, quas myias uocant, et in A. car-  
 naria, quae pinna uocatur eos gignit. Itaque non in solis margaritis reperuntur uniones. In Britannia paruos, ac decolores na-  
 sa manifestum, quoniam diuus Iulius thoraem, quae Veneri  
 genitrix in templo eius dicitur, ex Britannicis margaritis factam esse testatus est. Lolliam Paulinam Caij principis coniugem, unquam e habuisse tunicam ex margaritis festerio, tunc  
 quadringentes aestimata. Duos autem constat fuisse uniones  
 ab eximia magnitudine toto orbe celeberrimos. Verumque  
 Cleopatra Aegypti regina possedit, quae, cum Antonio eduxisset  
 una se caena centies sextertium absumpturam, idque fieri posse  
 nequaquam putaret Antonius, additae sunt sponiones. Postero itaque die magnificam caenam sed quotidianam Antonio  
 apposuit, qui cum ea irrideret, computationemque ex postulat, et  
 Corrolarium id esse Cleopatra dixit, consumpturamque se in ea  
 caena quantum promiserat, confirmauit. Inferri itaque secundam  
 mensam confestim iussit, cumque ex praeccepto eius ministri unum  
 duntaxat uasculum acetii ante eam posuissent, spectante Antonio,  
 quid nam agere uellet, detractum ex auribus alterum  
 unionem in uasculum mer sit, ac mox liquefactam absorbit,  
 iniecerat alteri manum, ut idem faceret, sed nequaquam id passus  
 est sponionis eius iudex L. Plancus. uiciumque Antonium  
 promittant. Is postea unio, qui super fuit, dissectus in duas  
 partes, in utrisque Veneris auribus Romae in Pantheo positus  
 fuit. Prior hoc idem in unionibus fecerat Clodius traegadi Aesopi  
 filius in amplissimis opibus haeres heres lectus, singulis unionibus  
 in caena ad sorbendum conuiuii appositis. Unionis nomen  
 maioribus margaritis impositum tempore iugurtini belli nonnulli  
 prodidere. Margaritam, et margaritum dicimus, eandem generali nomine  
 uocamus: etiam lapillum. Nam lapillus et gemmarum, et margaritarum  
 commune est nomen, subintelligiturque pretiosus. Quod si  
 mansculi fuerint, pretiosi lapides dicuntur. Nam quod Seruius scribit,  
 gemmas diuersi coloris esse, Margaritas uero albas, uel gemmas  
 integras, margaritas perusas, plane ridiculum est. A gemma fit  
 gemmula diminutiuum. Sabinus iuriscōsultus margaritas scribit  
 lapillorum nomine non contineri, sed hoc falsum esse multo-  
 rum exemplo docetur. Curtius, lapilli auribus pendent, idem  
 pendebant ex auribus insignes candore, et magnitudine lapilli.  
 Horatius. Nec magis huic itra niteos, uiridesque lapillos. Vbi  
 profecto de Margaritis, et Smaragdīs intelligit. Item ab unio  
 unedo dicta fructus est arboris, similis terrestribus frugibus.  
 Arbor ipsa unedo etiam dicitur, folio citro similis fructuosa.  
 fructus uno mature sat, pariterque subnascentis floret, prior ma-  
 turatur. Pomum in honorum est, ideoque unedo dicitur, quod unum  
 tantum mandari possit, graeci κόμπος, et μεμύπων  
 uocant. A nostris alio nomine Arbutus appellatur. Virg. Et  
 quae nos rara uiridis tegit arbutus umbra. Et poma ipsa arbuta  
 dicuntur. Idem, dant arbuta sylvae. Sunt qui scribant quin-  
 quagesimum cubitorum altitudine in Arabia reperiri. fructus  
 eius concoctioni difficilis, et stomacho inutilis est. putant suc-  
 cum foliorum sudore excitato pestilentia laborantibus prodesse.  
 Item ab unio una aduerbium fit, quod significat simul, et  
 undeuiginti pro decem, et nouem, quasi uno dempto de  
 uiginti. eodem modo undetriginta, undequadragesima, undecentum,  
 et undeuigintus, undetrigintus, undequagesimus, undequinquagesimus,  
 undecentesimus, et similia. Et unigenitus filius, qui unicus est,  
 quasi solus genitus. sicut primogenitus, qui primo genitus est.  
 etiam si alij non sunt geniti. Et unanimitas, qui unius animi,  
 unius sententiae, unius uoluntatis cum altero est, unde et unanimum consensum dicimus, cum animo-

rum concordia est. Ab hoc unanimitas, hoc est animorum concordia  
 deriuatur, et unicolor unius coloris. Et unicaulis herba, quae unum  
 caulem habet, nec in ramulos spargitur. Et uniuersa mulier, quae  
 cum uno tantum uiro concumbit. Et uniuersa, quae unum tantum  
 coniugem habuit. Et unicornus animal, quod graece μονόκερος  
 uocatur. Et unioculus, quod et monoculus dicitur, qui unum  
 tantum oculum habet. Plautus. Vnioculus salue, graeca μονόφθαλμος  
 appellat. Et uniuocum, cuius et nomen commune est, et eadem  
 substantiae ratio. quod graece οὐνομα dicitur. sicut Aequiuocum,  
 cuius nomen tantum commune est, sed substantiae ratio diuersa. Et a graecis  
 ὁμόμα dicitur. homo. et Equus uniuocum sunt, quia sub uno  
 animalis nomine comprehenduntur, et eadem est ueritasque  
 substantia, homo uerus, et homo pictus aequiuocum sunt, quia  
 de utroque animal praedicatur, sed substantia eorum diuersa est.  
 grammatica Homonyma dicunt esse, quae uoce non significatione  
 conueniunt, ut ne pos filius filij, uel luxuriosus. Synonyma  
 quae non uoce, sed significatione conueniunt, ut ensis, et gladius.  
 Ab aequiuoco, et uniuoco fiunt uerba Aequiuocare, et uniuocare,  
 et aequiuocatio, et uniuocatio nomina. Et Aequiuoce, et uniuoce  
 aduerbia. Et uncia, quod una sit ex duodecim partibus assis.  
 Est etiam uncia mensurae genus exiguae, a quo quincuncem  
 uocamus uasculum, quinq; unciarum capax. Martialis. Quincunces  
 puto post decem peractas. Et nullus quasi unus aliquis.  
 nullus enim idem est, quod aliquis. Sed hoc ab eo differt, quod  
 nunquam ponitur affirmatiue. Neque enim licet dicere, nullus  
 homo currit, sicut aliquis homo currit, sed semper ponitur  
 uel negatiue, ut non erit ullus, qui curret, uel interrogatiue, ut  
 ne ullus, qui me uocet, uel subiunctiue, ut si ullus me uocabit,  
 statim adero. Ab hoc fit compositum nullus, quasi non aliquis,  
 uel ne unus quidem, quod uete res etiam, nungulum dixere  
 quasi, nec ullum Martium. Nec nungulus mederi queat.  
 Huius significationis est nemo. Neque enim uerum est, quod  
 Seruius affirmat. Nemo idem significat, quod nullus homo,  
 nam si ita esset, non adiungeretur homo, ut saepe fit. Cicero.  
 Vtrum autem sit melius, dii immortales sciunt. hominem quidem  
 scire arbitror neminem. Sallustius. Quo nemo uir melior,  
 nec praestantior. uerum est quod nemo de hominibus tantum  
 dicitur. Plautus. Neminis me miseret, nam mei miseret neminem.  
 Et de facinoris. Idem de lanificio mulierem neminem metuo  
 una aetate quae sit. Aliquando etiam de dis. Virgilius. Turne  
 quod optanti diuum promittere nemo audeat. A nullus fit  
 nullatrus, quod significat nulla ex parte, nullo modo, et  
 nullibi, hoc est nullo loco, et nonnullus, hoc est aliquis.  
 et quo quidam utuntur, nulliter, hoc est frustra. Item ab unio  
 deducitur uniuersus, quasi omnis ad unum, hoc est sine aliqua  
 exceptione. Si significat autem in singulari totus, ut uniuersus  
 ager, uniuersa campania, uniuersus exercitus. In plurali uero  
 omnes conuincunt. aliud enim est, si dicimus, omnes sibi  
 domicalium constituerunt, aliud uniuersus sibi domicalium  
 constituerunt, illic significatur domicalium sibi unumquemque  
 constituisse, hic omnes simul, unum sibi pro omnibus domicalium  
 fecisse. In quam significationem cunctus etiam, et cuncti accipere  
 solemus, propter quod cunctos quasi conuinctos dici existimant,  
 et uniuersos quasi in unum omnes redactos. Ab illo fit cunctus  
 uerbum, quod proprie significat differo. moror. tractum ab eo,  
 quod cuncti, hoc est omnes simul sine difficultate moueri non  
 possunt. Ennius unus homo nobis cunctando restituit rem.  
 per metaphoram tamen aliquando cunctari pro dubitare accipitur.  
 Virgilius. Cunctantem amplexu molli fouet. aliquando pro manere. Idem.  
 Regnam thalamo cunctantem. Idem. Cunctantis glebas scri-



bit, pro eo, quod est ualidas. magnas. graues. nam quæ gra-  
uia, & magna sunt, ita in loco manent, ut non nisi cum diffi-  
cultate inde moueri possint. A. cunctor fit cunctatio, hoc est tar-  
datio, mora. dubitatio. & cunctanter aduerbium, hoc est cum  
mora, & tarditate. Et percunctor, quod significat diligenter  
inquirere. Plau. Quid istuc in mente est tibi ex me mi uir per-  
cunctari? percunctari hoc est querere do immorari, siue per-  
cuncta inquirere. Nos tamen non cunctari, & cunctatio, &  
percunctari, sed contari, & contatio, & percontari censemus  
scribi debere, & non a cunctis, sed a contio deduci, tractumq;  
esse a nautis, qui altitudinem aquæ contis pertentant, hoc est  
teretibus lignis, atq; acutis, qui & sustes, & sudes dicuntur. itaq;  
contari est immorari, & quasi contis nuda rimari. Percontari  
uero interrogare, quamuis proprie ad finem coarguendi, ut  
Quintilianus testatur, cum inquit, quid enim, tam commune,  
quàm interrogare, & percontari? quorum utroq; indifferen-  
ter utimur, cum alterum noscendi, alterum arguendi gratia  
adhiberi uideatur. Interrogare igitur adhibetur noscendi gra-  
tia. Percontari uero arguendi. Vniuersale dicitur, quod ad uni-  
uersos pertinet. Et uniuersitas generalitas, Et uniuersaliter ge-  
neraliter. Et in uniuersum pro uniuersaliter, & quod græci  
dicunt καθόλου. Quint. In uniuersum autem præcipere  
id est generaliter, & in commune præcipere, quod etiam ge-  
neratim dicimus. Cicero. In finitum mihi uidetur id dicere, in  
quo aliquid generatim quereretur. Aliquando tamen genera-  
tim capimus pro eo, quod est per singula genera. Vir. Genera-  
tim discite cultus, sicut summam, quod modo significat per  
singulas summas. Apuleius. Omnia summam tenerat. mo-  
do breuiter, & omnibus quasi simul comprehensio. Plyn. Sed  
ut de hac re summam dicam. Cuius significationis ferè est i  
summa, & ad summam. Perinde enim est, ac si diceremus, quod  
ut summam comprehendam, & magis modo loquendi, quàm  
significatio a summam differunt. Quint. In summa non re-  
cedo, fas est mihi inuitis etiam parentibus pie facere. Cic. Ad  
summam ne agam, de singulis communem totius generis hu-  
mani societatem congregationem, & conciliationem colere. tue-  
ri. conseruare debemus. Differt tamen ad summam, & ad sum-  
mum. Nam ad summum refertur ad numerum, & aliquan-  
do sine ad, dicitur summum, quod perinde est, ac si diceremus  
ad plus. Cicero. Vnus, aut ad summum duo inueniunt, qui  
Milonis causam non probarent, id est non plures, quam unus,  
aut duo. Quint. hoc modo dicendi uti frequenter solet per ad-  
uerbium semel. Deniq; ut semel finiam, sic ferè componendum,  
cum pronuntiabis, erit idem, & ut semel omnia complectar.  
Idem. Et, ut semel, quod est potentissimum dicam, secretum me-  
ditando perit, id est in summa dicam. Cuius rei causa est illud  
semel, quod significat uno, ut ita dicam, tempore, uel uno loco  
pro omnibus, ideoq; accipitur pro immutabiliter, & irreuocat-  
biliter, quia quod semel tantum fit, non habet regressum, ut  
rursus fiat. Idem. Quid hæc fulgentium syderum ueneran-  
da facies, quod quedam uelut infixa, & coherentia perpetua  
semelq; capta sede collucet, alia toto sparsa celo uagos  
curfus certos emittuntur erroribus. Virgilius. Procubuit mori-  
ens, & humum semel ore momordit. Ouidius. Nulla repara-  
bilis arte, læsa pudicitia deperit illa semel. Lucanus. Dixitq;  
semel nascentibus author Quicquid scire licet. In eundem sen-  
sum Quint. accipit breuiter, & alij quidam præclari autho-  
res. Quint. Breuiter tamen longe crudelitatis explicanda sæ-  
uita est, ex omnibus, quæ protuli, leuissimum fuit, quod occisus  
est. Plyn. A reliqua uero Gallia, cultu uirorum moru digna-  
tione. amplitudine opum. nulla ei Prouinciarum præferenda,  
breuiterq; Italia uerius, quam Prouincia. Idem de Lusania

Spiritus plenus. grauis. acutus. creber. extensus. ubi uisum est,  
uibrans, breuiterq; omnia tam paruis in faucibus, quæ tot  
exquisitis tibi arum tormentis hominum excogitauit. Item  
ab unus derivatur uter, quod significat, quis unus ex duobus.  
poniturq; uel interrogatiue, ut uter uestrum hoc fecit? uel in-  
definite, ut nescio uter uestrum hoc fecerit. hoc est quis unus  
uestrum hoc fecit, uel fecerit. Notandumq; est in hoc nomine,  
quod uter alterum eleganter dicimus. Plynus. Vter alteri di-  
xerit nescio, & uter utrum. similiter Cicero. Vter utri insidi-  
as fecerit. Ab hoc fit Vterq; quod significat ambo, hoc tamen  
inter se hæc duo nomina differunt, quod, cum utrumq; aliquid  
fecisse dicimus, & ab hoc, & ab illo se paratim id factum in-  
telligimus, ut uterq; sibi domum ædificauit. id est hic ædifi-  
cauit sibi domum, & ille. cum uero ambo dicimus fecisse, ab utroq;  
coniunctim id factum ostendimus, ut ambo sibi monumentum  
constituerunt, hoc est hic, & ille simul unum sibi commune mo-  
numentum fecere. propter quod utrumq; alterum uerberasse  
recte dicimus, hoc est hunc illum, & illum hunc uerberasse.  
Cicero. Quorum uterq; suo studio delectatus contempsit alte-  
rum. Quint. Cum enim uterq; alteri obijciat, palam est utrumq;  
fecisse. Eodem modo utrumq; utriq; aliquid fecisse. Terentius.  
Quia uterq; utriq; est cordi, Hircius, interm diuisione or-  
ta inter Achillem, & Arimoen, cum uterq; utriq; insidiaretur,  
& summam imperij ipse obtinere uellet. ambos autem al-  
terum uerberasse, uel ambos uerberasse, ambos non recte di-  
cimus. si significaretur enim ambos se ipsos uerberasse. Quod si  
recte loqui uelimus, ita dicendum est, ambo se inuicem uerba-  
runt. Ambo a græco deductum est, græci enim ἀμφο di-  
cunt. Item ab uter fit utrum aduerbium interrogantis. Plau.  
Vtrum id uerum putes, an non? Aliquando etiam dubitantis.  
Seneca. Vtrum id nobis conueniat, animaduertendum, Item  
uterlibet, quod non significat uterq; ut quidam ignari existi-  
mant, sed alter ex duobus, hoc est uter quem tibi capere libet,  
sicut uteruis uter quem tu uis. Quod idem in quiuis, & quilibet  
accidit, quæ non sunt uniuersalia, ut multi existimant, sed  
particularia. Nihil quippe est aliud quiuis, quam unum, quæ  
tuus, & quilibet, quam unus, qui tibi magis libet. hoc enim  
differunt uteruis & uterlibet, a quiuis, & quilibet, quod il-  
la unum ex duobus significant, hæc unum ex pluribus. Te-  
rentius. Ab quiuis homine, cum est opus beneficium accipere  
grudeas, uerum enim uero, id demum inuit, si quem æquum  
est facere, is beneficit. Quintilianus. Periculosum, & cum ca-  
ra intuentum genus, quia, si in proponendo unum quemlibet  
amiserimus, cum risu quoq; tota res soluitur, tutius sic interro-  
gare, si hæc actio non sit, quæ sit, simul enim remouentur om-  
nia, uel cum duo ponentur inter se contraria, quorum tenu-  
isse utrumlibet sufficit. Ecce in eodem loco Quintilianus  
utrumlibet, & quodlibet usus. altero pro eo, quod est unum  
de duobus, altero pro eo quod est unum de pluribus. Hiero-  
nymus. Adducat ad Aaron, uel ad unum quemlibet filio-  
rum eius, quod græce, ita scribitur ἄριστος ἀπο τῶν υἱῶν τοῦ  
ἰσὼφ αὐτοῦ hoc est ad Aaron sacerdotem, seu ad unum filio-  
rum ipsius, quod in cæteris quoq; a libet compositis accidit.  
Etenim quantumlibet statuta, quantumlibet spatium non omne  
quantitatem statuta, & statij significat, sed unam quantum  
tibi capere libuerit. præterea utrobique aduerbium, quod si-  
gnificat in utroq; loco. Et utrumq; ex utroq; loco. Et utraq; per  
locum, & utroq; ad utrumq; locum. præterea neuter quod est  
uterq; contrarij significatq; nec hic, nec ille. In quo aduertē-  
dum est, quod neuter alterum semper dicimus. non autem neu-  
ter, neutrum, sicut uterq; utrumq;. Nam, si ita dicamus. Neuter  
alterum diligit, hoc significamus, neq; ille hunc diligit, neq; hic



illum, quod si neuter neutrum dicerentur, significaremur, ne se quidem ipsum utrumque diligere. Item ab unus derivatur unusquisque dictio uniuersalis, et unusquislibet, ac unusquisque, quæ idem significat, quod quilibet. omni loco, ex omni parte, ex omni regione, et unquam quasi uno quouis tempore, a quo nunquam. id est nullo tempore, unde deducitur nonnunquam, quod si significat aliquando, et nunquamnon, quod si significat semper. Item usquam, quod si significat alicubi, quasi uno quouis loco. Et nusquam nullibi. a quo nonnusquam alicubi. Et nusquamnon ubique. Et usquequaque, hoc est passim, quasi in unoquoque loco, siue in unoquoque tempore, et usque quasi ad unum uel locum, uel tempus, uel aliud huiusmodi, ut Vspira, quod si significat usque, et unde quasi de quo uno loco. a quo vndeus, et vndelibet. id est ex uno quouis loco, et usquequod quasi ad unum aliquod tempus, uel locum. Item ab unus unda deducitur, quod una sit, hoc est simul unita, et i se coacta. Vnda enim proprie pars aquæ in se collecta appellatur, et in unam partem tendens, ut cum fluctuat mare. unde undosum pelagus, hoc est fluctuosum dicimus, et undabundum. Cellius. Quibus nihil spirantibus, undæ tum factæ diutius tument, et a vento quidem iandudum tranquilla sunt, sed mare est etiam, atque etiam undabundum. et undisonum, quod undis strepat, unde mare undisonum dicitur. Et undatim, fluctuatim. uel undatim ad similitudinem undarum, et undare fluctuare, hoc est undas facere, a qua similitudine, et aerem, et nubem, et fumum undare dicimus, quoties undarum instar mouentur. Ab hoc fit inundo, quod interdum ab solute ponitur, et si significat cresco. et extra alueum uersor. Plinius. Ante, quæ in Nilus inundaret. aliquando actiue, et si significat abluo. Idem. A gros, et sata omnia inundant. hinc fit inundatio, quæ pro diluio ponitur. Seneca. Quidam conflagrationi, atque diluio tempus assignant. Arsur enim terrena contendunt, quando omnia sidera in cæterum conuenient. inundationem futuram, cum eadem siderum turba in capricorno consistet. Item abundo, quod proprie significat affluo, et supra modum aliquid habeo. Virgilius, Ergo apibus factis idem, atque examine multo primus abundare. tractum ab amibus, qui, quo maioribus, ac crebrioribus imbris augentur tanto eriguntur magis, et ideo abundare dicuntur. idem, præfertim in certis si mensibus annis abundans exit. ab hoc abundanter, et abunde aduerbia pro copiose deducuntur. Item Redundo, quod aliquando pro redeo capitur. Plautus. Hoc facinus in tuum redundabit caput. Interdum pro abundo. Plinius. Redundant opes, utia rebellant. Item exundo, quod est alueum exeo. a quo fit exundatio. Ab unda fit diminutium undula, et compositum undisonus, hoc est fluctuando sonitum reddens. et undulata uestis, quæ fit ex hircorum, et caprarum pilis potius, quàm lanis, quod ad undarum similitudinem picta sit, non, ut quidam existimauerunt, quod pura sit, sic enim ab undis undulata uestes dicuntur, quomodo a scutulis scutulata. Varro, et a quibusdam dicitur esse imaginis fortune simulachrum, ab eo, quod duabus undulatis togis est operum, perinde, ut olim reges nostri undulatus, et prætextus togis soliti sunt habere. Item aliud compositum undiuomus, hoc est aquas uomens. Vnda enim aliquando pro aqua ponitur, ut pars pro toto. Ouidius. Et terris inscruit undas. Item ab unus unicus, ut quidam existimant, quod unicus sit, cum duo esse uideantur. Est enim unicus suffis, ab uno latere incuruus, ac sese retorquens, sed hoc falsum est, nam unicus a græco fit. græci enim ὀκῆσθαι extuberare, et intumescere dicunt, et ὄκῆσθαι tumorem, a quo minor unicum siue, unicum, quod ubi incuruatur, quod a-

modo tumescere, atque extuberare uidetur. Ab hoc fit unicus adiectiuum, hoc est incuruus, a quo adunus, et unanatus unicus armatus. Cicero. Nec ut alæ asperis, et lenibus armatis, unanatisque complusculis concreta hæc esse dicat, et inunco uerbum, quasi unco inuado, et arripio. Lucilius. Aut qui numeros tristis inunat. Item ab unus derivatur ungo, siue unguo quasi unum ago. ungedo enim complanatur caro, atque unitur. Ab hoc fit unguentum. siue unguentum, quod non est (ut uulgus existimat) tenax illa compositio, qua chirurgi utuntur ad uulnera curanda, sed compositio diuersorum odororum addito oleo, aut balsamo, aut aliquo pingui ad unguenda corpora, deliciarum, et luxuriæ causa inuenta. Qui primus unguentum inuenerit, non constat. iliacis certe temporibus non erat in usu. Primum de eo legitur, quod castus Darius rex expugnatus, inter reliquum apparatus Alexander unguentum scripum cepit. Postea uoluptas eius inter laudatissima uitæ bona admissa est, ceperuntque etiam de functorum corpora ungi. unguentorum alia a locis, in quibus fiunt, cognomina habent, ut deliacum a Delo insula. una cycladum. mendesum a Mendeso Aegypti urbe. Panathenæicum ab Athenis. Susinum a Susis urbe persidis. Aliquando ab odoris similitudine, ut pardalium, quod pardalis odorem reddat. Tradunt enim ex omnibus animalibus, hanc solum esse odoratam, panthera a nostris dicitur, ut in feris ostendemus. Nonnunquam ab iis, apud quos huiusmodi unguenta in usu sunt, ut regale unguentum, quo Parthorum reges utebantur. Constat myrobalano. costo. amomo. cinamomo. comaco. cardamomo. nardi spica. maro. myrrha. castia. styrace. Ladano. opobalsamo. calamo. unco syrio. oenanthe. malobatro. seriatto. cypro. assalatho. panacea. croco. cypero. amar. co. colato melle. uino. Interdum a dignitate, et excellentia sua, ut megalium a magnitudine. græci enim μέγα magnum dicunt, unde megalensia, siue megalenses ludi dicti sunt, qui in honorem magnæ matris deum fiebant. Linius. M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deum in palatio dedicauit, et ludos ob eandem dedicationem factos megalensia appellauit. frequentissime a rebus, ex quibus ipsorum unguentorum oleum conficitur, ut irinum, quod oleum eius ex iride fiat. Irini medici nostri temporis magno errore putant narcissum esse. Est autem narcissus lilij genus, radice carnosâ, atque odora. flore purpureo. folia in radice habens ad similitudinem foliorum harundinis, sed aliquanto crassiora. dictus ab adolescente eiusdem nominis Cephisi amnis, et Liriope nymphæ filio, qui in eum mutatus est florem. Nam, cum pulchritudine præstaret, uenationi indulgens a multis nymphis amatus est. Inter cæteras uero Echo miro amore in eum exarsit, quas omnes cum superbe nimium contempisset, tandem illarum precibus factum est, ut sua ipsius pulchritudine caperetur. Et enim, cum fessus aliquando ad propinquum fontem decubisset, imaginem suam in aqua conspiciat, ac nympham existimans, cum potiri ea non posset, nimio desiderio conturbuit. Alij non a fabuloso adolescente, sed a narce, hoc est torpore Narcissum dictum existimant. quippe odor eius maiorem in modum aggranat caput. Græci νάρκῆν torporem uocant. Hinc narcissites gemma eius coloris appellata est. Iris autem luge alia herba est, radicem simili modo odoratam habens, et unguentis, ac medicinæ utilem. caulem habet cubitalem. et rectum, radicem raphano similem, quæ sternutamenta mouet. floret diuersorum colorum specie, quasi arcus cælestis. a quo nomen habet. Natura est feruens, tractataque ambusti modo pustulas facit. laudatissima in illyrico est. Irini poetæ, hoc est cælestem arcum decurum nunciam dicunt esse, et ferè ad discordiam mitti, ut Mercurium ad



concordiam. Huius arcus causa est radius solis caue nubi im-  
missis, qui repulsa aie, in solem refringitur. nubes enim for-  
mam arcus discoloris efficiunt, quia aliae partes earum nomi-  
diores sunt, aliae submissiores, et quaedam crassiores, quam  
ut solem transmittant, aliae imbecilliores, quam, ut excludat.  
haec inaequalitas alterius lucem, umbramque commiscet, et ex-  
primit illam mirabilem arcus uarietatem. est et alia causa  
arcus tenuis pluuia, solaribus radijs eam intrantibus, ut cum  
fistula aliquo modo rupta, uidentur aquam per tenue forame-  
elidi, quae sparsa contra solem oblique positum, arcus faciem  
repraesentat. quod etiam accidere uidentur, cum fullo os aqua  
impleuit, et uestimenta tendiculis deducta leniter aspergit.  
apparet enim in illo aere asperso uarios edi colores, qui quasi  
fulgere in arcu solent. Aristoteles noctu aliquando uisum fuisse  
arcum affirmat, sed id nisi trigesima luna fieri posse, quia  
tunc plus solet uirium a sole habere. Nunquam plures simul,  
quam duo arcus sunt uisi. Item nardinum, quod fit ex nar-  
do. nardus, siue nardum frutex est graui, et crassa radice, sed  
breui, ac nigra, fragiliq; quamuis pingui. aspero sapore. folio  
paruo, densoque. Caeumina in aristis spargunt. Ideo gemi-  
nam dotem eius spicas, ac folia celebrant, unde unguentum ex  
eo factum nardinum, et foliatum dicitur. Apud Gengen da-  
nator, quod uirus oleat, ideoq; ἀπὸ τῆς ὀσμῆς, quod olere  
est, oenitis dicitur. Adulteratur, et Pseudonardo herba, quae  
ubiq; nascitur, crassiore, ac latiore folio, et colore languido in  
candidum uergente. Quod est spica fit, pretiosius putant un-  
guentum esse, quod ex folijs fit, distinguitur amplitudine folio-  
rum. Nardum enim maioribus folijs Nardosphaerum uocant,  
minoribus mesospharum. Principalis hic frutex est in ungue-  
tis. Laudatur maxime nardum syriacum. mox gallicum. Ter-  
tio loco creticum, quod aliqui uocant agrion. Alij phum folio  
olusatru, caule cubitali, gemulato. in purpura albicante. radi-  
ce obliqua, uillosoq; imitante auum pedes. Bacarē quoq; nar-  
dum rusticum uocant, de qua alibi diximus. Haec omnia her-  
bae sunt, praeter indicum nardum. cum gallico nardo semper  
nascitur herba, quae a grauitate odoris Hirculus uocatur.  
Quidam et assarum syluestre Nardum appellauerunt. est au-  
tem edere. e folijs rotundioribus tantū, mollioribusq; flore pur-  
pureo. radice gallici nardi simile. acinosum. saporis callidi, ac  
uinosi, montibus in umbrato locis bis anno florens. Item Rho-  
dinum unguetum, quod rosaceo, hoc est rosarum oleo fiat. graeci  
ῥόδινον rosarum dicunt. Crocinum, quod oleū eius ex  
croco. Oenanthinum, quod ex flore Labruscae. Oenanthe eni-  
mitis Labruscae una est, quae cum flore colligitur, cum optime olet,  
sicatur in umbra substrato linteo. Atq; in cados conditur. di-  
cta quasi ὄνου ἄρbor, hoc est uini flos. Amariacum, siue  
sansucinum, quod ex amaraco, siue sansuco herba est notissi-  
ma, quam uulgo persam uocant. Hinc factum est prouerbi-  
um. Nihil cum amaracino sui, quod illi simile est, nihil cum fi-  
dibus a fello. Amaracus puer regius fuit unguentarius, qui ca-  
su lapsus, dum ferret unguenta, fregit alabastrum. deinde, cum  
ninio dolore contabuisset, uersus est in sansucum, quae ex eius  
nomine Amaracus coepta est appellari. Virgilius. Vbi mol-  
lis Amaracus illum floribus, et dulci aspirans complectitur  
umbra. Seritur et semine, et ramo. odoris est iucundissimi,  
et semen habet copiosissimum, oleum eius ad excalefacien-  
dos, ac molliendos nervos mirifice prodest. Melinum, quod est  
struteo. Cotoneum enim per excellentiam μέλιον, hoc est  
melum uocamus. a quo fit melinum. cotonea graeci cydonia uo-  
cant. Cydone i si gni cretae oppido aduecta. Plura eorum gene-  
ra sunt. alia chrysomela dicuntur i asuris distincta. colore au-  
reo, a nobis mala aurea interpretantur. alia appellantur no-

stratia, quae candidiora sunt. minora ex eodem genere stru-  
tea odoratus fragrant, seroq; proueniunt. Praecoxa mustea  
nominantur. Struteis cotonea in situ suum genus efficiunt, quod  
dicitur meluianum, et hoc solum manditur crudum. Sunt  
praeterea syluestria parua et struteis odoratissima, quae in se-  
pibus nascuntur, ex quibus oleum fit, seruaturq; in cubiculis  
saluatorijs, odoris gratia. Cyprinum, quod ex Cypro arbo-  
re, hoc est ex eius arboris flore. Cyprus est arbor oliuae similis  
folio, semine coriandri. flore candido. et mirum in modum  
odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturq; postea, quod cypru-  
num uocatur. Hanc arborem in Italia Ligustrum nominant.  
Nascitur multis in locis, sed in Cypro insula odoris suauitate  
praestat, et ideo cyprus appellata est. Cyprus insula est i ca-  
pathio mari ab ortu, octauiq; Siliciae, ac Syriae obiecta, quon-  
dam nouem regnorum sedes. Antea acanantida uocata tra-  
dit, et cerastin, et aspeliam, et amatusam, et macharam,  
et cuius aduerso Eleusa insula est. Urbes in ea praeterea, Pa-  
phos, et Palepaphos. et Salamina. Contra quam est insula Sa-  
lamine. A cypro cyprus deducitur, hoc est ex insula Cypro,  
unde tres parua insulae huic propinqua, et steriles Cypriae  
nominantur. Et cypricus possessiuum. Cyprum Sabini bo-  
num dicunt, unde cyprus uicus Romae appellatus est, quo Sa-  
bini ciues additi consederant. sic enim a bono omne uocitan-  
dum cōsue. A Cypro etiam Cypria dicta est uenus, quod eo  
primum loco templum ei conditum sit. cyprio boui meren-  
dam uice prouerbij ueteres dicebant, turpem carnem, ac uilem  
significare uolentes. quoniam in cypro insula boues humano  
stercore pascebantur. Item a cypro Cyprinus proprium uiri  
nomen deriuatur. Magnus est Seruij error, qui uersum illum  
Maronis exponens. Alba ligustra cadunt. nacinia nigra legun-  
tur, ligustrum inquit liliū est album. uacinium uero flos ni-  
gri coloris, qui graeci hyacinthus dicitur. Nos quid ligustrum  
sit ostendimus, ex cuius ligno tesserae fiunt aptissimae. Vaci-  
nium simili modo arbor est, quae in Italia uicis priorum gratia  
feritur, nec nisi in aquosis locis prouenit. i Gallia uero prouide  
feritur, quod ex flore eius tinguntur sericorum uestes. Taceo  
quod hyacinthum scribit nigrum esse, quo nihil potest dici ab-  
surdius, cum ipse, quem iter pretatur, uirgilius scribit et sua-  
ue rubens hyacinthus. Est autem hyacinthus ruber flos ex her-  
ba eiusdem nominis nascens, a cuius similitudine rubrae uestes  
hyacinthinae nominantur, hoc est hyacintho flori similes.  
Homericus. ὄβλας ἄνθρ' ἵππευ' ἄνθρ' ἄνθρ' ὄβλας. Per-  
sius. Hic aliquis, cui circa humeros hyacinthina Lena est. Vn-  
de inter gemmas, quae berylli dicuntur hyacinthi fontes uocan-  
tur, qui rubore quodam suffusi sunt, et hyacinthus per se ge-  
ma est Amethisto similis, et hoc solo distans, quod ille emicis  
in amethisto uiolaceus fulgor, dilutus est in hyacintho, et ita  
oculos implet, ut non satiet, citius, quam floris sui color euane-  
scens. Hyacinthinus color hysginus etiam dicitur a genere her-  
bae, quae hysge uocatur. hic uero supradicto similis est. Constat  
autem Hyacinthum, qui in gallia plurimus prouenit, Hysgi-  
num tingere, radicemq; habet bulbaceam, quam mangones  
icairo habent in pretio, quod pubertatem arceat, nec finit pi-  
los erumpere, florem uero (ut diximus) cocinum ita discur-  
rentibus quibusdam uenis, ut graecarum literarum figuram  
exhibeant, de quo duplex extat fabella. Nam et Hyacinthū  
puerum dilectum ab A polline, quem Disco imprudens iter-  
fecit, in hunc florem mutatum tradūt, unde in eo prima dua  
literae inscriptae conuidentur ac quae uox lu gylbris, hoc est  
dolerentis interiectio est, propter quod Apollo, apud Ouidi-  
um dicit. Flos que nouus scripto gemitus imitare no-  
stros. Et alibi, ipse suos gemitus folijs inscribit. Et si flos



habet inscriptionem. Funesque littera distat. Et Aiacem in eundem florem conuersum affirmant, dum impatientia praelati sibi Vlyssi, seipsum interemit, cuius nomen similiter in principio a littera habet. Ouidius. Littera communis medij, puerog, utroque inscripta est folijs, haec non nomen, illa querela. Et Virgilius de his floribus loquens multitudinis numero usus est. Dic quibus in terris inscripti nomina regum nascuntur flores, et Phyllida solus habeto. Regum dixit Hyacinthi et Aiacis non quod ipsi fuerint reges, sed quia regum filij fuerunt. quemadmodum alibi magnam reginae sedentem miseratus amorem. de Ariadne dixit, quae Pasiphaea reginae filia fuit. Ob hanc causam quidam diligentiores primam huius nominis syllabam, et sine aspiratione, et non per ypsilon, sed per iota scribendam esse censuerunt, quoniam ut aliter scriberetur, usus obtinuit. Item Telinum, quod fit ex oleo faeno graeci, quod alio nomine Sicilia uocant, alio Buceras. Plinius. Quaedam cum uirent, non olent propter humorem nimium, ut Buceras, quod est faeno graecum, alij Aegoceras, quod semen eius corniculis simile sit, alij Carphos. Nam id graeci nominant τήλιον. Constat oleo recenti cypro-calamo-muliloto-faenograeco-melle-mello-maro-amaraco-hoc Menandri poetae aetate celeberrimum fuit. Balaninum, quod ex glande Myrobalani. βάλανον enim graeci glandem dicunt. Vnde Myrobalanum dixerunt, quasi unguentariam glandem. Solis enim unguentis nascitur, quae graeci μύρα appellant. unde Myropolas nominant unguentorum uenditores, quos nostri unguentarios uocant. A quibus Myropolia officina eorum nominantur. Plautus. Quem sum defessus quaerere per medicinas. Tonstrinas. in Gymnasio. atque in foro. per myropolia. Myron etiam proprium nomen. Sic enim uocatus est elegans statuarius. Item Myronides similiter proprium nomen. Et myristica nux dicitur unguentaria, quam uulgo muscatam uocant. Myrobalanum arbor est heliotropij folijs. fructus gladii similis, ad magnitudinem nucis Auelanae. Vnguentarij tantum cortices premunt. Medici etiam nucleos tundunt. De myrobalano locus est Martialis, cum inquit. Quod nec Virgilius, nec carmine dicit Homerus hoc ex unguento constat, et ex balano huiusmodi unguentum propter gloriam appellatum est megalium, fit ex oleo Balanino. balsamo calamo-inuico-Xylobalsamo. casia. Resina. V entilatur in coquendo, donec desinat olere. refrigeratum odorem suum recipit. De balsamo multa mentis sunt ueteres. Arbuscula est uni terrarum iudaeae quondam concessa, et in duobus tantum hortis, utroque regio. Ostenderunt hanc primum urbi imperatores Vespasiani, quorum temporibus simul cum earum gente seruire Romanis, et pendere tributa coepit. Viti similior est, quam myrto. feritur malleolis, ut uitis, et colles implet uinearum modo, sustinens sese sine adminiculis, intra tertium annum est fructifera. Procerius intra bina cubita subsistit. Tria huius arboris genera. Tenui, et capillacea coma Anthericum uocatur. αὐθίπιον enim graeci arista dicuntur. Alterum scabro aspectu incuruum. fruticosum odoratus. Cirthacum nominant. κυρτὸν enim incuruum significat τράχυν scabrum. Tertium eius mecer. quod leni cortice ceteris sit procerius, graeci εὐμήπιον procerus dicitur, inciditur cortex uitro, lapide, ossis uel cultellis. Ferro laedi uitalia odit statim moriens. Libratur manus artificum peramentis, nequid ultra corticem uiolet. Sucus est plaga manat, quem opobalsamum uocant, quod omnibus odoribus in unguentis praefertur. Iumenalis. Hirsuto spirant opobalsama collo, tenui autem gutta fluit. uix cocham toto die aestuo implens. Adulteratur multis modis, varoque ad nos syncerum affertur. samentum quoque eius in pretio est. Xylobalsamum

uocatur, et coquitur in unguentis. pro succo id substitue-re officina. corticis etiam ad medicamenta pretium est, praecipua gratia lacrymae, secunda femini. Tertia cortica. Summa opobalsamum probatio est, ut lac coagulet, et in ueste maculas non faciat. Narassinum, quod ex flore Narassii fieri solebat, sed statim obliteratum fuit. Metrogium, quod fit ex ammoniaco. Metopion quippe arborem uocant, quae in Aethiopiae subiecta Africa nascitur. stillans in arenis suis lacrymam ueluti resinam, quae et ab Ammonis templo, quod iuxta est, ammoniacum dicitur. genera eius duo sunt. Traston masculi thuris similitudine, quod maxime probatur, et alterum pingue, ac resinosum, quod pyrama appellant, sunt qui oleum quoque Amygdalinum metopium uocent, quod in eo conficiendo Aegyptij Galbanum, et ammoniacum addere excogitauerunt. Ex bacaris quoque radice unguentum fieri solitum Aristophanes Comicus poeta restatur, bacaricum id dicitur. Bacar herbam est radicis odorata ad Cinamomi similitudinem graeli solo, nec humido prouenit ederae penes folijs rotundioribus, mollioribusque. quidam Nardum ruscum appellant. Alij Asaron, quod in coronas non addatur. σαρδόν enim ornare significat, sed hoc falsum est, ut alibi dicemus. Vnguentum exotica dicitur externa, et aduentia, quae a graecis ἐξω τῆσι ἀ nominantur Plautus. Non omnes possunt olere unguenta exotica. regis Antiocho deuictio urbis anno quingentesimo sexagesimo quinto, P. Licinium Crassum, et Iulium Caesarem censores edixisse constat, ne quis unguenta exotica uenderet. L. Plocium proscriptum a triumuiris, in Salernitana latetbra unguenti odore proditum tradunt. Diuus Vespasianus adolescentem fra grantem unguento, cum sibi pro impetrata praefectura gratias ageret, nuu aspersione uoce etiam grauisima increpuit. Maluisse enim allium oliuissis, literasque reuocauit. uilissimum genus unguenti, quo passim uulgo utebantur a limo (ut quidam putant) epilima dicebantur. Malobratum uero unguenti genus erat ex Syria. Horatius, coronatus nitentes Malobatro Syrio capillos, Schoenum pessimum unguenti genus uocabant, unde meretricis propter eius unguenti usum schoeniculae sunt appellatae. Schoenos etiam graeci uoce finis est. a quo Schoenobates, qui per sineis discitur ludedo, quasi sinuambulo. Item Schoenos urbs fuit Baeotiae sic dicta, ut Aristarcho placet, a Schoeno patre Atalantae. Vnguentis omnium Proouinciarum accommodatissima est Aegyptus. ab ea propter rosarum, ac Cyrorum, et myrtae multitudinem proxima Campania est. Vnguenta omnia, aut succo constant, et haec stigmata uocantur, quasi distillationes, quippe σάρον stillam significat, aut corpore, et haec appellantur hedysmata, graeci enim ἡδύσμα condimentum dicunt. his addi interdum ad gratiam corporis augenda color solebat, in quo cinnabari tantum, et ancusa utebantur. Cinnabaris sanguis est draconis elephatorum morientium potere elisi, cum simul pugnant, utriusque animalis cruore permixto, nec est alius color, qui magis proprie sanguinem reddat humanum, antidotis praeterea, medicamentisque miscetur. Ancusa uero herba est, cuius duo genera sunt. Alterum habet folia penes lactucae similia, sed acuta, aspera, subnigra, spinosa. Radix eius ad digiti crassitudinem coloris sanguinei inficit a state maxime digitos, folia habet supra terram in gyrum sparsa. Altera est, quam plerique Alabiadion uocant, quod uti ea ad formam conaliandam solius sit. Alabiades maioribus folijs, et asperioribus radice rufa. oblonga. nascens praecipue aridis, atque arenosis locis. Addunt quidam et tertium genus simile supra dictis, nisi colorem haberet purpureum, quo sentinates mei in pueritia utuntur ad oculos tingenda, qui-



bus ludere uerno tempore mos patrius est. V eteres ceram ea  
 tingere solebant ad reddēdas similitudines, & tabularum pi-  
 cturam. V nguentorum feces, quibus etiam in pastillos reda-  
 ctis odoris gratia uti solebant, magmata appellantur hoc est  
 massæ quaedam, & pastilli ἀπό τοῦ μάστιγος, quod est te-  
 rere, & commiscere. At qui ea, quæ siccis odoribus cōstant, ut  
 sunt ij pulueres, quos uulgo nunc Cyprios uocant, & aliæ hu-  
 iusmodi compositiones, quæ ex siccis odoribus sūt sine oleo,  
 aut alio liquore, ut puta ex ladano. cinamomo. casia. thure. co-  
 sto. myrrha. styrace. calamo. iunco. syrio. Xilobalsamo, alijsq;  
 similibus, non unguentæ, sed diapasmata dicuntur ἀπό τοῦ  
 διαπασμα, quod est inspergo, ut dici diapasma inspergimen  
 possit. Sparguntur enim huiusmodi odores, cum unguentis li-  
 nantur corpora, uel pfundantur. Martia. Quid quod olet gra-  
 uis mustum diapasmate uirus. Sic etiam uocari possunt pas-  
 stilli, ex diuersis odoribus facti, quos adolere consueuimus. Itē  
 ij, quos in paruas pilas redactos manibus gestare solemus præ-  
 fertim pestilentie tempore. Quæ uero nunc unguentæ uulgo  
 à latine lingue ignaris appellantur, à doctis græco uocabu-  
 lo dicuntur emplastra, quæ autem emplastra uulgo nominan-  
 tur, cataplasmata, siue malagmata uocantur à peritis. Con-  
 stant sanè cataplasmata ex floribus ferè, eorumq; surculis, &  
 axungia. emplastra, pastilliq; magis è quibusdam metallicis.  
 Item malagmata confusa abunde mollescunt, nam super inte-  
 gram cutem iniiciuntur, unde ἀπό τοῦ μαλακῶν dicta  
 sunt, quod est subigere, & mollire, laboriose uero conteruntur  
 ea, ex quibus emplastra, pastilliq; fiunt, ne ledat uulnera, cū  
 imposita sunt. inter emplastrum autem, & pastillum hoc i-  
 terest, quod emplastrum utiq; liquati aliquid accipit, in pastil-  
 lo tantum arida medicamenta aliquo humore iunguntur. Em-  
 plastrum imponitur, pastillus illinitur, aut alicui molliori mē-  
 scetur. A pane dictus est pastillus, quod parui panis formam  
 habeat, cum sit rotundus, & planus ad rotæ similitudinem.  
 propter qđ à græcis τροχίονος appellatur, qđ dici latine  
 rotula potest. Pastillus etiam libi genus dicitur rotundi. Ceratū,  
 nec emplastrum est proprie, nec pastillus, sed plerunq; ex pa-  
 stillis fit. cōstat ex rebus siccioribus, & igni appositum molle-  
 scit, postea applicatum corpori durecat, ac pertinacius hæret,  
 dictum à cera, quæ ferè omnibus ceratis adhiberi solet. qui-  
 dam hoc non ceratum, sed cerotum appellant à græco, quod  
 est κηρωτόν. Ceterum quæ uulgo haud quidem inepte  
 pilulæ dicuntur, quod sint ueluti exiguæ pilæ, à doctis tam  
 græcis, quàm latinis catapocia nominantur ἀπό τοῦ καταπο-  
 κειν, quod est deuorare, quoniam neq; estur, neq; lingitur id  
 genus, sed deuoratur. Recte tamen & pilulæ dici possunt. Si-  
 quidem Plyn. rotundum illud, quod in robore nascitur, pilulā  
 uocat, & ex bulbis fieri pilulas tradit, quæ ad conuulsa cum  
 Silphio dantur. Lingere proprie dicuntur, cum aliquid in ore  
 tenentes paulatim distilando sorbent, & quæ in hunc usum  
 fiunt dicuntur Ecllygmata. Plyn. E semine limi fiunt ecy-  
 gmata, & actus ipse lingendi dicitur linctus. Idem. Multi us-  
 sim ueterem linctu salis distillere. quod uero per inferiorem  
 partem purgandi gratia in uentrem immittitur, clyster uo-  
 catur ἀπό τοῦ κλύειν, quod abluere est. Plyn. Cucurbita  
 insisa clysteribus intestinorum omnium uitij medetur. Quod  
 autem in orificio durum ponitur ad excrementum prouocan-  
 dum, & uulgo suppositorium dicitur, docti honestiori uocabu-  
 lo, à glandis similitudine Balanum dixere. Idem. cepas sub-  
 ditas pro balanis scribit, A schlepiades hæmorrhoidas tollere.  
 Item ab ungo unctio dicitur, & unctura notæ significationis,  
 & unguen, quod significat omnem succū, ex quo aliquid un-  
 gi potest. Vir. Ideasq; picæ, & pingues unguina ceras. Plyn.

Epiphoras bubulo seu, cum oleo cocto illinūt, ceruini cornus,  
 anis scabrieas eodē unguine sanat. Item axungia ab axe plau-  
 strorum unguendo appellata est, quamuis græci quoq; hoc uo-  
 cabulo usi fuerint. Est autem axungia adeps sullus inuicta  
 tus, aut cum sale, aut syncerus, qui quanto uetustior, tanto utili-  
 or est, & multas uires habere creditur, quoniā id animal her-  
 barum radiabus uestatur. Apud antiquos religiosus etiam ha-  
 bebatur, siquidem nouæ nuptiæ donum intrantes solenne ha-  
 bebāt illo postea inungere. unde uxores, quasi unxores dictæ  
 sunt, quemadmodum i ferius latius differemus. V nguus quoq;  
 ut nonnulli putant, ab ungo deducitur, quod politus, ac trāsili-  
 cidus sit, & quasi unctus, unde marmorarij planiciem operis  
 ungue experuntur, & cum non sentiunt iuncturas, perfe-  
 ctum id esse intelligunt, quapropter adunguem capimus pro  
 perfecte. Horatius. Ad unguem factus homo, hoc est omni ex  
 parte perfectus. Alij unguem ab uno, & ago derivatum exi-  
 stimant, quod in ijs nervi in unum aguntur, sunt enim ungues  
 clausulæ nervorum summæ. Alij à græco deducunt, unguis enī  
 à græcis ἀνίξ uocatur. Ab ungue fit unguila diminuti-  
 uum. & unguicula, sed hoc inter se differunt, quod unguis è  
 eorum animalium, quæ digitos habent separatos, peniusq; di-  
 stinctos, ut sunt Homies. Simiæ. Aues. Plynus. V nguus simiæ  
 imbricati sunt, hominibus lati. rapaabus una. cæteris recti,  
 ut canibus præter eum, qui à crure pleriq; dependet. Itē de  
 aquila. V nguus quoq; huic generi inuertitur. V nguila uero de  
 ijs dicitur, quæ digitis carent. Item de Structio caimelo, qui ex  
 genere uolucrum est. V nguila huic sunt ceruicis similes, qui-  
 bus dimittant bisulcæ comprehendēdis lapidibus utiles, quos  
 in fuga contra sequentes ingerunt pedibus. Idem in quadru-  
 pedibus solidas habent unguilas, quæ non sunt coruigra. Igitur  
 pro his telum unguila è illis. Idem. Sues in illyrico quibusdā  
 locis solidas habent unguilas. Idem uno in loco, utrunq; posi-  
 it, & hanc differentiam apertissime demonstrauit, sic inquit  
 ens. Omnia digitos habent, quæ pedes, excepto elephāto, huic  
 enim in formes numero quidem quinque, sed indiuisi, ac leui-  
 ter discreti, unguilq; non unguibus similes, idem uno uersu  
 fecit Ouidius, dum lo describit è bouis effigie in primam for-  
 mam redeuntem, V nguila, quæ in quinos delapsa absumitur  
 ungues. V nguicula autem de ijs etiam dicitur, quæ ungues ha-  
 bent, unde A teneris unguiculis dicimus pro eo, quod è ab in-  
 fantia, ab ineunte ætate. à pueris, à pueritia. à tenera ætate.  
 ab incunabulis. hæc quippe omnia penè idem significant. Ab  
 unguila Cato unguilarios uocauit ungues magnos, ac sabros.  
 quasi unguis similiores, quàm unguibus. V nguulum O scorū  
 lingua significat annulū, quidam tamē ideo appellatum un-  
 gulum putant, quod sicut in digito unguis carne, ita in illo gē-  
 ma, uel signum aliquod i auro clauditur. V nguus etiam mor-  
 bus est oculorum, quem græci pterygium uocant. cum mem-  
 branula nervosa oritur sub à gulo oculi, & ad pupillā quoq;  
 peruēnit, eiq; se penumero offiat, aliquando à narium, non-  
 nunquam à temporum parte. V nus uero ipsum à græco  
 deducitur, quippe græci ἐνα unum dicunt. O P V S.  
 Aedificium. O pus, & opera differunt. Opera enim actio è.  
 & diurnum officium. Ci. Non male præcipiunt qui seruis uti  
 iubent, ut mercenarijs iusta præbenda, operam exigendam,  
 hoc è laborem, & operationem corporis. Item opere ipsæ p-  
 sonæ laborantes uocantur. Modestinus. Operarum nomine  
 ipsas personas, quæ aliquid faciunt significamus. O pus uero è  
 finis, fructusq; operæ, unde opera a authorum dicitur, & ope-  
 ra tam publica, quàm priuata, hoc est aedificia. Aliquando ta-  
 men opus pro opera capi uidetur. Vir. Mollibus è stratis ope-  
 ra ad fabricia surgit, quasi ad operas. V bi notandum è, quod  
 quoties



quoties non ad laborem corporis, sed ad laborem animi, & ad  
 artem, industriamq; respiciamus, magis opus, quã operam dici-  
 mus, ut in opere rustico, in opere fabrili, in opere faciundo. Opus  
 etiam aliquando pro necesse, siue necessario capitur, ut opus est  
 festum quiescere, i. necesse est, et nihil mihi opus est, hoc est nihil  
 mihi est necessarium. et a grotanti opus est medicum, i. necessarius  
 est medicus a grotanti. Quod etiã per accusatum dicitur. Apu-  
 leius, cui eam rem factam opus fuerat. Ab hoc fit oportet, quod  
 similiter significat necesse est. P. uulius, Oportet uerbum, nõ ad  
 facultatem iudicis pertinet, qui potest uel pluris, uel minoris  
 condẽnare, sed ad ueritatem refertur. In hoc uerbo notandum  
 est, quod oportet legere libros, oportet habere, quos sequamur in  
 eudẽ sensum elegerit dicitur. In præterito autẽ secus. nã &  
 fecisse hoc oportuit legitur, & factũ hoc oportuit sine uerbo ali-  
 quo. Cic. Tamen id factum non oportuit. Idẽ, a pollinis signũ  
 ablatum certe non oportuit. Idem. Totam rem illi integram ser-  
 uatam oportuit. Nõ dissimilis huic oratio fit per uerbum uolo.  
 Idem. Liberis consului uolumus, etiã si posthumi futuri sint.  
 Idem. Percurram tamen breui, ut non minus hominem ipsum,  
 quã in ius cõmune defensum uelutis. Oportunitus uero, qđ per  
 duplex. pp. scribitur, non ab opere deducitur, sed ab ob præpo-  
 sitione, & portus, qđ nauigantibus maxime utiles, optatiq; por-  
 tus sint. Oportunitum qui ppe esse, siue opportune accidere dici-  
 mus, quod pro desyderio nostro accidit. a quo fit opportunitas,  
 quod cõmoditate significat, quem admodum e' diuerso im portu-  
 num esse, et in portune fieri dicimus, quæ sunt, fiunt uel præ-  
 ter rationẽ loci, seu tem poris, seu personarum. Vir. De auibus,  
 quæ, cum nocte tantum uolare soleant, die apparent, im portu-  
 nãq; uolucres signa dabant. Propterea im portunũ hominẽ di-  
 camus prociacem, atq; molestum. a quo im portunitas dicitur. Pon-  
 tur etiam aliquando im portunũ pro inquieto, et quasi portu ca-  
 rente. Idem. Bellũ im portunum ciues cum gente deorũ. Ab ope-  
 re opificem quoq; dici quidã opinantur, nos ab opera potius de-  
 ductum existimamus. O pifex enim artifex est, atq; operator,  
 & (ut ita dicam) laborator non modo rerum, sed etiam uerbo-  
 rum. Cic. A diena quidam ignobilis uerborũ opifex insinuas  
 se in antiqua philo sophia uidetur. Vnde etiã cognari, & blan-  
 darum artium sectatores opifices appellantur. Cic. Omnes au-  
 tem opifices in turpi sunt exeratio. Hinc deũ opificem, hoc est  
 operatorem omnium rerum dicimus. Ouidius. Ille opifex rerum,  
 cuius opus dicitur opificamus. O pifex etiã crabronis genus est,  
 de quo inferius dicemus. O p quoq; quæ terra est, ab opere dici-  
 tur, de qua, atq; eius derivatus i ferius differemus. ab opera fit  
 etiã operula diminutiuũ. A puleius. O perulas etiã in eã contu-  
 li, quas adhuc uegetis sacariã faciens merebã. Item operor uer-  
 bum, quod est in opere aliquo faciundo laboro. a quo operator,  
 & cooperator, & operatio, ac cooperatio deducuntur, & ope-  
 rarius pro opera, dum psonam significat, qui græcè ἐργαστής,  
 hoc est ergastes uocatur. unde latini ergastulũ uocant locum, in  
 quo lapides, aut metalla fodiuntur. Iuue. Nempe in lucanos, &  
 ethusa ergastula mittas. Quoniam uero ad hæc opera dñati  
 mitti solebant, qui athenati foderent, factum est, ut ergastula  
 modo pro ipsis damnatis, seruis uel fodiuntibus, modo pro atr-  
 cere uisur pemus. Varro. Misiq; mox eo nuntium, qui tota erga-  
 stula donaret libertate. Põ pomius, qui ue domi erant uincti, qui  
 ue in ergastulo custodiebantur. Ergastulos uero masculino ge-  
 nere, casto des carceris, eosq; qui dñati fodiunt uocamus. Cic.  
 Sed nos miramur ergastulorum, non eadem emolumenta esse,  
 quæ im peratorum. Plyn. Coli uera ergastulis pessimum est, ut  
 quicquid agitur a desperantibus. Hæc autem omnia a græcã uo-  
 ce deducuntur ἐργον, quæ opus significat. a quo ἐργαστήριον  
 operor. ἐργασία operatio. ἐργασία ferramenta. ἐργασί-  
 ον officina. ἐργασίον fabricabilis. ἐργαστήριον taber-  
 narius opifex. ἐργαστής operarius. Item energia, quæ dicta la-  
 tine efficacia potest. & energicus efficax. est etiam energia fi-  
 gura, quæ res gestæ nõ tam narrari, quã sub oculis subici ui-  
 dentur, dicimus. Item aliquando operariũ, quod industria, atq;  
 opere fit. Plyn. Quæ inter uina operaria numerantur. Aliquã-  
 do tamen operari pro sacrificare ponitur, & operatio pro sacri-  
 ficio, Vir. Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis. Plau. Ve  
 istæc operatio crimen expiet. Item operã dare, operam im pen-  
 dere, & studium, laboremq; im pendere. Cic. Da a operã. ut  
 ualeas. id est cura. enitere. elaborari. ut ualeas. Idẽ, tam mihi u-  
 deor nauasse operam, quod huc uenerim. hinc dedita opera di-  
 camus de industria, quasi cura adhibita, & labore im penso, et  
 quoniam nihil uel gratius, uel dignius est, quã ut pro labore  
 pretium, hoc est merces debita pfoluatur, factum est, ut operæ-  
 pretium pro fructuosũ usurpetur, et ad rem ptinente, uel quia  
 decens, uel quia utile, uel quia gloriosum, uel quia iucundum.  
 Luuius, Facturus ne sim operæ pretium, si a primordio urbis  
 res populi R. perscripserim. Cic. Operæ pretium erat, luden-  
 tibus inueni. Plyn. id uero audire pretiũ operæ fuit. Iuuen. Est  
 operæ pretium penitus cognoscere toto, Quid faciant, a quentq;  
 die. PRÆCVNCTIS. Ante cuncta, hoc est ante omnia  
 simul collata, ut sit sensus, plus laudis mereri unũ Amphithe-  
 trum, quã cætera totius orbis opera. si simul conferantur. Nã  
 quid cuncta significat, superius ostendimus. PRÆ. ante. Ali-  
 quando enim hæc præposito significat propter. Teren. Præ  
 amore hunc exclusisti foras. A puleius. præ luxuria cuncta pro-  
 fuderat. Aliquando ad comparationem præ illis uisq; omnia  
 erant, hoc est ad comparationem illorum. Teren. Præ huius ra-  
 bies, quæ dabit, hoc est ad comparationem eorũ, quæ huius ra-  
 bies dabit. Nonnunquam ante, ut hoc loco, et apud Terẽ. a præ  
 sequar. Interdum in compositione super, ut præses. præsidium.  
 præfectus. interdum ualde, ut præmaturus, præualidus. Ali-  
 quando tamen præmaturum dicitur, non quod ualde maturum  
 est, sed quod maturuit ante tempus. Lucanus, ad præmaturas se-  
 getum reuina rapinas. Iuuen. Non præmaturi aneres. A præ-  
 deriuatum est præter, quomodo a sub subter, quæ aliquando  
 præposito exapiẽdi uisum habet, et semper regit accusatiuum,  
 ut nullum amas præter me, hoc est me excepto. Aliquando si-  
 gnificat ultra. Quĩnt. Multa erant, præter hæc, quæ obijci  
 merito potuissent. Ab hoc fit prætere a aduerbium, quod si igni-  
 ficat ultra ea, quæ dicta sunt. Virg. Si duo prætere a talis  
 Idæa uulisset Terra uiros, et præterquam, qđ semper requi-  
 rit præcedentem casum, quia idem uerbum subintelligitur, ut  
 nemo id dixit, præterquam Cicero. Nullus id interest, præter  
 quam patris. Nulli id placuit, præterquam Cæsari. neminem  
 præterquam consulem timeo. a nemine, præterquam a præce-  
 ptore meo id audiui. o uos omnes, præterquam Cicero. & præ-  
 terquam quod, quam unam dictionem esse nõnulli existimant,  
 significatq; nisi qđ. Plyn. Oia nobis ex uoto successerunt, præ-  
 terq; quod in itinere de sanctã matrem audiuius. Item præter  
 propter, quæ similiter una dictio est, significatq; præterq; pro-  
 pter, hoc est propter aliã causam, q; propter eã, de qua loquimur,  
 ut præter propter uitã uiuitur, hoc est propter a iã causam uiui-  
 tur, q; ut uiuatur, ut puta propter laudẽ, propter uirtutẽ, propter  
 gloriã. Ennius. Otio q; nescit uti, plus negotij habet, q; cũ est ne-  
 gotiũ in negotio. Nã cui qđ agit insitutum est, nullo negotio id  
 agit. studet ibi, mētẽq; animũq; delectat suũ Otioso initio  
 animus nescit qđ uelit. Hoc Idem est enim, neq; domũ nũc nos,  
 nec militiã sumus. Imus huc hinc illuc, cum illuc uentum est, ire  
 illinc libet. incerte errat animus, præter propter uitam uiuitur.

10  
20  
30  
40  
50  
60

100



AD DOMITIANVM EPIGRAMMA  
SECUNDVM.

**H**IC VBI SYDEREVS. Laudat Domitianum, quod ex una Neronis domo plura aedificia publica in solatiū populi construxerat. INUIDIOSA ATRIA. Odiosa, quia totam urbem occupare Neroniana domus uidebatur, et ad eam aedificandam, ut spatia quaedam circa eam haberet, urbem Nero incenderat, quin etiam horrea quaedam propinqua, quod saxeo muro constructa erant bellicis machinis aperte fuerat demolitus, et incendium ipse de turre meconatiāna prospiciens, ac flammæ pulchritudine letus, Halosin ilij senio habuit dectantauerat. Inuidere proprie est ex alicuius rebus secundis dolore affici, tractum à nimis uidendo, quod nimis inuenitur fortuna illius, de cuius felicitate sumus solliciti. quapropter minus fortasse uisitate, sed præclare Accius accusatio corruxit. Quis nam florem liberum inuidit meum. ut enim uidere, sic inuidere, florem rectius, quæ flori dicitur. Nos consuetudine ut Cicero inquit prohibemur. Poeta ius suum tenuit, et dicit audacius. Ab hoc fit passiuum inuideor, à quo inuisus, hoc est odio habitus. Cice. Dicitur, hominibusque inuisus. Item inuidia, et inuidetia quæ inter se differunt, ut ebrietas, et ebriositas. Quippe inuidia est, cum inuidetur, hoc est actus ipse inuidendi. Inuidetia uero est ægritudo animi, quæ propter res secundas alterius suscipitur, quæ nullam iacturam afferant inuidenti. Nam si quis doleret eius rebus, à quo ipse læderetur, non recte diceretur inuidia. Item inuidus, et inuidiosus, quæ eodem modo inter se differunt, quo ebrius, et ebriosus. Inuidus enim dicitur, quæ actus alicui inuidet. inuidiosus, qui morbo inuidetia laborat. Ouidius. Tempus edax verum, inuidiosa uetus. Omnia destruit. interdum tamen inuidiosus passiuè accipitur pro eo, cui habetur inuidia. idem, Pactolonque perit, quanquã non aureus illo tempore, nec caris erat inuidiosus arenis. Est etiam quando inuidia pro odio accipitur. Quint. Ne ei tot scelerum commemoratione conatorem inuidiam. Teren. Ita, ut sine inuidia laudem inuenias, et amicos pares. Linius, Naectus superbium ingenium, immo dicamque linguam, quam irritando, agitandoque in eas compelleret uoces, quæ ei inuidie essent, hoc est odium conatorem. Hinc inuidiosum pro inuiso, atque odioso accipitur, ut hoc loco, et inuidiosa res dicitur, quæ atrocitatem facti auget, ut maius concitet odium. Aliquando etiam inuidiosus actiue accipitur pro odio flagrans. Ouidius. Ante Ionem passis stetit inuidiosa capillis. idem. Et iam contigerant portam, Saturnia, cuius deperat opposita inuidiosa seras. inuide facere dicitur, qui per inuidiam aliquid agit. inuidiose uero, uel qui per inuidiam, uel qui in aliquo exatit odium, cumque inuisum facit. A. Cellius usus est comparatiuo inuidius, pro inuidiosus, hoc est conatatoris odij in aliquem. Fortius, atque inuidius potuisse dici non uidentur. Ab inuidia fit diminutiuum inuidiola. Cice. Cum nescio quid inter eos inuidiolæ exortum fuisset. Odium uero ab odi deducitur anomalo uerbo, quod significat odio habeo. à quo osus, et perosus dicitur, qui odio habetur. Plau. inimicos semper osa sum optarier, et osor, qui aliquem odit, et odiosus, modo qui odio habetur. Cice. O rem grauem, et omnibus odiosam. à quo odio se aduerbium, cum odio. modo molestus. Teren. Si porro esse odiosi pergitis. Nam et odium à ueteribus pro molestia accipiebatur. In osus terminata nomina, partim à nomine descendunt, partim à uerbo, partim ab utroque. Et ea quidem, quæ descendunt à nomine, habitudinem, siue uehementiam, copiam uel affectionem significant, ut animosus. ingeniosus. la-

cerosus. neruosus. saxosus. aquosus. quod habent in se uehementiam, siue copiam saxorum. neruorum. lacertorum. ingenij animosus. libidinosus. mulierosus. sediciosus. factiosus. quod amant uinum. libidines. mulieres. seditiones. factiones. Rursum quæ à uerbo sunt, partim actionem significant, partim passionem, partim utrumque. studiosus. fistidiosus. stomachosus. inuirosus. contumeliosus. curiosus. qui operam dat studio. qui fistidit. qui stomachatur. qui iniuriam, contumeliam uel facit, qui nimis curat. Odiosus. inuidiosus passiuè accipiuntur (ut diximus). quando à uerbo descendunt. quando uero à nomine ueniunt, significant actionem. formidolosus. laboriosus operosus actiue, et passiuè accipi possunt. Voluptuosus. religiosus, licet à uerbo non ueniant, istis tamen similia sunt, et affectionem significant, siue habitudinem, siue plenitudinem, simulque actiue accipiuntur, et passiuè uoluptuosus homo, qui uoluptatem amat, uoluptuosa res, quæ plena est uoluptatis, quæ homo delectatur. ille recipit. hæc recipitur. ita religiosus homo. religiosa sepulchra. gloriosus. famosus. imperiosus. licet iterum significant eum, qui plenus sit gloria. fama. imperiumque possideat. tametsi plus gloriosum hominem dicimus affectantem gloriam. famosum. infamem. et turpem. imperiosum. ostentatorem imperij in exercenda seuitia. Quæstuosus. sumptuosus. ab affectione magis, quam ab habitudine, siue plenitudine dicuntur, et ad homines magis pertinent, quam ad res. Luctuosus uero magis ad rem, ut res luctuosa, quæ luctu plena est. Morosus à more, hoc est à nimia diligentia, et securitate, sicut curiosus à nimia cura, siue peruersa cura. et cerebrosus, à peruerso cerebro. Hora. Donec cerebrosus prosilit unus. id est insanus, et peruersi cerebri. Cerebrum, cuius diminutiuum est cerebellum, uiscerum omnium excelsissimum est, proximumque caelo capitis, sine carne. sine cruore, sine sordibus. hic homo sensuum arcem habet. huc uenarum uis omnis à corde tendit. hic desinit hic culmen altissimum. hic mentis est regimen. ab eo proficiat somnus. quæ cerebrum non habent, non dormiunt. homo portione maximum, atque humidissimum habet, omniumque uiscerum frigidissimum, duabusque supra, subterque membranis uelatum, quarum alteram rumpi mortiferum est. Aliud esse quam medullam ex eo percipitur, quod coquendo durefcit. insunt medio officula parua. unum hominum in infantia palpitat. nec roboratur ante primum sermōnis exordium. Pannosus dicitur, qui crasso panno, ac uili oportus est. ATRIA. Prima pars domus, pluralis pro singulari. Atrium prima pars domus appellatur, quæ continet mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit. Dicitur atrium, uel quia id genus aedificij atria primum in Etruria sit institutum, uel quod à terra oriatur, quasi iter atrium, uel quod atrum ex fumo esset propter culinam. in atrio enim tria habitacula erant. Vestibulum loci sportularum, qui et ipse Sportula dicebatur, ubi proponebantur eo die, quæ dono danda erant. et culina, quanquam vestibulum proprie locus sit ante aedes, quemadmodum inferius ostendemus. Atrium proprie nigrum significat, unde atritas à ueteribus nigredo dicebatur. Virg. Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra. idem. Hic piscibus atram improbus illuuiem. Ex hoc atramentum deducitur, cuius duo genera sunt. Atramentum scriptorum, quod et librarium dicitur, et à tectorijs tectorium, quo inscribendo, ac pingendo utimur, et atramentum sutorum, quod insciendis pellibus sutores usurpant. Græca à quadam similitudine aeris uocant chalcantimum. quippe apud eos æs dicitur χαλκός. uulgo hoc à nitri similitudine utriolium nominant fit multis in locis, præcipueque in Hispania à puteis stagnisque habentibus. id genus aquæ decoquitur, ea admista pari mensura dulcis



ra dulcis aquae, & in piscinas lignas funditur. Immobiles super has transstris dependent restes lapillis extente, quibus adherens limus utresq; acinis imaginem quandam uuae red- dit, exempum triginta diebus sicatur. Color est caeruleus spectabili nitore, uirumq; esse creditur. diluendo fit atramentum tingendis apium corijs, & hoc factitium uocant. Est & aliud genus, quod fossile dicitur, uarijs medicinae usibus adhibetur, praesertimq; in astrigendo, in quo tanta est uis eius, ut si urforum, & leonum ora eo aspergantur, mordere non possint. Hinc etiam atra bilis dicitur, quam graeci melancholiam uocant. nā bilis cholera est, unde biliosi dicuntur cholericis. A phritamen bilim uocant semen humanum humi proiectum, & bilutes ueteres dixerunt bestijs similes, quasi bellutos. Item olus atrum, siue in compositione olis atrum, alio nomine hippofelinum dicitur, quod folia habeat subnigriora, propter quod Columella pullum olus appellat, atq; oleris pulli radix. quidam etiam smyrnium uocant, a smyrna. i. myrrha, quod lacryma caudias sui myrrha sit, quidā petroselinon, quod inter petras, & iuxta maceriam feri a ueteribus consueuerit. Gal. *δὲ το μὲ ζουσι δ' ἐν πρὸ μὲ εὐδιδως ἡδὴ πάντες οὐ σ μύρον, ἀλλ' ὁ λί σαρρον τὸ περσικόν*, hoc est, uocant iam omnes in urbe Roma non smyrnium, sed olis atrum herbam hanc, quae petroselinū dicitur, radicem myrrhae similem odore, habet etiam libanotis, quam alio nomine rosmarinum uocamus. Plyn. Libanotis radicem habet olisatri, nihil a thure differentem. Sunt qui atrum quoq; ab atro dictum putent, quod homines pallidos faciat. Pythagoras hanc herbam accusat, tanquam facientem hydropicos, & morbos regios, & pallorem, ac ne in hortis quidem aliquid erat, id nisi languidum nasci affirmat. Veteres hanc atreplexum dixerunt. Item ab atro atritatem pro immanitate dictam constat, & atratum luscubri habitu indutum, & atrocem hoc est asperum, crudelem, quod, qui atro uultu sunt, asperitatem, ac seuitiam praeseferunt. alij tamen atrocem a graeco ponus appellatum censent, quod graeci ἀτρώνια appellant, quae cruda sunt, uel ab eo, qd atroces nihil de se timent. τρέψιν enim timere est. ab atrox fit atrocitas, & atrocitas, & aduerbiū atrociter. Atraces populi sunt Aetoliae, quibus nomen dedit Atrax Aetoliae filius. Aliquando etiam atrum pro fune sto accipitur. unde atros dies supra diximus eos appellari, qui alio nomine communes, & uulgo aegyptiacae dicuntur. Ab atterendo autem atrum dictum est, quoniam quae atteruntur, liuorem contrahunt. atrum graeci uocant *αὐλιν*, propter qd poetae quoq; nostri aliquando aulam pro atrio usurpant. Item aulae principum domus, hoc est regiae dicuntur. Seneca, Non si ma uox est eius, qui in cultu regum consueuerat, cum quidam illum interroget, quo modo rarissimam rem in aula consecutus esset senectutem, iniurias inquit accipiendo, & gratias saepe agendo. Ab hac aulae dicta sunt uela, & ornamenta, quibus parietes, & aulae teguntur, quae parapetasmata, & peristromata nominantur sicut ta petes, siue ta petra, seu ta petia dicuntur, quibus equi, mensae, siue pauimenta sternuntur. Plau. Vt ne peristromata quidem aequae sint campatica, neq; Alexādrina belluata consuta ta petia. Vir. Instratos ostro alipedes, pifusq; ta petis. Varro. Et minute pictis ta petibus capiunt somnos. Ideo autem ab aulae aulae dicta existimant, quod primū in aula Attali regis Asiae inuenta sunt, cui successit populus romanus. Genus etiam uestimenti est, de quo inferius dicemus. Item aduoluerbum, quod est uoce, uel gestu fauorem capio, de quo inferius dicemus, quasi aduoluerbum, quod hoc in aulis maxime fieri solet. quidam tamen a graeco potius hoc deriuatū existimant, hoc est ἀπὸ τοῦ δουλεύειν, quod est inferuire. Veteres aulas dicebant, quas nos dicimus ollas, unde aulicicia

10  
20  
30  
40  
50  
60

uocantur extra, quae in ollis coquantur, hoc est elixa. & Plautus fabulam suam ab aula, hoc est olla inuenta aululariam nominauit. Aulula aulae diminutiuum est, et interdum uocatur auzilla. Eosdem pecuniam quoq; in atrio tenere solitos legimus. unde honoratioris serui limum custodiae adhibebantur. ab Atrio atriensis. FER I. Crudelis, quae admodum supra diximus, hoc autem Neronis epitheton est, qui omnium, quos terra sustulit, crudelissimus fuit, cuius rei illa eius uox in signe testimonium est. Nam, cum quidam in sermone communi (ut fieri solet) dixisset *ἔ μὲ θάρστος γαῖα μὲ χόρω κρυπ*. hoc est me moriente, terra misceatur igni, immo inquit *ἔ μὲ λῦρτος*, hoc est me uiuente, hinc proprium nomen in appellatum commutatum est, & neronis nunc crudeles dicimus, & neroniores, crudeliores. REGIS. Domini rex proprie dicitur, qui regnum possidet. regna autem dicuntur integrae regiones, quae ab uno principe, hoc est rege possidentur, ut Gallia regnum est, & qui Galliam possidet, rex Galliae dicitur. Sic enim distinctus erat olim orbis terrarum, ut singulae fere regiones regna dicerentur, & reges proprios haberent, a quibus  
20  
30  
40  
50  
60  
Et ipsae regiones appellatae, quos ad fistulatum maiestatis non ambitio popularis, sed uirum, & spectata inter bonos moderatio prouehat, populi nullis legibus coerebantur, arbitria regum pro legibus erant. regna nationes ipsae, et morum, ac linguae similitudo desinebant. Sic alyriorum rex primus Minus fuit, sic Aegypti Viceris, sic Syriae Tanaus, sic aliarum nationum alij reges siue, quibus principio mos fuit sineis imperij tueri, magis quam proferre. Postea uero gerere inter se bella coeperunt, seque inuicem regnis spoliare. Sic plurimum, ac diuersorum regnum unus aliquando rex fuit. Quod si non in unius regis, sed in alicuius populi imperium regnum peruenit, fit ex regno Prouincia, quod nomen inde tractum est, quod porro, id est longe uina uideatur. Prouinciae enim proprie dictae sunt longe ab Italia bello acquisitae, a quibus prouinciales uocati, qui ex prouincijs sunt, siue (ut Vlpianus inquit) qui in prouincia domalium habent. & prouinciatum aduerbiū per singulas prouincias, Et quoniam praetores ad eas gubernandas mitti solebant, factum est etiam, ut ipsi magistratus, & omne onus nobis impositum, Prouincia appelleretur. Tereu. O Ceta prouincia te pisti duram. aliquando etiam diuisa sunt regna, & pars una subiecta alicuius imperio. Is non rex, sed regulus dicitur, quasi paruus rex. a quo principes, qui hac etiam aetate urbes aliquas, aut oppida possident, reguli, siue generali uocabulo domini, aut principes dicuntur. quāuis proprie reguli sint filij, aut nepotes regum. Dicit tamen reges possunt, etiam si unius tantum urbis imperium habeant. sic principio reges Romanorum dicti sunt, quibus imperium urbis permitteretur. hinc regnum dictum tam ipsa regio subiecta, quam ipse dominatus. Vnde interregnum proprie appellatur id tempus, quo regnum uacat rege, hoc est ante, quam inde morui locum nouus rex praeficiatur. & interrex, qui interea regis locum tenet. per metaphoram tamen interregnum est dictum, cum loco magistratus interrex creatur. Lilius, Cum sine curuli magistratus res p. esset, patri tū coiere, et interregem creauere, contentio consules ne, an tribuni militum crearentur in interregno, rem complures dies tenuit. Aliquando rex ponitur pro domino, etiam si per tyrannidem occupauerit imperium, ut hoc loco. Est etiam quando rex capitur pro potentiore, & eo, quem nobis uelut in patronum eligimus, quem sequamur. Martialis, Qui rex est, regem maxime non habeat. Columella, An honestus duxerim mercenarij saluatoris mendacissimum aucupium circunvolitantis limina potentiorum, somniumq; regis sui rumoribus



auca pantis. neq; enim roganti quid agitor intus respondere fer  
 ui dignantur. Item rex aliquando pro diuite accipitur. Terē.  
 Regem me esse oportuit, & alibi, Quia solā uincitur his regi  
 nae. A rege regina dicitur regis uxor, uel quae possidet regnū,  
 etiam si uirum nunquam habuerit, ut pote ad quam regnum  
 ex successione peruenit. & regno uerbum, quod est dominor,  
 & regnum possideo, & regia domicilium, & aula regis. &  
 regius, ac regalis, qui rege dignus est. quāuis regum proprie  
 dicitur, quod est regis, ut regius equus. regia iusta. hinc Regi  
 um appellatum Cisalpinae galliae oppidum, à Lepido aedifica  
 tum, & ob pulchritudinem, atq; amoenitatem loci Regium no  
 minatum. Item Lepidum, à quibusdam etiam Regium lepi  
 dum. Est tamen & aliud Rhegium in ultimo Calabriae, seu  
 Brutorum sinu, quo loco Sicilia ab Italia dirupta est, sed hoc  
 cum aspiratione, atq; y. graecā litera scribitur. ἀρό τοῦ ἐν  
 ρώω dictum, quod est dirumpo. ab illo Regenses appellati,  
 ab hoc Rhegyni, sicuti Cumani à Cumis oppido Campaniae.  
 Comenses à Como oppido Galliae. & Albani ab Alba oppi  
 do latij. & Albenes ab Alba oppido iuxta lacum facinum.  
 Item regilla uestis, qua reges utebantur. Plaut. Basilicam, an re  
 gillam nimitam induam. & regius morbus, quod mulsō, quod  
 genus potionis in regum delitijs erat, curaretur (ut Varro sen  
 tit) ut alijs, quia eo morbo affectos & lecto, & conclauis cultio  
 re, & ludis, & lascitia uti perutile est, per quae mens a grotan  
 tis exhilaretur. idem morbus aurigo antea dicebatur à colore  
 auri, quem bilis per totum corpus diffusare praesentat. & mor  
 bus arcuatus, quod caelestis arcus concolor sit de uirore, uel  
 quod ita stringit humana corpora, ut in arcum duat. Graeci  
 ictericam nominant (ut quidam putant) ἀρό τοῦ ἰκτερός,  
 hoc est à mulo, quod oculi bile suffusi miluini oculis similes  
 uidentur. Alij scribunt uicem ictericam esse, quae si spectetur, sa  
 nari morbum regium, & uicem mori, hanc latine uocari gal  
 gulum. & regalia exta, quae potentibus, imperium polliceban  
 tur. humilibus, hereditates. filio familias, donationem. & re  
 gescio, quod ueteres usurparunt pro cresco. & regie, ac regali  
 ter aduerbia, pro splendide, & munifice. & regifugium sa  
 crum, quo die Tarquinius fugit ex urbe Roma. & regale un  
 guentum, de quo supra diximus, quo Parthorum reges uteban  
 tur. & regulus, quae inter omnes fere auris minima est. à qui  
 busdam regaliolus creditur esse. Suetonius, Prudie autem eas  
 dem idus uicem regaliolum cum laureo ramo pompeiana cu  
 ria se inferentem, uolucres uarij generis è proximo nemore  
 persecuta, ibidem discerpserunt. Rex à rege deriuatur, quod  
 est gubernor. rege autem dictum, quasi rem ago. Ab hoc fit regu  
 la, de qua supra diximus. à quo regulo uerbum, quod est diri  
 go. & regulare, quod secundum regulam est, uel quod in regu  
 lam trahi potest. Vnde aē regulare dictum est, quod à calda  
 rio, & coronario aere differt. Coronarium est, quod tenuatur  
 in lamnas, taurorumq; felle tinctum, specie auri praebet in hi  
 strionum coronis. Caldariū, quod funditur tantum. maleis fra  
 gile est. regulare, quod obsequitur maleis. & ab alijs ductile  
 appellatur. sed & in ceteris metallis regulare dicitur, quod ex  
 coctum igni diligentius est, nitijq; purgatium. Item à rege fit  
 regio, quod priusquam prouinae fierent, regiones sub rebus  
 erant, atq; ab ijs regebantur. poste a maiores in urbe partes re  
 giones appellari coepit. unde fit aduerbium regionatim, hoc  
 est per singulas regiones. & è regione, hoc est aduerso, quod  
 ueteres etiam conregione dixerunt. Eius praeterea uerbi passi  
 um est regor. à quo rectum dicitur, modo quod regitur, sicut re  
 ctor, qui regit, modo quod stat, atq; erectum est. à quo rectae  
 appellatae sunt uestimenta uirilia, quae à stantibus, & ab imo  
 in altum texuntur. modo quod nullam in partem flectitur, cu

ius contrarium est obliquum. unde per metaphoram recti ho  
 mines dicuntur iusti. & rectum, iustum. Item perfectum offi  
 cum, quod graeci uocant κατόρθωμα. nam ὀρθὸν re  
 ctum graeci dicunt. à quo orthopnoea, & orthopnoeci, de qui  
 bus alibi dicemus. & orthographia, recta scriptura. & ortho  
 peia, emendata (ut Quintilianus definit) cum suauitate ex po  
 sitio. et Orthochorybantij populi Scythiae, quae est in Asia. et  
 rectitas, siue rectitudo iustitia. & recte. bene. iuste. & recta ad  
 uerbum. Plyn. Cum domum recta proficiatretur. Virg. Non  
 assis faciunt. euntq; recta. & apud grammaticos rectus pri  
 mus casus, qui tamen improprie dicitur casus, cum nominati  
 uis à nullo flectatur. ceteri casus ab eo flectantur, & cadāt,  
 atq; ideo nuncupentur casus. Rego etiam aliquādo capitur pro  
 rectum teneo. Cornelius. Cum nimio dolore regere caput non  
 posset, hoc est rectum tenere. Ab hoc uerbo composita sunt ar  
 rigo, proprie de uirili membro dicitur. Martial. Arrigis ad ue  
 titulas. Veruntamen ad alia quoq; transfertur. Teren. Arrige  
 aures Pamphile, hoc est erige. elena nam & erigo ex e praepo  
 sitione, & rege componitur. Item surgo à sursum, & rege,  
 quod proprie si significat erigo. Teren. Ve triduo hoc perpetuo  
 è lecto nequeat surgere. hinc surgere uenti dicuntur, cum uelu  
 ti se erigentes flare incipiunt. Virg. Et fando surgentes de  
 moror austros. idem, Continuo uentis surgentibus, aut freta  
 ponti incipiunt agitata tumescere. sicut è contrario quando fla  
 re desinunt ponere, & residere dicuntur. idem, Cum uenti po  
 suere, omnisq; repente resedit status. Aliquando etiam surgo  
 per metaphoram pro cresco usurpatur. Idem, Quers sine, nec  
 potuere feri, nec surgere nusses. idem, Ascantium surgentem,  
 & spes haeredit Julii Respice. ueteres surrego pro surgo, et sur  
 regit pro surgit scripsere. Ab hoc surrectio deriuatur. Item  
 composita ab eo sunt assurgo, quod est erigo, requiritq; dati  
 uum. fitq; in alicuius honorem officij, aut beneuolentiae gra  
 tia. Assurgunt enim sani, ut stent, aut obuiam eant. assurgunt  
 aegroti, ut sedeant, hinc aduenienti magistro omnes assurgunt.  
 & pater, cum iaceret in lecto, redenti è multina filio as  
 surxit, optatissimum illud utpote amplexurus. Virgilius.  
 Utq; uro phœbi chorus assurrexit omnis, hoc est hono  
 rem fecerit Exurgo, è lecto surgo. Cicero. Excitami om  
 nes, atque exurgite. Praesurgo, ante surgo. Insurgo, in  
 aliquem insilio. Resurgo, rursus surgo. unde qui reuixe  
 runt, resurrexisse dicuntur. & ab hoc fit resurrectio, quae  
 proprie dicitur de defunctis. Consurgo, simul surgo. Sallust.  
 Consurrexere omnes, simulq; in eum impetum fecerunt.  
 Item surrigo eiusdē significationis est. Virgil. Tot surrigit au  
 res. Item dirigo, quod proprie est obliquum emendo. Plyn.  
 Tum regis dirigendus, ne ullam in partem inclinet. Plau. Di  
 rigere aliquando caput pro dissidere. Corriigo emendo, à quo  
 corrector, emendator. & correcte, emendate. Corgo uero uete  
 res pro eo, quod est profecto usi fuerit. Irrigo autem non à re  
 gendo, sed à rigando deductum est. Rigare enim madeficere  
 est. Seuerinus. Et uerus elegi fletibus ora rigante. unde irriga  
 re dicimus ad aquare, & quasi riuus in agrum, aut hortum de  
 duere. à quo irriguus dicitur, & qui irrigatur. Varro. Ager,  
 qui est irriguus, & qui irrigat. Virg. Irriguumq; bibant uo  
 laria fontem, hinc riuus dicitur, quasi riuus. Est autem riuus  
 (ut Vlpianus inquit) locus depresso per longitudinem, quod  
 aqua decurrit. à quo fit deriuo uerbum, & passiuum eius de  
 riuor, quod est deduco, & deducor, & deriuatio, deductio.  
 et deriuatum, quod ab alio deducatur. Item riuo, et corriuo,  
 quod proprie de brutis dicitur, cum potandi gratia ad eundem  
 riuum conueniunt. unde riuales, et corriuales dicti, qui duo,  
 aut plures eandem amicum habent, uel quod ad eundem ri  
 uum accedere



num accendere uideantur, uel quod inuicem contendant, ut ferre quae ex eodem uino haustum perant. Teren. Militem ego riualem recipiendum cenſeo. Rigo à græco deductum eſt, quo niſi ea, quæ irrigamus, frigeſcere uidemur. Apud græcos autem prius algo eſt. unde prius dicitur frigus. Ab hoc fit rigo, quod proprie eſt frigo, à quo rigſco per metaphorâ tamen, quoniam quæ frigent, horrent, & dureſcunt. rigere, & rigſcere pro indurari uſurpamus. Virg. V eſte q; rigſcut induta, cæduntq; ſecuris humida uina. Hinc rigor, non modo pro frigore, ſed etiam pro duritie capitur. Idem & ferri rigor. & rigidus modo frigidum ſignificat. Virg. Tellurem borea rigidam ſpirante moueri. modo durum. unde rigidus homo dicitur aſper. & rigiditas, aſperitas. aliquando etiam erectum, quod non niſi ex duritie accidit. Idem. Tum rigidus motu cæcimenta querens. & rigide aduerbium dure, atq; aſpere. & obrigere, frigore contrahi, & quaſi obdureſcere. Seneca. Ita membra frigore obriguerant, ut ſeminecem putaremus. **RADIABANT.** Fulgebant, propter magnitudinem atrij aerem undiq; admittentis, uel alluſit ad nomen domus Neronianæ, quæ aurea dicta eſt. Radiare, fulgere eſt, dictum à radio, qui proprie eſt ſplendor à ſole micans. Varro. O ſumme ſol, qui totam hanc mundi compagem tuis radijs illuſtras. Transferunt etiam ad fulgorem oculorum. Plyn. Cuius ex oculis radij nocte micantes arnuntur. Gellius. Stoici cauſus eſſe uidebantur radiorum ex oculis in ea, quæ uideri queunt, emiſſionem. Item radius dicitur uirga philoſophorum. qua geometriae lineas indicant. Virgil. Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem. Item in ſtrumentum textoris, quod milgo druellam nominant. Virgil. Excuſſi manibus radij, reuolutaq; penſa. Radij etiam rotarum dicuntur. Idem. Hinc radius trunere rotis. & in ſtrumentum eſt, quo raduntur menſuræ, quod alio nomine dicitur hoſtorium Plaut. Dij, de eiq; omnes tantam nobis lætitiã, tot gaudia ſine radio, cumuletis. Item oliuæ genus oblongæ. Virg. Nec pingues unam in faciem naſcuntur oliuæ orchades, & radij, & amara pauſa baccæ. A radio fit compoſitum irradio, quod eſt illuſtro, & quaſi intus radio. Plau. Faciunt, quod conſueuerunt, irradiant ſalibus menſam, omnes ad riſum prouocant. **HIC.** in hoc loco. etenim hic. illic. iſtic. hinc. illinc. iſtinc. hac. illac. iſtinc. huc. illuc. iſtuc. horſum. illorſum. iſtorſum. aduerbia localia modo demonſtratiua ſunt, modo relatiua ſicut pronomina, à quibus deducuntur, quæ ſunt hic. ille. iſte. hæc enim aliquando demonſtrandi uim habent. Teren. Viden' tu illum Thais. Virg. Sic Iuppiter ille monebat. Aliquando referendi. Seneca. Et qui hoc facit, ſanè prudens appellandus eſt. et tunc hæc eandem ſignificationem habet, quæ iſ. & in nominatiuo pluralis numeri, ac maſculino, & feminino genere ſola ſcriptura numero diſtinguitur, hi enim, & hæc cum aſpiratione, & una uocali, ab eo, quod eſt hic, & hæc, deſcendunt. ij uero, & ea cum duabus uocalibus, & ſine aſpiratione, ab is, et ea deducuntur. hoc autem inter hæc tria uel pronomina, uel aduerbia intereſt, quod hic ſignificat rem, ſiue locum loquenti proximum. Cicero. Nihil hic noui eſt, quod ad te poſſim ſcribere. iſte uero ſiue iſtic rem, aut locum proximum ei, cum quo loquimur. Idem. Tu iſtis ſuauibus. iſtis lateribus. iſta gladiatoria totius corporis firmitate tantum uini exhauſeris, ut tibi neceſſe eſſet in conſpectu populi uomere poſtridie. Ille, uel illic locum, aut rē remotam ab utroq; Plau. Quis eſt, quem uidemus uenientem pannosum, ac ſqualidum. ille ne eſt noſter Syrius? Plyn. Hæc omnia ad uos ex illa prouincia comportantur. illinc ſua. illinc odores. illinc extremis orbe quaſitæ luxurie operes. Aliquando tamen iſte accipitur pro hic. Cicero. Cum iſto tempore ſtent cum gladijs armati. Quint. Iuuenis

iſte, de quo ſumma in rebus humanis monſtra finguntur. Nonnunquam etiam ille per dignitatem quandam, aut eminentiam ponitur, ut Architas ille tarentinus. Cato ille cenſorinus. Alexander ille magnus. Aliquando maiorem duntaxat expreſſionem ſignificat. Virg. Ille ego, qui quondam græali modulatans auena Carmen. Interdum ille ponitur pro is. Horatius. Qui didicit patriæ quid debeat, & quid amicis. Quo ſit amore parens, quo frater amandus, & hoſpe. Quod ſit conſcripti, quod iudicis officium, quæ partes in bellum miſſi ducis. Ille proſecto reddere perſona ſcit conuenientia cuiq;. Hieronymus. Nō qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem dominus commendat, Hic, & is alio etiam modo ab authoribus uſurpantur ſolet, ut Alexander paruis copijs fretus, ſuperperauit Dariū cum infinito exercitu, & id in adoleſcentia. Itē hoc modo pauca ueſtis, & ea detrita, ac ſordida. Hic aliquando accipitur pro talis. Et quando aduerbium eſt pro tali loco. Virg. Hic pietatis honos: ſic nos in ſeptra reponis? Idem. Huc ego te Euriæ aſpicio. Plaut. Hic ne eſſe oportuit, qui frugi eſſent? hoc eſt in tali loco, & tam ſordido. Hæc in plurali numero, & genere neutro. aliquando de fœminis dicitur. Mos enim ueterum fuit, ut neutra iungerent fœmininis. Virgil. Hæc quoq; non cura nobis leuiore tuendæ, cum de capris loquatur. Teren. Hæc adornant, ut lauent, cum ſermo ſit de ancillis. quod ſi componatur cū præpoſitione ad, ſignificat prætere. Salluſtus. Cgnoueram paruis copijs bella geſta cum opulentis regibus. Ad hæc ſcientia belli Gallos ante Romanos ſiſſe. Ab hic tam pro nomine, quam aduerbio. Hic, & huicne fiunt. illud eiſdem cum hic ſignificationis eſt. Hoc ſemper interrogatiue ponitur, quaſi hic ne? item ab eius genitiuo fit compoſitum huiſmodi, & huiſmodi. nam ab is, iſte fit, ſicut ab hic, hinc. Ab is deriuatur idem, quod accipitur per is denum. Aliquando tamen poni ſolet pro etiam. Cicero. Et huic coniumcta beneficentia, quam eandem uel benignitatem, uel liberalitatem appellare licet, id eſt quam etiam. Quintil. Si cauſam ueneficij dicat adulteri, non Mara Catonis damnata iudicio uidentur, qui nullam adulteram non eandem eſſe ueneficam dixit. Ab idem ſit idem, quaſi item. Idem, quod ſignificat ſimiliter, eodem modo, & identidem, quod eſt frequenter eodem modo. Plyn. Centumnullia numerorum pro domo eius, identidem promittens. Idem. ſtupeo patres conſcripti, nec dum ſatis, aut oculis meis, aut auribus credo, atq; identidem me an audierim interrogo. Item ab is deriuatur ibi aduerbium, quod dicitur, dum locus ſemel demonſtratur. à quo ibidem, dum locus ſæpius demonſtratur. & inibi, quod aliquando ſignificat in eodem loco, al quando ſic. nonnunquam etiam mox. Apuleius. Multa inibi dicta ſunt, quæ commemorare non eſt opus. Cæcilius. Liber ne eſ? Non ſum. Verum inibi eſt Plau. Nos domum properamus, uos inibi ad eſte. et nullibi, quod ſignificat in nullo loco. & ideo, & icarco quæ ſignificant ob eandem cauſam. **50** Veteres im in accuſatiuo pro eū dixere, et inde ex ea pte, ſeu loco, à quo indidem ex eadem parte, ſiue ex eodem loco. Plautus. Indidem unde oritur ſacito, uti facias ſtultitiam ſepelibilem. Item em pro eam, & eum pro eorum. Is etiam urbs fuit à Babilone diſtans itinere dierum octo. apud quam eſt Is fluminis, quo bitumen totius Babilonis ſubmiſtrabatur. Iſmenius uero fluminis eſt Bæotiæ ab Iſmeno filio Pelafgi cognominatus. **VBI.** In quo loco. Vbi enim aliquando aduerbium loci eſt, ut hoc loco, aliquando temporis. & tunc ſignificat poſtquam. Cicero. Vbi id audiuimus, ſtatim proſecti ſumus. **60** Quando autem ubi eſt aduerbium loci, aliquando interrogatiuum eſt. Plau. ubi id audiſti? Aliquando relatiuum. Virgil. Vbi Eacidæ telo iacet Hector, ubi ingens Sarpedon. Ab hoc fi



unt, alicubi, hoc est in aliquo loco. Ne ubi, in nullo loco. Vbi-  
uis, & ubilibet, in quolibet loco. ubi quique, in quocunque loco.  
Vbinam interrogatiuum, in quo loco. **COLOSSVS.** Sta-  
tua aenea Domitiani in gens equestris, quam post victoriam ger-  
manicam supra ingentem molem columnarum pulcherrimis  
marmoribus constructam sibi dicauit in foro, de qua Papini-  
us. *Quae super imposito moles gemmata colosso, stat latium  
complexa forum.* & Martialis alibi. Inde sacro ueneranda  
petes palatia cliuo, Plurima qua summi fulget imago ducis.  
Colossi dicuntur statuarum moles turribus pares, uel a Colas-  
se artifice, qui solis colossus, qui Rhodi fuit, traditur fecisse,  
ut quidam putant ἀπὸ τοῦ κολάζειν, quod cruciare est,  
quia διὰ τὸ μέγθος κατακλιτικὸς ὡν ἔτι ἦν ἐρᾶς μίος ὄντος,  
ὅν δὲ σὺβάτ μίος διὰ τὸ ἀφ' ἰσοχρημάτων βασιλεύειν, hoc est  
propter magnitudinem toruus a festu inamabilis erat, nec cul-  
tu, ac ueneratione dignus, ob sumptus magnitudinem. Talis  
fuit in capitolio Apollo translatus a Lucullo ex Apollonia  
ponti urbetriginta cubitorum. talis in campo Martio Iupiter  
a Claudio Casare dicitur, qui a uicinitate theatri pompeia-  
nus dicebatur. talis & Tarenti factus a Lysippo quadra-  
ginta cubitorum. scribit Plinius Ante omnes alios in admyra-  
tione fuisse solis colossus Rhodi a Colasse Lysippi discipu-  
lo factum septuaginta cubitorum altitudinis, post quinquage-  
simum sextum annum terrae motu prostratum, qui iacens quoque  
miraculo est. Pauci pollicem eius amplectuntur. maiores sunt  
digiti, quam pleraque statuae. Duodecim annos perfectum fu-  
isse tradunt, trecentorum pretio talentorum. Visus & Romae  
est Apollinis colossus in bibliotheca templi Augusti quinqua-  
ginta pedum a pollice, non minus pulchritudine, quam ere  
spectabilis. & Sp. Seruilius Iouem fecit, qui erat in capitolio  
uictus Samnitibus, e pectoralibus eorum, ocreisque, et galeis tan-  
tae amplitudine, ut a latario Ioue conspiceretur. Reliqui quoque li-  
mae suam statuam fecit, quae ante pedes eius simulachri con-  
spiciebatur. Nero sibi colossus a Zenodoro fieri fecit, centum  
decem pedum longitudine, qui postea damnatus sceleribus,  
& sauitia eius principis uenerationi solis dicitur fuit. Di-  
gnum memoria uidetur fuisse Rhodi praeter eum, quem dixi-  
mus, centum alios colossos minores quidem, ueruntamen ta-  
les, ut singuli per se eum locum nobilitate potuissent. **SY-  
DEREVS.** Altus quemadmodum supra diximus.  
**PROPIVS.** Magis ex propinquo. Propè modo signifi-  
cat iuxta, dum praeposito est. Curtius. Cum propè id oppi-  
dium copiae constisset, modo ex propinquo, ut hoc loco.  
Cum uero est aduerbium significat ferè. Plinius. Et in fo-  
ribus templi propè collapsus expauit. A propè fit deprope,  
quod significat ex propinquo, et propior comparatiuum, hoc  
est propinquior. & proximus propinquissimus, ac nobis ad-  
haerens, etiam si solus sit. V ceteres tamen non solum propin-  
quum, & nobis haerentem proximum dicebant, ueruetiam  
longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium ex-  
stitisset. Virgil. Proximus huic longo sed proximus interuallo.  
Paulus iuriconsultus proximum dicit esse eum, quem nemo  
antecedit. Supremum uero, quem nemo sequitur. Aliquando  
proximus pro maxime propitio accipitur. & propior pro ma-  
gis propitio. Varro. Graduum testor, qui deus est nobis om-  
nium proximus. Martial. Nec propior, quam phœbus a-  
met. Item proximus aliquando non habet uim superlatiui,  
sed propinquum significat, quapropter comparatiuum fit  
proximior, quod est idem, quod propinquior. & ab eo fit pro-  
ximitas, & proxime aduerbium. V ceteres proximi terciae de-  
clinationis dixerunt pro proximo. Cato. Die proximi hoc di-  
xit. Eadem declinatione & crastini, & pristini usi sunt. Item

a propè fit propinquus. & propinquior. & propinquissi-  
mus. & propinquitas. & propinque. propinqui non modo ij  
dicuntur, qui iuxta nos sunt, sed interdum etiam affines.  
Vnde & propinquitas pro affinitate accipitur. & propinquo  
uerbum. & appropinquo, quod significat proximior fio. A  
quo appropinquatio, & propium, quod significat peculiare.  
& id, quod unius cuiusque est, hoc enim maxime propè est,  
quod proprium est. Virgilius. Nunc mihi da proprium uirgo  
sata nocte laborem. A quo proprietates notae significationis. &  
10 proprie aduerbium peculiariter. Quorum contraria sunt im-  
proprium. improprietas. improprie. Aliquando tamen pro-  
prium pro diurno ponitur. Sifenna. At qui metu, & suspitio-  
ne propriam habere quietem non poterat. Aliquando pro per-  
petuo. Plaut. Atque illum amatorem tibi proprium futurum  
in uita. Virgilius. Da propriam Tymbræe domum. Idem. Pro-  
pria hæc si dona fuissent. Teren. Ego uitam deorum propterea  
sempiternam esse arbitror, quod uoluptates eorum propriae  
sunt. & propediem, quasi propè est dies, quo hoc futurum est.  
& propèmodum, quasi iuxta mensuram. Idem enim signifi-  
cat, quod ferè. & propter, quod modo idem significat, quod  
20 propè. Virgilius. Et uiridi in campo templum de marmore po-  
nam propter aquam, modo causalis praeposito est. Idem. Te  
propter Libyæ gætes, numidumque tyrânem odere, hoc est tua cau-  
sa. ab hoc fit propterea aduerbium, quod significat ob eam  
causam. & quapropter, hoc est propter quam causam. Item a  
propè, & ito itas fit propitium, quod significat placidum,  
fauens. etenim qui nobis fauent, propè nos ire consueuerunt.  
Ab hoc fit propitio, siue propitior, quod est placidus, & propiti-  
um reddo. & propitiabile, ad propitiandum aptum. Vnde  
propitiabilis hostia dicitur, & propitiabilis. Item propitiabile,  
30 quod facile flectitur, ut propitiabile numen. Item propitiatio,  
hoc est sacrificium. Nec me latet esse nonnullos, qui propiti-  
um dictum uolunt, quasi profusum piuum, hoc est ualde piuum.  
Porro enim aliquando ualde significat. Teren. Dehinc ut  
quiescant porro moneo, & desinant maledicere, maledicta  
ne noscant sua. Proprie tamen porro eo modo ponitur, quo ue-  
ro, & autem, quae collocantur frequenter in oratione diuita-  
xat. ut sententiam a sententia distinguant. sed hoc ab illis dif-  
fert, quod ille nunquam in fronte sententiae collocantur. Porro  
uero sepius. Quinti. Porro qui consensum defendit, non ab  
40 solutionem sceleris petit, sed licentiam. per illa diceremus, qui  
uero, uel qui autem consensum defendit. Apud aliquos au-  
tem, praesertimque apud poetas porro pro longe. certe. postea.  
ultra accipitur. Virgilius. Hinc maxima porro accipit Ro-  
ma, & patrium seruauit honorem, id est postea. uel post lon-  
gum interuallum. & est aduerbium temporis. Item a propè  
secundum quosdam fit propero, quod est festino nam qui in  
aliquem properat id agit, ut illi propinquior sit. Ab hoc fit  
properatio, & properantia, & quo ueteres usi sunt proper-  
50 ritas. Item aduerbia prope. & properatim. & properiter.  
& quo plerique utuntur, properanter. Sallustius. Tum pro-  
pere consul eduat exercitum. Caecilius. Properatim in tenebris  
istuc confectum est opus. Accius. Remisque nixi properanter  
nauium in fugam tradunt. Catullus. Animula miserrima pro-  
periter abijt. properus etiam ab eodem dicitur, hoc est æ-  
ler, cuius comparatiuum propior, & superlatiuum proper-  
rimus ueteres usurparunt. Plaut. Properam uideo anallam  
uenientem. Properare, & festinare antiqui distinxerunt. Ca-  
to. Qui unum quod naturæ transigit, properat, qui multa si-  
60 mul incipit, nec perficit, festinat. Alij dicunt properare esse  
animum studiose ad aliquam rem contendens. festinare cor-  
poris necessitati obsequens. Virgilius. Et medijs properas  
aquilombus



aquilonibus ire per altum. Idem Festinate uiri. nam quæ tam  
 fera moratur se gnares? Nos tamen propero à præparato compo-  
 sitionem existimamus. ut inferius dicimus. **VIDET.** **A**spi-  
 at. æruit. Video enim idem significat, quod cerno. **Virgilius.**  
 Quæq; ipse inferrima uidi, et quorum pars magna fui. In-  
 terdum transfertur ad animum. **Ouidius.** Video meliora, pro-  
 boq; deteriora sequor. Nonnunquam etiam pro curo accipi-  
 tur. **Plaut.** Tu domi uidebis, hoc est parabis. Idem inus pa-  
 ra. cura uide quid opus sit, quod idem fit in uecor. **A** quo ædi-  
 tuus dictus, qui ædes curat sacras. **A** hoc fit frequenter uisio  
 uisio. et ab eo aliud frequentatiuum uisito. uisere, et uisitare,  
 proprie ad officium pertinent. et eiusdem fere sunt significati-  
 onem. Hinc fit uisitatio, et reuisio, quod proprie significat re-  
 uertor, ut iterum uideam. **Terentius.** Reuiso quid agat **Dampbi-  
 lius.** Video sciat passiuum uideor. a quo uisus, et uisio pro ipso  
 uidendi actu, sicut gustus pro actu gustandi. odoratus pro actu  
 odorandi. auditus pro actu audiendi. tactus pro actu tangen-  
 di. **Virgilius.** Horrendum uisu. et uisum pro eo, quod uide-  
 mus. **A** pulcius. Quo non modo uisa a nobis, sed etiam ab  
 alijs audita referrem. Hinc uisa somnia dicuntur. et nocturna,  
 siue etia diurna phantasmata, quæ etiam uigilantibus ap-  
 parent. **Virgilius.** Hoc uisum nulli, non ipsi effra sorori est.  
 Visiones etiam phantasmata dicuntur. **Quintilianus.** Quas  
 phantasias graeci uocant, nos sane uisiones appellamus. per  
 quas imagines rerum absentium ita representantur animo,  
 ut eas cernere oculis, ac presentibus habere uideamur. has quis  
 bene conceperit, is erit in affectibus potentissimus, quale  
 est apud **Virgilium.** Ex uisi manibus radij, reuoluntq; pensa.  
 Hinc etia uidentia, quam alio nomine illustrationem. graeci  
 ἰδέω uocant, alij ὑπότιπνωσι. proposita quæ-  
 dam forma rerum ita expressa uerbis. ut cerni potius uideatur,  
 quam audiri. et euidenter aduerbium, hoc est clare dilucide.  
 expresse. **A** uideo composita sunt transuideo, quod est uideo  
 aliquid per corpus aliquod perspicuum. **Præuideo,** ante uide-  
 o. **Plin.** Id nos futurum præuideramus. **Prouideo** similiter  
 futurum aliquid uideo ante, quam factum sit. Idem. Hoc eni  
 sapientis est, omnia, quæ uentura sunt, prouidere. Quoniam  
 uero ea, quæ prouidemus, si mala sunt, aut uitamus, aut emē-  
 damus, factum est, ut prouidere modo uitare, seu cau. re sit.  
**Terentius.** Quæ si non astu prouidentur, modo remediū præbere.  
**Cicero.** Satis iam omnibus, quæ necessaria erant, prouisum pu-  
 tabant. Hinc prudentia, et prouidentia dicuntur. Idem. Id  
 enim sapientis est prouidere, ex quo sapientia appellata est  
 prouidentia. Idem. Quid plura? Sic mihi persuasi, sic sentio,  
 cum tanta celeritas animorum sit, tanta memoria præteritorum,  
 futurorumq; prudentia. **Quidam** prudentiam a prouidentia  
 ita distinguunt, ut prudentiam dicant in rebus humanis, prouid-  
 entiam in diuinis. Alij prudentiam definiunt rerum bona-  
 rum, et malarum, et utrarumq; scientiam. prouidentiam  
 uero, per quam futurum aliquid uidetur ante, quam factum  
 sit. unde prouidentiam aliquando pro deo ponimus. **Quintil-  
 ian.** Nullam ego res humanas despicere prouidentiam reor. Idem  
 de **Cicerone.** Dono quodam prouidentia genitrus, in quo omnes  
 uires suas eloquentia ex periretur. Item a prouideo fit prouid-  
 us, hoc est ante uidens, uel solers. diligens. et prouide ad-  
 uerbium solerter. diligenter. et prudens, quasi prouidens,  
 quod interdum significat sapiens. interdum sciens. Unde iuris  
 prudentes dicuntur, qui ius sciunt. et iuris prudentia, iuris sci-  
 entia. et prudens facti, id est sciens me hoc facere facti. quemad-  
 modum e contrario imprudens hoc facti. id est non putavi me  
 hoc facere, quod facti. hoc tamen inter se differunt prudens, et sci-  
 ens, quod prudens est, qui intelligentia sua aliquid cognoscit.

sciens, qui alterius indicio rem percipit, hoc est prudens per  
 se, sciens per alios. Item prudenter aduerbium, quod modo  
 scienter significat, modo sapienter et imprudentia pro insci-  
 tia. et insipientia, siue stultitia. et imprudenter pro insipi-  
 enter, et stulte. Item a uideo fit euideo, hoc est clare, et ex-  
 presse uideo. a quo euidentis clarus. et euidenter clare. Item in  
 uideo, de quo una cum ab eo deriuatis late superius disserui-  
 mus. **A** uideo etiam fit inuisibile, quod uideri potest et inui-  
 sibile, quod non potest uideri. et uidelicet aduerbium confir-  
 10 mandi, quasi uidere licet. **Terentius.** uidelicet de psalteria hac au-  
 diuit, hoc est certe audiuit. sicut scilicet, quasi scire licet. **Vir-  
 gilius.** Salicet his superis labor est, ea cura quietos sollicitat.  
 et ilicet, quasi ire licet, ueluti iam finis rei sit. **Plaut.** ilicet hoc  
 curato **Samio.** ilicet etiam pro statim accipitur. **Virgilius.** Il-  
 cet ignis edax summa ad fastigia tecti uoluitur. Item a uideo  
 uideor deponens, ut uideor tibi bonus. uisus mihi fiat impru-  
 dens. in quo notandum est rustice quosdam ita loqui. uideor  
 tibi et recte faciam, et mihi non uidetur quod recte loquaris. et  
 nobis uidetur, quod male faciamus. sic enim dicendum est, si la-  
 20 time loqui uelinus. **Uideor** tibi recte facere, et non uideris mi-  
 hi recte loqui. et uidemur uobis male facere, et alia huius-  
 modi similiter. Sunt etiam qui uisum a non uidendo di-  
 ctum putant. **A**uidus enim proprie dicitur, qui propter nimiam  
 cupiditatem non uidet quid agat. **A** quo auide aduerbi-  
 um cupide et auditas, cupiditas. et auideo, cupio. de quo auar-  
 us, qui nimium cupidus est pecunie. et auaritia, habedi cu-  
 piditas. et auare aduerbium tenaciter. et comparatiua, et su-  
 perlatiua eorum auarior. auarissimus, auarius. auarissime.  
**Quidam** etiam auarum, quasi auidum æris dictum putant.  
 30 et ab auido ita distinguunt, ut auarus semper in malam partem  
 accipitur, **A**uidus autem etiam rerum honestarum dicitur.  
**Sallustius.** **Laudis** auidi, pecunie liberales erant. **A**uara  
 terra dicitur, cum id, quod in se recipit ampliore foenore non  
 reddit. **A**uere etiam a nimia cupiditate pro gaudere accipi-  
 tur. Unde salutantes quoque aue dicimus, hoc est gaude. late-  
 re. **ET.** Atq; et coniunctio aliquando copulatiua est. **Plau-  
 Collaudato** formam, et faciem, et uirtutes commemorato. **A**li-  
 quando ponitur pro id est. Idem. **Annos** natus iam saxa ginta,  
 et senex. nonnunquam pro quia. **Virgilius.** **Audieras,** et fa-  
 40 ma fuit. **Martial.** quod minimos cernis mitti nos credis ami-  
 ce, **Falleris** et nummos ista tabella rogat. **Quinti.** Has pri-  
 mum audiat puer, harum uerba effingere imitando conabi-  
 tur, et natura tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus animis  
 percipimus. **Interdum** uenustatis gratia duplicatur. estq; com-  
 pletiua coniunctio. **Virgilius.** **Multum** ille et terris iactatus,  
 et alto. **Plerumq;** sententiarum initijs competit. **Quinti.** **Et**  
 finitæ quidem sunt partes duæ, quas hæc proffessio pollicetur.  
 Est etiam quando seruit affectui, et quasi interrogandi uim  
 habet. **Cicero.** **Et** sunt, qui de uia appia loquantur, taceant de  
 50 curia. Idem. **Et** ad eum legatos de pace mittentis, qui pacis nu-  
 tios repudiauit. **Et** postea miramur, quare id moleste ferat po-  
 pulus romanus. Sæpe etiam ponitur pro quauis. Idem. **Defen-  
 di** legem uoconiam magna uoce, bonisq; lateribus, et uide-  
 tis annos meos. ac si dixisset, quauis sum ita senex. item pro  
 etiam. quod tamen apud **Ciceronem** nunquam reperitur.  
**Quinti.** **Tamen** siquid aduersus te ipse commisit, sit hostis et  
 meus. **Cicero** dixisset. Sit hostis etiam meus. **Virgilius.** **Natus**  
 et ipse dea. **Quandoq;** etiam tum, et quanquam, copulati-  
 uæ coniunctiones pro disiunctiuis ponuntur. Sicut disiuncti-  
 60 uæ pro copulatiuis. **Paulus** iurisconsult. coniunctam, uel disiun-  
 ctam orationem accipit ex mente pronuntiantis, quauis nec co-  
 iunctionem habeat, nec disiunctionem. **Coniuncta** pro disiun-  
 d iij



Etis accipiuntur (ut Labeo asserit) quemadmodum in illa stipulatione. Mihi, herediq; meo, te heredemq; tuū. Item disium etia pro cōiunctis, ut cum dicimus. Super pecunia, tutela ue sua, cum tutor separatim sine pecunia dari non possit, sed dubitandum uideri potest, uerba illa quomodo accipienda sint, ope, & consilio, utrum ex sententia coniungentium, an separatim, uideturq; melius, quod Labeo scribit, separatim accipienda, quia aliud factum est eius, qui ope, aliud eius, qui consilio factum fecit. Sic enim alij condici potest, alij non potest. Et sanè post ueterum auctoritatem conuictum est, ut nemo uideatur factum fecisse, nisi & consilium malignum habuerit, nec consilium habuisse nocendi, nisi & factum secutum fuerit. Ab et cōposita sunt et si, & tametsi, quæ significant quæuis. Plyn. De dit enim quantum maximum potuit, daturus amplius, si potuisset. tametsi quid huiusmodi dari potest maius, quàm gloria, laus, & eternitas? Quintilianus. Etsi iudices in hac asperima conditione fragilitatis humanæ hæc omnibus natura est, ut sua cuiq; calamitas præcipue misera, atq; intoleranda uideatur. Item etiam ex et, & iam, quod significat quoq;. Plau. Tit ne etiam id resisti miser? & etiamnum eiusdem significationis. Plynus. Quod eo magis miror, si etiamnum Homero prodeunte Aegyptus non erat. Item enim, quod significat quia. et hoc solum differt ab enim, quod enim nunquam primum locum sortitur in oratione. Suetonius. Par enim utriusq; arrogantia fuit. etenim uero aliquando primum, aliquando secundum locum obtinet. Plynus. Etenim multa de hac magi tradiderunt, quæ non sunt à nobis commemoranda. Seneca. Quis etenim inter tot corporis cruciatibus felicem esse quenq; posse existimat? PEGMATA. Moles. pluratiuus numerus pro singulari eam enim molem intelligit, super qua impositus erat colossus Domitiani. Pegma græcum uocabulū est. etenim ἀπὸ τοῦ πηγῶν, quod est figo, πηγῶν dicitur. significatq; machinam, in qua statuae collocantur, & quasi finguntur ad illas sustinendas, siue aliud quicquam eiusmodi. Interdum pegmata cum ludicris producebantur in scenam pueris, etiam confidentibus ex lignis, & tabulis, quæ constabant uario picturæ genere. Iuuenalis. Et pegma, et pueros inde ad uelaria rapro. Claudium tradunt obiecasse aliquando bestiis, qui pegma in scenam parum feliciter produxissent. Scribit Plynus Caium principem in arcum pegma duxisse, in quo sue re argenti pondus centum uiginti quatuor. CELSA. Alta. sublimis. de quo supra diximus. MEDIA VIA. hoc est quod Papinius inquit. Stat latium complexa fororum. Viam definiunt esse dimidui actum, qua potest ire uehiculum. Paulus iurisconsultus uiam constituit inquit uel latiore octo pedibus, uel angustiore posse, ut tamen eam latitudinem habeat, qua uehiculum ire possit. alioquin iter esse, non uiam. Abusu tamen uisurpamus uiam pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Plynus. Cum te de uia uocassem. Aliquando accipitur pro itinere, hoc est pro ipso actu ambulandi. Cicero. Cumq; de uia languerem. & mihi met displicerem. Interdum pro ratione. Virg. Inueni germana uiam gratæ sorori, Quæ mihi reddat eum. nonnunquam pro consuetudine. Teren. Sed uia per uulgata patrum quotidie accusabā, hinc uia tores dicti, qui magistratibus parebant, hominesq; ex agris ad magistratus frequenter euocabant. Cicero. A uilla in Senatum accersiebantur, & Curius, & ceteri senes, ex quo qui eos accersiebant, uia tores nominati sunt. Item à uia uiuum, & inuiuum dicitur, per quod iri non potest. Vnde auem quoq; quidam appellatam putant, quasi sine uia, ut inferius dicemus. & peruiuum, per quod facile transitur. & præuiuum, quod ante cedit. Cicero. Præuius aurora, solis, noctisq; satelles. Item Bi

uiuum, quod duas uias habet. triuiuum, quod tres. quadriuiuum, quod quatuor. Vnde Dianam Triuiam appellatam superius ostendimus. & triuialis scientia græmaticæ dicta, quia in triuis dogbatur. Triuialis uero lingua uulgæris, qua in triuis pueri græmaticam discunt utbantur. Item deuiuum, quod à uia remotum est. & deuiare, à uia recta recedere. abusu tamen pro deflectere ponitur. & deuius, qui à uia recedit. et dubius, quasi duas uias uidens, et utram eligat nesciens. de quo & eius derivatiuus inferius dicemus. Et uia ticum, quicquid iter agenti necessarium est. unde est illud prouerbum. Suam cuiq; artem pro uia ticæ esse. Vt etiam aliquando uia ticum pro facultate siue apparatu posuere. Quint. Claudius in analibus simul forma. factis. eloquentia. dignitate. acrimonia. confidentia pariter præcelleret, ut facile intelligeretur magnam uia ticam, hoc est magna facultas. magnus apparatus. hoc modo græci ἐπιδοιον, quod proprie uia ticum. hoc est sumptuum uia ticæ significat, ad aliarum quoq; rerum apparatus traducunt, ac sæpe ἐπιδοιασθαι dicunt pro eo, quod est instructe. aggredere & obuiuo, quasi ad uiam eo. à quo obuius, qui alicui occurrit. & obuiam eo. idem quod obuiuo, quasi ad uiam eo. & uia torium, quod ad uiam attinet. Vnde uia torium uas, quo iter agentes ferendi potius gratia utimur. Plynus. Vasa uia toria ex taxo uinis in gallia facta mortifera fuisse comperitum est. Viare quoq; ueteres pro iter facere dixerunt. Via ab eundo deducitur, quasi ia, quod per eam eatur, quam uis aliqui uiam quasi ue iam dictam uelint à uehendo, quod per eam fructus ad uillam uehantur. iter à uia differt, quod arctius, est quàm uia, nec uehiculum capit. significatq; etiam ipsum actum eundi, & ab eundo dicitur, cuius supinum est itum, siue ab ito, quod frequentatiuum est huius uerbi eo. diciturq; & in mari iter, & in terra. Virgilius. Hac iter elysium nobis. Terentius. Am tu tibi hoc incommodum euenisse iter. Non hercle Parmeno uerbis dici potest, quantum re ipsa nauigare incommodum est. facit in genitiuo iteris. Neuius. ignoti iteris sumus. Tu te scis. Accius. Præsto adsum, exprome quid feris. Nam te longo itere cerno uadere. Vt etiam itiner dicebant, cuius nominatiuus nunc in usu non est. obliquis autem utimur, cum obliqui huius nominis iter, ab usu discesserunt. Varro. Expectant itiner longum sermone lenare. Plautus. Quin tu ergo itiner sequi meum mo fines. iter facere, & iter habere dicimus. Iter facere, ire, proficisci. Plynus. Cum per eam regionem iter facturi essent, quod etiam iter tenere dicimus. Virgilius. Quibus aut uenistis ab oris. quò ue tenetis iter. habere uero iter, idem est, quod iturum esse, ut iter habeo ad Casarem, hoc est oportet me ire ad Casarem, uel iturus sum ad Casarem, Cicero. Habebat iter ad Deiotarum regem. At uiam facere, non est iter facere, sed locum, ubi non erat uia, & transitus aperire, sicut uiam munire est reficere repurgare, interdum lapidibus sternere, quod proprie sternere uiam dicimus. Cicero. Ideo ne Appius ille cæcus uiam munivit, non qua populus uteretur, sed qua posteri sui latrocinaerentur. Quo uerbo etiam per translationem utimur de corporeis ad incorporea. Quintilianus. Propterea quod plurimi auctores, quamuis eodem tenderent, diuersas tamen uias munierunt, & in suam quisque induxit sequentes. Quemadmodum autem munire uiam dicimus, ita munire ripam munire aluuium. munire aditum. cum illa uel reficimus, uel paramus. Ab iter fit itero uerbum, quod est rursus aliquid ago, & quasi per iter factum reuertor. Et iterum, quod est rursus. & iteneror uerbum, hoc est iter facio, quo Apuleius, & quidam recentiores usi sunt. Et itinerarium uia torium, unde



itineraria à quibusdam uocantur commentarij earum rerum, quæ in itinere acciderunt. Et itidem, atque item, quæ significant similiter, quasi iterum idem. Et obiter quod non est, ut Valla, et alij quidam existimauerunt, specialiter, sed quod uulgo dicitur incidenter, hoc est præter propositum, quasi in itinere occurrens. Iuuenalis. Atque obiter legitur Plinius. Ego plane meis adijci posse multa confiteor, nec his solis, sed et omnibus, quæ edidi, ut obiter caueam istos Homeromasticas.

VNAQUE IAM TOTA STABAT IN VRBE DOMVS. Inuidiosa oratio est, quasi uelit significare ea ratione incensam urbem à Nerone, ut unam domum ædificaret. Allusitque ad distichon illud de ea factum. Roma domus fiet V eos in grate quirites. Si non et V eos occupat ista domus. Plinius quoque de ea sic scribit. Vidimus urbem nostram claudi duabus domibus Caij, et Neronis principum. Tradunt hanc à palatio ad Esquilias usque protensam fuisse, in uestibulo eius colossus erat erectus. Tanta erat Latitudo eius, ut porticus miliarias haberet, et stagnum maris instar circumseptum ædificijs ad urbis similitudine. Rura præterea aruis, uinetis, pasuis, syluis ornata cum multitudine omnis generis ferarum. Reliqua pars auro picta erat, gemmisque, et unioni conchis distincta. cænationes eburneis tabulis laqueata uersatilibus, ut flores, et unguenta desuper spargerentur. Præcipua cænationum rotunda die, noctisque instar mundi circumgebatur. balneæ marinis, et albulis aquis fluebant. Cum eam perfecisset, dixit (ut Suetonius refert) se iam quasi hominem habitare coepisse. Hanc luxuriam notat Poeta in laudem Domitiani. Mos enim ueterum fuit in laudatione uiuentium principum defunctos iam principes damnare, quo uiu. admonerentur, nullum locum, nullum esse tempus, quo defunctorum principum manes, si mali fuissent, à posteriorum executionibus conuiescerent, sicque à uitij ipsi retraherentur. Merito præterea laudari uidentur uiuentes principes, si pariter mortui reprehendantur. Nam cum de malo principe posteritatem, manifestum est timere præsentem, quod eadem faciat. Ad hæc damnare priores principes nihil aliud est, quam hortari præsentem, ut corruptos longa consuetudine, ac de prauatis mores, reformet et corrigat postremo (ut inquit Plinius) nihil non parum grate sine comparatione laudatur. DOMVS. Neronis saluet. Domus proprie dicitur ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto, atque pariete constat ponitur tamen. pro habitaculo quocumque, unde et templa, et auium nidos domos appellamus. Virgilius. Hostia namque domus parue re ingentia centum sponte sua. idem. Antiquaque domos auium cum strypibus imis Eruit. Sed hoc notandum quod domus dios geniuos habet unum secundæ declinationis, domi, et alterum quartæ. domus. datiuum semper quartæ. accusatiuum indifferentem, uocatiuum quartæ. ablatiuum secundæ, sed cum utimur domi, locus significatur, in quo quis manet. cum uero utimur domus, significatur corpus ipsum, atque ædificium, quod ex parietibus constat, et tecto, ut domi maneo, non domus, et partem domus demolitus sum, siue superiora domus ascendi non domi. Aliquando domus pro familia accipitur continens pro contento. ut domus meæ imperium habeo. domi, et in domo eiusdem plane significationis sunt. Quintilianus, in domo fierum factum ab eo, qui domi fuit. Quidam dicunt domi aduerbium fieri, ut cum dicimus sum domi, et similiter alios casus, ut domum propero, seu domo uenio, sed nomen potius esse pronomina indicant, quæ cum hac uoce iunguntur, quæ sunt meæ. tuæ. suæ. nostræ. uestræ, et aliena, ut eram domi meæ. tuæ. domi tuæ. Ille uiuit domi suæ. Nos sumus domi nostræ. nos eratis domi uestræ. Cicero. Qui cum in ista ætate, et

forma alienæ domi nolo dicere. Quod si quando hæc pronomina supprimantur, tamen subintelliguntur, ut domi ero, id est meæ. domi eritis. id est uestræ. et domi eris, id est tuæ. domi erimus, id est nostræ. domi erit, id est suæ. domus à græco derivatur, græci enim δῶμα. tectum appellant. à domo fit domesticum, quod modo significat quicquid ad domum pertinet, ut domesticæ curæ. domestica labores. domestica negotia. Modo mansuetum, et mite. Plinius. Mite animal, atque domesticum. item domestica dicuntur, qui ex eadem domo sunt, et nobiscum habitant, hinc fit domesticum, quod significat per uarias domos. Item à domo Domicalium, quod habitationem significat longi temporis. Unde mutare domicalium dicuntur, qui migrant, ut aliam urbem habitent, et domuncula parua domus, quæ et domuscula uocatur, et domuncio. Apuleius. iam denique nec larem requiro, nec domuncionem paro. et domo, quod proprie significat mansuefacio, et quasi domesticum reddo, unde equorum domitores dicuntur, et domiti, atque indomiti equi, et domitura equorum, siue aliorum animalium pro ipso actu domandi. Plinius. Domitura bouum intrinsecum optima, et indomitæ gentes, hoc est feroces, domitor etiam domator dicitur. Per metaphoram tamen accipimus pro uincere. superare, à quo domitos hostes dicimus uictos, et domitos populos in potestatem redactos. Item à domo dominus dicitur, qui domus imperium habet, et cui omnis familia pareat. ex quo factum est, ut dominus, et seruus relatiua sint. et domini appellatio ad omnes eos propagata sit, qui alicuius rei proprietatem habent. etiam si usus fructus alienus sit. Abusue tamen et filij familias, et cæteri liberi, qui in potestate sunt, et usu fructuarij domini dicuntur. Item dominus dicitur, cui populi subsunt. Virgil. Romanos rerum dominos, gentemque togatam. Hinc etiam Dominus dicitur à poetis. Lucretius. At cum membra dominus præsentit frigida seruis. item dubenus. Pacuius. Tum dubenus ligatos seruos pessime uerberabat. Hinc domonium pro imperio. et principatu accipitur, et dominor, hoc est imperium gero, et dominatio imperium, et dominatus principatus. Item dominus, qui conuiuium exhibet. Varro. Aut dominum conuiuij, aut uinum, aut aliud quid laudato. Plautus. Dum cœnant alij, ego foris esurio dominus unde et domina, conuiuatrix nominatur. Lucilius. Primum domina, atque sodalitia omnia tollantur. dominus etiam amans uocatur, et domina amica. Ouidius. Hæc tibi sub domino est Pyrrhe puella suo. Idem. Nam furor in dominam temeraria brachia mouit. Flet mea uesana læsa puella manus. Item dominus pro marito accipitur. Virg. conuibia nostra Reppulit et dominum Aeneam in regna recepit. Dominos quoque, et dominas deos, et deas dicimus. Idem. Et uincti currum dominae subiere leones. Ouidius, et domino soluere uocit Ioni. Hinc dies dominicus dicitur, qui antea dies solis dicebatur, quod deo sacer sit. Domitius quoque, et Domitianus à domo derivari uidentur. Item à domo fit compositum domiporta, quam græci à ferèda domo προπόριον uocant, de qua inferius dicemus. IAM. Iam aduerbium temporis est. et idem penè significat, quod tunc. Cicero. ipsa uerba componere, et quasi conuincit, quod ne græci quidem scelerauerunt, iam neminem antepones Catoni. Aliquando festinantis est. Terentius. Ego iam prospiciam mihi. Aliquando hortantis, et ueluti moram increpantis. Virg. iam diua precor. interdum ponitur pro modo, siue nunc. Idem. At puer Ascanius medijs in uallibus acris gaudet equo, iamque hos cursu, iam præterit illos. Nonnunquam significat præterea, et quasi nodus est quædam coniungens sententias idem, iam maris immensi prole, et gemus omne natantum. iam uarias pelagi uolucres. et idem ef-



facit coniunctum cum uero. Cicero iam uero urbibus constitu-  
tis. Est quando geminatur, & significat mox repente. ut iam-  
iam aderit. Et cum presenti ponitur, licet ad futurum resol-  
uatur. Virgilius. Iam iamq; manu tenet, et premit hasta, qua-  
si mox tenebit, & nunc uidetur tenere. Plerunque figurate  
per indignationem accipitur. Idem. Iam iam nec maxima In-  
no, nec Saturnius hæc oculis pater aspiciat æquis. Et permisera-  
tionem. Sallustius iam iam animo meo atrissime frater quan-  
quam tibi immaturo, & unde minime decuit, uita erepta est,  
tamen letandum magis, quam dolendum puto casum tuum.  
Et per exhortationem. Quintilianus iam iam commilito qui-  
cunque casus manet, etiam si imperator damnaturus est, ha-  
bes solatium, satius est, quam à patre occidi. A iam composita  
fiunt iandudū, & iandiu, & iam pridem. de quibus supra dis-  
seruimus, & iam olim, quod modo significat iadudum. Ci-  
cero iam olim à principio id statueram, modo aliquando. Vir-  
gilius. At iam olim seras posuit cum uinea frondeis. & olim  
iam pro iam pridem. Quintilianus. Olim iam Imperator in-  
inter fulgentis uirtutes tuas liuor locū querit, hoc est à longo  
tempore. Et iam tum, quod significat ex eo tempore. Plautus. Iā  
tum occipit uirginem amare. V eteres etiam iā tum pro tantum  
usi fuerunt, & iam pro tam. Item à iam composita fiunt etiam,  
& etiamnum, de quibus superius diximus. STABAT.  
Erecta erat, permanebat, quod inuidiose dictum est, ut si-  
gnificaret cæteras domos urbis consiligratas, ac dirutas esse.  
Stare aliquando consistere est. Virgilius. Stare loco nescit. &  
Apelles interrogatus, cur fortunam sedentem pinxisset, quoniam  
inquit stare non potest. Stare permanere, durare, ut hoc loco.  
Cicero facere promissā, stare conuentis, reddere depositum. Vir-  
gilius. Et bene apud memores ueteris stat gratia facti. Stare  
erectum esse. Seneca. Alios stantes, alios genibus flexos uidi-  
ses, sedentem, aut cubantem, neminem. Virgilius. Obstupui,  
steteruntq; comæ, & uox fauibus hæsit. Stare horrere. Cæci-  
lius. Stat ager sentibus. Virgilius. iam puluere caelum stare  
uident. Stare prominere. Lucilius. Hic corpus solidum iuue-  
nis, hic stare papillis. Pectore marmoreo. Stare præstitutum  
esse. Virgilius. Stat sua cuiq; dies, stare in animo esse. Idem. Stat  
conferre manum Aeneæ, et alibi, stat casus renouare omnes.  
Stare, positum esse. Idem. stant manibus aræ. Idem. Omnis in  
A scanio cari stat cura parentis. Stare constare, in pretio esse.  
Seneca. Tanto ei stetit impropria urbanitas. Cellius. Magno  
ei stetit ea nocte absentem fuisse. Stare quiescere. Plautus. Sta-  
bat in portu nauis. A pileus. Dum forte starent in taberna lu-  
dentes. Stare firmum, est non moueri, sed constantem esse. Livi-  
us. Resistis autem aduersus famam, rumoresq; hominum, si sta-  
tis firmus steteris, hinc statio dicta locus (ut Valerianus inquit)  
in quo naues tuto stare possunt. Quidā stationem à portu ita  
distingunt, ut statio sit, ubi naues ad tempus stare, portus ubi  
hyemare possunt. Statio etiā dicitur quicunq; locus, in quo fre-  
quenter consistitur. Vnde & locus in quo castrametatur exer-  
citus, statio uocatur. Curtius, cognitum id per exploratores, qui  
stationes hostium fuerant ingressi. Et locus ad custodiam assi-  
gnatus. Ouidius. Dent tibi cælestes, quos tu cælestibus annos  
proq; tua maneant in statione domo. Virgilius. Vigiles simul  
excitat, illi succedunt, sternuntq; uices statione relicta, ipse com-  
mes Niso graditur. Hinc Stationarij milites dicuntur, quibus  
custodia, aut præsidij gratia statio assignata est. Item qui in  
urbibus, aut Prouincijs tenentur ad populorum quietem tuen-  
dam, & officina, in quam multi conueniunt, ut de aliqua re  
decernatur, & ius ibi dicitur. Cellius, in plerisq; urbis statio-  
nibus ius publice dicentium. Item stabulum à stando dicitur,  
significatq; proprie non præsepe, ut uulgus putat. hoc est lo-

cum, in quo equi, muli, iumenta, asini, boues, aliq; huiusmodi  
animalia domi tenentur, pascunturq; sed hominum diuerso-  
rum, siue hospitium. Petronius. Sed nec uiam diligenter tene-  
bam, quia nec quo stabulum esset sciebam. Idem. Cum erra-  
rem inquit per totam ciuitatem, nec inuenirem quo loco stabu-  
lum reliquisset. Idem. Ego sum Ancilla Quartilla, cur uos  
sacram ante criptam turbatis? Ecce ipsa uenit ad stabulum, pe-  
titq; ut uobiscum loqui liceat. Hinc stabula dicuntur loca, in  
quibus armenta, gregesq; consistunt in agris, & sub diuo, ue-  
luti quaedam stationes huiusmodi animalium. Ouidius. In  
stabula alia trahit. Virgilius. Montano flumine torrens cum  
stabulis armenta tulit. Idem. Quattuor à stabulis præstanti  
corpore tauros. Auertit. Idem. interea, cum iam stabulis satura-  
ta moueret Amphitridionides armenta, abituq; pararet. Ab  
hoc fit stabulo, siue stabulo, quod est stō, diuerto, commoror, et  
quasi stationem habeo. Idem. Cæcilius in foribus stabulant, Gel-  
lius. Tubero in historijs scriptum reliquit bello primo punico,  
Attilium Regulum Consulem in Africa castris apud Braga-  
dam flumen positus, prælium grande fecisse aduersus serpen-  
tem unum in illis locis stabulantem inusitatae magnitudinis,  
eumq; magna totius exercitus conflictatione balistis, & cata-  
pulis diu oppugnatum, occisumq; eiuq; interfecti longam co-  
rurum pedes centum, & uiginti Romam misisse. Hinc stabulatio  
mansio in stabulo. et stabula iij à ueteribus dicti sunt hospites.  
Plautus. Pallium stabulario dedit. A pileus. Et ne inquit im-  
merito stabularios hos omnes hospites detestantur. nam iste cu-  
riosus, dum in portu irrumpit, credo studio rapiendi aliquid,  
clamore uasto marcidus alioquin me altissimo somno exco-  
ssit. Idem. Sumo sarcinulam, & pretio mansionis stabulatio  
per soluto capessimus uiam. Potest tamen & ipsum præsepe in  
hospitijs stabulum dici. A pileus. Diuissimo casu meo seruus  
ad equum illum uectorem meum probissimum in stabulum  
concedo, ubi alium etiam Milonis quondam hospitis mei asi-  
num stabulantem inueni. Stabulantem inquit quasi hospitan-  
tem. Nam quod Varro inquit. Equinum pecus pascendum in  
pratis potissimum herba, in stabulis, ac præsepibus arido fæ-  
no, profecto stabulum pro statione quacunq; præsepe pro se-  
ptis, quæ domi fiunt. stabulum etiam pro quacunq; habitatio-  
ne, & loco ubi quis stare consueuit accipitur. Virgilius. Sau-  
cius at quadripes nota intra tecta refugit. Successitq; genui  
stabulis. Idem. Ardua tecta petit stabuli, & de culmine summo  
pastorale canit signū. Hinc etiā uestibulū, quod nō est prima  
pars domus, hoc est atrij, ut alij putant, sed locus ante ianuā  
domus uacius, per quē à uia ad aedes itur. Nā qui domos am-  
plas antiquas facebant, locū ante ianuā relinquebant, qui inter  
fores domus, & uiam medius esset in eo loco, qui domum eius  
domus salutatum uenerant, priusquam admitterentur, consi-  
stebant, & neque in uia stabant, neq; intra aedes erant. Ab il-  
la ergo constitutione, & quasi quadam stabulatione uestibu-  
lum est appellatum. Nam ut modo interfectionem significat, ut  
uetus uehemens, quorum alterum ab ætatis magnitudine com-  
positum est, alterum à mentis ui, atque impetu dictum, modo  
minutionem. uesum Lucilius appellat cum edendi fistidio,  
quāuis Lucretius uesum salem dicit ex edendi intensione, qđ  
est ex ue, & esca compositum. Seruius. V estibulum non ab in-  
tentina, sed à priuatiua significatione dictum existimat, quod  
per eum locum transeat, & nemo stet, ut sicut uesanus non  
sanus, ita uestibulum non stabulum dicitur. Alij quod ianuā  
uesthat. Nonnulli quod ueste consecratum sit sicut limen, &  
60 Vesta ipsa à ui stando nominata est, quod terra ui sua stet. Oni-  
dius. Stat ui terra sua, à ui stando Vesta uocatur. Item à stō sta-  
tus dicitur, qđ modo cōditionē significat. Cicero. Qui status rerū



que conditio temporum, modo apud Rhetores id, in quo causa maxime uertitur, unde quidam testem dictum uolunt, quasi uentem statum, quod cause statum tueatur. ego potius testem, quasi antestem, hoc est ante stantem, nominatum opinor. Idem. Status est, in quo primo insistit, quasi ad repugnandum congressa defensio. Statum quidam constitutionem uocant. alij questionem. alij quod ex questione appareat. Theodorus caput, hoc est, *κατάλογον τῶν ἰκωτάτων* ad quod omnia referantur. Græci *στάσις* uocant. Quod nomen alij ab Eucrate Socratis discipulo repertum tradunt. alij a *ῥοπυρο* Clazomenio, quanquam uidetur Ezechines quoque contra Ctesiphontem uti hoc uerbo, cum a iudicibus petit, ne Demosthenem permittant uagari, sed eum dicere de ipso cause statu cogant, que appellatio dicitur deducta uel ex eo, quod ibi fit primus cause congressus, uel quod in hoc causa consistat. Hinc genus illud philosophiæ *ἀστάτων* dictum, quod latine instabile, uel inconstans possumus dicere. Ut enim nihil sciendum sit, aliquid sciri necesse est. Nam si omnino nihil scias, id ipsum sciri nihil posse tollitur. Ita qui hæc, ueluti sententiæ loco pronuntiat, nihil sciri tanquam præceptum profitetur, & cognitum, ergo aliquid sciri potest. In A. Sytati generis exemplum & illud afferri solet. somnia esse quendam, ne somnijs crederet. si enim crediderit tamen sequetur, ut non sit credendum. Si autem non crediderit tamen sequetur, ut credendum sit. Proprie autem *στάσις* a nobis dicitur, & quod ab eo componitur *κατάστασις*. Vnde cetera statim quoque nostri appellant machinam ligneam, qua serui uincti tenentur. Persius, Cappadocis rigida pinguis plausisse cetera sita. Tibullus. Parua loquor, regnum ille tenet, que sæpe coegit Barbara luxatos ferre cetera sita pedes. Martialis. Non de plebe danus nec auaræ uerna cetera sita. Plinius. Tadem in cetera sita uidere Chrysoegnum Syllæ. hanc & longam, & magnam compedem uocant. Iuuenalis. Squallidus in magna fastidit compede fossor. A. puleius. Et longæ compedis diurno squallore foedati caldarium querunt. item a *sto* statua, quod stet, hoc est promineat. proprie enim statua ab imagine hoc differt, quod statua est, que non modo superficiem, sed solidum corpus, atque perfectum reddit. imago uero, que superficiem tantum refert eius rei, cuius est imago. Vnde pictores imagines faciunt colorum diuersitate, & linea mentis quibusdam similitudinem reddentes. Statuas uero ij, qui dicuntur Statuarij effigies rerum ligneis, uel marmoribus, uel ebore, uel metallis exprimentes, quorum ars statuaria uocatur. Solebant autem statuæ hominum exprimi, quando ob aliquam illustrem causam perpetuitatem mereri uidebantur, & primo sacrorum certaminum uictoria, maximeq; olympiæ, ubi omnium, qui uicissent, statuæ dicitur mos erat. eorum uero, qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconas uocabant, primum omnium Athenienses Armodio, & Aristogitoni Tyrannicidis publicæ statuas posuerunt. Excepta inde res est a toto orbe terrarum, ut memoria hominum prorogaretur, quorum nomina basibus inscribi solebant. Togata effigie apud Romanos statuæ dicebantur. Græci nudas hastam tenentes faciebant ab Epeborum gymniciis exemplaribus, quas uocant Achilleas. Erantq; & equestres, & pedestres statuæ. L. A. cæum poetam tradunt in camænarum æde maxima forma statuam sibi posuisse, cum ipse admodum paruus esset. Transierunt deinde, & ad deos statuæ, & ad bruta etiam animalia. Imago tamen aliquando ponitur pro quacumq; similitudine. Virgilius. O mihi sola mei super A. stua nactis imago. Idem. Atque ipsius umbra Creuse uisa mihi ante oculos, & nota maior imago. Vnde aliquando etiam pronagnum accipitur, quod uelut imago sit eius rei, quam claudit.

Idem. Curuam seruans sub imagine falcem. Ab imago fit imaginor uerbu, quod proprie est alicuius rei similitudinem mente comprehendo. a quo imaginarium dicimus, quod re non est, sed tantum cogitatione comprehenditur, & imaginatio actus ipse. Item a *sto* statuo, quod est decerno, significatq; (ut Vlpianus inquit) rem perfectam, & consumatam, & ideo hæc uerba, quod statuerit, qui iurisdictioni præest, cum effectu accipimus, non uerbo tenus. Nam si, cum uellet statuere, prohibitus sit, neque effectum decretum habuerit, cessat edictum. Ab hoc composita sunt desituo. quod modo significat dissoluo. Nennius. Multo nauem iubet desitui anchoris, modo derelinquo, desero. Plautus. Sola in litore desituta. interdum statuo. Cæcilius. Desituit omnes seruos ad mēsam ante se. Prostituo meretricandam præbeo, unde prostibulum appellatur locus, in quo stabulant, ac se prostituunt meretrices. Quæuis aliqui prostibulum dicitur uelint, quod meretricum stationes ante stabula, hoc est hospitia esse solebant, propter concursum aduenarum. propter quod & meretrices ipse Prostibula uocantur. hoc inter se differunt, quod meretrix proprie est, que honestus questum caput, copiam sui secretius faciens noctu tantum. Prostibula uero, que ante stabulum stat, questus diurni, ac nocturni gratia. Plautus. Intro ad bonam meretricem. A stare in uia solam prostibula est. Præstituo, præscribo. prædestino. Ouidius. Diu summum præstituo diem. Instituo, quod aliquando significat incipio. Plinius. Priusquam id opus instituerem. Aliquando instruo. doceo. Seneca. Sunt enim non modo literis, sed etiam bonis moribus instituendi adolescenter. Nonnunquam statuo. decerno. Apuleius scilicet Solon, aut Lycurgus instituit. hinc instituta, & institutiones dictæ, instituta aliquando principia dicuntur. Plinius. Hæc sunt rerum principia, & instituta natura. Aliquando mores boni, consilio, & ratione sumpti. Quintilianus Nam is, quanquam nutricibus triennium dederit, tamen iam tum formari optimis institutis mentem infantium iudicat. cur autem ad literas non pertinet ætas, que ad mores iam pertinet. Interdum decreta legum, atque sanctiones. Vnde Diuus Iustinianus opus suum instituta inscripsit. institutiones uero sunt præcepta, quibus instituntur homines, atque docentur, a quo Quintilianus opus suum inscripsit de institutione oratoria. institutio autem actum ipsum, hoc est instructionem significat. Substituo subrogo. Liuius, in cuius locum substitutus centurio est. Restituo modo reddo. Terentius. Gnatum ei restituit, modo in pristinum statum reduco. Iustinus, hunc regno a patre priuatum filius restituerat. Hinc restitutio ipsa repositio dicitur. Caius iuriconsultus restituere inquit plus est, quam exhibere. Nam exhibere est præsentiam corporis præbere. Restituere uero est etiam possessorem facere, fructusq; reddere. Ab hoc restibilis ager dicitur, qui quotannis restituitur, de quo inferius dicemus. Constituo, quod aliquando est dispono. Virgilius. Qui teneant, nam in cæca uidet homines ne, feræ ne querere constituit. Aliquando moderor. guberno. Cicero. ineuntis enim ætatis inscitia, senum constituida, & regenda prudentia est, interdum instituo. decerno, a quo constitutiones decreta, atque instituta dicuntur. Nonnunquam etiam constituo pro paro accipitur. Idem. Tametsi erat ignarus quantum sibi, ac liberis suis iam tum mali constitueretur. Item a *sto* sisto deriuatur, quod est stare facio. Vnde sistere gradu, sistere fugam, sistere lacrymas. quasi retinere dicimus, atq; comprimere. huius supinum est statum. a quo stator dicitur, qui aliquē sistit, ob idq; iupiter stator est uocatus, qd Romulum precantem, ut fugam suorum sisteret, audiuit. Sistio etiam aliquando pro re præsentio accipimus, et quasi præsentiam



corpore exhibeo. dictum ab eo, quod non tantum comparere quis debet, sed etiam manere, unde de iudicio sibi, hoc est desistendo aliquem in iudicio dicimus. Cicero. Des operam id, quod mihi affirmasti, ut te ante Calendas Ianuarias ubi cumq; erimus, sistas. Idem. Vas factus est alter eius sistendi, ut si ille non reuertisset moriendum esset sibi. Virgil. Et patrio te lumine sistam. Hinc stator dictus nuntius, seu tabellarius consulis, aut alterius ius dicentis. Et status, siue status dies iudicij gratia constitutus, et stata sacrificia, quae constitutus, ac certis diebus fiebant. Cato. Sacra stata. solennia sancta seruasti. Virgil. Anna, quae differe nefas. Cato ita scripsit. Quod si uadimonium capite obuoluto stitisses. quem locum quidam deprauarunt pro stitisses scribentes stitisses. Ennius, modicam, et node stam formam mulieris statam uocauit. Bias cum rogatus esset a quodam, deberet ne uxorem ducere, an uitam uiuere caelibem ἦτοι inquit καλὴν ἔξῃς, ἢ ἀχρῶν καὶ εἰ καλὴν, ἔξῃς κοινῆ. εἰ δὲ ἀχρῶν, ἔξῃς τοῦ ἴν. εἰ κότερον δὲ ἢ ἀχρῶν. ἀλλὰ πρῶτον ἀρα. Aut pulchram inquit dices, aut deformem. Si pulchrā, habebis communem si turpem habebis dolorem. Neutrum autem bonum non est igitur ducenda uxor. Omissit Bias tertium genus inter duo ista, quae distinguuntur, quippe inter pulcherrimam foeminam et deformissimam, media quaedam forma est, quae a nimis pulchritudinis periculo, et a summo deformitatis odio uacat. Ennius igitur eas foeminas incolunt pudicitiae esse scribit, quae stata forma forent. Verum hoc non a sisto deducitur, sed a sto, cum pro quiesco accipitur. Sed Cato eleganter stitisses scripsit, quoniam si steteret uadimonium, non staretur. A sisto composita sunt assisto, quod significat assisto alicui, opis et praesidij gratia, ut medicus assistit aegroto. Circū sisto, quod modo circūdo est, Caesar et mercatores in oppidis multis circumstiter, quibusq; ex regionibus ueniant, quasq; ibi res cognouerint pronuntiare cogit. Aliquando pro inuado, et irruo accipitur, et quasi cum terrore aggredior. Virgil. At fessi tandem cives infanda furem armati circumstiterunt. Nonnunquam accipitur pro fauco, et consolor. Caesar. Si quis grauiori uulnere accepto deaderat, circumstiterant. Ob sisto. obsto. contra sto. Per sisto. duro. perseuero. A pul. Cum me rogasset an in proposito persisterem. A b sisto de sino, Claudianus, ab sisto rogari. De sisto eiusdem significationis. Plyn. iam id desistit quaerere. Desistere etiam (ut inquit Vlpianus) est a negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat. inde desistisse is uidetur, non qui distulit. sed qui liti renouit in totum. Plane si quis cognita rei ueritate negotium suū deseruerit nolens in litem improbam perseuerare, quam calumniae causa non instituerat, is desistisse non uidetur. Ex isto. emneo. prodo. exurgo. Cicero. Submersus equus uoraginibus non existit. Idem. Existit hoc loco quaestio subdissialis. Existo etiam pro sum usurpatum aliquando inuenitur. Praesisto. antistito. insisto. urgeo. Plyn. Frequenq; ut id agerem, insisterat. Subsisto. substo. sisto. A pulchrius. A haec ille stupore quodam affectus subsistit. Resisto. repugno. aduersor. Cicero. Cum resistere eius improbitati non possem. Consisto modo sto. firmior. Virgilius. Hic primum paribus nitens Cyllenius alis consistit. a quo Consistorium nouum quidem, sed elegans uocabulum pro loco, in quo patres cum Pontifice maximo consultandi gratia consistunt. Item pro ipsa consistentium multitudine, ueteres constitutum hominum dixere, modo erigor. Idem. Consistit in digitos. item a sto deducitur manifestum, hoc est clarum. apertum. quasi ad manus fortis stans. a quo manifestum uerbum, et passuum eius manifestor, et manifeste aduerbium, hoc est clare aperte, et manifestarius, qui uulgo notarius dicitur. Plaut. Capiu sistem. obruico gallum furem manifestarium. Item a sto stagnum deducitur, quae est

aqua stans. a quo fit stagno uerbum. hoc est stagnum facio, et aquam contineo. Notandum tamen quod et stagnare aquam dicimus, cum non effluit, neq; sorbetur. Plyn. Vbi marini fluctus effusi stagnare solent, et stagnare terram, quae non absorbet, sed continet aquam. Idem. A gris humidis, atque stagnantibus. Virgilius. Stagnum pro parte maris profundissima posuit, quod ea minime moueatur, semperq; stet, hoc est quiescat. Emissamq; hyemem sensit Neptunus, et imis stagna refusa uadis. Stannum quoq; metallum a stando dictum uideri potest, quod in fornacibus primum fluat. ac per se stet. Est autem stannum plumbum album. Duo sunt quippe plumbi genera nigrum. et candidum, quod graeci cassiterum appellant. Homerus. χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλεν ἀτηρῆα κασιτέρῳτι. Ex albo plumbo non fit argentum, cum fiat ex nigro. Iunguntur inter se plumbum nigrum sine albo non potest, nec hoc ei sine oleo, ac ne album quidem se cum sine nigro. Plumbi nigri duplex origo est, aut enim sua sponte nascitur uena, nec quicquam aliud ex se parit, aut nascitur cum argento, mixtisq; uenis conflatur. Primus liquor, qui in fornacibus fluit, album plumbum est, et stannum uocatur. Secundus argentum, quod remansit. Galena dicitur. plumbi, et argenti uena communis, quae et molibdena uocatur. et Latine dicitur plumbago. Haec rursus conflata dat nigrum plumbum, stannum illium aereis uasis sapore gratiore fit, et tollit aeruginis uiridis, mirumq; quod pondus non auget. Specula olim ex eo laudatissima Brundisij fiebant. Postea uti argenteis ceperunt. Si albi plumbi, nigriq; singulae librae misceantur, fit stannum, quod argentarium uocant, et tertiarium nominant, in quo duae nigri portiones sunt, et tertia albi. India neq; aes, neque plumbum habet gemmasq; suis, ac margaritis haec permutat. Aqua non liquecunt uasa et plumbo. Sed si in eadem aqua calculus, aut aereus quadrans addatur, uasa uruntur. Plumbi laminis lumborum, et renium parti adalligatis ob frigiditatem naturam impetus ueneris cohibetur. Caluus orator uasa in quiete uenera sponte naturae erumpentia usque in morbi genus, his laminis traditur repressisse, et uires corporis studiorum laboro custodisse. Nero lamina plumbi pectori imposita, nocem alebat. Fit et plumbo spondium, sicut aes aere, quod derivatur ex parietibus fornacum mixtis scintillis, aliquando etiam carbonibus. Scoria tam in plumbo, quam in argento. aere. et caeteris metallis dicitur quicquid subsidet, et quasi fex est metallorum, sicut spuma, quae ex feruescente materia tollitur. Item et plumbo fit psimythium, quod nos cerusam nominamus, uel per se in plumbarijs officinis, uel ramentis plumbi tenuissimis, super uas acetum asperrimam impositis, atque ita distillantibus, quod ex eo in acetum caedit, arefactum molitur, et cribratur, iterumq; acetum misto diuiditur in pasillos, et astate in sole siccat. Potus eius letalis est, sicut spuma argenti. ad candorem tamen foeminarum adhibetur, quae ex eo dicitur cerusata. Cerusa ipsa si coquatur, rufescit. A stanno stanneum dicitur, quicquid ex stanno est, unde stannea uasa, sicut plumbea, et argentea dicimus. Item plumbeum nigrum appellamus. Martialis. Plumbea felibra. Plumbatio deducitur, hoc est ferruminatio et plumbare. ferruminare est. Plynus. Neque argentum ex stanno plumbatur, quoniam prius liquecit argentum. Et plumbata genus teli, hoc est plumbatae pileae, quae ueteres peregrino uocabulo manobarbulos uocabant. a quo et milites ipsi, qui his utebantur, quinos manobarbulos insertos singulis scutis gestantes manobarbuli sunt uocabantur postea Diuus Maximilianus, quod se fortiter, strenuq; in illyrio gessissent Ioninianos, et Herculanos appellari uoluit.



Legionemq; eorum ceteris legionibus praetulit. A plumbo etiam plumbago dicitur, de qua diximus, quemadmodum graeci ἀπὸ τοῦ μολίβδου, quod plumbum est, uocant molibdenam. et plumbatura, quod modo ferruminationem significat, modo quancunq; coniuncturam plumbo factam. graeci μολίβδωσις, appellatur, et plumbarius, qui opera facit ex plumbo, et μολίβδωρος nominatur. per metaphoram quoq; plumbeum ingenium dicitur obtusum, et quod penetrare cogitando non potest. Item a isto statuta dicitur, quae proprie corporis quantitatem significat. Suetonius, statuta fuit eminenti colore pallido. Idem de Nerone, statuta fuit prope iusta corpore maculoso. et fendo. Idem de Otone. Fuisse enim et modice statuta. et male pedatus, caluusq; traditur. Item Statilius et Statanus dii praesides, quasi nobis astantes. horum nomina habebant scripta pontifices. sicut Fabolini dei, cui sacrificare solebant, cum primo dari incipiebant infantes. Item a isto indusium dicitur, quasi intusium, quasi intus stet. genus est uetus, de quo inferius dicemus. Item statim aduerbium, quod proprie significat perseveranter, et continue, quasi insistendo. Terentius. Bina talenta accipiam statim. Plaut. Nec recedit loco, quin statim remigret. unde pro mox usurpatur, quod ea, quae mox sunt continenter fieri uideantur. Per me, aut te, aut illum, aut aliquid aliud stare dicitur, cum nos aut aliquid aliud causa sumus nequid fiat. Plyn. Omnia iam parata erant, nisi per eum stetit. Quintil. Non per me stetit, sed per illa. A isto composita sunt a isto, quod uerbum significat isto. Virg. Arrestusq; auribus astant. interdum sum, cum de rebus loquimur, quae accedere non possunt, ut cum dicimus terram a stare. V. ceteris astant sent pro stauerent scripsere. Ab isto hasta dicitur, ideoq; cum aspiratione scribitur, ut a prima persona imperatiui huius uerbi differat. Haec apud ueteres subijci solebat rebus, quas publicae uenundabant, ideo a stare id signum dicebatur. erat et belli signum, quemadmodum inferius dicemus. Ab hac hasta milites uocantur. et hastula diminutiuum. Antesto, ex collo. Cellius, qui et uiribus, et magnitudine, et adolescentia, simulq; uirtute ceteris antestabat. Ab hoc fit antistes, qui in aliqua ex cellit. Ut si dicimus. Seruius Sulpitius cuius, ac potestici iuris antistes. Circumsto, circudo. Virg. Circumstant animae dextra, leuq; frequentes. a quo circumstantiae dicitur, quae in unaquaq; controuersia queri solent, et quasi questionem circumstant. de quibus inferius dicemus. Contra sto aduersor. Neuius contra stat semper, nec me sinit loquier. Inter sto, inter aliquid isto. intercedo. a quo interstitium pro distantia, et interuallo. item pro interstantia, unde interstitiu luna dicitur interlunium. Apuleius. difficilis itineris, et gloriosi syderis interstitium. Higinus. Quod ab eo sydere paruo interstitio differt. Obsto. aduersor. impedio. unde obstaculum impedimentum. Item contra sto. Curtius, obstant oppido gemini colles. Hinc obstetrix mulier, quae parturientium curam habet, quod contra parientem stet. Et obstino uerbum, quod significat obfirmo. unde obstinatus animus hoc est obfirmatus. et obstinatio hoc est firmus animorum. et obstinate aduerbium firme. Obstium ueteres modo pro uiolatum, modo pro obliquum usurparunt. Per sto, permaneo, persevero. Cellius. Hoc modo p dius, pernoxq; perstibat. Ex sto. emineo. super sum. Virg. Stant circumsisa pruinis corpora magna bouum, confertoq; agnunt cerui torpent molena, et summus uix cornibus extant. Hinc extare libros. extare opera dicimus, quae non perierunt. Cicero. quae (ut scis) extat oratio. Nam, ut de homine, qui adhuc uiuit, dicimus superest, quasi non est sub terra humanus ita de rebus, extant quasi extra stant, et non intra, atq; in tenebris latent. Ab hoc exta dicitur sunt, quae ex uisceribus sacrificantur dijs, et ex qui-

10  
20  
30  
40  
50  
60

bus haruspices futura praesciunt. dicitur, quod ad hunc usum praesciunt, quae maxime extant, eminentq; propter quod corolum non solebat inter exta numerari. postea pinguitudo illa, quae in summo corde est, laeta exta facit. Ab extis inspicendis extispices dicitur sunt haruspices, et extispicium haruspitium. Prosto modo ante sto, modo prostruo, de quo supra diximus, modo subdor scortandi gratia. Quintil. Iubet prostare gladio cinctum. Praesto interdum facio. Cicero. Emptorem indemnem praestare oportet. Interdum beneficium do. Plyn. Plura hic mihi praestit, quam parentes. Nonnunquam exhibeo. Cicero. Tu talem te praestare debes, ut dignus nostra commendatione fuisse uideare. Aliquando antecello. Sallustius. Omnes homines, qui se se studet praestare ceteris animantibus. Praestat etiam pro melius, atq; utilius est frequentissime usurpatur. Virgil. Praestat trinacry metas lustrare pachini. Hinc quidam Praeneste dicitur uolunt oppidum Italiae urbi uicinum, quod locus, in quo conditum est, montibus praestet. Hoc oppidum a Caeculo Vulcani filio conditum fuit, ut sensisse uideatur. Virgil. Nec Praenestinae fundator defuit urbis, Vulcani genitum peccora inter agrestia regem inuentumq; foci omnis quem credidit aetas Caeculus. Alij hoc oppidum a Praeneste Latini filio, et Vlyssis nepote conditum malunt. Diciturq; hoc Praeneste, et haec Praenestis, unde de ducitur Praenestinus. Item iuris consulti, atque oratores praestare accipiunt pro polliceri, nequid alius fiat in commodi, aut si fiat. satus facere, quod uulgo dicitur cautione dare. a quo praes praedis dicitur, qui populo se obligat, et interrogatus, an praes sit a magistratu, respondet praes, hoc est qui promittit se, si quid incommodi fiat, plene satisfacturum. Cicero. Cum id, quod ab homine non potuerit praestari, euenerit. Praesto etiam aduerbium est, nec ferè cum alio uerbo iungitur, quae cum sum. et apud poetas cum adsum. Proprie autem praestof sum idem, quod praesens sum. Cicero. Quibus quidem omnis sis tu etiam Brute praesto fuisti. Per metaphoram tamen aliquando capitur pro uiuo. Fauo. defendo. Idem ius civile didicit. multum uigilauit. laborauit. praestof multis fuit. Aliquando pro aduenio. Idem. Hirundines aestiuo tempore praestof sunt, hyeme pulse, recedunt. Idem. Stator tuus cum literis mihi praestof fuit. eandem planè significationem habet adsum, de quo paulo post dicemus. A praesto fit praestans, hoc est excellens. Vir. Sūt mihi bus septem praestanti corpore nymphæ. Idem. O praestans animi iuuenis. A quo praestantia, hoc est excellentia, et praestes antistes. Sic enim antiqui praestites, ut nunc antistes. Praestanter quoq; pro excellenter inuenitur. et praestabilis, hoc est praestans. Aliquando praestabile dicitur, quod praestari potest, et praestolor uerbum. praestolari enim is dicitur, qui ante stando ibi moram trahit, quo uult uenturum excipere. Donatus uero praestolari inquit est praesto esse, et parere, hoc est obsequi. Terent. Quem praestolare hic Parmeno? Additq; noue dixisse Terentium quem pro cui. Verum superior opinio magis mihi placet. Reperiturq; frequenter praestolor cum accusatiuo iunctum. Plautus. Dum eum domi praestolor, adolescens aduenit, Apuleius. Equidem magno gaudio eum praestolabar, cum hic rumor increbuit. Item a isto fit compositum insto, quod est insto. urgeo. Plautus. poscit. instat. urget. hominem non sinit quiescere, unde instans momentum temporis dicimus, quod imminet. et instanter, sedulo. et instantia, sedulitas. et instar, quod significat ad similitudinem status, aut conditionis, aut ad aequi parationem. Virg. instar montis equum diuina Palladis arte aedificant, a quo fit uerbum instauratio, quod proprie est renouo, et quasi instar alterius facio. unde instauratio dies dicitur, qui additus est circensibus ad propitiandum Iouem iratum. et instauratio, et redimere gratia, uel renouatio. Quidam ex



recentioribus, ut Solinus, Apuleius, Aurelius, ad instar dixerunt. Solinus mesopotamiam opinet annuam inundationis excessibus ad instar annis aegypti terris superfluis inuicta soli fecunditate. Primus autem Serenus Lyricus ad instar scripsisse memoratur, item ab isto insitor ex eo (ut Valerianus inquit) quod negotio gerendo insitet. Insitor enim dicitur cuiusque negotiationi praepositus. unde non multum facit tabernae sit praepositus, an cuiuslibet alij negotio, cum interdum etiam ad homines honestos afferant merces, et ibi uendant. Nec mutat causam actionis locus emendi uendendive, quibus uestuarij, uel lintearij. hoc est uestium, linteorumque uenditores dant uestem circumferendam, ac distrahendam, quos uulgo circumtores appellamus, etiam insitores uocat. Item muliones. Item si tabernarius seruum suum peregre mitteret ad merces comparandas sibi; mittendas loco insitoris esse putatur. Ouidius. Insitor ad dominam ueniet discinctus emacem. Iuuenalis. Insitor hybernae tegetis, niueiq; caduca. Ab insitor insitoria actio dicitur, qua dominus insitorem conuenit, uel pro insitore conuenitur. Et enim si quis aliquo edificio praeposuerit, uel frumento coemendo, uel pecunijs facerendis, uel agris colendis, uel mercaturis, redempturisque faciendis insolidum teneri, Laeio scribit. Item si quis in mensa seruum praepositum habuit nomine eius teneri. Si libitinarium Polinctorem habuerit, usque mortuum spoliaauerit, dandam in eum insitoriam actionem, quamuis et furti, et iniuriarum actio competeret. Plautus. Anallam quoque pro domina negotiantem insitricem uocat. Vergiliarum quoque sydus insitor uestis dicitur, quod mense Nouembri, cum earum oactus est, ex hoc sydere coniecturam hyemis faciunt. nam si nubilus fuerit Vergiliarum oactus, pluuiofam hyemem denuntiat. ideoque negotiatores statim augent lacernarum pretia, quo genere uestium pluuio tempore utimur. Si uero sereno tempore occiderint, asperitas hyemis denuntiat. itaque reliquarum uestium pretia accendunt. Sic insitor uestis uidetur hoc sydus esse, quod, ut plures, minori ue uendatur uestis, efficiat. Vergiliae autem uocatur, quod uere exoriantur. est enim circa aequinoctium earum ortus matutinus haec a graecis pliaides uocantur a pluralitate. πλειους enim graecae lingua plures dicitur. Plures autem simul apparere manifestum est. Pheriades tradit septem sorores fuisse Lycurgi filias ex Naxo insula, et quia librum educauerunt, a Ioue inter sydera fuisse relatas. Harum nomina putantur. electra. alcone. celeno, merope. asterope. taigete. Maia. quarum septima (ut ait Aratus) uix aeterni potest, propterea quod existimant eam timore Orionis fugisse. Alij solum hanc per se existimant uocantque electram. Sunt qui pudore occultasse se dixerint, et, cum aliae dijs nupsissent, sola electra nupsit mortali. Alij quod electra non ualerit spectare ruinas Troiae, manumque ante oculos opposuerit. Ouidius, pliaides incipiunt humeros releuare paternos, quae septem dia sex tamen esse solent. Seu quod in amplexum sex hinc uenere deorum. Nam steropem marti concubuisse ferunt. Neptuno Alconem, et te formosa celeno Maia, et electram, taigetemque Iouis. Septima mortali merope tibi Sisyphus nupsit, paenitet et facti sola pudore latet. Sine quod Electra troiae spectare ruinas, non tulit, ante oculos, opposuitque manu. Alij has Atlantidis filias esse dixerunt, ex plione nympha genitas. unde sint pliaides appellatae. Item a isto fit substo, hoc est substisto. A quo substantia, quae proprie est, quae per se stat nullis adminiculis sustinetur. uel quae accidenti, seu qualitati substatur, atque substatur, et quasi illi substatur, siue quia illa continetur. Aliquando tamen substantia ponitur pro materia, et quasi essentia, et soliditate, ac neruis cuiusque rei. Plyn. Substantia omnis orationis fuit cohortatio eius ad pacem. Cicero. In his autem causis, ubi aliquid recte factum

defenditur, cum est facti substantia ratio. Quin. prima apud rhetorem elementa, et quae de ipsa rhetorica substantia quaeruntur, tractabimus. idem. Illa autem de qua loquimur rhetorice, talis est, qualis eloquentia. Nam ipsam uolumus significare substantiam. Grammatica quoque hanc duplicem significationem distinguere uidentur, cum aiunt nomnum quaedam esse substantiua, quaedam adiectiua. Rursum nomen ipsum definit, quod significat substantiam, uel qualitatem propriam, uel communem cum casu. Atque hoc nomen qualitas, et infinita huiusmodi non significant substantiam, et tamen substantiua sunt. Ab hac fit substantiale nomen, et substantialiter aduerbiu. Substantia etiam pro facultatibus ponitur. Quin. ut plus substantiae filio relinquere et in sacris literis de filio legitur. Qui consumpsit omnem substantiam. Graeca hanc modo uocabatur, modo uocabatur. Vtriusque enim latinum interpretatur substantia, quamuis sint qui uocabatur substantia, uocabatur essentia uocent. Haec uocabula raro in usu apud ueteres fuerunt. nunc passim omnes usurpant, quod in plerisque alijs contingit. Cicero. Beatitas, et beatitudo dura esse iudicatur, tamen ea putantur usui fieri posse molliora, et beatitas magis latinum esse sensit, quam beatitudo, tamen beatitas repudiata est. Beatitudo recepta in usum. Reatus primus Messalla dixit. munerariu Augustus. piraticis, et nesciam, et fabrica. Quintilianus tempore uix quisque usurpare uidebat. fauorem, et urbanum Cicero noua esse testatur. In epistola quippe ad Brutum. eum inquit amorem, et cum (ut hoc uerbo utar) fauorem in consilium aduocabo. Et ad Appianum pulchrum. Te hominem non solum sapientem, uerum etiam (ut nunc loquimur) urbanu idem putat a Terentio primum dictum obsequiu. Cernicem si Varro credimus primum Hortensius dixit. Veteres pluraliter tantum proferebant, ex quo apparet falsum esse, quod Seruius scripsit, cum Cernix numero singulari dicitur, collum significat. si plurali uero superbi ostendimus. Sic etiam multa, quae olim in usu erant nunc repudiantur. ut ex pectorat, quod ita olim in usu erat, ut nunc exanimat, significabatque ex pectorare extra pectus eicare, quo tamen ego utendum cenfeo, quia do quidem usus est Cicero. Acius. incusant uero fortuna, opibusque omnibus desertum. abiectum. afflictum, et animo ex pectorant. Item Antigerio, quo ueteres pro ualde urbantur, et morsicatum. Plautus. Qui suis libellis morsicatum ludat. Propter quod praecipiant quaedam ita uerbis utendum esse, ut numerus, publicusque moneta. Quod sensisse Caesar uidetur, qui scripsit, tanquam saepulium utendum esse inauditum, atque insolens uerbu. et Hora. cui inquit, ut syluae folijs pronos mutantur in annos, prima cadunt, sic uerborum uetus interit aetas. Et inueniunt ritu florent modo nata, uigentque. Multa uenia sentur quae iam cadere, cadentque. Quae nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus. Quae per se arbitrii est. et uis, et norma loquendi. Equidem ita iudico nouorum optima esse, quae maxime uetera sunt. et ueteru, quae maxime noua. Audendumque tamen aliquid cenfeo eruditus, et uocabula si non noua ponenda deriuanda saltem, flectenda, iungenda, ne sermonis paupertate laboremus, sed latina lingua indies loquiptior fiat. Item a isto supersto, quod modo significat supra aliqd sto. Gellius. Cui sedenti aquila superstaret. modo supersum. Unde superstites dicuntur qui mortuis super sunt. Quintilianus. Vnicui patri meo superstes. id est, defunctae uxore, liberis tamen superstitibus oblectabar. Hinc superstitis per metaphoram antiqui dixerunt sanos, atque incolumes. Terentius Deos quae so, ut sit superstes. Ab hoc fit supersto uerbu, quo ueteres usi fuere pro saluo, et incolume reddo. Ennius. Regnumque nostru, ut possident, superstitentque. Superstitionem quoque a supersto deduci quidam opinantur, quod superstiosus sit superstare, atque immorari sacrificijs.



hoc enim differt religio à superstitione, quod religio nihil aliud est, quam dei cultus. hic uero si nimius sit, ut timeantur potius dii, quam colantur, non religio, sed superstitio est. Nos uero à superstitioe potius superstitutionem dicit Cicero auctore didicimus. Non solum philosophi inquit, uerum etiam maiores nostri superstitutionem à religione separauerunt. Nam qui totos dies praecabantur inquit, et immolabant. ut sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati, uel superstitio dicitur (ut Lucretius refert) quod sit superstantium rerum, id est coelestium, et diuinarum, quae super nos stant, inanis, et superfluus timor. Aliquando etiam superstities pro praesenti accipitur. Plautus. Superstitem utriusq; monui, ne iniussi abeant. Item Disto, quod est differo. Iuuenalis, distat enim quae sidera te excipiunt, modo primos incipientem edere uagitus. Aliquando absum Pliny. Quod arariter quinq; millia passuum distat ab urbe. Hinc fit distantia, quod modo differentiam, modo interuallum significat. Resto quod aliquando est supersum. Terentius, restat Chremes, qui mihi exorandus est. Cicero. Nec cum aequalibus solus, qui pauca admodum restant, sed cum uestra etiam aetate. Virgilius. Aut quid iam mihi sero mihi deniq; restat. Aliquando resisto. Cicero. Nullam quaerentes uoluptatem stoici restant. Quidam illud Virgilij. Cui me moribus de feris hospes. Hoc solum nomen, quoniam de coniuge restat, ita exponunt, ut de duobus nominibus, mariti scilicet, et hospitis unum tantum hospitis, hoc est de coniuge resistit. hoc est repugnat, et contrarium est, cum fidem non serues, quam hospes hospiti debet. Cicero per dextram istam, quam hospes hospiti porrexisti. Ennius Restat usus fuit pro distat, et remotum est. Sunt qui à resto resters dicitur existimant, quod auræ, uentisq; resistant, uel quod quæcumq; ligata stare faciant. Restes enim fines sunt. unde nauticae restes dicuntur fines nauium. Apuleius, resistim, quæ Græbanulus erat intextus, aggreddior ex pedire. Idem. Ut ponderis deductus restis ad ingluuiem astricta spiritus officia discluderet. Consto, quod interdum significat compactus, siue compositus sum. Cicero. Ut hæc elementa ex quibus omnia constant. interdum simul sto. Sallustius. Multitudinem procul hostium constare uiderunt. Aliquando sto, ualeo. Cicero. Quod mihi constare carius, quam si in foro emissem. Nonnunquam etiam constare accipitur pro conuenire. Idem. Adhuc quæ dicta sunt arbutror mihi constare cum ceteris artium scriptoribus. et pro manifestum esse. Idem. Hoc mihi, atq; aduersarijs constat. Plerumq; etiam pro suppeditare. Iuuenalis. Quis ferat uxorem, cui constent omnia? item pro consistere, et firmum esse, ut constat pedibus, constat animo, constat mente. Ab hoc fit constans, hoc est firmus, ac tenax propositi. A quo Constantia animi firmitudo. Horum contraria sunt, inconstans, hoc est leuis, atque instabilis. et inconstantia instabilitas, leuitas. Item ab eodem constanter, atq; inconstanter aduerbia, et propria nomina constant. Constantius Constantinus, et muliebri unum Constantia à Constantino, Constantino polis dicta, quæ olim Byzantium uocabatur. antea lygos nominata inter ponti, ac propontidis angustas liberæ conditionis, chælonia quondam opposito litore ædificata. Sunt etiam qui postulo à porrò, et sto deducunt existimant, quasi ualde sto, quod postulare sit rem debitam, ac istam petendo instare. Curtius. Postulabat autem magis, quam petebat. Hinc fit ex postulo, quod est cum querela apud amicos iusto, et quasi officium amicitiae in alio desidero. Terentius. Quam ipsi fecerunt ultro iniuriam, ex postulant, hoc est de iniuria conqueruntur. sed frequenter post se habet ablatiuum cum præpositione cum, ut Quid habes quod mecum ex postuleris? id est conquereris. Hinc ex postulatio pro querela accipitur. Quidam peto, postulo, et posco ita distinguunt, ut petere

precatio sit. postulare imperio. postulare iure. Ponitur tamen aliquando postulare pro uelle. Plautus. Hos tibi mores esse. hanc uitam postularem. Item postulare (ut Valerianus inquit) est desiderium suum, uel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere. uel alterius iudicia contradicere. Postulatio, et ex postulatio differunt. nam ex postulatio apud eum fit, qui fecit iniuriam. Postulatio est querela de altero apud alterum. Item postilena à post, et stando dicitur. quod stet à parte posteriori. Est enim postilena incuruum lignum, quod sub a sinu, aut iuuenti cauda ponitur. Plautus. ita te à gerunda curuum aqua faciam, ut postilena possit ex te fieri. Destino quoq; à de, et sto compositum uideatur, quod est delibero. affliguo. deputo. addico quasi stare facio. Virgilius. Compositam rupit uocem, et me desinat aræ. Iuuenalis. Laudo tamen uacuis quod sedem figere Cumus desinet. Hinc destinatio fit, hoc est deliberatio. additio. deputatio. Unde prædestinatione theologi nostri uocant providentiæ dei in malam partem, cum in bonam partem providentiæ uocabulo semper utantur. Destinare etiam aliquando pro emere usurpatur. Lucretius. Facio ab le none tribus ut libertatem millibus desinet. idem significat, et ab eodem deducitur perstino. Apuleius. Et percunctato pretio quod centum numis indicaret aspernatus, uiginti denarijs perstinui. Posticum quoq; à post stando uocatum existimant, hostium est in posteriori parte ædium. Veteres tamen etiam uicinum habitantem ad posteriorem partem ædium sic appellauerunt. item hostium ipsum postica feminino genere dicitur. A quo fit diminutiuum posticula. Apuleius. Per quandam breuem posticulam intro uocat me. Postica etiam pars cæli est, de qua supra diximus. item postica linea in agris diuidendis, quæ ab oriente ad occidentem spectat. Omnia deniq; quæ post nos sunt, postica dicuntur. sicut quæ ante nos sunt, appellantur antica. item postes, quod post hostia stent dictos arbitrantur. sunt autem ualuae hostiorum. Virgilius. Belliferratos rupit Saturnia postes. item à stando, et sole fit aliud compositum solstitium, quæ si solis statio, de quo inferius dicemus, et à iure, et stando iustitium quasi iuris statio, quando uel propter supplicationem populi, uel propter aliquam imminentem reip. necessitatem non dicitur, sed claudatur forum. Lilius. iustitium edicit, claudat tabernas tota urbe iubet, uetat quæquam priuatae quicquid rei agere. In hæc præpositio in aliquando significat in loco, et ponitur pro in. Græca præpositione, tuncq; requirit ablatiuum. Cicero. Cum proconsul in Asia esset. Aliquando significat ad locum, et ponitur pro ad, requiritq; accusatiuum. Virgilius. Quò te Mæri pedes, an quò uia duat, in urbem? Nonnunquam significat contra, quod græca dicunt uarò. Idem. Quid meus Aeneas in te committere tantum, quid Troes potuerit modo ergi. siue pro. idem. Accipit in Teucros animi, mentemq; benignam, interdum ad. idem impulit in latus. Lucanus. in puppim rediere rates. Quandoq; intra. Plautus. induc ista in donum. Plerumque usq; ad Martia. in lucem semper acerra bibit, hoc est usq; ad lucem. illud notandum quod in re tua est significat pro utilitate tua, sicut ab re tua contra utilitatem tuam. item in marmore in asie sunt literæ dicimus. in gemma. in lapide. in ligno. non autem in marmor. in gemmam in lapidem. in lignum. E contrario in as non in ere. ita enim ufos ferè auctores inuenimus. Lilius. Priusquam urbem ingrederetur, leges decem uales, quibus duodecim tabulis est nomen, in as incisas in publico proposuerunt. item in compositioe in, aliquando priuatiua est, ut inductus. impurus. iniustus. impius. Modo intentiua, ut in primo. irrumpo. in pugno. irrideo. Aliquando simplicis sui significationem seruat. et significat in loco, ut in sum. in pono. Aliquando ad locum, ut in fe-



ro. importo. Aliquando intra, uel intro, ut induco. in gredior. Aliquando contra, ut insulto. impugno. Ab in deducitur inde, ut inde hæc omnia mala fluxerunt. A quo deinde id est postea, & perinde, quod aliquando significat, ita quando scilicet post se habet ac, uel acsi, uel atq; uel atquesi, ut fac perinde, ac si tua res esset, id est quasi, uel ita, & aliquando tantum, cum negatio adest. Suetonius. Nulla tamen re perinde motus, quam re sponso mathematici. Quod si nec, acsi, uel atquesi, uel negatio sequatur, significat ita, quod est multum. idem, Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. Et proinde quod significat ideo, uel quapropter. Semper enim dependet à superiore sententia, & subinde quod aliquando pro deinde, uel statim post usurpatur. Curtius. Hinc subinde armatus in medium profiliit. Hora, si dicit recte primum gaudere subinde præceptum auricularis hoc insillare memento. Frequentissime tamen subinde accipitur pro idēdem, hoc est crebro, cum quodā intervallo. Plyn. Tales tum etiā uiatores erant, quibus id ipsum nomen inditum est. subinde ex agris Senatum, ducēq; accersentibus. At nunc eadem illa uinēt pedes, damnatæ manus. inscripti nullus exercent. Item ab in fit dein pro deinde, sicut proin, et subin, pro proinde, et subinde. à quo deinceps, quod aliquādo accipitur pro deinde. Proprie tamen significat gradatim, quasi per singula accipit. Vnde ueteres deinceps proximum quēq; accipit dicebant, quem admodum principē primum accipit. Cicero. Sed tamē tres fratres summo loco natos, promptos nō indifertos, quos uideo deinceps tribunos plebis per triennium fore, te nolo habere iratos. Idem. Rhodium quendam morientem sex æquales nominaſſe, & dixiſſe, qui primus eorum, qui secundus, qui deinde, qui deinceps moriturus esset. Exinde quoq; & Exin ab eodem deducuntur, & significat deinde. Sunt tamen qui inde non ab in, sed ab is pronomine deductū existiment. Item ab in fit aduerbium inus, quod in loco significat. Plau. Quis inus est? A quo induſum uestis genus, quasi inusium, de quo inferius differemus. & intro quod ad locū. Terē. V os istæc intro auferte, et inter, quod significat. Metragō, Cellius inter os, & offam multa interuenire possunt. aliquando tamen pro propter accipitur. Virg. Hunc inter flumini Tyberinus amano. Ab hoc fiunt inter hæc, & interea, et interim aduerbia eiusdem significationis. Interim tamen uoumūquā accipitur pro aliquando. Quinilianus. Prima barbarism, ac solocasm fixditis absit, sed quia interim excusantur hæc uitia aut consuetudine, aut autoritate, aut uetustate, aut deniq; uicinitate uirtutum acriter se in illud tenuē discrimen grammatice intendat. Idē. Et quod aliās uitiosum est, interim rectum est. Infinita præterea ab inter composita fiunt, ut internuntius. interatpedo. interuallum. interpres, et similia. Item ab in deriuatur intra. Lucretius, intra castrorum timuit tentoria ductor. intera diem mortis, ut aliquid fiat, si quis dixerit, ipse quoq; dies (ut inquit Vlpianus) in quo quis mortuus fuerit, numeratur. intra. atra. ultra. quibus uocibus certi locorum fines demonstrantur singularibus syllabis. apud ueteres proferebantur, in cir. uls. quibus particulis, quoniam exiguo sonitu obscurius promebantur, addita est eadem syllaba tra, dicitq; cœptum est intra. atra. ultra. Itaq; intra idem significat, quod in, ut intra oppidum. intra cubiculum. intra tentorium significat in oppido. in cubiculo. in tentorio. intra calēdas. intra ferias. hoc est in calēdis. in feriis. Sed consuetudo obtinuit, ut intra significat interdum id, quod atra, & ante. Cicero Sed tamen quoniam effugi eius occasione, qui fortasse arbitraretur me hanc rem non putare, si perpetuo tacere, modice hoc faciam, aut etiam intra modū, ut & illius uoluntati, & meis studiis seruiam. modice inquit hoc est, cum modo. intra modum. id est intra mo-

dum, hoc est minus, quā modice. Ab intra deriuatur intrinsecus aduerbium sicut ab extra extrinsecus. Item ab intra antiqui interos dicebant, sicut nunc ab extra dicimus exteros. Ab illo fit interior comparatiuum, & intimus superlatiuum, & interius, atq; intime aduerbia. Ab hoc exterior. extimus. exterrius. Extime. Item ab intra. internus, & interaneus, & interne. Ab extra exterrus, et exterraneus, et externe. Illa significat, quæ intus sunt, et secreta, hæc quæ foris, & palam sunt. Itē externi, et exterranei dicuntur aduenæ, quasi ex aliena terra, sicut conterranei, qui sunt ex eadem terra. Plyn. Ut obijcere moliar Catullum conterraneum meū. Item ab intra introrsum, ab extra extorsum, quæ significat intra uersus, uel extra uersus. Item ab intra, intraneus. ab extra extraneus. Postremo ab itra intro intras. ab extra extro extras. A franius, simul limen intrabo, illi extrabunt illico, hoc est exhibunt. Ab his intrarij dicuntur, qui intus sunt. Plau. Caros mihi atq; intrarios amicos, extrarij alieni. A franius, ut me esse in hac re ductat abste extrarium. Pompeius extrarium, ab extraneo ita distinguit, ut extrarius sit, qui extra focum, sacramentū, usq; est. extraneus ex altera terra, quasi exterraneus. Extraneus tamen etiā is uocatur, qui ante tempus natus, uel potius eiectus est, dictus exterraneus, quod enim mater externis eiecerit. Ab extra quoq; extremus deriuatur. Significat autem extremum modo initium alicuius rei. Plau. Ab extremo narrare incipiam, hoc est à principio. Sic Virg. Et tu sanguinis ultimus auctor, id est primus, modo finem. Idem. Extremum huc Arctusa mihi concede laborem. Idem. Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis. Ponitur etiam aliquando pro seuo. pessimo. Idem. Illam terra parens ira irritata deorum, extremam (ut perhibent) Cæo, Encladōq; sororem progeniuit. Extremam inquit, hoc est pessimam, quod non sine ratione esse uidetur, quando quidem medici affirmant deteriores esse, qui ultimi nascuntur. Ab intra quoq; intestinus dicimus, quod significat intimum. à quo intestina illa dicuntur, quod interiori corporis parte clauduntur. Item intestinum odium, uel oculum, uel magnum, hoc est cor, et animum premens. Item industrius, quod ueteres industruum dicebant, quod quicquid ageret, intro strueret, & studeret domi. Est enim industrius, studiosus. uigilans. callidus. A quo industria. studium. uigilantia. calliditas. Item induſum uestis genus. de quo inferius dicemus. A quo induſtatus dicitur, qui huiusmodi uestem indutus est. Priete rea ab in fit infra. A quo inferus cuius comparatiuum, inferior, et superlatiuum, infimus. Teren. Ego te esse infra omnes infimos puto. Item aduerbia inferius, & infime. Hinc inferi dicit, quibus nihil est inferius. Et infernus adiectiuum, qui infra est, sicut supernus, qui supra. A quo inferne aduerbium, & infernas infernatis sicut supernas supernatis. Plyn. & ideo Romæ infernas abies supernati præfertur. Et infernus inferorū locus. A quo infernalis, & infernales feriae, & inferne sacra mortuorum, quæ inferis soluuntur, & inferum mare tyrrhenum, sicut superum Adriaticum, quod ex urbe Roma uersus Adriaticum euntes ferè semper ascendunt, quousq; transierint Apenninum, & contra ad urbem, & mare thyscum uenientes descendunt. Sunt qui insulam quoq; ab infra dictam putant, propter uitas, quæ ex ea inferius pendent. Est autem insula in modum diadematis, à qua uitæ ab utraq; parte dependent. VRBE. Roma scilicet Vrbe cū dicimus, per Antonomasiam intelligimus Romam, nam proprie hæc urbs dicta est, cætera hæc una excepta oppida sunt uocata, uel ab ope, quod opis causa moribus anguntur, uel ab opere, quod opus sunt ad uitam gerendam, uel ab opponendo se hostibus, uel ab opibus. huius enim rei gratia moria constituta sunt, ut homines opes suas

co conferrent.



ed conferrent ubi nullum esset hostium periculum. Ab oppido oppidani dicti sunt incolae oppidorum. Et oppidatum aduerbium, quod significat per uaria oppida. Item aliud aduerbium oppido, quod significat ualde multum. Plautus, Oppido interij obsecro hercle. quantus, quam ualidus est. ex eo originem habet hoc uerbum. rustici inter se confabulantes, quantum quisque frumenti faceret, quoties copiam, atque abundantiam eius significare uolebant, dicere soliti erant, quantum oppido satis esset. Hinc uenit in consuetudinem, ut de quacunque re loquentes, oppido pro ualde multum capiamus. Aliquando cum quis iungitur, sicut prepositio per. Gellius, Oppidoquam libens id fecit. Caesar, Quibus rebus oppidoquam pauca sub pellibus acquiescebant. oppidum locus quoque in arce erat, unde quadriga emittebantur. Vrbis autem ab uruo dicta est, quod antiqui etrusco ritu iunctis bobus tauro, et uacca, interiore aratro circumagebant sulcum, intra quem urbem edificarent. hoc faciabant religionis gratia die auspiciato, ut urbs fossa, muroque munita esset, et locum unde terram fodissent fossam uocabant. Et interior sum factum murum. Alij ab orbe, et uruo appellatam urbem opinantur, quod sulcus in orbem duceretur, urui aratri curuatura dicitur a quo Urinare tractum, siue urinari, quod non est urinam facere, ut falso ignarum uulgus existimat, sed in aquam mergi, et natando emergere. nam et Urinum ita flexum deorsum est, ut redeat sursum. Urinare ergo dictum, quasi ad similitudinem urui nare, hoc est natare. Plyn. Canicularum multitudo circa eas urinantem graui periculo infestat. Hinc urinatores appellati teste Calistrato, qui merces e mari extrahunt leuandi nauis gratia iactatas. Et urna dicta, quod in aqua haurienda urinat, quemadmodum urinator facit, hoc est mergitur, atque emergit. uas quippe aquarium est, cuius diminutiuum, urinula, a quo urinarium uocatur mensa quadrata, in qua urna cum aqua ponuntur, et urceus (ut Paulus iuriconsul. affirmat) uas, quo aqua in ahenum infunditur. cuius diminutiuum est urceolus. Urina uero quid sit, et unde dicitur in feruis dicimus. Vrbis a ciuitate ita distinguitur, quod urbs moenia ipsa significat. Virgilius, Vrbis antiqua fuit, tyrii tenuere coloni Carthago. ciuitas. colonos, qui ciues dicitur. A pulcius, Quod omnis ciuitas approbavit. Item ius ciuicum. Cicero, Qui ciuitate donatus est. Aliquando tamen haec confunduntur, et modo contentum pro continente ponitur. Seneca, Cui plerisque ciuitates uiderimus terrae motu funditus collapsas. modo continens pro contento. Virgilius, innadunt urbem somno, uinoque sepulchram. Ciuitas a ciuibus appellata est, quasi ciuicum multitudo. Ciues autem dicti a coeundo, quod uinculo quodam societatis in unum ueant ceterum, et sub legibus uiuant. Ab hoc fit ciuile, quod ad ciues pertinet. Unde ciuile odium, ciuile discordias, et ius ciuile dicimus, et aduerbium ciuiler, et ciuilitas nomen, quasi ciuile mos, et ciuicus ad ciues spectans, a quo ciuica corona, quae a ciuis ciui, a quo seruatus fuisse, in praelio testem uitae salutisque perceptorae dare solebat ex fronde querna, quoniam abus, uictusque, antiquissimus e quercu capi consueuerat. Item a ciue concius dictus est, qui ex eadem, qua ego, ciuitate est. Sicut conterraneus, qui ex eadem, qua ego terra, uel territorio est. Terra enim maior est, quam urbs, oppidumque, cuius habitatores uocantur ciues, poniturque pro territorio, et pro regione, siue prouincia, ut supra diximus. Ab urbe suburbia dicuntur duntaxat plurali numero, frequentes extra urbem domus in strata uia urbana. Vicus proprie pars urbis est. quippe Vrbis in uicos, quasi in minima membra diuiditur. ut sunt suburbia, atrinae, esquilinae. Nam regiones in urbe Roma circa uicini fuerunt, quarum hodie tredecim duntaxat seruant nomina, dictae regiones a similitudine earum regionum, in quas orbis

diuiditur, de quibus supra diximus. Vicus appellatus, quod uias circum haberet. uia et olim, et nunc supra mille. Extra urbem ergo frequentes uillae, ac frequentes domus in strata uia urbana suburbia appellantur. Item uia. Luuius, incendijs deinde non uillarum modo, sed etiam uicorum, quibus frequenter habitabant Sabini exati. A suburbio fit suburbanum, quod si significat praedium in suburbis, et suburbanum meum, et suburbana mea, si plura sunt. Talia sunt, cum dicimus in Cumano meo in Tusculano praedio tuo in Pompeiano a gro Varronis. dicitur etiam Vicus paganus, si plures simul uillae, quae et pagi dicuntur, hoc est plures rusticae domus coniunctae sint, et aliquo spatio remotae ab urbe, dummodo non sint clausae moenibus. Nam, si moenibus clausae fuerint, castella uocantur a Castro, quod significat locum muris munitum, et castello maius est, minus oppido, quod uis castellum aquae receptaculum dicitur, quod locus opportunus fit, ut si aquae exhaustae solis ardoribus fuerint, aut uenas sitiens terra consumpserit nihil minus de receptaculis, hoc est castellis aqua ministretur. Frontinus, Omne plumbum, et omnes impense ad aqueductus, et castella, et lacus pertinentes inde erogantur. castrum a casa deducitur, quod sit coniunctio quaedam casarum. Nam in plurali castra locus est, ubi milites tentoria figunt, a castris similitudine, quod fossa, ualloque, quasi muro circumdari solent, a quo castrisense dicitur quicquid ad castra pertinet. unde castrisense labor. castrisense curiae. castrisense uigiliae. castrisense prouilegium. Hinc castrisense peculium uocat Marcellus iuriconsul. quod a parentibus uel cognatis in militia agenti donatum est, uel quod filius familias, in militia acquisiuit, quod nisi militaret, acquisiturus non fuisset, et quasi castrisense bona dicuntur, quae licet in militia a filio familias non acquirantur. ita tamen sunt illius, ac si acquisita in militia fuissent, ut sunt ea, quae ex officijs acquiruntur. Item a castris, siue castris pro castris dicitur sunt munimenta quaedam, quae sunt ante moenia castrorum, siue ante castra. Quaedam etiam pro castris aditum, et ueluti portam castrorum appellauerunt. a castello dicuntur castrisellani, sicut ab oppido oppidani. Item a uico uicini, non tam hi, qui eundem incolunt locum, quam qui prope domum nostram habitant. Hinc uicinia deducitur, et conuicinium, ubi plures inter se uicini sunt. et uicinitas pro propinquitate uicinarum, nonnunquam pro uicinarum multitudine, ut laudanda est, uel potius amanda uicinitas. Item uicinitas per uarios uicos. haec enim ferè omnia, quae in tim desinunt huiusmodi significationem habent, ut oppidatum per uaria oppida. ceteruam. Gregatim, Manipulatim, turmatim, per diuersas ceteruas. diuersos greges. diuersos manipulos. diuersas turmas. Domestatum regionatum. Municipatum, prouinciatim, per uarias domos. uarias urbis Romae regiones. uaria municipia. uarias prouincias. Nominatim per nomina singulorum, quamuis et de uno dicitur Plau. Nominatim quis fuerit ex prome, quemadmodum uiritim per singula capita uirorum. ut Cracchus diuidebat uiritim semodia frumenti. et aliquando de uno dicitur. Curtius. Si quis uiritim dimicare uellet, prouocauit. Guttatim per singulas guttas. Plau. Aedepol cor miserum meum quidem guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem. nam gutta minima pars aquae dicitur, aut alterius liquoris, hoc est stilla. Unde gutturnium dicitur uas, ex quo aqua in manus datur, ab eo, quod propter angustias guttatim fluat. et guttum uasculum, in quo odorifera unguenta seruantur, quod inde guttatim sumantur unguenta. genus etiam poculi guttus erat, quo in sacrificijs utebantur. A gutta fit guttula diminutiuum. et a guttus guttulus. Plau. Vt guttulam hauriret ex guttulo. nebra tim per membra. Caesim per inuasionem gladij. Punctim per



punctiones, in fixationibusque gladij, siue incidendo, et pungendo. Strictim singula stringendo. carptim hinc, atque illinc sine aliquo ordine decerpendo. Tractim trahendo, ut series non interrumpatur. Generatim per singula genera. Virgilius, Generatim disce cilius. Speciatim per singulas species, differunt a generaliter, et specialiter, quae significant omnia simul sub uno genere, aut una specie complectendo. Summatim per singulas summas. Aliquando tamen dicimus generatim, et summatim, et speciatim non per singulas summas, et singula genera, et singulas species, sed per unam, unum, uel, ut dicam de hac re summatim. Cicero, in finium mihi uidetur id dicere, in quo aliquid generatim quaeretur, hoc modo ex petenda ne esset eloquentia, ex petendi honores. Aliquando tamen huiusmodi aduerbia nihil ab alijs aduerbijs differunt, ut priuatim nihil differt a priuate, nec separatim a separate, nec properatim a properanter, nec dissimulatim a dissimulanter, nec ubertim a copiose, nec affatim ab abundanter, siue abunde, nec raptim a festinater, nec cursim a curredo. Urbium, siue oppidorum aliae sui iuris sunt, nec quicquam commune cum alijs habent, aliae coloniae. aliae municipia. sui iuris sunt, ut Roma. Carthago. Thebae. Athenae. coloniae dicuntur, quae non ueniunt extrinsecus in ciuitatem, nec proprijs radicibus nituntur, sed quasi ex ciuitate propaent, iura, institutaque populi Romani, non proprijs arbitrij habent, ut Bononia. Fesulae coloniae sunt, quae conditio licet magis obnoxia, et minus libera uideatur, quam ceterorum oppidorum, potior tamen, ac praestabilior existimatur, propter amplitudinem maiestatemque populi Romani, cuius huiusmodi coloniae, quasi effigies paruae, et ueluti quaedam simulachra esse uidentur, unde a colendo coloniae uocantur, quod populum Romanum colerent, uel quod ad eas colendas Romani proficiscerentur. Municipia autem uocabantur, quae aliunde ueniebant in ciuitatem, et cum suo iure uiuerent, numeribus tamen populi Romani, honoribusque frangebantur. a quo munere capessendo nomen sibi uidebantur, nullis alijs necessitatibus, neque populi Romani legibus astricta. Eorum incolae municipes uocati sunt. Primos autem municipales sine suffragij iure ceteris factos fuisse constat, concessumque illis, ut ciuitatis quidem Romanae honorem caperent, sed negotijs, oneribusque uacarent, pro saeuis bello gallico receptis, ac custoditis. Hinc tabulae ceteris appellatae, in quas Censores referri iubebant, quos nota causa, suffragijs priuabant. Quidam etiam caerimoniae ab his putant appellatas, quamuis alij a carendo dictas malint, quemadmodum inferius dicimus. De his Strabo ita scribit, caerites captae urbe Roma redeuntibus gallos in sabinis, aggressi praelio, armisque fuderunt, et spolia, quae a Romanis sponte offerentibus acceperant, ab iniuitis ipsi eripuerunt. Praeterea eos, qui ad se urbe captae confugerant beneficijs affectos benigne exceperunt, simulque aeternum, atque inextinctum ignem, sacerdotesque uestales summo studio protexere. cuius beneficij Romani sane paruum memores uidentur fuisse. Nam, cum eos ciuitate donassent, suffragiorum tamen iure frangi noluerunt, quos aliqua causa suffragijs priuabant, ad caeritum tabulas iubebant referri. hunc locum, quam in eo in latium uerterit Strabonis interpretis, operae pretium est uidere. Care oppidum fuit Thusciae non longe a Tarquinij, quondam Agilla nominabatur, quae a pelagis est Thessalia profectis condita fertur. Verum, cum Lydis, quos postea tyrrhenos uocauerunt, aduersus Agillinos bellum gerentibus, quidam murum subiens urbis nomen per contritus fuisse responsum est a quodam Thessalo e muro χαῖροι, quod significat salue, quo ueluti bono omne a Thuscis accepto. captae urbem mutato priori nomine Care uocauerunt, a quo Caerites dicti, et caeritana balnea. Caerium uero Umbriae oppidum est

inter Spoletum, ac Nursiam, a quo Caeretani appellatur, totum orbem uano quodam ac turpi superstitionis genere ludificantes, ob quam causam ferè continue peregrinantur, familia, atque uxoribus domi relictis. Municipiorum iuram penitus oblitterata sunt. Municipem (ut Vlpianus inquit) facit aut ciuitas, aut manumissio, aut adoptio, quoniam municipis, et qui liber in municipio natus est, dicitur, et qui in municipio a seruitute se liberauit, et qui in ciuitatem quancumque asatus est. proprie tamen municipales dicuntur, qui in ciuitatem Romanam recepti numerum participes fiunt. Sed abusiue nunc municipales dicimus sua cuiusque ciuitatis ciues, ut puta. Caeranos. Puteolanos. Neapolitanos. a quo municipalia sacra uocabantur, quae ante urbem conditam colebantur, et municipale urbanum, et a municipio municipaliter dicimus, quemadmodum a ciue ciuiter. Ab urbe sit suburbium, de quo postea dicemus. Et urbis. urbia. urbicum. quod significat quicquid ad urbem pertinet, sicut rusticus rustica rusticum, quod pertinet ad rus, unde rusticum poetam, et urbicum poetam dicimus, rusticum domum, et urbicum domum. Martialis, Quod non optimus urbis poeta. Gellius, Si quod autem posset remedium esse, ut ne tam assidue domus Romae arderent, ueniam hercle dedissem res rusticas, et urbis emissem. Item urbanus urbana urbanum, quod modo eandem significationem habet, quam Urbicus, unde urbanas tribus appellabant, in quas urbs a Seruio Tullo Romanorum rege dispartita fuerat, ut Suburra. Pallatina. exquilina. collina, et alia huiusmodi. quamuis a principio in tres tantum tribus diuisa urbs fuerit, ut postea docuimus. Item praedia urbana. mores urbanus. cariae urbanae, et similia, unde suburbium, et anteurbanum deriuantur, de quibus inferius dicimus. modo urbanum dicimus cultum, atque disertum, hoc est cui, qui in uerbis, et sono, et usu proprium quendam praese fert urbis gestum, et sumptum ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem. denique cui contrarius est rusticus, hoc est ineptus, et barbare loquens, et hoc differt a diaeci, quod diaeci est cuius sermo cum rursu aliquem incesit, ideo Demosthenem urbanum fuisse dicunt, diaecem negant. A diaeci diaeculus deducitur. a quo aduerbium diaecale. Apuleius, Eadem amatoris sui uxorem, quod in eam diaecale probum dixerat. perpetua praegnatione damnauit. Quemadmodum autem urbanum, et diaecem hominem dicimus, ita urbanum, et diaecem sermonem, unde urbanitas, et diaecitas tam de homine, quam de oratione dicitur. eodem modo uenustus homo. et uenusta oratio. lepidus homo, et lepidus oratio. falsus homo, et falsa oratio. insulsus homo, et insulsa oratio. facetus homo, et faceta oratio. iocosus homo, et iocosa oratio. et uenustus. lepor. sales. insulstas. facetiae. uocantur tam de homine, quam de oratione dicuntur. Haec autem ita inter se differunt, quod uenustum uocamus, quod cum gratia quadam, et uenere dicitur. Lepidum quod rotunditate quadam, et breuitate, et quasi celeritate, atque acuminis uerborum uenustum est. Quae propter Laetius uir doctrina excellens quemadmodum id animal, quod lepus uocatur, a leuitate pedum dictum existimat. ita enim leporem in oratione a pedum suorum leuitate putat appellatum. habet enim oratio quoque suos pedes siue soluta, siue numerosa sit. A lepto fit lepidior, lepidissimus, lepede, illepidus, illepidior, illepidissimus. illepede. lepiditas, illepiditas. Salsum in consuetudine pro ridiculo tantum capimus, quamuis non utique hoc sit, licet ridicula oporteat esse salsa, nam Cicero. Omne quod salsum est, aut esse atticorum, non quia sunt maxime compositi. et Catullus, cui dicit, Nulla in tam magno est corpore mica salis, hoc dicit nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum ergo erit, quicquid non erit



erit iſuſum, uelut quoddam ſimplex orationis condimentum, quod latente iudicio ueluti palato ſentitur, excitatq; & à tædio defendit orationem. factum non tantum circa ridicula conſiſtit, cum dicat Horatius factum Catoni genus natura conſeſſum eſſe. Virgilius decens, ſed ex cultæ cuiuſdam elegantiæ hæc appellatio eſt. Itaq; in epistoſis Cicero hæc Bruti uerba refert. Nec ulli ſunt pedes facti, ac delitijs ingrediendi mollius. iocis uocamus, quod eſt contrarium ſerio. Nam & fingere, & terre re, & promittere, aliquando iocis eſt. Ab Urbano urbane ad uerbum deducitur, hoc eſt culte. eleganter, & urbanitatem pro urbane. modeſte. Pomponius. Ego ruſticitatem tantam, urbanitatem neſcio. Cæterum quam nos urbem uocamus græci πόλις appellant. Quamuis πόλις non modo urbem, ſed etiam ciuitatem ſignificet. Vnde politicus ciuiliſ dicitur, & Conſtantinopolis Conſtantini urbs. Neapolis noua urbs. metropolis mater urbs, hoc eſt cæterarum urbium caput. Item polio uerbuſ, quod eſt colo. orno, & quaſi urbano, & politico more, qui ruſtici contrarius eſt, compoſo. Hinc politum dicimus cultum. ornatum, & ad nitorem deductum. & polite culte. ornate, & politior, poliſſimus. politius. poliſſime. & politule diminutiuum, quo utitur Plautus, Et politiones a grorum cultus diligentes, ſicut politiones ueſtimentorum hoc eſt munditiæ, & cultus. & polimenta teſtuli porcorum, cum caſtrantur, quod ad ſimilitudinem ueſtium poliuntur, & de polio compoſitum, quod modo polio ſignificat, modo perficio, unde de politum perfectum dicimus, quoniam omnes perfectioes antiqui politiones appellabant. Polit tamen aliquando ueteres ſcripſere pro eo, quod eſt pila ludit. Atq; ut cætera ad urbem pertinentia obiter dicantur, moenia ſunt proprie quæ urbem cingunt. Virgilius, Et moenia pandimus urbis. Si ſignificant tamen & alia ædificia. Plautus, Prohibentq; moenia alia. unde ego ſungar mea, & à muniendo dicta ſunt moenia, quaſi munia. Vt ceteros enim & u indifferenter ponebant. Vnde, Pœnio pro pumio dixere. & mœrus, pro murus. Virgilius, Atq; iſtis prælia miſcent aggeribus mœrorum. A mœnibus ſummanium, quaſi ſubmœnium dictum, quod ſub mœnibus urbis eſſet. à quo ſummanianum, de quibus alibi dicimus. Meniana uero non à mœnibus dicta, ſed à Menio quodam, qui primus id generis ædificij inuenit extenſis tignis ultra columnas, quo ſuperiora ampliantur, uulgo nunc quoque Meniana, ſiue Podioli dicuntur. Suetonio. Pauci à proximis Menianis ſpectabant. murus quoque à muniendo ſimiliter dictus eſt, ut Varro affirmat. à quo muralis corona appellatur, qua donari ſolebat ab imperatore, qui primus murum ſubiſſet, et in hoſtium oppidum per uim aſcēdiſſet. hæc aurea dari ſolebat. Et proximum pontificale pomerium proximi muri. & murus Auentinus mons, quod eſt lapidibus, & ueluti muro conſtaret. à quo Mureia dea cuius ſacellum ſub Auentino monte erat, et Murrilſionia ſouit (ut quidam putant) cum quibus de muro pugnant. Erant enim ad hoc ipſum apta. Muria uero, ſiue muries non à muro, ſed à mari (ut quidam exiſtimate) deducitur. Eſt enim, aqua falſamentorum. Murrhina uero, ſiue murrhina uina dicuntur, quæ myrrha condita ſunt. Laudatiſſima enim apud priſcos ſuere uina myrrhæ odore condita, quibus & calanus odoratus addi ſolebat. Fabius, Mittebant uinum pulchrum murrhinuſ. Idē, Panem, & polentam. uinum murrhinum. Plautus, Quod ſi opus eſt, ut dulce promant idem, ecquid habeant roga myrrhinum. paſſum, de frutum mella. idem, Vinum & myrrhatum dicebatur, & myrrhata, ſiue murrhata potio, & (ut Varro teſtat) murrhiola. Myrrha arbuſcula eſt in Arabia præcipue naſcens altitudo ei ad quinque cubita, nec ſine ſpina, caudice duro, & intorto, craſſioreq; quam Thuris, corticem lenem

habet, ſimilem q; unedoni. folium rotundius, ſed ſapore Tuniperi. Inciduntur bis iſdem temporibus, quibus thus. Sudant autem ſponte, prius quàm inciduntur. Sten dictam, cui nulla præfertur. Fuit autem Myrrha Cinaræ cypriorum regis filia, quæ patris amore capta clam cum eo concubuit, quapropter perſequentem agnitam patre, in arborem ſui nominis conuerſa eſt. Item murrhina uafa dicuntur ex gemma, quæ murrha appellatur. hanc oriens mittit, præcipueq; in ſignia quædam loca parthici regni, & Carmania humorem putant eſſe calore ſub terra denſatum. Splendor huic ſine uiribus, nitorq; uerius, quam ſplendor, ſed in præcio eſt colorum uarietas circumaggentibus ſe ſubinde maculis in purpuram, candoremq; & tertium, qui fit ex utroq; ſunt qui maxime in his laudent extremitates, et quosdam coloris repercuſſus, quales in cœleſti arcu ſpectantur, his macule pingues placent. tranſlucere quicquam, uel pallore uinum eſt. T. Petronius iuriſconſultus mortuus, inuidia Neronis principis, ut menſam eius exheredaret, trullam murrhinam CCC ſeſtertij emptam fregit. Sed Nero (ut par erat principem) CCCC ſeſtertij fragmenta emit, & cape dinem unam parauit, qua potaret. et muralis herba, quæ uulgo uitreolum dicitur, quod uafa mirum in modum conſtricta purificat. Ideo Vreolaris à ueteribus dicta eadem parietaria uocatur, quod in muris, ſiue parietibus frequenter naſcitur, et perdicum, quoniam perditæ ea præcipue uel ſcantur, & helxine ἀπό τοῦ ἕλκω, id eſt traho, quoniam cauliculos denſos leuiter rubentes habet, & ſemina in capibus lappaceis, quæ ueſtibus adhæreſcunt. & Parthenium, quod uirgineum ſignificat, cuius nominis hæc ratio eſt, quod uernula quidam Periclis Athenienſium principis nomine Splanchnoptes, cum forte reſpiſſet ſupra altitudinem templi, quod tum Pericles in arce ædificabat, & inde cecidiſſet, hæc herba dicitur ſanatus morſtrata Pericli in ſomnis, à Minerva, quæ græce παρθίος, hoc eſt uirgo appellatur, hinc eſt uernula, & nobilis ille ſplanchnoptes cuius effigies ex ære ſiſa inter præclara opificij opera connumerata ſuit. Herbam hanc uarijs ægritudinibus utilem eſſe conſtat, ſed in primis contra ulcera rupe, laſusq; et præcipua, ac uehiculorum euerſiones ſingulariter. Magna ueritas contra tertianas ſiniſtra manu euelli eam iubet, dicq; cuius cauſa euellatur nec reſpicere. dein eius folium ægri lingue ſubijcere, ut mox in cyatho aquæ deuoretur. A παρθίος parthenius etiam, Hoc eſt uirgineus mons dictus Arcadiæ à uirginibus, quæ in eo uenari frequenter ſolebant. Eſt etiam Parthenius paphlagonum flumens. Paphlagonες populi e Paphlagonia minoris Aſiæ prouincia. Item Parthenope proprium nomen unius ex ſirenibus, à qua præclara urbs campaniæ, quæ nunc Neapolis dicitur, nomen ſumpſit. hanc Cumani à parentibus diſgreſſi condidiſſe produntur, qui, cum in eo loco, parthenopes corpus in ueteri monumento conditum reperiſſent nomē eius urbi indidit. Sed poſtquam ob locorum ubertatem, atq; amœnitatem maiorem in modum frequentari ea ciuitas cepit, ueriti ne, Cumæ deſerentur, diruendi Parthenopen conſilium iniuere, quo facto mox immeni peſtilentia uexati, oraculo moniti ſunt, ut urbem reſtituerent, itaque ſubito inſtaurata Neapolim, hoc eſt nouam urbem uocauere. A parthenope parthenopæius deducitur. Murus, & paries hoc differunt, quod murus urbis eſt lapideus ambitus. Paries uero domorum. Maceria murus eſt, ſiue paries conſtans ex lapidibus ſine calce, aut alio genere ferruginis. Paulus, Si præcario uicinus in tuo duxerit, maceriem interdico, quod præcario habet agri non poterit, nec maceria poſita donatio ſeruitutis perfecta intelligitur. Eadem & maceries dicitur. Extra muruſ agger eſt ab aggerenda terra, quæ foditur, & foſſa ab eadem ter



et a effossa. Pomœrium tam intra, quàm extra murum est, dictum quasi post mœrium. De quo Linius ita scribit. Pomœriū est circa murum locus, quem in condendis urbibus, quondam Etrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant. Et hoc spatium, quod neq; habitari, neq; arari fas erat, non magis, quod post murum esset, quàm quod murus post id pomœrium Romani appellarunt, sicut pomœri dianum dixerunt pro post meridiano. Nam locus pomis, consitus non pomœrium (ut quidam existimant) sed pomarium appellatur. Ouidius, id metuens solidis pomaria clauserat Atlas mœnibus. In summitate uero murorum pinnae ab ijs, quas insigniti milites in galeis habere solent, ita dictae. Pinnae enim proprie sunt pennae, quae pluma, hoc est molliores, et exiguae pennae non sunt. Nam pennae generale nomen est, ad plumas, et pinnas. A penna pennatus, et penniger, et pennarium theca pennarum, quibus nunc pro calamus utimur, et im pennatus sine pennis. Quamuis ueteres pennatas, im pennatasq; a gnas insalari carmine pro spiciis usurparunt, quae habent, quaeq; non habent, aristas. a gnas enim nouas uoluerunt intelligi, et bipennis, de quo inferius dicemus. A pluma, plumineus, et plumiger. Et puluinus, et puluinarius deducuntur. Dictum enim puluinum existimant quasi pluminum, et puluinarius, quasi pluminarius. Est autem puluinus, quasi lectulus quidam exiguus, lana, uel tomento, uel pluma, aut alio genere huiusmodi plenus, quo utimur in sedendo. Cicero, Asserri iussit puluinos, et omnes in suis sedibus sederunt. Iuuenalis, et de puluino surgat equestri. a quo puluinatum dicimus, quod ad puluini similitudinem molle, ac connexum est. Plynius, Lanuginosus, ac puluinato calice. et puluinum in hortis uocamus partem terrae erectiorem sulcum ex utroque latere seipientem, qui et Lira uocatur, habet enim ueluti puluinorum in quibus sedemus similitudinem, propter quod et torus a quibusdam nuncupatur Plynius, Aereis distingui, easq; resupinis puluinorum toris ambiri singulis tramium sulcis, qua datur accessus homini, scatebrisq; decursus. Columella, Vlpicum habet, ueluti alium pluresq; coherentes spicas, haecq; cum sint diuisae, ratam feri debebunt, ut in puluinis positae minus infestentur hyemis aquis. Puluinaria autem dicuntur, quae capitibus dormitari supponimus ad puluinorum similitudinem. Iuuenalis, Faeda lupanaris tulit ad puluinum odorem. Huius in templis quoque deorum ueteres utebantur, ut nos quoque hac tempestate facimus, in quibus collocantur numina, ac Deorum imagines, ut eminentiora uiderentur. Item a pluma plumatile, aut clauatum, aut ex plumis factum. Plautus, Comatile, aut plumatile plumis implere, et plumarium ex pluma, unde plumariam culatram dicimus, quae pluma plena est, et implume sine pluma, unde implumis culatra sine pluma, et implumes aues, nuper natae, et quae nondum plumas emisserunt. Pinnae etiam gestare gladiatores solebant. unde pinnirapi retiarum dicuntur, quod pinnae e galeis mirmillonum iacto rete exciperent. Iuuenalis, Hic plaudat nitidi praecoris filius, inter pinnirapicaltos iuuenes, iuuenesq; lanista, huiusmodi pinnam graeco quidem, ueruntamen apud Latinos usitato uocabulo petalum dicimus, quod aliquando ex aere, uel argento, uel auro fieri solebat. Plynius, Achamenes Phidiae discipulus aereum petalum fecit, qui uocatur Encrinomenos et ἀπὸ τοῦ κριτασθῆ, quod est uolare, deducitur. tenuis quippe brattea est instar pinnae. A pinna pinna culum dicitur fastigium, et summus aedificij in acumen tendentis, siue quod ueteres pinnam acutum dicebant, unde bipennis appellata est securis, quae utrinque aciem habet, siue quod pinna culis addi pinna consuevit, quae facili motu uentorum indicat flatum, quod ge-

nus uulgo nunc penniculum dicimus. Hoc etiam a uolatu petasum nominant. Plynius, Supra id quadratum Pyramides stant quinque, quatuor in angulis, et in medio una. Inmolatae pedum septuagenum quinum. A lia centum quinquagenum, in fastigiat, ut in summo orbis aeneus. et petasus unus omnibus sit impositus ex quo pendecant excepta cubensis tintinabula, quae uento agitata longe sonitus referant. Petasi etiam alae dicuntur, quibus Mercœrii talaria necluntur, et ipsa talaria. Item uela tenuissima, quibus uti in theatris solebant ex lino aestiuo tempore, a quibus, qui petasus utuntur, petasati uocantur. Suetonius de Augusto. Aestate a pertis cubicali foribus, ac saepe in peristilio saliente aqua, atque etiam uentilante aliquo cubabat. Solis uero ne hyberni quidem patiens domus quoque non nisi petasatus sub diuo spatibatur. Petaso autem ea pars dicitur, quae ab alis incipit, et costas comprehendit quibusdam ueluti uirgulis pinguis distincta. Martialis de perna. Ceretana mihi fiat uel missa licet de menapis lauti de petasone uorent. Nam pernae tam priores, quam posteriores coxe dicuntur. Plynius, Castrantur sues post bidui in mediam suspensae pernis prioribus. Ab huius pernae similitudine piscis quoque genus perna appellatum est, ex concharum genere circa pontias insulas frequentissimum. Stant pernae ueluti sullo curue longo in arena defixae, hiantesq; quae limputudo est, pedali non minus spatio abum uenantur. Dentes in circuitu habent pectinatam spissatos, intus pro spondylo grandis est caro. Veteres pernas pedes appellabant, quod nomen hodie quoque seruant Hispani. Hinc pernio appellatur morbus pedum ex nimio frigore proueniens, et calcaneum praecipue infestus, quem graeco χειρωνα uocant. Plynius, Rapum domesticam perniones firmens impositum sanat, et crudum tuisum cum sale prodest cuiusque uitio pedum. Hinc fit diminutiuum perniunculus. Idem perniunculus curat, et cotyledonici axungia. A petaso fit diminutiuum petasunculus, de quo Martialis, Musteus est propera, caros ne differ amicos. Nam mihi cum uetulo sit petasone nihil. Musteum petasoneum uetulo praeferrit ostendit. Apitius, Ex musteis petasoneum elixas, cum bilibri orde, et carias uiginti quinque, cum elixas fuerit decarnas, et armillam illius candenti batillo uris, et melle contegis, uel quod melius est, uisum in furnum, melle obligas, cum colerauerit mittis in cacabum, passum. piper fastigium rutae, merum temperas, cum fuerit temperatum, dimidium in petasone profundis, et alia parte piperati bucellas mustei fractis profundis, cum sorbuerit, quod mustei remanserit petasone refundis. Petaso ob pinguitudinem facile rancescit, ideo uetus improbat. Musteus uero pernis longe praepinor. Hic obiter ostendendum est batillum, quod Apitius nominat ferreum instrumentum esse, quo pruna colligitur ad similitudinem pileae, id est batulum, quasi patulum primo uocatum, deinde patillum per diminutionem dictum. Plynius, Batillis ferreis candentibus ramento argenti imposito, quod candidum permaneat, probatur, in muris sunt turres arcta, atque alta aedificia a terrendis hostibus dicta, sicut arces ab hostibus arcedis, uel quod aspectu toruae sint, hoc est terribiles. Torum quippe terribile dicimus uel a terrendo, uel a tauris. Toruitas enim proprie taurorum est dicta, quasi taurorum acerbitas. Ab hoc fiunt torue, et torum, et torua aduerbia. Plautus, Quid me torue aspectas? Apuleius, Cum torum in eos intueretur. Virgilius, Talibus Aeneas ardentem, et torua uentem, lenibat dictis. A turris turritus deducitur, hoc est altus, atque excelsus, ut turrita domus alta, sublimis, et ad turris similitudinem aedificata. Interdum turritus turribus plenus, a quo turritae urbes dicuntur, et mater deum Turritae cognominatur,



ta cognominatur, quia terra est, quae urbes sustinet. Virgilius, Quae Berceynthia mater laeta deum partu phrygias turritas purbers. Et turris. Lucanus, Turris quoque effundens uentis crines. Plin. Sed turris elephatorum murum humeros. Turricula quoque a turris per diminutionem dicitur, quae modo paruum significat, modo nasculi genus a turris similitudine ita dicitur, quo iactari tali ludendo solebant. Martialis, Quae compositos manus improba mittere talos. Si per me misit nil nisi uota facit. Eadem pyrgus appellatur, quoniam graeci πυργος turrim uocant. Horatius, Talos mitteret in Pyrgum. Quamuis Pyrgum oppidum quoque thusciae fuerit nobilissimum eo tempore, quo pyraeici Thuscii exercebant. Dicitur etiam ora. Persius, Anguste collo non fallier ora. quod nomen sumit a similitudine marinae beluae. est enim species teres, atque uniformis. Belua ipsa ora uocatur. Balenis infesta, cuius imago nulla alia representatione exprimi potest, quae carina inuersa. dentibus truculenta irrupit in secreta, ac uentos balenarum, uel foetus, uel etiam matres grauidas, onere immobilis lacerat morsu. ora in portu hostiensi uisa oppugnata est Claudio principe. Venerat tunc eo portum aedificante inuicta naufragis tergorum aduektorum e gallia, satianisq; per complures dies alieum in uado sulcauerat usque adeo fluctibus accumulata, ut circa agi nullo modo posset, profectus eo Caesar cum praetorianis cohortibus populo Romano spectaculum praebuit milite a naufragis lanceas congerente, quorum unus mergi uisus est, restatu beluae unde oppletus. turri inuenciones (ut Aristoteles refert) Cyclopes (ut Theophrastus) Phoenices fuerunt. Item quia uiae relinquuntur in muro, quibus necessaria portari in urbem possint. a portando portae appellatae, quae fores habent, quibus clauduntur, aperiunturq;. Item post se alias fores pendulas ex ligno ferro ue, quae demittunt, ac tolli pro uoluntate custodum possunt, haec cataractae appellantur. Linius, porta cataracta deiecta clausa erat. eam partim funibus subducunt in tantum altitudinis, ut subire recte possent. Dicitur cataracta, quod ex alto desfluere uideantur. graeci enim καταρκτην desfluere dicunt, unde cataractae etiam appellantur et terra exeuntes aquae, et ita ex alto desluentes, ut ruere potius, quam desfluere uideantur, qualem Tyburi cernimus Amentem, et quales esse in Aegypto Nili cataractas legimus. Item loca ipsa, quibus exeunt, cataractae dicuntur, unde in maximis imbribus aperta esse caeli cataractas dicere solemus. Reperitur autem haec cataracta foemino genere, et hic cataractes masculino. A graecis καταρκτης masculino genere dicitur. A porta diminutiuum fit porticula. Item Angiportum intra urbem est uia angusta non facile peruia, quasi uicinis inter domos. Veteres quippe domos partim portus, partim insulas uocabant a portando. unde etiam porticus appellatae, quae propter repentinos imbres, et umbrarum, ac deambulationis gratia aedificantur. Ouidius, de portici Pompeiana. Tu modo Pompeia laetus spatiare sub umbra, cum sol Herculei terge leonis adit. Varro, Angiportum ab angendo propter loci angustiam, et portu dictum affirmat. Terentius, Egomet in pedes quantum uoco in angiportum quodam desertum. Portus proprie dicitur (ut Vlpia. scribit) locus conclusus, quo importantur merces, et inde exportantur. Nunc quartae declinationis est. V eteres in secunda uis fuerunt. Turpil. Nec nauis, cum essent circumuenti uentis incerto itinere, portu indigentes. A portu porticulus deducitur, qui modo est paruus portus, modo is, qui in portu modicum dat classi, modo malleus, et porticulus. Marcell. Porticulus scribit esse hortatorum remigum, qui eam perculam tenet, quae porticulus dicitur, quae ex cursum, et hortamenta moderatur. Plautus, Tu ha

bes porticulus, Et Portunus deus a portu dicitur, qui portibus praest, graeci palaeon uocatur. hic idem Melicertes est inuis filius, et portorium merces, quae portitoribus datur. Item Vectigal, quod soluitur portitori. Lucilius, Facit idem, quod illi, qui inscriptum e portu ex portu clanculum, ne portorium dent, et portitor, qui uectigal portus, hoc est portorium condixit. Item qui traducit homines, ac uehit uel ad nauim de litore, uel ad litus de nauis, uel ad ulteriorem fluminis stagni, aut lacus ripam, quem graeci uoce porthmea dicimus. Iuuenalis, Tam sedet in ripa, tetrimumq; nouicius horret porthmea. Item abusive interdum is, qui portatur, sicut uector. praeterea importunus. importunus. Opportunus. opportunus. opportunus. de quibus supra diximus. Intra urbem quoque Forum est, de quo supra diximus, in quo uenalia feruntur, uel in quo iudicia feruntur. Vnde forum boarium. Forum olitorium. Forum piscarium. Forum cuspedinis. quae omnia postquam Romae contracta fuerunt in unum locum, quae ad uictum pertinebant, et locus aedificatus appellatum Macellum, seu quod ibi fuerit hortus (ut quidam putat) quem Macellum a Lacedaemonijs appellari diximus unde Iones quoque hostia hortorum macellorum uocabant, siue quod ibi domus fuerit eius, cui Macello cognomen fuit, quae ibi publice diruta, et ex ea aedificatum hoc, quod uocatur macellum in foro. Tradunt enim hunc Macellum latrocinium in urbe exercuisse, ideoq; eo damnato, censores Aemilium, et Fuluium statuisse, ut in domo eius obsonia uenderentur. Sunt, qui macellum a mactandis pecoribus existimant appellatum. mactare enim interficere est. Plautus, At ego certe cruce, et cruciati mactato tractum a sacris, ubi mactari oues dicuntur, quae immolantur. Virgilius, Et nigram mactabis ouem, lucumq; reti sis. Dicitur est autem mactio, quasi magis aucto, hoc est augere. Nam prius, quam uictimam immolarent, thus, aut uinum super ea fundebant. unde mactum esse taurum dicebant thure, uel uino, hoc est cum mulata hostiam, et magis auctam. Hinc mactare pro magis augere ueteres usurparunt. Cicero, Ferunt laudibus, mactant honoribus, et mactate uirtute dicimus eum, qui uirtute praeditus est, quasi magis aucte semper in uocatio. Virgilius, mactate noua uirtute puer, sic itur ad astra. Cicero, Mactate uirtute esto. Lucilius. Mactate inquam uirtute, simulq; his uersibus esto. Apuleius mactate uirtute esto. Linius, Tum uero abi inquit in te magis, quam in me hostia ausus, iuberem mactate uirtute esse, si pro mea patria ista uirtus staret. Nunc iure belli liberum te in tactum inuolatumq; dimitto. Per metaphoram tamen mactare aliquando pro male tractare accipimus. Plautus, Mactantem malo, et damno uiros. Aliquando pro praecipitare. A cuius, Aut illorum copias fundam in campo, aut nauis uestras mactabo in mare. nonnunquam pro honorare. Plautus, Tum honeste mactatum reducam domum. Quidam etiam macellum a macerando deductum arbitrantur, quod pecora, dum eo ducuntur, ibiq; tenentur, macerantur. A macello macellarum dicuntur, qui macellum exercent non solum carnum, sed omnium obsoniorum, quin etiam panis, et frumenti uenditores. quippe haec omnia in macello uenduntur. Nam locus, ubi carnes tantummodo uenduntur, atrnarium appellatur. Plautus, Carnam e atrnario emit iam factus satur. Varro, Tabernam atrnariam uocat. atrnarium tamen proprie dicitur, ubi salitae carnes domi reponuntur. Plinius, Quippe e macello, aut atrnario uiuendum est. Qui uero carnes in atrnario uendunt, etiam Lanios constat appellatos fuisse. Plautus, Inelabro uel pistorem, uel Lanium, uel haruspitem. Vnde Lanienas officina uocamus, in quibus fiunt, ac uenduntur carnes. Idem per Myropolia, et Lanienas, arcumq; argentarias rogando sum



rucus factus. Et Lanionius ad lanium spectans. Vnde Lanio-  
 nia mensie dicitur, in quibus scinditur caro. Suetonio. Carnifi-  
 cem statim acari cum machera, mensiq; Lanionia flagitant,  
 Et lanium aliquando pro carnario positum, hinc Lanistas di-  
 ctos, qui laniantis gladiatoribus praesunt, quemadmodum in  
 ferius ostendemus. Carnarium quoque Plautus accipit pro ip-  
 sa carne. Qui mihi carnarium parauit ridiculus ad tentan-  
 dum. Item Carnarius masculino genere dicitur, Et qui carne  
 uendit, Et qui in edenda carne delectatur. Martialis, Carna-  
 rius sum, pinguius non sum, quod significat carnosam, hoc  
 est corpulentam amam opto non nimis pinguem. Macellum  
 etiam per diminutionem dicimus macrum. Lucilius, Si nosti  
 non magnus homo est, nascutus macellus. Macer proprie uocatur  
 exilis, atq; extenuatus. Virgilius, Heu heu, quam pingui  
 macer est mihi taurus in aruo. Et a graeco (ut ego arbitror) de-  
 ducitur. graeci enim μακρὸν longum dicunt, quae autem te-  
 nua sunt longiora uidentur. a μακρὸς macrocismus dicitur,  
 hoc est longus mundus. Sicut Microcismus paruus mundus, et  
 macrologia longi oratio. multiloquentia, sicut brachylogia bre-  
 uiloquentia, Et macrobius longaeuis. Bios enim uitam  
 significat, Et macrochir longimanus. A macer uero macilentus  
 dicitur eiusdem significationis, Et macresco uerbum, quod est  
 extenuor, Et macies extenuatio. A pale. Vnde ista tam subita  
 macies, Et tantus pallor, Et macritudo, Et macer eiusdem si-  
 gnificationis. Plautus, Ossa, atque pellis, ut miser macritudi-  
 ne. Pacu. Corpusq; meum tali macore. errore. macore senet.  
 Ab hoc fit macesco. V arro, Ruralis homo iturus in curiam ante  
 macesebat. Item Maceror eiusdem significationis. frequenter  
 tamen ad animum transfertur, Et accipitur pro affiger. Item  
 maceries, hoc est paries sine calce factus, quasi sine pinguitudi-  
 ne, qui Et maceria dicitur solis lapidibus constans. Maceries  
 etiam ipsam macritudinem siue macerationem significat. Ma-  
 chera uero graeca uox est, Et latina sic dicitur, Et culter siue  
 cultellus. Iuuenalis, Ames nomen, uictumq; macherae. notum  
 instrumentum est ad scindendum simul, uulnerandumq;. unde  
 macherophori sicuti dicuntur. Item Macula, quod signi-  
 ficat turpitudinem, quoniam macies animal decolorat, ac fo-  
 dum facit. Plinius, Fullones eas maculas e uestibus tollunt. hic  
 maculo, Et commaculo, id est foedo deturpo. accipitur etiam ma-  
 cula pro nota, hoc est signo quocunq;. Vnde genituae notae in  
 corpore maculae dicuntur. Item pro infamia. Cicero, Cuius ut  
 adolescentiae maculas, in nominaisq; praeterea. Item pro fo-  
 ramine in rete. Idem, Reticulumq; ad naues sibi admovebat  
 tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae. A macula ma-  
 culosum dicitur, quod modo sordidum, immundumq; signifi-  
 cat. Plautus, Sordida, ac maculosa facie, modo uarium, ac notis  
 plenum. Virgilius, Suaeincta pharetra, Et maculosa tegmi-  
 ne lynas. Item a macro, siue macie fit marceo, quod est putreo,  
 Et marcesco putresco, quoniam quae macie attenuata sunt, fa-  
 cile putrescunt. hinc marcor, putredo, Et marcidus, putridus.  
 Et (si V arroni credimus) marceo, doleo, qd marcor hoc est dol-  
 or corpus marcescere faciat. ab eo maestum deducitur, hoc est  
 triste, miserandum. Virgilius, Et maestas promere uoces. a quo  
 maestitia, Et maestitudo deducuntur. Quintili. Dolore, atque  
 animi maestitia languens. Acaius, Ni uestitus teter. maestitudo.  
 uastitudo. praediacrent hominem esse. Plautus, Cui tanta maestitudo  
 obtigit. V eteres etiam maero pro maestum, Et merentē fa-  
 cio usurparunt. Pacu. Qui multis me maerauit modis. At cum  
 sine diptongo scribitur mereo longe diuersam significationē  
 habet. merere enim proprie est lucri gratia aliquid operari,  
 unde merere dicimus stipendij gratia militare. V arro, Qui in  
 exercitū donati essent, Et aere publico mererent. Lucanus, Ae-

re merent paruo. a quo emeriti dicuntur, qui iam a militia ab-  
 soluti sunt. unde mors ab emerita uita dicta est. Quidam ta-  
 men emercor, Et emeritum a mereor potius deductum exi-  
 stimant, ut inferius docebitur, Et merere mulieres dicuntur,  
 quae sordidissimi quae stus gratia, prostant. a quo meretrices  
 sunt appellatae. A quibus meretricium pro meretricia arte, et  
 meretricari, quod est scortari, Et meretricus meretricia mere-  
 tricium, quicquid quae stum facit corpore suo. unde equi meri-  
 torij dicuntur, Et meritorij muli, et meritoriae rheda, quae quae  
 stus gratia locantur, aut conducuntur. Et scorta meritoria, quae  
 lucri gratia prostituuntur. Et pueri meritorij, qui uel in ssi do-  
 minorum, uel sua sponte prostant. Cicero, Ingenui pueri cum  
 meritorijs, scorta cum matribus, familias uersabantur. Corpus  
 quoq; meritorium dicitur, Et ratio meritoria, quasi uilis, et ma-  
 le coepta, Et taberna meritoria stabulum, siue diuersorium est.  
 hinc merces appellata, quae pro labore, Et stipendio soluitur.  
 Iuuenalis, Scare uolunt omnes, mercedem soluere nemo, et mer-  
 cenarius, qui operam mercedis gratia praestat. Et mercor uer-  
 bum, quod est modo emo, modo emendi, aut uendendi causa mer-  
 caturam exerceo. a quo mercator, qui emit suae ut teneat, siue ut  
 alteri uendat, Et qui mercaturam exerceat, Et merx, ac mer-  
 catura, quae ita inter se differunt. quod merx est species ipsa, quae  
 emitur, uenditur ue. a quo meramonium, Et commercium, quae  
 si contrectatio quaedam mercium deriuantur. mercatura uero  
 actus ipse emendi, ac uendendi merces. Cicero, Mercatura au-  
 tem si tenuis est, sordida putanda est. Sin magna, Et copiosa  
 multa undiq; apportata, multiq; sine uanitate impertiens, no-  
 est admodum uituperanda. Item mercatus locus, in quo agitur  
 mercatura. Idem, Quo cum, tanquam ad mercatum bonarum  
 artium profectus sis, inanem redire turpissimum est. Meres  
 appellatio (ut V lpius inquit) ad res tantum mobiles pertinet.  
 A franius addit merces appellatione homines non contineri, a  
 ob eam rem mangones, non mercatores, sed uenaliarios appel-  
 landos censet. Mercem V arro a merendo aere dicit appellari.  
 A merce uero Mercurius deriuatur Iouis filius ex Maia Atlā-  
 tis filia, qui mercaturae deus est, Et deorum interpres, ideo a  
 graecis Hermes dicitur ἀπό τοῦ ἑρμῆος quod est inter-  
 pretari. hic palastram doctus. Lyrām inuenit. Hermaphrodi-  
 tum ex sorore V enere genuit. et ex Lycatone Democritus filia  
 Autolium. Idem praebus Iunonis Martem e duris carceribus  
 liberauit. Argum interemit. Prometheus in cauea religuit.  
 Argiphontes cognominatur, quod Argum peremerit, quem fe-  
 runt multis arat caput oculorum lumibus ornatum casio-  
 disse Iunonis imperio Inachi filiam eius deae pellicem, in bo-  
 nis speciem conuersam. Simulachrum eius aegyptij pennatis  
 alis insigniunt, alij pectus hoc est talariibus alatis, Et addunt  
 capiti galerum. Stati. Obnubiq; comas, Et temperat astra ga-  
 lero. Item dant ei caduceū, quae uirga est, qua bellum dirimi-  
 tur. Nam, quia Mercurius orationis deus est, deorum nuntius,  
 merito a dijs mittebatur, ut dissidentium animos oratione se-  
 daret. Hinc legati pacis Caduceatores dicti. sicut enim per fe-  
 ciales bella indicabantur, ita per caduceatores finiebantur. Ca-  
 duceum aegyptij in speciem draconū maris, ac foeminae cōm-  
 etorum figurauerūt, Et Mercurio, consecraruūt. hi dracones  
 pte media uoluminis sui nodo, quem uocant Herculis inimicē,  
 obliquantur, pte q; partes eorum reflexae in arcum pres-  
 sis oculis ambitū arcuū iungunt, Et post nodū cauda reuo-  
 cantur ad capulū caducei. Causam autē cur exterae gentes cadu-  
 ceū in pace tractanda circumdā anguū effigie fecerint, qui  
 dam hāc esse tradunt. cū Mercurius Lyrām in Cylene monte  
 Arcadiae septuagidē ad Atlantidam numerum insinuasset, qd  
 Maia mater eius ex illarū numero esset, ac non multo post de-  
 prehensus ab



prehensus ab Apolline fuisset boues suas abigere, quo facillius ueniam ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, ut lyram a se primo inuentam praeclaret, propter quod Apollinē ferunt uirgam quandā Mercurio dono dedisse, quā cum manu tenens in Arcadiam proficisceretur inuentos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, et inter se mutuo pugnantes, quo uirgam interposuisse, et dicto citius praelium diremississe. Eo facto huiusmodi uirgam pacis gratia dixit esse constitutam, et huius rei exemplo uirgam postea duorum draconū similitudine finxerunt, eaq; et in palaestra, et in reliquis certaminibus usi sunt ad praelium dirimendum. Sed haec fabulosa sunt. Veritas autem historiae hoc habet. Oui genus est in magna fama Magorum, angues enim numerosi, quorum conuoluti saluus, fauicium, corporumq; spumis artificia complexu glomerantur. id ouium anguinum appellatur. Magi dicunt sibilis in sublimi aeterni oportere, sagog; intercipi, ita ut terram non attingat, raptorem equo profugere, serpetes enim in se qui, donec in teruentu alcius amnis arceantur. Experimentum eius esse si contra aquas fluitet, uel auro cinctum, certe quoque luna capiendum censent ad uictorias litium, ac regum aditus maxime laudatur. a diuo Claudio princeps interemptus est quidā eques Romanus non ob aliam causam, quā ut eam uanitate Caesar ex periretur. hanc igitur Caducei causam esse affirmant. ideo Cristator angues in caduceo non esse. A Mercurio mercurialis herba dicitur, quā graeci λινθισον uocant, quam hermus poā, quasi ἑρμού ποταμὸν hoc est Mercurij pabulum. Duo eius genera masculus, et femina. octimo penē similibus folijs. caule cubitali. ramo so in acumine. geniculis densis. nascuntur in campis pestribus cultis. Mirum est, quod de utroque proditur. Masculum ut mares gignatur efficiere. Femina, ut mulieres, hoc fieri, si post conceptum succus statim bibatur in passo, edantq; folia decocta ex oleo, et sale, uel cruda ex aceto. Ab Hermes autem etiam Hermopolis dicitur urbs, quā Mercurius cōdidit. Nam, cū Argum occidisset, fugit in Aegyptum, et quoniam in omni disciplinarum genere eruditissimus erat, maximo in honore habitus est, primumq; anni mensem Aegyptij ex illius nomine nūm. n. p. a. p. u. n. t. ipse uero Trisnegytus hoc est ter maximus appellatus est. Item ab Hermes, et Aphrodite, quod Venere significat, Hermaphroditus est dicitur Mercurij, et Veneris filius. Ouidius, Mercurij puerum, et diua Cythereide natum Naiades idae enutriuere sub antris. Cuius erat species, i qua materq; paterq; cognoscā possent, nomen quoq; traxit ab illis. hunc Poetae finxerunt, quod uagabundus in atriā aliquando peruenisset, lym pidissimum fontem conspicuum fuisse, quē nymphis Salmaeis nomine colebat, hanc subito amore eius correptam, cum nullis flectere eum blanditijs nullis precibus posset, tandem simulato recessu, post uepreu latuisse, inuenem aut dum abijisse nympham existimat, nudum fontem intrasse, quē conspicuam nympham de currisse subito, et abiectis uestibus inuenem artissime complexam fuisse. Sed cum obstinatum exorare nō posset, petijisse a dijs, ut ex duobus corporibus in unū redigerentur, itaq; factum, ut qui uir fontem intrauerat Androgynus. hoc est utrumq; sexum habens exiret. Quamobrem a superis exorasse fertur, ut qui cum eum fontem intraret, idē pateretur, quod aliqui ea ratione fictum fuisse a poetis existimant, quia salmaedis fontis aqua potantes eam molles, atq; effeminatos redderet. Sed hoc falsum est. neq; enim molles, et impudici ex ea aqua potantes sunt, sed et color fontis perlucidus est, et sapor aquae egregius, aquaq; ipsa salubris. Ratio autem fictionis haec est, quod, cum graeci eo coloniam deduxissent, cariss, et lelegis inde eiecere. hi autem ad montes fugati congregari inter se, ac discurrere, latrocinariq; solebant, a-

10

20

30

40

50

60

grumq; omnem crudeliter uastare. Inter haec unus ex colonis ad eum fontem propter bonitatem aquae quaevis causa tabernam oibus copijs instruxit, eamq; exercendo barbaros allecibat. ita singulatum decurrentes, et ad caetera conuenientes e duro, seroq; more commutati in graecū consuetudinem, et suauitatem sua uoluntate inducebantur. Ergo ea aqua non impudico morbi uitio, sed humanitatis dulcedine mollitis animis barbarorum eā samā esse adeptam. Ab hoc hermaphrodito, hermaphroditi dicitur oēs utrumq; sexū habentes olim in prodijs, postea in delitijs habiti, et a graecis uocabus, quae uirū, ac mulierem significant Androgyni appellati. Hos eius sexus existimandos Vlpianus putat, qui in eis praeualet. usi sunt, et aliquādo mares ex foemānis facti. Licinius Mutianus scripsit uisum a se Argis aristonem, cui nomen Aristusae fuerat hunc nupuisse et, mox barbā, et uiriliter prouenisse, uxoremq; duxisse. eiusdem sortis et Zinyrtae puerum a se uisum. Item Plyn. prodit uidisse in Africa mutatum in marem nuptiarum die. L. Conscia ciuem Tisdritanum. Item ab ἑρμῶν ἰρμῶν dicitur, quod interpretationem significat, unde extat Aristotelis liber περὶ ἑρμῶν, hoc est de interpretatione. Item in urbe aetarium est, ubi pecunia publica continetur ab aere dictum, et carcer a coerendo, quod uincti in eo custodiuntur, et prohibentur exire. Est enim custodiae locus, quae graecae Phylacae dicitur. Plau illic est abductus recta in phylacam, ut dignus est, et Carceres, ex qbus equi mouentur ad cursum, quod coerceantur equi, ne inde exeāt ante, q magistratus miserit signum, quāuis haec aliquando a poetis confundantur. Virg. Ruuntq; effusi carcere currus. Comiciū in quo coitur ad litā, et suffragiorū causas. Curiae, ubi uel sacerdotes res diuinas, uel magistratus humanas curat. Senaculū, ubi seniores consultandi gratia consistunt, dicitur ut gerusia apud graecos. Lauitula a lauando, quas graeci thermas appellant, de quibus paulopost dicemus. a quo locus extra urbē Romā, in quo propter fluentis aquas lauandi usum exercebant, lauila uocabatur. Item i maritimis urbibus portus, de qbus paulo ante diximus, in qbus naues a tempestatibus defenduntur. et naualia, in qbus fiunt naues, et remi, et oia ad classem necessaria tenentur. et emporia, hoc est mercatores rerū, quae mari uehūtur. Item in urbe uici, de qbus supradiximus, et regones, et tēpla. Compieta. Quae adriua ab eo, quod multa uia in unū confluant, et quasi unū petant locū. unde cōpitalia festa dicitur, quae in cōpitijs per agebūtur. et cōpitalicus dies. in quo cōpitalia celebrantur. Itē areae. Plateae. Campi, de qbus paulopost dicemus. nam amphitheatra. Theatra. cyros, aliaq; p multa, quae nunc in usu nō sunt, spōte praeterimus. Itē uestibulū, quod ante domos esse supra memorauimus, et graecae pro pylaem dicitur. Plyn. Protogenes, cū Athenis celeberrimo loco Minerue delubro propylaeū pingeret adiecit paruulas nauers lōgas in his, quae pictores parerga appellat. Hic obiter notandū est parergon dici, quā aliquid rei praeter propositū additur, ut si pictor Iunonem pingens ornā de tabellae gratia arbusculas, et auiculas, siue nauers, mariaq; aut aliqd aliud huiusmodi addiderit. Postremo domus uocabulū (ut supradiximus) a graecis sumptū, quae Aedes et multitudinis numero dicitur, ut meas aedes non praescribā. In singulari uero templū significat, seruatq; eandem significationē in plurali, habes tamē sem p in utroq; numero adiectionē. Ut in aede Iouis in aede Mercurij. in aede Mineruae. i aede sacra. aedes sacra. aedes deorū. Cic. Ex eo die, quo in aedem telluris conuocati sumus, in quo templo, quantū in me fuit, ieci fundamenta pacis. Aliqñ aedes pro sepulchro ponitur. Ouid. Est mihi marmorea sacra in aede Sicheus. Aedes ab aditu dicitur Vatro testatur, alij qd in edito poni solet, alij aedem pu



tant appellatā, qđ in ea sacrificantes edere consueverunt. Aediu appellatōe oēs edificij species contineri Paulus iuriscōnfirmat. Ab hoc fit edifico, qđ proprie est aedificatio. Hora. Dicitur edificat. miscet quadrata rotundis. Ponitur tñ in oī genere constructōis. unde edificiu oīs cōstructio dicitur, ut patet quadi g. a. currus. portus. pontis. nauis, & aliorū huiusmodi edificij quoq; appellatōe nō solum su p̄ficiem significari, sed solū quoq; ipsum, cui edificiu su p̄positum est, v. l. p. putat. Ab edifico fit pro edifico. V eteres quippe pro edificatū dicebāt, qđ ex privato loco proasserat in publicū solum. Itē ab Aede fit Aedepol urandi aduerbiū quasi per Aede Pollucis, & editus, q curat aedes sacras ab aede tūeda. a quo fit editior uerbū pro aede tūeor. V eteres nō editū, & editior, sed editimū, & editimor dixere. M. V arro Aeditimū dicendū existimat, non editū, quod alterū sit recentū nouitate factū, alterū antiqua origine icorruptū. Cic. In Verrē, Aeditimū, custodesq; manere sentiunt. Aedituentis quoq; legimus pro aedes sacras uentes, hoc ē editus, & Aedilis ab aedibus dicitur. siue (ut qdam uolūt) qđ fiscalis ad eum plebi aditus esset. Hic magistratus erat, q nō modo sacrariū, sed et̄ priuatiuū aediū curam gerebat. ludos quoscunq; & ex quacūq; cā instituire ad eos p̄tinebat. Vnde Pompeium legimus aedile factū theatrū, qđ summa ī pensa edificauerat, magnificētissimis ludis dedicasse, in quibus currus, cū elephantis iduxit. Comœdiæ quoq; & tragœdiæ aediliū iussu recitabatur, & loca in theatro assignabantur. Vnde Attiliū seranū, & L. Scriboniū legimus, dū aediles essent, Senatus, ac plebis loca secreuisse. Si quispiā seruū, aut iumentū morbosum, uitiosum ue pro itegro, sanoq; uēdidisset, edicto aediliū emptori succurrebatur. hi et̄ curā gerebāt, ut cloacæ, et aqueductus, ceteraq; edificia tā priuata, q̄ publica, lauta, munda, & integra seruaretur. Deniq; qđ uitiosum pro synagro, fractū pro itegro uenūdatū eēt, aediliū ī perio redhibebatur, idq; aeditiū dicebatur. Aediles ab initio duo ex plebe creati fuerunt. Postea alij duo patricij additi, q, qm̄sella curuli uterentur. Aediles curules uocati sūt. alij plebei dicti. Pri ex patricijs aediles creati sunt. Cn. Capitolinus, et P. Cornelius Sapiō, cū ludos solēnes pro ordinibus in concordia redactis faciēdo, & in s̄stis referēdos Senatus iuberet, idq; aediles plebis se facturos negarent. Tūc n. conclamatū ā iuuenite patricia dicitur, se id honoris deorū immortalū gratia libenter facturos. Quibus cum ab uniuersis gratiæ acta forent senatusconsultū factū est, ut duos ex p̄tibus, qui aediles essent, dictator populū rogaret, patres comitij auctores forent. Duos quoq; aediles alios ā Iulio Cesare creatos legimus, q frumento præessent. a quo cereales sunt nominati. Ab aedili aedilitas, et aedilitatus, & aedilitū deducuntur pro ipsa dignitate, siue magistratu aediliū. In prima pte aediū. Hoc est post uestibulū, de quo iā differimus. Ianua est dicta ā Iano, qđ huic deo cōsecratū sit oē principū. hic ianitor, cui ianua custodia demā data est, cuius scanninū est ianitrix, et ianeus quoq; ā ueteribus dicebatur. Ianus aut̄ ab hiato dictus ē, detracta aspiratiōe, eo qđ fuerit oīum primus, cui uelut parenti oīum supplicabāt. & ā quo rerū oīum factū putabant initū. Etenim chaos appellatū ueteres, in primisq; Hesiodus confusam quandā ab initio unitatē hiantē, patentemq; in profundū. ā quo & χῶρος græca, & nos hiare deduximus. et qđ nos hiatū illi χῶρος dixere. Ouidius. Ante mare, & terras, & qđ tegit oīa cœlū, Vnus erat toto naturæ inultus in orbe, Quē dixere chaos. rudis, indigestaq; moles. Nec quicq; nisi pondus iners. Dicitur aut̄ ianua et̄ hostiū, uel ab obstando, uel ab ore, qđ quasi os sit, per qđ sit īgressus, & exitus. Quidam tñ ianua ab hostio ita distinguunt, ut ianua domus sit, hostiū uero p̄tium, nā & tricliniorū, & cubiculorū, et cellarū, atque

aliarū p̄tium hostia dicuntur. Cōsueverunt tñ hac se pensumero, & græce θύρα dicitur. ā quo thyridiō hostiolū, et obrūro uerbū, qđ significat claudo. ā quo obturator. obturatrix. obturatio. Mox atriuū est, qđ ā qbusdā et̄ aula dicitur, de quo supra diximus, cui proximiū est tablinū locus hyberna stationis ā tabulis dictus. deinde porticus, qbus includi arce solent e gregū aduersus tēpestates, ac feruorē solis receptaculum. Ab hoc cryptoporticus dicitur nomē ex græco, latinoq; compositū uerūmas enī græci subterraneas testudines uocāt, sūt aut̄ cryptoporticus subterraneæ porticus cū amplis fenestris, qbus refrigerādi gratia p̄ æstatē utimur. Nec ā porticu dissimile est peristylū, qđ latine interpretari arcūcolumniū πρῆπῆ enī arcū significat sulcos dicitur colūna, est aut̄ locus arcūquaq; porticū habens, uel saltē ā tribus lateribus, qualia fieri in rusticanis domibus solent. Quædā et̄ domus Atriolū habent, hoc est aliud partū atrium. Cic. Quo loco te scribere aiunt, ut Atriolū fiat mihi, ut ē magis placebat. Neq; n. satis loci uidebatur esse Atriole, nec ferē solet, nisi in his edificijs fieri, in quibus ē atriuū maius. Postea aediū aediū, qđ & aediū aediū ā qbusdam uocatur, q locus intra parietes relinquitur patulus, q fit ad cōmōium usum. in hoc si nullus locus relictus ē, qui sub duo sit, testudo dicitur, ā testudinū similitudine. ut Roma in prætorio, et rostris fuisse legimus. Si uero relictus ē in medio locus, ut lucē capiat deorsū, quō ī pluit, ī pluuū dicitur. Sursum, qua cōpluit, cōpluuū, utruq; ā pluuia. Thibustanicū quoq; appellatū ā Thibiscis postq̄ illorū aediū aediū imitari Romani cœperūt. Reliquarū partū ordinem, quidē referre su p̄uacū ē, cum magna sit edificiorū ubiq; diuersitas. Quapropter ptes tm̄ aedium sint loca ad res necessarias reponendas septa, quæ ā cælando (ut supra diximus) Cællæ uocantur, & penariū, siue penu, in quo res in longiorem usum conseruantur. & granariū in quo reponitur granum, quod & ab hordeo horreum dicitur, & ā ueteribus ā farre farreum uocabatur. Quibusdam tñ locis granū seruatur in scrobibus in s̄cto solo factis, & palea substratis, q Syri uocantur. Præterea apothecæ, quæ latine cællæ uinariæ dicuntur. Plyn. Vina in apothecis canis ortu mutantur, posteaq; restituntur sibi. Proprie tñ apothecæ dicuntur, in quibus unū, & seruatur, & uenditur. Idē Apothecæ fuisse, & diffinidi solita una anno sexcentesimo tricesimo tertio urbis apparet. Idē tantum pecuniarū detinet unū apothecæ, nec alia res: maius incrementū sentit. fœnilia. farinaria. pistrina, hoc est loca, in qbus fœnum, & farina seruantur, ac pinsunt triticū, et panis fit, et si aliquando in domibus sint, potius tñ extra domum faciēda uidentur, ut aedes ab ignis periculo sint tutiores. Similiter præsepia equorum, nisi testudinate fiāt, qualia tu Federice imperator in ista tua regia fecisti, tanto sumptu, de ore, ac magnificentia, ut connumerari inter præclara totius orbis operamerito possint. Præsepia loca sunt non tantū in quibus equum iumentū, ceteraq; huiusmodi pascuntur, sed omnia loca clausa, in quibus animalia continentur. Vtrq; ignauum fœcus pecus ā præsepibus arcet. Idē stabat tercentū nitidi ī præsepibus altis. Diamus etiā præsepū, sed hoc potius locus est in quo pabulū ā alibus porrigitur. Plyn. Elephantū maxie odore mirē, & si pabulū in præsepio positū attingit ab eo uidere, fistidit. præsepia et̄ dicimus parua nubeculā in cœlo, quod in ea aselli, de quibus inferius dicemus, stabulari uideantur. Plyn. Sunt in signo cancri duæ stellæ paruæ aselli appellatæ. Exiguū iter illas spatū obtinēt nubecula, q̄ præsepia appellant. hæc cū cœlo sereno appere desierit, atrox hyems sequitur. Post hæc tricliniū est locus, in quo discumbitur, dictum ā tribus lectis. nā tres mensas in conuiuio apponere ueteres solebant, et iacendo canare. unde ā cibo, qđ est iacō, factum est discumbō, quod ad



bo, quod ad mēsam solūmodo pertinet. τρεῖς dicunt tres  
 κλίνας lecti. Quintil. de loco, ubi Simonides artem memo-  
 rie traditur iuuisse. Vix eo limē egresso tricliniū illud su-  
 pra cōmūas corrūit. Cicero eūdem locū iter pretatus nō tricoli-  
 niū, sed cōclauē dixit, ex quo notari potest tricliniū a nostris  
 cōclauē appellari. Verba eius hęc sunt. nec iter cōclauē illud  
 accidit. proprie tamen cōclauē appellatur, quicūq; locus secre-  
 tior, in quo uel uiri colloqui, uel mulieres cōfabulari solent, ha-  
 bet; clauem unā cōmūnem domesticis. nec est omnibus ad eū  
 eūdati potestas. Vitruuius. In triclinijs autē, ceterisq; cōclau-  
 bus maximus est usus luminum. ab hoc cōclauatē res dicū-  
 tur, quę sub eadem sunt clauis. A triclinio architriclinus uo-  
 catur, q̄ triclinio pręest. Et triclinarius minister, qui i tricoli-  
 nio ministrat. Et tricliniarie res, quę ad triclinium p̄tinent.  
 Tricliniū tamen proprie instrumentū est, a quo locus ipse de-  
 nominatur. Et tres toros, siue tres mēsas habet, ita cōiunctas,  
 ut trāsferri huc, atq; illuc possint. Plyn. Antiquissima eris glo-  
 ria delicia fuit, meratus i Delo celebrāte toto orbe. Et ideo ca-  
 ra officianis tricliniorū pedibus, fulcrisq; ibi prima nobilitas  
 eris. Idem. Nā triclinia erata, ab acōisq; et monopodia. Cn.  
 Manliū Asia deuicta primū inuenisse triūpho suo, quē duxit  
 anno quingentesimo, sexagesimo se ptimo. L. Piso auctor est. Idē.  
 Antias qdem refert L. Crassum haredem Lucij Crassi ora-  
 toris, multa etiā triclinia erata uendidisse. Sunt autem i po-  
 tentiorū pręsertim domibus triclinia autumnalia, et uerna,  
 quorū fenestrate ad orientem spectāt. Hyberna, quę meridiem  
 aspiciūt. aestiua, quę se p̄tētionem. Eadem est et cubiculorū  
 diuersitas, quę tamen ita sepe disponūtur, ut altera fenestra  
 orientem, altera occidentem aspiciat, uel altera meridiem, alte-  
 ra se p̄tētionem. Cubicula a cubādo dicta sunt, hoc est iacēdo,  
 quod in ijs q̄esere iterdū solent. nā ea, i quibus nocte q̄-  
 esimus dormitoria cubacula dicuntur, et ea, ad quę saluatore-  
 res admittuntur, cubacula saluatoria. Et ubi uir eū uxore dor-  
 mit, greco uocabulo thalamus uocatur. a quo epithalamium  
 dictum sacer hymnus, qui i nuptijs canitur, quale est illud Pa-  
 pinij in Stellam, et Violātili. Procal ecce canoro dem grāt.  
 Helicone dea, quatiūq; nouena Lampade solēnem thalamis  
 coenatibus ignem. Ad hęc caenaculum est, siue coenatio, siue  
 diæta, locus, in quo aestate caenamus, satis a nobis superius de-  
 clarauis. Item bibliotheca, et pinacotheca, hoc est librorū, et  
 tabularū repositoria, quę spectare ad orientem debent, tū q̄a  
 usus manuū postulat lumen, tū q̄a in his libri, ac tabule nō  
 putrescunt. etenim quęcūq; ad meridiem, et occidentem spe-  
 ctant, a tineis, et humore uitantur. quoniam uenti humidis  
 aduenientes procreant eas, et alunt, insidentesq; humidis  
 spiritus p̄alore uolumna corrūpunt. Item sacellum, i quo res  
 diuinae sit. et basilica locus a plus, i quo et cōsilia priuata, et  
 iudicia, et arbitria cōficiuntur, in qua expectant aliquando  
 saluatores. et cōmūia maxima fiūt, et saltatioes, et ludi. di-  
 ctā quasi regia. Nā greci βασιλική, hoc est basilicam,  
 regiā dicūt, quā uocem nos quoq; in eadem significatione fre-  
 quētissime usurpamus. et basilicā dicimus etiam uestem, de  
 qua i feruis loquemur. et basilice aduerbium usurpamus pro  
 eo, quod est rege. excellenter. Plaus. Basilice ornatus incedit. et  
 fabre ad fallacā. Tūm tete, quę in usu nostra tempestate nō  
 sunt. Veteres autem frequentissimas in domibus habebāt. lo-  
 ca erant in uarijs partibus domus, ad quę per meatus quosdā  
 itra parietem relictos, q̄ tabuli dicuntur, ascendentes ex mo-  
 spiritus frigide, seu calide aque in pauimento inferiori spar-  
 se, locum ipsum, aut tepesciebant aut refrigerabat, prout ra-  
 tio temporum exigere uidebatur. unde uuluis iurison. tubu-  
 los esse desinūt, per quos paries calore torrentur. Non erat tunc

ignis usus in cubiculis, nec ades spiracula habebant, unde se-  
 nius exiret, quę nunc uulgis alieno uocabulo ammos uocat,  
 dici autem latine meo iudicio insimbula possunt. Etenim ca-  
 minus græcum uocabulum est, ac latine dicitur fornax. Papi-  
 nius. Caelo ue peractum fluxit opus. siculis an cōformatu ca-  
 minus Effigies lassum Steropē, Brontemq; reliquit. a teta fit  
 diminutiuum teticula. Plyn. Mox teticula refugit, quasi in  
 cubiculum. Præterea pergula locus apertus ē ab omnibus, aut  
 saltem pluribus lateribus aerem excipit, aliquando extra pa-  
 rietem porrectus, et modo tectus, modo sub diuo expositus, aut  
 pergendo dicta, quod i ea de ambulare solemus, forum q; aut  
 horum, aut nemora, aut plateas, aut uias perspectare. Coena-  
 re quoq; ibi, aliquando mos est aestiua tempe. Iune. Sed nūc  
 structor erit, cui cedere debeat omnis Pergula. Plyn. L. Fului-  
 us argentarius bello punico secundo, cum corona rosacea iter-  
 diu ē pergula sua in forum processisse dictus, ex autoritate  
 Senatus i carcerem adductus, non ante finem belli emissus ē.  
 Idem. Apelles perfecta opera proponebat in pergula transe-  
 unibus, atq; post ipsam tabulam latens, uita, quę notaren-  
 tur, auscultabat. Pergula etiam i nauī dicitur excursus, qui est  
 per totam nauim. et porticus etiam appellatur. Sunt quoq;  
 in domibus balneae, in quibus ad lauandum aquę calide, et  
 frigide sunt, quę et balnearia dicuntur. Cic. Eo latere, quod  
 proximum est balnearijs, columnas posuerat. et hypocaustū  
 locus ad sudandum, quod τὰ τὸ ὑποκαίειν, hoc est a  
 succedēdo dicitur. habet enim sub pauimento locum uacuum,  
 in quo succensus ignis calidos vapores emittit, exatq; sudo-  
 rem. habet etiam ab uno latere pręsternium, hoc est paruiam  
 fornacem, in qua inclusus ignis, partim hypocaustum calefaci-  
 at, partim aquas temperat ad lauandum. et enim supra eam  
 tria athena componuntur, unum caldarium, ex quo aqua cali-  
 da hauritur. alterum tepidarium, ex quo tepida. tertium frigi-  
 darium, ex quo frigida, quantumq; aqua calida ex caldario  
 exit, tantum ex tepidario in caldarium, et ex frigidario in-  
 fluit i tepidarium, hoc latine uaporarium dicitur. Cic. In bal-  
 nearijs hypocausta, in alterum apoditerij angulum promouit,  
 propterea quod ita erat posita, ut eorum uaporarium, ex quo  
 ignis erumpit esset subiectum cubiculo. Est et aliud hypo-  
 caustum temperatius, quod unctuarium dicitur, i quo post su-  
 dorē, ac lotionem homines unguuntur. Item hypocaustū dicitur  
 locus, in quo proiectis calidis, aut frigidis aquis per spiracula  
 means uapor tetas, uel calefaciebat, uel refrigerabat. et apo-  
 diterij ante balnei, siue hypocausti i gressum, i quo se exuūt  
 homines ἀπὸ τοῦ ἀποδύειν, quod exuere est, ita appella-  
 tur. Sunt et cubacula seruatorū, ac libertorum usibus deputata.  
 Sunt et turres, quę cubacula sua habent, et tetas. præterea  
 coenationes, quę uel latissima rura, uel longissima litora, uel  
 uiridissimos collis, mōtesq; uel amēssimos cāpos, uel placidissimos  
 amnes prospiciāt. Quidā etiā fructibus rusticis ser-  
 uientes i eorū uestibus stabula, hoc est diuersoria habent, et  
 tabernas. Itē in aedibus cryptas ad fructus seruandos magis,  
 quā ad elegantiā decorem. Sunt præterea culinae i aedibus,  
 hoc est coquinae, dictæ quod loci pleniorē i his igne colimus (ut  
 Marcellus sentit) uel a collumie, ut i feruis docebimus. Quidā  
 et torcular, quod etiā torculum dicitur, domū habent, quod si-  
 gnificat tam locum, in quo uia calatæ premmuntur, quā m i-  
 strumentum ipsum, quo premmuntur, a torquendo dictum, si  
 coclea sit, aliqñ preliū a premēdo uocatur, siue (ut qdā uolūt)  
 a præluēdo. Itē trapetū locus, in quo ē mola olearia, et ipsa  
 mola. dictū a terēdo. Vir. Venit hyems, teritur siconia bātā  
 trapetis. Itē putei, de quibus supra diximus, et cisternæ. quę  
 ita inter se differunt, quod putei aqua uina constant. Cisternæ



imbribus colo puri ficatis im plentur. dicta (ut Pompeio placet) quod cis insint i fra terram. Item scala sunt, per quas gradum ab inferioribus partibus ad superiores ascenditur, quae cum rotundae sunt, et per arcum standuntur, a colearum similitudine coelides appellantur, quemadmodum torcularia ad similitudinem colearum facta, coelea nominantur. Coelides etiam gemmae sunt in Arabia, quae sunt repertis in gemitibus glebis, melle excoctis septenis diebus, noctibusque sine intermissione, ita enim omni terreno pulvere de casso purgatam ingenio artificum glebam uarie distribui in uenas, ac macularum ductus tanta interdum magnitudinis ut aliquando equis regum pro saleris adhibuerint. Coelea autem id animal est, quod alio nomine a limo, in quo uiuit, limacem uocamus, quamuis proprie limax sit, quae sine testa sit. Coelea uero, quae testam habet. Colearum aliae marinae sunt, aliae terrestres. utraque tamen pro pisce estur, adeo in delictis apud ueteres habitae, ut earum uinaria instituerit Fuluius Lupinus in tertio paulo ante ciuile bellum, quod cum Pompeio magno actum est, generatim illarum distinxerit, ut essent albae, quae in Reatinno agro nascuntur. Illyricae, quibus magnitudo praecipua. A fructu, quibus fecunditas. olitanae, quibus nobilitas ex olito. salicariae Africae oppido. Item a sty paleicae ex alio oppido, cui nomen Astypale. Sunt praeterea siciliae, quae modice dicuntur. Balearicae, quas cauaticas uocant, quia in speluncis nascuntur, et aceratae, quae late sunt, multifariam nascentes. Saginare quoque eas commentus est sapa, et farre, ut coelea quoque aliae essent, cuius artis gloria in tantam magnitudinem perducta est, ut scribat Varro Octingenta quadrantes singulorum calices cepisse. A coelea coeleare dictum instrumentum notum, quo coelea, et alia huiusmodi uescendo sumuntur. Martia. Sum coeleis habitis, sed non minus utilis ouis. Numquid scis potius cur coeleare uocet? et coelea lapis ex flumine rotundus ad coelea similitudinem. scalas numero tantum plurali dici oportere ualla, et alij quidam existimantur moti auctoritate Sallustij, ita scribentis. Deinde ubi una, atque altera scilicet comminuta sunt, qui super steterant afflicti sunt. Sed numero quoque singulari scala frequentissime reperitur. Proprie tamen singulari numero ea significatur, quae ex teretibus lignis, aut funibus, alia uel simili materia constans huc, atque illuc trans ferri potest. Plurali uero ea, quae latiores habet gradus, et immobilis, ac fixa permanet. De hac Plinius, etiamnum scalis tectum Ephesiae Dianae scilicet dicitur. De illa Caius iuriscō. uel scalam scilicet commodauerit ad ascendendum. Cor. Celsus. Necessaria est scala lignea, quae crassitudinem duorum digitorum habeat, longitudine ab ala ad digitos perueniat. Idem. Si brachium deligatum super scale gallinariae gradum posuerit. Romanus aquila. Malo enim ascensum, quam scalam, aut gradiculos, ut quidam dixerit. Aliquando tamen haec a apud auctores confunduntur. Gradus autem hi sunt, ex quibus scale constant, et per quos ad aedificiorum altiora conscenditur, a gradiendo. hoc est eundo dicti, quod per eos eat. Virgiliae cui gradibus surgebat limina. Interdum gradus est gradientium pedum uicissitudo. Idem. Gradibusque sonare compo sitis. a quo gradarij equi dicuntur, qui sine succussura molliter, quieteque incedunt. Interdum etiam gradus est ipsa firmitas standi. Cice. Nec tumultuantes de gradu deiciuntur. Hinc gradum facere dicimus, non transitum facere, sed ex aliqua re gradum, et quasi scalam ad aliam facere, quod a quibusdam gradum iacere dicitur, ut si in arborem, tectum uel standere uel in ex saxo, aut scano aliqua uel alia re gradum fitio. Cice. Hunc quasi gradum quendam, atque aditum ad caetera iactum intelligetis. Gradus quoque cognationis Paulus iuriscō. affir-

mat dictos esse, ad similitudinem scalarum, locorum uel decliuium, quos ita in gredimur, ut a proximo in proximo, id est in eum, qui quasi ex illo nascitur, ueniamus. quapropter graduum huiusmodi alios superioris ordinis esse Caius scribit, alios inferioris, alios ex transuerso, siue latere. superioris ordinis, ut sunt parentes, inferioris, ut liberi, ex transuerso, siue latere, ut fratres, et sorores, liberi que eorum. A gradus fit gradatim aduerbium, quod si significat per gradus, et ordinate, et lente. Item apud rhetores gradatio, quae graeci *επιπλοκή* uocant, cum ex prima sententia secunda oritur, ex secunda tertia, atque ita deinceps complures. Nam quemadmodum in cathena multi inter se circuli coniuncti uincuntur, sic in hoc schemate complures sententiae inter se connexae continentur. Lysias. Constat igitur iudices Simonem domo sua a suis dijs penatibus in eum summa iniuria esse exturbatum. Nam Cheremenes cum hominibus armatis ad eum uenit, cum uenisset, sine ulla religione domum eius ex pugnauit. in domo familiarum abstraxit. abstractam tormentis omnibus excruciauit. cruciatam uinxit. uinctam in publicum proiecit, ne suum maleficium tacitum lateret, sed cum praetereuntes prostratam familiam uiderent, et ab ijs rem gestam audirent, simul et oculis, et auribus scelus illius animaduertunt. Item a gradu, siue gradior grillatores appellati sunt pantomimi, qui ut saltatione imitarentur aegypnas adiectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes ad similitudinem crurum eius generis gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi. Plau. Vinceretis cursu cernas, et grillatorem gradu. Gradiunusque a gradiendo dictum quidam existimant, quod in bello ultro, atque gradiatur. Est enim gradunus Mars. belli deus. Iouis filius ex Iunone, uel (ut quidam sentiunt) Iunonis filius sine patre. nam, cum Iuno animaduertisset Iouem martium percusso capite sine muliere emisisse Minervam armata, uersus Oceanum profecta est, ut scrutaretur, quo pacto et ipsa parere posset sine uiro. Sed cum itinere fatigata ante hostium deae Florae uxoris Zephyri consedisset, interrogata ab ea dicitur, quae ob causam ad Oceanum pergeret, qua cognita, facturam se uoti compotem dea pollicita est, si id Iuno Iouem calaret. Quod cum facturam se Iuno iureiurando affirmasset, mox illa Flora monuit in campis olenijs florem esse, quo tecto repente sine uiro conceperit. Id ex perta Iuno Martem concepit, deinde peperit. Quae propter Flora apud Ouidium loquitur. Mars quoque si nescis per nostras editus arters Iuppiter hoc, et adhuc nescis at usque precor. Hinc gradunus quidam non a gradiendo, sed a gramine dictum uolunt, quod herbam significat, quia gramine sit ortus. unde et graminea corona in re militari maxime est dignitatis. Alij a uibratione haste dictum gradunus uolunt, quoniam graeci, *υπαδαιεν* uibrare dicunt. Sunt qui gradunus nec graecum esse, nec latinum uocabulum uelint, sed thrax, si significatque bellicosum, et forte. Mars uero ideo uocatus est, quod maribus in bello praesit siue quod a Sabinis acceptus est apud quos Mamers uocatur, unde mamertius praenomen est. a quo mamertini in Sicilia dicti, quae Messanae habitabant. Veteres etiam Maspitrem, hoc est martem patrem appellauerunt. a poetis Mauros quoque uocatur. Ouidius. Sic ego, sic posita dixit mihi casside Mauros. Hinc martius siue mauortius dicitur, quae aliquando significat quicquid ad Martem pertinet, ut Martia uis. Idem. Martia picus uis gemino pro stypite pugnat. et Martia ter senos proles adoleuerat a nos. Hic Martius mensis dictus est primus anni mensis, quoniam Romulus primum anni mensem genitori suo Marti dicitur. Idem. A te principium Romano dicimus anno. Primus de patrio nomine mensis erit. et Martius campus, quod Marti consecratus sit.



Linius. Ager ter quiniurum, qui iter urbem, et tyberim erat  
 consecratus Marti martius deinde eius fuit. Ab hoc martia  
 lily campus, in caelio monte appellatus est, quod in eo ecuria  
 solebant fieri, si quando aquae tyberis campum martium occu-  
 passent. Aliqua do martius bellicum significat, ut martius fie-  
 tor. martia arma. Aliqua do bellicum sum, ut martia gētes. mar-  
 tius populus. Si quidē, et mars pro bello ponitur. Ouid. Seno  
 cōtendere marie. Linius. Aliqua diu ibi marie i certo naria ni-  
 storia pugnata fuit. Martius etiā aliquando propriū nomen  
 est, ut i Qu. Martio, qui iussus a Senatu aquarū ductus Anie-  
 nis reficere nouit a nomine suo aquam martiā appellatā cu-  
 niculis per montem actis itra praeturae suae tempus adduxit.  
 Martialis quoq; a Marte deducitur, et modo natū sub Mar-  
 tis stella significat, modo uiri cognomen est, ob id praecipue fe-  
 lix, quod ab hoc, quem iter praeturae, poeta illustratum est, au-  
 dius causa fit, fietq; indies Latina lingua loci plenior. A gradi-  
 or etiā gramen deriuatur herba uulgatissima, ita appellata,  
 quod geniculatus interno diis misericiter serpat, crebroq; ab ijs.  
 et ex acumine nouas spergit radices. Nō est herba gratior  
 iumentis, siue uiridis sit, siue in foeno siata. Gramen capiti  
 arcundatū sanguinis ē naribus fluxiones sistit. Est genus eius  
 aculeatum quod dactylon uocāt, eo quod digitis medeatur.  
 et paronychias, ac pterygia unguum, carnemq; quae ungui-  
 bus excreuerit, tollat. Gramen tamen generali uocabulo quū  
 cuiq; herbā uocāt, unde graminea corona dicta est, quae ab  
 uniuerso exercitu seruato seruatori datur, hoc est a milite im-  
 peratori, quae et a liberatis obsidione castris obsidionalis ap-  
 pellatur. Dabatur haec uiridi ē gramine decerpito, inde, ubi  
 obsessos aliq; seruasset, quod cuiq; id genus herbae foret. Plyn.  
 Nulla ergo herba sicere certa in hoc honore. Sed quae cuiq; sic-  
 erant in periculi sede quamuis ignobiles, ignotaeq; honore  
 nobilem faciebant. Item a gradior grassor deducitur uerbu  
 frequentatiuum. Est autem grassari aliquando gradi. ambu-  
 lare. Neuius. Saepē hac eadem grassatus uia. A franius. Con-  
 simili grassatur uia, a quibus hic est omnis cultus. a quo og-  
 grassari simili modo pro gradi usurpamus. Plau. Nisi cū pedi-  
 as didactis og grassari gradu. Grassari etiā est gradiendo  
 scuire. Caesar grassari in hostes uetat. Hinc latrones quoq; ui-  
 as obsidentes grassari dicuntur. a quo grassatores dicti, q ho-  
 stilius gradiuntur. Callistratus. Grassatores, si praedae causa  
 id faciunt proximi latronibus habentur. A gradior cōposita  
 fiunt tardi gradus, qui tarde gradiuntur. Vnde testudinem ter-  
 di gradū diamus. et spissi gradus, qui frequentius passiuū motu  
 in ambulando utitur. a quo spissi gradior, et spissi gradissi-  
 mus. Plau. Homines spissi gradissimos terdiore, quam in corbi-  
 ta sint in tranquillo mari. Spissum enim (ut i feruis dicemus)  
 ueteres aliqua do pro tarde usurparunt. Aggredior, quod pro-  
 prie est insulto. inado. Iustinus. quos ex i prouiso ag gressus fa-  
 ale sudit. Vir. Talibus ag greditur Venerē saturnia dictis. En-  
 nius. Ag gressus fari scripsit pro eo, quod ē ag gressus fari. Trās-  
 gredior, transeo. hinc apud rhetores transgressio dicitur, cum  
 ab ea sententia, quam proposuimus, cōuertimus sermonem ad  
 aliqua psonā, aut rem, aut fortunā, et tanquā presentē ap-  
 pellamus. Myan. Haec mulier nū p fuit locuples, et potens in  
 amore, atq; delictijs necessariorū. ornatus eius opibus abundat,  
 magnus anallariū, quae sequebatur, comitatus appellabatur.  
 Nunc cōtra subito, et graui casu afflictā, uix mediocri anal-  
 lula dignitatem retinet. O fortuna, quam uehementer te rerū  
 uarietas oblectat, et quam magno odio ē tibi beat. e uita p-  
 penus, et cōstans fructus. E gredior, ex eo, a quo egressus, et  
 egressio deriuatur. Pro gredior, procedo. unde progressus pro  
 processu accipitur. Interdū praegredior, hoc ē antecedo. Pacu.

Extremū intra caecrem ipsum progreditur parthenopaeum  
 Praeter gredior, praetereo. Apulcius. Cumq; stabulum praeter-  
 gressus fuisset, re cognita, caepi retrocedere. In gredior, modo  
 intro, quod et itro gredior diamus. Cic. Cū paulo ante ro-  
 stra i gressus cōfedisset, modo gradior, eo. Vir. Cōtinuo peco-  
 ris generosi pullus in aruis altius ingreditur, et mollia cru-  
 ra reponit. Cic. si dormis, ex per gressu si stas, in gredere. si i-  
 gredere, curte. si curris, aduola. Si p gredior, superius eo. sub-  
 ter gredior, subter eo. Di gredior, discedo. a quo digressio pro-  
 discessu. regredior, reuertor. a quo regressus, et regressio pro-  
 reditus. Cō gredior, manus confero, dimico. Cellius. Qui ter cū  
 hoste congressus uictor redijt. A quo cōgressus pro pugna ac-  
 capitur. Sall. Multi in eo cōgressu perierunt. Interdū simul gra-  
 dior. Varro. Omnesq; in unam domū cōgressi simul disci-  
 buere. Praeterea a gradior tardi gradus, qui tarde ambulat.  
 Pacu. de testudine. Quadripes tardi grada a gressu. humi-  
 lis. aspera. capite breui. ceruice anguinea. aspectu truci. euiscer-  
 rata inanima cū animali sono. Fenestrae quoq; i aedibus sunt.  
 aliae amplae. aliae minores, partim ad lucem reddendā factae.  
 et ita rōū pauer, quod est luere, nomen habētes par-  
 tim, ut uenientes aurās accipiat, trās smittantq; ne aere p g-  
 et manente locus i grauescat. Ab hoc fit fenestra uerbū, quod  
 est a perio. p foro, et ueluti fenestras facio. Plau. Nulla est fene-  
 strator domus. Ab hac fenestella, et fenestricula per dimi-  
 nutionem deducuntur, et per detractiōem mediae syllabae,  
 fenestra, quod est hostiū mīrusculum i sacrario. Item latrinae,  
 de quibus supra diximus, quae ita constitui in domibus debent,  
 spiraculis etiam quibusdā adhibitis, ut factorem reddere nō pos-  
 sint. Item lauacrinae, in quas lotura projicitur, quae et aqua-  
 ria, et aquariola dicuntur, ne in culina tentū, sed in triclinijs  
 quoq; et cubiculis, et canationibus cū dignitate, et elegan-  
 tia fiūt. Ad haec in parietibus aediū armaria inseruntur. et  
 armamentaria nō minus utiliter, quam eleganter. Armaria  
 proprie sunt, in quibus libri reponuntur. Armamentaria, in  
 quibus arma bellica, et naualia, ac caetera domus instrumen-  
 ta illa ab armis dicuntur, haec ab armentis. Plyn. Laudatus et  
 Ctesiphon gnosius aede Ephesia Diana mirabiliter fabricata.  
 et Philon athenis armamentario mille nauium. Arma qdā  
 affirmant proprie dici bellica instrumenta, nec omnia, sed ea  
 tantum, quae ab humeris dependent, hoc est armis, ut scutum.  
 gladius. pugio. sica. ea uero, quibus procul praeliatur, tela esse  
 non arma. cuius sententiae est Pompeius. Seruius uero arma  
 dicit esse, quae armos tegunt, quod sanē uidetur absurdū, quasi  
 ocrea. caligae. lanceae. scorpiones. balistae. caeteraq; huiusmo-  
 di bellica instrumenta arma non sint. At Varro arma uocari  
 existimat omnia bellica instrumenta, quibus arceri hostes pos-  
 sint, ideoq; nō ab armis, sed ab arcendo hoste appellata. qua-  
 propter, et fustes, et lapides, et alia huiusmodi arma esse.  
 Caius iurisconsultus affirmat, quoties his ad hostes arandos  
 utimur. Nos arma dici putamus, non tantum bellica, sed omni-  
 um generū instrumenta. Quae propter Virgilius non ita sim-  
 pliciter scripsit. Arma, uirumq; cino, sed hoc modo scriptom  
 reliquit. At nūc horrenda Martis arma, uirumq; cino. Quae  
 nis priores uersus, ab his, qui emendare opus im perfectum uo-  
 luerunt, propter humilitatem principij detracti fuerint. Erūt  
 ergo Martis arma instrumenta omnia, quibus i bello utimur.  
 unde fraudes quoq; et cōsilia isidiantis, arma uocantur, Vir-  
 gilius. Et quaerere conscia arma. Arma uero rursu eorum. ra-  
 stra. ligones. qualli. crates. fiscinae. et alia huiusmodi nullati-  
 ca instrumenta. idē. Cerealiaq; arma. et alibi. Colligere arma  
 iubet. Itē alibi, dicendū, et quae sint duris a gressibus arma.  
 Arma cognaria. lebes. patella. tripus. olla. ueru. et similia.



Plau. Quae eleganter instructum coquinariis armis. arma sunt dioforum. stilius pugillares. calami. libri. lucerna. caeteraq; huiusmodi. Plyn. Cuius arma erant, non uenabulum, et lancea, sed stilius, et pugillares. Dicta autem arma existimamus, non ab arcēdo (ut Varro sentit) sed ab armis (ut Pompeius, et Seruius) non quia ab armis depedeant, aut armos tegant (ut ipsi affirmant) sed quod armis oneri sint, dum geruntur, sic omnia instrumenta arma dici iure optimo possunt. quinetiam ipsa consilia, cum per translationem humeros etiam ad cogitationes, et consilia referamus. Hora. Sumite materiam uestris, qui scribitis aequa uiribus, et uersate diu, quid ferre recusent, quod ualeant humeri. hinc Laurentium legibus sanctum erat, ne pomum ex alieno legatur in armum, id est quod humeri onus sit, et armata uirgo dicebatur sacrificans, cui lacina togae reiecta in humerum erat, et armilla uocata est, quas uiri militares ex auro ab imperatoribus donati gerunt, quod antiqui humeros cum brachijs armos appellabant. et armillum uas uinarium in sacris, quod armo, id est humero deportetur. Ab arma autem derivatur armo uerbum, quod est armis instructum. Sall. Armati fores obsidebant. Vir. Tunc quoque fas nobis Graios armare fuisse. Ab hoc armamenta dicitur, quae ad instrendum aliquid pertinent, ut in nauibus armamenta sunt, non solum arma, sed remi. uela. antennae. rudentes. clauus. et alia huiusmodi. Item ab arma armipotens dicitur. et armiger, qui in praelio arma domini sui gerit. et armitenens, qui arma tenet. et inermis, modo qui armatus non est, modo qui supplex erat, quod ex historia tractum est, quia qui se dedit, inermes supplicat, et armilustrium festum apud Romanos, quo res diuinas armati faciebant, et sacrificantes atebant tubis. Item locus, in quo huiusmodi ludi fiebant. Varro tamen non ab armis, sed ab ambitu lustrum armilustrium dictum existimat, quod ibi circum metas fertur pompa, et equi currunt. Item ab arma armentum deducitur, quod armus aptum, atque idoneum sit, etenim equi praелиs intersunt, boues, ac maiora animalia armant ex corijs. Armenta quippe proprie maiorum animalium congregationes dicuntur, ut puta Camelorum. bouum. equorum. asinorum. sicut greges minorum. ut ouium. porcorum. caprarum. Oui. Mille greges illi, totidemque armenta per herbas pascebant. Vir. Haec satis armentis, supererat pars altera curae Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas. Quidam tamen armenta non ab armis, sed ab arando dicta affirmant, quasi aramenta, et de bobus tantum dici proprie uolunt. Virgilius de ceruis dixit armentum. Hos tota armenta sequuntur, ut non sit mirandum gregem quoque de bobus eundem dixisse. Aut aliquam in magno sequitur gregem. tamen ad distinctionem addidit magno, sicut Hora. adiecit mugientium. Aut in reducta ualle mugientium prospectat errantes greges, quasi grex generalius nomen sit. Armentum uero specialius. et illud sine appposito de pecoribus minutis intelligatur, cum appposito possit etiam ad maiora transferri. Cicero. Fudit apothecas, cecidit greges armentorum. Ennius famulinum genere armentitas dixit. Ab armento armentarius dicitur custos armenti. Illud obiter addendum est armos ab humeris differre. Humeri enim proprie eorum sunt, qui recti in caelum spectant, unde soli homini inter mortalia humeros esse dicimus. Virg. Os, humerosque deo similis. Armi uero sunt proprie brutorum genus, et de hominibus aliquando dicuntur. Humeros ab humo deductos existimant, quia humeri, sicut humus, ferēdis oneribus apti sunt. A grege uero fit gregatim, quod significat per diuersos greges. et gregarius ex grege uulgaris. unde gregarius miles dicitur non electus, sed tumultuarie, unde cum col lectus. et egregius excellens, quasi ex toto grege electum. et

egregie aduerbium excellenter, quamuis aliquando ponitur pro ualde nimis. Teren. Horum ille nihil egregie, praeter caetera studebat. Veteres etiam ex grege dixerunt. et aggrego, quod est addo. adiungo, et quasi in gregem duo, dicimusque aggrego te in nostrum ordinem. uel in nostrum numerum. Ab grege abmoueo, et quasi ab grege duco. Disgrego. se paruo. disungo. se grege similiter, cuius contrarium est congrego, hoc est coniungo. unio. A quibus disgregatio. se gregatio. et congregatio derivantur. Item domū parietes, angunt, diuiduntque, quemadmodum urbem, siue oppidum muri. A pariete parietinae dicuntur muri ueteres, ac semiconsumpti. Plyn. A stercū herba est folio similis. Olymo, ni grior tantum, nascens in tegulis, parietinisque. et parietaria a pariete derivatur herba alia, de qua supra diximus. Item in aedibus sunt pauimenta, hoc est ipsa solidamenta domorum dicta a feriendo, quod, dum sunt pauimenta, pluribus simul diebus feriuntur, hoc est percussuntur uirgis, seu marculis, ut solidiora sint, nec rimas faciant. Veteres qui prope pauire pro ferire dicebant, quod a graecis sumptum est, qui παύει dicunt percutere. Ab hoc depuare tractum est, hoc est cadere. Lucil. Palmisque misellam depuare me, hoc est uerberauit. Item oppuare, unde oppuaria uerbera dicitur. A fra. Oppuarius pueri coercentur. et pauisa oliuae genus, quod non nisi pauendo, hoc est tundendo oleum emittat. Pauisa uero dicitur requies alicuius rei. Actus. Sed iam eū huc uadere cerno, et nobis datur pauisa loquendi. Lucil. Haec ubi dicta tibi pauisam dedit ore loquendi. Ab hoc pauiso uerbum quiesco. a quo repauso, quod est requiem capio. Deducuntur autem a graeco παύωμαι, quod significat desisto ab opere, requiesco. A pauio etiam tripudia solissima dicebantur auguria, quae fiebat quoties offa, quae pullis dabatur, aliquo modo cadebat in solium. ita enim a solo solistimum, ut a medio media stimum dicimus. Solebant quippe in auspicijs a pud ueteres adhiberi non passim omnes, sed hi tantum, qui essent perituri. Peritos enim oportebat esse eos, qui quid silentium foret intelligerent. silentium id in auspicijs dicebatur, quod omni uitio cerneret. rogabat huc augur, an adhuc silentium esset. Respondebat statim silentium sibi esse uideri. Tu ille si pascerentur petebat, aut ubi, non quod ad auspicia pertineret utrum pascerentur, nec ne pulli, quos pullarius attulisset (ita enim nominabat eum, qui pullos in cauea ferebat) sed quia, cum pascebantur, necesse erat aliquid ex ore decidere, et terrae pauire, ex hoc terripauium primo, post terripudium, deinde tripudium est dictum. Cum igitur offa iam ex ore pulli ceciderit, tu auspiciati tripudium solistimum nuntiabantur. Exibat decretum collegij uetus omnem aut tripudium facere posse. derisit huc augur a di modum Flaminius. Nam, cum tripudio auspiciaretur pullarius, diciturque committendi praelij propterea differret. Tu Flaminius ex eo quasi iuit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quod faciendum cēferet. cum ille quiescēdum cēferet. praecleara uero inquit Flaminius auspicia, si esuriētibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur. itaque signa conelli, et se sequi iussit. Tripudium etiam saltatio dicitur similiter a pauisa terra, quod scilicet saltando terra pauuitur. Liuius. Ferre, ac per urbem ire cum tripudijs, solēnisque saltatu iussit. A pauimentum fit pauimento uerbum. et passimum eius pauimentum. A quo pauimenta loca dicitur, in quibus strata sunt pauimenta. Plyn. Ergo pauimenta dū ubi satis sit cēsent, ut lacryma non absorbeat. A pud ueteres primo facta sunt pauimenta, quae barbarica, siue subregulanae uocantur ex testis uisus. rudere, et calce. In Italia uero festuca subijciuntur, propter quod caenea uocantur. Inuenta deinde sunt a graecis elaborata arte picturae, quae a sarota dicta sunt, quod uerri non debeant a τρωα priuatiua particula, et οραω, quod est uerro. Solebant



quippè purgamenta coenarum, quæ analecta uocantur, in pa-  
uimento quoque euerri, dum subtegulae a pauimento in usu e-  
rant. Postea uero a sarotis inuentis cessauit usus scoparum, et  
manibus colligi purgamenta coeperunt, pauimenta uero spon-  
gijs mundari. Mar. in pretio scopas testatur palma fuisse. O-  
tia sed scopis nunc analecta dabit. testatur hoc Lucretius poe-  
ta. Arte pauimento, atque emblemate uermiculato. Hoc pauime-  
ti genus laudat Papius in uilla Tyburtina Manlii Vopisci.  
Calceam nec opinus opes. nam splendor ab alto desistit. et  
nitidum referentes aera teste, monstrauere solum, uarias ubi  
picta per artes, Gaudet humus, superatque nouis a sarotis figu-  
ris. Clarissimus in hoc pauimenti genere Zenodorus fuit, qui  
per gemi strauit a sarotum paruis crustulis tinctis in uarios co-  
lores ubi mirabilis columba bibebat aquam umbra capitis  
infusans, alia sibi escam arripente. Scalpturata etiam pau-  
imenta fuerunt in quibus pictura radendo fiebant, quo mo-  
do nunc scalpturata albaria in exteriori parte parietu, ac mu-  
rorum facimus. Inuenere et alia pauimenta graeci, quæ, quo-  
niam sub dio sunt, subdialia nuncupantur, his domos contege-  
bant scilicet locis, atque per tibus, quod nunc Neapoli, et per  
omnem campaniam faciunt. Fallax genus, ac minime durabi-  
le ubicumque imbres gelant. Huiusmodi pauimenta maxime  
idonea facienda sunt, quod continguntur humore crescentes,  
aut siccate decrecentes, seu pandationibus sedentes mouendo  
se faciunt uitia pauimentis. Præterea geliditas, et pruinae nõ  
perueniunt ite gra permanere. Itaque si necessitas coegerit, ut mi-  
nime uitiosa fiant, sic erit faciendum. primum obseruandum  
est, ut equalis, et solida contingatio fiat ne gradus ambulã-  
tium tremor fabricæ turbantis exortiat. deinde ut axes quer-  
næ cum esuleis non mescantur. Nam querus humore con-  
cepto, cum se coeperit siccare, torquetur, et rimas in pauimen-  
to facit. Esculus uero sine uitio durat. Sed, si querus superpetente  
esculus desit, subtiliter querus scatur, et bimæ per diuersum  
coaxationes subternantur, capita earum præfiguntur frequẽ-  
tibus clauis, ne possint torqueri. De cerro, aut fago diuissime  
tabulata durabunt, si stratis desuper paleis, uel silice humor  
calcis nusquam ad tabulati corpus accedat. Postquam coaxa-  
tion fuerit ruderi nouo tertia pars teste rasæ addatur, deinde  
rudus, in quo duæ quintæ calcis mescantur pedali crassitudi-  
ne festuatur. Tunc nucleo crasso sex digitos struatur. fistu-  
rum uero seruetur in duos pedes, et festuancem, et cote diligen-  
ter desprimitur. Quod si nigrum facere pauimentum uoles,  
solo festuato iniiciatur rudus, aut testaceum pauimentum sa-  
bulo. calce. ac fauilla mista carbonibus, spisse calcatis crassitu-  
dine semipedali, tum cote depolatur. Hoc pauimentum graeci  
nicum dicunt, quod et nigrum est, et si qua ex poculis fun-  
duntur, uelociter raptæ desugit. Alio quoque genere pauimenti  
uiri Romani sub Sylla coepere. Lithostratum uocant, quale Præ-  
nesti fuisse in fornacæ delubro memoratur. Paruulus id cru-  
stis constat, ideoque Lithostratum appellatur, hoc à nostris di-  
citur sectile. hinc enim lapis dicitur. spator autem  
stratum. Caesarem tradunt in expeditionibus, tessellata eti-  
am pauimenta circutuisse, de quibus inferius dicemus. Mar-  
moreis etiam tabulis sterni domus coepere. A quo poenica pa-  
uimenta dicta sunt numidico marmore strata, deinde etiam la-  
teribus. pauimenta uero, quæ lithostrata dicebantur, humo pul-  
sa in cameræ transiere. Cameræ testudines dicuntur, quasi ca-  
muræ, hoc est curuæ. Camurum enim curuum significat. Vir.  
Et camuris hyrtæ sub cornibus aures. unde Camerinum pic-  
ni urbi præclara à curuitate situs ita appellata. ab ea uero Ca-  
meris dicti, quos Lilius scribit, Publio quondam Scipioni, in  
armanda classe, quam à Fracim duxit, cohortem unam sex-

centorum militum armatorum præbuisse. Hinc etiam cõtine-  
rata loca dicimus testudinea, hoc est, quæ fornicibus constant.  
huiusmodi pauimenta lapideis, siue figulinis crustis constant  
nitro testis, atque encausto pictis, inuentum Agrippæ in ther-  
mis, quas Romæ edificauit. Vulgo id opus nunc musacum uo-  
cant. Musacum autem dici debet, quoniam pumices, hoc est la-  
pides leues mire erosos in edificijs musæa uocant. dependen-  
tia (ut Plinius inquit) ad imaginem specus arte reddendam.  
Item in ædibus andron est spatium illud, quod est inter duos  
parietes, in quod pluuia descendit. Plyn. Tam alti, abditique se-  
creti illa ratio est, quod interiaccens andron parietem cubiculi,  
hortique distinguit. Atque ita omnem fontem medij inanitate con-  
simit. Sunt etiam plerumque in domibus fontes, uel uiuis aquis  
ibi saturientibus, uel per tubos, aut fistulas aliunde deductis.  
Fons à fundendo dicitur est. unde è terra funditur aqua uina-  
dæ quo etiam fistula dicta est, per quam fusa aqua deducatur,  
sicut tubi, seu per diminutionem tubuli à tumore. et canales  
à canna, quod ad earum similitudinem facti sunt. A fonte fon-  
tana aqua dicitur, quæ ex fonte est. Plyn. Fontana aqua cya-  
thos duos. et fontanalia fontium sacra dicuntur. et fontana-  
lis porta urbis Romæ ob propinquitatem saturientium fontium,  
eadem (ut quidam putant) ætæ pena uocabatur. Iune. Sub-  
stitit ad ueteres arcus, madidamque ætæ penam. Lilius. Censores  
uiam sternendam à porta ætæ ad Martis ædem locauerunt.  
Idem. Aediles alteram porticum ad portam fontinalem ad  
Martis aram, qua in campos iter esset, perduxere. Romulus in  
constructione urbis tres tantum portas statuisse dicitur. Car-  
mentalem primam appellatam à Carmenta matre Euan-  
dri, quæ ibi prius habitauerat, eratque ei id nomen à carminibus,  
quibus dabat responsa, cum proprie Nicostrata uocaretur.  
Vir. Et carmentalem Romano nomine portam. Postea uero sce-  
lerata uocata est, quod per eam, sex, et trecenti Fabij cum cli-  
entibus quinque milibus egressi aduersus Etruscos ad amnem  
Cremeram omnes interfecti sunt. Ouid. Carmentis portæ dex-  
tro est uia proxima Iano. Ire per hanc noli, quisquis es, o-  
men habet. illa fama refert Fabios exisse trecentos, porta uacat  
culpa, sed tamen omen habet. Sic sceleratus campus Romæ ap-  
pellatus est, proxime portam collinam in quo uirgines uestales,  
quæ in castum fecerant, defossæ sunt. et sceleratus uicus  
Romæ, in quo cum Tarquinius superbus interficiendum cu-  
rasset Seruum regem socerum suum, corpus eius iacens silia  
carpento superuecta est, propeans in possessionem domus pa-  
ternæ. hæc omnia scelerata dicta sunt, hoc est polluta. etenim  
scelerare polluere est. Vir. Parce pijs scelerare manus. Inter-  
dum tamen sceleratum capitur pro nocente. Idem. At sceleratum  
exquirere frigus difficile est. Quidam scelerosum, et sce-  
leratum, ita distingunt, ut scelerosus sit author sceleris. scelera-  
tus uero, in quo scelus sit constitutum, aut commissum. Teren-  
tius. Vbi ego illum scelerosum. hæc à scelus deducitur, quod signi-  
ficat flagitium. facinus. à quo sceleratus, idem, quod sceleratus.  
et scelerose. scelerate, ac scelerate aduerbia. et scelerator, con-  
taminator. A graeco autem hæc deducuntur, quippe graeci  
σκλερόν sceleratum indicant. Secundam portam instituit pa-  
danam, quod ad res, quæ in urbem ferebantur, panderetur, ea-  
dem, et à libertate libera dicebatur. Tertiam mugoniam à  
mugitu, quod per eam uenale pecus intraret, hæc et trigonia,  
hoc est trium angulorum cognominata. Addita præterea ab  
eodem intra urbem Ianualis porta est, à Iano dicta, et ideo  
ibi positum Iani signum, et institutum à Poppilio, ut esset clau-  
sa semper, nisi cum bellum foret, cuius rei causa hæc fertur,  
cum bello sabino, quod uirgum raptarum gratia commis-  
sum est. Romani portam, quæ sub radiabus collis uiminalis



erat, claudere festinarent, quia hostes in eam irruerant, postquam clausa fuerat, mox sponte patefacta est, cumq; iterum, ac tertio idem contigisset, quoniam claudi non poterat, armati pro limine plurimi appositum sunt custodes. cumq; ex alia parte acerrimo proelio certaretur, subito fama pertulit suos Tatio Romanos. Quam ob causam, qui aditum tuebantur, terrore profugerunt. Cumq; Sabini per portam patentem irrupturi essent, magna vis torrentium ex aede per eam portam dicitur erupisse, multasq; per duellum ceteras, aut exustas feruenti, aut deuoratas rapida uoragine deperuisse. Ob eam rem placitum est belli tempore, uelut ad urbis auxilium, profecto deo, fores reserarentur. Hinc patuleius, et clusinus dicitur esse Ianus, quia bello portae eius patent, pace clauduntur. Dicitur etiam deus geminus, quasi utriusq; Ianus caelestis potens, quod sol sit, et exorietis aperiat diem, occidens claudat. Unde et simulachrum eius fingi solebat manu dextera trecetorum, et sinistra sexaginta, et quinque numerum tenens, ad demonstrandum anni dimensionem. Item deus bifrons, quod et praeterita scierit, et futura praeviderit, uel quia superum, atq; inferum ianitor est, et Ianus pater, quasi deorum deus, et Ianus iunonius, quasi non solum ianuarum, sed mensium omnium ingressus tenens. in ditone quippe iunonis sunt omnes Calendae. unde et Varro scribit, Iano duodecim aras pro totidem mensibus dedicatas. Ianus consuius a consuetudo, hoc est a propagatione humani generis, quae Iano auctore consuevit, Ianus quirinus, quasi bellorum potes ab hasta, quam Sabini curim uocant. Alia quoq; de deo diuersis temporibus portae additae fuerunt, inter quas celebriores sunt flumentana, quam Tyberis urbem intrans, in sinistra ripae parte relinquit, dicta, quod Tyberis quandoq; in eam influxerit, quod in aliam fieri non poterat. Linius. Praedicta die in petilinum lucam extra portam flumentanam. unde conspectus in capitolium non est conualium populi indictum. Collatina, quae per eundem circuitum ad sinistram tyberis partem proxima est, a Collatina appellata oppido prope Romam. in quod aliarum urbium opes collatae fuerunt. post eam gabina, quae recta in gabios ducebat. subsequens Quirinalis ita uocata, uel quod ea iter in collem quirinalem, uel quod proxime eam Quirini sacellum erat. Eadem aegonensis (ut quidam existimant) uocabatur, quod mons ipse quirinalis prius aegonus cognominatus est. Hic portae collina ab eodem colle, ad quem alia uia iter erat. huic portae propinquum fuit Eryanae Veneris templum. Ouidius. Tempora frequentari collinae proxima portae. Nunc decaet. a Sicilia nomina rege tenet. eadem nunc salaria uocatur, quod nomen uiae quoq; est, in quam exit. Cornelius tacitus tertium agmen per salariam collinae portae appropinquabat, per eam sal Sabini de ferebant. ideo salaria uocata. de de uiminalis, quae ad umminalem collem ducebat, appellatum a sylua uiminalium, quae ibi dicitur fuisse, eadem numentana a numentana uia, quae in salariam intrat, haec uero a numentano agro, de quo inferius dicemus. Post haec exquilina, quae in exquilias ducit. Tyburtina etiam dicta aliquando taurina a capite tauri, quod illic insculptum erat. Exquilinae sunt gemini in urbe montes, dictae (ut Varro affirmat) uel ab excubijs regis, uel quod ex culta a rege Tullo essent, in altero eorum nunc arcus extat, quem litera indicant appositum honori Galeni imperatoris fuisse. In altero sunt Diocletiani thermae, et duo equi marmorei ingentes, cum uiris feminulis lorae tenentibus, miro artificio insignes, quorum unus inscriptum latinis literis habet. opus Praxitelis. alter, Opus Phidiae. Constat hos a Tyridate armeniorum rege Romam delatos, quem Nero, ut laute exaperet theatrum Pompei unius dici opera a totum inaurat

uit. Tum uenia a Nennio, qui ea loca tenuit. et caelimoniana a Caelio monte. et latena, quod in latium duceret. et trigemina, per quam trigemini fratres Horatii exierunt. Sed tertius, qui superstes fuit porta capena redijt. Linius. Minutus extr. portam trigeminam boue aurato donatus est. Eadem ostensis appellatur, quod per eam iter sit ostiam proficiantibus. Aurelia ab Aurelio, qui eam tenuit locum. querquetulana, quod quercum intra muros iuxta se habebat. Lauernalis a Lauerna dea, cuius in obscuro, atq; abdito loco fures praedam, fieri q; inter se partiri soliti erant. et ideo lauerniones uocabantur, quod sub tutela deae Lauernae essent, cuius aedes erat iuxta portam lauernalem rauduscula, quod erat. Aes raudus a ueteribus dictum. unde in uenditionibus mancipi scriptum erat raudusculo libram ferito. Proprie autem raudus siue raudus dicitur res rudis aspera, et imperfecta ideo hominem imperitum rudem nominamus. A quo fit erudio, quod est docere. instructio. et eruditio doctrina. et erudite aduerbium doctae. et ruditas imperitia. et obusitas ingenij. et rudis impolita uirga dicitur. a quo fit rudiculus diminutiuum. Plynus. Non est opus in hoc usu lanas rudiculus esse citatas. Idem. Vritur autem in pannis per laminas minutas cum sulfure uersatum rudibus ferreis, aut ferulaceis, donec liquor mutetur in cinerem. Quoniam autem gladiatores iam etate ingravescentes, dum libertate a praetore donabantur, ne gladiatoriam amplius exercerent, uirga donari solebant, factum est, ut pro libertate, et pro fine, rudis aliquando metaphorice ponatur. Iuuenalis. Ergo sibi dabit ipse rudem, hinc nouum rudus, et uetus rudus dicimus. Nouum rudus est materia pauimentum. hoc est saxa de nouo confusa, seu teste fracta ad pauimentum faciendum. Vetus uero rudus est materia ueterum pauimentorum, et diruptorum aedificiorum quae lapidibus, et testis confraclis, calceq; arena commista constat. Plynus. Complanatae ueteri rudere erant uiae. Hinc rudens tus ager dicitur, qui ueterum aedificiorum materia scattit, hoc est lapidibus confraclis. arena. calce. Plynus. Rosam sicis loca, quam humidis odoratiorem constat nasci. Serendam nec pinguis, nec argillosis locis contentam uaris. proprieq; ruderatum agrum anare derudere nouo. Vtriusque. Tunc superstratum duces rudus, hoc est saxa confusa duabus partibus, et uinc calce temperante constituit. Rudo uero factitium uerbum est, proprieq; de asinis dicitur sicut hinnio de equis. Persius. Fidor, ut arctidae pecuaria rudere credas. hic rudentes asini dicuntur. Virgilius. Sera sub nocte rudentum. Rudentes etiam appellantur nautici fines, quoniam cum uento agitantur rudente uidentur. Idem. Insequitur clamorq; uirum, stridorq; rudetum. Item rutimentum porta, quae a nomine cuiusdam aurige cognominata est prope eam habitantis. et casularia, quod non longe ab ea ad placendum canaliculae sydus inimicum frugibus rufae canes immolabantur, ut fruges ad maturitatem perducerentur. et triumphalis porta, per quam triumphantes imperatores pompam agebant. Erat et in urbe illa porta, quae a Roma Romanula dicebatur, habens gradus in naualia ad Volupiae sacellum. Item alia in palatio mutationis appellata a mugitu, quod ea pecus exigebatur. A fonte etiam fonticulus deducatur, hoc est parvus fons. Plynus. Vbiq; moueris humum fonticuli scitent. Fons graece πηγή dicitur. unde plures simul domus rusticae, hoc est plures uillae, pagus uocatur, quod arca fontem condi huiusmodi uillae consueuerunt. hinc pagani dicitur, quasi ex eodem fonte potantes, hoc est uillani. hinc paganus uicinus. hinc semipaganus quasi, semiuillanus. lapis in quem aqua scaturiens colligitur. modo crater modo labrum. modo a gustato gustatoriu appellatur. Crater a similitudine



nasus huiusmodi. Est enim crater, siue cratera uas rotundum amplum. Virgilius. Crateras laeti statuunt, et una corant. Idem. Crateresque duos statuam tibi pinguis oliui. Et alibi. Euso crateris oliuo. Nam quod Marcellus ait, crateras diuasa uinaria. Crateres uero uasa olearia, falsum est. Magnū, atque amplum esse idem Virgilius ostendit. Sed magnum metuentis, se post cratera tegebat, graecum uocabulum est *κρηνη*, et a capacitare. hoc est *κρηνη* uocabitur, quod est tenere. capere. Quidam scribunt tres urnas continere. Vt nam uero quartarium dici manifestum est, quod quatuor sextarios capiat. ab huius uasis similitudine crater in monte Aetna appellatus est foramen illud, per quod ignis, cinisque euoluitur, quod cum aliquando duobus in locis fieri uideatur, duos esse huiusmodi crateres dixere. Strabo. Ipsa uero montis aetnae cacumina flagrantibus incendijs multipliciter mutari manifestum est. Nunc quidem in craterem collabitur ignis. nunc diuisus egreditur. modo igniti de fluminis riuo. modo flammæ, aut fumus, siliquis ne consurgunt. Aliquando ardens lapis exundat. Ouidius de rapto Proserpinæ. Et pronos currus medio cratere recipit. Exigua fistula ex aere, siue marmore, aut alia materia, ex qua aqua exilit è fonte, et propter signa, quæ fieri in ea solent persona aliquando uocatur. proprie si puniculus dicitur. Plynus. A qua uelut ex pressa cubantium pondere si phunculis effluit, cauato lapide suscipitur, graeci marmore continetur. Item baptisteria in domibus sunt, hoc est ueluti lacus quidam ex ligno, aut marmore, alio ue genere lapidis edificati, in quibus lauandi gratia merguntur dicta, *κρηνη*, quod mergere est, hæc in ædibus edificari solent, hoc est secretioribus locis, in hunc usum factis, quarum alie caldariae sunt, in quibus calda lauamur, alie frigidae, in quibus lauamur frigida. Plynus. Cella frigida, in qua est baptisterium amplum, et opacum. Sunt etiam piscinae in arcibus, in quibus natari latius possit. Piscinae ab initio dicte sunt, in quibus uiui pisces coercantur, quod nomen ipsum facile indicat. In his quoniam natate etiam solebant, inualuit consuetudo, ut omnes in hunc usum collectæ aquæ siue frigidae sint, siue calidae, siue tepidae piscinae dicantur. Mart. Piscinam peto, non licet natate. Cicero. Latorem inquit piscinam uoluissem, ubi iactata brachia non offenderentur. Plynus. Si natate latius, aut tepidius uelis, in arca piscina est, in proximo puteus, ex quo possis rursus astringi. Quinetiam uasa lignea ampliora ad tenendam aquam. et ipsa baptisteria aliquando piscinae uocantur. Idem decoquitur in aqua, et in piscinas lignas funditur. Eadem generali uocabulo natatoria, et natationes appellantur. a piscina Cicero piscinarios uocat Lucillum. Philippum, et Hortensium piscinas habentes. Pisces a pisce dicitur, a quo diminutiuum pisciculus. Terentius. Olera, et pisciculos minutos, et piscor uerbum, quod est pisces uenior. a quo ex piscor, quod proprie est diligenter, ubi nam pisces lateant, quæro. Metaphorice tamen ex piscari pro indagare accipimus. Terentius. Perinde ex piscare, quasi non noris. Item pro lucrifacere. Plautus. Tandemque nescio quid ab eo expiscatus. et adipiscor, quod significat acquirere. Veteres appiscor dicebant. Lucilius. Magnam inde appiscatus infamiam. quod si adipiscor cum persona iungatur, significat peruenio. et in præterito facit adeptus. Cicero. Nam medio itinere eum adeptus amplexus sum, hoc est cum medio itinere ad eum peruenissem. idem accidit in nascor, quod, cum similiter acquirere significat, si tamen cum homine iungatur, frequentissime accipitur pro inuenio. Cicero. Eum tu hominem teneto, si quæris nactus istis mortis, aut exilij minis. Ab hoc ueteres renascor dixere pro eo, quod est reprehendo, et indispiscor, quod

similiter significat assequor. Dicitur etiam in actiuo indispiscor. Plautus. Neque parum tibi adeo indispiscor, neque sicrem exapiet. Ab indispiscor fit indepius. a quo indepto frequentatiuum. V arro. nec partem aliquam indeptauit hereditatis. A piscor piscator deducitur, qui piscatur. et piscatus, ac piscatio pro ipso actu piscandi. Plynus. Quos uenatis. aucupia piscatusque alebat. et piscatorium, quod ad piscatorem pertinet, ut piscatorius hamus. piscatoria scapha. piscatoria fisona. piscatorium tugurium. et piscosum, quod modo significat piscibus plenum, modo in quo piscari facile est, quod et pisculentium ueteres dixerunt. Cato. Fluminum magnuum. pulchrum. pisculentium. piscatorij ludi dicebantur, qui pro quaestu piscantium fiebant. Item piscaria, loca in quibus pisces uenduntur, et piscarij, quæ pisces uendunt. V arro. Nullus in piscaria piscis erat. inter piscarios nemo uendebat. idem et cetarij dicuntur, quæ uis cetarij potius sunt, qui magnos pisces, et salsos uendunt. Cete enim maiores pisces in mari sunt, non omnium, sed animal parietes, quod nulli ex paruis accidit, præterquam ranæ. Virgilius. Immania cete. Cetarij etiam piscatores magnorum piscium dicuntur, ut puta thynnorum, et aliorum huiusmodi. V arro. Aduertis cetarios, cum uidere uolunt in mari turmas ascendere in malum, alti ut penitus per aquam perspiciant. Hinc cetariae dicuntur loca iuxta mare stagnante laci, in quibus thynnus, et alij huiusmodi pisces capiuntur, et iuxta saluntur. Plynus. Carthæ in cetarijs assuetus polypus exire, atque ibi salsamenta populari. idem. Scombris in aquis susseruis color, extra, qui ceteris, Hispaniæ cetarias hi replent thynnus non commeanibus. pisces aliquando a terrestrium animalium similitudine nomen habent. ut uittulus. scorpis. anguilla. Aliquando a similitudine auium, ut passer. hirundo. Nonnumquam ab aliquo inanimato, ut a testa testudo. ab aculeo, qui et belone dicitur, quod graeci *βελων* aculeum nominant. Plynus. Aculeus siue belone unus piscium debescit. propter multitudinem uero parui, a paruo calescit uulnus, quod et in caecis serpentibus tradunt. interdum a colore, ut auratus a colore auri, et mulus a colore mulcorum caecorum, quibus primo reges albani, postea patrij usi sunt. erant autem purpurei coloris a mulando, hoc est suendo dicti. Vnde mulus collare canum uenaticorum consueuit, factumque ex corio clauis ferreis eminentibus aduersus impetum luporum. Sappio Aemilianus ad populum. Nobis inquit, rei que publica praesidio eritis, quasi nullus canis. Mulus piscis est marinus maxime nobilitatis, et gratiae, magnitudinis modice. raro enim binas libras ponderis superat. Martialis. Nolo mihi ponas rhombum, nullumque bilibrem. Mutianus tamen tradidit mulum octuaginta librarum in mari rubro semel captum fuisse. uelut alger. ostris. limo. et aliorum piscium carne. barba gemina insignitur inferiori labro. propter quod Veneti barbonem uulgo nominant, a graecis tri glia dicitur, quo nomine in praesentia uocatur Romani. Hinc tri glis lapillus dicitur, quod muli colorem habet. sicut atranias, quod caeri marini. Echites, quod ut perascor pites, quod scorpionis. scarites, quod scari. Viliissimus inter eos est, quem lutarium nominant. Hunc semper committitur sanguis, alius piscis. et illo caenum fodiente, hic excitatum pabulum deuorat. A sinuis celer Claudio principe mulum unum septem millibus numum mercatus traditur. M. A. picus in socorum gero, de quo alibi dicemus, Mulos necandos putauit. et ex icore eius aleam excoxit. Mulum ex pirantem multiplici quadam colorum uarietate spectare proceres gulae praclarum putabant, praesertim si uitro esset inclusus. Seneca parum uidetur recens mulus, nisi qui in conuicia manus moritur. Vitreis ollis inclusi afferuntur, et obseruatur



morientium color, quem in multas mutationes mors luctante  
 spiritu uertit. Idem ante illa audiebamus. Nihil est melius sa-  
 xatili mulo. At nunc audimus nihil est moriente formosius. Da  
 mihi in manus uas uitreum, in quo exultet, & diu laudatus  
 est ex illo perlucido uuario extrahitur. Tunc, ut quisq; periti-  
 or est, monstrat. Vide quam exarsit rubor omni acrior mi-  
 nio. Vide quas per latera uenas agit. Ecce sanguineum putes  
 uentrem, quam lucidum quiddam coeruleum sub ipso tempo-  
 re effulsit. Iam porrigitur, & pallet, & in unum colorem co-  
 ponitur, non tempero mihi, quin utar interdum temerarie uer-  
 bis, & proprietatis modum excedam. Non sunt ad popinam  
 dentibus, & uentre, & ore contenti, oculis quoq; gulosi sunt.  
 Multi nunc praestantissimi capiuntur in mari Tyrrheno iu-  
 xta corniculum, & tarquinius. habent enim & pisces sua  
 loca, sicut caprio in Benaci lacu. Salmo in Rheno, ac Rhodano.  
 qui duo pisces omnibus ferè marinis praefertuntur. Attilus in  
 pado. Zeus, qui & faber appellatur gadibus, mustelle, in  
 lacu brigatino retia nurenis ferè similes, & ceteros omnes  
 pisces nostra aetate excedentes pretio, quas à lambendis petris,  
 uulgo nunc lampetras nominant. Circa ebusum salpa, obse-  
 nus alibi, & qui coqui non potest, nisi ferula uerberatus. Ple-  
 runq; nomen trahunt pisces ab ingenu, aut morum similitu-  
 dine, ut canes, siue canicula à morsu. haec enim graui pericu-  
 lo urinantes iefstant, ob id stilos praecutitos lineis adnexos ha-  
 bent, quia nisi per fossa non recedunt. atrox cum his dimica-  
 tio est. Inguina, & calces, omnemq; candorem corporum appe-  
 tunt. Salus una in aduersas eundi, sic enim terret & retroce-  
 dunt, pauentq; hominem aequè, ac terrent. Verum ubi ad su-  
 mam uentum est, ibi periculum adempta facilitate eundi con-  
 tra, dum conantur emergere, omnis spes salutis in sociis est, nisi  
 praecelerè in repente rapiant, ab summo spectant. Omnis cura  
 ad speculandum hoc malum adhibetur ante, quam mergatur.  
 Certissima est securitas conspexisse ibi planos pisces, quia nū-  
 quam ubi sunt canicula uersantur. Qua de causa urinantes  
 sacros eos appellant. Item lupi à uoracitate, unde à graecis  
 hic piscis λαβραξ dicitur, hoc est uehementer edax. κα  
 enim intensiua particula est. λαβρός edax dicitur, à quo  
 picentes mei uarolum nominant. Romani uulgo lupum. lane-  
 us, siue lanatus lupus dicitur à candore, ac mollitia carnis. Ta-  
 les enim inter eos laudatissimi sunt. Marti. Laneus Euganei  
 lupus excipit ora Tm. u. aequoreo dulcers cū sale pastus a-  
 quas. Var. Lupo tyberino palmam tribuit his uerbis. Ad ui-  
 ctum optima fert ager campanus frumentum. salernum ui-  
 num. cassinās, oleum. Thufculanus, ficum. mel, Tarētinus. pi-  
 scem tyberis. Optimi inter duos pontes lupi capiuntur, pro-  
 pter urbis latrinas, & cloacas, quas insectantes maxime pin-  
 guescunt, quae res praecipua causa est, ut è mari nantes iter flu-  
 minum hostia meliores sint, ut pote pinguiores. Refert Macro-  
 bius Lucilium acrem, & uehementem poetam ostendere se sci-  
 re hunc piscem egregij saporis esse, qui inter duos pontes ca-  
 ptus esset, eumq; quasi liguritorem appellare catillonem. pro-  
 prie autem catillones dictos gulosos, quasi catillorum ligurito-  
 res, & praecipue eos, qui ad pollutum herculis ultimi conueni-  
 ebant, quod catillos liguribant. A catino per diminutionem  
 catillus dicitur. catinum autem à capiēdo putant deductum,  
 uas est escariae mensae, ubi pultem, aut aliquid iurienti pone-  
 bant, catillatio graue opprobrium obijciatur hominibus ge-  
 nerosis, siqui prouicias amicas populi Romani ex poliaissent,  
 quod bona eorum ligurisse uiderentur. Lucilij uersus hi sunt.  
 Fingere praeterea afferrī, quod quisq; uolebat. Illum summa  
 ducebant, atq; altitium lanx. Hunc pontes Tyberinos inter  
 captus catillo. Caium quoq; Titium ita scripisse cōmemorat,

quin potius putamus nullum mistum uino graeco. edimus  
 turdum pinguem, bonumq; piscem. lupum germanum, qui in-  
 ter duos pontes captus fuit. Refert Aristoteles muglem, & lu-  
 pum perpetuo inter se odio confla grare. Nos certe Puteolis sae-  
 penumero congrum cum nurena, cum lupo multū acriter pu-  
 gnantes Bessarione nostro praesente animaduertimus, mug-  
 lemq; in metu, cum caput occulta esset, totum se absconditum esse  
 existimantem, propter quod cephalum à graecis uocari, ueri-  
 simile est. Galenus quoq; excellens medicus de eo sic scribit.  
 λαβρακα ου τειραμαι γινόμενον εν γληνησι υδασι. εν μιν-  
 τοι τής θαλάσσης ε παραβαίνοντα ποταμοίς η λιμνες εώρανα.  
 διό και μοχθηρός δ λγαυις ευρι σκεται. καθαπερ ο κεφαλος πολλα  
 νις. ου φλυγ δ ουδ ει τας λιμνοθαλάσσης και τα εώματα των πο-  
 ταμών και τισι πελαγίους αν τοιτι γαρ τουνο ματι βται τοις ει  
 το βαςος, α ποχορούσι. Lupum inquit in dulcibus aquis ma-  
 tum non uidimus, sed ex mari in flumina, ac lacus ascenden-  
 tem conspeximus, propter quod parum per limosus inuenitur  
 aliquando, quemadmodum cephalus. Nō fugit autem stagna  
 salsa, nec ostia fluminum, quamuis in profundo maris uersari  
 sit solitus. Constat autem à lupo quadrupede animali appel-  
 latum hunc piscem fuisse, cuius tanta uarietas est, ut cibo alio  
 deficiente, terra uescatur. Loporum uisus creditur homini no-  
 xius esse, uocemq; ei, quem priores uiderint, adimere. Virgili-  
 us. Nunc oblita mihi tot carmina, uox quoq; Maerim iam fu-  
 git ipsa. Lupi Marim uidere priores. Hinc factum est prover-  
 bium. Lupus est in fibula, quoties superueniente eo, de quo  
 sermo erat, necesse est tacere. homines in lupos uerti, rursumq;  
 restitui sibi, usq; adeo uulgi animis infixum est, ut hinc uer-  
 sipellis contumeliosum nomen ortum putetur. Hi enim dicitur  
 uersipelles, qui modo unū, modo aliud ostendunt, & quo  
 libet se fraudulenter commutant. Lucilius. At libertinus tri-  
 uerius syrus iste ad mashugas, qui cum uersipellis fio, & com-  
 muto omnia. Plautus. Uersipellem se facit, quando lubet. Scri-  
 bit Varro arcadas quosdam forte ductos stagnum quoddam  
 eius regionis tranare, uersati in quercu suspensio, atq; abire in  
 deserta, transfigurariq; in lupos, & cum similibus feris per  
 nouem annos uictitare. Quo in tempore si humana carne ab-  
 stinuerint, rursum ad idem stagnum reuertit, & cum tranare  
 rint priorem effigiem, habitumq; recipere, nouem annorum  
 aetate addita. Et quia nullum tam im pudens mendacum est,  
 ut teste careat, nominatum exprimit. Denenentum quendam  
 in sacrificio, quod arcades immolato puero facere deo suo ly-  
 cao solebant, cum humana exta degustasset, statim in lupum  
 conuersum, & anno decimo in figuram pristinam restitutum.  
 hunc pugillatu se se exercuisse, & olympico uicisse certami-  
 ne. Nec ob aliam causam Varro existimat in Arcadia Panem  
 lycæum, & Iouem lycæum nominatos, quam propter hanc  
 hominum in lupos mutationem. Lupus enim graeco uox  
 dicitur, à quo lupi nomen deriuatur. & simili modo lycæum  
 Archadiae montem appellatū, qui Pani deo sacer ē, quod ma-  
 gis mihi placet, quam quod scribit Seruius lycæum dictum,  
 quod lupos nō sinat in oues seuire. Lupi caudae uulgi exi-  
 stimat amatorum uirus inesse in exiguo uillo, eumq; qui ca-  
 piatur, statim abijcere, nec enim habere uillum, nisi iuuēti de-  
 trahatur. A lupo ceruarius lupus dicitur aliud animal uulgo  
 notum, cuius tanta obliuio est, ut maxima etiam in fame man-  
 dens, si respexerit, non recordetur abi, sed diu gressus alij que-  
 rat. Item à lupo luperca dictum, locus, siue spelunca sub pa-  
 latino monte sacra ab Euandro Pani deo Arcadiae, qui ly-  
 caeus uocatur, quamuis alij, ita appellatum uelint, uel quod  
 lupa ibi Renum, & Romulum nutruerit, uel quod ibi per  
 caprum luebatur, hoc est sacrificabatur, ut sit dictio ex tribus  
 orationis



orationis partibus composita, hinc lupercalia sacra, quae in eo loco fiebant, appellata. & luperci a Romanis dicti, quasi ex illorum mysteriorum semine exorti, siue (ut Varro putat) quod lupercalibus in lupercali sacra facerent. A lupo etiam meretricis lupae appellatae, quod, ut illi abi, ita haec uel libidinis, uel quae sunt appetentes sine. Vnde turpia earum loca lupanaria uocantur. & lupari scortari, ac meretricari est. Aetius. Qui cum meretrice per uias habitu nostro lupantur. Hinc datum fabulae locum uolunt, ut Remus, ac Romulus expositi, a lupa nutriti esse dicantur, quod, cum uagantes in ripa Tyberis iacerent, a nescio qua meretrice primum collecti fuisse, & primas eius mamillas suxisse putentur, deinde ad Faustulum peruenisse pastorem. Alij tamen existimant hanc non fabulam, sed historiam esse, & geminos infantes a lupa uere fuisse nutritos, quod Marte geniti essent, in cuius tutela lupi esse dicuntur, ut ideo lupam priuilegia ubera adiuuasse credatur, quia filios esse dei sui Martis agnouerat. Lupata quoque genus freni asperimus a lupinis dentibus nomen sumptere, qui inaequales sunt. & propterea a morsu eorum asperimus. Vir. Pressiq; nequebunt uulnera dura pati. & durus parere lupatus. Lupinum dicitur quicquid ad lupinum pertinet, ut lupini dentes. lupini oculi. lupina rabies. Plinius, Masurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit. ideo nouas nuptas illo perungere postes solitas, nequid mali medicamenti inferretur. Lupinum quoque leguminis genus appellamus, quod non minus terra appetat, noraxq; illius sit, quam lupus. hoc unum coli non uult, seriuq; non arato, & tellurem adeo amat, ut quauis fructuoso solo contentum inter folia, ne presq; ad terram tamen radice perueniat. Quondie cum sole arcum agitur, horasq; agricolis etiam nubo die demonstrat. ter floret. ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum est. is acratum calida aqua in cibo est homini. Lupus etiam instrumentum est ad unicum, quo uasa, quae in puteum forte caederint, extrahuntur. Harpax graeco uocabulo, & Harpago nominatur, quod rapax interpretari potest, ἀπό τοῦ ἀρπάζειν, quod est rapere. Item Lupus genus araneae est, de quo supra diximus, a graecis λυκός appellatus, & herba, quae asparagi uice mandi solet, quae & lupus saltarius, quod salices ad similitudinem uitis ascendat, & uulgo lupulus dicitur ex acalearum genere. Germani ex ea ceruicem faciunt admista frugibus. Hoc genus potionis, quo prouino utuntur, quale est in Aegypto Lithum aelia, et cerea in Hispania. horum omnium spuma citem foenuarum in ficie nutrit. A lycos etiam Lycus deducitur proprium uiri nomen. Mulier autem hoc nomine clari fuerunt. Vnus troianus Virg. Fata Lyti, Alius thebanus ignobilis genere, qui, cum a Creonte Herculis socio in exilium missus fuisset, Hercule deinde cum Pirithoo ad inferos profecto, regnum Thebarum occupauit. Itē alius Thebarum rex. alius Pandionis filius, qui a se Lyciam nominauit. Item a lycos Lycion Calystonis pater Arcadiae rex, qui, cum solius esset hospites necare, idq; in Iouem hospitem moliretur, in lupum ab eo conuersus est. Fuit & alius hoc nomine Priami filius, pater Pandari. & Lycastus urbs cretae a Luporum, quae ibi est, multitudine. & Lyciola pastoris nomen. & Lyamnius frater Astoches, et Lycanus proprium nomen, et Lycomedes Creontis filius, & Lycopa urbs Aetholiae. & Lycon pythagoricus philosophus, alius Socraticus. tertius Poeta. quartus epigrammatum scriptor. et Lycophron Perianthi Corinthiorum tyranni filius, qui patri, quod matrem occiderat, nunquam conciliari potuit. cumq; patris aetate iam grauescente in successorem tyrannidis uocaretur, respondit se nunquam Corinthum patre uiuente, rediturum. et Lycopolis urbs Aegypti. et Lycus oppidum cretae sub Idomeni imperio, a

quo Idomenus lycius est dictus, & Lyctonia similiter urbs cretae. & Lycurgus laedaeoniorum rex, philosophusq; clarissimus, qui laedaeonijs leges sanctissimas condidit, astrictusq; cuius iuramento, quod tandiu eas intemperate obseruarent, donec ipse rediret, & e patria nunquam rediurus emigravit. quo leges a se editae perpetuo obseruarentur. Fuit & alius Lycurgus nemeae regis rex. Item alius Rex Thracum, qui, cum Bacchum deum esse negaret, uitem amputare conatus, sibi crura praecidit. unde cum tradunt abstemium fuisse, 10 & lyasca nomen habens compositum a lupo & aetne, hoc est ἀπό τοῦ λύκος, καὶ αἰνός. Est enim canis natus ex commistione canum, luporumq; Virg. Multum latrante lyasca, & lynx, & lycius Apollo. & lux, de quibus inferius dicemus. Itē urtica dicitur, quod uredinem tactu exatent. Graece hoc genus ἀκαλίον uocatur, piscis est carnosae frondis nocte uagatur. nescitur aetne. contrahit se primo. mox pranatante pisci cilo frondem suam spargit, complectensq; deuorat. Dum ad moueri sibi manum sentit, mutat colorem, & contrahitur uis. prurita mordax. nam tacta uredinem mittit instar terrestri 20 herbae, quae ab urendo urtica dicitur, quod folia eius tacta acerrime urant, quauis genus urticae est, quod ononium uocant, multo caeteris mitius, & folijs ferē nihil mordentius. Constat, si quis decocto urticae pedes hyeme luerit, eo die non frigsce-re. si quae marem non admittant, & urtica inficitur natura, libenter cotum pati. Phannias physicus utilissimam esse urticam scripsit in abis coctam, conditam uel, heni. duritiae uentris. intestinis animalium. articularibus, & podagrycis morbis. arteriae. uis. uentris distillationi. stomacho. panis. parotid. perionibus. Pectus praeterea purgare. urinam ciere. sangui-narium sistere. calculos rumpere. uiam reprimere. Nonnunquam etiam a figura piscis nomen accipiunt, ut solea, quae crepidae similis est, quam soleam uocamus ex planorum piscium genere. & Rhombus commendatus patinis. a solea, et passere situ tantum corporis differens. etenim dexter Rhombo, re supinatus est solea, & passeris leuius. Rhombi mentionem facit Iuuenalis, quem fingit Domitiani temporibus incredibili magnitudine captum fuisse. Cum iam semianimum laceraret Flauius orbem uoluit, & caelo seruiret Roma Neroni, Inadit adriaci spatium admirabile Rhombi Ante domum Veneris, quam dorica sustinet ancon. Impleuitq; sinus. Rhombos tradunt optimos esse Rauennae, sicut lupos inter duos pontes Roma. Rhombus graeca uox est, significatq; proprie figuram quadratam solidam, cuius latera omnia sunt aequalia, anguli uero oēs obliqui hoc modo. ◊ Hic Rhombus si in terra iactetur, uoluitur ad similitudinem ferē cylindri. Vtebantur eo maleficae mulieres, quibus maxime Thessalia abundat, ad deducendam lunam. Martialis. Quae nunc thessalico lunam deducere rhombo. Idem, Numerare quis pigri dumna possit somni. Dicere quot aera uerberent manus urbis. Cum secta colco luna uapulat rhombo. Solebant quippe ueneficae mulieres ad deducendam lunam noctu aera percutere. Ouidius de anu lunam deducente. Themis aq; concuit aera. Themis enim antiquum oppidum Cypri est, in quo repertum primo aes, ab eo sumpsit cognomen. Theocritus in Ecloga, quam pharmaceutriam inscripsit, mulierem maleficam inducit amore adolescentis captam inter multa alia, quibus allicere sibi amantem conabatur hoc rhombo usam fuisse ἡὼς δὲ πρὸς ὄδον ὄρεος ὀχάλμος ἐξ ἀποδοίτας ὡς νέφος διώϊτοπος ἀ μετρησι βύρρα. ut Rhombus iste (inquit) aeneus uertitur, ita uertitur meus amas ad meos fores. Est et Rhombus cylindrus, item torques, & instrumentum illud, quo uertendo mulieres nent, utunturq; eo similiter in Thessalia mulieres maleficae ῥομβῶν graeca dicit uertendo



fundam, lapidem iactare. Quandoque nominantur ab effectu, ut Torpedo, quæ limomersa occultat sese, et pisces supra natantes torpentis facit. postquam uero obtorpuere, deuorat. Et Squatina ex planorum piscium genere, quod propter squallorem, hoc est asperitatem cutis ligna ea, et ebur poliantur. hæc in aqua mira solertia pinnas exertas mouet, ut Rhombus, ut spece uermiculorū assultantes pisciculos attrahat. quos prope accedentes assiliat. Et Echeneis, quod nauem retineat. <sup>10</sup> enim tenere est uas a grecis dicitur nauis. Magnus nostri seculi, et superioris error erat hoc uocabulum fuit omnibus, pro echeneis echinus apud Lucanum legentibus. In medijs echinus aquis. in quo præter sensum etiam uersus ipse corruptus, cum echinus primam syllabam correptam habeat. Echeneis igitur non echinus legendum est, hoc modo, Nō puppim retinens euro tendente rudereis in medijs echeneis aquis, oculiq; draconum. Est autem piscis admodū paruus in petris uiuēs, qui adherēs carnis nauis retardat, ideo <sup>20</sup> dicitur a grecis. A quibusdam uero ē nostris latinis remora appellatus, quod nauis remoretur. Hūc Plynius scribit ob eā causam amatorijs ueneficij insanem esse, tum propter iudicium, ac litium moram. Sed hæc crimina una laude compensat, quod fluxus grauidarum utero sistit, partusq; ad puerperium continet, in abos tamen non admittitur. Peder eum habere arbitratur Aristoteles. Mutianus muricem esse latiorē purpura, neq; aspero, neq; rotundo ore, neq; in angulos procedente rostro, sed simplici concha utroq; latere sese colligente, quibus adherentibus, plenam uentis stetit nauem portantem nuntios a Periandro, ut nobiles pueri castrarentur. Alij pedalem esse tradiderunt, et crassitudine quinque digitorum nauis morari. Plynius de hoc elegantissime scribit in hunc modum. Quid uolentius mari, uentis ue? et turbibibus? procellis? quo maiore hominum ingenio in nulla sui parte adiuta est, quam uelis, remisq;. Addatur his et reciproca astus inarrabilis uis, uersumq; totum mare in flumen. Tamen omnia hæc, pariterq; eodem impellentia, unus, ac paruus admodum pisciculus echeneis appellatus, in se tenet. Ruant uenti licet, et semiant procellæ, imperat furori, uiresq; tantas compestat, et cogit stare nauiga, quod nō uincula ulla, non anchoræ irreuocabili pondere faciunt. in frenat impetus, et domat mudi rabiē, nullo suo labore non retinendo, aut alio modo, quam hæc edo. Hæc tantilla est satis contra tot impetus, ut uetet ire nauiga. Sed armatæ classes imponunt sibi turrium propugnacula, ut in mari quoq; pugnetur, uelut ē muris. Hæc uanitas humana, cum rostra illa ære, ferroq; adictus armata semipedalis ihibere possit, ac tenere deuincta pisciculus. Fertur Actiaon Marte tenuisse prætoriam nauim. Antonij properantis circumire, et exhortari suos, donec transiret in aliam, ideoq; cæsariana classis impetu maiore protinus uenit. Tenuit et Caij principis ab Astura Antium remigantis, ut res est etiam, auspicialis pisciculus. Siquidem nouissime tamen in urbem reuersus ille imperator suis telis confossus est. Nec longa fuit illius moræ admiratio, statim causa intellecta, cum ē tota classe quinq; remis sola non proficeret, et exilientibus protinus qui id quærentes, circa nauim inuenere adherentem gubernaculo, ostenderuntq; Caio indignanti hoc fuisse, quod se reuocaret, quadringentorumq; remigum obsequio contra se intercederet. Constat etiā peculiariter miratum quomodo adherens tenuisset, nec idem polleret in nauigium receptus, qui tunc, posteaquam uidere eum, limaciæ magne similem esse dicunt. Quidam ē grecis a thoribus hunc alio nomine odinolyontem appellauere <sup>30</sup> ἀπὸ τοῦ ὀδίντος ὄδιντας, hoc est a partu soluendo. Quippe sale asseruatum, et alligatum grauidis partum soluere prodide

runt. Echinus uero piscis est calicem habens echinatum instar castaneæ propter quod echinus est dictus. græci enim <sup>40</sup> ἐχίνου hirtum uocant, spinas pro pedibus habet. ingredi huic est in orbem uolui. itaq; detritis sæpe aculeis inuenitur. Ex hoc genere echinometræ appellantur, quorum spine longissimæ. calices minimi, nec omnibus idem rufus, et uireus color. Circa Tyronem candidi nascuntur. semitam maris præfugientes operiunt sese, ut mobilitatem stabiliant pondere, ne nimia uoluntione atterant spinas, quod aspiciēs nauis pluribus mox anchoris nauiga firman, ora omnium amara sunt, quina numero. ora in medio corpore in terram uersa. Vidi ego, et sæpe piscatus sum pisces hunc in scopulis quibusdam maris nostri aqua conlectis apud Antij reliquias, et iuxta Baias purpureo colore, cæruleo, ac uiridi misto. usque adeo grata oculis ea uarietate, ut si colores durarent, nulla esset cum geminis comparatio, sed mortuo pisce colores tabescunt. scinditur leui percussu hirta testudo, in duasq; partes diuiditur. abijatur altera, altera uero leuiter aqua abluatur. decidunt sordes, quæ in ijs pro uisceribus sunt, remanent quinque partita ora subruia, ad stellæ imaginem formata. hæc cruda sumuntur sapore non inuicundo, quæuis nescio quid amaritudinis habeat. præstant qui Miseni nascuntur. Horatius. O streæ circæis. Miseni oriuntur echini. Sæpe etiam a uire et consuetudine uocantur. unde nulum luttarium dicimus, quod in luto uersetur, et terrestrem testudini chersinam, quod <sup>50</sup> χερσίνος apud grecos dicitur continens Martialis. Examine nobis chersin si credis inesse, Deceperis, pelagi mascula turba sumus. Sæpe etiam ab ipsorum piscium specie, ut nautilus, quod nauigantis effigiem habeat. ναυτιλλομοχί enim apud grecos significat nauigo. hic piscis est, qui ab alijs Pompius nominatur, supinus in summa equorum peruenit. ita se paulatim subrigens, ut emissa omni perfistulam aqua, uelut exoneratus, sentina facile nauiget, postea prima duo brachia retorquens membranam inter illa mira tenuitatis extendit, qua uelificante in auras cæteris brachijs subremigans media se cauda, ut gubernaculo dirigit. ita per altum uadit liburnicarum imagine ludens, et siquid pauoris interueniat, hausit aqua se mergens. Item Polypus a pedum multitudine, quasi multipes. piscis est ex mollium genere multos habens pedes, quos modo brachia, modo crines uocamus. item atudam, quæ bifida est, et acuta. fistulæ præterea in dorso, qua mare transmittit, eandemq; modo in dextram, modo in sinistram partem transfert. natat obliquus in caput. per brachia uelut acceptabula quædam dispersa habet, quibus haurit quodammodo, cui adhaerit. et ita tenet, ut nequeat diuelli. comprehensum hominem in terram deijcit. exit in siccum dūtaxat a sperum. leuia odio habet. colorem mutat ad similitudinem loci. Capus olim fuit in Hispania tantæ magnitudinis, ut caput eius Lucullo ostensum quindecim amphorarum capax fuerit. crines, qui uix utroq; brachio complecti possent. acceptabula, siue caliculi instar peluuiurnam æquauerunt. Reliquæ eius miraculo asseruatæ septingenta pondo pependerunt. Ex polyporum genere esto Genia dicta a graui capitis odore, propter quod marene maxime tam confectantur. Polyphi semper ferè tabe pereunt. sœmme aletius, audidissimi sunt choncarum. ille ad tactum comprimuntur brachia eorum præcidentes, utroq; escam ex prædatore capiunt. alet chonca uisu, omniq; alio sensu, quam abi, et perculi insidiantur Polyphi aperti, impositiq; lapillo extra corpus, ne palpatus eijciantur, securi prædam faciunt, et deuoratur carnes. ille se contrahendo discuntantur. Negant aliqui illum esse atrocis animal ad conficiendū hominem in aqua. In naufragos, urinantes ue maiorem immodum impetum facit. Ab



facit. Ab huius similitudine Polypus etiam narium morbus dicitur a quo eum morbum patientes dicuntur Polyposi. Martialis. Nasum uolo, nolo polyposum. Crescit aruncula modo alba, modo subrubra, quae narium ossi inheret, et modo ad labra pendens narem implet, modo retro per id foramen, quo spiritus a naribus ad fauces descendit, ita crescit, ut post uia conspicia possit. strangulat hominem, austro praesertim, atque euro flantibus, ferro in modum spathae facta ab osse resolvitur, adhibita diligentia, ne charitago laedatur, in qua difficilis curatio est. Est etiam quando pisces nomina habeant, quorum nulla ratio reddi possit, ut torsio piscis delphinorum similitudinem habens, nisi quod tristior est, caretque illa lasciuia, rostris ancilae similis. Et Attilus piscis gradus satis, qui in Pado inertia pinguescens ad mille aliquando libras captus est cathenato hamo, nec nisi bouum iugis extractus. Et carpio piscis nomen, qui capitur in Benaco. Piscis quoque caeleste signum est. Duo hoc pisces constituunt, alter notus, alter Boreus appellatur. Boreus inter aequinoctialem, et aestiuum arculum sub Andromedae brachio collocatus, et arcticum polium spectans constituitur. notus in zodiaci arculo positus est spectans ad occasum. Tradunt Venere aliquando cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphraten uenisse, eodem repente superuenisse unum ex gigantibus nomine Typhona, cuius aspectu terribitatem Venere sese cum filio in flumen proiecisse, et in piscium figuram esse mutatos, ita demum periculo liberatos fuisse. Quae propter Syros ea loca incolentes ab esu, et capitu piscium postea desistisse, ne numina sua laedere uiderentur uel edendo, uel capiendo. Hos pisces in propriam deinde effigiem reuersos, eam imaginem in caelo collocasse. Fucres etiam qui lacus, et stagna in domibus habuerint, ut Nero princeps, qui marinas, atque albulas aquas domi habuit. Item stagnum maris instar arcum sepium aedificijs ad urbium speciem. Quid stagnum sit, diximus superius. Lacus uero a stagno (ut Valerianus inquit) ita differt, quod lacus est, qui perpetuam habet aquam. Stagnum uero, quod temporalem aquam habet ibidem stagnantem, quae plerumque hyeme colligi solet, aestate sicari. In stagnis hyeme cygni. Anseres, anates, onocrotali, grues, felicae, aliaeque aquaticae ues mira uoluptate spectantur, et uarijs aucupiorum generibus capiuntur. Est etiam lacus fontium, siue fluuiorum receptaculum. Virg. iamque domum mirans genitricis, et humida regna, spelun. isque lacus clausos. Item uas, in quo uina calcatur, ac mustum desluit. Plinius ipse uindemi. as colligo si tamen colligere est nonnunquam decerpere uinam. torculum inuisere. gustare de lacu mustum. Tibullus. Nec spes desituat, sed frugum semper aceruos praebat, et pleno pingua mustu lacu. Lacus etiam trabs est in aedificijs plana, a quo fit diminutiuum lacunar, a quo lacunarium, et per antichon, laquear, et laquearium. Virgilius. Dependet lychni laquearibus aureis. Iuuenalis. Doctus spectare lacunar. Item a lacu quando aquae receptaculum significat, derivatur lacuna, quae aquae collectio est, quam alij Lamam, alij lustru nominant. Virgilius, praesertim in certis si mensibus amnis abudans exit, et obducto late tenet omnia limo. Vnde caue te pido sudant humore lacunae. Lacuna etiam dicitur fossa ad sicandos agros parata. Idem. Et totae solidam in glaciem uerte re lacunae. Lacus a graeco sumpsit nomen, graeci enim λαινον lacum nominant. Piscis graece ιχθυσ dicitur, a quo ichthiophagi dicti sunt populi montanas regiones Indorum habitantes, quos subactos Alexander magnus iussit a piscibus abstinere, cum antea solis piscibus alerentur, a quibus habent nomen ιχθυσ enim piscis est, φάγω edo. Sunt praeterea in aedibus sphaeristeria loca rotunda, uarijs lufibus, et uarijs ex-

ercitationum generibus apta. Item exedrae loca spatiosa, quasi triclinia, quae quasi ferè ad occidentem uersae esse solebant. Cicero. Tunc dedita opera quiescentibus alijs, in eam iam exedram uenisse, in qua Crassus posito lectulo requieuisset. Sunt Oeci, in quibus dicitur at matres familias cum lanificis sedent. Qui locus etiam gynaeceum dicitur, et gynaeconitis. Aemilius Paulus, materfamilias apud Romanos primum locum tenet aedium, atque in celebritate uersatur, quod nullo aliter fit in Graecia. Nam neque in conuiuium adhibetur, nisi propinquorum, nec sedet, nisi in interiore parte aedium, quae Gynaeconitis appellatur, haec autem ἀπὸ τοῦ οἴου deducuntur, quod significat habito. unde οἶκος domus dicitur, a quo oconomus ad ministrator rei familiaris, et oconomica, quae ad rem domesticam, ac familiarem pertinent. et oconomia administratio rei domesticae, et oconomus uillicus. et oconomus uillicor, et διοικῶν, quod significat administro, a quo διοικῶν, hoc est Dioecesis, administratio dicitur. hinc pontificum Dioecesis dicitur, in quas administrandi officium suum liberam habent potestatem, propter quod a quibusdam nouo quidem, sed non inepto uocabulo Dioecesi uocantur. Oecumenicus autem uniuersalis dicitur, et ad totum orbem pertinens, unde Oecumenicum concilium dicitur. nam graeci οἰκουμένην orbem terrarum appellant. Et a ξίφος, quod significat hospes, hospitalia ipsa xenodochia dicitur, quasi hospitium receptaculum. Item ab eodem proxeneta deducatur, quod proprie significat eum, qui inter aliquos est conuicator, et medius, ut qui in uendendo aliquid, aut emendo medius est. Item Xenodotus nomen proprium fuit hoc nomine excellens apud graecos historicus, patria Troezenus. et Xenocrates uir calcedonicus Agathonis filius, Platonis auditor, qui in academia Spensippo successit, scholam tenuit uiginti quinque annis, obiit secundo, et octogesimo aetatis suae anno, cum forte in sartagine offendisset. et Xenophanes uir colophonius (ut Apollodorus refert) Octomenis filius, quae cum esset uiginti annorum, patria pulsus fuit, scripsit elegias contra Hesiodum, et Homerum, fuit et alter Xenophanes lesbicus poeta, librica carminis scriptor. Xenophon philosophus, et dux insignis patriae atheniensis, Crilli filius, Socratis discipulus, Platonis amulus. qui omnium philosophorum scripsit historiam, et ex ultimis Babyloniae finibus exercitum asperis itineribus in patriam reduxit. Septem fuisse Xenophonem leguntur. Primum, et secundum athenienses philosophi. tertius uisus, quartus, qui Hannibalis historiam scripsit. quintus, qui prodigiosa quaedam, et fabulosa commentus est. sextus Paphius sculptor egregius. septimus antiquae comediae scriptor. Graecorum aedes praeter haec, quae diximus etiam hospitalia habent, hoc est domunculas quasdam dextra, ac sinistra constitutas, quae proprias ianuas triclinia. et cubacula habent. Item cum penus caellas. Mos enim Graecorum erat primo die ad caenam hospites inuitare, postero mittebant pullos, oua, olea, poma, reliquasque res agrestes. Ideo pictores ea, quae mittebantur hospitibus, pictura imitantes, xenia appellauerunt. nam ξίφος graece hospes uocatur. hinc Martialis tertium decimum librum operis sui, in quo eiusmodi munera distichis describit, xenia nominauit, quod uersus ipsos pro xenijs mitte ret. Hinc per diminutionem xeniola dicitur. Apuleius. Com modum merities accesserat, et mittit mihi xeniola porcum optimum, et quinque gallinulas, et uini cadum iam aetate pretiosi. Omnis in hoc graeci xeniorum uerba libello, Constat nummis quattuor empti tibi. Quattuor est nimium poterit constare duobus, et fiet lucrum bibliopola Triphon. Haec licet hospitibus pro munere disticha mittas. Si tibi tam rarus, quam mihi, numus erit. Inter hospitalia, et porticus, siue peri-



filia aedium itinera sunt, quae mesauli hoc est *μεσῶν* di-  
 cuntur à grecis, quod inter duas aulas, hoc est inter duo atria  
 sint interposita. nostri andronas appellant, nec greco, nec la-  
 tino uocabulo graeci enim andronas uocant loca, in quibus bi-  
 na triclinia ponuntur, et uirilia conuiuia fiunt, quod in his  
 mulieres non interessent. Post haec in aedibus sunt Horti. horu  
 alij in solo sunt, alij pensiles, hoc est supra aedificia constitui-  
 quales à te Federice princeps supra regia tua amplissima praesepia  
 aedificati sunt. tanto artificio, decore, sumptu, ut stuporem  
 potius, quam admirationem spectantibus afferant. In inferioribus  
 hortis dietae sunt modo paruae, modo maiusculae, in quibus  
 etiam cubacula fiunt. Sunt subadia, hoc est paruae caenatio-  
 nes, in quibus scriptum esse solebat, quot conuiuias caenatio  
 caperet. Martialis. subadium. Accipe lunata scriptum testudi-  
 ne signum Octo capit. ueniat quisquis amicus erit. Plinius. In  
 capite subadium candido marmore uite protegitur. Fiebant eti-  
 am subadia è tabulis, quae eborae, atque auro ornabantur, trans-  
 ferebanturque de loco ad locum, prout libido animi ferebat, de  
 hoc locutus est Martialis, cum inquit. Et testudineu mensus quaer  
 hexaclinon, ingenitum atrio non satis esse suo. Heraclimum  
 uocat subadium sex capiens conuiuias. Sunt Hippodromi, hoc  
 est loca ad cursus equorum disposita, quae statim intrantium  
 oculus tota simul offeruntur, hinc, atque hinc platanos, aut buxos,  
 aut cupressos, aut alias arbores perpetuo uiuentes habentia,  
 et à cursu equorum appellata. Graeci enim *ἵππων* equum  
 uocant, *δρομων* cursum. sunt xysti, hoc est loca exercitatio-  
 ni corporis accommodata, quas graeci *παρὰ ποταμὸν* uo-  
 cant. à latinis etiam ambulationes dicuntur. Plinius. Ante cry-  
 ptoporticum xystus est uolus odoratus. Cicero. Sed tamen nihil  
 ei restabat, praeter balnearia, et ambulationem, et aurum.  
 Idem. Quia basis uilla erat, qua inter columnia ambulationis,  
 ambulacra etiam appellantur. Plinius. Tum fora, Atque  
 Gymnasia, et pro suis externis portibus ambulacra miremur.  
 Graeci tamen xystum uocant porticum ampla latitudine, in  
 qua athletae per hyberna tempora exercantur. Xenophon in  
*ἐν τῷ εὐρυτῷ περὶ πρῶτον*, à quo xysti dicuntur athletae in xys-  
 tis pugnantes, Suetonius. Nec tamen eo minus aut xystiarum  
 certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissime semper exe-  
 git. significat enim *ἐὺς* spiculum, hastam, telum. Item  
 adiectiuum est, et dicitur ornatus, tersus, politus. Et sedilia in  
 hortis uarijs locis disposita sunt, quae ambulatione fessos, ut cu-  
 biculum ipsum iuuant, à sedendo sedilia appellata, haec maxi-  
 ma in hypodromo, xystisque consueuntur. Sunt praeterea in hor-  
 tis topiaria, hoc est opera ex arboribus, aut frutiabus, aut her-  
 bis facta ad decorem, ut sunt testudines, canerae, naues, colum-  
 nae, auiusculae, aliaque huiusmodi, quae ex sansuæ, libanotide, e-  
 dera, buxo, alijsque herbis, atque arboribus fieri consueunt, di-  
 cta *ἀπὸ τῶν τόπων*, hoc est à locis, quae in his uaria con-  
 stituuntur Cicero. Topiarium laudauit, ita omnia conuestruit  
 edera. Plinius. Accidit in topiario opere lauri genus, quae taxa  
 dicitur excrecente in medio folio parua ueluti lacina. Idem.  
 Ramos spargit à radice topiarij, ac coronarij operis. hinc topia-  
 rij dicuntur, qui topiaria faciunt, sicut coronarij, qui faciunt co-  
 ronas. Idem. Satiuae myrthi genera topiarij faciunt. Tarenti-  
 nam folio minuto nostratam patulo, exoticam densissimo fe-  
 nis foliorum uersibus. item ars ipsa faciendi huiusmodi operis to-  
 piaria uocatur. Cicero. Ut denique illi topiariam facere uideantur,  
 et ederam uendere. Extra urbem uero Ager est, dicitur, ut  
 Varro existimat, quod in eo aliquid agatur, quauis aliqui à  
 greco potius deriuatum uelint, quod est *ἀγρός*. Est autem  
 ager modo territorium, quod urbi circumpositum est, ut ager  
 romanus. ager leontinus. modo locus in rure, quem colimus, si-

ue arando, siue conferendo, et is, qui feritur frumentis, ab arā  
 do dicitur Aruum. Primum ager plurali caret, dum tantum lo-  
 quimur de singularium urbium territorijs, et complectitur ne-  
 mora, saltus, pascha, motes, lacus, flumina, ceteraque huiusmo-  
 di. Quod si dicamus romanos agros. Campanos. leontinos.  
 priuatum cuius agros intelligimus, in quibus haec includuntur.  
 Si uero romanum. campanum, ac leontinum agros, prorsus  
 territoria significamus, ideoque omnia illa complectimur. Ab  
 agro sit agricola, hoc est cultor agrorum, et agreste, qui syl-  
 uestrem uitam agit, ac feram, sicut apud graecos *ἀγριος* dicitur  
 Feras, unde in compositione onager dicitur est asinus ferus,  
 de quo alibi dicimus. Item agreste, quod ad agrum attinet,  
 unde agreste uocamus, quod in agris, non in hortis nascitur,  
 aut fit. Sicut campestre, quod in campis, ut agreste olius. agreste  
 opus, et similia, et agricultor, qui agrum colit, et à colendo  
 etiā colonus dicitur. Et pera gro, quod est inquirendo cir-  
 cumueo. Virgilius. Illa fugit syluas, saltusque peragrata quo sit  
 peregrinus, id est aduena, et aliena loca peragrans, et pere-  
 grinatio ito per alienas terras. et peregrinor uerbum, quod  
 est per aliena loca proficiscor, unde peregrina sacra dicitur  
 sunt, quae ex alijs urbibus religionis gratia sunt aduecta. et  
 peregre aduerbium. hoc est peregrinando. Terentius. Peregre  
 profectus. in hoc enim differt peregrinus ab hospite, quod pere-  
 grinus simpliciter eum significat, qui in sua ciuitate non est.  
 Hospes uero eum, qui in aliena ciuitate est. Hospites ergo uo-  
 cantur, qui siue in priuato, siue in publico hospite sunt, et tam  
 qui recipiunt, quam qui recipiuntur. Ouidius. Non hospes ab  
 hospite tuus. Cicero. Per dextram istam, quam hospes hospiti  
 porrexisti. Sed proprie hospes dicitur, qui priuatum, et amia-  
 tia causa uel recipit, uel recipitur, unde et pro amico externo  
 capitur. et hospitium pro amicitia. Idem, fuit mihi cum illo  
 uetus hospitium, hoc est amicitia, uel familiaritas, uel me hospite  
 tante apud illum, uel illo apud me contracta. Hospitium etiam  
 diuersorium significat. Idem. Ex hac uita discedo, tanquam  
 ex hospitio, non tanquam ex domo. Commorandi enim natu-  
 ra diuersorium, non habitandi dedit. Ab hospes deriuatur ho-  
 spitor, quod est stabulor, diuerto, et hospitium, de quo dixi-  
 mus. et hospite. hospitium. domus, de qua superius diximus.  
 et hospitalis adiectiuum, quod modo significat liberalem, et  
 facile suscipientem hospitio, aptumque ad seruiendum hospiti,  
 modo ad hospitem pertinentem, ut hospitalis lex, et hospita-  
 litas, ipsa facultas. et (ut ita dicam) benignitas in recipiendo. et  
 hospitaliter aduerbium benigne facilius. et hospita, quae fa-  
 cile suscipiunt, unde hospitam terram dicimus, in qua facile su-  
 scipimus, et hospita aquora, siue hospita flumina per quae na-  
 uigari, aut transiri potest. Virgilius. Puppius illa prius pa-  
 tulis nunc hospita plaustris. Aliquando etiam hospita pro eo,  
 quod est uicina accipimus, quia nihil nobis hospite uicinius esse  
 potest. Inter agrum. fundum. aruum praedium, et pos-  
 sessionem hanc esse differentiam tradunt. Ager est (ut dixi-  
 mus) locus in rure, quem colimus. Aruum, ea pars a gri, quae  
 fementi datur. Sallustius. Quia Numidae pabulo pecoris ma-  
 gis, quam aruo student. Quintilianus. Pauper, et diues in  
 agro uicini erant iunctis hortulis, sed ex omni parte arcun-  
 uectus diuitis ager, uix tenuem ad gressus meos semitam da-  
 bat. Quid agimus? Undique uallo diuitiarum clausi sumus.  
 Hinc horti locupletis. hinc arua. inde uincta. hinc salus. Ab  
 aruo aruales fratres dicitur sacerdotes, quos Romulus primus  
 instituit, sequitur inter illos duodecim fratrem appellauit, ut  
 arua fruges ferrent, etque sacerdotio Aa larentia, quae postea  
 populum romanum heredem instituit, Romuli nutritrix, tri-  
 buit albas infulas, et spicam coronam pro religiosissimo in-  
 signi, quae



signi, quæ prima apud Romanos corona fuit, et hic honor nõ nisi uita finitur, exulesq; & captos conuictur. Fundus etiam pars a gri est. Singula enim prata, singule uineæ, singuli horri, singula oliueta, pomaria, arbuta, pasca, salicta, nemora aucupatoria, uenatoria, piscatoria loca, siue uillam, atq; ædificium siue piscinam, siue uinaria habeant, siue non habeant, singuli fundi sunt, & hoc in agro duntaxat. Nam in urbe opido, uico, castello quicquid tale est, prædium dicitur, a præstando, sicut prædes (ut Varro uult) ut alij, a prius dando, siue ualde dando. Sunt tamen prædia etiam in agro. Itaque definire possumus fundum esse rusticam possessionem. Prædium uero & rusticum, & urbanum. unde anticurbana prædia uocabantur, quæ urbi erant propinqua. Possessiones generale nomen est, nam & tabernæ, & hospitia, & horrea in urbe possessiones dicuntur, & simpliciter omnia bona, quæ uulgo uocantur immobilia. Cicero. Possessiones, notabat & urbanas, & rusticas. Idem. Etenim isti ualidi æstimatores prata, & agros magis æstimant, quod ei generi possessionum maxime noceri potest. Dicitur tamen etiam possessio, non ipsa proprietas, sed usus, & actio possidendi. Modestinus. Quicquid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. Fundum a funda dictum quidam existimant. Vnde extant ridiculi uersus Ciceronis. Fundum uero uocat, quo possit mittere funda, Ni lapis exacerit qua cæua funda patet. Alij a fundo, quod est ima pars uniuscuiusq; rei, quod scilicet fundus sit ac fundamentum pecudum, atq; pecuniæ, uel quod fundit quotquot annis multa, uel quod sit planus ad similitudinem fundi uasorum. Campus obiter est planities terre ampla, & grandis, ideoq; speciosa platea, siue aræ campi uocantur, ut Romæ campus Martius diciturq; a capiendo, quod animalium, seu rerum multitudinem facile capit. siue quod ueteres primario ex agro tantum plano fructus capiebant. Collis est exiguus monticulus, siue per se sit a monte separatus, siue parti montis ita uocatus, quia collis post campos caperunt colere. Ab hoc Collatina dea, quæ uolubus præest. Hinc urbs Roma septuagillis dicitur, quod septem habeat colles Palatinum. Quirinalem. auentinum. cælium. uiminalem. æquilinum, & ianicularem. Iugum ipsa montis proclinitas, & (ut ita dicam) prona supinitas, qualis est in colle Cluius, quæ amnis Cluius ponatur etiam pro colle mitiore, uelut Cluius capitolinus. Cluius, qui ducit ad ianiculum, quos in urbe sanus collis esse, propter quod dicitur septuagillis, & apud ueteres festa quædam fiebant septimontalia. Linius. Quantum in altitudinem egrediebantur magis, magisq; syluestria, & pleraq; inuia loca excipiebant, ut uero iugis appropinquabat, quod rarij in alijs esset, adeo omnia contenta nebula, ut huius secus, quàm nocturno itinere impedirentur. Dicitur autem cliuius a clino, quod est inclino, & uicium a iungendo, quod iungatur, & in acuum arctetur. Ab hoc Iugentinus Deus, qui præest iugis. et iugosum dicitur, quod in iugum acuitur, & decliuius inclinatus, atque incituius. & accluius erectus. & in cliuium acuminatus. A quo accluius. Caesar. Ab eo flumine pari accluius collis nascebatur. Item cliuium ueteres difficile dicebant. Vnde cliuius auspiciæ uocabantur, quæ aliquid fieri prohibebant. Montes definiunt esse terrarum tumores altissimos. Diminutiuum montis est monticulus, hoc est paruus mons. Sicut collis collis paruus collis, cum per duplex. l. scribitur. Nam si per simplex. l. scribitur collis, significat exiguum, ac tenerum brassicæ caulem. Diuiditur autem mons in radices. latera. iugum. uerticem pro qualitate locorum. Interdumq; mons pro saxo ponitur. Virgilius presens

temq; unciis manibus capita, aspera montis, ferro inuassisset. sicut aliquando saxum pro monte. Idem saxi de uertice pastor. A monte derivatur montanus, ut montani umbres. montana nebulæ. & montosus, ut montosa regio. montosa loca. & montuagus, qui per montes uagatur, & montigena, qui in montibus genitus est, & septimontium locus septem montes habens. Vnde septimontalia dicitur. Ab eminento quidam montem appellatum existimant, quasi eminentem, propter quod omne, quod eminet, dicitur mons potest. Virgilius. Præruptus aquæ mons. Promontorium quasi præeminens mons dicitur. Significat enim montem in mari prominentem. Plynius, promontoria aperiuntur mari, & rerum natura agitur in planum. Idem. Adiuuataq; insula Euboea, & excurrente uelut in altum promontorio attua terra. Vallis dicitur id spatium conuatum, quod est inter duos montes, uel collis, siue quasung; rupes altiores, quod hinc, atque hinc uallata sit. Cuius diminutiuum est uallucula. A ualle uel alloua dea, quæ uallibus præest. Item conuallis, quæ nostra sententia est arcata uallis, & quasi conuicta, quales sunt, quas metaphorice Fures appellamus, quæ ab alijs dicitur esse planities ex omni parte comprehensa montibus, uallibus uel. Vnde conuallis appellatur scissio terræ manu facta ad deducendam aquam. Plynius. Flumina ad lauendam hanc materiam iugis montium duxere. Corrogos uocant a corruatione. Præcipisse libramento oportet, ut fruatis quando insinat. Itaque altissimis partibus ducitur conuallis, & interualla substructis canalicibus iunguntur. Vallare firmare est, atque muniti, & quasi uallum facere. A quo fit arcuualle. Vallum est munitio castrorum, quod ex uallis fit. Vallus sudis est, siue palus, cui uitis alligatur, uel uirgilius. Et uallos primas sub tectis referto. Solebat uitem uallos sudis se cum gestare, quibus castra munitabant. Idem, Quadriduasq; sudis, & acuto robore uallos. A uallo ueteres ualle sit pro perierit dixerunt, quod qui uallo eiciuntur, pro perditis habentur. Item a uallis interuallu, hoc est spatium, quod inter palos est, uallum castrense constituentem. a quo omne spatium interuallum est nuncupatum. A uallum uero uallaris corona, quæ donari solebat, qui primus uallum hostium fuisse ingressus. Vallus etiam per diminutionem fit ab eo, quod est uannus. Cereale hoc cribrum est. dictum (ut Varro putat) a uolau, quod inde dum iactatur. leuia uolent. uel uirgilius. Et mystica uannus Hiacchi. in hoc etiam ob capacitatem coloni frugum primitias congerere solebant, ut Libero sacrificarent. ideo poeta mystica dixit. Qui pemeysticum graea dicunt omne id, quo in arcanis deorum sacris utimur, qualia erant Bacchi organa, quæ noctu clam a solis mulieribus celebrabatur. et mysteria arcana sacra appellabantur, hinc non sine mysterio fieri dicimus, quod occulta aliqua, quasi sacrorum ratione perficitur. A uannus fit uerbum uanno. a quo euanno, quod est uentilo. moueo. Cuius passiuum est euannor, sicut uannor a uanno. Lucretius. Nunc molere illa, ut ut frumentum euanneretur uis. Varro de re rustica. Vt quod leuissimum est in ea, atque appellatur acus, ac palea, uannatur foras extra aream. Euadne Martis filia sitit ex Thebe uxore Asopi, uxorq; Capanei, quæ, cum maritum apud Thebas rapitum audiuisset, in mortis stuporem dirigit, deinde, cum finis eius celebraretur, se in rogam proiecit. Ouidius. Accipe me Capaneus, cineres miscebinus inquit. Rupes sunt præruptæ partes terræ propter altitudinem, ac proclinitatem inaccessas. Hinc a rumpendo dicitur existimant, quales sunt, quæ in torrentium fiunt. Vnde fluminum quoq; altiores, atque inaccessas (ut ita dicam) Ripas, rupes appellamus. Nam ripæ planæ sunt, quas Vlpianus definit esse, quæ



flumen continent naturalem cursus sui rigorem tenens. Vnde ripariae hirundines dictae, quae in ripis nidos faciunt. Nam litus maris proprie dicitur, definiturque a Celso quousque maximus fluctus a mari peruenit, idque M. Tullium aiunt primum constinuisse, cum arbitrius fuisset electus. Poetae litus aliquando capiunt pro terra mari uicina. Virgilius. Cui litus arandum. Interdum etiam pro ripa litus usurpant. Est praeterea litus locus circa aram pedes duodecim a litando dictum, quamuis lito primam syllabam correptam habeat. A litore litoreum, et litoreale deducitur, ut litorea arena, litoralis plagae, et a litendo dicitur litus, quod fluctibus oblinatur. Sylua proprie dicitur, quae caedua est, hoc est quae habetur in eum usum, ut ex ea materia caedatur. Quod si succisa sit, nihilo minus sylua dicitur, quoniam rursus ex stirpibus, aut radiabus renascitur. Sylua a graeco dicitur ύλη, quod significat materiam. Quapropter materia denotat omne lignum, cum tigna dicitur duntaxat ea materia, quae aedificijs apta est. a quo contignatio deducitur, hoc est strues e lignis in domo habitandi gratia facta, unde superior contignatio, et inferior contignatio dicitur. Hinc Materiarius faber, hoc est lignarius dicitur, et materiaria fabrica lignaria, et materiari lignari. Hinc etiam syluam uocant subitum illud scribendi genus, quod quaedam festinandi uoluptate desinit, estque uelut prima materia, quales sunt Papinij syluae, de quibus ipse sic scribit. An hos libellos, qui mihi subito calore, et quadam festinandi uoluptate fluxerunt, cum singuli de sinu meo prodissent, congregatos ipse dimitterem. Quis. Diuersum est huic eorum uitium, qui primo decurrere per materiam silo quam uelocissimo uolunt, et sequentes calorem, atque impetum ex tempore scribunt, hanc syluam uocant. Repetunt deinde, et componunt quae effuderant, sed uerba emendantur, et numeri manent in rebus temere contextis, quae sunt leuitas. Materiam quidam existimant a matre dictam esse. est enim materia, ex qua aliquid fit, ut materia libri est membrana, et atramentum. Item materia libri, ipsa hypothesis. Horatius Sumite materiam uersis, qui scribitis, et quam uiribus materia domus. Calx. cementsigna. tegulae. Quapropter non immerito materiae appellatio ligna comprehenduntur, siue quod ex his diuersa aedificiantur, seu quod graeci ύλην pariter et syluam, et materiam uocant. Ab hoc fit materiale, quod materiae est, et materialiter aduerbium. Materialiter enim sumi aliquid dicitur, cum non forma rei, sed materia significatur. A sylua Syluestrem, et syluestriam dicimus in cultum moribus, atque asperum, et syluanum syluarum deum, quem graeci Pana uocant, et sylueculam, ac syluulam parnam syluam, et syluiculam syluarum habitatorem, et Syluium, quod in sylua ortus fuerit. Lucus nequaquam caeduas est, ut sylua, quin potius manus consitus, religiosusque, ac alicui deo, uel alicuius hominis cineribus consecratus. ideoque aut circa delubra deum, aut circa sepulchra positus est, et a luce sacrificiorum, lucus appellatus, saltus sylua est non facile peruia, ideo a saltando dictus, in quo pasci et aestuare pecudes solent. et si locus, atque aer patitur hyemare. A quo saltuarij huiusmodi syluarum custodes dicuntur, sicut insularij insularum custodes. Pomponius. Dominus proprietatis etiam inuito usu fructuario, fundum uero aedes per saltuarium, uel insularium custodire potest. Nemora uoluptatis causa comparata sunt, et plena amenitatis, dicta ἀρόροϊν πασco, quod in his greges, atque armenta depasci soleant. A Nemore nemorale dicitur, quod nemoris est, ut nemoralis umbra, nemorale frigus. Item. Nemorensis. Suetonio. Nemorensi regi, quod multos iam annos potiretur sacerdotio, ualidiorum aduersarium subornauit. Nemus appellabatur lucus qui

dam haud longe ab Aricia, in quo lacus est, quod Speculum Dianae dicitur. item nemorensis lacus, et nemorensis ager, et nemorese, sicut Tusculanum, et nemorensis rex, qui Dianae ariciae sacrificijs praerat. Suetonius de Caesare, uillam in nemorensi a fundamentis inchoatam, magnoque sumptu abfolutam, quia non tota ad animum ei responderat, totam diruit. Nunc eo in loco exiguum oppidum, quod incolae ueteri loca appellatione Nemus appellant. Quidam dumum a nemore non distinguunt. graece δ' πυμς hoc est dumus dicitur. Hinc dumosum frondosum dicimus, et dumetum locum nemoribus consitum, qui dusmosus locus a ueteribus dicebatur. Interferebat enim frequenter. S. literam committere pro committere dicentes, et asmoenas pro amoenas. Prata sunt, ex quibus foenum colligitur. Vnde pratum Vlpianus appellat, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est, ex eo dictum, quod sponte sua paratum sit ad fructum faciendum, quapropter et fructus ipse foenum uocatur a foenore, quoniam id ipsum manens quotannis nouum parit. A quo foenica appellatur, et a foeno foenifex, qui foenam facit, et foenicum foenico, et ueluti messis foeni, et foenariae falces, quae aperta sunt, sicut arboriae, quae non aperta, et lumariae, quibus lumeta, hoc est spinas secamus. Luma enim genus spinae est, quae in pratis nascitur. dicta, quod agricola eam e terra luum, hoc est soluunt. A quo lumeta loca luma plena, et scirpiculae, quibus in scirpandis hoc est ligandis uineis utimur ad amputanda superflua ligamentorum. Scirpi fragiles, palustresque sunt, nec in fructum, ne primum uel, aut caulium, siue herbarum genere numerantur. ex his teguntur domus, et tegetes fiunt. Item detracto cortice andelarum luminibus, et funeribus seruire olim consueuerunt. his uelificans in Pado nautica, et in mari piscatores a fri praepostero more uela intra malos suspendentes. Mauri quoque mappalia sua hoc genere tegunt. Hinc factum est proverbum. Nodium in scirpo quareis, de his, qui in rebus claris, atque apertis difficultatem faciunt. Ab hoc scirpo uerbum deriuatur, quod est uinco. ligo. Hinc scirpita dicuntur dolia quassa, cum alligata sunt. Item scirpea, quae uirgis scirpatur, hoc est colligado implicatur, in qua sterus, aliud uel aliquid simile uehitur iumentis. Sunt etiam praeliuares falces, quibus Caesar uenetos superauit. Sunt item uineaticae falces, quibus putantur uites, et syluaticae, quibus syluae caeduntur, et rusticae, quibus passim ad diuersa opera uiuantur rustica. A falce falciari dicuntur, qui falces gestant, hoc est messores, et falciari falcem ferentes, et falciati curus falcebus instructi. Macrobius. Inducebat etiam currus cum falcebus, et elephantos cum turribus, et falciariae cotes, quibus falces accuntur, siue ille oleariae sunt, siue aquariae, et falcatum quodcumque in falce formae arcuatum est. Plinius. Falcatum siliquae sunt, et falcare, ac defalcare, quod significat tollere. amputare. et falcones, quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curuati ad similitudinem falas. A quo et falcones aues ex accipitrum genere appellatae, inter quas praestant ij, quos graeci ἰερανας, hoc est sacros uocant. Apud Thucydides ueteres falco, capis uocabatur. unde Capuam urbem campaniae a se conditam Capuam uocatae uere, quod uisio falconis augurio, eam condidissent. Sunt tamen qui uelint eam a locis campestribus, in quibus sita est, appellatam. Ab hac ea regio campania dicta est, a qua campani, nisi malimus campaniam quoque, quod campestris regio sit, a campis uocata, et faladia lex, quae falcat, hoc est amputat legata, quando saltem quartae pars bonorum non superest hereditibus. Ea est huiusmodi. Quicumque cuius romani post hanc legem rogatam testamentum faceret, quantam cuique romano penam iure publico dare, legare uel uolet, ius, potestatis est.



dum ita datur legitimum, ne minus, quam quartam partem hereditatis eo testamento haeredes capiant. eis, quibus ita datum, legitimum ue erit, eam pecuniam sine fraude sua capere licet, usque haeres, qui eam pecuniam capere iussus, dampnatusque erit, eam pecuniam iam debet dare, quam damnatus est. Falcam a farre dictam supra demonstrauimus. In campania a secundo secula appellatur. A prato fit pratense, quod prati est, ut pratensis herba, pratenses fungi. Hortus est sine in urbibus, atque oppidis, siue in uillis, rurisque locus, in quo arbores, et olera oriuntur. A pud ueteres omnis uilla hortus dicebatur, quod ibi, qui arma capere possent, oriuntur. Ea autem ratione a quibusdam aspiratur, ut differat ab ortus, quando natum, siue natiuitatem significat. Quidam ita distinguunt, ut ortus tam in singulari, quam in plurali hortum olitorium, hoc est herbarium significat, cuius diminutuum est hortulus. In plurali uero duntaxat arborarium, qui a nostris pomarium, a graecis *καρπώδεος*, hoc est paradysus uocatur. Olor est qui olerum hortum exercet. Olor enim dicitur omnis herba folijs intubo similis, cuius folijs, et caule in edulium utimur. Inde Horti olitorij dicitur, horti herbarum, et Hostia olitoria hostia hortorum huiusmodi. Plinius. Est lactuce genus adeo lati caulis, ut hostiola olitoria ex his factitari prodiderint. Theophrastus. Olera enim uocamus, quae in usu cibario sunt, ut intubum, aphaea, porcellia, feneco, atque in totum quaecumque intubacea sunt propter foliorum similitudinem. Plinius. Gemina betis natura, et oleris, et capite ipso exilientis. Idem. Vfus betis et cum lente, ac fibra, idemque qui oleris. Idem. Olor, caulesque quibus nunc principatus hortorum apud graecos in honore fuisse non reperi. Villa non ager est, sed domus in agro. Plinius. Modus hic probatur, ut neque fundus uilla quae rat, neque uilla fundum. Non ut fecerunt iuxta diuersum eadem etate exem plum L. Lucillus, et Quin. Scauola, cum uilla Scauolae fundus ceteret, uilla Lucilli agro. Hinc domus, quae in urbe est, urbana domus dicitur. Villa uero hoc est domus, quae ruri est. Domus rustica, quae Porcorum lingua *Ma-gar* appellatur, unde uille magna dicitur. Mapalia uero eadem punia lingua a grestes case, et feriorum similes appellantur. Virgilius. Et raris habitata mapalia tectis. Dicta autem uilla est a uehendo, hoc est trahendo, quasi uehilla, quod in eam fructus conuehebant ex agris, et uehebant, cum eos uendebant, sicut uia, quod per eam uehebant, propter quod a principio uocabant ueheam, non uiam, et uellam, non uillam, et qui uecturis uiuebant, uellaturam facere dicebantur. Quidam tamen uiam quasi iam dictam existimant, quod per eam itur, ut supra diximus. A uilla fit uillula diminutuum, hoc est parua uilla. Item uillicus, et uillat, qui uilla praesunt, et uillatari, quod modo est rusticari. Pomponius. Ego rus eo, ut aliquot diebus uillicare, modo uilla praesent. Idem longe ab urbe uillicare, quod herus rarenter uenit. Non uillatari, sed dominari mea est sententia. A quo uillatio ipsa (ut ita dicam) negotia rustica, et uillaticum, quod uille est, unde uillatice passionis dicuntur alimenta, quae pertinent ad animalia nutu, quae ruri nutriuntur, ut putat, ad pecudes, aues, feras, pisces. A puleius. Modesto uero hospiti quies uillatice, omnique denique prouinciae uolupterij secessus sumus. et uillanus, qui in uilla habitat, sicut paganus, qui in pago, unde femuillanus, et sempaganus dicitur, hoc est semirusticus. Per sius. Ipse sempaganus ad sacra natum armen offero nostrum. Sunt qui uile quoque a uilla dictum uelint una litera abiecta, quod omnia in uilla uiliora sint, hoc est minori pretio uendantur, quam in urbe. Uile enim proprie dicitur, quod parum ualeat, cuius contrarium est carum. L. Piso, Romulum dicant ad

caenam uocatum, ibi non multum bibisse, quia postridie negotium haberet. ei dicant Romule, si istuc omnes homines faciant, uinum uilius sit. is respondit immo uero carum. Si quantum quisque uolet, bibat. nam ego bibi quantum uolui. Hinc uile etiam pro abundanti ponitur, quia quicquid nimis abundat, uile est, hoc est paruo uenditur pretio. Virgilius. Vilemque fidelem. Ab hoc fit uilitas, et uilito, quod est uile facio, et uilescio uile fio, et uiliter aduerbium hoc est exiguo pretio, et quasi cum contemptu. Rus locus dicitur extra urbem ubi agri sunt, et uilla dictum, quod in agris quotquot annis rursus eadem fiant, ut rursus capias fructum. Hinc ruro fit, et ruror, et rustico eiusdem significationis, hoc est ruri de go. Plautus. Dum rurant homines, quos liguriant. Varro. Dum in agro studiosos ruror. Plinius. Cum simul astate rusticaremur, et rusticus, qui modo ruris est, ut domus rustica, modo, uita, et moribus incultus, quasi semibarbarus. Unde ueteres rustice pro barbare usurpabant, et rusticanus adiectiuum. A quo aduerbium rustice. Item rusticatum pro rustice. Pomponius. Ego rusticatum tangam. Urbanitatem nescio, et rusticitas contra 20 ria urbanitati. Est autem urbanitas, quae significans proprium quendam, ut supra diximus, gestum urbis. et sumptam ex conuersatione doctorum tacitam eruditionem, et rusticitas uinalia, quae quatuordecimo Calendarum Septembris celebrantur, quo die primum in urbem uinum deferebant, et rusticula auis Perdici similis, nisi quod rostrum longius habet. Martialis. Rustica sum perdix, quid refert si sapor idem, carior est perdix, sic sapit illa magis. et rurigena, qui ruri genuit. et ruricola, qui rus colit. et ruriculus, idem quod rusticus. A puleius. Ruriculus uocabulo uulgus indoctum rosas lauras 30 reas appellat, et rusci uirgultae, quibus uites ligantur. Virgilius. Nec non etiam aspera rusci uimina per syluam. Frutex est, ex quo nunc scopae fiunt Graeci *χαμαίμορον* uai *οξυμύρον* nominant, hoc est humilem myrtum, et acutiam myrtum, folia quippe myrto similia, sed acutiora et rigidiora habet, producatque bacas rufas ad cerasiorum similitudinem. Item. Rustor, quod est diligenter scrutor, et quasi rus quoque perquiro. Acius. Vacantes rustantur syluas. proprie autem rustantur gallinae hoc est scilicet punct. Ab hoc fit compositum corruspor, quod si significat ex amino. inquiri. Plautus. Corruspare tua consilia in pectore. A grorum diuersae species sunt, est 40 ager cultus a colendo dicitur, siue (ut Varro sentit) ager quod ibi cum terra sentina coalescant, et incultus. Item ager consitus, in quo satuae arbores sunt, et incultus, ubi non sunt arbores. Ager restibilis, qui restituitur, ac referitur quotannis. Plinius. Ordeum in nauali, et in agro, quod restibile possit fieri. Idem, uerbatis tamen tantae sunt, ut sequente anno sponte restibilis fiat seges impressis uestigio seminibus. Columella, pastinum uocant agricolae ferramentum bisferam, quo semina panguntur. Unde etiam repastinari dictae sunt uinae ueteres, quae refodiebantur, haec enim propria appellatio restibilis uineti erat. Nunc antiquitatis imprudens consuetudo quicquid emoti soli uineis praeparatur, repastinatum uocat, et ab hoc repastinatio dicta. Ager noualis e contrario, qui intermittitur, ut nouetur. Noualis inquit Paulus est terra proscissa, quae anno cessat. et Plinius. Nouale inquit est, quod alternis feritur. Virgilius. Alternis idem tonfas cessare nouales, et segnem patiere situ durecere campum. Hinc et nouatus ager dicitur. Cicero. Ut agro non semel subacto, sed nouato. Accipitur tamen etiam nouale, siue noualis ager, seu noualis foeminino genere pro aruo primo proscisso. Quin. Mox uigentibus laertis humum fodere. Segnem futuris noualibus erueri syluam. Hieronymus. Nouale est ager nunc primum



proficiat. Virgilius, in pius haec tam culta non alia miles habebit. Ager aruus dicitur, qui aratur. Ager enim apud ueteres Romanos binorium duntaxat iugerum erant, nulliq; maiorem modum Romulus tribuit. iugerum uocabatur, quod uno iugo bouum in die ex arari potuisset. Actus, in quo boues agerentur, cum aratur, uno impetu iusto. hic erat centumviginti pedum, duplicatusq; in longitudinem iugerum faciebat. in domo rustica eadem ferè partes esse possunt, quæ in urbana, sed in rustica loco atrij cors est. Sunt autem cortes uillarum intra maceriam spatia. Est etiam in domo rustica ædificium propè aream ex una parte aperitum, in quod nubilo tempore reponi tota messis potest, dum tritura instat, quod ex ea parte fenestras habet, unde commodissime perflari possit, id a nubibus nubilarium appellatur. STAGNA NERONIS. Habuit Nero (ut supra diximus) in domo sua stagnum maris instar arcum sepium ædificij ad urbium speciem. ERANT. Sum es est uerbum est substantiuum ita dictum, quia per se substatur, nec indiget alio in ipsum uero cetera uerba resoluuntur, ut ego lego, id est ego sum, qui lego. tu dicbas, id est tu es, quod dicbas ille intelligit, hoc est ille est, qui intelligit, et in hunc modum cetera, propter quod huiusmodi uerbum sæpenuero præpositis pronominibus demonstratiuis, non positum intelligitur. Virgilius. Hic Cæsar, et omnis iulia progenies. Idem. Tu ne ille Aeneas, quem dardanio Anchisæ. Idem. Nam Polydorus ego sæpe etiam demonstratiuis aduerbijs positus non est necesse huiusmodi uerbum ponere. Idem. eae tibi Ausonia tellus. Item nomine substantiæ positum idem uerbum frequentis sine deficiat. Lucanus. Quis furor o caues, quæ tanta licentia ferri. Virgilius. Quis tibi nunc Dido cernenti tæta sensus? Quos uel dabis gemius. Quæ uis quoq; et quantum, si addantur in oratione, desunt aliquando uerba substantiua. Iuuen. O qualis facies, et quali digna tabella. Copulat autem substantiuum uerbu aliquando similis casus. Virg. Rex erat Aeneas nobis. Aliquando genitiuo adiungitur. Idem. Grates persoluerè dignas Non opis est nostra. Nonnunquam datiuo. Idem. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphae. Interdum ablatiuo, uel accusatiuo cum præpositione in, uel sub, uel apud, uel alia huiusmodi, ut ius est in armis. Omnes sub cælo summus. Non est hoc apud Persas, non penes Aegyptios. Prætor, cum hæc agerentur, pro tribunali erat. Aliquando etiam ablatiuo sine præpositione, ut magno animo sum. Plerumq; duobus datiuis, ut sum tibi impedimento. hoc mihi cura erit. sæpe etiam aduerbio. Virgilius. Hic illius arma, hic currus fuit. item infinitiuo alterius uerbi. ut animi fortitudo est aduersa cõtemnere. Interdum nullum post se casum habet, ut quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur. Ab huius uerbi infinitiuo, quod est esse, fit essentia, quæ idem, quod esse significat, quando esse nominaliter accipitur, quale apud Persium. Et nostrum illud uiuere triste. et alibi. Velle suum cui que est, nec uoto uiuunt uno. item alibi. Vsq; adeo ne scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Quod genus loquendi apud grecos frequentissimum est, qui infinitiuo tanquam nomini apponunt articulum, et præpositionem. infinitiua non plane uerba, sed uerborum nomina esse dicentes. Vt ergo uelle, ipsum idem est, quod uoluntas, et scire ipsum, quod scientia, et posse ipsum, quod potentia, et uiuere ipsum, quod uita, ita ipsum esse, quod essentia. a quo essentiale dicimus, quod ipsius essentia est, et Essentialiter aduerbium, quo nonnulli uiuunt secundum essentiam. Aurelius. Sicut enim ab eo, quod est sapere, uocatur sapientia, sic ab eo, quod est esse, uocatur essentia nouo quidem nomine, quo usi ueteres non sunt latini sermonis auctores, sed iam nostris temporibus

usitato, ne deesset etiam linguæ nostræ, quod græci appellant οὐσία, hoc enim uerbum è uerbo expressum est, ut diceretur essentia. item ab eodem Ens, et Entia deducuntur. Præterea composita sunt assum, quod non significat præsens sum, ut quidam putant, sed propè sum. Propter quod Virgilius, cum præsentem significare uellet, addidit coram libro primo aeneidos. Coram quem queritis assum Troius Aeneas. Hinc ueteres assas uocabant nutrices, quod assint ijs, quos nutriunt, nec ab eis uel exiguo tempore diuellantur, et affecle serui, quod omnibus domnorum imperijs assint, hoc est præsto sint. huius contrarium est abssum, hoc est longe sum quod ex ipsa componentium præpositionum significatione percipitur. Ad enim propè significat. Vnde ad mouere dicimus aliquid propius facere. Ab uero longe. Vnde ammouere aliquid longius facere. Declarat præterea hoc Cicero. Inter hominem, et beluam hoc maxime interest, quod hæc tantum, quantum sensu mouetur ad id solum, quod adest quodq; præsens est se accommodat. Quod adest inquit, hoc est quod propè est. Alioquin non addidisset, quod præsens est, hoc idè ipse Cicero declarat mox subiungens. Paululum admodu sentiens præteritum, aut futurum, id est sentiens tantum quod adest, hoc est, quod mox abiit, uel mox futurum est. Assum per duplex. ss. et nõ per. d. scribi debere declarat Plautus, Nilphio assum apud te. eorum. Agorastocles. At ego elixus sis uolo. psium ualde sum. Gellius, Platonem et Socratem perfiat familiaris. Exum extra sum. Sic enim lector in quibusdam sacris calumniare solebat. hostis uictus, mulier uirgo ex esto. hoc est non inuito, quia scilicet ingredi ea sacra prohibebantur. inter sum præsens sum, et quasi inter sum, ex in enim, et re, et sum cum ponitur, ut supra diximus. Obsum, quod est nocere, quasi contra, et aduersus te sum. cuius contrarium est profum, hoc est uiuere, quasi pro te sum. Vt etis aliquando pro oberit obesset scribere. aliquando etiam pro eo, quod est aderi. Præsum, uel ante alios sum, ut homo ceteris animantibus præest, hoc est superat, antecedit. uel præfatus sum. Cicero. Hi, qui portus faciendo præerant, ab eo subor nati fuere. Ab hoc fit præsens, quod si significat non eum, qui præfectus est, sed qui coram, hoc est ante nos, et in conspectu nostro est. A quo præsenso uerbum, quod est offere, et in medium adduco, et re præsenso, hoc est rursus præsenso, interdum et in mentem reuoco. et præsentia ipsa (ut ita dicam) interuentio. et duo aduerbia impræsentia. et impræsentiarum, quæ significant præsentem tempore, hoc est, quod uel præsens est, uel præsens fuit, uel præsens erit, ut impræsentia disputandum non est, et cum a Cicerone quaereretur, quid esset uirtus? Respondit non esse impræsentia de uirtutis nomine disputandum. Et, si quis difficultatis aliquid obiecit, differendum tibi in posterum diem erit potius, quam impræsentia respondendum. Item præsens eodem modo accipitur, hoc est non tantum significat, quod huius temporis est, sed etiam alterius, aut præteriti, aut futuri. Cicero. Ego in uoluntati ciuium primum, et postea dignitati, ille præsentem potius, quam futuri dignitati consulebat. De moruo loquitur. Ergo non nunc præsentem, sed tunc. Horatius. Pleraq; differat, et præsens in tempus omittat, hoc est in suum tempus. Capitur tamen aliquando impræsens pro impræsentiarum. Idem. Læus impræsens animus, quod ultra est. Oderit curare, et amare lento tempore uisum. nihil est ab omni parte beatum. Præsens quoque pro subito accipitur, et non dilato in alterum tempus. Virgilius præsentemq; uiris intentant omnia mortem. Iuuenalis. Paena tamen præsens. et præsens ultio. unde præsentaneum uenenum. et præsentissimum diuus, quod



mus, quod statim occidit, uel liberat. Et quoniam ea, quae praesentem uim, atque effectum habent praestantiora, ac potentiora ceteris uidentur. Ideo praesens accipere solemus pro efficax, fortis, potens, ut praesens uirius, id est potens. Virgilius, Nunc sic uirius, animusq; in pectore praesens. Hinc praesens etiam pro propitio accipitur. Idem, Et uos a grege praesentia numina Fauni, in rem praesentem non tempus, sed locum significat, quasi in locum differentiae. Cicero, Ut si constitueris cupiam te in rem praesentem esse uenturum, id est ad locum, de quo controversia est. Linius, Responderi legatis utriusque partis placuit missuros se in Africam, qui inter populum Carthaginensem, et regem in re praesenti disceptarent. Idem, Eodem anno inter populum Carthaginensem, et regem Masinissam in rem praesentem disceptatores Romani de agro fuerunt. Valerius, Quis Labeo arbiter a Senatu finium confluendorum inter Nolanos, et Neapolitanos datus, cum in rem praesentem uenisset, ut utrosque nominatum monuit. V. ceteros praesente pro praesentibus dixerunt. Pomponius, Qui id apud forum praesente te subus mihi uendit. Nonius, Dona pulchro donare uolumus praesente omnibus. Praesum, et praesideo differunt. Et ab hoc fit praeser, sicut ab illo praesens. Praesidere enim est diutaxat ad opem praestandum praesesse, quam praesentant proprie, uel Dei precantibus hominibus, uel homines ipsi alijs hominibus iniuriam patientibus, uel in discrimen adductis. Aliquando tamen indifferenter accipitur. Suetonius de Tiberio. Praesedit et a caenis ludis, hoc est praesit. Cicero. Noli animos eorum ordinum, qui praesunt, iudicij offedere. Idem, Quamobrem uos Dei, et patrii penates, qui huic urbi, atque imperio praesidetis, Quis. Nam et beneuolum auditorem inuocatione deorum, quas praesidere uatibus creditum est, et intentum proposita rerum magnitudine, et doctem summa celeriter comprehensa facit. Idem, Quae praesidentes studijs Deae propius audierent. Hinc tam Dei, quam homines praesides dicti sunt, illi in suo quisque numine, suaque uel hi uero in sua quisque Prouincia a rege, uel populo sibi commissa. Quintus. Quod omnia sic egerit, ut genius praeside bellorum. Vlpianus, Praesens is est, qui in provincia imperium habet, omnibus post principem. Aliquando tamen praesens pro auxiliatore ponitur. Linius, Dei, Deaeque, qui Capitolium in uoluntate nostrum militem, ac praesidem iunctis uexari ab inimicis. Hinc praesidium dictum principale auxilium, ut milites, qui in tutela alicuius oppidi collocati sunt, praesidium dicuntur. Subsidiuum uero, quod in auxilium succedit. Quemadmodum autem a praesum fit praesens, et praesentia, ita ab absum fit absens, et absentia, dicimusque absente pro absentibus, sicut praesente pro praesentibus. Plautus, Absente nobis id actum est. Afranius, Si hanc absente nobis inuenerit puer. Terentius, Nescio quid profecto absente nobis turbatum est. Desum, deficio. Seneca, Felix est, cui nihil deest ad bene, beateque uiuendum. A quo dextans dicitur, quia assidue deest sextans, quemadmodum deunx, et duodeuiginti. Insu, quod significat in aliqua re sum, ut inest mihi cupiditas, hoc est in me est. In quo notandum, quod inest huic rei dicitur, et inest in hac re. Quintilianus, Verum hoc melius faciet natura ipsa ducere, sed naturis ipsis ars inuenit. Cicero, illud honestum, quod saepe diximus, si in alio cernimus, tamen nos mouet, atque illi, in quo id inesse uidetur, amicos facit. Subsum, quod proprie est in fra sum. Plynus, Suberant tecto abiegnae trabes. Aliquando tamen subesse accipimus pro latenter inesse. Virgilius. Quippe solo natura subest. Super sum, quod interdum est assuo abundo. Virgilius, Auxilio urbes Italiae, populi super sum. Interdum resto, reliquus sum. Ennius, unde sibi memorat unum superesse laborem. Aliquando superstes sum.

M. A. Sinius Pollio ad Ciceronem, Neque deesse reipub. uolo, neque superesse. Nonnunquam uinco, superior sum. Cicero, Nec uero scientia iuris maioribus suis. Quintus. Laelius Tubero defuit, doctrina etiam superstit. Virgilius Florentisq; se cant herbas, flunioq; ministrant. Farrag; ne blando nequeat superesse labori, hoc est uincere, et superare laborem. Quandoque superstitus, ac superuacuos sum. Gellius, Memini ego praetoris docti hominis tribunali me forte assistere, atque ibi aduocatum eum non habere, et cum is, qui uerba faciebat, reclamasset, ego illi super sum, respondi praetorem festiuit, tu plane superes, non ades. Superes inquit, hoc est superstitus, supernacaneus es. Plerumque longius, ac diutius duro. Virgilius. Primum ego in patriam mecum, modo uita superstit. Aliquando etiam super sum reperitur pro nimis, et supra necessarium modum abundo. Cicero, Non grauaret Laeli, nisi et hos uelle putare, et ipse asperem te quoque aliquam partem huius nostri sermonis attingere, praesertim cum heri ipse dixeris, te nobis etiam superstiturum, uerum id, quod fieri non potest, ne desis, omnes te rogamus. Graeca in eosdem fere omnes sensus accipiunt. Possum quoque a porro, hoc est ualde, et sum compositum. Valde enim esse uidentur, qui ualidi, ac potentes sunt, quamuis aliqui possum a potis, et sum compositum malint. Ego a possum potius derivatum esse potis existimo, quod et potest neutrum habet. significat autem eum, qui potest. Virgilius, At non Euandrum potis est uis tenere. Propertius. Quae potest quisque in ea conterat arte diem. Ab hoc fit aliud uerbum potissimum. Terentius, At pol ego amatores audieram mulierum eos esse maximos, sed nihil potesse. A possum derivatur potens, qui potest. cuius contrarium est impotens, hoc est inualidus. A quibus potentia, et impotentia, et potenter, atque impotenter aduerbia. Impotens tamen aliquando pro ualde potentem usurpatur. et impotentia pro potentia. Cicero. Qui nihil metuant, nihil agant. nihil concupiscant, nulla impotentia effertur. Item potestas, quod Paulus iurisconsultus inquit, plura significat. in persona magistratum imperium. In persona liberorum patriam auctoritatem. In persona seruorum dominium. At cum agimus de noxae deditone cum eo, qui seruum non defendit, praesentis corporis copiam, ac facultatem. Item potestates dicuntur principes potentes, quos graeca dynastas uocant, et ii, qui magistratus gerunt, et iudicij praesunt. unde non inepte, nec parum latine praetores urbium uulgo nunc potestates appellamus. Plynus, Pingue draconis in pelle dorcadum neruus ceruicis ad alligatum in lacerto, ueteriam iudiciorum conferre existimant, primum spondylum aditus potestatum mulcere. A pulcius, Sed iussit potestas officialem suum magna seueritate coerceri, ubi notandum est, officialis quoque non inelegans uocabulum esse pro ministro magistratus. Idem alibi. Iam enim, fixo scias, quemadmodum sub meo magisterio mali debeant coerceri, et profusa in medium sportula iubet officialem suum super piscem insandere, ac pedibus suis totos obterere. Potestatem quoque ueteres pro potestate usurparunt. Plautus, Neque desidia in otio operam dedisse, neque potestatem sibi fuisse, adeo arte cohibendum esse a patre. Item a possum possibile, quod fieri potest, aut non potest, quibus uerbis ueteres non fuisse, nunc autem passim omnes uiuunt. Item impotens, qui alicuius rei potis non est. Compositus, qui uel habet aliquid, uel suo studio affectus est. Accipiturque et in bonam, et in malam partem. Cicero. Oium desideriorum suorum compos factus. Plautus, Cedo manum, accipe erumnarum, et miseriarum compositum, hoc est qui simul tecum erunas, ac miserias habet. sic. non compositum metus. compositum rationis dicimus, hoc est qui mentem, et rationem habet. et impotem, qui non habet. Cicero, Nam quomodo uictores di-



animus uoti compotes, qui quicquid uolunt faciunt, sic uictos è contrario uoti impotes, qui non possunt facere, quod uolunt. Item possideo, quasi in posse, hoc est in potestate mea habeo. A quo possessor, qui possidet, cuius foemininum est possessrix. Afranius, Possessrix ita dicitur, ita tonsrix, ita impulsrix, ita curstrix, ita planctrix, ita assestrix, et possessio, quod modo acti ipsi possidendi significat, modo bona, quae uulgo uocantur imobilia, quemadmodum superius diximus. Et possessorum iudicium, quod non super re principali, sed super possessione est. Et apud grammaticos possessiuum nomen, quod aliquid significat, quod possidetur, ut Euandrius ensis, qui Euandri est. Et regiae aedes, quae regis possessio est. Item potior, et potius comparatiua, hoc est melior, et melius, quasi potentior, et potentius, et potissimum superlatiuum pro optimo. Praestant enim, hoc est potentiora sunt, quae meliora sunt. Item potius, et potissimum, et, quo iuniores quidam utuntur. Potissime, aduerbia, quae si significant magis, et maxime. potius enim de duobus, potissimum, siue potissime de pluribus dicitur, ut hoc potius, quam illud elegi, et ex omnibus hoc potissimum elegi, id est magis, et maxime elegi, et quasi pro meliori, atque optimo elegi. Item a pote ut pote aduerbium deducitur, quod confirmantis est, et quasi causatiuum. Cicero, Me incommoda ualetudo, quia iam emerferam, ut pote cum sine febris laborassem, tenuit. Idem, Ea nos ut pote, qui nihil contemere solemus, non pertimescebamus, quod perinde est, ac si dixisset, quia uel quoniam, uel quando quidem sine febris laborassem. Et quia, uel quoniam, uel quando quidem nihil contemere solemus. Sall. Antonius procul aberat, ut pote qui magno exercitu locis aequioribus expeditus in fugam sequeretur. Aliquando sine cum, et sine re latiuo reperitur. Ut Antonius aberat a bello, ut pote aeger, ac iacens. In eadem forma reperitur et quippe. Quint. Si alienum, et ignotum tanquam communis omnium mortalium. (Quippe sub uno parente natura cognatio est) hominem cibo forte inuissem paena dignum uideretur seruasse reperitur amicum. Titus Luuius, Notam iudici fabulam petitur, quippe apud quem authorem argumenti peragit. Profecto quoque, et utique eodem modo affirmant. Sed utique nunquam ferè apud Ciceronem, apud posteriores frequenter reperitur. Quint. Solent huiusmodi negotiatores aliquid proprium, ac priuatum stipulari. Utique, cum rem alienam uendant, profecto potius ad re sponsonem adhibetur. Cicero, Quis haec renuntiat? is profecto, qui interfuit. Quod etiam per certe facimus. Idem, Tantam solitudinem bonorum, tantum amorem omnium, in quo meminimus certe in nullo. Et per nimirum Quint. Demus id, quod nullo modo fieri potest, idem ingenij. studij. doctrinae, pessimo, atque optimo uiro uter melior dicitur, orator nimirum, qui homo quoque melior. Et per nempe, quod usitatus est. Cicero, Apud quem haec dico, nempe apud eum, qui, cum hoc sciret, me tamen ante, quam uidit, rei publicae reddidit. Aliquando sine interrogatione ponitur nempe. Horatius, Nempe hoc quaesisti. Persius, Nempe hoc assidue, iam clarum mane fenestras intrat. Quintilianus, Nempe enim, in hoc plurimum laboris exhausimus, ut rhetoricam ostenderemus bene dicendi scientiam, et utilem, et artem, et uirtutem esse. Vt etes nem quoque aliquando pro nempe scripserunt, quamuis et pro nisi etiam quandoque sumpserunt. Sane quoque aliquando affirmatiua est, ut ita sane. Sane uero nonnunquam pro ualde ponitur, ut homo sane nobilis, iungiturque; iterim superlatiuo. Suetonius, Bellum sane difficillimum gessit, quandoque; permissiue accipitur. Quintilianus, Tulere sane filius noster merito penas, de derit spiritum supplicio, nihil de praeteritis loquimur, quasi esto ita sit, ut tu us. Certe quoque modo affirmat, modo pro saltem

accipitur, ut si non tangere, at certe potero uidere. Adiungitur autem illud at, quomodo iungitur sed, cum tamen alterum eorum sufficeret, qui ppe at nonnunquam idem significat, quod saltem. Virgilius, At Messapus erit. Certe coniuncta cum coniunctione, et semper affirmat. Cicero, Et certe contra Caesarem est ingressus armatus. Eodem modo sane. Quintilianus, Et sane quis conapiat, uel declamantis habitum, uel orantis uocè incessum, pronuntiationem, illum denique animi, et corporis motum? Certe coniuncta cum scio, et similibus uerbis in o solet mutare. Cicero, Et si certo scio. Item a potis fit potior uerbum, quod est modo teneo, quasi in potestate habeo, modo obtineo, et in potestatem uendico. In primo significato ferè genitiuum semper requirit. Ut Lacedaemonij rerum diu potiti sunt, id est rerum imperij diu tenuerunt. In secundo significato frequentius habet ablatiuum, ut potitus sum uictoria. potitus sum amica. i. pugnando, uel laborando obtinui uictoria, uel amica. Aliqua etiam potior pro fruor accipitur. Cicero, Quod si his uoluptatibus bona aetas fruatur, libentius primum paruulis fruatur rebus (ut diximus) deinde iis, quibus senectus, etiam si non abunde potitur, non omnino caret. Pro eodem posuit fruatur, ac potitur, hoc uerbum non modo quartae, sed etiam tertiae coniugationis reperitur. Ouidius, Tuque tuis armis, nos te poteremur Achille. A potens quoque fit omnipotens. a quo omnipotentia. et armipotens. et bellipotens, qui armis, et bello potens est. et uiripotens mulier, quae uirum cum uiro per aetatem potest. et uniuersipotens dicitur deus, quod uniuersa possit. a quo uniuersipotencia deriuatur. Possim quando caret aposito, modo accipitur pro potens sum. Plautus, Non hic, ut possit edit, sed posse cupit, ut edat, modo pro eo, quod diuinari ab alijs, malo, quam exprimere, quale est apud Terentium. Amatores mulierum audieram eos esse maximos, sed nihil potest. Item ab est tertia huius uerbi persona fit amest, quod si significat circum est, nullamque; aliam habet declinationem. praeter haec, a sum sumo uerbum deriuatur, quod proprie est multum, et penè nimum mihi tribuo, et quasi sum mihi. Cicero, Quam non tantum mihi sumo iudices, neque; arrogo. ponitur tamen pro accipio, tollo. Sallustius, Epistolam super caput temere positam sumit. Aliquando pro eligo. Horatius, Sumite materiam uestris, qui scribitis, aequam uiribus. Plautus, Sumat aliquem ex populo monitorem officij sui. Interdum pro conduco. Cicero, Quoad enim peruentum, quo sumptus nauis est, non domini est nauis, sed nauigantium. Vt etes etiam sumo pro impendo accipiunt. Ab hoc summum deriuari quidam falso existimant. Summum enim per synopem fit a supremum (ut inferius ostendimus) nam si significat, quod est omnium altissimum. Virgilius, Summoque; ulularunt uertice nymphae. Cicero, Summam aquam attinget eneas siti Tantalus. Modo extremum. Virgilius, Venit summa dies, et ineluctabile tempus Dardaniae. Aliquando laudabile gloriosum. Idem, Me ne igitur socium summis adiungere rebus Nise fugis. Hinc summates appellati sunt principes ciuitatis, qui et optimates dicuntur. et summitas altitudo, ex quo altior pars montis summitas dicitur, et summa, quae est sententiae alicuius, aut rerum, de quibus uerba fiunt, collectio. Virgilius, Haec summa est, hoc est praecipui mei succincta collectio. hinc summatum, ad summam. i. summam summum ad summum, de quibus supra diximus. Summuudo quoque; apud aliquos pro summitate reperitur. et sumula, parua summa, et summe, maxime, excellenter. Sum pro eum. Ennius, et plerique; alij ex ueteribus posuere. Summalia appellantur liba farinae in modum rotae facta. Itè a sumo dicitur sumptus, hoc est i pensae, quae pecunia impendatur, uel exponatur. Plinius, Quae domum magno sumptu aedificauerat, ab hoc fit aliud uer-



bum sumptificio. Plautus, Si nunc me suspendam, meam operam luserim, & praeter operam restum sumptificerim. Item sumptuosus, qui prodige pecuniam expendit, & magnos sumptus facit. & sumptuariae leges, quae de moderandis sumptibus latae sunt, quas Cato abarias appellavit. Prima omnium de coenis lata ad populum Lex orchia fuit, quam tulit Caius Orchius tribunus plebis de Senatus sententia tertio post anno, quam Cato censor fuerat. Haec numerum tantum conuiuiarum praescribebat, iubebatque, ut patentibus ianuis coenaretur, quo observatio eius uideri posset. Post haec, cum plures praescripto in conuiuium uocarentur, ideoque auctoritatem non uel legis uel necessitatis imploraret, post annum uigesimum secundum legis orchiae, Fannia lex lata est anno post urbem conditam quingentesimo octavo, neque eam praetores, aut tribuni, ut plerisque aliis, sed ex omnium bonorum consilio, & sententia ipsi consules petulere, cum res publica luxuria conuiuiorum, maiora, quam credi posset, detrimenta pateretur. Quippe eo redacta res erat, ut plerique ingenui pueri pudicitiam, & libertatem suam uendiderent, plerique ex plebe Romana uno madidi in conuiuium uenirent, & ebrj de re publica salute consulerent. Haec non conuiuijs tantum, ut orchia, sed sumptibus etiam modum imposuit assibus centum praescriptis, propter quod a Lucilio lepidissimo poeta centusis appellata est. Fanniam legem post duodecimum annos secuta est lex Didia, cuius ferendae duplex ratio fuit, prima ut non sola urbs Roma, sed uniuersa Italia lege sumptuaria teneretur. Secundo, ut non modo qui conuiuia maiore sumptu fecissent, sed etiam, qui ad ea uocati essent, atque omnino interfuissent, poena legis tenerentur. post Didiam lata est Licinia a Publio Licinio crasso diuite, cuius ferendae tantum studium ab optimatibus impensum est, ut Senatus consulto iuberetur, & tantummodo promulgata ante, quam trinundino confirmaretur, ita obseruaretur ab omnibus, quasi iam populi sententia comprobata esset. Haec lex nihil a Didia, seu Fannia differerebat. auctoritas tantummodo per eam quaesita est, ex olescente metu antiquioris, quemadmodum olim de decem tabulis factum fuerat, quarum antiquitas, cum contemni coepisset, eadem illa, quae ijs legibus cauebatur, in alia legum latorum nomina transferunt. Legis autem Licinae summa haec erat, ut calendis, nonis, nundinis liceret cuique in dies singulos triginta duntaxat asses edundi causa consumere, ceteris uero diebus, ne amplius apponeretur, quam carnis aridae pondus tria, & fassamentorum libra, & quod ex terra, uite, arbore uenatum esset. Harum omnium legum causa fuit nimia luxuria. Quippe uetus prouerbium est. Leges bonae ex malis moribus procreantur. Post has secuta est lex Cornelia, quam Cornelius Sylla dictator tulit. In ea non conuiuiorum luxuria prohibita est, nec gulae modus impositus, sed minora rebus facta sunt praeterea, ea opinor ratione, ut gulae seruire etiam qui parui essent facultatibus, possent. Sylla mortuo. Lepidus consul legem tulit sumptuariam, quae Lepidiana dicta est. paucis de inde interiectis annis aliam legem ad populum tulit Antius Resto, quae antia nominata, licet optima esset, luxuriae tamen obstinatione nullo abrogante oblitterata est, propter quod Resonem ipsam latorum legis tradunt, quando postea uixit foris non coenasse, ne legem a se latam contemni uideret. A summo composita sunt assumo, quod aliquando significat accipio. Cicero, Neque id onus inuitus assumpsi. modo nimium tribuo. Idem, Si id mihi assumo, uideor id mihi meo iure quodam modo uendicare. Ab hoc assumptio deriuatur. transumo, ex alio sumo. unde, quae ex primis tabulis transcripta sunt, sollemnitate iuris adhibita dicuntur transumpta. & actus ipse

transumptio. Item transumptio figura est apud rhetores, quam graeci μεταλαμβάνω uocant, cum rem ex alio ad alium transmouemus. Demosthenes, Cum bellum phoenise conflatum esset. Et non per me non dum enim ego ad rem publicam accesseram. Cicero. Refertur tribunitijs legibus exhaustum, a quibus sit, ipsi sciunt. Absumo, & consumo nota significationis. Plinius, Sarcophagus lapis est fissili ueni. corpora defunctorum condita in eo absumi constat intra quadragesimum diem. ideo nomen habet a carne edenda. σαρξ enim caro est, φάγω edo. Quidam sarcophagum pro sepulchro usurpant. Idem, minor est autem seruandis corporibus, nec absumendis, chemites ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt. Solinus, Sunt etiam in Lycia saxa, quae uiuentium quoque corpora adalligata consumunt. Ab his consumptio, & sensum consumptum, hoc est magna ex parte consumptum. & absumptio deriuatur. Item aliud consumo primae coniugationis, quae significat perficere. a quo consumatum opus dicimus perfectum. & consumatio perfectio, quod quae perfecta sunt, omnia sibi sumptisse uideantur. Martialis, Quod magnum Thraseae, consummatique Catonis, Resumo, rursus sumo. Plinius, Resumptis post longam aegritudinem uiribus. Praesumo, antecapio. Apuleius, Qui aetatis meae stulos praesumpsi. Hinc rhetores praesumere pro praecipere accipiunt. & praesumptionem dicunt, quam graeci uocant πρόληψις, cuius, quod uel in aduersarij causa, uel in iudicis opinione contrarium nobis esse, aut fore arbitramur, praecipimus dicere, & cum ratione dissoluere. Demosthenes, atque ego illum iudicem arbitror Lycurgum laudatorem producturum scilicet, qui sit tibi eius pudori, ac probitati, sed ego Lycurgum uobis praesentibus hoc unum interroga bo, uelut ne se similem esse illius factis, & moribus, quod si negarit, satis uobis factum esse de ueritate nostra debeat. Lysias, Huc oratione se prius apud me uocabatur, & orabat, ut suarum erunarum misererem inopiae subuenirem. Quid multa? Commotus humanitate, precibus deprecantis, quod petebat, dedi solus soli, quo minus nota calamitas hois esset. Sed ut paratus uenisse uidebatur, iam se negabit accipisse, & siens uobis supplicabit, ut se a calumniatoribus eripiatis. Vos autem, cum eum ita agentem uideritis, facite, ut et illius, & mei memineritis. A sum postremo sit esto, quod modo futurum est imperatum, modo aduerbium concordantis. Virgilius, Ego aegram nulli quondam flexere marito. Item sum in praeterito facit sui. a quo ueteres suam pro sim frequentissime usurparunt. Item fore, quod licet declinatione praesentis sit temporis, si significatione tamen est futuri. Cicero, Quos puto iam tecum esse, uel propediem fore. & eodem modo affore. Ouidius, Esse quoque in fati reminiscitur, affore tempus. Statius tamen uideatur affore in significatione praesentis temporis accipisse, sensu manifesto numine ductos affore, quos nexis ambagibus auget apollo. MOLES. Magnitudo. proprie enim moles dicitur res magna, ac magni ponderis. unde molestus dicitur, qui alicui grauis est, nec sinit eum quiescere. a quo molestia, sollicitudo, & grauitas. & moleste grauitate. & molesto, angustollicito. & quasi molem affero. Apuleius, Toties quoque molestus obmouit. in hunc sensum molem accipit Virgilius, Totamque infusa per artus Mens agit molem, hoc est magnitudinem mundi. Quoniam uero, quae magna sunt, difficultate esse consueuerunt, accipitur aliquando moles pro difficultate. Idem, Tantae molis erat Romanam condere gentem, hoc est tantae difficultatis. Item in mari moles dicitur, quoties excluditur aqua. Accipitur etiam aliquando pro motu. Virgilius, Inde Cyan, ipsam ingenti mole Chimerae Consequitur. et a mouendo dicitur moles.



à quo fit mollior, quod significat uel ingenio, uel corpore mo-  
ueor ad aliquid agendum, & pro uarietate appositae uarie ex-  
ponitur. etenim moliri classem est parare. Virgilius, Clas-  
semq; sub ipsa Antandro, et Phrygiae molimur montibus Idæ.  
moliri iter est peragere. Idem, Datum molitur iter. moliri ha-  
benas, est gubernare. Idem Et manibus molitur habenas. moliri  
insidias, est meditari. A pileus, Dum mihi moluntur insi-  
dias moliri arcem, est edificare. Virgilius, Moliriq; ar-  
cem, & manibus subuoluerè saxa. unde fit demoliri, quod  
est diruere. Cicero, Demoliri ea, quorum altitudo officere  
auspicis. & amoliri, expellere. submouere. à quo amula  
uas. & amuleum, de quibus inferius dicimus. Terentius,  
Proinde hinc uos amolimini. nam mihi impedimento estis. Mo-  
liri etiam simpliciter positum inuenire est. Plautus, Ali-  
quid moliar, quo me hoc discrimine liberem. hoc etiam machi-  
nari dicimus à græco μηχανήματα, quod est inuenio.  
mollior, unde μολύνω inuentum. & molimen dicitur,  
& μηχανήν molitio. Machina. à quo bellicas machi-  
nas uocamus opera fabrilia, quibus in bello utimur. Item ipsa  
consilia, quibus decipere hostem conamur. ἀπό τῆς μηχανῆς  
etiam dicitur mechanicus, quod significat fabrum, hoc est opi-  
ficem eorum operum, quæ ingenio simul, ac manibus fiunt.  
& mechanica ars fabrilis. unde quidam artes diuidunt in  
liberales, atq; mechanicas. A machinor. machinator. machi-  
natrix, & machinatio deducuntur. Aliquando moliri passiuè  
accipitur pro retardari. Lucilius, Muiamur. molimur.  
subducuntur. Ab hoc fit molimen pro eo, quod molimur. et mo-  
limentum pro conatu. Sisenna, Magna cum molimento, ac  
perpetuo sono procedunt. & emolumentum utilitas, quam ex  
opera, & labore, & (ut ita dicam) molimine nostro assequi-  
mur. & molitio, ac demolitio, quibus auctores frequenter utun-  
tur. Item mola, quæ ueluti mole quadam. frumentum. legu-  
mina, & alia rei quæcunque teruntur. unde molas frumen-  
tarias. molas fabarias, & molas olearias dicimus. Quæquam  
mola etiam fix totum dicitur sale conspersum, quo utebantur  
ueteres in sacrificijs. Virgilius, Sparge molam. unde fit im-  
molo uerbum, quod est sacrificio, & quasi molam spargo à quo  
immolator immolatrix. immolatio. & molucrum lignum  
quadratum, quo ueteres immolabant. Est etiam molucrum  
tumor uentris, qui etiam uirgibus incidere solet. A frani-  
nius, Virgini tam crescit uterus, quam grauidæ mulieri, mo-  
lucrum uocatur, transit sine dolore. Est enim etiam mola à  
molæ, de qua diximus, similitudine appellata in utero mulie-  
ris caro informis. inanima. ferri ictum, & aciem respiciens,  
quæ sistit menstrua, ut partus. & licet ijs quoque accidat, quæ  
coitu uiuantur, quoties menstrua uitosa sunt, aut semen uiri ad-  
formandum fortum debile est, atque ineptum, frequentius ta-  
men ijs accidit, quæ à coitu abstinent solitæ aliâs coire, qua-  
les uiduæ sunt. Fit enim in his tumor præter naturam, & se-  
men, cum sanguinem mustum indurescit in carnem, quamuis  
aliquando ex solo spiritu fit mola, quæ maior uis caloris se-  
men illud cum sanguine conuertit in spiritum crassiorem, quo  
ita se penumero uterus intumescit, ut prægnantis speciem præ-  
se ferat. Mouetur mola, natura tentante eam expellere, quam  
uis medica motus causam assignent spiritum genituum, qui in-  
clusus est in semine mulieris, sed huic opinioni philosophi repu-  
gnant. simile quiddam, & uirus in uentre gignitur, quod  
ἀκίβητος græca, hoc est scirrum mominans, hoc si lenis, & epa-  
tis uirio exuberat, præsertim in hydropticis, quod euenisse O ppo  
Capitoni prætorio uiro memoriæ proditum est. Item à mola  
fit molo uerbum, & molaris lapis, ex quo mola fit. hunc qui-  
dam pyritem uocant, uel quod ei insit plurimus ignis, quem

πύρ græci uocant. uel à frumento, quod nominant πυ-  
ρὸν. Est tamen aliud pyritum genus ἀπὸ τοῦ πυρὸς,  
hoc est ab igne appellatum, quod plurimum ignis habet. &  
est ponderosum. nostri modo uinum. modo ignarum lapidem  
uocant, exploratoribus castrorum maxime necessarium, quo-  
niam clauo, uel altero lapide percussum scintillas edit, quæ sul-  
fure exæptæ, aut fungis aridis. aut folijs mira celeritate ignem  
trahunt. Item molares dentes, quod abum à cæteris dentibus  
confractum ipsi molunt. Hi & maxillares à maxillis dican-  
tur. Sunt enim maxilla, in quibus fixi sunt dentes, & infero-  
res tantum in omni animantium genere mouentur, præter-  
quam in crocodilo, qui mouet superiores. Hæ per dimnutio-  
nem à malis uocantur sunt. Mala à mali similitudine dican-  
tur partes illæ, quæ homini tantum sunt in ore, & buc-  
cas ad mali speciem rotundæ. has præci genas uocant. Oui-  
dius, Sæpeq; purpureis figere labra genis. Pacuius, Nunc  
primum opacat flore lanugo genas. Hinc lex illa duodecim  
tabularum erat. Mulieres genas ne radunt, ne uel sum fu-  
neris ergo habent. Dicitur tamen etiam genæ, quæ superius  
inferiusq; ambiunt oculum. Ennius, Pandite quæso ge-  
nas, & corde relinquit somnum. Plinius, A quantia dor-  
mire existimant, non oculorum argumento, quia non habent  
genas, sed ipsa quiete placate, seu soporate. Extremus am-  
bitus superioris genæ alium dicitur. unde supercilia appella-  
ta. Cilium, uulnere aliquo deductum non coalescit. Quadru-  
pedi superiores tantum genæ sunt, uolucris inferiores, &  
quibus molle tergu, ut serpentibus, & quadrupedibus, quæ  
omnino parunt, ut lacertæ. Strutio camelus alium sola utriusq;  
genas habet, & palpebras. Palpebræ sunt capilli, quos in  
genis homines utriusque habent, dicte uel à palpitando (ut  
quidam dicunt) hoc est tremendo, uel (ut ego sentio) à palpan-  
do, hoc est prætentando obiecta. ob hoc enim natura palpebras  
homini dedit, ut ceu uallum quoddam uisus esset. & promi-  
nens munimentum arca occurrantia animalia, aut alia fortui-  
tu incidentia. Palpare, siue palpari (utroque enim modo di-  
citur) proprie est leuiter, & quasi tenendo in gere. unde pro  
adulari frequenter accipitur. et palpatores ex eo dicuntur adu-  
latores. Plautus, Ut palpator nullus est, quando occipit blan-  
dior. Hinc palpo etiam dicitur. Idem, Palpo percussus, Qui  
dam etiam palpum pro blanditijs usurparunt. A palpo fit  
frequentatiuum palpo, quod est leuiter, ac frequenter moue-  
or, & quasi palpando, unde palpitare cor dicitur ob frequen-  
tem motum. Plinius, Palpitat certe cor, & quasi alterna-  
tim mouetur. A palpo fit compositum ex palpo, quod est eli-  
tio. Plautus, Quid faciatis exora. blandire. ex palpa.  
Idem Nunc seruus argentum à patre ex palpabit. Pom-  
ponius, Siquid ex palpare possum ab illo. defluere palpebras  
tradunt abundantibus ueneri. præter hominem, & strutio-  
camelum nulli animali sunt, nisi quibus & in reliquo corpore  
pili. Strutio camelus maxima auium est, si tamen auis est di-  
cenda, cum pennas diuinitat habeat, ut adiuuente ad curren-  
dum, cætero uolucris non sit, nec à terra tollatur. In Africa  
altitudinem equitis equo insidentis excedit, celeritate uim  
cit. Ungulas habet ceruicis similes bisulcatis comprehendens  
dis lapidibus unles, quos in fugæ contra sequentes pedibus  
ingerit. Concoquit quæcunque deuorat sine aliquo delectu  
Mira in eo stoliditas est, etenim in tanta corporis altitudine, si  
colla fructu occultauerit, latere se putat. Oua eius in pretio  
sunt propter amplitudinem pro quibusdam uasis habita.  
Item pennæ, quia conor bellicos, & galeas uarijs coloribus  
infectæ adornant. Conus proprie à græcis uocatur nux pi-  
nea, propter quod geometriæ eiusmodi figuram conû appellat.



Hoc autem differt a meta, siue pyramide, quod meta lateribus consistit. Conus rotunditatem habet sine lateribus. Hinc conus appellatur curuatur, quae est in summitate galeae, super qua cristae ponuntur. Et coniferæ arbores dicuntur, quae conos ferunt, hoc est nucis pineis similis. Oui. Et coniferæ cyparissii. Quicquid praeterea tali forma est, conoides dicitur. Vnde compressus foemina conoides est, quae in fastigium conuoluitur. namas spargit extra se ramos, deputaturque, et uitæ accipit. Graeci etiam κωνοφόρος, hoc est coniferos uocant eos, qui in Bacchi exercitiis, dum in Indiam proficisceretur, thyrsos ferebant, quod thyrsi pineae nucis speciem habeant. Ob hanc causam mulieres postea in Bacchi sacris conos, hoc est pineas nucis gestare consueverunt, siue quod hic fructus cordis similitudinem habeat. Graeci autem humano cordi existimant Bacchum praesse, quoniam cor hominis in quo mens habitat, uino accenditur. A molendo praetera molerina deducitur, quod pistinum olim dici solebat, quo tempore tundebantur frumenta, non molebantur. Quidam et molendinum uocant. a quo molendinarii opifices ipsi dicuntur. Item molendinarius quicquid ad molendinum pertinet. unde molendinarius a molam, et molendinarios asinos dicimus. Paulus iurisconsultus. asinam Molendinariam, et molam negat ea appellatione contineri. Idem autem est meta molendinaria inferior pars molae. Catyllus superior. Vistrinum autem a pisendo dicitur. Pisere enim tundere est. Varro, Nec pisorem ullis nosset, nisi eum, qui in pistino piseret farinam. Vnde pisores, siue pistores ueteres uocabant, tam eos, qui frumenta pisebant, quam qui panes coquebant, idem quippe erant utriusque rei artifices. Ab eodem etiam pistillum dicitur, quo quid in mortario pistitur, et pistura actus ipse pisendi. Plyn. Pistura non oium facilis. Quippe et Etruria spicam farinis tostis pisente pilo praeferrato festiula ferrata. et stella intus denticulata, nisi intenti pisant, conadantur graua, ferroque franguntur. Secundum quosdam mola dicta sunt, quod res molendo fiant molliores. Quidam molam, non a mole, sed a graeco dictam existimant, quae est μύλος. unde μύλος ὀλίω, mola olearia nuncupatur, quae nos trapezum diximus appellari. Ab hac deducitur amydon, quae sine mola fiat ex omni tritico, ac siligine. optimum uero extrimestri fit, inuentum primo in insula Chio. Idem ita fit. Madescit triticum aqua dulci in uasis ligneis, ut, ut totum tegatur. quinque in die mutatur aqua, ita, ut miscetur pariter emollitum ante, quae acescat, limboque, aut sportis siccatum tegulae infunditur, quae illata sit fermento, atque ita in solo densatur. probatur leuitate. leuore. candore. recentia. Molossa autem pars Epiri est, a Molosso Pyrrhi, et Andromaches filio sic nominata. Ab ea uero fit molossus adiectiuum. Molossus etiam pes est ab eius patrie saltatione ita nominatus. VENERABILIS. Digna ueneratione, sicut amabilis dignus amore. Nomina enim, quae in bilis desinunt a uerbis uenientia. aliquando infinitiuum passiuum eius uerbi significant cum dignus, ut spectabilis dignus spectari. formidabilis, dignus formidari. Admirabilis, dignus qui admirationi sit. Aliquando infinitiuum, uel actiuum, uel passiuum cum potest, uel natura aptum est, ut risibilis, qui potest, uel natura aptus est ridere. Hinnibilis, qui potest, uel natura aptus est hinnire. Item penetrabilis, qui potest, uel natura aptus est penetrari. Stabilis, qui potest, uel natura aptus est diu stare. Possibilis dicitur, quod fieri potest, nec aliorum regulam seruat. propterea id nonnulli cum suo composito, quod est impossibile, tanquam parum latina respuerunt. Venerabilis a ueneror deriuatur, quod est colo, significatque eum, qui cultus, et ueneratione dignus est. Plyn. Vir grauis, et ipsa iam senectute uenerabilis. Idem et uenerandus dicitur. Senect. Vocem estimatione dignam, et omni saeculo uenerandam.

Poeta ueneratum quoque aliquando pro uenerabili, seu uenerando posuerunt. Virgilius, Cursumque dabit uenerata sacerdos. Veneror autem compositum existimant a uenia, et oro, ut sit uenerari, quasi ueniam orare. ab eo fit ueneratio pro honore, et cultu. et ueneranter aduerbium. Apuleius. Et ab eo ueneranter exceptus paululum quieui. Quidam etiam uenerabiliter usurparunt. CONSPICVI. Clari, spectandi. Specto uerbum in usu apud ueteres fuit pro aspicio. uideo. Vnde augures spectare, hoc est inspicere auers dicebantur. et spectationem auium pro contemplationem, et inspectionem. Ennius, Vos epulo postquam spexit, et uestis pica custodes uestium ferui, quod frequenter diligentia uestis inspiciebant. Plautus, Tum familia tota, uestis pica, unctor, auri custos. Afranius, Noui non inscia ancillulam uestire, et uestis pica. ab hoc fit frequentatiuum specto, quod interdum uideo significat. Virgilius, Heu magni alterius frustra spectabis aceruum. Interdum inspicio, caueo. Plautus, Spectandum ne tibi annulum det, neque roget. Aliquando approbo. Terentius, Spectanda, an exigenda sint uobis prius. Cicero, Non igitur ex singulis uocabus philosophi spectandi sunt. Nonnunquam tendo, ut hic ad mortem spectat, hoc est quasi respiciendo tendit. Cicero, ad extremum si ad perniciem patriae res spectabit, patriae salutem antepones salutem patriae. Quod et quod ad pessimum spectat euentum, miserabilis sis oportet, ut amator esse uidearis. Hinc spectabilis dicitur spectatio, ne dignus, et quasi admirabilis. Apuleius, Iubet construi pulchrum, ac spectabilem currum. et spectatus probatus, cuius scilicet spectata iam uirtus est. Virgilius, Sunt nobis fortia bello pectora. sunt animi, et rebus spectata iuuentus. et spectatores, qui ad ludos spectandi causa conueniunt. Plautus, Nunc spectatores Iouis summi causa clare plaudite. Item generaliter quicquid aliquid aspiciat, eius rei spectator dici potest. et spectaculum, quod modo significat id, quod spectatur. Virgilius, Nocte pluit, tota redeunt spectacula mane, modo ipsam spectationem. Cicero, O graue, acerbumque spectaculum. Aliquando locum, qui ad ludos spectandos aedificatur, quem supra diximus pluratiuo numero foros appellari. Suetonio De spectaculo excitatus descendit. Lilius, Tum primum circo, qui maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca patribus, equitibusque, ut spectacula sibi quisque faceret, fori appellati. Item a specto composita fiunt a specto, et circumspecto, quod est frequenter aspicio. a quo circumspectus dicitur, non qui circumspiciat. hunc enim conspicuum, uel circumspiciuum uocamus, sed, qui circumspicit, et in omnem partem spectat, hic est prudens, et sagax. Plynus, Quis eo acutior? quis circumspicior? Exspecto. praestolor, quia dum uenturum aliquem praestolamur, an ueniat, frequenter aspiciere solemus. Plautus, Domi te exspecto. Aliquando tamen expectare accipimus pro moram trahere. Virgilius, Tyria Charthagine, qui nunc exspectat nonnunquam prodesyderare. Idem Exspectate uenis. Cicero. Nihil unquam expectatius fuit. Hinc fit expectatio, quae modo praestolationem, modo moram. modo desiderium significat. In expectatione. non esse aliquem dicimus, dum eum cum spe, et desiderio expectamus. Prospecto, prospicio. despecto, deorsum aspicio. Apuleius, In puteum forte despectans. suspecto, modo sursum aspicio, et tunc a sursum componitur. Martialis, Oculisque suspectans sydera. modo deorsum aspicio. et tunc a sub deducitur. Martialis, Sed suspectat oculis denorantibus draucos. Item a specio fit specimen, quod est argumentum quoddam. et probatio, siue exemplar. Seneca. Virutis specimen, et patriae ornamentum. Virgilius, Tale dabit specimen. et speciales, quae modo formam significat, et ueluti effigiem rei, estque uocabulum medium. Idem Neque enim specie,



fama ue mouetur, hoc est nec praesenti de fornicitate, nec rumore  
 mox futuro. Speciosus tamen semper in bonam partem accipi-  
 tur, hoc est pro pulchro, quemadmodum formosus. licet forma  
 medium uocabulum sit. Virgili. O formose puer, nimium ne-  
 crede colori. Vlpianus tamen speciosus personas dici affirmat  
 clarissimas personas utriusque sexus. Item eorum, qui ornamen-  
 tis senatorijs uantur, modo species pro aspectu, et re uisa acci-  
 pitur. Virgilius, Non tulit hanc speciem fuerata mente Core-  
 bus. modo definitur, quod dicitur de pluribus differentibus nu-  
 mero, quomodo genus, quod dicitur de pluribus differentibus  
 specie, ut puta animal genus est, quod de hoie. elephanto. equo.  
 auibus. piscibus. reptilibus, alijsque specie differentibus praedi-  
 tur. Homo uero est species, quoniam de Socrate. Platone. Aristo-  
 tele. Fabio. Catone. Cicerone, alijsque non specie, sed numero  
 differentibus dicitur, ob eam rationem ita appellatur, quod mul-  
 torum collectio una quasi uisione comprehendatur. Hinc specia-  
 le, et specificum pro particulari accipiuntur, et specialiter,  
 ac speciatim pro particulariter, quod quidam etiam specificie  
 dicunt. et speculum, in quod aspiciamus, ac speciem, hoc est effi-  
 giem nostram contemplanur, quod datum nobis a natura fi-  
 rit, non ut pilos et supercilios, aut barba uelleremus, non ut faciem  
 inficeremus coloribus, non ut rugas traheremus, sed ut nosmet  
 ipsos nossemus, et formosi deuitarem infamiam, deformes  
 redimendum sciremus esse uirtutibus quicquid corpori deesset,  
 propter quod Socrates hortari adolescentes solebat, ut se se fre-  
 quenter in speculo inuercentur. Nam si inquit formosi estis, elo-  
 borandum est, ut digni ea specie sitis. sin autem deformes, ut ea  
 deformitatem uirtute, ac bonis artibus tegatis, quamuis aliae  
 quoque sint speculi utilitates longe praestantiores. in primis eni,  
 quod pulchrius est, quam naturam eius speculari, et rerum  
 ad id pertinentium rationes inquirere? cur conuexum maiore  
 uera effigiem reddat. conuexum minorem. planum aequalē?  
 Cur conuexum modo intra, modo extra speciem representet,  
 modo reflat, modo conuersum. Conuexum uero, planumque sem-  
 per eandem, et eodem modo. Cur conuexum non lucem tm̄,  
 ac radios conuersum ad solem reflectat, sed etiam calorem emit-  
 tat talem, ut facilius accendat, quam aliquis alius ignis. Planum  
 uero, lucem tantum reflectat sine calore, Conuexum nec lucē,  
 nec calorem? Ad haec, quia imbecilli oculi, quod sustinere com-  
 nus solem non possent, formam eius, habitumque, et uerum il-  
 lum igneum colorem contempleri non ualebant, inuentum est  
 ope, atque adiuuamento speculi non modo orientem, occidentemque  
 illum conspiciere, uerum etiam supra nos stantem, et nullo ru-  
 bore persusum, sed candida luce fulgentem. Praeterea duorum  
 syderum occursum, quem defectum, uel defectionem solis, si-  
 ue graeco uocabulo eclipsem nominamus, quo interpellari ali-  
 quando dies solet, quis unquam cernere potuisset, aut causam ei-  
 us comprehendere? nisi liberius in speculo solis, lunaque im-  
 agines uideremus. Taceo, quod iuuenis in speculo se uidēs admo-  
 netur flore aetatis, tempus illud discendi esse, et fortia audien-  
 di. Senex uero, ut quae canis indecora sunt, deponat, et de mor-  
 te imminente iam cogitet. Quid quod uiri fortes ciuitates suas,  
 si quas in facie habent, speculis contemplantes memoria uir-  
 tutis excitantur. Audiu ego saepenumero Federice princeps te,  
 quoties faciem tuam in speculo contemplanis, nullo amissi lu-  
 minis desiderio affici, sed lato, ac sereno uultu modo uerba il-  
 la proferre *θαππερ φειδ' ἰπικε, ναὶ σαυρὸν βλάττει φανερώς, ἵνα τῆς  
 ἀρετῆς καὶ μὴ μέραι μὴν μορῶν,* hoc est bono animo sis Fede-  
 rice, teque ipsum manifeste aspice, ut uirtutis tuae continue mem-  
 neris, modo ita dicere. Dū boni, quos ego uel uirtutis, uel fortune  
 socios habeo. Philippos. Horatios. Hannibales. Sertorios. Ex-  
 pergisare. ex pergisare aliquando Federice, et illos non mo-

do unius luminis, sed factis etiam, ac rerum gestarum gloria  
 aequiparare cōtende, haec nobis ab alijs relata sunt. Illud uero  
 ex me ipso uideo augurari, te quando per uigilem istum tuum  
 oculum in speculo contemplanis, non mediocri letitia affici,  
 quod scias per omnem iam italia proterbij loco haberi, plus  
 unum Federicum, uno oculo uidere, quam ceteros omnes prin-  
 cipes duobus. illa praeterea Sertorij uerba frequēti teum usur-  
 pare sermone. Alij non semper uirtutis suae insignia secum fe-  
 runt, sed hastas. torques. Coronas domi relinquunt. Ego uero,  
 rei militaris insignia mecum assidue porto, eosdemque et uir-  
 tutis meae, et fortunae habeo spectatores. Ad haec igitur compa-  
 rata est materia excipiendarum imaginum potens, et inuenta  
 sunt specula ex ferro. plumbo. argento. chrysallo. uitro, mi-  
 stisque materijs. Quinetiam natura ipsa nobis specula parauit,  
 quae semper essent in promptu. Fons cuique perlucidus, et que-  
 scens aqua, ac leue saxū imaginem reddit. Virgilius, Nec sum  
 adeo informis, nūper me in litore uidi, cum placidum uentis  
 staret mare. A speculo specularis lapis dicitur, quod ad speculi  
 similitudinem luceat, atque imaginem reddat. finditur in tenu-  
 issimas crustas. hunc olim tantum aterior Hispania mittebat,  
 postea Cyprus, et Sicilia, et Africa misere. Est et in bononiē  
 si agro breuis. maculosus complexu silicis alligatus. nunquam  
 uisus est quinque pedum longitudine amplior. Humorem hūc  
 terrae existimant chrysalis modo glaciari in lapidemque cōcre-  
 scere. Huius olim ramentis arcum maximum ludis arcu-  
 bus struere, ut esset commendatio candoris. Item a specio specu-  
 la dicitur, de qua aliquid conspiciamus. Virgilius, Specula Mife-  
 nus ab alta. a quo speculor uerbum, quod proprie est indagare,  
 perquiro et ueluti est specula prospecto. a quo speculatores di-  
 citi, qui uel est speculis aspiciunt. uel in bello ante exercitum ex-  
 plorandi gratia mittuntur. et praespeculor uerbum, ante spe-  
 culor. Suetonius de Cesare. Exercitum neque per insidiositate-  
 ra duxit unquam, nisi per speculatum locorum situs. per metapho-  
 ram tamen speculari accipimus pro scrutari, et exacte consi-  
 derare. a quo speculatio, consideratio. Specus quoque a specio de-  
 riuatur, quod locus sit (ut Vlpianus definit) ex quo despicatur,  
 uel quod uox in eo re percussa hominem ibi alterum uideri fi-  
 ciat. Diamusque hic specus, haec specus, et hoc specus. Item hoc  
 specu, et in plurali haec specus. Item specum, cuius diminuti-  
 uum est specillum. A specio deditur instrumentum teres, ac  
 paruum quo medici ad tentandam uulnerum, aut fistularum  
 uiam uel profunditatem, utuntur. Pacu. Ut medici faciunt, qui  
 prius specio uulnus tentant. Cornelius celsus. Ante omnia au-  
 tem dimitti specillum in fistulam conuenit, ut quod tendat, et  
 quam alte perueniat, scire possimus. Hinc oricularium specul-  
 lum dicitur, quod curandis auribus adhibetur. A specu, sine  
 specilli similitudine speculum telum dicitur ad similitudi-  
 nem sagittae. Item ipsa sagitta. a quo spiculor, configo. et  
 spiculor carnifex. et spicat, quod ad spiculi similitu-  
 dinem acuta sit, diciturque, et masculino, et neutro gene-  
 re spicus, et spicum. Est enim proprie cum per culmū folli-  
 culum, id est extremum tumorem aristae adhuc tenues in mo-  
 dum spiculi eminent. Abusue tamen, et de maturis frugibus  
 haec uocabula dicuntur. A spicat, siue spico fit spico uerbum,  
 quod significat spicas emitto. Item inspico, quod est ad spica-  
 rum, et aristarum similitudinem incido, uel fodio. Virgilius,  
 Ferroque falcem inspiciat acuto, et spicatus. Idem spica iam  
 campus cum messi inhorruit. Item ab eodem spina, hoc est senti-  
 tis, quod ad spiculi similitudinem acuta sit. a quo spineū, quod ex spi-  
 na est, ut corona spinea, et spinosum spinis abundans, et spinus  
 pirorū arbor, quod spinis referta sit. Idē, et spinos prima serren-  
 ters. Item a specio composita fiunt aspicio, quod ē uideo. Virg.



**A**spice bissones latentis agmine cygnos. A quo fit aspectus, id est intuitus, atque effigies cuiusque animalis, ut horridus aspectus, hoc est visu horribilis, et qui effigiem habet horrendam. Transferturque etiam ad inanimata. Plinius. Prærupta rupes, et aspectu horrida. Despicio, quod proprie est deorsum aspicio. Quintil. Nullam ego res humanas despiciere providentiam reor, hoc est rerum humanarum curam habere. Quoniam vero ea, quæ contemnimus, quasi deorsum, et ad pedes nostros proiecta aspiciere solemus, accipitur despicio pro contemno. Cicero. Despectus ab omnibus, ac pro nihilo habitus. Ab hoc fit despicuus, hoc est intentus, uigil, cuius exempla apud Apuleium frequentissima sunt, et despicentia, et despectus quarta declinationis pro contemptu. Exspecio, cuius frequentativum est expecto, quod proprie significat observo, quasi diligenter aspicio. Terentius. Expecto quid uelis. Quoniam uero aspicientes aliquid diligenter manere diutius eodem loco solemus, expecto aliquando pro maneo, usurpatur. Virg. Tyria Carthagine, qui nunc expectat. Martialis. Expectant, curæque, Athenarumque labores. Item pro de sydero, quoniam quæ de syderibus cum uoluptate aspiciuntur. Idem. Expectate uenis. et pro spero, quoniam quæ speramus, quasi cum presentia aspiciere uidemur. Idem. Sed illos expectata seges uanis elusit aristis. Ab hoc expectabundus, et expectatio deducuntur. Suspicio, sursum aspicio. Virg. Et fastigia suspicit urbis. Ab hoc fit suspicor notæ significationis. dictum, quod cum timore quodam ea uidemur aspiciere, de quibus dubitamus. Virgilius. Suspectaque dona præcipitare iubet. Hinc fit suspicio, quod, si cum uenio uingatur, semper passue accipitur, ut ueni in suspicionem, id est factus sum suspectus et suspitosus tam qui suspicatur, quam qui suspectus est. Prospicio, longe uideo, quasi porro specio. unde fit prospectus. hoc est libera, et non impedita prospectio. Item prospicientia, hoc est cura. promissio. nam et prospicio pro curo. et pro uideo accipitur. Plinius. Nam et rebus illius non minus, quam meo prospicietiam. et prospicius intentus, ac uigil. Præspicio ante uideo. inspicio cerno. introspecio, itrorsum aspicio. Respicio, retro aspicio, sine rursum aspicio, sine aspicio. à quo fit respectus, quod modo ipsam (ut ita dicam) reflectionem significat. Plautus. et me respectu tenuit. modo rationem, qua ad aliquid agendum mouentur. Plinius. Namque eo respectu commotis abscesserat. Conspectio, cerno. unde fit conspectus pro aspectu. Virg. uix est conspectu sicula telluris in altum, Vela dabant læni. et conspiciuum instrumentum, quod adhibemus oculis, ut res maiores uideantur. Plautus. Vitrum cedo, necesse est conspicio uti. et conspiciuus adiectiuum, quod modo significat sagacem, perspicacem acutum. Quintilianus. Conspectus sagax. callidus. modo clarum, et qui ab omnibus conspiciatur, quemadmodum hoc loco Martialis conspiciuum amphitheatrum appellat. Despicio, pro uideo. discerno. hinc despicentia, hoc est discretio. consideratio. Perspicio. inuicor. anima uerto. à quo perspicax, hoc est consideratus. acutus. unde perspicaciter aduerbium, quod est considerate. acute. Item perspicuus, clarus, translucidus. ut aqua. nitrum. chrysellum, alijque translucens lapilli. à quo aduerbium perspicue, hoc est clare. unde perspicuam quoque orationem dicimus, hoc est claram, atque apertam. et perspicuitas à quibusdam sicut perspicacitas usurpatur. illud splendorem, ac facilitatem, hoc est considerationem, et acumen significat. Præter hæc aruspex à uictimis in ara aspiciendis. is enim est aruspex, qui inspectis extis, futura prædicit, qui et extispex dicitur. à quo aruspiciam inspectio extorum, sicut extispiciam. et ars ipsa aruspiciam, quæ extispiciam quoque dicitur. Item auspiciam ab inspicendis uisibus, cum per inspectionem accipiat auspiciam hinc factum est, at dicimus auspiciam ductum, atque

principium, quæ à solo duce accipiuntur. à quo fit auspiciari, quod non modo significat auspiciam accipere, sed etiam in accipere, nec in bonam tantum partem accipitur, quod frequentissimum est, sed etiam in malam. Plinius. Et homo infeliciter natus, manibusque, pedibusque deuinctis animal ceteris imperatorum à supplicijs uitam auspiciatur. nam quædo non est uerbum, fere semper in bonam partem accipitur. Terentius. Haud auspiciato huc me attulit. id est non feliciter, et quasi repugnantibus auspicijs. Quintil. Itaque apud illos Homerus, sic apud nos Virg. auspiciatissimum dederit exordia, hoc est felicissimum. auspex dicebatur, qui nuptijs præerat celebrandis, quia auspiciam pro nuptijs accipere solebat. Adhibebaturque hic pro parte maritima, sicut pronuba, quæ præest et ipsa nuptijs celebrandis, pro parte uxoris. Aliquando etiã pro eo ponitur, qui dux militiæ est. Horatius. Nihil desperandum teuro duce, et auspice. Virg. Auspiciam pro potestate posuit. Communem hunc ergo populum, paribusque regamus auspicijs, ab eo, quod præcedit id, quod sequitur, quod isdem auspicijs creati consules parem habent potestatem. Inter auspiciam, et augurium quidam hanc differentiam faciunt, ut auspiciam sit auium conspectio, et quod ex uolatu auium, et uocibus significatur. Augurium uero quod rerum omnium coniecturas prudenter, ac diligenter completitur. et tamen augurium quoque ab auibus, ac gerendo dicitur, quasi auigerium, siue ab auium garitu. Hinc augur, qui futura præuidet. et auguro, atque auguror uerbum eiusdem significationis. quibus aliqui ita distinguant, ut auguro dicimus, cum præsagio mentis futura colligimus. Virg. Et siquid ueri mens augurat opto. Auguror uero, cum futura ueris captamus augurijs. Ab eodem auguraculum ueteres dicebant, quæ nos arcam uocamus. quod ibi aues publice auspicantur. Augurium quoque inde dictum opinantur. etenim proprie augustum tectum augurio consecratum, sed per metaphoram ponitur pro nobili, et sacro, ac maiestatis pleno. Unde augusti dicti sunt omnes Romani imperatores post Iulium Cæsarem ab Octauius Augusto, qui primus meruit hoc cognomen, sicut à Iulio Cæsare dicti sunt cæsares, et omnes Albani reges dicti sunt sylui. à Syluio Ascanio Aeneæ filio. et Aegyptij reges dicti sunt ptolemæi. Persæ, Arsacidae. Latini, murani. Augustum quidam ab auium gestu, alij à gustu dictum putant, quia aues pastæ idratum fecerunt. ERIGITUR. Eleuatur, ædificatur, in altum tollitur. de quo supra diximus. AGER. Qui in ædibus Neronis erat inclusus cum syluis, atque nemoribus. SUPERBUS. Ingens, magnificus. excellens. superbus à superbiendo dicitur. Superbio autem à supercundo. unde quicquid in aliqua re excellit. superbum dicere possumus, quasi super alia iens. Virgilius. Ceciditque superbum Ilion, hoc est nobile. magnificum. hinc aliquando pro elato ponitur, atque alto. Idem. Et gressus glomerare superbos. Idem. Quinq; adeo magnæ positus in cudiibus urbes Tela nouant, Aruina potens, Tyburque superbum. Aliquando pro ornato. Idem. Barbarico postes, auro, spoliisque superbi. Interdum pro opulento. Idem. simul ense superbum Rannetem aggreditur, qui forte tape tibus altis extructus. Hinc fit quod superbum aliquando etiã pro arroganti, ac truculento accipimus. Idem. Strpis Achilleæ fastus, unuenemque superbum. Idem. Te Turne superbum Cæde noua querens. et pro nitabili. Idem. Foribusque affixa superbis Ora uirum tristi pēdebant pallida tabo. Et pro iniquo. Idem. Quos illi bello profregos egere superbo. Antiqui etiã superbos propter pompam funeris, quemadmodum supra diximus, mortuos dixere. Plautus. Faciam ego hodie te superbum, nisi abis, et mox addidit, auferere, non abis. Item à superbio, quod est effror. extollor. Superbia deriuatur, quæ definitur supergre



diens elatio mentis, ex qua nascitur arrogantia, nam nisi praecesserit occulta elatio mentis, non sequitur aperta iactantia. Item superbe aduerbium, hoc est elate, arroganter, et super biloquens, qui superbe loquitur. à quo superbiloquentia, elatus, atq; erogans sermo. Cicero. O scelera, animiq; impotentiam, et superbiloquentiam. Ennius pro superbe superbiter scripsit. TECTA. Domos, quas Nero incendi fecer. at, ut domos suas edificaret. Tectum proprie pars domus est, ea scilicet, quae domum tegit. ponitur tamen frequentissime pro domo, ut hoc loco, et generaliter pro omni loco, in quo tecti homines possunt habitare. unde spelunca. tuguria. praesepia. casae. et generaliter omnia aedificia, tecta dicuntur. Vnde architecti, et architectores dicti, qui aedificandi scientiam habent. et architectura aedificandi scientia dicitur. Plyn. Grande, et Archimedi machinalis scientiae testimonium. hinc fit architectari, quod est componere machinari. Cice. Vt optime possit architectari uoluptates. A tegendo autem tecta appellantur. Tegere proprie operire est. cuius contrarium est nudare. detegere. Plyn. Haec plura palustri harundine per hyemem tegenda sunt. per metaphoram tamen tegere pro calare accipimus. Marti. Quod tegitur maius creditur esse malum. Virgil. Vix adeo agnouit pauitantiem, et dira tegentem supplicia. Quae admodum e contrario nudare pro indicare usurpamus. Idem. Traiecta; pectora ferro nudauit. A tego fit etiam tegmen, quod etiam tegmen dicitur. tegmentumq; pro quacumq; re aliquid tegente. et tegulum eiusdem significationis. Plyn. Tegulo enim aquati carum harundinum domos suas septentrionalis populi operiunt. Idem tectum ouium genus, quod maiori lana operum sit. Idem. Ouium summa genera duo. tectum, et colonicum, illud mollius, hoc in pascuis, delictius quippe cum tectum rubis uescitur. Colonicum loca magis culta appetit. unde habet nomen. Praeterea toga uesimenti genus, de quo inferius dicemus, quod corpus tegit cuius diminutiuum est togula. et tegulae quod domos tegant, ex quibus, quae ad balneas adhibentur, à laxitate dicuntur mammatae, aliae coctiles appellantur. et tugurium, quasi tegurium rustica habitatio ita uocatur tecta ex ulua palustri. tegurijs uti ab imito coeperunt mortales, priusquam ad meliorem uitae cultum se transferrent. quippe aut de frondibus facere tecta, aut speluncas fodere sub montibus, quae à graeco uocabulo, unde originem habent, stelaea dicuntur. Virgilius. Certum est in syluis inter spelaea ferarum, Malle pati. aut harundinum nidos imitantes de luto. et uirgultis sibi habitacula facere solebant. Tu obseruantes aliena tecta, et cogitationibus suis res nouas quondam adiacentes casae effingere coeperunt, à facile cadendo ita appellatus. quippe à cado fit frequentatiuum caso. à quo casito aliud frequentatiuum. Paulus. Si antea ex tegula casitauerit sillicidium, postea uel ex tabulato, uel ex aliqua materia casitare non potest. Primum enim fueris erectus. et uirgultis interpositis luto parietes texere. Alij luteas glebas arefacientes, struxere muros, et addita materia, quo imbres uiderent, et aestus harundinibus texerunt, et fronde, postea stramentis, et ulua palustri. Deinde paulatim ingenij solertiam exercendo ad fabricaciones aedificiorum gradatim progressi, non casar modo, sed etiam domos fundauere è laterijs parietibus, siue è lapide structas, materiaq; et tegula perficere tecta coeperunt, quae ut hybernis temporibus imbreis sustinerent, fastigia facientes proclinatis tectis sillicidia deducere. Lutei aedificij inuentor Doxius fuit Gellij filius exemplo ab harundinibus sumpto. Laterarias domos constituerunt primi Eurialus, et Hyperbius fratres Athenis. oppidum Cecropi à se appellauit Cecropiam, quae nunc est arx Athenis. Quidam tamen Argos à Phoroneo rege ante conditum uolunt, quidam et

Sycionem. Aegyptij multo ante apud eos Diospolin. Tegulas in uenit Cinyra Agriopae filius, et Metalla aeris utrunq; in insula Cypro. Item forapem. marculum. uelstem. in cadem. puteos, Danaus ex aegypto aduectus in graecia. lapidinas Cadmus thebis. Archeophrasius phoenice. Traison muros. turres (ut Aristoteles refert) Cyclopes (ut Theophrastus) Phoenices. Aeraria fabricam alij Chalybas putant inuenisse, alij Cyclopes. ferrum in creta eos, qui uocati sunt dactyli idaei. Ferrariam fabricam Cyclopes. Quae ergo nunc ueteri more ita aedificantur, ut nec parietes habeant, nec luto crustata sint, sed stramentis, aut harundinibus, aut ulua, alioue simili genere tegantur, tuguria dicuntur. olim teguria uocata. A tugurium diminutiuum fit tuguriolum, quod sit arctius, atq; angustius, gurgustium nominatur, à Gurgulione uerme, qui in horreis nascens frumentum absumit. eius diminutiuum est gurgustiolum. Apuleius. Ergo breuitatem gurgustholi nostri ne spernas peto, sis contentus lare paruolo. Item à tego tectorium deducitur, quod modo adiectiuum est. nam et tectorium opus dicimus, modo substantiuum. est autem illud, quo aedificatus paries incrustatur supra, quod postea illinitur, quod uocatur albarium, nisi pingit tectorium oporteat. etenim, cum pingendum est, non illinitur albarium. In adilitate Murenæ, et Varronis exasum Lacedaemone è laterijs parietibus opus tectorium fuit propter excellentiam picturae, et inclusum lignis formis Romani de portatum ad comitium exornandum, quod opus, quod per se mirum esset, translatum, tamen maiori miraculo fuit. Item tege stragulae genus è scirpo, aut sparto, quo uiliores uantur. Martialis. Nec est amia filini ue uiani. sed in grabatis, tegetibusq; coepta. Varro de re rustica. Sicq; sunt de annabulo. iunco. palma. scirpo. ut funestest. tegetes. Plyn. Nec in fructum, nec in uepru, catulum ue, nec in herbarum, aut alio ullo, quam suo genere nominatur iure scirpi fragiles, palustresq; ad tegulum, tegetesq; Ouidius mattam scirpeam uocat. At dominus discedite ait, plaustrum morantes. Sustulit in plaustro scirpea matta fuit. Iuuenalis. Ansa palatino tegetem praeferre cubili. Hanc uulgo nunc strariam uocant, quo uerbo etiam ueteres usi fuisse à no roo spu uerit, quod graeci sternere dicunt. Plynus. Cadina mala separari oportet, et stramentis. storijs, pelcis ue substerni. Hircaus. Storias autem ex funibus anchorarijs tres fecerunt. et tegillum, paruum tegmen. Varro. Ob aquam è nubibus tortam uiduat fore, ut tegillum pastor sibi sumat. Tignum quoque, cuius diminutiuum est tegillum, à tegendo dictum esse. quis dubitat? si significat proprie trabem, cui tectum imponitur. Sed Vlpianus putat tigni appellatione contineri omnem materiam, ex qua aedificium constat. unde anti gnatio textura ipsa trahium, ac tignorum, sicut coassatio assium dicitur. Quidam etiam putant tegulam, et lapidem, et calcem, et arenam tignorum appellatione nominari. Item quaecumq; uineis necessariae sunt, ut pedamenta. perticae, et similia. Est etiam tegillum cuculli uinculum è scirpo. Plautus. Tegillum mihi caret, id si uis, dabo. Corticem quoque à tegendo quidam dictum arbitrantur, quasi corium tegens. Est enim cortex ueluti corium cuiusq; rei, ut in arboribus liber, et in ceteris rebus ueluti crusta quaedam ad tegendum data. nam corium proprie animalium est, praesertim eorum, quae crassiores pellem habent, ac duriores, quod et scortum dicitur. unde scorta appellatae sunt meretrices, uel quod sicut pelliculae subigantur, cum solum calciamentorum omnibus subiectum sit, uel quod in grabatulis pelles stratas tenere consueuerunt, et scortum quicquid ex pelle est. et scortor meretricior. et scortes aretiorum testium pelles. Quidam etiam scortum dictum à scorto existimant pellem, in qua sagittae reconduntur, sed scortum à graeco tractum est



Etum est *ovros* enim pellis est, unde *scutica* flagellum ex pelle. cuius diminutivum est *scutula*, & *scutum*, quod nō sine pellibus fit. De quo *scutula* dicta, quasi parva *scuta*. & *scutulata* vestis, de qua mox dicemus. & *scutra* id ipsum *nasis* genus, quod & *scutula* dicitur. Horatius, *Vilia uendentes tu natiō scutra popello*. & *scutulum* tenue, ac *macrum*, in quo tantum exilis *pellucula* cernitur. Ponitur tamen *coriū* pro qua cumq; pelle, etiam rerum *inanimatarum*. A quo fit *excorio*, hoc est *corium* detraho, sicut a *coriice* decortico, hoc est detraho *coriicem*. & ab eisdem *excoriatio*, & *decoriatio*. *Corium* etiam *tergum* dicitur. Virgilius, *Tergora diripiunt costis*, & *uisera nudant*. Nam *tergum* dorsum est. Unde a *tergo* dicimus a parte posteriori membranae, siue *papyri*, aut alterius cuiuscumq; rei. *Inuenalis*, *Scriptus est in tergo*, nec dū finitus *Horestes*. Hinc fit *posttergo* uerbum, hoc est *posthabeo*. *relinquo*. *postpono*. & quasi *post terga* iacio. A quo *postergator*, & *postergatio*, et *terguersor*, quod est *fallō*, & dicta *mutō*. aliquādo etiam *contra* dico, quasi *terga* uerto. Nam uertere *terga* proprie *fugere* est, quod & *terga dare* dicimus. *Plautus*, *Quid expectas? Quid terguersaris?* Proprie tamen *terguersari* est *corum*, qui *terga* uertentes adhuc tamen *pugnant*. nec se se *ictos* rationibus uolunt agnoscā. *Cicero*, *Et huc, atq; illuc terguersantem testimonium contra se dicere cogō*. *Lucretius*, *Monebat consulem hęc, sed terguersari res cogebat*. id est *quibuscūq; rationibus poterat ueritatem dissimulare*, & quasi *subterfugere*. Hinc *terguersator* dicitur, qui *terguersatur*. & *terguersatrix* *faunumum*, et *terguersatio* ipse actus. Ponitur tamen aliquando *tergum* pro *tergore*. Virgilius, *Obstupere animi tantorum ingentia se pte Terga boum plumbo insuto, ferroq; rigeant*. quod de pellibus intelligi *Papinius* indicat. At dum *ni granta plumbo tegmina cruda boum*. Unde quoniam *scuta* pellibus tegi solent, *tergum* nonnunquam pro *scuto* accipitur. Virgilius, *Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas*. A terendo autem *tergum*, & *tergus* dicuntur, quoniam uehendis oneribus teruntur. A pellis *pellio* dicitur, de quo post dicemus, & *pellucula* diminutivum. et *pellucum*, quod ex pelle est. & *uersipellis* *fallax*. de quo dicemus inferius. *Plautus*, *Uersipellem se facit quando lubet*. A *pellendo* autem dicitur *pellis*, quod *externas iniurias te gēdo* repellat. Hęc postquam *conannata* est ad *calceos*, & cetera opera faciēda *aluta* dicitur. *Varro*, *Pascuolus sacculus est ex aluta factus*. *Cato*. *Pueris in ludo pascuolos ferare*. Ab *aluta* *alutamen*, siue *alutamentum* ueteres dixerunt opus ex *conannatis* pellibus factum. Item *alutarij*, sicut *coriarij*, hoc est *pellium*, et *coriorum conannatores*. *Plau.* *Hic alutarij cerdo*. Proprie tamen *alutarij* *tenuorum pellium* dicuntur. *coriarij* *crassiorū*. *Pella* autem urbs *Macedoniae* fuit in litore *agaei maris* illustrata maxime natalibus *Philippi Macedonum regis*. et *Alexandri* eius filij. unde uterq; *pellaeus* uocatus est. *Inuenalis*, *Vnus pelleo inuēni non sufficit orbis*. *Lucanus*, *Illic pellei proles uesana Philippi*, *Pellaeus* uero *Eaci regis*, & *Aeginae filius* fuit ex *Tyro filia Salmoni regis*, quae uxor fuit *Cratesi*, cui *Esonem* genuit patrem *Iasonis*. *Pellio* mons est *Thessaliae*, ab orientali parte, in cuius uertice *Pinetæ* abundant, in reliquis partibus *quercus*. *Ouidius*, *Pellio Emonia mons est obuersus in austros* *Summa uirent pini*, cetera *quercus* habent. Item a pelle *pellivem galerum* dixerunt, quod fieri solebat ex pelle. Est autem genus *clypei*. A quo *galeria* *avis*, de qua supra. & *galerus* *masculino*, ac *galerum* *neutro* genere dicitur. Virgilius, *Et temperat astra galero*. Idem, *Nec arcadij bene protegit umbra galeri*. & *palear*, quasi *pellae*. Sunt enim *palearia* *pelles* pendent ex gutture, quales in *bobus* uidemus. Virgilius, *Et crurū tenui a mento palearia pendent*. et *pallor* secundum quosdā,

quasi *pellis* *liuor*. A quo *pallidus*, & *palleo* uerbu. A quo *palleo*, quod si significat *pallidus* *fio*. & ex *palleo*. a quo *expalleo*. *Pallorem* etiam ueteres pro *uenuitate*, & *negligentia* possuerunt. *Lual.* *o num. inertia. pallor* eum ad *pauperie* redeget. *pellē* quoque, siue *corium* alio nomine uocamus, a *græcis* sumpto uocabulo, qui *κώδιον* nominant. *Plinius*, *Ergo cutis ipsa sensu caret, maxime in capite, ubi atq; per se, ac si ne carne est uulnerata nō coit, ut in buccā, aliōq;.* Ab hoc fit *scutula* *diminutivum*. & *recutiti* dicuntur *iudei*, hoc est *arcuasi*. & *cutē*, hoc est *præputio* *priuati*. & *intercus aqua*, quae *inter carnem*, & *cutem* est. Itē *morbus*, de quo supra diximus. & *iter cutaneum*, siue *subcutaneum*, siue *subtercutaneum*. qđ *intra cutem* siue *sub cute*, siue *subter cutem* est. & *ciatrix*, quae si *arcat cutem*. Est enim *ciatrix* *signum*, quod ex *uulnere* remanet. unde *ciatricare* dicimus *ciatricem* inducere. Itē *ciatita*, quod ueluti *cutem* *arcummarca* habeat, *intus* autem *uacua* sit. est enim *ciatita*, quod *inter cannarum nodos* est. Virgilius, *Est mihi distaribus se ptem compacta acutis fistula*. unde & *ciatita* herba appellatur *caule uiridi*, & *geniculato*, ac *uacuo*, ut *calam.* *altiore saepe binis cubitis*, & *in cacumine ramoso*. *folijs* *coriandri tenuioribus*. *grauis odoratu*. *semine anisi crassiore radice* *concaua*. *nullius usus semini*, & *folijs* *refrigeratoria* *uis*, quae, cum *eneat*, *incipiunt algere* ab *extrematibus* corporis. *Remedium* est *prius*, quam *perueniat* ad *utilia*, *uini* *natura* *ex calfactoria*. sed *in uino* *potā*, *irremediabilis* ē. hęc *extinctus* est *Socrates*. *Fit* *ex ea* *ad refrigerandum stomachū* *mala gma*. *Cohibet epiphoras omnes*, *dolorē in pleuresi* *supposita* *mirifica* *sedat*. *Anaxilaus* *tradit* *mammā* a *uirginitate* *succo* *ciatitae* *illitas* *semper stare*. *Compertum* est, si *testibus* *arcat* *pubertatem* *illinat*, *uenerem* *extingu.* Item a *tergo* *tergo*, qđ *quae* *textuntur*, *magna* *ex parte* *tegiuntur*. Ab eo *contexo*, *compono*. *detexo*, *dissoluo*. *intexo*. *simul* *tergo*. *retexo*, *interdum* *aperio*. *dissoluo*, *interdum* *rursus* *tergo*. *prætexo*, quod *interdum* *si* *gnificat* *antetexo*. a quo *prætexta*, de qua inferius dicemus. *interdum* *contexo*. *abscondo*. *extexo*, quasi *aliud*, quam *sit*, ostendo. unde *prætextum* dicimus *illud*, quo *moueri* *nos ostendimus* *ad aliquid agendum*, cum tamen *alia causa* *meuamur*. *Sucto*. Et *prætextum* quidem *illi caulium armorum* *hoc fuit*. *causas* *autem* *alias* *fuisse* *opinantur*. Virgilius, *Non tamen Anna nouis prætexere funera sacris Germanam* *credit*. *Ouid.* *Quamuis prætexens picta ferrugine caelum*, *Ueturam* *amiciat* *imbrifer arcus* *aquam*. *Textile*, quod *texedo* *factum* est, ut *textilis* *corona*, *textile* *opus*. & *textor*, ac *textrix* *uir*, et *mulier*, qui *textunt*. & a *textrix* *textricula* *per diminutionē* *deducuntur* & *textura* *opus*, et *actus* *ipse* *textoris*, siue *textricis*, & *textrina* *locus*, in quo *textuntur*. & *textim*, *texendo*. Item a *tergo* *composita* *fiunt* *arcuntego*, hoc est *arcummarca* *operio*. a quo *arcuntectum* *amictus* *genus*, quod *arcum* *habeat* *purpuram*. *obtego*. *intego*. *contego*, quae *ferē* a *simplicis* *sui* *significatio* *ne* *non differunt*. *Protego*, quod est *foueo*. *meor*. unde *protector*, & *protectio* *deducuntur*. *retego*. & *detego*, quae *pro demudo*, & *aperio* *capuntur*. MISERIS. *Infelicitus*. *calamitosus*, qui *proprijis* *domibus* *expulsi* *fuere*. *Miser* proprie dicitur *stlebilis*, ac *calamitosus*. Virgilius, *Stridenti miserum stipula disperdere carmen*. *Plautus*, *Studeo hunc lenonem perdere*, ut *meum* *herum* *miserum* *macerat*. *Cicero*, *O miserum*, atque *infelicem* *hunc* *diem*. *Sunt*, qui *existimant* *miserum* *dictum*, quasi *missum*. hoc est *dimissum*, & *derelictum* *ab omnibus*. Aliquando *miser* pro *agrotō* ponitur. nam & *agritudo* *genus* est *infelicitatis*. *Plautus*, *Miseram esse* *prædicat* *buccam*, *sibi* *forte* *esse* *medicos* *non esse* *putat*. A *miser* *miseria* *fit*, hoc est *infelicitas*. Idem *Seruire* *amanti* *miseria* *est*,



qui praesertim, quod amat, atret. Item misertudo eiusdē significationis. Aacius. Qui infelix misertudine factus est aliena. Et misellus diminutiuum. Plautus. Censei misello mali aliqd facturum? et misereor, ac misereor uerba, quae ita distinguuntur, quod misereor passiuum affectum habet. est enim corde anxiū esse ex alicuius miseria. Misereari uero actiuum. est; uerbis, aut lacrymis, aut ope dolorem, quem ex miseria alicuius habemus, ostendere. Ab illo fit misericordia, quae est aegritudo cordis ex miseria alicuius iniuste laborantis suscepta. nam dolor ex paritade, aut proditoris, aut alterius scelerati supplicio susceptus, mollitiae quaedam animi, non misericordia est. Ab hoc fit miseratio, quae est significatio misericordiae, quae ex alicuius in felicitate mouetur. Item a miserendo fit misericors, qui ex alicuius calamitate dolorem animo suscipit. A miserando miserator, qui opus aliquod misericordiae exhibet in eum, cuius misereatur. Item a miser uerbum aliud impersonale deducitur miseret, quod simili modo passiuum habet affectum. Idē est enim miseret me illius, et misereor illius, quippe utriusque significat ex illius me miseria angore suscipere. Exemplis plena sunt omnia. Cicero. Misereor me infelicis familiae. Virgilius. Misereor animi non digna ferentis. Idem. Num lacrymas uictus dedit? aut miseratus amantem est? quod perinde est, ac si dixisset. Num saltem lacrymis ostendit se amantis misereor? Vete res misereor pro misereor dicebant. Et misero pro misereor. Et contrario misereor pro misereor. Ennius. Misereor manus. dat ferrum, quo me anima priuem. Aacius. Atque ita de illis merui, ut iure haec nunquam misereor mala. Turpilus. Nunc patris me misereor magis. Pacuuius. Ut accipisti me cum isto uerbo misereor me tui. A miseror fit miserabilis, hoc est miseratione dignus. Et miserandus, miseratione prosequendus. Et a misereor, quo ueteres utebantur. misereor, hoc est moueor misericordia. Apuleius. Commodum omnes misereor scimus. Virgilius. His lacrymis uitam damus, et misereor scimus ultro. Item a miser fit aduerbium misere, quod interdum infelicitate significat. Cicero. Neque moueri eius desiderio non possum, qui tam misere periit. Interdum ponitur pro ualde. Terentius. Eam misere amat. Misereor aliquando dolentis est, ac si diceremus nefis. Virgilius. Cecropidae iussi miserum septena quotannis, corpora natorum. Misereabiliter etiam aliqui usurpant. Apuleius. Opido quam miserabiliter illacrymans. Item a miseratione commiseratio fit. Est uitem commiseratio, cum uel a spectu alicuius, uel oratione, uel etiam cogitatione adducimur, ut eum misereor. Et a misericordie fit aduerbium misericorditer. Et a misero miseriter. Laberius. Mens incorrupta miseriter corrumpitur. **THERMAS.** Balneas publicas. Thermae dictae sunt ab aquarum caliditate, graeci enim θερμὴν calidum dicunt. unde Thermopylae dictus est mons longissimus, qui mediam Graeciam diuidit, ut Apenninus Italiā, incipiens a leuacade in occidente, et in aegaeum mare, haud longe a Demetria de protendens, fauces habet angustissimas, iuxta quas calidae aquae saturantur. ideo a caliditate portarum nomen inditum. nam θερμας graeci portus appellant. Hic locus plurimorum duarum sanctoribus inclitus est, sed in primis memorabili morte Leonidae, et sexcentorum commilitonum, nec tam grande, quam turpi strage Persarum. Mos ueterum fuit singulis diebus lauari. Itaque omnes ferē ditiores priuatis in domibus suis balneas habebant. Erant praeterea aliae in publicam usum aedificatae, haec thermae uocabantur. In primis celebres Romae fuere Agrippinae. Neronianae. Titi Vespasiani. Domitiani. Antoninae. Alexandrinae. Cordianae. Setherianae. Dioclitiani. Aurelianae. Constantianae. Nouatianae, haec crescente principum luxuria, magno sumptu, ac splendore aedificabantur, ita ut lauacra

saepe instar urbium uiderentur. Erant in his aedificatae amplissima. erant porticus in portibus exhedrae spatiosiores, habentes sedes, in quibus philosophi, rhetores, reliqui que, qui studijs delectantur, sedentes solebant disputare, et perisilia quadrata, sine oblonga ambulationis circuitionem habent, quam graeci uocant diaulam, una ex quatuor portibus, quae ad meridianas regiones spectabat, duplex solebat esse, uti cum tempestates uentosaessent, non possent aspergo in interiorē partem peruenire. In duplici portu ephaebeum in medio erat, hoc est exhedra amplissima cum sedibus, tertia parte longior, quam latior. proxime conisterium, quod a poditerium uocant, ubi uestes deponerentur. A conisterio inuersura porticus, frigida, lauatio, quam graeci λουτήριον uocant. Ad sinistram ephaebei ἐλαοθησιον, quod nostri unctuarium dicunt, iuxta id elaeothesium, frigidarium. E regione frigidarij concamerata sedito. ex aduerso calida lauatio. Atque haec omnia non in solo tantum, sed etiam pensilia erant. Tum quae dicebatur palaestra, in qua exercebantur athletae. in palaestra perisilia erant, qualia supra diximus. Extra tres porticus disponebantur, una ex perisilio ex euntibus, duae dextra, atque sinistra stadiae, ex quibus una spectans ad septentrionē perficiebatur duplex amplissima latitudine. Altera simplex ita facta, ut in partibus, quae essent circa parietes, atque etiam quae ad columnas margines haberent, in semitas non minus pedum denum, mediumque excavatum, uti gradus essent marginibus in descensum sex qui pedes ad planiciem, quae planities foret non minus pedes duodecim, ut uestiti circum margines ambulantes a cunctis se exercitibus minime impedirentur. Haec porticus xystos apud graecos (ut supra diximus) uocatur, quod athletae per hyberna tempora in tectis studijs exercentur. Inter porticus syluae erant, aut platanones, aut daphnones, hoc est loca platanis, uel lauris consita, quae plataneta quoque, et laureta dicuntur, in quibus perficiebantur inter arboreas ambulationes, quas a nostris etiam xystos, et ambulacra diximus appellari. Quidam etiam neutro genere xysta nominarunt. graeci τραπεζοπέδιστος uocant. in quas per hyemem sereno caelo athletae xysto procedentes exercebantur. post xystum stadium erat ita figuratum, ut possent hominum corpore cum laxamento athletas certantes spectare. Stadium graecorum uox est. στάδιον enim in quo equi graeci dicunt. Latine appellatur curriculum, currunt, et certant athletae. dictum ἀπὸ τῆς στάσεως, hoc est statione, quod Hercules eo spatio uno spiritu confecto constitisset. in statutum quippe ab Hercule stadium tradunt, eumque pedibus suis metasse id stadium, quod est Pisis apud ionem olympium, fecisseque id longum pedes ducentos. Unde postea cetera stadia in terris Graeciae ab alijs instituta pedum quidem simili modo ducentorum, ueruntamen aliquantulum breuiora, ex quo collegisse Pythagoras philosophus dicitur planitiam Herculis tanto fuisse, quam aliorum proceriorem, quanto olympicum stadium ceteris longius foret, comprehensaque pedibus mensura secundum naturalem membrorum omnium proportionem statuisse, tanto fuisse Hercule corpore ceteris excelssiore, quanto olympicum stadium alia pari numero anteret. Continet autem stadium octauam mille passuum partem. ex quo institutum, ut terrarum spatia, uiaque in stadia diuiderentur ante, quae Romani mille passus inuenirent. Hinc Eratosthenes in omnium literarum subtilitate solertissimus, uniuersum orbis circum ducentorum quinqueaginta duorum millium stadiorum esse protulit, quae mensura secundum romanam computationem efficit tricentes quindecies centena millia passuum. Hipparchus addidit stadiorum paulo minus uiginti quinque millia. Dionysiodoro uero, qui geometriae scientia nobilissimus fuit, uita sua



esto inuenta est in sepulchro eius epistola Dionysiodori nomine  
 ad superos scripta. Peruenisse eum a sepulchro ad infimam  
 terram, esseque id spatium stadiorum quadraginta duorum mil-  
 lium, ex quo geometriae interpretati sunt, a summo terrarum  
 orbe, unde mensura erat epistola, ad pilam medium esse longissi-  
 mum spatium, et ex eo consequi, ut in arcu sint ducenta-  
 quinguaaginta milia stadiorum, cui mensurae harmonica ratio,  
 quae cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit stadi-  
 orum septem milia, terrarumque nonagesimam sextam millesi-  
 mam totius mundi partem constituit. Efficit nunc autem stadi-  
 centum viginti quinque nostros passus, hoc est pedes sexcentos vi-  
 ginti quinque. Possidonus non plus quadraginta stadiorum alti-  
 tudinem esse, in qua nubi, ac uenti, nubesque perueniant, ar-  
 bitratur. Inde purum, liquidumque, et imperturbat a lucis ae-  
 rem esse. Sed a turbido ad lunam uiciscentum stadiorum in-  
 de ad solem quinque milies. Persae non stadio, sed alio gene-  
 re mensurae utebantur, quod uocant parasangem. Id uerbum  
 apud historicos frequentissimum est. Praeter haec nemora erant  
 praeterea salus natatoria, edificijque superbissimi fornicibus atme-  
 rata, columnae marmoreae diuersorum colorum immensae in-  
 signia pavimenta, testudines auro refertae, aliaeque deliciae, qui-  
 bus non mirum est, si principes quoque ad frequentem therma-  
 rum usum alliciebantur. Commodum imperatorem septies in  
 die lauasse, frequentemque in thermis coenasse memoriae produ-  
 tum est. Suae uero uicem uero eius pertinacem, quae uis in multis ef-  
 fet modestissimus, in balneo tamen publico die natalis urbis co-  
 modianus ministris lauasse. Gordianum iuniorem ita lauandi  
 fuisse cupidum, ut bis hyeme, quater et quinque astate ther-  
 mas adire consueuerit. Galenum iuniorem hyberno tempore  
 ter in die, aethio septies lauasse, hunc cum in hortos proficiscere-  
 tur, uniuersa officia seque solita, esse cum eo praefectos, et ma-  
 gistratus omnes, adhibitosque, conuiujs, et natationibus simul  
 cum principe lauasse, saepe etiam admitti solitas mulieres for-  
 mosas, et puellas, et cum ijs commixtas aliquando de formo-  
 sissimas anus, quod iocatus a se fieri dicere principem consue-  
 uisse. Vtque adeo autem thermarum usus promiscuus erat, ut  
 frequentissime principes cum populo lauarentur. Tradunt  
 Adrianum in primis hoc facere solitum. Is, cum aliquando ue-  
 teranum quendam notum sibi in militia conspexisset, in bal-  
 neo dorsum, ac posteriores partes corporis parieti atterentem,  
 percontatus eum fuisse dicitur, cur se marmoribus distrin-  
 gendum dedisset, cumque ille idcirco hoc a se fieri respondisset,  
 quod seruis attereret, et seruis eum, et pecunia liberaliter do-  
 nauit. Pausanias uero interiectis diebus, cum complures senes ad  
 prouocandam principis liberalitatem eodem uenissent, seque pa-  
 rienti identidem attererent, enocari eos iussit, et alium ab alio  
 munus conseruari. Helio galbalus bractearium, hoc est eorum,  
 qui bracteas, siue per diminutionem bracteolas, hoc est tenuis-  
 simas ex auro uel argento, uel alio metallo laminas faciebant,  
 quorum ars bractearia uocatur, et quod bracteis tegitur, bra-  
 cteatum dicitur. Et uitrarium, et pellionum, hoc est eorum,  
 qui uestes pelliceas, et alia ex pellibus opera faciunt. Et clau-  
 strarium, id est eorum, qui clauers, et caetera, quae ad clau-  
 denda hostia pertinent, laborant. Et argentarium, et auri-  
 ficum, aliarumque artium uectigal maximum instituit, ex eoque  
 iussit thermas tam a se fundatas, quam superioribus principi-  
 bus factas populi usibus exhiberi, syluas in thermis publicas  
 depurauit. Tintinabulum ammouit, hoc instrumentum aeneum  
 erat, quo populus lauandi hora uocari solebat. uulgo nunc cum  
 pana uocatur. Martia. Redde pilam, sonat aes thermarum, lu-  
 dere pergis? Virgine uis sola lotus abire domum, de huius sono-  
 tintinire et tintinabulum. Neuius scribit. Olim praeterea lu-

manibus thermarum addidit, cum antea non ante auroram  
 paterent, et clauderentur ante solis occasum. Ipse thermis fre-  
 quentissime usus est cum populo, astate maxime, et saepe ui-  
 sus est cum balneari ueste domum reuerti. E contrario Alexan-  
 der promiscua balnea in urbe prohibuit. Item M. Aurelius  
 Antonius a quodam philosopho monitus lauacra mista tradi-  
 tur submouisse ea lege, quae et defluentes matronarum mores  
 composuit, et sederi in ciuitatibus, equis, uehiculisque prohibuit.  
 Faete Diogenes philosophus cum aliquando balneas exiret,  
 10 interrogatus an in his multi homines essent, pauissimos esse re-  
 spondit, rursumque rogatus an turba multa? confessus est. Idem in  
 balneis pedes uinxerat, a capite in aerem spirare unguentum  
 dicitans, a pedibus uero in naues prodire. MVNERA.  
 Thermas inquit apposituue munerera, hoc est dona data populo.  
 donum-munus. et praemium sic separat Donatus, quod do-  
 num, et munus, tam ante factum, quam post factum dari di-  
 cit. Praemium non nisi post factum. Donum uoluntarium esse,  
 praemium deberi, donum dijs dari, munus hominibus. praemi-  
 um uiris fortibus, Donum a liberali homine, praemium a pra-  
 20 claro. Terentius. Quoduis donum a me, et praemium optato.  
 at Martianus. Inter donum, et munerera hanc differentiam fa-  
 cit, quod munus est id, quod necessario subimus lege more, im-  
 perio eius, qui iubendi habet potestatem. Donum autem, quod  
 nulla necessitate iuris, sed sponte praestatur. et si non praesta-  
 tur, nulla reprehensio, et si praestatur, plerumque est laus. P. uul-  
 us uero munus tribus modis accipi putat, uno pro dono, unde  
 munerera dari, ac muti dicuntur. Alio pro onere, quod cum re-  
 mittitur, uacationem militiae praestat, unde immunitas appel-  
 latur. Tertio pro officio, a quo munerera militaria uocantur, et  
 30 milites quidam munifici. et munia pes, qui in ciuitatem recepti  
 munerera nobiscum faciunt, de quibus supra diximus. Munus  
 mea sententia proprie est donum, dictum (ut Varro placet)  
 quod qui mutuo animo sunt, id dant officij gratia, nec a dono  
 differt, nisi cum per metaphoram, uel pro officio ponitur, quo-  
 niam officia, aut a principibus, aut a rebus publicis muneris  
 loco dari consueuerunt. uel pro ludis, qui a principe populis,  
 quasi muneris loco exhibentur. Martialis de muliere leonem  
 in ludis necante, Prisca fides taceat, nam post tua munerera Ca-  
 40 sar, Haec iam foemina uidimus acta manu, uel pro onere,  
 quia munerera, hoc est officia sine labore, atque onere exerceri  
 non possunt. A munere muneris lex appellata, qua Cincius  
 cauit, ne cui liceret munus accipere. Plautus. Nec muneralem le-  
 gem, neque lenoniam rogo, fuerit nec ne flocci existimo. Munus  
 officiosum ueteres dicebant. Item eum, qui onera populo soluit,  
 unde munia dicuntur obsequia lege debita, et officia. Item im-  
 munus, qui ab huiusmodi onere liber est. et immunitas exem-  
 ptio ab onere. Munusculorum dies appellabantur quinquag-  
 50 tris idibus Iunijs, quia is dies festus erat tibicinum colentium  
 Minerva. quinquaginti proprie dies festus erat Minerva mar-  
 tio mense, quo tempore matronae inter se inuicem munerera mis-  
 sitabant, et caenas seruis apponebant, ut uiri saturnalibus.  
 Item a munere fit munero uerbum, quod est dono. Macrobius,  
 Ianus, cum Saturnum classe prouectum excepisset hospicio,  
 et ab eo edoctus, peritiam iuris, seruum illum, et rudem an-  
 te fruges cognitum uictum in melius redegit, regni eum socie-  
 tate munerauit. Ab hoc fit remuneratio, id est retribuio, redono.  
 et munificus, liberalis, quasi munerera large praebens. et mu-  
 nificentia, liberalitas, et munificus, liberaliter, et munerari-  
 us, quem graeci agnothetam uocant, qui ludos gladiatorios  
 60 populo praebet, unumque, uel plura paria gladiatorum ad  
 spectacula pugnantia producat, quae res munus gladiatorum  
 appellatur, quia populo tanquam munus donatur. et qui fa-



miliam gladiatorum habet, gladiatoresq; domi instruit, ac postea uendit. à laniando dicitur lanista. Gladiatores dicuntur generaliter omnes, qui gladijs pugnant, etiam discendi gratia ante, quam in ludum producantur. Specialiter uero inter gladiatores sunt retuarij, qui aduersus mirmillonem pugnant. dicti à rete, quod sub scuto gerebant, ut Mirmillonē inuoluerent. Mirmillones dicebantur gladiatores, qui genere quodam gallicæ armaturæ utebantur, quod mirmillonium nominabant. unde galli ante mirmillones nominabantur, in quorum galeis piscis effigies erat, Solebant autem retuarij aduersus mirmillonem pugnantem hæc uerba cantare. Non te peto, piscem peto, quid me fugis galle? Cuius ludi inuentorem fuisse tradunt Pyttacum mytilenæum unum ex septem sapientibus. Hic enim, cum de finibus inter Athenienses, et Mytilenæos contentio esset, creatus imperator cum Phrynone Atheniensium duce, qui pancratiastes fuerat, singulari certamine pugnavit, in quo cū rete secum sub clypeo gestasset, Phrynonem eo, dum non cauit, inuoluit, coq; perempto tutatus est agrum, quæuis postea orta rursus de eo contentione, electus controversia iudex Periander Atheniensibus adiudicauerit. digna certe memoratu est illa Pedonis urbanitas de mirmillone. nam, cum retuarium conseruaretur, nec feriret, uiuum inquit capere uult. Item à munis fit communis, qui omnium est, quasi omnibus contentiens. à quo communitas. Et aduerbium communiter, pro quibus ueteres munitas, et muniter usurparunt. Si quidem apud ueteres munus, et munificia, non à largitione, quæ ignota erat, dicebantur, sed ita appellabantur consentientes ad ea, quæ amica uellent. Pacuuius. Nam, qui a tunc largitio multis ignota erat, munificus nemo putabatur, nisi pariter uolens. Lucilius. Munificia, comesq; amicis nostris uideamur uiri. A munis fit munico uerbum, quo antiqui utebantur. et à communis communitio. à quo communitio, et communicatio deducuntur. quando quod est, aut esse potest priuatum, fit uniuersorum, et actus ipse communicandi. unde in communiōe bonorum eos esse dicimus, qui simul uiuunt. Et redditus suos, ac lucra communitant, hoc est communia faciunt. Item à munus per diminutionem fit munusculum, hoc est paruus munus, et munio uerbum, quod est proprie instruo. orno. Et quasi muneribus compleo. à quo compositum communio. Et mania. Et murus, de quibus supra diximus. Et monile ornamentum gutturis. Quia uis aliqui hoc à monendo potius deductum uelint, ut in feruis dicimus. hoc etiam se gmentum uocatur, quod quibusdam bractæolis, quasi præse gminibus constat. Vnde se gmentatæ uestes dicuntur bractæolis argenteis, auris ue depictæ. Iuuenalis. Se gmentatæ longos habitus. Plautus. Quam pulchre se gmentatam uestem. unde opera quoq; ex ligno uermiculatim depictæ, se gmentatæ dicuntur. Iuuenalis. Et se gmentatis dormisset parua canis. Se gmentatis inquit, hoc est præse gminibus. id est tenuissimis ligneis ramentis, ac uersicoloribus depictis. quæuis etiam intelligere liceat se gmentatis, hoc est se gmento tectis. Item ornamentum equorum à collo in pectus præpendens, et mundus, hoc est ornatus muliebri, quasi munitus, quamuis alij à mouendo hunc dictum uolunt, quod mundus id genus ornatus sit, quod sumitur, ac deponitur. Mundum etiam neutro genere ueteres dixerunt. Lucilius. Legauit quidam uxori mundum omne, penumq; ab hoc mundus adiectiuum, hoc est purus. tersus. politus. à quo immundus, impurus. obscænus. Et mundo, et mundifico uerba, hoc est de puro. detergo. Et mundicia, quæ et mundities dicitur, hoc est lauticia. Et contrarium eius immundicia, siue immundities, et munde, atque imunde aduerbia. Vlpianus mundum muliebrem esse dicit, quo mulier mundior fit, contineriq; eo. speculum matulas. un-

guente. uasa unguentaria. Et si qua similia sunt. unguenta autem, quibus unguuntur ualentinis causa, mundo muliebri non contineri. Item ab hoc mundo cælum ipsum appellatus est mundus. Nam sicut greci νόστος, quod apud eos ornatum significat, ita nos à perfecta, absolutaq; elegantia uocauimus mundum, et ab hoc quatuor elementa, et quicquid cæli ambitu continetur, simili appellatione mundum nominamus. à quo mundanum dicimus, quod mundi est. Vnde interrogatus philosophus, cuius esset, mundanum se esse respondit. Mundum gentiles ter in anno patere putabant, posttridie uulcanalia. Et ante diem tertium Nonarum Octobris. Et ante diem sextum Iduum Nouembris. Inferiorem enim eius partem consecratam dijs manibus arbitantes, clausam omni tempore existimabant, præter eos dies, qui superscripti sunt, quos dies etiam religiofos iudicauerunt. ea de causa, quod ipsi diebus, quæ occulta, et abdita religionis deorum manuum essent, in lucem proferrentur, nihil eo die in republica geri uoluerunt. Itaque per hos dies non cum hoste manus conferebatur, non exercitus scribebatur. non comitia habebantur. non aliquid quicquam in republica, nisi quod ultima necessitas coegisset, administrabatur. A cosinus uero græca uoce cosinographia deducitur, hoc est mundi descriptio, sicut geographia dicitur terra descriptio. Et topographia loca descriptio. Item cosmata, quod latine ornator, siue ornatrix interpretatur. Iuuenalis. Ponunt cosmata tunicas. Item microcosmus, paruus mundus, quo uerbo frequenter utitur Aristoteles pro homine. Cosinus etiam excellens unguentarius fuit, à quo unguenta dicta sunt cosmata. Idem. Et Cosini toto mergatur atheno. Petronius. Asser nobis inq; alabastrum Cosmianum. Item à munio fit præmunio, quod significat ante munio. uel ualde munio. Et munimem munio, ac munimentum eiusdem significationis, cum scilicet castra. oppida. turres. alia ue huiusmodi contra aduentum hostium mununtur, siue uallo, et fossa, seu alio quouis modo. Nam munimentum à monendo deriuatur, significatq; quicquid mori causa edificatum est, uel quicquid ad memoriam alicuius est factum. unde sepulchra. statua. tituli. libri. ceteraq; quæ nos rei alicuius præterita moneant, monumenta dicuntur. Virgilius. Veterum monumenta uirorum. Idem. Nostri munimentum, et pignus amoris. Per metaphoram tamen munimentum aliquando dicuntur cælle meretriciam, quod quasi sepulchra sint. Martialis. Abscondunt spurcas et monumenta lupas. VELOCIA. Repentina, quia Diuus Titus thermas iuxta amphitheatrum mira celeritate edificauit. Suetonius. Amphitheatro dedicato, thermasq; iuxta celeriter extructis munus edidit apparatissimum, largissimumq;. Velox celer dicitur à uolando, quasi uolox. à quo uelocitas, celeritas. et uelociter, celeriter. Item comparatiua, et superlatiua uelocior. uelocissimus. uelocius. uelocissime. Volo autem proprium est alas habentium, sed per metaphoram, et nauis, et eos, qui celeriter currunt, uolare dicimus. Virgilius. Humilis uolat æquora iuxta. Idem. Ecce uolat, caecumq; terit iam caledones. Terentius. Ne frustra illic expectet, uola. Hinc uelivolium mare dictum, quod per id uelis uolatur. Virgilius. Respicens mare uelivolium. Item ueliuole naues dicuntur, quod uelis uolant. Volare, et nare reciprocè ponuntur. Virgilius. Velorum pandimus alas. idem de apibus. Nare per æstetem liquidam. cum nare proprium piscium sit. à quo fit frequentiuum nare. unde composita sunt adnare, quod est allabi. Circumnare. obnare. id est contra nare. Transnare, quod et tranare dicitur. id est nare transire. enare, hoc est extra nare. Prænare, ante nare. innare, subnare. supernare, supra undas sto, non mergor. Renato, rursus nato, uel natando



to, uel natando reuertor. Connato, simul nato. Nare quoque ali-  
quando pro trepidare accipitur. V. Virgilius. Conditq; natantia  
lumi somnus. Et ab eo composita fiunt anno. Idem. Huc pau-  
ci uel stri annuimus oris. Et inno. Idem. Et flumium uinculis  
immaret. Clælia ruptis. Et trano, de quo supra diximus. Et  
anno, simul nato. à quo connatio dicitur, sicut à connato connat-  
tatio. Plautus. Connationis nostræ conscia, hoc est quod eandem  
adiremus mulierem. Idem. Connatat nobiscum, hoc est riualis  
est. A nando etiam Neptunus dicitur (ut Ciceroni placet) Et  
amnis à circum nando, hoc est fluendo (ut quidam putant) V. ar-  
ro tamen ab ambiendo dictum amnem affirmat, quod amnes  
hoc est flumina omnia circumcunt, propter quod uoluta à ue-  
teribus pingebantur. Ab amnis antennæ (ut quidam existi-  
mant) quasi ante anna. et in terranna. V. mbræ urbs, quod inter  
duos amnes sit constituta. Item à nando Natrix serpens genus,  
quod in aqua quoque uenenum spargit. Cicero. V. natrix cum,  
superarumq; Lucanus. Et natrix uolator aquæ. Item natrix  
herba est, cuius radix emulsa uirus hirci redolet, hac in pice-  
no uiuunt, ut abigunt à mulieribus faunos, siue fatuos, quorū  
ludibria pati eas per noctem opinantur. Nec mirum id uideri  
debet, purgat enim eo humore, quo labefacta mens noctur-  
nis uisus decipi solet. Natrix quoque dici potest mulier natans.  
sicut natatrix, Et natator mas. Natate aliquando ueteres pro  
nauigare accipiebantur. à quo natinatio dicebatur negotiatio.  
Et natatores ex eo negotiosi uocabantur. Et nassa à natando  
appellata nasis genus, quod qui intrauerit piscis, exire non po-  
test. Plautus. Nunquam ex ista nassa hodie escam petam. Nasa  
mones populi sunt Libyæ nauium syrtibus inuolutarum spo-  
liatores. Lucanus, hoc tam segne solum, raras tamen exerit  
herbas. Quas nasamon gens diræ legit, quæ proxima ponto  
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis Syrtis alit.  
Nam litoreis populator arenis imminet, Et nullos portus tan-  
gente carina. Nouit opes, sic cum toto commercia mundo, Nau-  
stragis Nasamones habent. Item narium à nando quidam di-  
ctam putant, quod est genus piscis minuta. Nam naritia insula  
est in mari ægeæ, quæ fuit Vlyssis. Item natatus à natando fit  
pro ipso actu natandi, qui Et natatio dicitur. quæ uis natatio  
etiam pro piscina, siue lauacro (ut supra ostendimus) Sunt qui  
nares etiam, ac nasum à nando deriuata existiment, quod per  
ea imatet, atque enatet spiritus. Natate enim uidentur propter  
humorem in his existentem, qui ueluti purgamentum quod-  
dam è cerebro defluit. Nasus, qui Et nasum dicitur ea pars ca-  
pitis est, quæ è superaliorum confinio oriens, Et quasi æquali  
porrecta iugo utraq; aciem simul Et discernit, Et munit, Et  
superius quidem usque ad medium solida formata est. Infe-  
rius uero charnagine adherente mollita, ut ad usum digitorū  
posset esse tractabilis. Duo autem eius spiramina, geminūq; hia-  
tus, quos ueluti quidam paries per medium ductus inter se pit.  
Nares dicuntur ideo duplices à natura datæ, ut altera spiritum  
ducere, altera odorem capere, utraq; cerebri purgamenta sine  
impedimento dimittere fas esset. hæc soli homini eminent. uui-  
bus. serpentibus. piscibus. foramina tantum sunt ad olphatus  
sine naribus. Notatum est aliquando aurium, Et narium fora-  
mina septimo mensis defuisse, à naso simorum, ac silo-  
num cognomina sunt, de quibus supra diximus, hunc maio-  
res nostri subdole irrisioni diceuere. quoniam scilicet deri-  
dentes naso obstrepunt, Et quendam ueluti stertentis sonum  
emittunt, qui ronchus factio nomine dicitur. Martialis. Ma-  
iores nusquam ronchi, iuuenesq; senesq; Et pueri nasum rhi-  
nocerotis habent. A quo fit ronchisso, quod est sterto. Plautus.  
Cyathissat, dum cœnat, dum dormit, ronchissat. Quidam  
hoc à græcis tractum existimant, apud quos ριχχος ro-

strum, Et ριχχος nasuta dicuntur. Ponitur autem ron-  
chus pro derisione, uel quia deridentis rostra labijs effingimus  
in acium extendentes, uel quia quemadmodum propter som-  
num, ita propter nimium risum nasus humore impletur, ple-  
nus hunc sonum reddit, quod notari ex epigrammate potest,  
quod adolescenters ex phædro lusimus. Mercuriū hospitio mu-  
lières duæ illiberari, Et sordido receperant. Quorum una  
in canis paruum habebat filium, Quæstus placebat alte-  
ri meretricius. Ergo, ut referret gratiam officij parem, Abi-  
turus, Et iam lumen excedens, ait. Deum uidetis, tribuam  
uobis protinus. Quod quæq; optarit, mater suppliciter ro-  
gat, Barbatus ut uideat natum quam primum suum. Mæ-  
cha, ut sequatur sese quicquid tetigerit. Volat Mercurius.  
intro redeunt mulieres. Barbatus infans, eæ natus aet. Id-  
em forte meretrix ridet ualidius, Nares repleuit humor, ut  
fieri solet. Enungere igitur se uolens præhendit manu, Tra-  
xitq; ad terram nasi longitudinem. Et alium ridens ipsari-  
denda extitit. Ob hanc causam nasus quoque aliquando pro  
acrimonia Et dicitate ponitur. Plynus. Primus Lucius con-  
didit sili nasum, hoc est scripsit Satyræ, quæ acerbiter  
quandam, Et acrimoniam sili habet in uitij infectandis.  
Nam (ut Quintilianus inquit) Primus Lucius in Satyræ  
insignem adeptus est laudem. Martialis. Non cuiunque da-  
tum est habere nasum, hoc est acrimoniam ad deridendum, Et  
dicitatem. A quo nasuti dicuntur dicaces, ac derisores. Idem.  
Nil nasutus hac, mali gnusq; est. Et nasute, dicitate, Et per-  
diminutionem nasutule. Apuleius. Nasutula mulier, ac dicacis-  
la. Hinc uetus prouerbium est in eos, qui dicaces sunt, hoc est  
cum risu aliquos incessunt. Nasus Rhinocerotis, quia scilicet  
rhinoceros cornu unum in nare habet. unde ei est nomen.  
Apud græcos enim ριν narem significat. uipax cor-  
nu. Animal est hostis elephantis, cornu prius ad saxa lima-  
tum cum eo pugnat. In dimicatione alium maxime petit, quia  
hanc intelligit suis ictibus peruiam esse. Longitudo ei quan-  
ta elephantis. Crura multo breuiora. Colorem buxem habet.  
Ludi Pompeij magni primo hoc animal ostenderunt. Mino-  
res feras animi quadam generositate contemnit. nec nisi irri-  
tatus in eas fertur. Martialis. Sollicitant pauidi dum rhinoc-  
erota magistri, Seq; diu magna colligit ira fera, Desperaban-  
tur promissi prælia Martis. Sed tamen his redijt cognitus ante  
furore. Namq; grauem cornu gemino sic extulit ursum, Iactat  
ut impositus taurus in astra pilas. A naso etiam nasiterna di-  
cta, nas aquarium anatum, Et patens. V. arro. Vt ex ære ahe-  
na uiceos nasiternam, Et alia. Item Plynus. Nasurtum no-  
men accepit à narium tormento. hinc factum est prouerbium  
ad excitandum torporem. Et ριχχος, hoc est ede na-  
sturtium, quod perinde est, ac si diceremus ex pergersere. ex-  
citare. Hæc herba Erucæ contraria. qui ppe illa uenerem prouo-  
cat. V. Virgilius. Et uenerem reuocans erucæ morantem. Columel-  
la. Et quæ frugifero seruiur uicina priapo, Excitet, ut Veneri  
tardos erucæ maritos. hæc uero cohibet, Et ex acuit animum.  
Commotus mentes sedat ex aceto sumpta, omnia intestinorū  
animalia expellit. Anserem quoq; Et anatem ab adnando  
dicta existimant. Sunt enim ex aquaticarum, ac palmpede-  
dum genere, Et in aqua cœunt, præter eas, quæ domi conti-  
nentur. Anser perui gil est, noctuq; ex cubias facit, cuius rei fa-  
ctum est periculum defensio capitolio silentibus canibus. pro-  
pter quod institutum est, ut anseres publice alerentur, Et ciba-  
ria earum censors in primis locarent. Martialis. Hæc serua-  
uit auis Tarpei templa tonantis. Miraris non dum fecerat illa  
deus. Ferunt Lacydi philosopho anserem fuisse, qui tanquam  
perpetuus comes ei semper adhæsit. nusquam ab eo neque in



publico neque in balneis, neque noctu, neque interdum digressus. iecur anseris proceres quæ saporis bonitate commendant. Fertilibus crescit mira amplitudine, et quod mirabilius est, exemplum quoque lacte, et mulsio augetur. Martialis. Aspicere quam tuncat magno iecur anseris manus. Miratus dices hoc rogo creuit ubi? Quis primus tantum bonum inuenerit Sapione, an Metellus uiri consularis, an M. Sestius eadē ætate eques romanus, in quaestione est. Illud sane constat Messallinum Cotam, Messalæ oratoris filium, palmas pedum ex his torcere, atque patinis cum gallinætorum crasis condire coepisse. Velantur his plumæ bis anno. Rursus plumægeri uestuntur, eam mollior pluma est, quæ corpori proxima. Laudatissimi uero in Germania, ubi qui candidi sunt, uerum minores, genæ uocantur. E pluma non modo ceruicalia, sed et totos faciunt lectos, adeoque delitiæ procellere, ut sine hoc instrumento durare iam uirorum ceruices non possint. Syria pars, quæ Commagene uocatur, adipem anseris in uasæ æreo cum annamo uiue multa obrutum, ac rigore gelido maceratum ad usum præclari medicaminis utitur, quod à gente dicitur commagenum. Ex anserum genere sunt penelopes à molliori pluma ita uocati. *penia* enim græci uocant fila molliora. Item cheualopeces, quibus pro lautissimis epulis uiuantur Britanni. Sunt autem minores anseres habentes pennas nigricantes ad similitudinem uulpinæ pellis, propterea *χρυσωπτερος* dicti. etenim græci *χρυσ* anserem uocant, *αλωπτερος* uulpem. Itē erythrotæones, in quibus uitor eximus, ab solutaq; nigricia, et in supercilijs cæca rubor, dicti *από τοῦ ἰρυθροῦ καὶ τῆς τῶνος*, hoc est à rubro, et puone. est aliud genus uulnibus maius, quorum et concolorem reddit. *αἰγνυτὸν* in alpiibus. et tota septentrionali regione, nec est ulla auis maior, excepto Strutio camelo, intantumq; carne augetur, ut sæpe in terraprehendantur immobiles. In auarijs perdunt saporem. Ab anserem anserinum deriuatur. Plynii. Tubera efficacissime anserino adipe curantur. De anate locutus est Martialis. Totū quidem ponatur anas, sed pectore tantum. Et ceruicæ sapit, cætera redde cæco. Hinc anatarius custos dicitur. et anataria plumæ. et anataria Aquila, quæ anates circa lacus uenatur. Nanam quoque uas aquarum dnatando dictum quidam existimant, nos à paruitate potius appellatum putamus. est enim breue uas, ac lutium, quod uulgo situlum barbatum appellant. græci autem *νάνας*, hoc est nanos uocant, breui, atque humili corpore homines paululum supra terram extantibus, quos nostri pomiliones appellant. sed nani uocabulum nostri quoque ueteres usurparunt, nec de hominibus tantum, sed de equis, mulisq; ac etiam sensu carentibus. Heluius Cinna. At nūc mege nū nana per salicta, Bigis reda rapit citata nauis. Vnde quoque nunc mala nana appellamus, quæ alio nomine melimella dicuntur. Item à uolo fit uolito frequentatiuum. Plynii. super aquas assidue uolitans. interdum tamen capitur pro discuro. Cicero. Qui per forum uolitant. et uolucres quæcunq; uolant, nec aues solum, sed illæ quoque minores bestię, ut apes, uespæ, tabani. et reliqua ex pennatis, quæ insecta dicuntur. sunt enim insecta reliqua terrestria, ut scolopendræ, stelliones, alia uolucris. ut apes, uespæ. alia utroque modo, ut formicæ. alia et pennis, et pedibus carentia, ut tineæ, quæ in homine nascuntur, tricennum aliquando pedum, et plurimum longitudine. putant hæc nec nervos habere, nec ossa, nec spinas, nec charalagnem, nec pinguiam, nec carnes. nec crustam fragilē, nec quæ iure dicitur cæcis, sed mediæ cuiusdam inter hæc omnia naturæ. corpus nihil intus, nisi quam paucissimis intestinum impliatum, propter quod diuisi uiuunt, et singulis partibus palpitant, quia in his ratio uitalis non certis mem-

bris, sed toto corpore inest, minimeq; in capite. hoc enim solum non mouetur. nisi cum pectore simul auulsum. Dicta autem sunt insecta ab inasuris, quæ nunc ceruicium loco, nunc pectorum sunt, atque alui. Cupido etiam propter alas, quas gerere fingitur uolucris dicitur, et aliquando ponitur pro celer, factiq; comparatiuum uolucris. Martialis. Et uolucrum longo porrexit uulnere pardum. Item à uolo uolatus fit, et aliud uerbum uolo uis, quod animus, in quo uelle est, talis fit, ut puncto temporis peruolet, quò uult. Ab hoc deriuatur uoluntas, et uolentia eiusdem significationis, hoc est, quæ quid cum ratione desiderat. Sallustius tamen uolentia plebi pro placencia plebi scripsit. hoc est, quæ plebs uellet. multisq; suspicionibus uolentia plebi facturus uidebatur. A uolentia, beneuolentia, et maleuolentia deriuantur pro amore, et odio, quasi bona, et mala uoluntas. et beneuolus, ac maleuolus. et beneuole, ac maleuole aduerbia. Hinc maleuoli Mercurij signum, hoc est statuam appellabant, ideo quia in nullius tubernam spectabat, hoc est in nullius lucrum. A uoluntate uero dicitur uoluntarius, qui sponte sua aliquid uult. et uoluntarie, et uolenter aduerbia. Item à uolo Volones, quod bello punio, cum deessent, qui scriberentur, serui ad octomillia pro dominis pugnaturos se pollicati. in ciuitatem recepti sunt. et uolones, quia hoc sponte uoluerunt appellati. Item uoluptas, quæ definitur præter modum elata lætia opinione præsentis alicuius magniboni, in qua Epicurus summum bonum constituit. Hinc quæcunq; aliqua delectatione animum demulcent, uoluptates dicuntur, quod ea maxime uelimus. unde fit uoluptuosum, et uoluptarium, hoc est plenum delectationis. et uolup adiectiuum pro uoluptuosum, et delectabili. Plautus. Hic senex, siquid clam uxore sua animo fecit uolup. et Volupta uoluptatis dea, quæ et Angeronia à tollendo animi angore appellatur. Et uoluptabile gratum, uoluptuosum Plautus. Voluptabilem mihi cum aduentu tuo attulisti. Uolus quoque à uolendo dicitur, significatq; proprie uoluntatem homini, quæ pro motu animi in facie ostenditur, cum facies sit ipsa oris species. Sallustius. Profusus in facie, uultuq; uecordia inerat. Ab hoc fit uultuosus, hoc est tristis. Cicero. In quo, cum effeceris, ne quid inepum sit, aut uultuosum. Quidam existimant faciem, non os tantum, et oculos, ac genas dici, quod græci *πρόσωπον* uocant, sed formam, et modum, et facturam quandam corporis totius à faciendi dicitur, sicut in aspectu speciem. et à fingendo figurat, quod præclare ostendisse Plautus uidetur, dum inquit. Sed esrum nutritrix, quæ sit facie mihi ex pedi. Statua non magna, corpore aquilo, ipsa est specie uenusta. ore, atque oculis permigris. quamuis autem uultus proprie ad animum, facies ad corpus referatur, ut mæsto uultu. irato uultu. longa facie. breui facie. est tamen quando utroque uti liceat facta data facie. facta uultu. facta facie. facta uultu. conuersa facie. conuerso uultu. Item à uolo compositum fit nolo, quasi non uolo. pro quo ueteres neuolo. neuus. neuult. Plautus filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu neuus. Titinius. Ipsius quidem hercle ducem neuult. et malo, quod significat magis uolo. Plautus. Mori mauult, quam in seruitute uitam agere. Volumen quoque à uolendo dicitur nonnulli opinantur, quod in uoluminibus, hoc est libris scribentium uoluntas appareat, sed melius sentiunt, qui uolumen à uoluendo nominatum existimant, quod maiores nostri in libris arborum, hoc est codicibus scribebant, et libellos illos quo ferrent commodius complicabant, ideoque uolumina appellantur libellis similia, quam libris. Est enim proprie uolumen pars codicis, ut puta Metamorphoseon liber in quindecim uolumina distinctus est. Ouidius. Sunt mihi mutata ter quinque uolumina formæ, hinc et euoluere librum dicitur.



animi: quasi complicationem explicare. Item à uolando uulpes (ut  
 Varro existimat) dicta, quod uolat pedibus. à quo uulpinari  
 deducitur, hoc est fraudibus, atque mendacijs uera peruertere,  
 siue effugere. tractum ab intorto uulpium cursu. & uul-  
 pinum modo quod uulpius est. Suetonius, ubi leonis pelvis desic-  
 cat, uulpina insuenda est, modo astutum. Plautus. Vulpinus  
 animus, nequid molliatur mali. & uulpecula diminutiuum,  
 hoc est parua uulpes. uersutum hoc animal est, & semper fal-  
 lax. unde tractum est illud prouerbum. Vulpes pilos mutat,  
 mores non mutat. sole rem in primis habet audium. In Thra-  
 cia locus rigentibus amnibus gelatos, lacusq; ad pastus transit.  
 Observatum est eam aere ad glaciem opposita gelu crassitu-  
 dinem coniectare. Item à uolo aduolo. circumuolo. interuolo  
 notae significationis. obuolo, contra uolo. peruolo, uelociter uol-  
 lo. tranuolo, ultra uolo, abuolo, uolando discedo. prouolo,  
 procul uolo. prouolo. ante uolo. deuolo, deorsum uolo. euolo, mo-  
 do uolo. modo extra uolo inuolo, irruo. insilio. Terentius. Vt  
 ego in quibus sciale illi in oculos inuolem. Aliquando rapio  
 suffuror. & tunc à uola deducitur, ut sit inuolare, quasi in-  
 tra uolam tenere. est enim uola media pars manus, siue pedis.  
 à quo galli uolena appellant pira bona, & grandia, eo quod  
 impleant palmas. Subuolo, latenter uolo, siue latenter rapio.  
 reuolo, reuertor. retro uolo. Conuolo, simul uolo. Item à uolo =  
 sui ueteres dixerunt pro si uis. & sultis pro si uultis. Item ab eo-  
 dem (ut quidam existimant) uoluo derivatur. Volando enim  
 quasi uolui ale uidentur. ab hoc uoluens dicitur, qui uoluit. uo-  
 lubilis, qui facile uoluitur. uoluto, quod proprie significat uol-  
 uo. unde uolubra dicitur loca, in quibus se aperi uolunt.  
 Virgilius. Saepe uolubris pullos syluestribus apros. Latratu  
 turbabis agens. Aliquando uolutare capitur pro eo, quod est  
 mente uoluere, & cogitatione perquirere. Idem. Id quidem  
 ago, & natus Lyada mecum ipse uoluto. A uoluo etiam uolus-  
 tus, quasi uoluitus, & uoluitum, quasi uolubiliter deducitur. de  
 quibus inferius dicemus. Volua, seu uulua appellata est, quae  
 non significat ueneram muliebrem (ut uulgo existimat) sed  
 utriculum, qui in feminis uiscera iunctus est, à quo uterus di-  
 ctus, què alio nomine locus appellatur, uulgo falso matricem.  
 cum matrix sit femina, quae foetus gratia tenetur. Columella.  
 Nam octies anno pullos educat, si est bona matrix. Idem.  
 Igitur cui placebit, sequi nostra praecipit consideret. oportet  
 primum quam multus secundum cuiusmodi parere debeat  
 matrices. Idem. Sint ergo matrices robusti corporis quadratæ.  
 pectorose magnis capibus. Estq; uterus duntaxat in mulieri-  
 bus. Nam quod Virgilius de equo inquit. Vterumq; armato  
 milite cõplet, ideo fecit, quia dicturus erat facta armis. Apud  
 Caesarem uer pro uterus legitur. Nunc uer crescit, non potest  
 celari. Dicta autem uulua est, quod foetus inuoluat. V ulua  
 suum, quae uescimur, secto partu melior est, quam edito. Eieffi-  
 tia uocatur illa, haec porcatia. illa amplior est. iatro inquit  
 Horatius. Nil melius turdo, uulua nil dulcius ampla. V ulua  
 quoque in fungis dicitur tunica illa, quae fungum inuoluit. Ply-  
 nius de boleto. V ulua enim terra ob hoc prius gignit, ipsam  
 postea in uolua, seu in ouo, est luteum. Nec tunica minor gra-  
 tia in abo insantis boleti. Item à uoluo fit aduoluo, quod est  
 agglomeratio. & circumuoluo notae significationis. & deuoluo,  
 deorsum uoluo, & reuoluo. explicio, & inuoluo, quod proprie  
 significat glomero. per metaphoram tamen aliquando pro im-  
 plico capitur. Cicero. Sed quod uideret nomine pacis bellum in-  
 uolutum fore. Varro. Adest fax inuoluta incendijs. Aliquan-  
 do pro impono. Virgilius. Salicet atque os. a frondosum inuol-  
 uere olympum. Interdum pro tegeo. Idem. V eritur interea cœ-

lum, & ruit oceano nox. Inuoluens umbra magna, terramq;  
 polumq;. Hinc inuolucrum dicitur, quod modo pro glomere  
 ponitur, modo si significat quicquid aliquid tegit. Cicero. Cum  
 uerborum quibusdam inuolucris uteretur. Idem. Sate enim  
 Chrysi ppus, ut clypei causa inuolucrum, uaginantem autem gla-  
 dijs, sic praeter mundum cetera omnia aliorum causa esse ge-  
 nerata. & conuoluo, simul uoluo. à quo conuoluolus uermis,  
 qui & uoluo dicitur, de quo inferius dicemus. V ulgus quoq;  
 à uoluendo deductum quidam existimant, quod stulte huc,  
 atque illuc uoluntur. Est enim proprie uulgus, & masculino,  
 & neutro genere ignobilior multitudo. Virgilius. Sauiq; ani-  
 mis ignobile uulgus. Vnde uulgarem dicimus uilem, ac com-  
 munem. & uulgo, ac diuulgo uerbum, hoc est omitto, ac uile,  
 & quasi commune omnibus facio. Plautus. Cuiq; me absente  
 corpus uulgat suum. Virgilius. Quid me alta silentia cogis  
 Rumpere, & obductum uerbis uulgare dolorem. & promul-  
 go, quasi promulgo. unde promulgatae leges dicuntur, cum pri-  
 mum in uulgus educuntur. Hinc uulgator. diuulgator. promul-  
 gator. uulgatio. diuulgatio. promulgatio. uulgatrix. diuulga-  
 trix, promulgatrix deducuntur. & uulgo aduerbium, quod  
 significat passim. ubiq; cateruatum. Virgilius. Hinc letis uitu-  
 li uulgo moriuntur in herbis. V ulgo conceptor appellat Mode-  
 stinus, qui patrem demonstrare non possunt, uel qui possunt  
 quidem, sed eum habent, quem habere non licet, qui & spurij  
 appellantur. Item à uoluo uulga, quod numos, aliasq; res in-  
 uoluat. Est enim uulga, quam etiam bulgam ueteres dixerunt,  
 sacculus scortens, siue ex alia materia, in quo ferre uel pecu-  
 niam, uel alia uia necessaria solemus. Lualius. In uulgam pe-  
 netrare pilosam. Varro. Vt uaticum ex Arcula adderem in  
 uulgam. Est etiam uulga, siue bulga folliculus ad brachium  
 pendens gerendae pecuniae gratia. Lualius. Cui neque iumentum  
 est, nec seruus, nec comes ullus, bulgam, & quicquid ha-  
 bet numorum secum habet, cum bulga caenat. dormit. lauat.  
 Item bulgam aliquando pro uulua, hoc est matrice posuere.  
 Idem. Ita ut quisque nostrum è bulga est matris in lucem edi-  
 tus. et è contrario uulua pro sacculo ponitur. Item à uoluendo,  
 uulnus, quod uoluendo, hoc est uibrando fiat. Distatq; ab ul-  
 cere, quod ulcus per se nascitur. dictum (ut quidam putant)  
 ab olendo, estq; tecta & clausa malignitas. Virgilius. Quam  
 siquis ferro potuit rescindere summum ulcers os, aliter uiti-  
 um, uiuitq; tegendo. à quo fit ulcero dilatio, & quasi ulcus fa-  
 cio. & exulcero, quod proprie est ulcus dilatio. per metap-  
 horam tamen capitur pro exaspero. exacerbo. Cicero. Ita mihi  
 animum exulcerauit. Item ulcator. quod est uindicta. unde ul-  
 tio, quod uindictam significat. & ulcerariae herbae dican-  
 tur, quae ulcera exantant, ut Marrubium herba notior,  
 quam uindictari oporteat, quae exulcerare uiscera existima-  
 tur. graeci prasion. alij lynchostrophon, quidam philopeda, non-  
 nulli philocares nominant. V ulnus autem est hiatus, patensq;  
 apertura corporis ictu facta. Virg. Pressi ue oculos, aut uul-  
 nera laui ueste tegens. Ab hoc fit uulnero, quod proprie est sa-  
 cio. transfertur tamen ad animum, & significat ango. unde &  
 uulnus animi pro angore accipimus. aliquando etiam pro da-  
 mno. Plinius. Maximum illi fortuna uulnus intulerat, duo-  
 bus filijs immatura morte sublati. A uulnero fit conuulne-  
 ro, & uulnerarius medicus chirurgus, quod uulnera curet.  
 Praeter haec à uolatu turdo uulitur dicta, nota auis, & propter  
 magnitudinem corporis tarde uolans, nidificat in excelsissi-  
 mis rupibus. Foetus eius fere bini conspiciuntur. quidam uem  
 hac parere tradunt oua tria, uno ex his reliqua oua, nidumq;  
 lustrare, mox abijcere. Sunt qui existiment uulnitem triduo



ante, aut biduo uolare, ubi sunt caetera. Ab hoc fit uulturinus adiectiuum, ut uulturina caetero. Romani augures immensissimum uulturis pullum esse existimauerunt, sicut sanquale offis fra gae, de qua inter aquilarum genera dicimus. Alij tamē immensissimum putarunt aquilae pullum dici, priusquam albicare caetera incipiat. Vultur etiā Appuliae mons est notissimus. Item à uolando uulturinum deriuatum putant, uentus est, qui ab oriente hyberno spirat. Graecis misto nomine, quod inter notum & curum sit à pōtor, hoc est curonorum nominant. Et loligo (ut Varro existimat) quasi uoligo. uoluit enim hic piscis extra aquam se effrens, quod & pectunculū faciunt sagittae modo. Ex mollium piscium genere est, sicut saepia, & polyphis. his autem inter pedes, & uentrem. pediculi octoni omnibus. Saepia & loligini pedes duo ex his longissimi, & asperi, quibus ad ora admovent cibos, & in fluctibus se uelut anchoris stabiliunt. Caeteri autem curti sunt, quibus uenanatur. Lolignem nunc uulgo calamarium uocant, à Theca calamariae similitudine. habet enim officula duo, quasi caltram & calamum. Item cruorem nigrum atramenti modo, quod ubi sensit se apprehendi, effundit. atque ita insusitata aqua cerni non potest. A loligo fit loliginula diminutiuum. Plaurus. Emitto sepiolas. loliginulas. & miluus secundum quosdam à molli uolatu, quamuis alij factiuum hoc nomen potius à uoce uelint, auis est nota ex accipitrum genere. Notatum est eam, quamuis rapacissima sit, & semper famelica, nihil esculenti rapere unquam ex finerum ferulis. Eadem uideatur artem gubernandi docuisse caetera flexibus, in caelo monstrante natura, quod opus esset in profundo. Latet hybernus mensibus, & solstitijs afficitur podagra. A muluis fit muluinus adiectiuum. Ab huius auis similitudine, & piscis muluus appellatur, subiens in summa maria, & uagando aliorum piscium praedam agens. Vulcanum quoque plerique nominatum existimant, quod candidus, hoc est candidus uolet. uolat enim flamma, & candida est. Vulcanus autem ignis est. deum hunc, & Iouis filium fuisse ex Iunone ueteres sinxerunt, qui, cum deformis natus esset, nec ei Iuno arisisset, praecipitatus à Ioue fuit in insulam Lemnon, ubi à Thetyde, & Euthimone Oceani filia susceptus, ac nutritus est, uno claudus pede ex casu factus. Alij à simijs educatum uolunt. Deorum hic faber fuit, & Ioui fulmina, ac caeteris dijs arma contra gigantes fabricauit, fecit monile Hermiones. coronam Ariadnes. Arma, Achilles, & Aeneae, aliaque complura, quae supra ingenium humanum fuisse existimata sunt. non tamen ob haec ad deorum mensam admissus est, & cum Ioui supplicasset, ut saltem Mineruae nuptijs iungeretur ab ea spreus est. unde Virgilius. Cui non risere parentes. Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Post haec Venere habuit uxorem. Cicero Praeter hunc alios duos uulcanos commemorat. alterum Coeli filium, alterum Nili, qui ab aegyptijs, aegypti custos existimatur. A uulcano fit uulcanius adiectiuum. unde uulcaniam tellurem, & uulcanias insulas dicimus. Item à uolo deducitur uelum, quod uela uentis agitata uolitare uideantur. Varro tamen à uellere dictum manu, quod ex ouium uelleribus fierent uela, quibus homines tegebantur, quamuis nauium uela ex lino, aut sparto fierent. Item ea, quibus theatra tegebantur, quae & uelaria uocabantur. Papinius. Tam uelaria linea pluebant. A uelo uelabrum dictum locus in urbe Roma iuxta Auentinum montem, quod raris, ac uelis eò ueherentur, quidam tamen non à uelo, sed à ueho uelabrum. sicut uelaturam pro uestura uocari existimant. Item auentinum. Nam olim mons iste paludibus erat ab reliquis disclusus, itaque eo ex urbe aduehebantur ra-

tibus (ut Varro testatur) sunt tamen qui auentinum dictum ab auibus putent, quae se se Tyberi in eum locū recipiebant, uel à rege Auentino albano, quod ibi sit sepulcrus, uel ab aduentu hominum, quod commune latrorum omnium ibi Dianae templum sit constitutum. Ouidius. Luna reget mensens, huius quoque tempora mensis scuit Auentino luna colenda iugo. Ab hoc fit uelo uerbum cum suis deriuatiuis, de quibus supra diximus, quae sunt uelatus. ueles. uelitaris. uelitor. uelutatio. à quo aduelitatio. uelutatio. Reuelo. à quo reuelatio. & praeter ea uelamen, quod modo pro ueste accipitur, modo pro quacunque re aliquid uelante. & uexillum, quasi paruum uelum pro signo, quo in exercitu, aut classe imperatores utuntur. unde uexilliferi, & uexillarij dicuntur signiferi. Vestem quoque à uelando dictam Varro existimat, quod corpus uelut, siue indumentum significet. Virgilius. Necnon threicius longa cum ueste sacerdos, siue barbaram. unde inuestes imberbes appellamus, uel sicut quidam uolunt imberbes, ut è contrario ueliceps dicitur puer, qui iam uestitus est uelut. Ab hoc fit uelarium locus, in quo uestes uel seruantur, uel uenduntur. & uestiarius, qui uestiario praest, ac uestes uendit. & uestiplia mulier, quae complicat uestes. & uestio uerbum. & uestitus. & uestispicus. ac uestispica feruus, siue ancilla custodiens uestes, & uestigium, quod uelut indumentum sit pedis. Est enim proprie uestigium impressio pedis, id est signum, quod à pede relinquitur. Virgilius. Et gradiens ima uerrit uestigia cauda. Vestigium etiam significat extremam partem inferioris pedis. Idem. Vestigia primi albae pedis, frontemque ostentans arduus albam. Item uestigium pro indicio ponitur cuiuscunque rei, quod scilicet uestigia inditiosint, illic eum affuisse, cuius uestigia sunt. Luuius. Pecuniam ex thesauris Proserpinae noctu clam sublatam, nec ad quos pertinet fatuus uestigia ulla indago. & peruestigior, atque inuestigior, quae si gnificat querendo inuenio. Cicero. Ipsa tractatio, & quae sitio quod ex se gignit aliquid, quod cum desideriosa delectatione uestiges. Idem. Nosse regiones, intra quas uenias, & peruestiges, quod queras. Terentius. Nihil est tam difficile, quod querendo inuestigari non possit. Hinc uestigabundus, uestigator, peruestigator, & inuestigator deducuntur. Et uestimentum, quod ita à ueste differt, quod uestis generaliter dicitur, ut stragula forensis muliebris. Vestimentum uero particulariter, ut pallium. tunica. peninsula. Iuriconsulti uestem definiunt esse quicquid induendi. praecingendi. amandendi, infernendi. tegendi. accubandi gratia paratum est. Alij nihil existimant uestem à uestimento differre, & uestimenta dicunt esse non modo lanea. linea. bombycina. serica. sed etiam scortea. frondea. sarpea. palearia, & ex quacunque materia facta sint ad corpus tegendum. Multa earum genera sunt. Virilia, quibus soli uiri utuntur. Muliebra, quibus sola mulieres. puerilia, quae solis pueris conueniunt. Familiaria, quibus utuntur serui, atque ancillae. Senect, quibus comœdi. tragica, quibus tragœdi. catharœdia, quibus catharœdi. Histrionica, quibus histriones. parasitica, quibus parasiti, & huiusmodi alia penè infinita. Aliquando quod à barbaris sumpta sunt, barbarata habent nomen, ut quae à Parthis sumpta sunt, Saraballa dicuntur, ut quae à Parthis sumpta sunt, Saraballa dicuntur fluxae uestes, & sinuosa, quae à Germanis Renones, uestes pelliceae, quibus in castris utuntur, quae ab Hispanis strigae. Plautus. Nudus est, iurat se triobolo strigum oppignorasse. Quae à Sardis mastruca. Idem. Mastrucatus, & plenus puluere. Item quaedam interius sumuntur, ut subucula dicta, quod ea subter induantur, quaedam exterius,

10  
20  
30  
40  
50  
60



dam exterius, ut supparus, siue supparum (utroque enim modo dicitur) quod eo super induantur. Est autem togæ genus leuis, atque angustæ. A franiis. Puella non sum suppari si induitur. Latius uero suppara nudatos circum angusta lacertos. Poniatur tamen aliquando supparum profusum, et rugatum a panno rorum. Idem, imaque pãdens suppara uelorum perituras accipit auræ. Indusium quoque interius uestimentum erat, quod mox supra subuculam sumebatur, dictam quasi intusium. Plautus. Indusium. Patagiatæ. Sicut pallium, et palla uocata sunt, et foris supra indusium, siue subuculam tunica erat, uestis apud Romanos quidem breuior, et sine manicas. Nam his, quæ manicas haberent, longiores propè usque ad digitos, et propterea græco uocabulo chirodita nominarentur, uti Romæ, atque in omni Latio uiros indecorum fuit. Solis foeminas id genus longe, lateque diffusum conuenire existimabant ad ulnas. erantque aduersus oculos protegenda. Viri subcrispas tantum, ac breuius tunicas sumebant circa humeros desinentes, quod genus græci uocant ἐξωμίδας tunicas illas longas, et manicas, quasi foemineas, Cicero et Virgilius exprobrant. Cicero, Manicas, ac talaribus tunicas. Virgilius. Et tunica manicas, et habent redimita mtra. Plautus, manuleatam tunican habere hominem decet. Horatius. Malinus tunicas dimissis ambulat. est qui inquam ad obscœnum subductis, usque factus. Quintilianus. Cui latus cluius non erit, ita angatur, ut tunica prioribus oris infra genua paululum, posterioribus ad medios poplites, usque perueniant. Nam infra mulierum est, supra centurionum. Erat et aliud genus tunicarum, quibus antiqui Romanorum utebantur, quas Colobis uocabant, quod manicas essent mutilata. Nam græci κολοβόν τριώνυμον, ac mutilatum dicunt. Item alia tunica aduersus dicta, quæ ab humeris non erat consuta. A tunica fit tunico uerbum hoc est uestio. Varro. Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicaeque hominum eius passuum est tunico, unde tunicati dicuntur, modo qui tunicas induiti sunt, modo ex pediti, et nullam aliam supra tunicam uestem habentes, quales dum ruri sumus incedere solemus. Iuuenalis, tunicata fuscina Graeci. Martialis. O soles, o tunicata quies. Dicta autem tunica est (ut Varro sentit) quod corpus tueatur. Amphimala tunicae erant Gausapinæ ex utraque parte uillos habentes, quæ et gausapia dicebantur. Patavij ex lanis eius regionis, quæ mediocres sunt, texti olim solita recta tunica, ita contexta erat, ut ueluti rigens staret, hac tirones, et nouæ nuptæ simul cum toga pura induebantur. Prima hanc contextit, Tanaquil, quæ, et C. Cealia uocata est, cuius lanam cum colo, et siso in templo Anni Martij longo tempore durasse tradit Varro. Ideoque a Romanis in sinuam, ut nubentes uirgines comitaretur colus compita, et susus cum stamine. Chalcasis tunicae genus erat (ut quidam putant) quod græci χάλκασσι uocant a latinitate. Alij dicunt non esse tunica mulieribus, quo connexa circa ceruicem tunica submittitur. Supra tunicam uaria uestimentorum genera sumebantur. In primis toga propria Romanorum, a qua Romani togati dicuntur. Virgilius. Romanos rerum domino, gentemque togatam. Unde ante ambulatione, hoc est hi, qui principes ciuitatis in forum officij gratia deducebant, ac deinde domum reducebant, quoniam id togæ amiti faciebant, togati uocabantur. Iuuenalis. Turbæ rapienda togatæ Martialis. At tibi non multum est, unum si præsto togatum. Hi per diminutionem etiam togatuli uocabantur. Item a toga epitogium dictum pallij genus, quod supra togam ferebatur, compositum non enim è Latino, et peregrino, sicut epiredum ex duabus peregrinis hoc est ἐπί

græca præpositione, et rheda uocabulo gallico, quod significat uehiculum. Cicero. Quod si tuam heri rhedam non habuisssem uarices haberem. Iuuenalis. Truto ducunt epiredæ collo. Non dissimile est huic aliud uehicali genus, quod eadem lingua gallica Benna appellatur, unde combennones dicuntur in eadem Benna sedentes. Item togatæ uocatæ sunt comædiæ, quæ scriptæ sunt secundum riuus, et habitum hominum togatorum, hoc est Romanorum, sicut græcas fabulas ab illorum habitu palliatis appellamus. etenim græci supra tunicam pallium ferebant. Romani frequentius togam, propter quod a tegendo toga uocata est. Pallium quod pallam sit, et foris, cum sub eo tunica esset. Quoniam uero in pace diuixat toga usus erat. nam in bello deposita toga seu pallio, chlamydem, aut lænam, aut aliud militaris uestimenti genus sumebant, factum est, ut toga interdum metaphoricæ pro pace sumatur, sicut arma pro bello. Cicero. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Plynius. Ut dubium sit togæ ne, an bello præstantior fuerit. In foro autem maxime togæ erat tam uiri solebant. Nam principio communis hæc uestis fuerat tam uirum, quam foeminarum. Varro. Quas nunc in foro, prius etiam in lecto habebant togas. Ante enim fuit commune uestimentum, et diurnum, et nocturnum, et muliebri, et uirile. Postea uiris tantum relictus est togæ usus, solæque adulterij damnatæ mulieres. ignominie ergo causa induere cogebantur. Iuuenalis. Talem non sumet damnata togam. Martialis. Cocina sanosæ donas, et ianthina moechæ. Vis dare, quæ meruit munera, mitte togam. Togarum uaria genera erant. In primis toga prætexta, quæ a uirili distinguebatur, quoniam prætexta diuixat ad adolescentes utebantur ferè usque ad sextumdecimum annum, deinde uirilem togam sumebant. Seneca. Quantum credis me accepisse gratiam, cum deposita prætexta sumpsisti uirilem togam. Cicero. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scæuolam sumpta uirili toga, ut quoad possem, et liceret a senis latere nunquam discederem. fuit tamen tempus, quo prætexta non adolescentes, sed uiri, qui magistratum gererent, utebantur. Quippe Tullius Hostilius Romanorum rex tertius, debellatis Ethruscis sellam curulem, lectores, et togam pictam, atque prætextam, quæ insignia magistratum Ethruscorum erant, Romanis transtulit. Sed postea Tarquinius Demarati filius quintus Romanorum rex, cum de Sabinis egressus triumphum, quoniam eo bello filius eius annos quatuordecim natus hostem manu percussisset, et pro concione illum laudauit, et prætexta, ac bulla aurea donauit insigniens puerum supra annos fortem præmij uirilitatis, et honoris. Nam sicut prætexta magistratum, ita bulla triumphantium gestamen erat. Genus sanè togæ erat prætexta, cui purpura prætebatur. Bulla autem in signe ureum, uasculi forma, quod triumphantibus, ante pectus gerebant inclusus in eo remedijs, quæ aduersus inuidiam, et omnia ueneficia putabant ualentissima esse. hoc genus remediij græca ἀλεξίμανον, a depellendis malis dicunt. quemadmodum Hercules alexicacos uocatus est ab eo, quod defensor esset hominum. Nos a præbendo, ut sit tutus, qui id in collo gerit, præbium, et ab amuletum uocamus. Anula quippe uasculi genus est, quod religionis, et expiandorum malorum gratia gestatur. dictum quasi amola ab amoliendis periculis. Plynius. Infantibus alligatur suarum amuleti ratione formam uasculi habens. Idem. Vna tanima pro amuleto utitur. Idem. cyclamini radix contra serpentes omnes folia habet miora, quàm edera, nigro-



ra & tenuiora sine angulis, in quibus albicant maculae, cu-  
 le exiguo inani, floribus purpureis, radice lata, ut rapum ui-  
 deri possit, cortice nigro, nascatur in umbrosis. A nostris tuber  
 terrae uocatur herba in omnibus ferenda dombus, si uerum  
 est, ubi facta sit, nihil nocere mala medicamenta. Haec est, quam  
 uulgo Panem porcinum uocant representans ebrietatem. pro-  
 pterea ea ad pisces capiundos utuntur radice tusa in annem  
 coniecta. Idem, fel canis nigri masculi amuleti esse dicunt  
 domus totius. Idem scitabeorum cornua grandia denticula-  
 ta, ad alligata infantibus amuleti naturam obtinent. Idem co-  
 rallium religiosum in primis esse gestamen existimant a mo-  
 liendis periculis. Bullam ergo amulam esse manifestum est, di-  
 ctam a similitudine eius bullae, quae spiritu in aqua excitatur,  
 praecipue dum bullit, figura rotundae. a qua cum mox defi-  
 cit, notissimum illud, uerissimum prouerbiu[m] est. Homo bul-  
 la. Nulla certe fieri uerior comparatio potuit ad uitae huma-  
 nae fragilitatem ostendendam. Nam quod alii ui bullam  
 ἀπὸ τῆς βουλῆς, hoc est a consilio deductam uolunt, ple-  
 num insaniae est. Ab hac bulla, fit bullo uerbum, quod est bul-  
 las facio. Plinius. Mala signa sunt urinae bullantis, & cras-  
 se. Et bullula diminutiu[m], & bullio uerbum, quod est fer-  
 uo. & ebullio eiusdem significationis. a quo ebullitio feruor.  
 Praeterea igitur, & bullae gestandae mos a Prisci Tarquinij  
 filio deductus est. Alij tradunt eundem Priscum, cum statum  
 ciuitatis ordinaret, instituisse, ut patriciorum filij bulla aurea  
 uerentur, & toga, quae purpura praetextitur. hi tantum, quo-  
 rum patres curulem magistratum gessissent. ceteris praetex-  
 tam tantum indulsisse, usque ad eos, quorum parentes equo sti-  
 pendia iusta meruissent. interiecto deinde tempore etiam li-  
 bertinis concessum, qui ex iusta duntaxat matrefamilias nati  
 fuissent, ut praetextam, & lorum in collo pro bullae decore ge-  
 staret. Lorum proprie corrigia est ex corio, quae graeci ἰμώτρα  
 uocant. Ideo ponitur pro angulo, unde poetae balteum Veneris,  
 qui celsus dicitur, Lorium appellant. hinc loripes uocatur,  
 qui pedem in modum lori tardum habet. Iuuenalis. Loripe-  
 dem rectus derideat. athiopem albus. Lora etiam habenas  
 uocamus, & retinacula iumentorum. Item Conas, ac uolumina  
 ex corio bubulo, quibus pugiles utebantur. Papius. &  
 nigra gerebat lora manu. Praeterea, quae cunq[ue] ligamina lora  
 dici possunt. Et loramenta ligamenta, etiam quae ex tabulis fi-  
 unt. Hieronymus, loramento ligneo circumdatum aedificij fun-  
 damentum non dissoluetur. Ab hoc, lorum etiam pro corrigia  
 accipitur, qua homines uerberantur. unde lorari diceban-  
 tur, qui in scaenica fabulis parebant ijs, qui ludis erant praese-  
 cti, & uel uinciebant, uel caedebant eos, quos iussi erant uinci-  
 re, uel caedere. Tortores quoque lorarios uocatos inuenimus. Itē  
 lora dicuntur corrigiae, quibus lecti, & sellae instruntur, su-  
 per quibus tomenta, uel culatrae imponuntur. Martialis. No-  
 uis linteis, lorisq[ue]. Hinc etiam feniculus aureus argenteus ue,  
 qui collo gestari solet lorum appellatur. A loro lorica dicitur  
 munimentum corporis, quale in Imperatorum antiquissimis  
 statuis uidemus, quod si in numine sit. Aegis aegidis dicitur,  
 habetq[ue] in medio caput Medusae. V eteres è loris, de corio cru-  
 do pectoralia faciebant. Virgilius. Cui pellis latos humeros  
 erepta iuueno pugnatorem operit. postea ex annulis ferra-  
 tam instituerunt. A lorica fit lorico uerbum, quod est lorica[m] in-  
 duo capitur etiam pro armo. Ab eo compositum fit dilorico,  
 quod est discindo. Cicero. Qui in causa peroranda non dubi-  
 tauit reum excitare consularem, & eius diloricare tunica[m].  
 Lora uero foemino genere genus potionis est, quae graeci deu-  
 teriam appellant, quasi secundariam. nam dōτερον apud

eos secundum dicitur. Non potest iure uocari uinum, quamuis  
 inter uina operari a numeretur. Tria eorum genera. Primum  
 decima parte aquae addita, quam musti expressa sit, & ita  
 nocte, & die madefactus uinaceis, rursusq[ue] praelo subiectis. se-  
 cundum tertia parte eius, quod expressum sit, addita aquae,  
 expressoq[ue] decocto ad tertias partes. Tertium fecibus uini ex-  
 pressum, quod fecatum Cato appellat. Sunt qui existunt a  
 Romulo ingenus pueris tributum, ut cordis figuram in bul-  
 la, ante peccus adnecterent, quam inspicientes, ita demum se  
 esse homines cogitarent, si corde praestarent. Togam uero pra-  
 textam e a ratione adiunctam, ut ex purpureo rubore inge-  
 nuitatis pudorem praesferrent. A praetexta praetextati di-  
 cti, qui praetexta uiuentur, sicut a toga togati. Praetextati au-  
 tem sunt quoad diu uirilem togam non sumperunt. Hi pro ma-  
 lefactis non soluebant multam, sed angullarum tergoribus  
 uerberari solebant. Nefas autem his erat obsceno uerbo uti,  
 ideoq[ue] praetextation appellabant sermonem, qui nihil obscen-  
 itatis haberet praetexta pulla nulli alij licebat uti, quam ei  
 qui sumus faciebat. Primum autem praetextati cognomen  
 adeptus est Papyrius puer. Mos olim senatoribus erat in curi-  
 am cum praetextati filijs ingredi, quoties in Senatu de re ali-  
 qua acturi essent, quod si in posterum diem prolata rei foret,  
 placuit nequis rem super qua sermo habitus foret, nuntiaret,  
 priusquam decreta esset. Mater Papyri, qui cum patre in curi-  
 a fuerat, quid nam in Senatu actum a patribus foret, filium  
 rogat ille nefas esse id dicere respondit. fit illa cognoscendi quod  
 actum esset uidiuor, filiumq[ue] im portunius urget. Tum ille a-  
 ctum in Senatu confingit, Vtrū rei publicae utilius uideretur,  
 unius ne, ut duas uxores haberet, an ut duobus una nupta es-  
 set. Ea re intellecta, mulier domo egreditur rem ceteris nar-  
 rat. Postridie magnus matrum familias numerus ad Senatum  
 confluit, omnesq[ue] fluentibus lacrymis obsecrant, una potius,  
 ut duobus nupta sit, quam ut unus uir duas habeat uxores.  
 Admiratur Senatus rei nouitate, ac stupet. Tum puer Pa-  
 pyrius rem aperit. Senatus fidem, atq[ue] ingenium pueri exosco-  
 latus consulunt, nequis posthac puer cum patre curiam  
 introeat praeter unum Papyrium, eiq[ue] publico decreto praetex-  
 tati indit cognomen ob tacendi, loquendiq[ue] in praetexte etia-  
 te prudentiam. Id postea cognomen in omnem eius familiam  
 translatum fuit. Item a praetexta praetextae dicte sunt fabu-  
 lae. Horatius, V el qui praetextas, uel qui docere togatas. To-  
 gatarum enim fabularum species totae sunt, quot palliata-  
 rum. Prima species praetextae dicuntur, in quibus Imperato-  
 rum negotia agebantur, & publica, regesq[ue] Romani, uel duces  
 inducebantur, personarum dignitate penes traegedij similes,  
 dicte praetextae, quod in his ferē regum, aut magistratum  
 acta comprehenduntur, qui principio praetexta toga uteban-  
 tur. Secunda species est togatarum, quae tabernariae dicuntur  
 humilitate personarum, & similitudine argumentorum co-  
 mae dijs pares, in quibus non magistratus, regesq[ue], sed humiles  
 homines, & priuatae domus inducuntur. uocatae tabernariae,  
 quod olim tabulis domus communiter tegerentur. Tertia spec-  
 es Attellanarum fabularum est, quae a ciuitate Osciū Attel-  
 lana, in qua primum coepitae sunt, Attellanae sunt dicte, argu-  
 mentis, dictisq[ue] iocularibus, similes Satyricis fabulis graecis.  
 Quarta species planipedes graece dicitur Mimius. Ideo enim  
 latine planipes uocatur, quia actores pedibus planis id est  
 nudis proscenium introibant, non, ut tragici actores,  
 cum coturnis, neq[ue] ut comici, cum socis, quod olim non in  
 suggesto scaenae, sed in plano orchestrae positus instru-  
 mentis mimici actabant. Togata praetexta a tra-



gœdia differt, quod in tragœdia heroes introducuntur, ut Pœcunius tragœdias heroum nominibus inscripsit. Horestem, Chrysem, & his similia. In prætextâ autem introducuntur magni viri, inscribunturq; Bruius, Decius, Marcellus, & huiusmodi. Togata tabernaria à comœdia differt, quod in comœdia grœci ritus inducuntur, grœcœq; personæ, in illa uero latine. in hac maxime excellisset Afranius, nisi argumenta fœdis puerorum amoribus inquinasset. Atellanâ à satyrica differt, quod in satyrica fere satyrorum personæ introducuntur, ut siquæ sunt ridiculæ similes satyris. In Atellanâ obsecræ, turpesq; personæ. Mimus est sermonis cuiuslibet sine reuerentia uel factorum cum lasciuia imitatio, dictus quasi solus imitetur *μῦθος μῦθος* mitor. Nam & si alta poemata idem faciunt, solus tamen mimus, quasi priuilegio quodam quod fuit commune possedit. Mimus etiam histrionem significat, quod mores, gestus, ac naturas hominum imitetur. Togæ præterea alia quoq; genera erant. Togæ Regia, quæ & undulata dicebatur, quæ Seruius Tullius Romanorum rex usus fuit, facta primo à C. Cœlia, & dicta undulata ab undarum similitudine, quemadmodum supra diximus. Togæ pura, quæ non erat obliqua, non siliquosa, non maculam habens. Induebanturq; ea sacerdotes ad sacrificium, & non æ nuptiæ, & tirones cum sacramento militiæ obstringebantur. Togæ picta, in qua aliqua figuræ intextæ, seu pictæ erant. Nam picturam Homeri temporibus fuisse indicio est, quod picturam uestium mentionem facit. Homerus *τὴν δ' ὄρον μετὰ τῆς ἡδὲ μίτρας ἰδὸν ὕφανεν, δὲ πλάνα μαρμαίρεον, πολὺς δ' ἐνὶ πικρῶν ἄεθλους τρώων δ' ἐπὶ πρὸς ἄμω, καὶ ἄ χαλκῶν χαλκῶν χιτῶνων.* Hæc inquit inuenit in atrio. hæc magnam certamina texebat, duplex marmoreum, multa autem pingebat certamina. Troianorum domitorum equorum, & Achiuorū Aeneas habentium uestes. Qui picturam uolunt Homeri tempore nō fuisse in usu *ἐνὶ πικρῶν* exponunt non pingebat, sed intexebat. Togæ forniculata, quæ uariis conferta coloribus erat, Varro uermiculatam, ac forniculatam uestem. dicta à conferendo. Nam & fornicula nauigii istria uocantur, quod lino, ac sparto cōferantur, & condensentur. Togæ rasa, phrygiæq; quæ nullos habeat uillos, a nōq; textitur, & à græcis fœminino genere *χαλβάνα*, a nobis neutro Galbanum dicitur à colore albo, ac sublucido. Iuuenalis. Et galbana rasa, à quo galbanus dicitur galbano indutus. Et galbinus mollis. Lasciuus. Martialis. Galbinos habet mores. Et galbancus mali odoris, & galbeum genus ornamentum muliebris. Galbanum arbor est Syria in Amalno monte similis ferule resnam producens puram translucidam, similem amoniaco candore, quæ lomento, & sagæ peno, hoc est lacryma ferule ob nitoris similitudinem adulterari solet. Aca facere huiusmodi uestes Idæi phryges inuenere. Ideoq; appellatæ sunt phrygiæ, & qui eas faciunt phrygones dicti. Plautus. Stat fullo phrygio aurifex lanarius. Hæc in usu diui Augusti temporibus cœpere. Phrygia minor Asia provincia est. A prygio amne, qui illam à Caria diuidit sic cognominata, uel (ut alij uolunt) à phrygia Ceropi filia, in hac est Dardania, à Dardano Iouis filio appellata. à quo dardanide, postea à Troe nepote, hoc est filio Erichthonij filij Dardani Troia nuncupata. Togæ crebra papauerata aliquando antiquior fuit. Si quidem à Lucilio poeta in Torquato nota est. Dicta crebra à spissitudine, papauerata à colore candido. Genus est papaueris albi satiuus, cuius semento stum in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur, & eo panis rustici crustæ cum ouo infundebantur, hoc præcipuum quendam candorem lina, & lanæ contrahunt. Eadem togæ & spissa dicebatur. Togæ rara contraria crebræ. Martia-

lis. Lis nunquam togæ rara mens quietæ. Eadem per diminutionem, & ralla dicebatur. Plautus. Togæ ralla, tunica spissa. Erat & alia togæ regia, auro & purpura intexta, quæ soli reges, & augures utebantur, eademq; trabea uocabatur. Virgilius. ipse Quirinali liuo, paruaq; sedebat suauentis trabea, lenaq; anille gerebat. Et regilla, ac basilica, quibus similiter reges utebantur. Plautus. An regillam, an basilicam induam, an mediculam? Togæ triumphalis, quæ imperatores triumphantes utebantur. hæc picta erat, & Togæ Iouis similis, & Palmata, siue palmaris dicebatur, quod ea utebantur, qui palmam, hoc est uictoriâ meruissent. Martialis, palmataq; duccem, sed cito redde togæ. Flammæa togæ, siue flammæ, quæ boni omnis gratia sponsæ utebantur, ut inferius dicemus. Attalica togæ, in qua aurum erat intextum, quod Attalum regem in Asia inuenisse constat, ex quo sumpsit nomen. Togæ baby-lonica, in qua diuersi erant picturæ colores, quam Babylon maxime celebrant. Togæ polymita, quæ plurimis licijs contexta est. Græci *μῦθος* filum uocant, quod nos licium dicimus. A quo *μῦθος* dicitur, quæ uno licio constat, *δὲ μῦθος* quæ duobus, *τρίμυθος* quæ tribus, *πολύμυθος* quæ pluribus, hoc genus togæ Alexandria primum instituit. Alterum eius genus est, quæ cubicularia polymita dicitur, de qua Martialis. Hæc tibi memphitis tellus dat munera, iuncta est pectine niliaco iam Babylonis acus. Togæ scutulata, quæ istria, liburniæq; & alijs huiusmodi pilis potius, quàm lanis texta erat, & scutulæ quibusdam undulatae similes. hanc prima Gallia inuenit. Scutula aliquando serpentis genus est in Africa, aliquando nasculi genus rotundi. concaui. Martialis. sic implet gabatas, paropsidesq; & leuere scutulas, cauasq; lancens. Lucil. & scutulamq; ligneam in cerebrum fixit. Huius diminutiuum est scutella. Cicero. Collocemus in calatra plumæ psaltriam, adducamus, demus scutulam dulciculæ potonis, aliquid proinde canis, & abi nonnumquam significat hastam teuegem, quæ lina tunduntur. Quapropter & exigua hastula, in qua lædæmonij membranam inuoluentes literas scribebant, scutula uocabatur. id genus erat fortunarum literarum. Nam reuoluta ex trunco membrana, literas truncas, mutilasq; reddebat, membræq; earū spargebant & parters diuersissimas, adeo, ut non nisi implicata in eodem furculo membrana, legi possent. huiusmodi epistolam Lædæmonij *στυλάων*, hoc est scutulam uocant. A scutula igitur quando uasis genus est, scutulatæ uestes appellatæ, quod orbibus quibusdam quasi scutulæ depictæ sunt, cærulea inditus scutulata, uel galbana rasa. Togæ forensis, quam ad forum proficiscentes sumebant. Apuleius. Forensi togæ indutus accumbat. Hæc & neutro genere Forensia uocabantur. Idem sumpsit pallium, forensia domu reliquit. Suetonius de Augusto, forensia & calceos nunquam non intra cubiculum habuit. togæ triclinaris, cum qua discumbere in conuiujs solebant, hæc & cœnatoria dicebatur. Martialis. Cœnatoria mittat aduocato. Idem de cœnatorijs. Nec fora sunt nobis, sed nec uadimonia nota. his opus est pictis accubuisse toris. Uocabatur etiam recidipna composito ex utraq; lingua uocabulo, recinium enim apud nos est uestis antiquissima quadrata, ut Varro refert, cuius mediam partem retrosum iaciebant, unde reciniani mimi dicebantur. *δὲ ἴτρος* uero apud græcos cœnam significat. Itaq; recidipna dictæ sunt uestes. quas uocant cœnatoria. Iuuenalis, rusticus ille tuus sumit recidipna Quirine. Eadem etiam triclinaria dicuntur. Plinius. Metellus Scipioni triclinaria babylonica festertiu octuaginta millibus uenisse. itunc i ponit à capitibus criminibus, quæ Neroni priapi quadrigentis millibus festertiu nū p stetero. Præter togæ alia quoq;

10

10

30

40

50

60



uestimentorum genera in usu fuerunt. Pallium supra tunicam sereno tempore sumebatur, uestis erat honestior longe, latèq; diffusa, & uiris, mulieribusq; conueniens. Cuius diminutuum est palliolum, quod si significat breuius pallium ad caput tegendum. Vnde palliolatum aduerbium. Plautus. Palliolatum amictus, sic incessi ludibundus, & palliolatus huiusmodi palliolo indutus, & palliastrum rude pallium, & uile. Apuleius. Ecce Socratem concubernalem meum conspicio, humi sedebat scissili palliastro femamictus. & pallio uerbu, quod pro caelo accipitur. Apuleius. Nec palliari tam aperta res potest. Pallia uero diuitum, at muliebres uestimentum est ad uestigia usq; demissum. Virgilius. Pro longa tegmine pallae tigridis exuuiæ per dorsum à uertice pendunt. Idem, pallam siquis, ueroq; rigentem. Plautus. Pallam ad phrygionem fert cōfecto prandio. In Gallia tamen uiri, quoq; palla utebantur, sed breuiore. Martialis. Dimidiaq; nates gallica palla tegit. Nebulo uero, seu pluuio tempore, pro pallio penulam supra tunicam sumebant. Pomponius, penulam in caput induce, ne te no sciat. Quintilianus. Galba penulam roganti non possum commodare inquit, domi maneo, cum cenaculum eius perplueret. Idem, Galba penulam roganti respondit, non pluit, non est opus tibi. Si pluit, ipse uir. hæc si è pellibus esset scortea (ut supra diximus) uocabatur. Scortea enim ueteres pelles nominabant. Martialis. Ingrediarè uiam caelo licet, usq; sereno, ad subitas nunquam scortea desit aquas. Erat etiam penula Gausapina candida, ac uillosa, qua per æsum utebantur. Idem, is mihi candor inest uillorum gratia tanta est, ut me uel media sumere messe uelis. Abusue tamen penula pro omni eo, quæ tegit. Penularum quasi theca est, & uagina penulae, siue locis, in quo penulae reponuntur. Peniculamentum uero non à penula dicitur, sed à pene quod proprie cauda si significat, propter quod pudenda uiri honestiore uocabulo penem quasi caudam appellamus. Est autem peniculamentum pars uestis, quæ terram attingit. Ennius pendente peniculamenta unum ad quæq; pedum. A pene etiã penitum offam dicimus, offam porcanam cum cauda. Et peniculus, siue penicillos. Item neutro genere penicula, & penicilla, quibus calciamenta detergunt. Itè quibus pingunt, quoniam ex caudarum extremitatibus fiunt. Item quibus albarium tectorio inferunt, qui dicuntur Tectorij penicilli. Plinius. Setarum ex iis è penicillis tectorijs cinis cum adipe tritus. Item quibus uulnera stypanitur, uel ideo, nec claudantur, uel ut aperiantur magis, ut sunt penicilli ex linteolis concerpis ex medulla sambuca, & ex spongia. Idem tum penicillo uulnus a primum omne: præterea quo ad aliquid mundandum, illinendum ue utimur, peniculum, seu penicillum uocamus, præsertim si ex spongia factum sit. Terentius, quid ignaue penicilon pugnare, qui istuc huc portes cogitas? Plinius. Aesopumq; cum myrrha calidum penicillo illum. Item spongiae genus est molliissimum, qui penicillus appellatur, ex quo fiunt penicilli. Triã enim genera spongiarum sunt spissum, ac prædurum, & asperum, quod tragos uocatur, quidam has foeminas putant maioribus fistulis. Spissum & minoribus fistulis, ac mollioribus, quos credunt uares, & Achilleum nominatur, quod usus eo in uulnere curando fuerit Achilles, & molliissimum, qui dicitur penicillus. Spongas antiqui in delitijs habuerunt, strigulum uice, linteorumq; illis ut è ter ad distinguenda, ac mundanda corpora. Quia propter purpuram tingebant eas, alias cura candidas faciebant tinctas per æstatem salis spuma ad lunam, & pruinas sternentes inuersas, ut candorem biberent. Mensas etiam his tergere mos erat. Martialis. Hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis. Vitellus ex presso cum lani: imbre tumet. Animal hoc esse ex aqua

tillium genere existimant. aliter conchis, & pisce, & limo, intellectum in his esse apparet, quoniam ubi auulforem sentiunt, contrahuntur, & multo difficilius ex petris, in quibus nascuntur omnes auulæ relinquunt in petris, uel uti cruoris uestigium, atq; ex his, quasi radiabus molliores penicilli crescunt. Pessimum genus earum est, quæ Aplysiæ uocantur, quia erui non possunt. aplysiuum enim illotum dicimus ab à priuatiua particula, & πλώω lauo. à quo Plinio Veronensi indutum nomen putamus. Vivunt longissimo tempore, & ob hoc maxime prosunt corporibus, quia nostro suum miscent. usus earum ab abstergenda, fouenda operienda in fomentis præsertim, dum aliud remouetur, aliud imponitur. Infinitæ penè earum utilitates sunt. Polybius scribit penicillos super ægrum suspensos quietiores facere noctes. Impluua quoq; uestis erat, qua sacerdotes per ibrem utebantur. Pluuiale nunc uulgo appellatur. Varro. Sallium quoq; sereno tempore impluua amictum fuisse criminabantur. Lanerum genus uestimenti erat ex lana succida confectum, unde habet nomen. amictorium uestimentum puellare candidum, ac subtilissimum ex lino, de quo Martialis, mammosam metuo, teneræ me trade puellæ, ut possint niueo pectore lina frui. Chlamys uestis militaris est pallio penè aduersa, cum breuior multo, atq; arctior sit. Plautus. Puer cape chlamydem, & da pallium. Tamen chlamydem hanc tenet, ut si hæc uera non sint, rursum deposito pallio, eam sumat, atq; incæptum hoc itiner perficere exequar. Idem, Cape sis puer hoc pallium, & da chlamydem ut abeam. Ab hoc fit chlamydule. Idem. Tu sume chlamydule. Primus Numa Romanorum rex chlamydem in usum recepit. Nam, cum legati Saurorum ad eum uenissent, usis illorum uestibus, sumpsit chlamydem, coniunxitq; uestem regiam cum senatoria non foris, sed intus purpura posita, ut ex utraq; una conficeretur. Translata postea hæc uestis fuit in usum militarem. Virgilius. Sidoniam picto chlamyde circumdata limbo. De hac celebre prouerbium è. Silofontis chlamys, quod de his dicitur, qui uolunt se magnificentiã uestimentorum, quoniam Silofon, cum in exilio esset, uestem habebat insignem, ac sumptuosam, quam cum Dario nondum regi, dono misisset, is postea a regno positus, ac beneficij memor, natali solo eum restituit. A chlamyde chlamydati dicitur. Plautus. Quis hic homo chlamydati est? aut non est, aut quem queritar? peregrina facies uidetur hominis, atq; ignobilis. Pallium nostri paludamentum uocant, quamuis hoc etiam pro ornamentis militarijs capiatur. Sallustius. Eodem tempore Lentulus duplici acie locum in edium multo sanguine suorum defensus, postquam è sarcinis paludamenta obtare animaduertit. Plinius. Coactum imperatoris dictum paludamentis. Vnde paludati dicuntur, qui uel imperatoriam chlamydem, uel alia eius ornamenta gestant. Cicero. Antonius gemens ante lucem paludatus. Sallustius. Dum paludatus incederet, mire quam primum prælium cogitauit. Auleum quoq; genus uestis esse manifestum est peregrinum, & quasi militare paludamentum. Varro. Quod ex hereditate attalica aulea, chlamydes, pallæ aureæ. Virgilius, purpurea intexti tollant aulea Britani. Sunt etiam aulea uella picta, quibus aulea teguntur, de quibus supra diximus. Patagium aurea chlamys est, quæ prætiosis tunicis superindui solet, unde qui ita induti sunt, Patagiatu dicuntur, & Patagarij, qui huiusmodi uestes faciunt. Apuleius. Vberes enim crines leniter emissos, & ceruice depedulos, ac deinde p colla dispositos, sensimq; sinuato patago, residetes paulisper ad finem globatos in summu uernicè nodus astrixerit. Lana similiter uestis genus è militaris, uillorū crassitudine calefaciēs chlamy



dem. utitur hac hyeme, ac supra omnia uestimenta induunt. Virgilius. Tyrioq; ardebat murice lena. Varro. Lenam a lana dictam putat. Ego potius ἀπὸ τῆς λαινας Lenam deducit existimo de ractione primæ literæ. Chlæna autē ἀπὸ τοῦ χλαίης deducitur, quæ tepescere est. Itē abolla uestis est militaris, ac etiam grauiorum, ac maiorum uirorum. Varro. Toga tracta est, et abolla data est. Inuenalis. Atque audi facinus maioris abollæ. Idem. Raptæ properabat abolla pegasus. Sacrum quoque militare est uestimentum. Sallustius. Occurrere dicitur, et ad prælium accedere, adeo uti Metello in Sagum Herculeio in brachium tela uenirent. Virgilius. Virgatis lucet sagulis. hac ueste, ut pote latiori, et quadrata homini supposita iactare eum in altum excutiendo solebant. Martialis. Ibis ab excusso missus in astra Sago. Suetonius. Ferebatur et uagari notibus solitus, atque inualidum quæque obuiorum, uel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. Hinc quidam sacum deducunt existimant, hoc est oleum, quod ad sago similitudinem a parte superiori, et inferiori equaliter latus sit. Saccus hordearius, siue frumentarius est, quo hordeum, siue frumentum geritur. Saccus niuiarius, quo aquæ ex niuibus. Saccus uinarius, quo uini feces collantur. Sacculus diminutiuum est a sacco, et significat Marsupium. Stola ueteres dixerunt qui quid corpus teget, et apud grecos σῶλα indumentum significat, unde stola est deductum. Varro. Mulierem aliam cerneret cum stola obfite. Postea ad honestam tantum matronæ uestem hoc nomen translationem est, quæ usque ad imos pedes demissa erat, et extremam eius partem ambit insita assuta, quæ tenuissima fasciola erat. hanc notat Horatius, cum inquit. Nil mediū est, sunt qui nolunt tetigisse nisi illas, quarum subsuta telos tegit insita ueste. Contra alius nullā, nisi olenti in fornice stantem. et Ouidius in libro de tristibus, cum uellet ostendere se libros de arte amandi non scripsisse grauioribus foeminiis, postquam uersus illos repetit. Este procul uitta tenues insigne pudoris. Quæque tegit medios insita longa pedes. Mox addit. Ecquid ab hac omniuersi rigida submouimus arte. Quas stola cōtingit sumptuque uitta uetat. Hic stola pro matronis, et honestis mulieribus ponitur. Papinius. Omnis plebeio teritur prætextæ tumultu. Hic eques, hinc uenenum cætu stola mista laborat. et stolatam matronalem, atque honestam dicimus. Martialis. Quis floralis uestis, et stolatam permissit meretricibus pudorem, Limbus etiam muliebri uestimentum erat, purpuram in imo consutam habens. Plautus. Textores limborum. Quidam tamen limbum putant Fasciam esse, quæ ambit partem uestis extremam, quam insitam dici supra ostendimus. Virgilius. Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo. De plura proprie palia est foemina picta, et Minervæ consecrata. Virgilius. Interea ad templum non æquæ Palladis ibant. Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant. Plautus. Tunc uenio cum peplum inferitur. Lacerna pallii genus est simbriatæ, dicta quod capiti minus sit. a lacerando lacernum enim dicimus quicquid corpore immixtum est, hæc uestis, utrinque indui potest, et ex utraque reijci parte. Capitiū capitis tegmen est a capite appellatum (uel sicut Varro inquit) quod capiat, hoc est comprehendat pectus. Capitulū quoque dicitur. Item Cucullus operculum est capitis, unde penulæ gallicæ genus, si cucullus non habet. Bardiacus dicitur, si cum cucullo Bardocucullo uocatur. Martialis. Gallia santonico uestit te Bardocucullo. ceropithecorum penula nuper erat, Item Calyptra genus est uestimenti, quo capita operiuntur. Rica quadratum uestimentum est simbriatum, purpureum, quo pro palliolo utebantur flaminice, alij ex lana fucida fieri solitum dicunt alba, quod con-

ficiabant uirgines patrimæ, et matrimæ ciues, ut inficeretur luteo colore, quo indui flammunicis mos erat. Est etiam rica ueli genus, quo mulieres capita tegunt. dictum (ut Varro sentit) a ritu, quod Romano ritu sacrificia foemina cum faciunt, capita uelant. Serenus. Aut Conulam, aut acum, aut ricam. eius diminutiuum est ricula, quæ pro sudario accipitur. Flaminium tegmen, quo matronæ capita tegebant. Plautus. Flaminarij. uolarij. carinarij. Item flammium genus ueli luteri nuptialis, de quo inferius dicemus. Suffibulum uestimentum album. prætextum. quadrangulum. oblongum, quod in capite uel stiles uirgines sacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur. Reticulum tegmen capitis a rete dictum, quod capillum contineat. Rete (ut Varro sentit) a raritate. Strophium fascia est pectoralis, quæ uirginealem tumorem cohibet papillarum. Turpilius, me miseram, quod inter uias epistolæ excidit mihi. Infelix inter tunicalam, ac strophium collocaram. Martialis. Fascia crescētis domine compeste papillas. Ut sit quod capiat nostra, tegetque manus. Strophia etiam tenuiores coronæ a ueteribus dictæ ab insigni, quod ponebatur in capitibus sacerdotum, quod ἀπὸ τοῦ σπῆρα hoc est a uertendo Strophus uocabatur, hinc nota sunt Strophioia, quibus in sacris utebantur. Calantica tegmen muliebri, quod capiti innectitur. Cicero. Tū ne, cum mentarentur pedes susci, cum calanticam capiti accommodares. Ventræ, seu femicinctum uestimentum est uentræ contegens. Plinius, patris mei memoria capere Amphimala nostra, sicut uillosa etiam uentræ. Martialis de femicincto. Det tunicam locuples, ego te præangere possum. Essem si locuples, manus utrunque darem. Plaga græde erat lineum tegmen candidum, quod sindonem uocant, quale est, quo nunc utuntur mulieres Romanæ, olim passim in usu erat. Varro. Chlamydes, plaga, uasa aurea. huius diminutiuum est plagula. Nam lodices linteoli sunt, quibus in lecto utimur, et frequenter eos lauamus, unde a polluendo lodices appellatos nonnulli putant. Inuenalis. Modo sub lodice relicto ueteris in turba. Martialis de lodicibus. Nudo stragula ne torpaterent, iunctæ nos tibi uenimus sorores. Castium quoque linteolus erat purus, et candidus, dictus, quod cadendo ad candorem perueniret, uel quod oras arcuatas haberet, ut supra diximus. Plautus. Linteolum castium. Exoticum peregrinum uestimentum dicebatur. Idem basilicam, aut exoticam induit. Mollicina uestis a mollitie nomen sumpsit. Nonius mollicianam chiroditum, recinium. succentonem quoque genus meretriciæ uestis genus, apud ueteres fuisse. Item encambomata, et Parmacidas uestes appellatas puellares. Cato. Ut puellæ habeant potius in uestitu colamydas encambomata, et Parmacidas quæ togæ. Calassis quoque uestis genus est, quod greci κάλασος dicunt. Alij dicunt nodum esse tunice muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica submittitur. Item cyclas uestis genus superius arcta, ampla inferius, a circuli rotunditate, ita appellata. Inuenalis. Tenui sudant in cyclade, et Exomides comæ uestitus sunt exertis humeris. Synthesis uestis erat breuis, et ex pedata ex diuersis lanarum coloribus composita, quales sunt, quibus nunc milites in castris utuntur, propter quod synthesis dicta est, quod apud grecos compositionem significat, hæc ueste in saturnalibus sumpto pileo, et togæ deponita, uti senatoribus quoque, atque equitibus mos erat. Martialis. Synthesibus dum gaudet eques, dominusque senatus. Dumque decent nostrum pilea sumpta Ionem. Idem. Dum toga per quinque gaudet requiescere lucas. Hos poteris cultus sumere iure tuo. Alijs temporibus uti synthesis seruire, atque ignominiosum erat, propter quod Nero princeps notatus est, quod synthesisianus aliquando, ac discalciatus in publico prodierit. Scæuola



iuriconsultus de synthesi sic scribit, sempronie pie hoc am-  
 plius coopertoria tabiana, et tunicae tres cum palliis, quae  
 elegerit, dari uolo. Quae an ex uniuersa ueste, id est an ex  
 synthesi tunicae singulae, et palliola sempronie eligere pos-  
 sit. Respondeo, si essent tunicae singulae cum palliis relictae,  
 ex ijs duntaxat eligi posse. Quod si non essent haeredem, uel  
 tunicae, et palliola ex synthesi praestaturum, uel ueram aesti-  
 mationem daturum. Ex quo manifeste apparet synthefinam,  
 a communi ueste distingui, quod etiam Martialis ostendit. Sic  
 tua suppositis perlucet prela lacernis. Sic micat innumeris  
 arcibus synthefibus. Synthefis etiam uasis genus fictilis ex di-  
 uersis uasis compositi. Martia. Septenaria synthefis saguntii. Pa-  
 pinus. Vnam mutere synthefim, quod horres. Arborum cali-  
 cum, atque cacaborum. Item multum indumenta dicebantur mi-  
 nutissimis filis contexta, unde a multis filis, et propterea sub-  
 tilibus nomen inditum, uel a mulcendo, quoniam carnem de-  
 mulceant, et tantum pluratio numero declinatur. Iuuenalis.  
 Quae an deceant multum testem. Item Clauata uestis,  
 siue clauus uestimenti genus erat, uelut quibusdam clauis au-  
 reis distinctum, quod et a plumarum similitudine pluma-  
 tile uocabatur. Quod si latior ipsa uestis erat, latus clauus di-  
 cebatur, hac soli senatores, ac patricij induebantur, aliquando  
 etiam sacerdotibus, ac pontificibus dabatur. Syllus, sacrificam  
 lato uestem distinguere clauo. Tradunt Mecaenatem in eque-  
 stri dignitate sibi permansisse, cum utique sumendi lati clauis  
 potestas ei pateret. Martialis. Dum proauos, atque uosq; refers,  
 et nomina magna. Dum tibi noster eques sordida conditio  
 est. Dum te posse negas, nisi lato Gellia clauo nubere, nupsisti  
 Gellia cystigero. Quintilianus. Notatur interim ne gligenti-  
 latum habentium clauum, modus est, ut sit paululum cincti-  
 ra submissior. Horatius. Nam ut quisq; insanus medijs nigri  
 impedit crux pellibus, et latum demisit pectore clauum. Au-  
 dit continuo quis homo hic, quo patre natus. Hinc laticlaui di-  
 cebantur patricij. Suetonius de Nerone. A laticlauo, cuius uxo-  
 rem attraxerat, caesus. Caepit latus clauus uespasiani ferè  
 temporibus in modum Gausape texti, unde Martia. Et lato  
 uariata mappa clauo. Praeclauum pars uestis erat, quae ante  
 clauum texebatur. Afranius. Totam diem praecclauum unum  
 texere. Hinc a clauis etiam clauata dicuntur, uel uestimenta  
 clauis intexta, uel calciamenta clauis confixa. et clauati soc-  
 ci, quod sola habeant clauis intexta, uel calciamenta clauis co-  
 fixa. Clauus a claudendo dicitur ob id enim figitur, ut clau-  
 dat, siue contineat aliquid. Clauis annales appellabantur, qui  
 figebantur in pariete templi per annos singulos, ut per eos nu-  
 merus annorum colligeretur. Erat enim lex prisca literis, ac  
 uerbis scripta, ut qui praetor maximus esset, idibus Septem-  
 bris clauum pangret. Nam quia rarae per ea tempora literae  
 erant, nota numerum annorum clauis fieri. Mineruae autem  
 templo ea lex dicata erat, quod numerum Mineruae putabat  
 esse. Volturnus quoque clauis indices numeri annorum in templo  
 Nortiae etruscae deae fuisse traduntur. A consulibus deinde ad  
 dictatores, quia maius imperium erat, solene clauis figendi  
 translatum est. Sed cum hic mos intermissus fuisset, sciante  
 post multos annos in urbe pestilentia repetitum ex seniorum me-  
 moria dicitur, pestilentiam quodam clauo a dictatore fixo se-  
 datam fuisse. Quae propter ea religione adductum Senatum.  
 Dictatorem clauis figendi causa dici iussisse, dictumque L. Ma-  
 lum imperiosum, qui T. Pinnarium magistrum equitum di-  
 xit, adeo haec per se digna res uisa est, propter quam dicta-  
 tor crearetur. Clauum etiam nauis gubernaculum dicimus, quod  
 eam dirigit, rectamque contineat. Cicero. ille autem clauum te-  
 nens quietus sedeat in puppi. Virg. Clauumque ad litora tor-

quet. Item ab huius clauis similitudine clauus appellatur Tu-  
 berculi genus callosi, quod in diuersis corporis partibus nascitur.  
 maxime tamen in pedibus, et praecipue ex contuso, quamuis  
 interdum aliter. Doloremque etiam si non alias, tamen in gre-  
 dieti mouet. Arbores quoque clauum huiusmodi patiuntur, qui  
 et fungus dicitur, et patella. Nihilque aliud est, quam solis exu-  
 stio. A clauo per diminutionem clauiculus dicitur. Item claua  
 quae proprie susus est teres ex una parte capitatus ad clauis si-  
 militudinem. Plynius de limo, iterum deinde in filo politur illi-  
 sum crebro in silice ex aqua, tectumque rursum tunditur clauis,  
 semper in iuria melius. Hinc claua Herculis dicta id genus, quo  
 Hercules utebatur. hanc eo loco, quo cum ea Caeris occiderat, post  
 primas templi eius ualvas fuisse locatam tradunt in foro boar-  
 io, ubi templum ei a Sylla iussu Sibyllae edificatum fuit. Ouidi-  
 us. Altera pars cyrci custode sub Hercule tuta. Quod deus eu-  
 boico carmine munus habet. Idem. Si titulos queris Sylla pro-  
 bauit opus. Huius clauae odore non immerito absterri canes,  
 et muscas opinabatur, quod scilicet, nec muscae, nec canes ad  
 Herculis in foro boario intrarent. Claudio uero, et clauis a  
 calando (ut quidam existimant) deducuntur. Nos a graecis po-  
 tius sumpta existimamus apud quos κλειω clauo dicitur,  
 et κλειος clauis, et κλειος diminutiuum cla-  
 uicula, et κλειοποιος clauicularius faber, et κλειος  
 claustrum, quod et clausura dicitur. Item a clauis sit clau-  
 ger, qui clauem fert. Ouidius. Clauigeram uidit Vulcani oc-  
 cubere prolem. Clauiculae etiam dicitur paruae clauae, hoc  
 est paruae fudes. Plynius. Clauiculae quoque ipsae, quibus reperit  
 uites tritae, et ex aqua potae sistunt uomitionum consuetudi-  
 nem. Conclauede, quo supra diximus, dictum quod una cla-  
 uis claudatur. unde locus conclauatus dicitur una clauis clau-  
 sus. A uerbo coclauo, cuius passiuum est conclauor, et a clau-  
 stro claustrinum uocamus. quod claustrum est, et claustrarium,  
 de quo supra diximus, et claustrinum, qui claustris laeuae  
 praest. Claudere interdum significat includere. Virg. Aut in-  
 tus clausus saura ad praesepia seruat. Interdum arcere, ob-  
 istere. Idem. Eae maris magna claudit nos obice pontus. Ali-  
 quando circuire. Idem. Claudite nymphae. dictae nymphae  
 nemorum iam claudite saltus. Valerianus. Clausos pro uinctis  
 accipit, si modo ita uincti sine, ut omni modo erumpere non pos-  
 sint. Clauum, claustrumque tutelam penes Portunum esse  
 ueteres existimabant, qui portuum deus esset, et clauum manu  
 tenere figebatur. Nam et clauis claudi portus consueue-  
 re. Clauum mulieribus donare mos erat ad significandam par-  
 tus facultatem. clauis inuentorem Theodorum Samium fuisse  
 commemorant. A clauo clausula dicitur, quasi breuis conclu-  
 sio, et claudus, quasi pedibus clausus, hoc est impeditus probi-  
 bitus. A quo claudico uerbum, hoc est claudus incedo, et per  
 metaphoram erro, et Claudius proprium nomen. A quo ali-  
 ud proprium Claudianus, et Claudiana tonitrua, quia Clau-  
 dius pulcher instituit, ut in ludis post Scenam collectus Lap-  
 idum, ita fieret, ut ueri tonitruum speciem representarent, nam  
 antea leues admodum parui sonitus fiebant, cum clauis, et la-  
 pides in labrum Aeneum coniecerantur. Veteres pro clauo  
 cludo dixerunt, unde in ueteribus numismatibus legimus Ta-  
 num clusit. Ab hoc composita sunt circumcludo, hoc est undique  
 cludo, intercludo, iter in pedo, et quasi intra cludo. Virg. In-  
 terclusit hyems, et terruit auster euntes. introcludo in inte-  
 rioribus cludo. Seneca. Qui domi introclusus otabatur. Oc-  
 cludo cludo. Plautus. Oclusit hostium analle. Excludo, eicio. Te-  
 ren. Exclusit reuocat, et per metaphoram accipitur pro libero.  
 Actus. Quae uirtute hic se seruitute excluderit. Excludere etiam  
 est in cuba do ex ouis pullum emittere. Plynius. Quae ad galli-



nae omnia gemina paria sunt, & geminos interdum excludunt, alterum maiorem. Alioquin negant omnino geminos excludi. Idem incubatione datur interius post nonam lunam. Celerius excluduntur calidis diebus. Idem. Columbae excluduntur vigesimo die. Praecludo cluudo. Intercludo, Impedio. Includo inus cluudo, introcludo. Vir. Inclufos utero Danaos. Subtercludo notae significationis. Recludo aperio. detego. Idem. Veteres tellure recludit Thefauros. secludo seorsum cluudo. Concludo, simul cluudo. a quo condulus annulus dicitur, & condalium similiter annuli genus, quod digitum concludat. Et per metaphoram peroro, hoc est termino oratione, unde conclusio dicitur, quae graeci επιλογον, nostri modo oratione, modo conclusio vocantur. Na cumulus proprie aceruus est, & in conclusione omnia quasi in unum aceruum colliguntur. A cumulus fit cumulo uerbum, quod est augere. coaceruo. superaddo. A quo cumulator, & cumulator, & cumulator, ac cumulatissimus, & Accumulo, quasi ad accumulatum addo, & cumulate. cumulatissimus, hoc est abundanter abundantius, abunantissime. & cumulatim aduerbium, aceruatim. Virg. cumulum pro altitudine, & quasi cacumine aquae posuit. insequitur cumulo praeruptus aquae mons. Eodem modo status. Aceruum posuit pro cumulo aquae. Horrui ingenti uenientem Ismenon aceruo. Ismenus fluvius est Bœotiae ab Ismeno Pelasgi filio cognominatus. Ab aceruus fit coaceruo uerbum, quod est congero, cumulo, addo. Aceruus enim congeries est cuiusvis rei. A quo coaceruatio, & coaceruatim. Endromis genus uestis erat a hirsute, & uilli longioris, quo in balneis praecipue, ac gymnasijs utebantur. utebatur ex gallia. Immundis. Endromidas tyrias, & femineum ceroma. Martia. Hanc tibi sequantia pinguem traxit alumnam, & Lacedaemoniâ uerbata non nomen habet, sordida, sed gelido non aspernanda. De rembris, dona, peregrinam mittimus Endromidas. Idem. Puerperis est murus, sed non est puerperis usus. Hæc tibi pro togula mittimus Endromida. Propter ea autem endromis dicitur quod ενδρμις, hoc est in cursu ea utebantur. Idem. Siue leui cursu uinere queris Athla, ridebis uentos, hoc munere lectus, & imbres. Quidam hanc balnearem uestem appellant, quod ea in balneis uerentur. Texta quoque sicula erat, qua capillum in capite aligebant, & capital, quod sacerdotule gestabant in capite. Zona, qua cinguntur. Martia. Longa satis nunc sum, dulca sed potere uenter si uineat, siam tibi zona breuis. Hæc & lorium dicitur, & balteus, quamuis balteus sit etiam a quo arma dependent, & cinctus, ac cingulum a cingendo, quorum alterum uiris, alterum mulieribus attributum Varro scribit. Alij cingulum neutro genere hominum esse existimant. Foeminino uero genere angulis brutorum. ut puia, equorum. malorum. asinorum. cinctum etiam pro uestitu accipimus. Virg. Cinctusq; gubino. Quamuis aliqui cinctum gubinum dicunt esse togam, sic in tergum reuelat, ut una eius lacinia reuocata hominem angat. hoc genere uestimenti consul Romanus utebatur bellum indiciturus. Quae consuetudo inde tracta est, quod, cum Gabini aliquando sacrificijs uacarent, subito exoritur est bellum. Tunc itaq; cives togis suis cincti in bellum profecti sunt, & uictoriam adepti. Gabini a gubijs dicti sunt. hæc Volscorum urbs fuit, septuaginta millibus passuum ab urbe distans a Galacta, & Bio Siculis fratribus condita, unde nomen habet. Itæ cincta flamminea dicebatur ueste uelata. Cingere proprie arcuire est, dictum quasi arcum agere. Plyn. Cui eum saluum uenatores anxiosent. Hinc cinctura dicta actus ipse cingendi, & cingulum annulus, quod digitum arcuat, & anguli homines, qui in his locis, ubi angui solent, satis sunt tenues. &

anniligium, quo noua nupta praecingebatur. id uir in lecto soluebat, factum ex lana ouis, ut sicut illa in domum sublata coiumta inter se sit, sic uir eius cinctus cum ea, uinctusq; esset. hoc Herculario modo ligatū omnis gratia uir soluebat, ut sic ipse felix esset in suscipiendis liberis, ut fiat Hercules, qui septuaginta liberos reliquit. Hinc anxiosæ Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptijs, quod in iuno coniugij, solutio anguli erat. quo noua nupta erat cincta, cingendo etiam pro cingo usurpant a graeco κινω. A cingo Cincorum cognome Romae deductum. A quo Cincia locus Romae, ubi Cincorum monimentum fuit. Item ab eodem composita sunt Acingo, quod est cum studio, & diligentia paro. Vir. Paribusq; acingimur armis. Vnde acinctos industrios dicimus, sicut est contrario discinctos negligentis. Idem Discinctos mulabera afros. Acinctum etiam pro parato instructo. armato frequenter accipimus. Circingendo notae significationis. Procingo apparo. A quo proacinctus apparatus bellicus, & expeditio dicitur. Oui. Hæc in proacinctu carmina facta puta Plyn. Vnum curas, iugoremq; animi impedit ad proacinctum tendentibus. Vterque etiam endo proacinctum dicebant, quod significat cum ex castris in praerium exitum est. & proacincta classis uocabatur, cum exeratus cinctus erat gubino ritu, confestim pugnaturus. Vterque enim & populi, & militum, & nauium multitudinem classem uocabant, hanc flammæ diali non licebat uidere. Praecingo modo praeparo. Vnde praecinctos strenuos & expeditos dicimus. modo cingo. Suetonius de Cesare, Vnus fertur lato clauo ad manus sibi briato, nec unquam alter, quam super eum angeretur, & quidem fluxiore cinctura, unde emanasse Sylla dictum optimates sepius admonentis, ut male praecinctum puerum cauerent. Incingo cingo, uel inus cingo. Suingo aliquando aligo, ut suingo mehi enses, & suingentis sum enses, hoc est aligatum ad cingulum habeo enses. Vir. Suingentam pharetra, & maculose tegmine lyncis. unde suingulum balteum dicimus, & quo nonnulli uentur, suingentorium uestis genus brevissimæ. quo uenter, & tantum ferè uelanda corporis tegitur, ut supra diximus. Id est semicinctum uocatur, quod medium hominem cingat, hoc est uestis. Martia. Et tunica locuples, ego te praecingere possum. Esem si locuples, minus utrumq; darem. Sennis enim dimidium significat, ut semihomo, semideus. 40 semimortuus. semirex. semiuir. semestris. sex mensium. semesum. semicomestum. semetram, media mensura. semianimis, quasi exanimatus. semicirculus. medius circulus. semiferus non prorsus ferus. semifera enim dicimus animalia, ceruum. Danam, & similia. Semimares inperfecti uiri, ut sunt spado nes. galli. eunuchi. Semiuiridus dimidia parte nudatus. Semoobolus dimidius obolus. semuncia dimidia uncia. Selibra dimidia libra. Semiquinaria diuisio, cum in standendo quinque pedes per dimidium diuiduntur, ultimæ diuisionis super sint. Ut arma, uirumq; catio. Semiseprenaria diuisio, cum id sit in 50 sex pedibus. ut arma, uirumq; catio Troiae. Semipes dimidius pes, a quo semipedalis. Semiplenus non perfecte plenus. semiplagium, paruum rete. semiruta, ex parte diuisa. ac dissipata. semispadium, breuior ensis. semita arcta, quasi dimidia uia. semissis, dimidium. semuir, spado. eunuchus. timidus. semustus, dimidia parte iustus, sextertium dipondius, & semis, de quo superius diximus, sexquialtera, proportio, quæ tantundem, & dimidium habeat, semitogium breuis, & quasi dimidia toga. A quo semitogius, & eius diminutuum semitogiatulus. Semis autem a graeco deducitur ἡμισ, sicut ab ἕξ sex. A quo hemisciculus semicirculus dicitur, hemisphaerium dimidia sphaera, hemina mensura generis, quæ dimidium sextarii continet. Vnde heminaria pro



mediocri accipitur. Hemistichion dimidius uersus, qui & hemistichion dicitur, & hemiolius, cum ex duobus numeris maior habet tonum minorem, & praeterea eius medietate, ut sunt tria ad duo, & hemitritium febris genus, de quo inferius dicemus, quod tertiam unam, & dimidiam continere uideatur. Aliquando succingere iunctura uestes ita colligere, ut breuius uideantur, fiatque homo ad agendum expeditior, unde succinctam orationem, breuem dicimus, & succincte aduerbium breuiter, se gmentat. uestes dicuntur quae se gmentis hoc est bratteolis argenteis aureis uel laboratae, atque depictae sunt. Segmenta enim proprie se gmina, hoc est sectiones dicuntur a secando. unde partes, & (ut ita dicam) membra mundi, i quae uniuersa terra digeritur, quae nostri Circulos, graeci Parallelos appellant, se gmenta dicuntur. Plin. Plura uitem sunt se gmenta mundi. Principium habet Indiae pars uersa ad austrum, patetque usque Arabiam, & rubri maris, accolas. Idem. Quinto continentur se gmento ab introitu cassij maris, Bactria, Hibernia, Armenia, & reliqua. Idem. Quod superest terrarum tribus assignatur se gmentis, & quoniam ornamentum colli, quod monile uocatur, de quo supra diximus, ex uisdem se gmentis fieri solet, se gmentum etiam appellatur. Valerius. Datum est mulieribus, ut se gmenta aurea gestarent. Iuu. se gmenta, & longos habuit, & flammea sumit. hinc quicquid ex tenuissimis se gmentis uermiculatum compositum est, etiam si se gmenta lineae sunt, se gmentatum dicitur. Idem. Et se gmentatis dormisset paruula cinis, hoc est uermiculato emblemate pictis. hoc in pauimentis Tessellatum dicitur, quod tessellus, hoc est Partus quadratis lapillis intertextum sit. Suet. de Caesare. Mundicia rum, lauitiarumque studiosissimum multi prodiderunt, quauis tenuem adhuc, & ob. eratum in expeditionibus tessellata, & sectilia pauimenta circuntulisse, Britanniam petijisse spe Margaritarum, quarum amplitudinem conferentem interdum sua manu pondus exegisse. Tessera cuius diminutiuum est tessella, id est quod omni ex parte quadratum est. Tradunt Geometrae punctum corpus esse indiuiduum, in quo neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo deprehenditur. Unde pro breuissimo, ac minimo tempore ponitur. Terent. Tum temporis mihi punctum ad hanc rem est. Item pro minima cuiusque rei particula accipitur. Cicero. Nam quod questus es, plures te testes habere, qui quot in ea dubij puncta uideris. Aliquando etiam punctum pro suffragijs, & fauore accipitur, quoniam lege, quae tabellaria dicta est, ueteres suffragia non scribebant, sed puncto notabant. Unde Ex punctis dicebantur uiles, electi, id est igni, siue privati fauore. Hora. Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci, hoc est solus suffragia iudicium tulit, qui & utile, & dulce scripsit, quoniam prodesset & delectaret. Geometricum uero punctum, quod in nullas partes diuidi potest, protractum, lineam efficit id est corpus unius dimensionis. Longum enim est sine lato, sine alto, duobus punctis ex utraque parte solam longitudinem terminantibus continetur. hanc lineam si geminamus, alterum mathematicum corpus efficitur, quod duabus dimensionibus extruitur, longo, latoque, sed alto caret. Punctis autem quatuor continetur, per singulas. scilicet lineas binis, & hoc graeci *επιπέδον*, nostri planum siue superficiem uocant. A quo superficialis appellatur, ut Paulus uirgilian. ait. Qui in alieno solo superficie ita habet, ut certam pensionem praestet, & superficialis aedes Caius appellat, quae in conducto solo positae sunt, quarum proprietas & auii, & naturali iure eius est, cuius & solum. Quod si haec duae lineae fuerint duplicatae, ut subiectus duabus duae superponantur, adijciuntur profunditas, & hinc solidum corpus efficitur, dictum a graecis *στέριον*, quod sine dubio octo angulis continetur,

& sex latera habet. huiusmodi figuram graeci cubos, nostri. Quadrantalia dixerunt, quauis uasis etiam genus sit quadrantal, pedis quadrati octo, & quadraginta sextarios capiens. Plautus. Anus haec sitit. Quantillum sitit, modica est, capite quadrantal. Tales sunt (ut Varro inquit) tesserae, quibus in aluelo luditur, ex quo ipse quoque appellantur *κύβοι*, qui, cum iaciuntur, quacumque in partem incubuerint, dum sunt intacti, immotam habent stabilitatem. Hinc cybium dictum piscis genus, de quo inferius dicemus, quia piscantes id uelut alea ludunt, siue quod ita scissum est, ut medium eius aequae pateat in omnes partes, hoc est ad similitudinem tesserae. Magnus est error multorum nostri temporis, qui talos pro tessera accipiunt, sed maior insania unius, qui id etiam literis mandare, ut est omnium impudentissimus, non erubuit, quae pueri quoque, & uix iam fieri incipientes apud graecos sciunt *ἀσπαζανταλόν* esse *κύβον* uero hoc est cubium, id esse, quod nos tesserae dicimus. Varro. Vitruuius. Cellius. Macrobius. Pompeius, & ipse, cuius testimonio utitur, Pollux sole clarius ostendit. deceptus est homo rudis, & crassus, ratione nominis, quod tessera appellatur, cum graeci *τέτραπα* quatuor dicant, nec intellegere ponit, non ideo tesserae uocari, quod quadratam figuram habeat, quod genus nostri quadrata appellant, sed quod omni ex parte quadrata sit. quod genus quadrantalia nominamus. Talus proprie ossis genus est in articulo pedis uentre eminentis, conatus in uertebra, ligatum solidissimum nervus, quadratum forma, altera parte concauum, altera fere planum, estque in posteriori suffragine duntaxat nunquam in prioribus pedibus, nec est homini, aut alijs animalibus habentibus digitos, nec solidas habentibus ungulas, sed tantum bisulcis. Hinc fit talipedare uerbum, quod est uacillare pedibus, & quasi supra talos consistere, hoc genere officuli ludere ueteres consueuerunt, quod nostra quoque aetate quibusdam locis obseruari animaduertimus. Situs ipse tali numerum facit, eumque pro lateris differentia diuersum. Latus quod unitatem significat, canis siue canicula appellatur, i quem conuerso talo, deponebatur ab eo, qui iactauerat, munus unius, aut quantum inter se pacti fuerant sine aliquo lucro, uicario damnosa canis uocabatur. Ouidius. Quid ualeat tali, quo possis plurima iactu figere, Damnosas, effragiasque canes. Persius. Damnosa canicula quantum raderet. Eius oppositum Venus dicitur, siue cuius significans se pœnarium numerum. & is, qui talorum iactus hunc numerum reddidisset, sex lucri faciebat, praeterea quicquid esset caniculae iactu erasum. Alia duo latera chius, & senio dicuntur, ternarium ille, hic quaternarium significans. Nam binarius, & Quinarius numerus in talis non erat. chius tres numeros lucrabatur, senio quatuor. Ideo dexter hoc est felix, & propitius dicebatur. Persius. Quid dexter senio ferret scire erat in uoto. Quod si pluribus positus talis eadem facies erat, pro uno accipiebantur, diuersitas numerum augebat. Duo seniones quatuor lucri faciebant. Chius, & senio septem. Fuit etiam aliquando in talis octonarius numerus, quem siue horitem uocant a se pulchro Stesichori poetae, quod talorum octo figura conditum fuit. Euripides Athenis tempore principum quadraginta, qui post triginta imperarunt, numerum talorum usque ad quadraginta auxit, eumque Euripidum appellauit. Aliaeque in hoc ludi genere differentiae fuerunt, ut fere in caeteris ludis accidit. Nam & multoties habebant, & Herculeum basilicum. Plautus. Talos poscit sibi in manum, prouocat me in aleam, iacet uultorios quatuor. Talos arripio. Herculeum iacto basilicum. Quae propter ab Augusto scriptum legimus talis iactatus, ut quisque canem, aut senionem miserat in singulos talos, singulos denarios conferebat in medium, quos tollebat uultorios, qui



fos, qui v enerem iecerat. Nec me lateſt Pollucem de Chio aliter ſentire, ſed noſtrorum in hoc ſententiam ſequi maluimus, qui de hac re longe apertius ſcripſere. Vtbanur autem talis ueteres aut natur alibus, aut ex ebore, aliã ue materia factis, q̄ per diminutionem etiam taxilli dicuntur. A tali quidem ſimilitudine taleam dictam putant, quæ eſt fruſtrum ligni præcaſum ex utraq; parte æquabiliter ſerendi gratia. præcaſis enim lignis uel pedali, uel cubitali magnitudine nonnullæ arbores ſeruntur. idq; lignum ita præcaſtum græcè generali nomine ξύλον, Latine talea dicitur. Plinius. Ficus omnibus alijs modis naſcitur, præterquam talea. Idem ſeruandum in talea ſatu ante omnia, ut talea ex ſeracibus ſiant arboribus, ne curue, ne ue ſabrae, aut biſercae, ne tenuiores, quam manum impleant, ne minores pedabilibus, ut illibato cortice, atq; ut ſectura inferior ponatur ſemper, et quod erit ab radice, accumuleturq; germinatio terra, donec robur plãta capiat. Cato. Taleas oleaginas, quas in ſcrobe ſanctus eris, tripedaneas factas, quas in ſeminario ſanctus eris, pedaleſ factas. Cum taleã demittis, pede taleam opprimito, ſi parum deſcendat, malleo, aut mateo la adigito, cauetoq; ne liberum ſcindas. A talea (ut V arro ſentit) talari uulgo dicitur lignum, dum ſcinditur. et intalari, dum præcadendo formatur, et cum ramus ex utraq; parte æquabiliter complanatur, ut numerus aliquis in eo deſcribatur, dicitur talea. Talia uero folliculus æparum eſt. et talus Sa binorum prænomen. Sicut autem fruſtrum ligni, quod in terra ſeritur, talea uocatur, ita id, quod inſeritur ramo calamus, et teſſera dicitur, ſeu potius per diminutionem teſſella, quod inſtat teſſeræ ſit. Plinius. Quod ſi longius afferantur pomorũ calami, rapo infixos optime cuſtodire ſuccum arbitrantur. Idem. Quidam huic generi miſcere fiſſuram in uinibus exẽpta cortice teſſella ſurculo à latere plano adigendo. Item teſſera lignum eſt utrinq; complanatum, in quo numeri deſcribuntur, quod et talea uulgo dicitur. Plautus. Suam uterq; teſſerã habet, ratio conſtat, hoc et teſſerula dicitur. Plyn. Frumenti rationem teſſerulis oſtendebat. item teſſera ſymbolum bellicum, quod in pugna ex uinibus datur. V irgilius. Itur bello fit teſſera ſignum. Liuus. Cæteris omnibus teſſeram dari iubet. Talum quoq; à latius aliquando appellatam inuenimus, eã partem, quæ in hominibus uno pede utrinq; extuberat propẽ calcem. græca ἄσπερον uocant. unde et pro calce aliquando talum uſurpant. hinc talaris tunica appellatur prælonga. et uſq; ad talos deſcendens, et ſubtal dictum eſt concatum pedis, ſicut uola, quod ſalictet ſub talo ſit. A ſecando autem ſegmentum dicitur. et ſegmen quaſi ramentum. unde et præſegmẽ amputatio rei ſuperflua dicitur. hinc quæ ex unguibus animalis ſcinduntur, præſegmina uocantur. Plau. Quin ipſi pri dẽtonſor unguis dempſerat. Collegit omnia abſtulit præſegmina. Eiuſdem ſignificationis eſt reſegmen. Plinius. Nec pauca apud græcos ſingulorum uiſcerum, membrorumq; etiam ſapores dixere, omnia perſecuti uſq; ad reſegmina unguium. A ſeco autem omnia hæc deriuantur. ſecare proprie eſt ex cadere. Cicero. id totum ſecuit in duas partes. Et quoniam dum iter faciunt, quod ammodo uiam diuidere uidentur, ſecare per metaphoram modo producere uſurpamus. V irgilius. Ille uiam ſecat ad nauis. Idem. A boribus poſitus ſecto uia limite quadret, hoc eſt ducto limite. Tibullus. Et ſecet ad phrygios uilia membra modos. modo pro ſequi. V irgilius. Quæcunq; eſt forma hodie, quam quiſq; ſecat ſpem. Hinc ſectores dicti emptores uenditorum bonorum exulis. quod emptã ſua proſequuntur. Item qui ex dãnatione eius, qui accuſatus eſt, dimidium bonorum expectant, aut certe aliquam partem, et id perſequũtur. Et ſectarius uerue, qui gregem agnorum præcedens, du-

at. Et ſectio modo concilio, modo perſectio iuris. et ſecſpita cultrum ferreum. oblongo manubrio. eburneo. rotundo ſolido. iuncto ad capulum argento, aurõq; fixo. clauis aeneis, ære cypro, quo ſtamines, Flamnicæ uirgines, pontificesq; ad ſacrificia utebantur, et ſecum libum, quod ſecſpita ſecabatur. Et ſiculi ſcrupuli ſex, quod ſemunciam ſecet. et ſialices haſtarum ſpicula lata. et ſialio uerbum, cuius ſignificatum oſtendit Plinius. Prata quoties ſecta ſunt, ſialire oportet, hoc eſt qd̄ ſænifeceſ præterierunt ſecare. Eſt enim in primis inutile ena ſci herbas ſementaturas. et V arro. In pratis herba, cum creſcere deſiit, et æſtibus areſcit, ſubſecari ſalubus debet, et qd̄ pareſcat ſurcillis uerſari, cum peraruit, de his manipulos fieri, ac uehi ad uillam, tum de pratis ſtipulam raſtellis eradi, atq; addere ſænifico cumulum, quo factõ ſialienda prata. i. eſt ſalubus conſectanda, quæ ſænifeceſ præterierunt, ac quaſi herba tuberoſum reliquit campum, a qua ſectio arbitror dictum ſialire pratum. A ſialiendo ſialia appellata herba, quam alio nomine Faeno græcum diximus uocari, quod nullus ſerẽ inexcultus ſit, ſed tantum ſialitur, hoc eſt ſecatur, huic enim, quod murum, prodeſt ne gligentia. et quanto peius tractatur, tanto prouenit melius. Itẽ ſialia inſula, quod olim brutio agro cohærens, mox interſuſo mari reſecta, atq; uulſa eſt, propter quod et oppidum eſt regione in margine Italiæ ſitum Rhegyum uocatum eſt ἀπὸ τοῦ πυρῶα, quod eſt uuello. quãuis aliqui ſialiam a ductis nomine ſicelo appellatam uelint, quem admodum inferius latius diſſeremus. Item a ſeco ſecale frugis genus, quod taurini ſub alpibus aſiam uocant deterrimum, et tantum ad arcendam famẽ utile, ſecunda, ſed graali ſtipula, nigritia triſte, ſed pondere præcapuum. Et ſecula Falx, de qua ſupra diximus, et ſecuris, a qua diminutiuum ſecuricula, qua ligna ſecabantur, utebantur tamen ea lictores, atq; carniſices. milites quoq; frequenter in bello. huius inuentricem fuiſſe tradunt Pentefileam amaſonem. Quidã ſecurim dictam putant, quaſi ſemiquirin, ut inferius oſtendemus. Sabinum enim Quirin haſtam appellant, et ſecta, qua a græcis hæreſis dicitur, ut ſunt philoſophorum ſecta. Hæreſis enim ab eligendo dicitur apud græcos, hoc eſt ἀπὸ τοῦ αἰ ποῦ μα. quod ſignificat eligo. opto. Cicero. Eſtq; in ea hæreſi, quæ nullum ſequitur ſtorem orationis. Ab hoc Theologi noſtri hæreticam uocauerunt eum, qui ſectam aliquam uel inſtuit, uel ſequitur ad uerſus fundamenta religionis. et ſectile, quod ex cidi poteſt, et ex cidi quod ex cidi ſolet. Vnde ſectiuum dicimus porrum, quod folia eius ſæpius ſecantur. Duo enim ſunt porri genera, alterum capitatum, quod in caput latius excreſcit, quod ut fierent ueteres, ſilicem, uel tegulam porro ſubijciebant, atq; ita capita dilatabant. Huic authoritatem dedit Nero princeps uſendo eo ex oleo per æſtatem uocis gratia penẽ ſingulis diebus. Tradunt Melam equitem romanum ex procuratore a Tiberio principe in iudicium uocatum, ſuccum porri in ſumma deſperatione ad trium denariorum pondus hauiſſe, conſeſtimq; ſine cruciatu aliquo ex piraffe, ſi largius ſumatur. dicit non eſſe noxium. Capitatum optimum mittebat Aritia. Colu mella. Et mater Aritia porri. Martia. Mittit præcipuos memorialis aritia porros. In niueo uirides ſtipite cerne comas. ſectiuum erat præcapuum Tarenti. Idem. Fila tarentini grauiſter redolentia porri. Edith quoties oſcula clauſa dato, et ſectura pro ſectio, et ſocius uel qd̄ ſecet. hoc eſt diuidat laborem alterius, uel quod eum in re laborioſa ſequatur. ſocius. n. proprie dicitur qui in re ſeria, ac laborioſa alicuius par eſt, unde ſocij populi romani dicebantur ita cum ijs foedere coniuncti, ut pacis, et belli participes eſſent, a quo ſociale dictum, quod ſociorũ eſt. unde ſocialis perfidia, et ſociale bellum, qd̄ cum ſocijs ge-



flum est, & societas quasi participatio. Livi. Infida regni societas. V etres sociorum pro socio dicebant. Plau. ibo intro, atq; illi socieno tuo iam interstringam gulam. Differt socius a comite, & sodali. Nā comes est, qui cum aliquo simul it, et tanquam ducem sequitur. Cicero. Non comitem se, sed ducem præbuit. Cæsar, cū se uictoriæ Pompeij comitem esse mallet, quā socium Cæsaris. ab hoc fit comito uerbū, et passiuum eius comitor, sicut a socius socio, & socior. Vir. Atq; uno graditur comitatus Achate. Comitor etiā deponens inuenitur, Plyn. Quicunq; eū comitati fuerant. Quod si imperator, aut dux milites suos socios uocat, qui sibi impares sunt, facit id conaliandæ beneuolentiæ gratia, quasi eos sibi pares existimare uideatur, quem admodum commilitones uocat, ut se ueluti unum ex illis faciat, cum milites ipsi inter se comilitones sint, nō Dux, aut Imperator comilito dicitur. Sodales in rebus leuioribus dicitur, et ferē in cōuiujs. dicti autem sunt sodales, quasi simul edales, uel qđ sederent simul in mensa, uel quod e suo datus uesci solerent, uel quod inter se suaderent, qđ commodum esset. Quint. Et tempestiua conuiuia, & puigiles locos aduocata sodalium turba solutus, atq; affluens agere. Cic. Epulabar modice cum sodalibus, hinc sodalitia, & sodalitates appellatæ, hoc est collegia. Idem, sodalitates enim me quaestore sunt instituta. Caius sodales inquit sunt, qui eiusdem collegij sunt, cū quo consensu re uideatur apud eundem Ciceronem Antonius, qui Norbanum quaestorem suum appellat sodalem. Et scutum, & scutula, de quibus supra diximus, et Sica cultrum ferreū, a quo sicutij dicitur. unde est Lex cornelia de sicutijs. sunt autem sicutij homicida, & qui homines occidendi, furtiue faciendi causa cum telo ambulauerint, & qui in rebus capitalibus dolo malo falsum iudicauerint, falsum uel testimonium dixerint. Et secus, quod significat aliter. unde Haud secus dicimus, hoc est non aliter, a quo secus, qđ modo pro posituo suo accipitur, modo significat minus, uel tardius. Vir. Nec secus omnis in unguē arboribus positus secto uia limite quadret. Aliquādo secus præpositio est, & significat iuxta, ut secus uiam, hoc est, qđ immediate secat, id est sequitur uiam. & secundum, quod immediate sequitur primum, id est qđ secundo loco est. Quapropter & aduerbialiter accipitur pro iuxta, nam qđ secundo loco est, iuxta est. Sulpitius Marcum Marcellū post cæne tempus a Magio Cellione familiaris eius pugione percussus esse, & duo uulnera accepisse, unū in stomacho, alterum in capite secundū aurem. Vir. Dulcibus illa quidem illecebris, aut plena secundū flumina. Aliquando pro post, quasi secundo loco. Quint. Nā quod unum mihi secundum patre fortuna uidebatur parasse præsidium, id ego sperare in illa sorte non poteram. Cicero, Proxime autem, & secundum Deos homines hominibus maxime uiles esse possunt. Capitur etiam secundū pro eo, quod est pro, ut secundum te litendo, secundum me iudicat, id est pro te, & pro me. & pro in, ut secundum quietem, id est in quiete. Interdum eam uim habet, quam iuxta sententiā, ut secundum Platonē, secundum Aristotelem, hoc est iuxta sententiā Platonis, iuxta sententiā Aristotelis. Item secundum diximus prosperū, quod ita, uti uolumus, secat id est sequatur. uel qđ quæ ad sunt, prospera esse dicuntur. unde præsentem pro propitio capimus. Plau. Sis præsens obsecro, teq; sine exorariet. Hinc secundam fortunam uocamus, quæ uel nobis adest, uel nobis obsequitur, et res secundas, quæ pro nostro desyderio sequuntur. Virg. Et seruare modū rebus sublata secundis. Et secundo flumine nauigat. qui aqua sequente nauigat, hoc est in eā partem fluente ad quam tendimus, sicut aduerso flumine nauigat, qui contra aquam nititur. Ab hoc fit secundare, quod est prosperare. Vir. Dij cæpta secudent. Pro pertuis, lā liquidū nautis aura secundat iter. A quo obsecran-

dare, quod est uel in melius conuertere, uel obsequi. Terē. Hæc me reprehendere, & corrigere, & obsecundare in loco. Et secundarius, quasi secundi ordinis, unde secundarius panis dicitur uulgatus. Suet. de Augusto, cūbini mīni erat, atq; uulgatis ferē. secundarium panem, & pisciculos minutos, & caseū bubulum manu pressum, & ficus uirides bifaras maxime appetebat. Item secundo aduerbiū, quod aliquādo significat ordinem, ut primo. secundo. tertio. Aliquādo bis, ut secundo eum monueram, id est bis monuerā. & secundo consul, id est bis cōsul. Nōnunquā rursus. Cic. Semel hominem allocutus fuerā, an secundo mihi redeūdum esset, & ignorabam. & secunde plurali numero tantū membrana illa, qua partus obuoluit utero prodit, dicitur quod nascentem infantem sequantur, hæc nisi omni parte exeant mulier male torquetur, χόριον eas appellant græci, quidā e nostris uolucrum dixere. Plyn. Brassicæ semen contra ardorem februm facit, & stomachi uicia, & ad secundas. Itē a seco infecta, de quibus supra diximus. & saucius, de quo inferius dicemus, quasi secus. & seradentatum instrumentum, quo ligna, & lapides secantur. Item instrumentū ligneum similiter dentatum, quo trahentibus bobus homines torquebantur. unde serrati dentes dicuntur, qui inter se distincti sunt, ad similitudinem dentium serræ. & serratum quicquid eodem modo dentatum est. Serræ præliari dicitur, cum assidue, acceditur, recediturq; nec ullo tempore constituitur (ut serræ factum) dum aliquid secatur. Serræ inuentorem fuisse Dædalū tradunt, qui & fabricam materiā inuenit. et a sciam notum instrumentum ab ascendendo dictam, cuius diminutiū est ascola. & perpendicularium instrumentum fabri materiā, siue camentarij, quo plumbo a filo, & gnomone pendente rectitudo, siue obliquitas operis penditur, hoc est ex amittitur et terebrū instrumentum ad perforandum, a terendo dictum. a quo fit uerbum terebro, quod est terendo perforo, & exterebro, quod est extorqueo. & scrutor. Plau. Ex terebra profusus, atq; exitit. Dicimus etiam neutro genere terebrum. a quo fit diminutiū terebellū. & glutinum, quod græci collam nonnant, quo ligna ferrumantur. & lithocollam, hoc est glutinum, quo lapides coniunguntur. Item sector, quod est sequor. a quo fit insector, persequor. & consecutor, sequor. & affector, amitor, non in itinere, aut nauigatione, aut milita, sed ferē per urbem. Cic. Cum adilitatem Craassius peteret, eumq; maior natus, et consularis Sergius Galba assidebatur. & affecla cōmunis generis, qui continue aliquem sequitur. V etres tamen affeclas nuntices dicebant, quod semper ijs assint, quos nutriunt, nec exigo ab ijs tempore diuellantur. Itē a seco deductum sequor eiusdem significationis. a quo secutor, qui sequitur. cuius femininū est secutrix. et sequax trium generū, quod modo significat id, quod sequitur. Seneca. Cæterosq; Aristippi sequaces, modo quod se spargendo dilatat. Persius. Quorum imagines lambit edere sequaces. Virg. Sonitūq; metūq; Miscebant operi flammisq; sequacibus iras. & sequela, consecutio. et scura, qui turpiter iocando domos aliorum sectatur. & sequester, apud quē plures eandem rem, de qua controuersia est, deposuerunt, dicitur (ut Modestino placet) quod occurrenti, & quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur. Est autē sequester, quasi medius inter duos altercantes. quapropter Virgilius pacem sequestram inducias appellauit, quod media sit inter bellum præteritum, & futurum. Biffenos pepigere dies, & pace sequestra per syluas Teucris, mixtiq; mpane latini Errauere iugis. Hic fit sequestro uerbum, quod est apud sequestrum depono. et passiuum eius sequestror. a quo sequestrata res. & actus ipse sequestratio dicitur. Item sequestro aduerbiū. Cato. Per Deum immortalē nolito nos sequestro ponere. V etres pro sequestro scilicet



sculnam usurpauere, quasi sculnam, quo uerbo usus est V arro. & sequens, quod trahentem facile sequitur, ut cera, et glutinum. Item a sequor composita sunt pedisequus, hoc est famulus, qui pedes domini sequitur. & pedisequa ancilla, quae sequitur dominam. & odorisequus canis, qui odorem sequitur. A sequor, ad ipsos obsequor, more gero, nec solum de minoribus dicitur erga maiores, sed etiam de maioribus erga minores. Plautus. Ego sane cupio obsequi gnato. hinc obsequia dicuntur officia. Terentius. Obsequium amicos, ueritas odium parit. a quo obsequiosus qui obsequens, & moriger est. & obsequela, ipsa morigeratio. Plautus. Omnes parentes liberae liberis suis, qui mihi auscultabunt, facient obsequela. Persequor, modo infector. Plautus. Quid me miseram, atque innocentem persequeris. modo persequor exequi, quod agere coeperam. Plinius. Qui mihi omnes suaderent, ut coepitum opus persequi festinarem. Exequor, persequor. ab soluo. Apulius. Neque enim in tenebris, sed in propatulo iussa domini exequabar. Hinc exequiae dicuntur funebre officium, quod scilicet in funere exequitur. a quo exequiari uerbum, quod est in exequiis conuiuari, & epulari. V arro. ipsum propter ius liberti semitraci exequiatur. Exequias quidam ita ab alijs separant, ut exequiae sint, dum cadaver effertur, postquam sepulchrum est, reliquiae inferiae sacra mortuorum, quae inferis fiunt. Virgilius. Tandem, quos educat V fens uiuenters rapui miseris. Parentalia etiam dicebantur. & parentare ad sacra mortuis facere, uel quod ita parentem mortuus, qui ita uiuentes iusserant facere, uel quod filij parentibus hoc praestarent. Eadem iusta uocabantur, quod iure fierent ijs, qui de nobis uiuentes bene meriti fuerant, de quibus Virgilius. Quique sui memores alios fecere merendo. Prosequor, cum affectu aliquo animi sequor, & ferè semper habet ablatiuum, ut prosequor te oculis, caritate. odio. honore. uersibus. carum. comitijs. Ab hoc fit prosequium sicut ab obsequor, obsequium. insequor, persequor. Quin. Cum eum maledictis insequeretur. Subsequor statim sequor. antequor, modo sequor. Cicero. Ex quo intelligi potest illum mentis agitatione, inuestigationeque earum rerum, quas cogitando conquirebatur, neque otiosum, neque solum unquam fuisse. Nonnunquam adipsos. Idem. Tunc cum ea, quae a Senatu summo cum honore tuo consecutus. Ab hoc frequentia deducitur, quae ex praecedentibus inferitur. A feco quoque composita sunt arcesco, quod est circumcindo. intersecor, quasi medium feco. Persecor, perfecte feco. profecor, idem, quod feco. unde profecta dicitur exta, seu uiscera, quae sacrificijs adhibentur. Ouid. Cuius ut inpositis profecta calentibus aris. Item proficium, quod profectum proicitur. defecor, ex aliquo feco. ex feco, exado. praefecor, praecido. subsecor, succido. dissecor, modo dilatio. modo diuido. a quo diuisiones patrimoniorum inter consortes dissectiones sunt appellatae. Resecor rescindo, & fanisecor, qui fenum secit, de quo supra diximus, a quo fanisecium ipsa sectio feni. Vnde apud M. Catonem de fanisecio scribitur. est praeterea genus intima uestis, quae ferè ex lino fit, subucula appellata. Item sucula, quamuis sucula paruam quoque suam significet. Plautus. est sucula argenteola, & duae connexae manicae, et sucula. Quin. tu i die recta cum sucula, et cum porculis, Crepundia sunt non modo uestes, sed bullae, ensiculi, securiculae, crepundia, & puerilia ornamenta, a crepando, hoc est tinniendo dicta. quoniam in infantibus huiusmodi crepundia maxime gaudent. Martia. Siquis plorator collo tibi uerula pendet. Haec quatit tenera garrula sinistra manu. Plautus. sunt crepundia? eam uideo. Quae facie sunt? Ensiculus aureo lus primum literatus, post alterius fecuricula ancipes, item aurea literata post haec sucula argenteola, et duae connexae manicae, & sucula, & bulla aurea est, quam pater dedit mihi

natali die. Item castula palliolum erat, quo puella nuda infra papillas praecangebantur. V arro, castulam mulier sumpsit pro sucula. Item femoralia sunt, quibus pudendae partes corporis teguntur, dicta a femore. Item a foemina foeminalia, nam femur exterior pars sub coxendice dicitur, femur interior, uel femur pars posterior, semen anterior. Lilius, quosdam & iacentes uiuos succos foeminibus, poplitibusque inuenerunt. Eadem subligacula a subligando dicuntur, Cicero, sceniarum quidem mos tantam habet uetere disciplina uerecundiam. ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo. et subligaria. Plinius. At hercle Alexandria, ubi thura interpolantur, nulla satis custodit diligentia officinas, subligaria signantur opifici. Martialis. Tecta tamen non haec, qua debes parte lauari, si pudor est transfer subligar in faciem. Sunt etiam qui a succingendo succintoria nominent. item campestris, quod ijs in gymnasijs, & palaestris, hoc est in campis uterentur, a quo qui campestris induit sunt, dicuntur campestrati. Ad haec sunt candidissima simul, ac subtilissima uestes ex lino aegypto factae, quae plurimum pulchritudinis, ac lucri, minimum firmitatis habent. 10 Haec magno uulgi errore bombicinae dicuntur. Xylinae autem debent appellari, siue gossipinae, seu gossampinae, quippe gossipion, siue xylon, seu gossampinus frutex est ex superiori parte Aegypti, quae in Arabia uergit, allatus nunc etiam in quibusdam locis Italiae nascens, ex quo lina fiunt, quae gossipinae, siue Xylina, seu gossampina dicuntur, paruulus est, similemque barbatae nucis defert fructum plenum lanugine. Nec ullum genus lini in candore huius, mollitia uel praefertur iuriconfulti inter lanas potius connumerant, dicuntque lanam ligneam a graecis appellari. V uestes inde sacerdotibus Aegypti gratissimae fiunt. Quidam etiam huiusmodi linum cottonum uocant, quod fructus id ferentes, quibusdam in locis folia habet utiui similia, nisi quod minora sunt, feruntque cotonei mali similitudine cucurbitae, quae maturitate ruptae lanuginis pilas emittunt. cotoneam uero Veneti uocant herbam, quam galli halum nominant, similem cunila bubulae cacuminibus thymo dulcem, & situm sed. antem. Sunt item uestes sericeae leuitate omnibus praestantes multiplici colorum uarietate infectae. Mittunt haec Seres Scytarum populi, a quibus nomen habent. Innaescitur arborum frondibus lanugo nobilis, quae sericum dicitur, hanc ueluti quandam frondium canitiem aqua perflusa depeccunt, geminus hinc foeminis labor est, redordendi fila, rursusque texendi. Aliae quoque gentes lanigeras arbores habent, sed omnibus iam nomen Seres dederunt, siquidem et bombicinas nucis a sericeis non distinguunt. bombix animal est ex insectorum genere. Tria eorum genera sunt primum in Assyria proueniens uestis maus nidos luto figit, & parieti applicat, seu alicui lapidi tanta duritia, ut spiculis perforari uix possint. in his ceras largus, quam apes faciunt, deinde maiore uermiculu. Aliud fit ex grandiore uerme, qui ueluti gemina protendit cornua, sui que generis est primum toto immutato eructa, deinde bombilis appellatur, ex quo nerydalis, ex hoc in sex mensibus bombices telas araneorum modo texunt ad uestem, ac luxum uirorum, ac foeminarum, quae bombicina appellatur. Prima eas in filu retorquere, ac inde texere in Coe in sila Pamphila Platis filia inuenit, a quo huiusmodi uestis cois appellata est. Hora. A litera nihil obstat cois tibi. Tertium genus in eadem Coe in sila primum inuentum tradunt, floribus quarundam arborum imbre decussis, & terrae alitu animatis factos primo papiliones paruos, nudosque, mox frigorum impatientia uillis inhorruisse, & aduersus hyemem instaurasse sibi tunicas densissimas, pedu asperitate foliorum lanuginem radentes in uellera, quae unguium carminatione subigentes, mox traxerunt in ramos, & ueluti



pectine tenuerunt, postea apprehensam inuoluerunt corpori, facti sibi nido uolubili. sic ab homine sublatis sunt. fictilibusq; uasis te pore, et sursum esca nutriti. ita subnatos alios sui generis bombices. Deinde in Italiam quoq; translatis tam gratos mulieribus, ut non fictilibus iam uasis, sed pectoribus, ac mammis ipsos foueant, alantq; ferè solis mori. Horum lanificia humore lentescant, excerpta mox in fila ex igno suso tenuatur, et uestes fiunt, tam mulieribus, quam uiris omni quidem tempore, sed praesertim aestate gratissimae. sunt, item byssinae uestes ex lana mollissima, colore luteo, nigricante, ac splendorem auri reddete. Est conchae genus, quod pinna dicitur, nascitur in limosis, subiecta semper nec unquam sine comite, quem pinnotherem uocant, alij pinno phylacem. hic in aliquibus paruus est pisciculus, cui nomen squilla est. Cicero, duabus gradibus obsita conchis, cum qua paruus pisciculus squilla dictus societatem conit, in aliquibus cancer, dapis affectator. aperit sese pinna, atq; orbem luminibus corpus minutis pisciculis praebet, assultant illi protinus, et ubi per licentiam audacia creuit, implent pinnam. Hoc tempus speculatus cancer leui morsu significat. illa ore compresso quicquid inclusit, ex animat, partemq; socio praebet. Hic, ut plerasq; alias conchas, uenatur Polypus, quae ut sine discrimine comprehendat, lapillum extra carnem, imponit ne claudi, et brachia eius conadere possit. Ad uenientem ergo peruigil socius speculatur, idq; leui morsu indicat pinna. illa clausis testis saluti suae consult. haec pauillim intra se lanam habet conchae adherens, colore luteo, ac perlucido, quae byssus dicitur. Fiunt ex eo pretiosissima uestes byssinae appellatae, et byssinum eiusmodi color uocatur, qui aliquando etiam dicitur byssus, hoc fit, si cocco tinctum, tyrio tingatur. Est etiam byssini lini genus pretiosi, quod arca Elin in Achaia gigni solebat, dictum à similitudine huius, quod diximus byssini, et mulierum maxime delitijs conueniens. huic lino inter caetera genera principatus est, eo ex a pto, quod uinum appellat, nec ullis ignibus absuntur. Ardent ex eo mappae in focus conuoluerunt, et igne exusta magis splendescunt, quam si aquis abluerentur. Fiunt hinc funebres regum tunicae, quae solum corpus, dum crematur, ab reliquo cinere separant. Nascentur in desertis, ac sole adustis indiae locis, ubi imbres non cadunt, assuescitq; uiuere ardendo, rarum inuentu, et textu difficile propter breuitatem. Rufus alioquin color igni maxime splendescat. Cum inuentum est, aequat pretia margaritarum. uocatur à graecis asuesinum propter calas similitudinem, quae igni purificatur. Calcen. graeci ἀσπύσιν uocant. β graeca littera aliquando non in. b. latinum, sed in. u. consonantem conuertitur, ut in Asuesinum, et in Eruius. linteum ex asuesino factum si arca arbore ponatur, caeditur arbor surdis ictibus. Strabo scribit ad Carystum in cubae lapide nasci, quae pectunt. nent. texunt, conficiuntur inde mantilia e grege contexta. ea ubi sordescunt, in flammis proiecta non secus emundantur, quam si aquis maculae eluerentur. ex Hispania affertur quondam linteum solebat, faciendis plagis utilissimum, quod Coelicum uocatur, à ciuitate Galatae propinqua oceano. et Cumanum è campania ad piscium, et auum capitur. item etiam ad faciendas plagas, quae cumanae dicebantur, apros filo, ceu ferri acie concidentes. Plagae non funiculi sunt, quibus retia astringuntur (ut Seruius sentit) sed retia rariora ad capiendas feras, quod praclare Virg. definit, retia rara plagae, lato uenabula ferro. Nam funiculi quibus retia tenduntur, arca summam, et imam partem epidromes appellantur, quod in ijs retia discurrant. et enim significat in, et πύμων curo. Vise sunt tantae tenuitatis, ut annulum hominis cum epidromibus, hoc est funiculis, quibus extenduntur transferint.

uno tantam eorum multitudinem portante, ut saltus cingere possent, nec adeo hoc mirum est, cum illud sit mirabilius singula stamina eorum centeno quinquageno filo constare, quauis illud hoc miraculum superat, quod in Aegypti quondam regis thora, in Rhodiorum insula uisum est in templo Mineruae trecentis saxa ginta quinque filis singula fila constare. Est etiam lini genus, quod carbasus dicitur, ex quo praecipua fiunt uelanauium, quae et ipsa ab hoc pluratuo numero carbasu neutro genere dicuntur, singularis foeminino carbasina. Hinc carbasina uelanauium dicitur, siue quae ex eo genere lini sunt, siue naualia carbasina, hoc est naualia uelanauium. primus in theatro fertur duxisse leulul spinther, a pollinaribus ludis. mox Caesar dictator totum forum romanum eiusdem uelis texit, uianq; sacra ab domo sua ad cliuuium usq; in capitolium, quod ludo ipso, quae edidit gladiatorio mirabilius uisum fuisse prodiderunt. Deinde Marcellus octauia sorore Augusti genitus, uelis forum in uera uit, ut salubrius litigantes consisterent. Quidam etiam caua edium uelis texerunt, ut solem arcerent. Quinetiam tingere coloribus lina coepere, ex quibus fierent uelanauium. Talibus usus est Alexander magnus, dum in do amne nauigaret. Item uelo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra uenit, eodemq; effugit. Postea in theatro tantum huiusmodi uelanauium fecere, quod primum. Q. Catulus, cum capitolium dedicaret, inuenit. Lino ueteres calatras implere, ac tomento solebant, praesertim in Gallia Cisalpina. Est et lini genus, quod orthonum appellant. fit è pannicula palustris harundinis. Asia linteum è genesia facit ad piscatoria retia praecipua. Aethiopes, Indiq; è malis, Arabes è cucurbitis. semen lini utile medianae est, adhibeturq; in rustico quodam, ac praedulci transpadanae Italiae abo. Item eo in sacris utebantur. uirgine in aqua macerantur, ut fiat et in saxo tunduntur stipario malleo, quod proximum artici est stupa appellatur à graeco στυρα, quod stupam significat. unde stipo fit, quod proprie est rimas obturo, quia in hoc stupa uti solentur. est enim deterius linteum, quod luctuarum ferè luminibus ueteres adhibebant, et rimis maxime nauium claudendis. Vnde stipatores appellati, qui in nauibus stipam, hoc est stupam componunt. Hic stipare pro densare, et componere accipitur. Virg. stipatq; carnis ingens argentum, et stipatores dicuntur corporis nostri custodes, quos antiqui à latere latrones uocabant. uel quod stipati, hoc est cateruati corpora regum circundabant, uel quod ipsi ferro circundati et stipati erant. Ab hoc stipa dicta merces, quae stipatoribus, et militibus dabatur. Aug. putas te stipem elephantodare. quauis V arro stipem dictam uelit, quod qui supra as maiorem numerum accipissent, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant hoc est componebant, quo minus loca occuparet. Hinc stipendium aes militare appellatum à stipa pendenda, et stipendiarij milites, quod eam stipem pendebant. Ennius, Poni stipendia pendunt, pecuniam quoq; quae uel in aerarium reponerent, uel Dijs offererent stipem ueteres dixerunt. Item quod mendicis ad sustentationem infeliciae uitae porrigitur. Hinc qui pecuniam rogat, et qui spondet stipulari, ac stipulari dicitur, quod uerbum postea ad omnes rogationes, quae solenniter fiunt, translatum est, et stipulatio rogatio dicitur, et stipulator. qui rogat siue rogatur. Dicimus autem stipulator abs te actiue, hoc est rogo te, peto abs te, et stipulator abs te passiuè, hoc est rogor abs te. a quo fit Astipulator, quod significat assentior. A stipa, stiparium dicimus quicquid ad stipandum pertinet, ut stiparius malleus. et consipio uerbum, quod est condensio, et stipes sustis terrae defixis, qui quoniam pullulare aliquando consuevit, putant aliqui stipem ab eo dictam, stipes enim foeminino genere originem significat. Virg. Hec stipem

nota

no



Hec stirpem inuisam. Masculino arborem. Idem, sed stirpens  
 Tenet nullo discrimine sacru. a quo extirpo deducatur, quod  
 proprie significat radicibus euellere, per metaphoram tamen ad  
 alia quoque transferuntur, unde extirpari uicia dicimus, quasi fun-  
 ditis tolli. Hora. Improprie, ut alij plures foeminiuo genere  
 pronuntiat. Stirpesque raptas, et pecus, et domos. Item stypula a  
 stupa deducatur, siue quod stipulae instar uratur, siue, quod ea  
 quoque stypari teetorum rimae consueuerunt. Est uitem stypu-  
 la calamus frumenti, ut puta tritici. hordei. farri, et similia, quod  
 scilicet continet spicam, quod unam diuinitatem at stypulam  
 habet unicalam frumentum dicitur. stypulae intermedia  
 dicitur genicula, et aliquando genicula a similitudine geniu  
 animalis. Plynus. Frumenta quaedam in genus tertio spicam in-  
 capiunt conapere. idem. genicula sunt tritico quaternae. farri se-  
 na. hordeo octona. Ab hoc geniculatum dicitur, quod frequentibus  
 geniculis constat, ut est herba, quae heliotropium uocatur,  
 ob id genicularis herba ab aliquibus nominatur. et genicula-  
 tum frangi, aut aliud fieri dicimus, hoc est per singula genicula,  
 stypula in campo remanet frumento demesso. Itē ea pars, quae  
 est frumento demesso, conusa spicae superstat similiter stypula ge-  
 nerali uocabulo appellatur. Virgilius. Non tu in triujs indo-  
 cte solebas stridenti miserum stypula dispergere carmen? quae  
 alibi auena uocatur, cum proprie auena genus sit frumenti,  
 Syluestrem tenui nymfam medietris auena. Verū tamen, si pro-  
 prie loqui uelimus, cum per se tantum spicae pisitur ad aurifi-  
 cam usus, acis uocatur, cum uero in area teritur, palea ad pa-  
 bulam iumentorum. Nam Milij. et panici. et sisamiae purgamen-  
 ta, non paleam, sed appludam nominamus. Neuius, ne hercle  
 appluda est hodie, quam tu leuior. dicta est ab applodendo,  
 quod propter tenuitatem, et quia minutissima est spiritu deij-  
 ciatur, non sine errore A. Cellius, et Nonius Marcellus applu-  
 dam frumenti firisuram a ueteribus dictam scripsere, et Pom-  
 peius, forbitonis genus esse liquidissimum. Acis autem istud,  
 quod diximus, stypulae genus uocatur a similitudine acis, quae  
 sumus. Acis autem ab acimine. Acimen, et acio, et acies,  
 ab acie graeco uocabulo, quam latine dicimus cotem. Dicitur  
 autem acies cuiuscumque rei acimen, et quasi summum, unde ac-  
 em ferri dicimus, aciem oculorum, aciem exeratus. Ab acio ac-  
 tus deducatur, non est significationis, quod etiam ad incorporea  
 transferuntur, ut acutum ingenium. acutus uisus. Et acaris seca-  
 rus area, quae in sacrificijs sacerdotes apud ueteres utebatur. Et  
 acer, quod proprie acutum significat. Cicero, acris homo inge-  
 nio. Per metaphoram tamen aliquando pro ueloci usurpantur,  
 Virgilius. Calidumque animus, et cursibus acrem. Aliquando  
 pro seuro. Cicero. Suum igitur quisque noscat ingenium, acrem  
 se et bonorum, et malorum iudicem praebet. Interdum pro  
 uehementi seuro. cruento. Virgilius. Acremque molossium pasce  
 sero pingui. Idem, acris quodam regnata Lycurgo. Nonnunquam  
 pro diligenti. prouido. Idem, iam tum acer curas uenientem ex-  
 tendit in annum rusticus. Quandoque pro forti. Idem, aut acere  
 dubites in praelia posere Turnum. Ab hoc acrimonia deduci-  
 tur, hoc est uacitas animi, acumen ingenij, et mentis seueritas.  
 et acriter aduerbium, acute, uehementer. fortiter. seuerē, et  
 eorum comparatiua, ac superlatiua. item alacer siue alacris.  
 (Vtroque enim modo dicitur) quod modo festinum significat.  
 quasi alis acer. Teren. Quid tu es tristis, quid ues alacris,  
 modo lanam, et ueluti in spe aliquam glisquentem a quo ala-  
 critas dicta mutatio quaedam uulnus in aliquam spem gestien-  
 tis. Cicero, uir ergo temperatus constans sine metu. sine aegritu-  
 dine sine alacritate. nulla libidine uexatus. Ab hoc fit alacri-  
 ter aduerbium. Item ab acer acerbis, quod proprie incotum,  
 et non dum maturum significat. unde poma acerbis, et acer

bum uulnus id est immaturum dicimus. Aliquando tamen po-  
 nitur pro horrendo, et immitti. Virgilius. Et sinere miser a,  
 cerbo. Ab hoc fit acerbitas, quod modo amaritudinem saporis  
 modo crudelitatem, modo seuitiam significat, et acerbe aduer-  
 bium, a mare. immature. crudeliter, et comparatiua, superla-  
 tiuaque eorum. Item acer arbor, quod acris in ea artificum in-  
 genia exercantur. Est enim amplissima arbor, et operum ele-  
 gantia, ac subtilitate, primum post citrum locum obtinet. Men-  
 se inde acernae dicuntur. Martialis de mensa acerna, non sum-  
 crispa quidem, nec syluae filia maurae. Sed norunt laetas et  
 mea ligna dapes. Plura eius genera sunt. Album, quod praeci-  
 pui candoris gallicum uocatur, in transpadana Italia, et tras  
 alpeis nascentis. alterum crispa macularum discorsu, qui cum ex-  
 cellentior sit, dicitur pauoninum a caudarum pauonarum  
 similitudine. Martialis, delecto pauonino, nomina dat spondae  
 pictus pulcherrima pennis nunc Iunonis auis, sed prius Argus  
 erat. Hoc in istria. retiaque praecipuum est. E uiliori genere a  
 uenarum crassitudine crassiuenum uocant. graeci situ dister-  
 nunt, campestre. candidum. nec crispum glinon uocant, cri-  
 spius, duriusque quod in montibus nascatur, montanum. tertium  
 10 genus appellant Xigiam rubentem fissili ligno, cortice liuido,  
 et scabro. hoc alij proprii generis esse malunt. Et latine carpi-  
 num nuncupant. pulcherrimum est bruscum, multoque etiam  
 excellentius moluscum tuber. utrunque huius arboris. Sed bru-  
 scum intortius crispum. moluscum simplicibus sparsum. et si  
 magnitudine mensarum caperet, haud dubie praeratum a ue-  
 teribus citro fuisse. propter paruitatem intra pugillares tan-  
 tum et lectorum lammas stetit. Et brusco mensae quoque factae  
 sunt nigrescentes. reperitur et in Alno tuber nota arbore, sed  
 20 tanto deterius, quanto alnus ipsa distat ab acere. Item acetum,  
 quod nihil aliud est quam acris uinum. a quo acetosum, et ace-  
 tositus, et acer pro ipsa acetositate. et acetaria herba, quae ad  
 excitandum appetitum cum aceto manduntur, et acidum pro  
 acetoso. cuius diminutiuum est acidulum, et acetabulum, de  
 quo inferius dicemus. Veteres acetare scripserunt pro commo-  
 uere, et quod nunc dicimus agitare. praeter ea ab acio fit ac-  
 pedius, de quo inferius dicemus, et acinus granum, et acer-  
 uis, quod est cuiusque rei congeries in acinum elata. Acis etiā  
 30 piscis genus est, de quo diximus. Item genus instructae aciei, quae  
 ea pars militum uehementissima sit ad nocendum hosti acu-  
 mine telorum. Item instrumentum ad ornandum caput. quod  
 et per diminutionem acicula dicitur. Ab acie autem cum pa-  
 leam significat, fit acero uerbum, quod est paleis inficis, itaque  
 40 acerosum frumentum dicimus immundum, et non sine paleis,  
 a quo et panis, qui ex eo fit, acerosus dicitur, et aceratium lu-  
 tum, quod paleis immixtum est ad tuguria facienda. et obace-  
 ro, quod est loquendo alterius sermonem molesto. i. pedio, quae  
 si paleas ori obiciendo. Item a stupa stupeo deriuatur, a quo  
 stupor, quae est quaedam alienatio sensuum, quod scilicet sen-  
 sus constypentur. hinc stupefacto, et stupefio, et stupidus, quae  
 50 modo stupefactum significat, modo infensatum. unde stuper-  
 tia, siue stupida membra dicuntur, quando uel paruuum, uel  
 nullum habent sensum. Item obstupeo, et stupefacto, et obstu-  
 pefio, et substupeo, et substupidus, et obstupefacto, et obstu-  
 pefio notae significationis. Item a stupa stupeo dicitur, quae ex stupa  
 est, sicut a lino lineum, quae ex lino. Linum graeco uox est grae-  
 ci enim λινον nominant ab hoc qui lini artem exercet li-  
 narius a nobis dicitur, a graecis λινοπλοος, et linteu hoc  
 est pannus lineus, quod graeco λινον dicitur, a quo fit di-  
 60 minutiuum lintecolum, et linamentum quoque significat, quod est  
 filum ipsum, quod ex lino uoluendo trahitur. Plynus. Del-  
 phini adipe linamenta acensa excitant uuluae strangulatu op-



pressis. Et quo ueteres usi fuerint, linio linionis, qui à grecis  
 λινουρδός appellatur. Nam λινουρον uocant lini texturē,  
 λινουρον retiarium, et λινουρμα lini semen. Item à  
 lino licium dictum filum, quo in tela textrices implicant sta-  
 men. à quo licio uerbum cum eius derivatiuis, atq; compositis,  
 de quibus inferius dicemus. Et Linus proprium nomen quam  
 uis primam corripiat. Hic Mercurij ex Urania musa filius fu-  
 it, ut Hermodorus affirmat. Virgilius. Tamen ab Apolline ge-  
 nitum dicit. Et linea, quæ proprie significat filum illud, quo sū-  
 bri materiarij utuntur ad signandam materiam, quod ex lino  
 fiat, à grecis dicitur λινον, et quoniam ab hac, si ru-  
 briat, uel alio colore intincta fuerit figura designatur longa si-  
 ne latitudine, atq; altitudine, ea quoq; figura à grecis γραμ-  
 μιν, à nostris linea dicta est, item ea, quæ non colore, sed ani-  
 mo imaginantur geometrice, de qua paulo superius disserui-  
 mus. Antiqui pictores penicillo tenuissimam lineam ducere pul-  
 chrum putabant. Tradunt Apellem excellentissimum picto-  
 rem, cum aliquando Rhodum ad Protogenem alium pictorem  
 uisus cognoscendi opera eius adnauigasset, quoniã fama tan-  
 tum hominem prius cognouerat, statim officinam illius petiisse.  
 Aberat tunc ipse, relicta domi ancilla, quæ tabulam unam  
 satis amplam ad pingendum paratam custodiebat, hanc ro-  
 gatam, fors esse Protogenem respondisse, interrogasseq; à quo  
 quæsitum illi referret. Ab hoc Apellem dixisse, arreptoq; peni-  
 cillo. lineam per tabulam duxisse ex colore summæ tenuitatis.  
 Reuersum deinde Protogenem, et re, ut gesta fuerat, ab ani-  
 cula cognita, operis subtilitatem contemplatum, uenisse Apel-  
 lem dixisse, et ipsum tunc alio colore tenuiorem in illa ipsa li-  
 neam duxisse, et abeuntem præcepisse ancillæ, ut si ille red-  
 disset, ostenderet, diceretq; hunc esse, quem quærebat. Reuer-  
 sum post hæc Apellem, quoniam uinca erubescerebat, tertio colo-  
 re lineas fecisse, nullo subtilitati loco relicto, confisum Proto-  
 genem se ab eo uictum, in portum, ut hospitem quærebat, deuol-  
 lasse. Tradita deinde postea hæc tabula magno omnibus mi-  
 raculo fuit, nihil aliud continens, quàm lineas uisum effugien-  
 tes, et tamen omni opere nobilior habita. Consumpta est prio-  
 re incendio domus Cæsaris in palatio. Fuit Apelli perpetua cō-  
 suetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam  
 ducendo, artem exerceret, ex quo natum est proverbium, cum  
 significare uolumus non esse frustra tempus terendum. Nulla  
 sit dies sine linea, nec lineam hodie duxi, hoc est nihil feci. A  
 linea fit lineo uerbum, quod est lineam duco, et linearis, ad  
 lineam pertinens, unde linearis pictura uocata est, quam pri-  
 mus Philocles ægyptius, uel Cleantes corinthius inuenit lineis  
 circum umbram hominis deductis. Sic enim inuentam primo  
 picturam constat ab Ægyptijs, ut nonnulli putant, ut alij à gre-  
 cis, uel apud Sicyonios, uel apud Corinthios. Primum enim eam  
 exercere Ardicæ corinthius, et Telephanes sicyonius sine ul-  
 lo colore, spargentes tamen lineas intus, itaq; γραφειν, hoc  
 est scribere dicti sunt, et γραφειν tam scripturam, quàm  
 picturam significat, et γραφειν tam scribam, quàm pi-  
 ctorem, et γραφειν stilum, et γραφιδιον graphia-  
 rium, hoc est theca, in qua stili reponuntur, quibus et scribere  
 simul, et pingere solebant ante, quàm penicilli, et colores  
 inuenirentur. Latini quoq; grecos secuti huiusmodi linearem  
 picturam Graphidem nominauerunt. Plinius. Graphidis uesti-  
 gia extant in tabulis, ac membranis, ex quibus proficere di-  
 cuntur artifices. Item ab hac linea lineamenta, hoc est extremi-  
 tates ipsæ, et quasi lineæ quædam corporum, per quas homi-  
 nis forma dignoscitur. A lineari pictura tracta, in qua per  
 solas lineas effigies hominis cognoscuntur. Item lino uerbum,  
 quod proprie est leniter aliquid induco, et quasi lineam du-

co. Vnde interlinire dicimus superinducto atramento, aut alio  
 liquore scripatur. aliquam picturam uel destruere. Cicero, tabu-  
 lae sunt in medio, se corruptas, atq; interlitas esse clamant. hinc  
 talis inductio littera dicta. à lino littera, quod in scribendo illi-  
 nitur, hoc est leniter inducitur atramentum, quâuis alij litteram  
 quasi legitimam dictam uelint, quod legenti iter præbeat. Itē  
 à lino lino, de quo supra diximus, et ludo uerbum (ut quidam  
 putant) quo ueteres utebantur pro eo, quod est confringo, deleo.  
 à quo fit allido, hoc est impingo, et elido, quod proprie signi-  
 ficat effringo. ex primo. dissipio. Virg. elisos oculos, et siccum  
 sanguine guttur. Plau. iubeo oculos elidere, Lucilius, inuria-  
 tum hunc in fauces inuasisse, animumq; elisisse. Virgilius. Ge-  
 minosq; premens eliserit angues. Cicero. Qui rebus his ægritu-  
 dine eliditur, potest tamen esse non miser. idem, ut auriga in-  
 ductus è curru trahitur, dilaniatur, eliditur, et illido, quod est  
 infringo, et collido. à quo collisio deducitur, quæ est duorum,  
 aut plurium corporum uicinia, (ut ita dicam) confusio, atq; cōfra-  
 ctio. Item à lino linio. à quo delinio, quod est mulco, irretio, un-  
 de fit delinimentum. Afranius, mala ætas, nulla delinimenta  
 inuenit. composita sunt illino. Plyn. simum a prinu ex melle il-  
 litum epiphoris prodesse putat. Virgilius. lita pro illita posuit.  
 Et paribus lita corpora guttis. Oblino. Plyn. Fel quoq; eius cum  
 axungia oblitum mirifice prodest. Ab hoc (ut quidam arbitran-  
 tur) obliuio for deducitur, quod nouis in mentem inductis, hoc  
 est menti oblitus, uetera abolerentur. Hinc obliuio fit, et obliuio-  
 sus, qui facile obliuiscitur. Item ab obliuio obliuio. sicut à lino  
 littera. obliterare enim est obscure facere, delere. Alij tamē hoc  
 uerbum ab obliuione derivatum putant, alij à litore, quod ibi  
 notata æquari fluctibus solent, et tolli. Hic notandum, quod  
 obliuio, si cum uenio, et similibus iungatur, semper passim ac-  
 cipitur. Cicero, ut si fuerint excellentissimi, certe iam uenerunt  
 in obliuionem. Allino. Plyn. sunt qui lepore coagulato mel ad-  
 dant, et hoc sepe allinant dentem. circulinio. Idem, fit ex  
 succo acutæ ad refrigerandum stomachum malagma, præ-  
 capius tamen est ad cohibendas epiphoras æstiuas, oculorumq;  
 dolores sedandos circulinio, hoc est circuncircum leniter indu-  
 ctus. Sublino. Cornelius Celsus, idē quoq; umbilico sublinam  
 facit. Dicitur præterea linea filum omne ex lino, et quicumq;  
 tenuis fimenulus, Columella, ligato pede longa linea gallina cu-  
 stodiatur. Plyn. stemmata uero lineis discurrerant ad imagines  
 pictas. Idem, murena deuorant hamum, admoventq; den-  
 tibus lineas, atq; ita erodunt. idem, infixum hanc inuertere se,  
 quoniam scit dorso calcillato, spinaq; lineam præficere. Inue-  
 nitur etiam filum positum pro linea. Varro, sumptuq; atra-  
 mento futuro filum duxit. Proprie enim filum est, quod ex li-  
 no, lana uel trahendo ducitur, hoc est linamentum. Lucilius,  
 surge mulier duce filum non malum. à quo fit filo uerbum,  
 quod est filum duco, quod et neo dicitur. quorum passima sunt  
 filor, et neor, à quo fit compositum effilo. effilatum enim di-  
 cimus, quod extra uestimentum filo contextum est, quod erectū  
 quoque à quibusdam dicitur. A lino etiam ligo uerbum de-  
 riuari quidam existimant, quasi lino ago, quod lino omnia li-  
 gentur, propter quod greci λινον hoc est linum uocatum  
 putant ἀπὸ τοῦ λινω antiquo uerbo, quod est teneo, quia  
 lino omnia tenentur. Ab hoc ligamen derivatur, et ligamen-  
 tum, et ligaculum, quo aliquid ligatur, et subligat, et subli-  
 gaculum, de quibus supra diximus. et ligellum breue domi-  
 lium, et nuguriolum. Plautus, Tu à ligello fuisi, qua exis fu-  
 ras. et licitor, qui populo, et magistratibus ministrat, uel quod  
 uirgarum fuscis ligatos gerebant licitores, uel quod, cum magi-  
 stratus populi romani uirgis quempiam uerberari iussissent,  
 curra eius, ac manus ligare licitores solebant. Tiro tamen Cic-  
 ronius libertus



ronis libertus a' lino, uel licio appellatos scripsit. licio enim ex  
transuerso qui ministrabant, cincti erant. Plutarchus, litorē  
abiq; C. scribendum esse existimat, et ita a' ueteribus scri-  
ptum fuisse, tractum a' græco. græci enim λιτήρες, hoc  
est populi ministrum dicunt. Nam λιτόν populum no-  
minant ἐπ' αὐτῶν ministrum. Erant consuli lictores duode-  
cim, cæteris uero magistratibus, quales sunt proconsules, præ-  
sides, prætores sex, hi fasces uirgarum alligatum cum securi  
geriebant, uero duodecim fasces modo pro consule, modo pro  
consulatu ponimus, et fasces pro magistratu. Causam autem cur  
duodecim lictores consuli essent, hæc tradunt, quod hunc mo-  
rem seruabant Etrusci, a' quibus sicut toga prætexta, et sella  
curulis, ita et apparitores, et lictores sumpti sunt. hunc ue-  
ro numerum habuerunt Etrusci, quod ex duodecim populis cō-  
muniter creato rege, singulos singuli populi lictores dabant.  
Sunt etiam qui ab numero auium, quæ augurio regnum Ro-  
mulo portenderunt, hunc numerum se cœcum putent, quem ad-  
modum in minoribus magistratibus sex tantum lictores da-  
tas, a' numero sex uulturnum, quas conspexerat Remus. Item  
a' ligo ligatura dicitur, et ligo ligonis rusti cum instrumentum,  
quod a' radiabus, quæ sub terra sunt, ligetur, quamuis alij a'  
legendo potius ligonem dicitur, quasi legonem existiment,  
quia per latitudinem sub terra facilius legitur. Et composita al-  
ligo, quod est ad aliquid ligo. Circoligo notæ significationis.  
Obligo deuincio. A' quo obligatus, et obligatio. Præligo ante  
ligo illigo intro ligo. Subligo notæ significationis. Religo modo  
soluo. modo ligo. Martial. Qualiter in Scythica religatus rupe  
Prometheus. Colligo simul ligo. Et lingua, uel quod (sicut V ar-  
roni placet) abum liget, hæc enim abos in sua conglobat, et  
deprimit, ac transmittit in uentrem, uel quod ipsa dentium  
septa, quasi muro arcum uallata, ac ligata sit. In hac uirtus ser-  
monis est, hæc sapores sentiuntur, hominis sæpe ita constricta ue-  
nis, ut intercedi eas necesse sit. Tenusissima est serpentinibus, et  
trifurcatis, subranisq; lacertis bifida, et pilosa. V inulis mari-  
nis duplex, crocodillis nulla, leonibus, pardis, felibus, alijsq;  
eiusdem generis imbricata et asperitatis, et limæ similis, atte-  
nuansq; lambendo hominis ostem. Ranis prima parte cohæ-  
rens, intimo gutture absoluta, qua uocem emittunt. Mares tunc  
uocantur ololyones. statim enim hoc tempore euenit, dum fo-  
eminas ad coitum uocant. Tum si quidem inferiori labro demis-  
so, ad libramentum modicæ aquæ receptæ in fauces palpitante  
sibi lingua ululatus elicitur, a' quo nomen sumptu fere, si qui-  
dem græca ὀλολύειν ululare dicunt, quod est clamare.  
et luybrem uocem emittere, unde ὀλολύειν ulula est no-  
cturnæ auis genus, ὀλολύμους ululatus. ὀλολύειν ulu-  
lans. Apibus, et catidis prælonga est, et eminens lingua. qui-  
busdam insectis intus, ut formicis. elephanto lata, psittaco fere  
instar humanæ. Est autem lingua non solum hæc, de qua locu-  
ti sumus, particula corporis, sed etiam differentia sermonum,  
unde Latine linguam dicimus. Græcam iudicam, Arabi-  
cam, Chaldeam. Quinque in una lingua est aliquando ser-  
monis diuersitas, quæ similiter lingua dicitur, ut in lingua græ-  
cæ, est lingua, quæ communis uocatur, et Atticæ, et Doricæ, et  
Ionicæ, et Aëolicæ. Item lingua promontorijs genus appellatur  
non excellentis, sed molliter in planum deuexit. Item instru-  
mentum ad similitudinem colearis, nisi quod colear concuuita-  
tam habet, lingua plana est, et oblonga in speciem lingue fia-  
cta. Plynus. Ad linguam sistentem decem grana seminis fe-  
rula bibuntur in uino trita, uel medulla. Sunt qui comitiali-  
bus morbis dandum putant, luna quarta, sexta, septima, lin-  
guæ mensura. eius diminutuum lingula est eiusdem signifi-

- cautionis. Idem, cera punicæ sit hoc modo, uentilatur sub diuo  
sæpius cera subua, deinde feruet in aqua marina ex alto peti-  
ta addito nitro. inde lingulis eligunt florem. idest candidissi-  
ma quæque. Eadem detracto. n. ligula dicitur. Martialus.  
Quamuis me lingulam dicant equitesq; patresq; Dicor ab  
indoctis lingula grammaticæ. V eteres tamen gladiolum quo-  
que oblongum in speciem lingue factum lingulam uocauerunt.  
Lingulæ dicuntur, quæ tibijs adhibentur ab huius, de qua su-  
pra diximus, lingue similitudine. Lingua etiam (ut Plynus te-  
statur) herba est, quæ circa fontes nascitur, cuius radix combu-  
sta. et trita alopecias emendat. Est autem Alopecia morbus in  
capite ex uitio humorum, qui fit cum profluuio capillorum.  
Accipit autem nomen ἀπό τῆς ἀλώπεκος, hoc est a' uul-  
pe, quod id animal hoc genus morbi crebro patitur. Item lin-  
gua bubula herbae genus est, quam græci buglosson nomi-  
nant, boum lingua similis, cui præcipua uirtus est, quod in ui-  
num deiecta animi uoluptates auget, ob id euphrosinum dicitur,  
quasi herba letificans, græci enim εὐφροσίνην letari di-  
cunt, unde euphrasia exultatio dicitur, et Euphrosine letitia.  
10 Est et lingua canina alia herba, quæ cyno glossos uocatur a'  
græcis caninas imitans linguas topiaris operibus gratissima.  
Item lingua petrea genus est lapilli, quod inter gemmas con-  
numeratur, glosso petra uocatur, græcorum lingua, humane  
similis. Magi eam credunt non nasci in terra, sed deficiente lu-  
na, de caelo decedere, et lenocantem necessariam esse, uentisq;  
comprimere. A' lingua lingulata deriuatur genus piscis. et nu-  
lier auguratrix. Item multiloqua. Plautus, lingulata est, nam  
nunquam tacet, et linguax, et lingulax, hoc est uerbosus, de  
quibus superius locuti sumus, et elinguo, hoc est linguam exi-  
mo. Plaut. Si ego hercle te non elingulam dederō usq; ab ra-  
dicibus. A' quo elinguis, qui sine lingua est. Item qui mutus est,  
et loqui non potest, etiam si linguam habeat. Bilinguis qui uel  
duas linguas habet, uel modo unum, modo aliud loquitur. Eo-  
dem modo trilinguis, et quadrilinguis. Bilinguem etiam pro  
fallaci accipimus, hoc uitium ad mentem referentes. Vnde Bru-  
tij Italiae populi Lucanis uicini Bilingues uocati sunt, et græ-  
cæ loqui dicitur, quæ admodum brutij appellati, quod quasi bru-  
ti, et obsceni sunt. brutum enim dicitur quæ tardum stolidum.  
et sine sensu est. A' quo Brutus cognomen, qui se stolidum simu-  
latur. A' brutijs brutiani dicitur, qui officia seruilia magistrali-  
bus præstabant, totq; hi primum se Hannibali tradiderunt,  
et cum eo perseverauerunt, quousq; ex Italia recederet. et bru-  
tiane parmæ dicitur scuta, quibus brutij utebantur. Bru-  
tum autem a' terra deductum est, cuius Epitheton est brutæ,  
hoc est sine sensu, et quasi obruta. A' brutum bruteo ueteres di-  
xere pro stupeo. A' quo obrupto pro obstupeo. A' franius, non  
possum uerba facere, obrutui, et lingo, quod proprie est lin-  
gua aliquid lambo, a' quo foedissimum hominum genus can-  
nilingi dicuntur. Lingere etiam dicuntur, dum aliquid in ore  
tenentes guttatum defluere in stomachum sinimus, quæ res lin-  
ctus dicitur, et ecli gma. Plynus. Telicos gemma est, quæ oleæ  
nucleo similis uideatur, et lingentium calculos frangit, pellitq;  
Idem, multi tussim ueterem linctus salis discussere. Idem. E' se-  
mine limi utilissima sunt ecli gmatæ. A' lingo ligurio sit. quod  
modo significat id, quod ueteres dixerunt degulo, et ualde mul-  
ta consumo. Hora. Semessos piscers, tepidumq; liguriet. unde li-  
guriores dicuntur, qui consumptis dapibus, catillos etiam lin-  
gunt modo paullatim, et cum quadam mora, atque elegantiâ  
comedo, quasi sinendo, ut per se abus in stomachum liquefi-  
at. Teren. Quæ cum amatore suo coenant, liguriunt. Ab hoc  
alligurio deriuatur eiusdem significationis, et obligurio. Te-  
h uij



ren. Idem patria qui obliuierat bona. Non recte donatus ligurio à græco deductum scribit λυγρὸν, quod suauiter interpretatur. Sunt, qui lixam quoque à liguriendo quæstum dictum uelint. Sic enim scribit Pompeius. Lixæ sunt, qui exercitum sequuntur quæstus gratia dicti, quod extra ordinem sint militiæ, eisq; liceat, quod libuerit. Alij eos à lixa appellatos credunt, quod & ille Hercules sit secutus, qui dam à liguriendo quæstum. At Marcellus elixum est inquit, quicquid ex aqua molitur, uel decoquitur. Nam lixam aquâ ueteres esse dixerunt. Vnde & lixæ dicti, qui militibus aquam ad castra, uel ad tentoria solent ferre. V arro, in pauimento non aude facere lacinam, at in humum calcos facis elixos. Nos uero (quod utriusque pace dictum sit) lixas esse affirmamus eos, qui uilioris quæstus gratia exercitum sequuntur, ut puta lauandi, aut coquendi causa, appellatosq; à cinere. Lix enim (ut V arro inquit) cinis foca est, unde lixiuum dicitur aqua, in qua lauandi gratia, decoctus est cinis, & elixum, quâ cinere olla supposito, decoctum est, propter quod & Aulicium dicitur, hoc est olla decoctum. Nam ueteres pro olla Aulam dicebant. A quo plautina fabula aulularia uocata est ab aulula, hoc est parua olla, in qua repositus erat thesaurus. Vnde argumentum eius fabulæ est, aulam repletam auri plenam Euclio uel summa seruat miseris affectus modis. Huius etiam aliud diminutuum est auxilla. Lixæ ergo dicti, quod & in depuranda supellethile, & in abis decoquendis cinerem agitant. M. autem V arronis uerba hæc sunt. Lix cinis est foca. unde enim cinis luxatis potus medetur, ut licet uidere gladiatores, cum deluserint, hac iuuari potione. lixam uero ubi pro aqua Marcellus legerit, ipse ostendat. attulisset certe auctorem, ut mos eius est, si uispiam legisset. Nam quod V arronem asserit scripsisse calcos elixos, per metaphoram dictum est, quasi ita madefactos, ut est caro, quæ elixatur. A lixa etiam fit elixio uerbum, & lix abundantius uocatus est, qui exiguae mercedis grana uilissimis sese obsequijs immisecit. Plaut. Qui famam tuam lix abundantius, & nomen foedas. Liguria Italia regio est inter amnes V arum, et Macram, ab altero latere habes Apenninum, ab altero Padum, thusciam attingens, cuius caput Genua est. A qua ligustica ora appellatur, & incolæ eius ligur, & ligus. V irgilius. V ane ligus, frustra q; animus elate superbis, sed hæc non à ligurio dicitur, sed à Ligysto Phaëtonis filio, cui ob suauitatem, ac uarietatem uocis nomen inditum fuit. Græci enim λυγρὸν uocem uarietatem dicunt, unde quidam lyram uocatam existimant instrumentum musicum, in qua quot fides sunt, tot resonant uoces, uel ἀπὸ τοῦ ἀδερ quod canere est. hinc poetæ lyrici dicti, quod uarijs carminibus utuntur, & ad lyram canunt, & carmen ipsum lyricum nominatur. Eandem poetæ Chelim uocant ἀπὸ τῆς χελώνης hoc est à testudine. Tradunt enim, cum aliquando Nilus suum egressus alueum totam Aegyptum inundaasset, eo postea intra suos limites in gressu, uarias animantes in campis fuisse relictas, inter quas remansisse testudinem, quam cum Mercurius inuenisset, consumpta iam carne, sed superstitibus nervis, percussu sonum excitasse. Quæ propter ad similitudinem illius composuisse lyram, eam Orpheo tradidisse. alij non Orpheo, sed Apollini traditam memorant, uti supra diximus, & ab Apolline Orpheo concessam, quod esset unius ex musis, hoc est Calliopes filius, & Oeagri. Factam autem lyram ex cornibus bouum Apollinis, & septem in ea chordas appositas iuxta numerum septem Atlantidum, quod Maia mater eius ex illarum numero esset, deinde superadditis duas, ut repræsentaret numerum nouem musarum. tantæ autem suauitatis in mo-

dulando fuisse perhibetur, ut arbores saxa fraxisse Orpheus dicitur, & cum ad inferos uxorem Eurydicem quærēs descendisset, omnem deorum progeniem laudasse libero patre excepta hunc enim obliuione ductum prætermisisse. Ob quâ causam dum paulo post Orpheus in Olympo monte, qui macedoniam à thracia diuidit, siue (ut quidam uolunt) in Pangæo thracæ promontorio sedens, cantu oblectaretur, Bacchas ei Liberum obiecit, quæ eum lacerarent, atque discerperent. Quo facto musas collecta membra sepulchræ dedit, lyra uero stellis figuratam inter sydera collocasse, Apolline id permittente, quod laudatus ab Orpheo fuerat, & Ioue, ut Apollini id petenti obsequeretur. Alij tradunt V enerem cum Proserpina ante Iouis tribunal de Adoni contendisse, quibus Calliopem Orphei matrem à Ioue iudicem datam, quæ, cum iudicasset Adonem utriusque esse debere, & utraq; dimidia anni parte eum possidere, indi gratam V enerem, quæ totum sibi cœdi uoluisset, Orpheum uniuersis thracæ mulieribus obiecit se, ut amore illius incensæ frustatim eum discerperent. Sic Orpheo dilaniato, caput eius de monte in mare proiectum in insulam Lesbos fluctuum agitatione peruenisse, sublatumq; ab incolis, & sepulchræ traditum fuisse, eius beneficij gratia liberos ad musicam artem ingeniosissimos existimari. Lyram autem à musis, ut supra diximus, in cœlum translata fuisse. Sunt qui putent Orpheum, quod primus puerilem amorem induxerit, mulieribus iniusum ab eis dilaceratum fuisse. hæc lyra posita est contra regionem eius loci, qui est inter gentem, & manum sinistram Engonasis. eius testudo spectat ad æthiicum arcolum, summum cacumen ad polum notum, uirgine ex oriente occidere, cum sagittario exoriri cernitur. habet in ipsis testudinis lateribus singulas stellas, in summis cacuminibus eorum, ubi brachia sunt collocata, singulas. In isdem medijs, quos nonnulli humeros uocant, in scapulis duas. in una parte lyra, quæ ut basis totius uidetur, unam, quæ in summa nouem sunt stellæ. Ab huius lyrae similitudine lyrare dicitur agricolæ, cum crate dentata, uel tabula aratro adnexa, quasi lyrae testudine operiuntur semina. hic enim ordo in re rustica seruatur. primo terra aratur, quod dicunt profcindere. deinde secunda aratione excitatæ gradiores glebæ franguntur, quod uocant effringere. tertia aratione iacto semine boues lyrare dicuntur, id est cum tabellis, & uomere simul & satum frumentum operiunt in porcis, et sulcant in fossas, quo pluuia aqua dilabatur. Nonnulli postea, qui segetes non tã lætas habent, per sarctores ocare solent, quod dicitur oactio. Ab hoc lyro primo delirato dicta est, cum quis non recto sulco tegendo semen incedebat. Deinde per metaphoram ad insaniam hoc est uocabulum translata est. unde & delirari insani dicuntur, & delirare insanire, & delirare aduerbiu insane, & deliramentum ipsa deliratio, & fossa ipsa, in quâ uligo terræ descendit, lyra à quibusdam uocatur. quidam tamen existimauerunt delirare à græco deductum, apud quos λυρεῖν ineptire significat, & λυρὸν deliramentum. Aristophanes, λυρὸν λυρεῖς. Nostri etiam lyras gerras, & nugas uocant uere. Plautus. Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dia solet gerræ germane ædepol lyra. Liris fluminis est campaniæ interfluens urbem minturnensium. Virgilius. Et umbrosæ liris per regna miricæ. Horatius. Non uita, quæ liris quietæ mordet. Ligyes populi sunt asiana, qui cum Xerxe aduersus græcos militauerunt. Lydamus nomen est uiri proprium. Habent præterea uestes à coloribus multiplicem differentiam, sed dum de ijs differimus, opere pretium erit, et colorum ipsorum, quibus inspicere uestes, aut pingere



pingere solent, nomina in simul commemorare. In primis est natiuus color, qui nulla arte, sed natura produciuntur, modo in albedinem tendens, modo in nigredinem, non tamen perfecte, ut albus, uel niger. Natiuus color albus leucopus dicitur, uel, atque uulgari, nomen trahens a grecis, apud quos λευκός dicitur album. Plinius, Ictur rubetæ, uel cor adalligatur in panno leucopo et quartanis prodest. hinc leucopepti dicitur, qui rudiori alba ueste, ac uili, et natiui coloris induti sunt. Martialis, Amator ille tristium lacernarum, et Beticatus, simulatque Leucopeptus, natia laudat, habet et licet semper. Si uero, huic coloris ars addita sit, Candidæ uestes dicitur. Idem, Atque unam uestire tributum tua candida possunt. et niuea. Plautus, puram, ac niueam togam. et Calulæ a calta uiola coloris albi. Idem, indusiat a patre gratam calulam, ac crocotulam. et Galbanæ. nam Galbana albæ uestes sunt, de quibus supra diximus, unde et galbini mores dicitur, hoc est luxuriosi. lasciuu, Martialis. Fuscus. colores, galbinos habet mores. et olorinæ, nam olorinus color candidus est, qui et Cygneus dicitur. Plinius, Gassidam medi mittunt coloris olorini. Colores uero albi, qui in pictura utantur, sunt Parethonium a loco Aegypti ita uocatum. hoc spumam maris esse existimant, cum limo solidatam, quapropter minutæ Conchulæ plerunque in eo inueniuntur. Fit et in Creta infula, et Cyrenis, Adulteraturque Romæ Cimolia creta, nullum est candidis coloribus pinguius, aut tectorijs propter liuorem tenacius. Melinum optimum in Melo infula, unde nomen habet. nascitur et in samo, raro eo pictores utantur, ob nimiam pinguitudinem, linguam tecti sicut, pilos mirifice detrahunt arusa, de qua supra diximus, que si iusta sit, rufescit, nec sine ea recte fieri umbrae possunt. Eretria, que terra sue nomen habet, qua præcipue usus fuisse Parrhasius dicitur. Sandaraca, que inuenitur in aurijs, et in argentarijs metallis adulteratur ex arusa in fornace cocta, hæc si torreatur, æqua parte rubrica admista Sandicem facit, quæquam Virgilius herbam hanc uidetur existimasse, dum inquit sponte sua sandix pascentes uesthet agnos. Hinc sandicinus color est dictus, sicut a sandaraca Sandaracinus. Neuius sandaracano ore. Albi coloris gemmæ sunt primo crystallus, que fit gelu uehementer concreto, ut nonnulli putant, que propter a glacem nomen habet. greci enim νεφθαλασθ glaciem nominant. Vt as amphorale ex ea uisum Xenocrates scribit. Mittit hanc Asia, Cyprusque, et alia diuersæ regiones, sed et in Alpium iugis, et in germania reperitur. siquod in ea uitium est, calatura ab artifice occultatur. puræ præstantiores sunt, et Asyntheta nominantur. Inter uita est Rubigo. Scabrieas. nubes maculosa. Centrum, quæ sal appellatur, et capillamentum rimæ simile. Tradunt medicæ, que in corporibus urenda sunt, non aliter melius fieri, quam crystallina pila aduersus solis radios opposita. Nero princeps amissarum rerum natio accepto, duos calices crystallinos in suprema ira confregit, ne quis ex ijs bibere posset, quando ipse non poterat. Postea, quod maximum in rebus humanis pretium obtinet, Adamas, colore simili modo translucido. ita in oculibus respuens ictum, ut ferrum utrinque dissulter, duritia ei inenarrabilis est, et ignium uictrix, in quibus nunquam inalescit. quapropter Adamas, quasi indomabilis uocatus est, ab a priuatiua particula, et δαμνάειν, quæ est domare. Est genus eius, quod Cenchron uocant, quod sit Milij magnitudine νεχρος enim milium dicitur. Alius dicitur sideris ferrei splendoris. Mirum est. quod tanta uis ferri, igniumque contemptrix sine aliquo ictu hirano sanguine rupitur. Vtque adeo autem cum Magnete lapide dissidet, ut iux

ta positus, ferrum abstrahi non patitur, aut si admotus magnes apprehenderit, diuellat. Existimatur uero manus a mente depellere, propter quod nonnulli anchitem uocauerunt. ἀγκυρα enim angorem significat. Ab adamante adamantinus fit, sicut a Vitro Vitrinus. Eadem ratione herba quoque Adamantis uocatur, Armenia, capadociaque alumna. qua admota Leones resupinari cum hiatu laxo prodiderunt. Nominis causa est, quod conteri nequeat. proxima sunt margaritæ. de quibus superius differuimus. deinde Onyx candorem habens ad similitudinem humani unguis, qui græce ὄνυξ uocatur. Inueniuntur tamen et nigrae Onyces candidas zonas habentes. Post hæc candore cæteras excellens Pæderos laudatissima in Indis, apud quos Argemon uocatur, proxima apud ægyptios, ubi senites. Item Asteria inclusam lucem quandam pupillæ modo continens, et opposita soli radios regetes candicans. et Astrios crystallo propinqua, quæ astris opposita fulgorem eorum rapit, ac reget. Ex eius genere deterior ceraunia uocatur. et Astroites, quæ ocalis piscium similis esse perhibetur. et Betulus ex cerauniarum genere. et hoc a ceraunia differens, quod Betuli rotundi sunt. Ceraunia uero oblonga. et iris crystallo similis, sic uocata, quoniam sub tecto percussa sole, species, et colores arcus coelestis in proximos parietes iaculatur, sex angula semper, ut crystallus, et huic similis Zeror alba, ac nigra macula distinguente crystallum, et acopus nitro similis punicea aureis guttis stellata. et Achates in magna olim auctoritate, nitreæ perspicuitatis, quamuis uarij sæpe in ea colores conspiciantur. Pyrrhus, qui aduersus Romanos bellum gessit, habuisse traditur Achaten, in qua nouem musæ, et citharam tenens Apollo spectabatur, non artificio opere, sed sponte nature ita discurrentibus maculis, ut a musis quoque singulis propria insignia redderentur. Ismeniam choraulem tradunt multas, fulgentibusque ut consueuisse, quod regum amicitiam conciliare existimantur. Multa huius gemmæ species sunt. Phassachates, quæ colorem habet colli columbarum. Greci enim φασαχάρι columbam uocant. Cerachates, quæ ἀνρῶν hoc est Cera. Sardachates, quæ sardæ, de qua posterius dicemus. Hamachates, quæ ἀίματος, hoc est sanguinis, Lencachates, quæ alba est, græci enim λευκόν album dicunt. Dendrachates, quæ est uelut arbuscula insignis δένδρον arborem significat. antachates, quæ pro achate est, myrrham redolens, et ob id mulieribus grata. Coraloachates ἀπὸ τοῦ κοράλλου hoc est a corallo, quoniam guttis aureis corali modo distincta est. In creta sacra appellatur. hæc ut profunt leoninis uibus alliganda consentur, alioquin discordiales domibus esse. Et alabastrites candore uarijs coloribus interincto, et alectorias, quæ dicta est ἀπὸ τοῦ ἀλετριύωνος hoc est a gallo, quoniam in gallinæorum uentriculis inuenitur crystalli speciei magnitudine fibæ, hac Milonem crotoniensem tradunt in certaminibus usum uictorem enasisse, et Androdamas, quæ et Argyrodamas dicitur argenti nitorem habens, ut Adamas ita uocata, quod impetus hominum, et iracundiam domet ἀπὸ τοῦ ἀνδρα δαμνάειν hoc est a domandis uiris, et Arabica ebore simillima, et penè ebur, nisi durior esset, et Aromatitæ myrrhæ coloris, et odoris. ob hoc regnis carissima. et Aspilates argentei coloris. et Atiçoe argenteo nitore fulgens magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram odoris iucundi. Et æpites, siue æpocapites, quæ candida est uenarum nodis coeuntibus candore magnem regevens. et cynodia, quæ inueniuntur in cerebro piscis eiusdem nominis candidæ, et oblongæ, et præfagire abitum maris nubilo colore, aut tranquillitate dicuntur. Et corfoides caniciei hominis similis. et assites



candore insignis. Et cepionidae chrysalini nitoris, quae imagines reddunt, ut specula, Et Draconites, siue Dracontias, quae fit ex cerebro Draconum, sed non nisi uiuentibus abscisso gemmascit inuidia animalis mori se sentientis, quapropter mos est amputare caput dormientibus, qui id facturi sunt, bigis uehuntur, et dracone uiso, spargunt omnia medicamenta, atque ita praecidunt. Est colore translucido, nec poliri potest, aut artem admittere. Et Aopus nitro similis, aureis guttis stellata, Et Amphytane alba marginibus auro rutilantibus, Et Aphrodisiace, quae ex candida rufa est, Et Argypilla, quae per album nigram uenam transeuntem habet. Et Enorchis, quae diuisa fragmentis testium effigiem representat. Et exhebenum, quae aurifices aurum poluunt. Et Eristalis, quae licet sit candida, ad inclinationes rubescere uidetur. Et Eurocos, quae nucleo oliuae similis est, Et Galaxia, siue Galattites, quae sunt colore lacteo intercurrentibus candidis uenis. Et Leucogra, Et Leucographia, ac Synephtis appellatur. Et Gasidanes, quae Medimittunt coloris olorini, Et Xanthos, quae Indi Henus uocant et fuluo candidans, et indica gemma puluereo aspectu, quauis sit alia colore subrufo, quae si atteratur, purpureus sudor emanat. Et Lepidotes, quae squamas piscium imitatur. Et Lesbia, quae a Lesbo patria nomen habet, Et Leucophthalmos, quae candidam, nigramque oculi speciem continet, alias rutila. Et Labanochnes, quae thuris similitudinem ostendit, Et Mesomelas, quae albam lineam nigra distinguit. Et Steatites seu similitudinem habens, quod graeci saxa uocant, Et Geranites, quae similitudinem habet colli gruis, quam graeci παραγορ uocant. Hammites, quae ouis piscium similis est. Et Iouis gemma, quae ultra candorem leuis est, Et tenera. Et Leucopetalos, quae candorem niuis ex auro distinguit, et Liparis, cuius suffitu omnes bestiae dicuntur euocari. Et Lysimachus, quae rhodio marmori similis est aureis uenis. Et Leucochrysos, quae fit Chrysolitho interalbicante, Et Mennonia, de qua, nisi quod candida est, nihil aliud commemoratur, Et Myrrhites, quae myrrhae colore habet, faciemque mouinae gemmae, unguenti odore. Et Ostracia, siue ostracites, quae testacea est, Et Achatia similis, et panconus, quae digito longior est, Et Chrysalis uideatur, plurium angulorum numerus facit, Et Paneros, quae Pansebjatos appellatur, cui addita foecunditas existimatur. Et Philoynos, quem Chrysitem uocant, ostrea similis atticae. Et Perileucos, quae ab ore gemmae ad radicem usque candidum habet. Et Natilis cuius speciem est aquae glacatae, Et peatis, quae grauida dicitur, parereque, Et parturientibus auxilio esse existimatur. et Solis gemma, quae ad speciem solis fulgentis in orbem radios spargit. Et Saurites, quae in uentre uiridis lacerti traditur inueniri. Et Selenites, quae candido translucet melleo fulgore luna imaginem continens. Et Synodontes, quae ex cerebro piscium est, qui Synodontes appellatur. et Syringites, quae stipulae inter medio similis est, ac perpetua fistula cauatur, et Telicos, de qua supra diximus. Et Zimilaces, qui in euphrate nascitur in medio glaucus. et Zoronysius, quae oritur in Indo flumine. et Saurites, qui scari piscis colore est. et Aegophthalmos, quae est caprino oculo similis. et Actites, quae Aquilae colorem habet caudae candidantis. et Cenchrites, quae ueluti sparsa muli grana habere uidetur. et Assites, quae est ad similitudinem folii ederae candidantis. et Pyrene ab oliuae nucleo dicta, Graeci enim omnium fructuum partem illam interiorē ligneam πυρη uocant. et Chalaicias, quae grandinum colore, et figuram habet adamantinae duritiae. et Astrapia, quae est candido discurrentes fulminis radios habet, dicta a graeco ἀστραπὴ enim coruscatio est. et Phlegonitis, in qua ueluti flamma ardere uidetur, dicta ἀπὸ τοῦ φλέγον quod

ardere est. et Anthracitis, in qua ueluti scintille discurrere uidentur ἀνθρακίς enim graeci carbonem appellant. et Eydros absolutae rotunditatis, et cum candore leuitatem habens. et polia, a canice dicta. Graeci enim πολλὸν canum uocant, et Hormesion ex igneo colore auro radians portante secum in extremitate candidam lucem. et Hienie, quae tabido in uase inueniri dicuntur, et linguae hominis subdita futura praedicere. et Gemites, quae uelut candidas manus inter se complexas habet. et Ananchitides, quae in necromantia euocari dicitur imagines deorum. sicut Synochitide umbras inferiorum. et Dendris, quae sub arbore de fossa non permittit aciem securis hebetari. Obscurus uero natiuus color Leucopo contrarius proprie pullus uocatur, quod pulli ouium fere eo colore nascuntur. Virgilius, Ne maculis infuscant uelleria pullis. Hinc pulligo ipse natiuus color similiter uocatur. Plynius, Fuluas oues Tarentum habet, et alias suae pulliginis. Hic color ad nigredinem tendit, alicubi plenior, alicubi diluor, plenior ut in Hispania. Plyn, Desunt et colorum nomina ijs lanis, quas natiuas appellant. Hispania nigri uelleris praecipuas habet. Mart. Nō est lana nubi mendax, nec mutor alieno, si placeant tyria, me meatinxit ouis. Hinc pullati dicuntur uiliores persone. et rudes, atque imperiti homines, hoc est pullo colore. id est natiuo induti. Suetonius de Augusto, multum secreuit a populo, multis e plebe proprios ordines assignauit, praetextatis cuneum suum, et proximum paedagogis, sanxitque, nequis pullatorum media cauea sederet. Plynius, Tum commutata non plurima, sed omnia cupis, utique si lator scena, et corona effusior. Nō illos quoque sordidos, pullatosque reueremur. Quintilianus, Verum hi pronuntiatione quoque famam dicendi quaerunt, nam et clamant ubique, et omnino leuati (ut ipsi uocant) manu emungunt multo discurfu, haneliu, iactatione gestu. motu capitis ferentes. iam collidere manus. terra pedem inuoltere. ferrere pectus, frontem cadere mire ad pullationem circalunon facit, hoc est ad oculum rudium, atque imperitorum hominum. Aliquando hic color Hispanus siue Beticus dicitur, quippe et Beticam pro Hispania capinus. quod Betis amnis eam mediam diuidit. a quo Pullati etiam Beticati dicuntur. Martialis, Et beticatus simul, atque leucopetatus. cuius uocabuli ratio est, quod natiuus color in Hispania (ut diximus) subnigrior est. Ideoque minus uilis, sicuti canisia rutili coloris lanas habet, quas uocant Erythras, quia graeci ἔρυθρον rubrum dicunt, unde Erythrathalassa rubrum mare appellatur. Item Tarentum habet fuluas et suae pulliginis. hic idem Pullus color implumatus etiam uocatur, quasi fumato stillicidio implutus. Plautus, Implumatis facit uestimentis nomina. Item Sudaus. Idem, sordida, et suasa amictus togula. Item Mutnensis a mutnensibus lanis, ex quibus natiuo colore panni fiunt. Varro, Nam et ludere alacrem uidemus mutnensi tunica. Aliquādo tamen Pullati dicuntur lugubrem habitum ferentes, quod Hispano colore induti in luctu mos erat, et Pullum pro nigro metaphorice usurpatur. Columella, Atque oleris pulli radix, hoc est oleris atris. Hunc colorem pictores quidam e uinaceis fecere, et Stygnon appellauerunt. graeci enim στυγνὸν tristem uocant, fitque ex fornacum, balnearumque fuligine. Item ex ebore combusto, quod Elephantium uocant. Huius proximus est niger color, qui et fuscus dicitur, et de quo supra diximus, ater, unde atra uestes, et fuscae appellantur. et Atrati, qui lugubri habitu induti sunt. Item Anthracinus color a carbone, quem graeci ἀνθρακίς uocant, siue quod carboni similis sit, siue quod huiusmodi color e tridus fit, ligno combusto, tritisque in mortario carbonibus. Varro, Proquinqua adolefcennulae, anthracano amiculo, nigello, at



pillo demisso, sequebantur luctam. Hic color à pictori-  
 bus atramentum uocatur. gemmae nigri coloris sunt in pri-  
 mis succinum, quod uulgo Ambrum dicitur, quanquam et  
 croceum, et album inueniatur. hoc et electrum uocatur, quo-  
 niam apud ueteres graecis Sol Elector dicebatur. Putant autem  
 sorores Phaethontis scelmine isti nimio fletu in populos arbo-  
 res mutatas lacrymis Electrum omnibus annis fundere iux-  
 ta Eridanum amnem, quem Padum uocamus. Alij Ele-  
 ctridas insulas in adriatico esse dixerunt, ad quas Padus di-  
 laberetur, quod falsum esse manifestum est, non aliter, quam  
 quod Aeschylus in Hispania Eridanum esse scripsit, eundemque  
 appellari Rhodanum. et Eurypides in adriaco litore consue-  
 re Rhodanum, et Padum. Quidam etiam aequo falso prodi-  
 dere in extremis maris Adriatici rupibus arbores stare, quae  
 succinum fundat. Theophrastus in Liguria effodi scripsit. Pha-  
 eontem in Aethiopia hammonis obisse, propterea delubrum ibi  
 esse, atque oraculum, Electrumque gigni. sunt, qui et in Scy-  
 thia erui putent duobus in locis. In uno candidum, ac cerei co-  
 loris, quod uocatur Electrum. In alio fuluum, quod appelle-  
 tur sialternicum. nonnulli Lyncarium id uocant. et fieri di-  
 cunt ex Lyncis urina, plerique Langurium dixerunt, et esse  
 in Italia bestias Langurias. Alij Langas uocant, quas dicitur cir-  
 ca Padum inueniri, Alij ex arboribus in Lygia effluere. Alij  
 in Britania arbores ipsas Electridas uocari. Quidam Gutoris  
 in germaniae genti aruarium esse scripserunt nomine Metro-  
 nomon, ab hoc diei unius nauigatione insulam abesse Abalū,  
 in ea Electrum reperiri, et esse concretum maris purgamentum.  
 Eiusdem sententiae est Timaeus, sed insulam Balisiam uocat.  
 Nicias solis radiorum succum esse existimauit, hos circa ocea-  
 num uehementissimos esse, et sudorem pinguem in ea parte ocea-  
 ni relinquere, qui a statibus in germanorum litora eiciatur,  
 et in Aegypto simili modo nasci, et uocari Sacal. in Syria quoque  
 foeminas uerticillos inde facere. et Harpaga uocare, quia fo-  
 lia, et paleas, ac uesuum simbrias rapit. Theophrastus, O-  
 ceano aestuante id ad pyrenaei promontorium eicit. Multi etiam  
 tradidere iuxta Atlanticum mare esse lacum Cephisida. quem  
 Mauri uocant electrum, hunc sole feruefactum electrum flui-  
 tans e limo dare. Alij Africa lacum esse Sicyonem appellatū,  
 et Cratinus amnem in oceanum fluentem e lacu, in quo aues,  
 quas meleagridas, et penelopas uocant, uiuere, ibi nasci ele-  
 ctum. Alij iuxta syrtim magnam horum hesperidum esse,  
 ex quo in stagnum cadat, et ab Hesperidum uirginibus colli-  
 gi. plerique flumen esse Indis Hypobarum, arbores ibi electrum  
 producere, quae Aphyracrae uocantur, per quae significatur pra-  
 dulas suauitas. Nonnulli in germaniae litoribus esse insulam Ce-  
 dron, cedri genere syluosam, inde electrum in petras deflue-  
 re. Xenocrates non succinum tantum gigni in Italia prodidit,  
 uerum etiam Thieum uocari. à scythiis uero sacrum, quoniam  
 et ibi nascatur, alios putare in Numidia gigni. Socrates ultra  
 Indiam fieri dixit e lacrymis meleagridum auium Melea-  
 grum defluentium. Certum est gigni in insulis septentrionali-  
 bus oceanis, et a germanis uocari Glessum, proindeque a nostris  
 unam insularum Glessariam nuncupari, Austrariam a Bar-  
 baris dictam. nascatur defluente medulla ex arboribus pinei  
 generis, quasi gummi e cerasis. densatur rigore, uel tepore, aut  
 mari, et cum inuamescens estus ex insulis rapit in litora ex-  
 pellitur, ita uolubile, ut pendere uideatur, et per uadum deferri.  
 Arboris succum esse etiam prisca crediderunt, ob id succinum  
 appellantes. De Pado hinc fabula surrexisset uideatur, quod tra-  
 spadanae agrestes foeminae decoris gratia, uice mouilium suc-  
 cinis gestare consueuerunt. Tanta succini copia Neronis tempo-  
 ris Romam allata fuit, ut in uenatione publice edita, retia po-

pulum protegentia eo nodarentur. Arma uero, et librilla. to-  
 tusque unius diei apparatus esset e succino. Visa e gleba una tre-  
 decim librarum. Liquidum primo destillare argumento sunt,  
 quae intus aliquando translucent, ut formicae. Culices, lacertae,  
 quae musteo adhaesisse credibile est, et sic indurescenti reman-  
 sisse inclusas. Candida, et tetra uiliora sunt, quamuis optima  
 odore. fuluis maior auctoritas, quae tamen nimio ardore non fla-  
 grent. Summa laus eius, quae ex uini colore Falerna dicitur.  
 Attritu digitorum accipit uic caloris paleas, et folia arida ad  
 se trahunt, ut magnes ferrum. Ramenta succini oleo addito di-  
 lucidius, ac diutius flagrant, quam lini medulla. Nero Popeae  
 coniugis suae crines quodam carmine succinos appellauit. Ab in-  
 fantibus succinum pro amuleto gestatur. fuluum ab aliquibus  
 Chrysolectrum dicitur. Est tamen metalli quoque genus, quod Ele-  
 ctum uocatur, quoties enim in auro quinta argenti portio est.  
 Electum dicitur, quod modo naturale est, modo citra fit, quod  
 si quintam portionem exarserit, in auribus non resistit. Magna  
 apud ueteres auctoritate electum fuit. Home. Menelai regis  
 auro. electro. argento. ebore fulgere scribit. Helena apud Lin-  
 dum insulam Rhodiorum in Mineruae templo calicem ex Ele-  
 ctro sacrauit mammae suae mensura. Electri natura est ad lucer-  
 narum lumina clarius argento splendere. natuum electum ue-  
 nena deprehendere existimatur. Discurrunt enim in calicibus  
 arcus caelestibus similes, cum igneo stridore. Lyncarium lapis  
 est similis succino, qui ex lyncis urina generatur, egestam sub-  
 ito bestia operiente, quoniam inuideat hominum usui. Scalpi-  
 tur haec gemma, nec folia modo, aut stramenta ad se rapit, sed  
 aeris etiam, ac ferri lammas, ut refert Theophrastus. praeterea  
 antiphates, quae in lacte decocta id myrrhae simile facit, et A-  
 sbestus coloris ferrei, et apistos, quae igni excaesacta septenis  
 diebus calorem tenet, distinguuntibus eam quibusdam rubenti-  
 bus uenis, et Belus, quae est quasi oculi pupilla nigra e medio  
 auri fulgore lucente, candore arcanantia, et Baropterus, siue  
 Botrytes, in qua nigredo sanguineis, et albis nodis alligata  
 est. et Botrytes, quae nigrae uuae similis est, et Botrychites  
 crinibus mulierum similis, et bucardia bubulo cordi similis,  
 et Brotea similis capiti testudinis, quae a tonitruis de cadere cre-  
 ditur, et bola, quae nimbo inuenitur glebae similitudine, et Cad-  
 mites, quam caerulea interdum bullae angunt, et chamites plu-  
 ribus spiris sumida, et Catochites i positam manum ueluti gum-  
 mi retinens, et Catopyrites, quae ex Cappadocia prouenit, et Ce-  
 ramites, quae in testaceum colorem tendit ex nigro, et cerites,  
 quae ex nigro in cereum, et Cretos, quae nigra piri specie imi-  
 tatur, et Craterites electo nigro similis, quamuis sit et Crate-  
 rites alia inter Chrysolithi, et electri colorem, et crocallis,  
 quae modo nigro, modo cereo colore est, et Chalcoophonos, quae  
 illisa aeris tinnitum reddit, et Chelidonia, quae hirundinum  
 colorem habet, quaedam etiam purpureum nigris interpellan-  
 tibus maculis, et chelonia testudineo oculo similis. et chelo-  
 nitides similis testudini aureis quibusdam guttis insignis, et  
 Daphnia comitalibus morbis utilis existimata, et Diphrys, quae  
 hanc, et candida aliquando reperitur, et Dionysias mi-  
 stus nigro rubentibus maculis, quae in aqua trita saporem ui-  
 ni facit, et Ebrietati resistere existimatur, et Ecordia, siue Ecra-  
 diste, quae nigri cordis speciem ostendit, quanquam aliud ge-  
 nus eius uiridi colore similitudinem cordis praeseferat, et Ero-  
 tylos siliici similis, et Eumetis, quae capiti supposita nocturna  
 uisa ad oraculi similitudinem reddit, et Eurocias, quae situ in-  
 detur operire nigritiam, et Ensebes, ex quo tradunt, tyri in  
 Herculis templo facta sedes, ex qua Dij facile surgebant,  
 et Epimelas, quae nigricantem colorem habet in candida  
 gemma, et Gemiane. quam inimicorum poenas efficere aiunt,



Hieracites, quæ nigrius emicans ueluti plumis alternat, et  
 Idæi dactyli, qui ferreo colore humani pollicis expriment, et  
 Medea à Medea inuenta habet in nigrore uenas aurei coloris,  
 sudorem reddit croci, saporem uini, et Morion, quæ nigerrimo  
 colore translucet, uocatur. Promnion, Myrmedia, quæ  
 eminentias quasdam habet similes uerucis, et Myrsinutes, quæ  
 melleum colorem nigricantem habet, et Myrrha odorem. Me-  
 soleucos, quam nigram lineam alba distinguit. Nasomoni-  
 nites, quæ cum sanguinea sit, sciat nigricantibus uenis, et Ne-  
 brides libero patri sacra à nebridum eius similitudine ita ap-  
 pellata. Nebrides enim sunt damarum pelles, quibus uti uete-  
 res in Bacchi sacris solebant. nam νεβριδος dama est. Est ta-  
 men genus eius omnino nigrum, et Oleacum nigro feluum,  
 uiridemq; candidum habens colorem, et Ombria, quam  
 aliqui Notiam uocant, et Orites globosa specie à quibusdam  
 Syderites appellata, et Ophicardelos barbaro nomine, in qua  
 nigrum colorem binæ lineæ albe includunt, et Obsidiana  
 gemma dicta à similitudine Obsidiana lapidis, uel quod ex eo  
 fiat. Obsidianus lapis in India nascitur, et in Samnio Italiae,  
 et ad Oceanum in Hispania, maxime autem in ethiopia, un-  
 de cum primo inuenit Obsidius à quo appellatus est obsidia-  
 nus, nigerrimi coloris est, et aliquando translucidi, gemmas  
 quidam ex eo faciunt. Visæ ex eo fuerunt solidae imagines diui  
 Augusti, diciturq; ipse pro miraculo in templo Concordiæ Ob-  
 sidianos quatuor elephantos. uisa fuit et Obsidiana imago  
 Menelai. Ab hoc lapide uitrum quoque eiusdem coloris Obsi-  
 dianum est uocatum. Panchros ita dicta, quod sit aliud eti-  
 am genus ex omnibus coloribus constans. Pontica, quæ mo-  
 do nigra est, modo stellata sanguineis guttis, modo lineis distin-  
 cta, et Samothracia ab insula nomine ita appellata, nigra si-  
 ne pondere, ligno similis, et Borsycites in nigro ramosa candi-  
 dis, aut sanguineis frondibus. Syderopæalos, quæ nigra est  
 multis uariantibus guttis, et spongites à spongia similitudine,  
 hæc tamen interdum rufa inuenitur. et Tricus, quæ licet nigra  
 sit, tres tamē sucos refert, à radice nigrum, à medio sanguine-  
 um, à summo candidum. et tephrites, quæ nouæ lunæ spe-  
 ciem habet in cornua curuatæ, nigri, aut cinerei coloris, et ue-  
 neris crines nigerrimi nitoris speciem crinium habentes, et  
 Vicientina Veiis reperta albo limite nigram materiam di-  
 stinguente, et Zathene modo nigri, modo flauis electri colore,  
 et Hepatites teanori similis, et Dignus dei, qui à Syris colit-  
 tur. et Triophthalmos, quæ in Sicyone nascitur tres hominis  
 simul oculos exprimens, et Scorpius scorpionis colore, et Ae-  
 gomallias similitudine uilli caprini, et Hieracites à colore Ac-  
 capitris uocata, et Myrmecites, quæ innatam repentis formicæ  
 effigiem habet. μύρμηκα enim græci formicam nomi-  
 nant, et cantharias, quæ scabraeorum, qui ppe iudem græci  
 κάρβαρας uocant Scarabæos, et Lycophthalmos, quæ in  
 medio nigrum colorem habet candido anctum, et rutilo, et  
 sanguineo luporum oculis similis. et Taos cuius alterum ge-  
 nus Dauoni simile est, qui græce dicitur ταύρις. et Cya-  
 mea, quæ fracta sibi similitudinem præfert, quam græci κύ-  
 αμορ nominant, et Pyrites nigra quidem, sed attritu digi-  
 tos adurens, et Polytonos nigra multis tonis candidantibus, et  
 Melichros modo niger, modo flauus à mellis colore uocatus, et  
 Spartopolia polia colore contraria, et Chalates ærei aliquan-  
 do coloris, sed nigrioris. cæsius color dicitur, qui cæli speciem ha-  
 bet, dicitur quasi cælius. græce glaucopsis dicitur ab oculis no-  
 ctuarum γλαυξ enim noctua appellatur οὐκ νύ-  
 ξης, unde à nostris glaucus uocatur. Hinc glauci equi dicti, qui  
 felineis oculis sunt, uulgo glaucioli dicuntur. Virgilius, Glau-  
 cūq; color deterrimus albus, et giluo. Item Cæruleus, quasi cœ-

luleus. Vnde Cæruleum mare à cæli colore nominamus. Di-  
 citur etiam Cumatilis color, quod græci κύματα fluctus  
 uocant. Plautus, Cumatilem togam aut plumatilem. Item Cya-  
 neus, Vatro, cyanea penula amictus grassatur, dicitur et cya-  
 nus. Plynus, in nomine est, et cyani color, græci κυανός  
 dicunt. hinc cyaneus gemma appellatur ex aspidum genere  
 colore cæruleo, in qua inest aliquando et aureus puluis, sicut  
 Sapphirus aureis aliquando punctis collucet. cæruleæ enim sunt,  
 et Sapphiri, quannus et candidi reperiantur adamanti simi-  
 les colore. Sed qui Cyanei sunt, mares existimantur. Sunt iaspi-  
 des quidam smaragdus similes, alij glauca, alij similes æri, pro-  
 pter quod Aeri cysæ uocantur. Item boræ, quod celo autim-  
 nali matutino similes sint. Alij quos Sphragidas uocant, quo-  
 niam hi tantum optime signent. σφραγίς enim græci  
 signare dicunt. Alij qui uocantur grammæ, quod per trans-  
 uersum alba linea præcinguntur. Alij polygrammi, quod plu-  
 ribus lineis. Est et onycipuncta, quæ iaspionis uocatur uicis  
 imitata. Est et stellata ueluti fumo infecta, quæ caprias uoca-  
 tur, quod græci κάρπυον fumum dicunt. et Microtes por-  
 racei coloris, quæ lacte sudat, et Sagma, quam chaldei eodē  
 colore adhaerescens nauius habent, et polytrichos, quæ in  
 uiridi capillatur. Pictores cærulei coloris diuersa genera ha-  
 bent. Etenim in argenti metallis nascitur cæruleum, quod pro-  
 prie lmus est, optimum uocatur atticum, quod nunc transma-  
 rinum nominant, secundum marmorosum. Tertium à Scyro  
 Aegæi insula scyricum. Affertur et ex Germania, quod get-  
 manicum, siue lucidum uocant transmarinum, cum teritur in  
 quatuor colores mutatur, candidiorem, nigriorem, crassiorē, ac  
 tenuiorem. Ex cæruleo fit, quod uocatur Lomentum, persia-  
 tur Lauando, terendo ue, et est cæruleo candidius. Cærulei syn-  
 ceri experimentum in carbone est, ut flagret. Adulteratur  
 uiola arida decocta in aqua, succoq; per linteum expresso in  
 cretam erethriam apporitur, et indicium ex India supra  
 modum nigricans, et atramenti fere tenens colorem. Fit et  
 ex flore, quod in segetibus frequens nascitur. uiridis color, qui  
 maxime recreare oculos existimatur, à uiriditate succi folio-  
 rum porri, quæ summa est, prasinus dicitur. Nam græci  
 πράσιος nominant porrum. hinc uestes e uiridi lana prasina  
 uocantur. Plautus, Prasina cocina tyria. sicco, socos. mo-  
 nilia amisit. Item gemma quædam e uiridantium genere, ui-  
 liori turbæ Prasius dicitur, et aliud eius genus uirgulis tribus  
 distinctum candidis Chrysoprasius, paululum inclinans in  
 aurum. Dicitur et à nostris porraceus. Plynus, Heliotropiū  
 nascitur in Aethiopia. Africa cypro, Porracei coloris sanguine-  
 is uenis distincta, huius coloris sunt præcipue smaragdi, omni-  
 um lapillorum usui iucundissimi, quoniam nihil omnino uiri-  
 dius comparatum illis uiret. Præterea soli gemmarum im-  
 plent oculos, nec satiant. Quin etiam fissa alia intentione  
 acies, aspectu smaragdi recreatur. Propterea scilicet gem-  
 mas, hæc maxime uiridi lenitate lassitudinem mulant. Præ-  
 stantiores smaragdi pariter et translucent, et nitent, hoc est  
 colorem expellunt, et recipiunt aciem. Ferunt in Cæa Aegæi  
 maris insula tumulo hermiæ reguli iuxta cæarias marmoreo  
 Leoni oculos inditus è smaragdis fuisse, ita radiantibus in gen-  
 gitem, ut territi tynti resugerent, quod cum diu mirati piscat-  
 tores fuissent, tandem causa intellecta, mutare oculos gem-  
 mas. Tradunt Ismeniam choraulem smaragdon centum au-  
 reis denarijs emi iussisse, cum multas alioquin fulgentes gem-  
 mas haberet. cumq; ex ijs commutato pretio duo relati fuisset  
 ægre tulisse, seuissq; in emptorē. qm male curatum exi-  
 stimabat, qd detractū esset gemmæ dignitati. Fuisse aut in ea  
 gemma sculptam Amyonem. hæc Danaï regis filia fuit,



qua dum se in sylvis iaculādo exerceret. Satyrū percussit im-  
prudens. Qui in petu in eā factū, uim illi uoluit inferre. Qua  
propter implorato Nepanni auxilio, id ab eo passa est, quod  
a Satyro formidauerat. Itaq; prae gnans facta Nauplym pe-  
perit, quem postea constat in Euboia regnasse. Alex ander ma-  
gnus in smaragdo scalpi uoluit, sed non ab alio, quā a Pyrgo-  
te, sine dubio in ea arte clarissimo. Inter smaragdos sunt q-  
dam obscuriores, quos uocant caecos, alij archedonij dicuntur  
inter metalla aeris reperi uilissimi, minimeq; ydem fragiles,  
et colore incerti, ac uirentium in caudis pauonum, columba-  
rumq; collo plumis similes. peculiare in ijs uitium sarcion est,  
hoc est quaedam gemma caro, hinc iuxta archedonem smar-  
gditis uocatus. Est smaragdus in Arabia quem cholā uocant,  
et edificiorum ornamentis includitur. Est etiam inter smar-  
gdos tanos, ē Persis ueniens gemma in grate uiridis, et intus  
sordida. Itē chalcosmaragdos aeris uenis turbida. Scribit Theo-  
phrastus Regi Aegyptiorum a rege Babylonio missum smar-  
gdam dono, longitudine quatuor cubitorum, latitudine trium  
fuisse. Item apud eos est in Iouis delubro obeliscum ē quatuor  
smaragdis quadraginta cubitorum longitudine, latitudine ue-  
ro in una parte quatuor, in altera parte duorum. Item in Ty-  
ro Herculis templo statuum esse solidum ē smaragdo. Est  
pseudosmaragdus in Cypro inuentus ē media parte smar-  
gdis, ē media albis non dum humore in tonum transfigura-  
to. Tradunt etiam quidam in labyrintho aegypti Serapim col-  
losum fuisse ē smaragdo nouem cubitorum. Proximi huic co-  
lori sunt berylli, qui sex angula figura artificum ingenijs poliū-  
tur, gignuntur in India, raro alibi reperi. Probatissimi ex ijs  
sunt, qui uiriditatem puri maris imitantur. Proximi qui uocan-  
tur chrysoberylli, paulo quidem pallidiores, sed fulgore in  
aureum colorem exeunte. Quidam nimio pallore hyacinthi-  
fontes, alij heroides, alij erini, alij a colore olei oleagini uocan-  
tur. Postrema penē chrystallis similes, ac prorsus euanidi. Indi  
solos beryllos, quorum longore gaudent forma, praedicant ce-  
rere auro debere. et ob id perforatos alligant scitis elephantor-  
um. eos tamen, quoru perfecta bonitas est, non perforant. Vm-  
blicos statim capite eorum comprehendentibus. Ideo cylin-  
dros ex ijs facere malunt, quā gemmas, quoniam summa est cō-  
mendatio in longitudine. Similes quoq; opali sunt, in India si-  
militer genui, et smaragdus tantum cedentes. Est in his carbū-  
culi tenuior ignis. Anethystris purpurea fulgens, et smaragdi ui-  
rens mare. Magnitudo eius nucleum auellanam non excedit. Ob  
hanc gemmam ab Antonio proscriptus fuit Nonius senator, qui  
hunc ē foronis omnibus suis annulū abstulit secum, festertiuū  
uiginti milibus aestimatum. Dubiū maior ne Antonij luxuria  
fuerit, propter gemmam hominem proscriptentis, an Nonij con-  
tumacia proscripti potius, quā unam gemmam perdere sustine-  
ti. Hanc ob eximiam gratiam quidam pæderota nuncupau-  
re, quod pueri amorem significat πῶς enim puer dicitur  
pui amor, quamuis et alia gemma pæderos, quam supra  
diximus uocari sangonem. V iridis est etiā topazius reperi in  
Arabia insula, quae chytis uocatur, in qua trogloditae praedo-  
nes cū diutius fame, et tē pestate pressi herbas, radicesq; effode-  
rent, eruerūt topazion. Alij topazio insulā esse affirmāt in ma-  
ri rubro nebulosam, et ideo sepe quæsitam a nauigantibus, ex  
eāq; causa ita uocatum. τὸ πῶς enim trogloditarū lin-  
gua idem esse, quod quære re. Ex hac primum Berenicæ regi-  
nae portatam fuisse topazio a Philemone praefecto Ptolemæi  
regis, merēq; ei placuisse, et inde factam statuam Arsinæ  
Ptolemæi philadelphia uxori quatuor cubitorum, factam in  
delubro, quod aureum cognominabatur. Duo eius genera faci-  
unt praefidem hoc est porracium, et chrysopteron similem

chrysoprasio. Sola nobilium gemmarum limam sentit. cæte-  
ra saxo et cote poliuntur. Est et callis uiride pallens, quae et  
angites dicitur. nascitur in rupibus inuis, et gelidis praesertim  
cauasi montis, oculi figurā extuberans, leuiterq; adherens,  
nec ut adnata petris, sed ut apposita uideatur. Opannus in his  
color smaragdi. inclusae auro decorantur. Sunt, qui in Arabia  
inueniri dicant in nidis auium, quas melancoryphos nomināt  
inferius a nobis dicendas. est et Nilion colorem habens sum-  
mae topazii. aut aliquando malleae, est Prasius, et chrysoprasi-  
us, de quibus iam diximus, et malachites spissius uirens, a co-  
lore maluae, quae μαλάχη graece dicitur. Et balanites sub-  
uiridis, et corinthio similis ari, seicante mediam flamma ue-  
na. Et batrachites ranae uiridis similis colore, atq; effigie. Et ba-  
ptes huic similis, sed mollior. Et calorites, quae herbaei coloris  
est. Et choaspites a flumine dicta, uiridis, et fulgoris aurei et  
diadochos beryllo similis, et eumetres porraci coloris Belo-  
deo assyriorum sacra, et heliotropium, quae porraci coloris  
est, sanguineus uenis distincta, ex eo trahens nomen, quod deie-  
cta in uas aquae fulgorem solis accedentem percussit sanguineo  
mutat, extra aquam uero speculi modo solem accipit, de prehen-  
ditq; eclipsin subeuntē lunam ostendens. Tradunt magi hanc  
gemmam si quis gerat admista herba heliotropio inuisibilem  
esse, et horminodes, quae ex argumento uiriditatis appellata ē  
ambiente circulo aurei coloris ὀρνίθων enim a graecis or-  
nis uiriditatis uolens circulus appellatur, et hexecontalithos, quae  
licet ipsa quoque uireat in parua tamen multicolor est, ex quo no-  
men habet ἑξήκοντα enim sexaginta significat λίθων  
lapidem, quasi sexaginta colores habeat. Et Thracia, quae triū  
generum est, prima uiridis, secunda pallidior, tertia sanguineis  
cutis. et echites uiperæ similis, colore uiridi subobsuro, uiri-  
dis color chrysocolla est, humor in putris per uenas auri deflu-  
ens crasse sentente limo frigidibus hybernis, usq; in duritiam pu-  
nias, sed laudatior est in aerijs metallis, et proxima in ar-  
gentarijs. Inuenitur et in plumbarijs, uilior etiam auraria. Fit  
et artificio, sed deterior naturae. immixtus in uenam aquis to-  
ta hyeme usq; in lunium mensem, deinde siccat. Item herba,  
quae appellatur Lutea tingitur. Sic tinctam pictores orobitem  
uocant. Praeter hos ceteri fere omnes colores mixti sunt, et ex  
ruffo compositi, sed ita diuersi, prout rufum. aut intendunt, atq;  
aouunt, aut cum colore uiridi miscent, aut nigro infusant, aut  
uirensem in albo illuminant. Rubens et rufus generalia no-  
mina sunt ad omnia, quae quomodolibet rubent. etenim fuluus.  
flauus. rubidus. phaeniceus. rutilus. luteus. spadix ruber, seu ru-  
fi sunt, siue etiam rubri. A rubens fit rubeo. a quo rubesco, et  
erubesco, et rubescio, et rubescio nota significationis, et ru-  
bor. et rubedo, et erubescencia pro rubescatione, et ipso colo-  
re rubeo, et rubicundus rubore plenus. et ruber idem, quod  
rubeus, et Robus rubro colore. a quo robigo, de qua supra di-  
ximus. et Robigus deus. et robigalia. et robignosus. et ro-  
bur. et roboreus, quod ex robore est. et robustus. Item rubus  
ex genere fruticum aquaticarum, quod uirgulta eius rubeant.  
Spinosa est, et mora producit. genus eius rosae similitudinem  
habet, qui uocatur cynosbatus. Item aliud genus, quod graeca a  
loco appellant idæum. tenuior est ceteris, minoribusq; spinis,  
et minus aduncis. et rubidus, quod modo rubentem signifi-  
cat, modo scabrum, atque asperum. unde scortae ampullae ru-  
gosae, rubidae dici solent. Rubidus etiam a scabrie dicitur pa-  
nis secundo coctus, qui et a nautarum usu nauticus appellatur.  
Plautus, Exiguam bucellā rubidi panis. Plyn. Nauticus pa-  
nis tusus, atque iterum coctus sifit alium. et rubeta, quod in  
uepribus tantū, et iter rubos uinat, genus ranae est, quae graeci  
φειρον uocant, grandissima cunctarum, et ueneficiorum



plena gemina habens ueluti cornua, ueneni perniciosissimi, celeriusq; etiam, q̄ a spū interimens. Iuuē. Misceat sitiente rubetā. Idem, Ranarum uiscera nunquā inspexi. Mira de his magis tradidere, si in populum inferantur, silentiū fieri. officulo, quod est in dextro latere, in aquam feruentem deiecto refrigerari uas, nec postea, nisi exemplum fuerit, feruere, e sinistro uero latere officulo deiecto statim feruere. A pocynon id uocari amorem eo q̄ iurgis, si in potionem addatur, concitari. Democritus tradit, si quis uulgarī ranae uiuenti extrahat linguam, ita, ut nulla alia pars corporis adhæreat, ipsaq; in aqua dimissa illam mulieri dormienti supra cordis palpitationem imponat, quæcunq; interrogauerit, uera responsuram. Sed hæc ridicula sunt. illud uerum esse constat ranarū flumiatilum postiores pedes gratissimos esse in cibo. q̄ contra serpentis esse adiumento. q̄ rubia herba tingendus lanis, ac corijs idonea, uulgo nota, q̄ ubiq; nascens. item rubrica, quā graeci μάκρον uocant etiam Homeri tempore nobilitatem, licet non dum pictura esset in usu. tingebantur duntaxat ea nauigia. Home. τῷ δ' ἄμα κινεῖ τὸ πτόντο δὲ ὠδὸν αὖ τὸν τὸρὸν ποιοί. Nascitur per se rubra, minio proxima præsertim in insula Lemno, nec nisi si gnata uenundari olim solebat, propter qd̄ sphyragidem appellabant ἀπὸ τοῦ σφραγίσειν, quod si gnare est, hac minium adulterant, q̄ a ponto, ubi nascitur dicitur pontica. q̄ rubellum, minium subrubrum. Mart. Et uicentani bibitur fex crassa rubelli. Persius. Veientanumq; rubellū. Rubellæ etiam uites appellatæ. q̄ rubellæ uineæ, quod uinum ipsarū materia rubra sit. Plyn Proxima dignitas momentanis rubente materia, quapropter quidam rubellas appellauerunt uineas. Columella, uomentanæ uineæ nobilitate sequuntur amineas. fœcunditate uero etiam præueniunt. quippe cum se frequenter impleant, q̄ id, quod ediderint, optime tueantur. feracior est minor. nec ita rubet, ut maior. a quo colore rubellæ nunciantur eadem, quæ fecanæ, qd̄ plusquā cæteræ fecas afferant. Et Rubi Italicæ oppidum a ruborū frequentia. Horat. inde Rubi fessi peruenimus, q̄ a rufis rufū uerbum. Plyn. Eadem rufat et pillū, hoc est rubefacit. Ab hoc rufesco, hoc est rufus fio. q̄ rufus cognomen uiri. hinc rufili appellati sunt tribuni militum, non a populo, sed a consule facti. quod de eorum iure Rutilius Rufus legem tulerit, hi postea mutatione unius literæ Rutili sunt appellati rufi. seu rutili coloris. quoniam studiosæ erant ueteres Romanæ mulieres rutiliæ cognominatæ sunt. Idem etiam uiri rutili sunt appellati. Rubæ ergo uestes, q̄ rubræ, q̄ rufæ sunt rubei coloris. Mart. Roma magis fuscis uestitur, Galia rufis. Rutilæ, cum aliquid nigrioris habent admistū, quæ q̄ Hyacinthinae dicuntur, de quibus supra diximus. q̄ hisigne ab Hisge herba. q̄ ferrugineæ a ferri igni colore. Virgilius. Et ferrugineus hyacinthus, quamuis aliquando ferrugineus pro rubiginoso accipitur, q̄ ab ipsius rubiginis similitudine pro fusco. q̄ burræ, quia ueteres burrum rubrum dicebant. unde burranica potio appellatur, lac sapa mustum a rufo colore, q̄ rustici burram buculam nominabant, qd̄ rostrū habeat rufum. Pari modo rubens abo, ac potio ex prædio burrus appellatur, quæ omnia a graeco deducuntur. nam graeci τὸ ῥόδον rufum dicunt. Color uero, qui est inter rufum, q̄ nigrum, qualem in bobus præcipue cernimus, Helius dicitur, a quo heluacia genus ornamenti lydi a ueteribus uocabatur. Heluella uero uocabant olera minuta. quoniam helus, q̄ helusa ueteres dicebant pro olus, q̄ olera. Item balaustrina a flore mali punia, qui balaustrum dicitur, q̄ non modo medicinis, sed et uestibus tingendis utilis est, quæ sibi concoloris sunt. q̄ color ipse dicitur balaustrinus. Rubri coloris præter rubricam sunt minium, quod inuenitur in argentarijs metallis, magna in

ter pigmenti authoritatis. q̄ olim apud Romanos religionis. Quippe simulachri Iouis facies diebus festis minio illini solebat. item triumphantium corpora, sic enim fertur Canallus triumphasse, ob eam (ut arbitror) rationem, ut imperatores horribiliores uiderentur, quemadmodū Cæsar Britanos scribit Glasto se insicere, quo horridiores uideantur in bello. Glastum herba est plantæ gni similis. quæ Britanorum quoq; coniuges, nurusq; quibusdam sacris, toto corpore oblinuntur, nudæq; incedunt, Aethiopum colorem imitantes. Præterea minium unguentis coenæ triumphalis ad lauandas manus addebatur, q̄ censes Iouem minio insiciendum solebant locare. Aethiopum quoq; proceres toti eo tingebantur, eumq; deorum simulachris colorem adhibebant. Tradunt Minium a Callia atheniense primo inuentum fuisse, dum speraret ex rubente arena in metallis argenti aurum excoqui posse. arenam cœci colorem habere, hanc teri. deinde lauari farinam. q̄ quod subsidat iterum lauari. Quidam hoc magno errore annabarium uocant, cum proprie annabaris sit sanies draconis, merientium elephantorum pondere elisi. uriusq; animalis sanguine permisto. Constat enim elephantis frigidissimum esse sanguinem, ob id se uente astu a draconibus ex piti, quam ob rem mergi in amens, q̄ bibentibus insidiantes proboscide inuoluunt, atq; in aurem morsum defigere, quoniam is tantū locus defendi proboscide nequeat. Sic a draconibus totos elephantos ebibi, sicutos concidere, et dracones sanguine iebriatos elidere, ac utrosq; pariter commori. Proboscis est porrecta corporis pars inherens naribus, quæ excepto homine, in alijs fere animalibus inuenitur. Varro inuenisse se Erycū cum proboscide scribit in Elephanto dicitur manus, quod ea tanquam manu utatur. 30 Plynus, Resoluitur elephanti manu draconum nodos. Est q̄ alius d' mationis modus. Ab excelsa se arbore Draco in elephanti inijcit. Ille arborum, aut rupium attritum querit. Draco id senties alligat cauda, ille proboscide nodos resoluit, hic in ipsa nare caput condit, q̄ strandi uiam auferens cecat. Interdum petit oculos, ex quo fit, ut cæci plerunque elephanti fame contabescant. Proboscis ideo dicta, quod ante de pascat. Graeci enim ῥοβόσκου dicunt ante pascere Mijtura ergo illa ex duorum animalium sanguine Cinnabaris dicitur. Nec est alius color, qui in picturis magis proprie sanguinem reddat, ex antidotis, q̄ diuersis alijs medicinis utilissima, cum minium (quo pro annabari medici quidam utuntur) sit manifeste uenenum. A minium fit minio uerbum, quod est minio tingo, q̄ passiuum eius minior. Plynus, A censoribus in primis Iouem minio indum locari. a quo q̄ miniarī libri dicuntur, cum literæ maiores uersicoloribus fiunt. Item miniarie dicuntur loca, e quibus effoditur minium, sicut argentariae. q̄ aurariae, e quibus effoditur argentum, atque aurum, et miniarium metallum uocatur argentum, cum quo effoditur minium. Solebant ueteres minio clariore literas facere, uel in auro, uel in are, uel in marmore, etiam in sepulchris. Et sinopis inuenta primū in ponto q̄ a quo nomen habet Sinope urbe. Speciei eius tres, rubra, q̄ minus rubes, q̄ iter has media, eam, quæ ex Africa uenit Ciæculum appellant. Et Ochra, quæ fit exusta rubrica in ollis nouis luto circumlitis. Sinopidis ponticæ selibra silis luadi libris decet, et melmi graecijs duabus misis, tritisq; una p̄ dies duodecim, Leucophorum fit, hoc est Glutinum auri, cū induitur li gno. Inter gemmas autem rubeo colore sunt carbunculi, a similitudine ignium appellati, cum ipsi non timeant ignem, ob id a quibusdam uocati Apyrotes, Qui ex ijs, languidius lucet, Libycotes appellatur. Carhedonij sunt miore, et nigrioris aspectus, quibus signis dicitur uniolemus. est q̄ Anthraates appellata carbonibus similis. Miri,



quod lacte uelut intermotui extinguuntur, contra perfusi aqua magis exardescunt. Cognata carbūculo est sandastro, quam aliqui Garamantidem uocant. habet uelut intransilucido stellanteris intus aureas guttas, et ferè hyadū numero. quidam et sandastem nominant. Nicator Sandaphorion, alij Sandareson nuncupauerūt. Ex eodem genere et Lychnites est appellata a lucernarum accensarū præcipua gratia. probatissima in India nascitur, quā quidam remissionem carbūculū esse dixerunt. Secunda bonitate est Ionis appellata a præclaris uoluarum oribus. Nam græci ἰον uolā nominant, hæc a sole, aut digitorū attritu ex calcata paleas, et chartarum fila ad se rapit. Et Charchedonius, quæ idem facere dicitur, quæ sit multo uulior, nascitur apud Nasamonas in montibus, ut uolæ putant, imbre diuino, iueniturque ad repressum lunæ maxime plenæ. Potoria uasa ex hoc lapide fieri consueuerūt, nostra quoque etate aliquando uisa. Scalpturæ contumaciter resistit, præterquam ceræ retinet semper. Et Sarda, quæ e contrario signando utilissima est gemma uulgaris, et primum Sardibus reperta. Sardis plurimum numero urbs Lydia est, regia olim Cræsi lydyrum regis, sed laudatissima in Babylonia. alterum eius genus demum uocatur a pinguedine. Cræca enim ἄνυον pro pingui accipiunt. Homerus hoc frequenter utitur. a quo ἄνυον appellatur. Nec fuit in usu antiquorum gemma ulla frequentior, ut Menandri fabulæ testantur. ab hac et onyx, de qua supra diximus. alia gemma Sardonyx appellata cando rem habens in sarda, quasi ungue hominis carnibus imposito, et utroque translucido. Placere nostris ob id maxime cepit, quod sola prope gemmarū scilicet non auferat cerā. Indi perforatis unguentur in collo. Claudius Cæsar Smaragdo in primis uti solebat, atque Sardonyx, primus aut romanorū Sardonyx usus est prior. A fricatis, deinde Romanis celeberrima fuit. Persius, et naturalia tendē cū Sardonyx albus, in uue. Ante pedes ideo conducta Paulus agebat sardonyx. Hinc qui sardonycem gestat, dicitur sardonyxiatus sicut ab annulo annulatus. Mart. Rufe uidet illum subsellia prima tenentem Cuius et hinc luces sardonycata manus. Hanc gemmam fuisse tradunt, quā Polyocrates tyrannus, cū ei omnia in uita secunda succederēt, nec unquam aliquid aduersi, quo semper fueratis, atque ita insidiatis fortunæ inuidiā ex parte, annulo ligatam, nauigio in altum mare proiecit, manu sua deiecit in profundum, saltē hoc modo in uita aliquādo doliturus, At fortuna nec flecti, nec mulcari facili, id passā non fuit. Et enim pisce eximie magnitudinis eo die capto, regiū in conuiuio oblato, annulus, quem dum mergeretur, deuorauerat, summo omnium, qui aderant strepore restitutus est, uentriculo piscis dum scinderetur inuentus. Visa postea Romæ hæc gemma fuit in Concordiæ delubro cornu aureo Augusti dono inclusa, Et hyacinthus rubro colore diluto flori. a quo nomen habet, oppido quæ similis et Chrysolāpu noctu ignei coloris, licet die palleat. Et Eupetolos igneū in primis colorem habens, sed cæruleo, et uinij, ac mali coloribus admixtis. Et gorgonia, quæ nihil aliud est, quæ Corallium, ita appellata, quoniam corallium extractum aquis ex ligno durefcit in lapidem, quomodo Gorgonis capite ostenso cuncta lapidescere solebant. Noctē est Persei, ac Gorgonis fabula, de qua inferius differemus. Corallium in mari rubro gignitur, et in persico, quod uocatur iace. Laudatissimum in Gallico sinu circum archadas insulas, et in siculo circa Drepanū, et ante Neapolim, et ante Corniculum hoc quoque tempore. forma ei est fructus. color uiridis, bacæ candidæ sub aqua, et molles. Exemplæ confestim durantur, et rubescunt, quasi corna satiuæ. Aut tactu, dum uiuit, prorsus lapidescere, propter quod euelli retibus, ac ferramento præcidi. Hæc de causa corallium, quasi che-

ralium uocatum putant ἀπὸ τῆς χερσός, hoc est a manu, quod ea tactum lapidescat. quidam tamen potius ἀπὸ τῆς χερσός dictum uolunt, quod congestum quid, ac testaceū significat. Probatissimum eximie rubet, et quā ramosissimum est, nec scabrosū, aut lapideum. religiosum id gestamen putant, et infantie pro amuleto alligatur. bacæ quoque ex eo faciunt, quibus et in numerandis precibus sacris, quæ sacre bacæ, siue per diminutionem sacre bacule dicuntur. et in collo pro monili utuntur. et Hepisthites, quæ speculi naturam habet, in reddendis imaginibus, quæ quæ rutila Experimentū eius est, si feruentem aquam addita statim refrigeret, aut si in sole posita aridam materiam accedat. Et hæmatites sanguineo colore in Aethyopia principalis. et meconites, quæ florem syluestriū papaueris exprimit. et Nymphærena urbis et gentis persicæ nomen habens similis hepisthitæ. et telicardios colore cordis, persis maxime grata, quam maculā appellant. et caranias marini cancri colore. et triglites colore triglæ, hoc est muli. Cocanus uero color est, qui exuberantiam quandam, ac splendorem ruboris ostendit dictum a cocco, quod latine granum dicitur. est enim coccus ueluti granum, quod uel ex arbuscula ilia simili, uel ex rubenti gramme nascitur olim in Galacia a fricat, ac Lusitania. Postea et in Gallia trās alpina, nunc etiam in Peloponneso, atque alijs Græciæ locis. hic et spadius, et phænicus uocatur, quod nō dissimilis sit fructui palmæ arboris nondum sole inæcto. Spadius enim græci nominant amulsum è palma cum fructu ramum. φωνίξ uero palma appellatur. a quo græci φωνικὸν phanicū uocant. Hinc cocina, et cocinæ uestes dicuntur. Mart. Cocina famosa donas, et ianthina mœchæ. idem color roseus, a Rosarum similitudine dicitur. a quo et roseus pannus, et roseæ uestes appellantur. Plyn. Asini a cotu spuma collecta roseo panno, et inclusa argento uenerem stimulat. Rosa notissimus flos è spina nascens, siue rubo. Cernit primo inclusa grano so corticæ, quo mox inuiescente, et in uiridens alabastris fastigato, paulatim rubescens dehiscit, ac sese pandit in medio calicis sui complexa luteo apice. Ex hac fit oleum, quod rosacum dicitur, fuisseque in usu a Troianis usque temporibus testatur Homerus ῥοδῖντι δὲ χερσὲν ἰλάω, hoc est, roseo quoque unxit oleo. Item unguento quoque imponitur, de quo superius diximus, et mensarum delitijs. Quæ ardentissimi coloris est, non excedens duodena folia, mulesia dicitur. proxima minus rubens Trachinia. uulior albicantibus folijs alabandica. Viliissima pluribus, et minutissimis sicionia. Est quæ a foliorum multitudine centifolia uocatur, quæ nec odore, nec specie probabilis habetur, nec coronis a ueteribus adhibebatur, præter, quæ ad extremos uelut cardines. Est et quæ græcula appellatur a nostris, a græcis lycnū, non nisi in humidis proueniens, nec unquam excedens quinque folia, uolæ magnitudine, colore nullo. Alia græcula funditur è caule malleolaceo, folia oleacea habens, moscheuton uocant. μοσχάματα enim propagnes uocantur. inter has media magnitudine autumnalis est, quam uocant coroneolam, omnes sine odore. A rosa rosetum, et rosarium deducuntur, hoc est copia fructuum uno loco rosas gignentium, et roseum. unde roseus color, et roseus odor, et roseus pannus. et roseæ, hoc est purpuræ genæ. et rosalia coronæ è rosis factæ. Rosa græca ῥόδον dicitur. unde Rhodinum unguentum, et crimorhodon liliij generis rubens, quod græci ῥόδον uocant. et rhododendrosi, quod ne nomen quidem apud nos inuenit latinum. Rhodophanen uocant, aut nerium. frutex est folijs amygdalæ, sed maioribus, et pinguioribus, semine patenti ut cornu. intus lana est similis hyacintho, radix oblonga, quæ



fta salsa. angusta nascitur locis aquosis, & humidis, et Rhoda  
 ra herba, quae caulem habet uirgae siculneae, modo geniculata-  
 tum. folia uirtice in medio exalbida, eadem procedente tempo-  
 re tota rubentia, florem argenteum ad similitudinem rosae. hu-  
 ius coloris iter gemmas est amethysti genus, de quo paulo mox  
 dicemus. & mirax rosae colore, quamuis solis radijs opposita  
 uersicolor sit, & telirrhizos, quae in colore cocino candidis  
 radiabus spectatur. reperitur tamen, & coloris cinerei. & rho-  
 dites a rosa uocata. Graeci enim ῥόδον rosam nominant.  
 Purpureus color est, qui nigricantis rosae splendore subluet.  
 Ceterorum omnium colorum gratissimus, & tingendis uesti-  
 bus maxime ex petitis, a purpura uocatus. Purpura enim pi-  
 scis est ex concharum genere, uiuit annis septennis, latet circa  
 canis ortum tricenis diebus. Congregatur uerno tempore, mu-  
 tuoq; attritu lentorem quandam ueluti cerae emittit, sed nobi-  
 lem illum succum ad tingendas uestes in medijs fauibus ha-  
 bet, minimum liquoris est in candida uena. reliquum corpo-  
 ris sterile est. Uiuas conantur capere, quia florem illum mori-  
 tes cum uita euomunt. Lingua purpurae est longitudine digita-  
 li, duritia tanta, ut reliquas conchas a caeco perforet. aqua dul-  
 ci, & sicubi flumine mersa fuerint, facile necantur. alioquin  
 quinquagenis diebus uiuunt captae, & salua sua nutriuntur.  
 crescant celerime omnes conchae, sed purpurae praecipue, an-  
 no magnitudinem implent. Maioribus purpuris detracta co-  
 cha auferunt succum. minores frangunt Tirij, & ita eorum  
 rorem exapiunt, qui a loco Tirius dicitur, quanquam in alijs  
 quoque locis id fiat. dicitur etiam Bucinum, quando duo huius  
 modi concharum genera sunt. Bucinum minor concha, ad si-  
 militudinem eius Bucini, quo sonus editur. a quo nomen ace-  
 pit, quod rotunditatem oris in margine incisam habeat. Purpu-  
 ra rostrum habet caliculatim procurrrens, & clauatum usque  
 ad turbinem, aculeis in orbem septenis, qui non sunt. Bucino,  
 sed utriusq; tot orbis sunt, quot habent annos. bucinum non nisi  
 si petris adheret, & circa scopulos semper inuenitur. Purpu-  
 ra a Pelago pelagia uocatur. a quo & succus eius pelagium  
 dicitur, sicut succus Bucini dicitur Tirius. pelagiarum alia lu-  
 tenses a luto, in quo uersantur. alia algenses ab alga. alia cal-  
 culosae a calculo maris. alia dialutenses, quae uario soli genere  
 pasuntur. utriusq; succus ab artificibus decoquitur, atque ex-  
 pumatur. dein lana tingitur. Bucinum per se damnatur, quo-  
 niam succum habet remissorem, pelagio admixtum dat ei as-  
 steritatem illam, nitoremq; qui queritur, rosam, sic alterum  
 altero exatatur. Summa laus huius coloris est, si sanguini con-  
 creto similis sit, aspectu nigricanti. Quapropter Homerus  
 πορφυρον αίμα; hoc est purpureum sanguinem uocat,  
 hinc uestes purpureae dictae, & tyria a loco, ubi purpura fit,  
 & color ipse a matre uocatur purpura. a quo purpurissimum di-  
 citur, coloris factitij genus, quo utuntur pictores, fitq; e creta  
 argentaria, & cum purpuris pariter tingitur, bibitq; eum co-  
 lorem celerius, quam lanae. & quoniam purpura graece πορ-  
 φυρα uocatur, porphyriacus quoque pro purpureo accipitur.  
 Ouidius, Et porphyriacas figere labra genis. & porphyrites  
 lapis in aegypto rubens, candidis interuenientibus punctis, pro-  
 pterea leucostichos appellatus, quod λευκός album dicitur,  
 σίτερ pungeret. Item porphyriticus, hoc est ex por-  
 phyrice lapide. et Porphyris insula in laconico mari sita, quinq;  
 millibus passuum a malea promontorio distans, eadem postea  
 cythera dicta. & Porphyrio uis, quae sola morsu bibit om-  
 nem cibum aqua subinde tingens. deinde pede ad rostrum ue-  
 luti manu afferens, crura huic praelonga rubent, & rostra.  
 Mart. Nomen habet magni uolucris tam parua giganteis. et no-  
 men Prasinus purpurionis habet. Constat sane inter gigantes du-

os, praecipue principatum obtinuisse Porphyriorem, & Alcio-  
 neum Prasinus quoque aurigae, cuius in Nerone Tranquillus  
 mentionem facit. Prasinus purpurio dictus est. Murex quoque  
 genus conchae a purpura diuersum, licet similiter uerno tem-  
 pore congregetur. & lentorem quandam saluet, latetq; circa  
 canis ortum. Idem & conchilium per excellentiam dicitur. Ply-  
 nius, Conchilia & purpuras omnes ora atterit. unde uestis  
 tincta murice conchylia dicitur. Idem, in cochylata ueste ca-  
 tera eadem sine bucinio. Ponitur tamen conchilium, et pro ipso  
 colore, sicut purpura, murexq;. Idem, Concharum ad purpu-  
 ras, & conchylia eadem quidem est materia. Item pro genere  
 ipso concharum, a quibus nomen sumpsit. Idem, Lingua pur-  
 purae longitudine digitali, qua pasatur perforando reliqua co-  
 chylia, murice, siue conchylia cruor grauis in sacco est, color  
 austerus in glauco. & irascenti similis mari, id ostrum di-  
 citur, ab ostreis. Quapropter conchylium muricem. ostrum. in  
 eadem significatione accipimus. Virg. Tyriog; ardebat muri-  
 ce lana. Idem, ut gemma bibat, & sarrano dormiat ostro.  
 Iuue. Horum ego non fugiam conchylia, hoc est luxuriosas ue-  
 stes, et murice infectas. Sed horum nominum ratio reddenda  
 est. Inter pisces quidam crusta fragili muniantur, ut sunt lo-  
 custa. & cancri. Locusta sunt, quae reptantium more stant  
 recto meatu, si non sit metus, cornibus ad latera porrectis. pau-  
 da uero isdem erectis in latera procedunt. & inter se corni-  
 bus dimicant, dictae a similitudine terrestrium, ac uolucrum  
 locustarum, quae oua in terra pariunt, cum pepererint, statim  
 matres innascente circa fauces uermiculo strangulantur, eodem  
 tempore obeunt mares. haec serpentem quoties libuerit, singula  
 necant, fauibus eius morsu apprehensis. Aristoteles. πολλα  
 δὲ καὶ τῶν ἀρπίδα ἰωράκων ἵτι δὲ τὰν μάχων τοῖς ὄφρα ἰτι-  
 λα μὲν ἀντα τοῦ τραχίλου, hoc est, multi autem, & locustis  
 uiderunt, quando aduersus serpentes pugnat, eorum fauces ap-  
 prehendere. non nascuntur locustae nisi in planis, & rimosis  
 locis. in India longitudine trium pedum esse traduntur, cruri-  
 bus earum, atq; feminibus. cum iauerint pro ferris utuntur.  
 Aliquando gregatim sublatae uento in stagna, seu maria dea-  
 dunt. Longinqua etiam aequora traesunt, plurimum dierum in  
 nere continuato, tanto pennarum stridore uolitantes, ut maio-  
 res ues uideantur. ingentem se penumero missibus iacturam  
 afferunt, tactu multa adurentes, unde nomen habent. morsu  
 uero cuncta, atque etiam tectorum fores erodentes. Appuliam  
 maxime ex Africa infestant. In Cyrenica lex est, ut ter anno  
 debellantur, & in eum, qui cessauerit, desertoris pana sanata  
 est. primo itaq; oua earum obtulerunt. secundo factum. tertio adul-  
 tas. In insula Leno certa mensura praescripta est, quam singuli  
 necare, & ad magistratus referre debeant, habentes ob id in  
 ueneratione grauculos, quod aduerso uolatu illarum exitio oc-  
 currant. In Syria quoq; militari imperio necare eas mos est. Par-  
 thi eas in cibo sumunt. uocem ab occipio emittunt, ubi in com-  
 missura scapularum habere quasi dentes existimantur, q in  
 ter se terendo edant stridorem. Nefas est credere diuum Ioan-  
 nem, quae Reges nostri praecursorem merito uocant huius abi-  
 m puritate usum in Heremo fuisse. Causa autem erroris hinc  
 fluxit, quod graeci ἀρπίδες modo locustis uocant. modo  
 sumitates herbarum, siue arborum, hoc est teneriores partes,  
 & quasi quosdam cauliculos, qui sumi in cibo solent. unde  
 ἀρπίδες graeci dicunt, hoc est summa decerpere. Interpret  
 igitur pro cauliculo locustam posuit. Nec me latet ab historicis  
 tradi, gentem quaedam esse in India, quae Pandore appellatur  
 annos ducentos uiuentem in inuenta caedido capillo, in fenestrate  
 nigro, contra alia quadragenos non excedentem annos, quorum  
 uxores semel pariunt, Locustis eos alii, & esse perniciis. Sed a-  
 bo tam



bo tam immundo uixisse sanctissimum uirum, mibi certe parū  
credibile uidetur. Cancrī distinguntur in amarus. acruos. as-  
chor. paguros. heralcoicos. leones. & quaedam alia ignobiliora  
genera. Sunt & in phoenice hippiae uocati tantae uelocitatis,  
ut consequi eos impossibile sit. octonos cancrī pedes habent, om-  
nes in obliquum flexos, bina brachia cum forcipibus denti-  
culatis. superior pars mouetur. Inferior est prorsus immobilis.  
Coctae crustam paulo duriores habent. Suntq; & Aquatiles,  
& terrestres exerentes sese domatilis, quoniam oculis ca-  
rent, binis corniculis iter praetentantes. Firmioris uero testae pi-  
sces Conche, & Ostrea dicuntur. conche dicuntur, quae testam  
lenē habent, ac politam, siue uniforniter rugatam, siue denti-  
culatam. Ostrea uero, quae asperam, scabramq; quamuis ge-  
nerali nomine ostrea quoque conche uocentur. Item quae ex  
uno tantum latere testam habet. altero scopulis, aut lapidibus,  
aut alteri materiae adherent. Nam testae ipsae duriores proprie  
conche dicuntur, quales sunt colearum. Onidius, ostreaq;  
in conchis tuta suere suis. Cicero de pinna loquens. Duabus  
gradibus obliqua conchis, Columella implicatus conchae limax.  
Vnde uasis quod genus concauum, ac superius patulum ab his  
conchae similitudine concham uocamus. Plyn. puluis semper  
in annos digeritur, et ex aceto maceratur, ut omnis duritia sol-  
uatur, ac rursus uinditur, deinde lauatur in conchis, sicuturq;  
Hinc etiam conchis dicta est faba cum cortice suo elixa, ad dif-  
ferentiam fabae fresiae, quae sine cortice coquitur, a similitu-  
dine uidelicet concharum. quod confracto cortice, uelut impli-  
catis conchis suis carum uideatur. Martialis. Si spumet ru-  
bra conchis tibi pallida testa. Lutorum coenis saepe negare po-  
tes. Est autem concha graecum uocabulum, quippe graeci νό-  
ζα concham dicunt νόζαλιον muricem νόζαλίον  
muricum collectorem. Itaq; purpura inter conchas potius nu-  
merabitur, murices inter ostrea ob scabriam corticis, quae pro-  
pter & murex pro saxo aspero ponitur, diciturq; ab asperitate  
murorum. Virgilius. Et aceto murice reme obnixi crepuere.  
ostrea uero, similiter a graeco appellata sunt. Nam sicut nos a  
testae tejudinem uocamus, siue animal, quod ueluti testa tectum  
est, siue id genus edificij, quod ex testa est compositum, uel ad  
testudinis similitudinem factum, sic graeci ὀστρακὸν ἀπὸ τοῦ  
ὀστρίας nominauerunt. ostrea cum quippe testa a graecis uo-  
catur, unde Testaceum puumentum, uulgo nunc ostracum uo-  
cant, & ostracina suffragra Atheniensium dicebantur, quod  
Athenienses ea in sigillis uasis dare consueuerunt. hinc ostrea  
tum pro duro, atque aspero accipimus. Plautus. Itaq; iam quasi  
ostreatum terquam ulceribus gestat. & ostris, siue ostria uocatur  
arbor, quae solitaria nascitur circa saxa aquosa, similis fraxi-  
no cortice, & ramis, & folio, pilis tamen paulo longioribus,  
crassioribusq; ac rugosis inasuris, materia dura, atque firma,  
qua in domū illata, difficilis partus fieri, mortisq; miseris,  
ueterum superstitio existimauit. Dicuntur etiam foemino ge-  
nere ostreae. A. Cellius ostreae senescēte luna inuheres. macrae  
temes. exute sunt. Crescente luna pinguescunt. hic abus in de-  
litij semper habitus fuit, & palma mensarum hodie quoque  
ostreis datur. Gaudent dulcibus aquis, in petrosis tamen gignū-  
tur. Grandescunt crescente luna, sed priuatim circa initia aesta-  
tis multo lacte praegnantia, praecipua habentur, quae spissa sunt,  
nec salina sua lubrica, crassitudine potius laudantur, quam la-  
titudine. Spondylus dicitur callosum illud rotundum albicans,  
quod intus habent in medio, a similitudine spondyli, quod nos  
uerticulum dicimus, appositum suis. ut melius nendo uertan-  
tur. nam reliqua atro circumsparsa Lacina dicitur. Meliora  
sunt, quae spondylum breuē habent, nec carnosum, nec fibris  
lacinosum, ac totum in alio generosiora etiā existimantur am-

biente fibras purpureo crine. Parata appellantur, quia cruda  
meliora sunt. Gaudent peregrinatione. Brundisina in Auer-  
no meliora sunt. contra ista & suum retinere succum, & a  
lucrino adoptare existimantur. In indicō mari pedalia inue-  
niri prodiderunt. nomenclator nepotis cuiusdam inter ueteres  
Romanos tridacna ostrea appellauit, tantae amplitudinis in-  
telligi cupiens, ut ter mordenda essent. Sicut enim mor-  
dere est. ostrea stomachum mirifice reficiunt, fastidio meden-  
tur, molliunt aluum leuiter, cocta cum mulsō tenuissimum, qui  
10 sine exulceratione sit sanant. uesciarum ulcera repurgant. Ci-  
nis concharum dentes polit, ideoq; inter dentifrica numerat-  
ur. Dentifricum enim uocamus, quod fricando dentium ru-  
biginem tollit. Sicut Dentiscalpium, quo scalpuntur dentes, ut  
penna, lentiscus, & similia. Martialis. Lentiscum melius, sed si  
tibi frondea cuspis defuerit, dentem penna lenare potest. Ab  
ostreis ostrearius panis dicitur, quo ueteres cum ostreis uesci so-  
lebant. Varia sane panis genera apud ueteres fuisse. Aliquan-  
do ab obsonijs nomen habebat, ut ostrearius. Aliquando a de-  
litij, ut Artolaginus. nam graeci ἀρτολαγον γαλεονεμ. λα-  
20 γονεμ luxuriam dicunt, & ab hoc lagana, quae ex candida  
farina fiunt. tenuissima ad patinarum usum. Quidā a lag-  
nis potius dictum Artolaginum putant propter candorem. nō  
nunquam a festinatione, ut speusticus ἀπὸ τοῦ σπείδειν, quod  
accelerare significat. hic qualis sit, docet Cato, speusticum pa-  
nem sic facto, Manus, mortariumq; bene lauato. Farinam in  
mortarium indito. aquā paulatim addito, subigitoq; pulchre,  
ubi bene subegeris, defingito, coquitoq; sub textu. Saepē etiam a  
coquendi ratione, ut Furnaceus, qui in furno coquitur. subcine-  
ricus, qui sub cinere, Focacius, qui in foco. Artoptisus, qui in  
30 clibano. licet enim κλιβανος hoc est clibanus apud grae-  
cos furnum significet, nos tamen clibanum uocamus instrumē-  
tum, quo aliquid coquitur sub textu, quod ex ferro fieri solet.  
Saepē etiam operae sigulino. Plyn. Lini cortices clibanis, & fier-  
nis praebent usum. mulieres, quae ita panem coquebant, arto-  
ptae nominabantur. ἀρτος enim panis est. ὀπῶν coquo.  
Plaut. Dromo desquama pisces, tu Macherio congrum, mare-  
nam ex dorsa quantum potes, ego hic artoptam ex proximo utē-  
dam peto. Plerunq; etiam ab ijs, qui eo utuntur, nomen habet,  
ut parthicus, quod a parthis aduectus sit, alij hunc Aquati-  
40 cum uocant, quoniam aquam trahit obtinuem, & spongiam  
inanitatem. Item panis militaris, quo milites in expeditione  
utebantur. qualis hic esset, indicat. Plynus. Lex (inquit) natu-  
rae certa est, ut in quocunq; genere pani militari tertia portio  
ad grani pondus accedat. Saepē etiam ab ordine. hinc Prima-  
rium panem, & secundarium dicimus. Suetonius de Augusto.  
abi minimi erat, ac ferē uulgaris, secundarium panem, & pi-  
sciculos minutos, & caseum bubulum manu pressum, & fi-  
cus uirides biferas maxime appetebat. Horatius. Viuat sili-  
quis, & pane secundo. hic etiam abarius panis appellatur, hoc  
50 est uulgaris, & qui omnium abus est. Nonnunquam ab ipsa  
specie panis, unde secundo coctus a scabricae Rubidus uocatur,  
idem dicitur nauticus, quod eo utuntur nautae, quia diuturnior  
est, nec tam facile contrahit situm. Interdum etiam a tritici gene-  
re. Vnde Sitanius panis dicitur ex nouo frumento. intra trime-  
stre a tempore messis factus. Graeci enim σίτων frumen-  
tum dicunt. uior nouum. hinc σιταριος quasi σίτος  
uior. Item, triticeus panis ex tritico. Hordeaceus ex hordeo.  
Siligineus ex siligine. fermentatus praeterea panis dicitur, qui  
fit addito fermento. Graeci ab ipso tritico ἀτόχυρον nomi-  
nant, sicut e contrario ἀζυμος hoc Azimum sine fermen-  
60 to. ζυμὴ enim fermentum uocatur. Panis autem, ut V ar-  
ro existimat, a pascendo appellatus est. unde & Pappa deducit



itur, qui proprie cibus est puerorum, unde fit Pappo uerbum, hoc est edo, cibum sumo. Plau. Nonno liberto opus est, quod pappet. Pl. pappabit, praebebo cibum. A panis panifex deriuatur, qui panem facit, & panificium ipsa panis factura, & panificae mulieres, quae faciunt panem. et Pashillus, quasi paruus panis per diminutionem. Panibus ueteres redimebant caput equi immolati, quando Idibus Octobris in Campo martio sacrificium fiebat, ob frugum euentum, & equus potius, quam bos immolabatur, quod bos frugibus parandis est aptus. Item a panis Pando uerbum, ut Varro existimat, quod significat aperio, patefacio, quod apud ueteres, qui ope indigeret, & ad asylum Cereris confugisset, panis ei dabatur. pandere itaque dictum est, quasi panem dare, & quod nunquam finum tabulis clauderetur. pandere pro eo, quod est aperire usur patrum. ab hoc Pandana porta Romae dicta, quod semper pateret. Virgilius. Et pandas ratibus posuere carinas. Et Empanda ueterum dea, quod rebus patentibus praesisset, et Pandiculari, quod est toto corpore ositate, atque extendi. a quo pandiculatio huiusmodi ositatio, & pandicularis dies. qui & communicarius dicebatur, in quo communiter omnibus dijs sacrificabatur. Et panticos fluxus uentris, quod uenter patitur. Et composita expando notae significationis. a quo ex passum dicimus extensum. Et propando eiusdem significationis. Et Repando. a quo Repandum dicitur, quod retrorsum patet. Quidam etiam a pane panum dictum existimabant, ob formam, ac rotunditatem. Etenim panus trame inuolucrum, quo panis texuntur. a quo pannula, & pannicula per diminutionem dicuntur. Lucretius. Foris, sub tegminis panus est. Plinius. e ramus praearum arborum instar panicularum nucamenta squamatum dependent. Ab huius similitudine etiam tumor inguinum panus appellatur. A franus. Quam plenam papula. panum. Tympanum. Ponius. Qui miserum miserorem reddidit, quam panus puerum. pueri enim difficilius patiuntur hoc genus morbi. Plinius. Et laterium. parondas, et panos sanat. parotis apostema est secundum aurem. Nam graeci παρὰ dicunt ad, extra aurem. A panio autem, hoc est trame inuolucro pannum putant appellatum, a quo pannosus dicitur uili, ac sordida ueste indutus, & panno potius tectus, quam ueste amictus. Apuleius, pannosus. squalidus. capillator solito. & panneus, quod ex panno est, unde panneae uestes dicuntur. sicut laneae, & bombicane, & panniculus paruus pannus. a quo pannicularia (ut Vlpiano placet) appellantur ea, quae in custodia receptus secum attulit. ut uestem, quam indutus fuerit, qui ad supplicium dicitur, aut numos, quos uictus sui causa habuerit in promptu, aut leuiter annulos, hoc est qui rem non excedunt auroreorum quinque. Sed, ut ad propositum redeamus, Muricius, siue Conchylij liquor, qui & ostrum dicitur, temperatura artificis adhibita, ferè purpureus fit, hoc est in uiolaceum tendens. Sed haec apud auctores saepe confunduntur, Muricem, & ostrum, & Tyrium pro purpura ponentis. Ab ostrum ostrinae uestes, hoc est purpureae dicuntur. Turpilus. Interea inspexit uirginem uictari in capite riculam indutam ostrinam, hic indutus Supparum. Eadem Sarrane, hoc est Tyriae uestes uocantur. Quod sarran olim tyrus dicebatur. Iuuenalis. Aut pictae Sarrana ferentem Ex humeris aulae togae. Virgilius. Et sarrano dormiat ostrum. Sarnus uero fluminis est Campaniae oriens a Sarno monte. a quo Sarrastes populi cognominati. Virgilius. Sarrastes populus, & quae rigat a quora Sarnus. Sarracum uehiculi genus est, quo ligna, & lapides uehi consueuerunt. Iuuenalis. Longa uiscat sarraco ueniente abies. Purpura in uiole colorem tendens uiolacea dicitur. Cornelius Nepos. Me iuene uiolacea purpura uigebat. Plautus flamma

ri uiolari ueste. a quo uiolarij dicuntur, uiolacei coloris infectores, huic successit Dibapha tyria. hoc est purpura bis tincta. Ais enim apud graecos significat bis, βασι tinctura. reprehensus est Lanius Spinther adilis curulis, quod primus hoc genere in praetexta usus fuisset. Eadem dicitur ianthina. Graeci enim cum cetera uolarum genera proprijs nominibus uocent. ut ἰὼν μέλαινα uiolam nigram ἰὼν λευκὴν uiolam albam ἰὼν ξανθὴν uiolam luteam, solam purpuream generali uocabulo ἰὼν ἄσπερον appellant, hoc est uiolam florè. Hinc igitur ianthina dicimus. Martialis. Coctina famosae donas, & Ianthina mæchae. Plinius, ex ijs uolis, quae sponte apricas, ac macris locis proueniunt, purpura latiore folio statim ab radice carnosae exeunt, solaeque graeco nomine a ceteris discernuntur appellatae ita, ut ab his ianthina uestis. Item Amethystina appellatur, a colore gemmae, quae dicitur Amethystus. haec purpurea est, & colore uiole, dicta Amethystus, quasi minime ebria ἀπὸ τοῦ α privatiua particula, & μὴ εὐδαι ebrius. Ratio autem nominis est, quod, cum usque ad uini colorem accedat, prius tamen, quam eum degisset, in uiolam desinit. Quamuis Magorum uanitas resistere hanc gemmam ebrietati promittat, ideoque uocatae Amethyston. fulgor quidam in ea purpurae est non ex toto igneus, sed in uini colorem deficiens, & uiole similis. huius coloris similitudinem tingendo reddere officinae conantur. Alterum earum genus ad hircynthos descendit, quem colorem Indi Saron appellant. & talem gemmam Sacondion. Diluitor ex ea Sapiros nominatur, eadem & Parantes. Eas, quae excellunt colore, quidam Paederotas, hoc est puerorum amores. Alij Anterotas, quasi nutuos amores. non nulli Veneris gemmam appellant. Hoc differunt ab hyacinthis, quod ille mutans in Amethysto uiolaceus fulgor, in hyacintho dilutus est. primo aspectu grauis, sed ante, quam intuetur, euanescent. De Amethystina lana locutus est Martialis. Ebria sidoniae cum sim de sanguine conchae, non uideo quare sobria lana uocer. Plyn. Amethystinum colorem dicimus, qui in uiole, et ipse in purpureum uocat, quemque Ianthinū appellamus. Est etiam alius color, qui tyrianthinus uocatur, quado absolutus Amethystus rursum tyrio inebriatur, & geminata luxuria facit ex utroque in probum nomen. penitentia hoc primum inuenit, dum artifex, quod damnabat, mutare conatur. sicut Cocco tinctum tyrio tingere ueteres inueniunt, ut fieret (quod supra diximus, Byssinum. Est & aliud uiolaceae gemmae genus, quod uocant Ion, sed raro saturo colore lucret. apud Indos inuenitur. Phytas quoque sua colorem habet. Item alius color est in purpuram inclinans, qui Molochinus dicitur, quod Maluae flori similis sit, quasi Malachinus. Graeci enim μαλάχην Maluam appellant. Caecilius, Caratrina. Molochina. Hinc Molochinarios Molochini coloris infectores Plautus appellat. Malua duo genera sunt, Satina, & Syluestris, haec folij amplitudine discernuntur, maiorem graeci Malopem uocant, Alteram ab emolliendo uentre Malachem, μαλάσσειν enim subigere, & mollire est. Hinc μαλακὸς mollis, μαλακία mollitia dicitur. Martialis. Vtere lactucis, & mollibus utere maluis. Nam faciem durum Phaebe catantis habes. E syluestribus quoque grande folium est, & radices albae Althea uocatur, & a quibusdam ob excellentiam efficitur Aristalthea, quod graeci ἄριστον optimum dicunt. Folium Maluae Scorpionibus inpositum torporem affert. Tradunt si quis quotidie sua eius Cyathum dimidium sorbeat, omnibus morbis curaturum. Ideo herba haec Omnimorbida dicitur. Constat parturientes folijs eius substratis celerius solui. Sed mox post partum reuocanda esse, ne uulua sequatur. semen eius, quae uiculis est aspersum cubili auiditates faminarum in infinitum augere Xenocrates scribit,



crates scribit, Radice eius, si circa dentem, qui doleat, sepius pu-  
 pgeris, desinet dolor. Maluæ succus mulieribus cauendus est,  
 dum sunt prægnantes, quoniam cum adipe Anseris sumptus  
 abortum facit. Idem semen Maluæ tritum adalligent brachio  
 eorum, qui uel arrigere, uel genitale continere non possunt. Il-  
 lud magis mirum, quod, si quis in aqua Altheæ radicem posue-  
 rit, addens aut sub diuo, atque elactescit. Malasso uerbum, quod  
 mollire, subigere, maturare significat, Latini quoque usurpant,  
 a quo fit compositum Commalasso, quod est exerceo, mature-  
 facio. Varro, in dolore Adiphoron esse, quod philosophia com-  
 mala sciret eam partem, quæ conciti cupiditatibus solet. Vbi  
 obiter notandum est Adiphoron indifferenter significare. A  
 Malasso fit malacia, quo Latini quoque utuntur. Vnde Mala-  
 ciam maris dicimus, cum fluctus omnino quiescunt, quod nul-  
 lus uentus mali omnis gratia Bonaciam uocat. Item mollicies  
 illa mulierum, cum grauidæ sunt, et desiderio insolitum ali-  
 quid gustandi mouentur. Plinius. Ex petiur malum punicum  
 in grauidarum malacia, et mala gena, quo molliuntur a poste-  
 mata, et maturefiunt, de quo superius diximus, et malta,  
 uel calx cili arena, et aqua, uel pix cum cera mista, uel aliqd  
 aliud simile. Reperitur etiam malacisso uerbum, quod signifi-  
 cat emollio. Plautus. Ah nimium ferus es, malacissandus es. Ful-  
 uis color est ex rufo, ac uiridi mistus. Vnde filii leones dicitur.  
 huius coloris lapilli sunt, qui leontij, et pardalij uocantur,  
 a Leonis, et Pantheræ colore. Luteus est dilutior rutilus, qua-  
 li est color auri, unde Luteus dicitur uidetur, quasi dilutus.  
 Hinc uolæ eius coloris Luteolæ appellatæ, et Lutea herba,  
 quæ Chrysoalla tingitur, quæ natiua lini, seu lanæ habet ad-  
 succum bibendum, et uellum in ouo, Ouiluteum uocamus,  
 idem color cerinus appellatur a ceræ colore. Plautus, Pluui-  
 a tile, aut Cumantle. Cerinum, aut Gelinum, et a Mustella mu-  
 stellinus. Terentius, Vetus uetus ueternus. colore mustellino,  
 et a meli colore, siue a Melo insula, unde afferebatur melinū,  
 et pigmentum ipsum neutro genere melinum. Quidam tamē  
 melinum colore uolunt esse medium inter album, et fuscum,  
 qui dicitur Giluis. Virgilius. Color deterrimus albis, et gi-  
 luo. et a croco Croceus. a quo Crocotula uestes, Plautus, pat-  
 rigatam calulam, aut Crocotulam. Dicuntur etiā Crocotæ. Vnde  
 crocoterij huiusmodi uestium infectores. Plautus, Qui ince-  
 dunt infectores crocoterij. Crocotillum uero ueteres exile ual-  
 de dicebant. Plautus. Extortis cum crocotillis crusculis. Idem  
 color et Flammeus appellatur. Plinius. Lutei uideo honorem  
 antiquissimum in nuptialibus flammeis totum foemnis con-  
 cessum. Hinc Flammea appellabant uestimenta lutei coloris,  
 quibus Flaminia utebatur. A quo et uestes, quibus amice-  
 bantur noue nuptæ, similiter uocabantur, erantque Flaminicæ  
 uestibus similes, quod boni omnis gratia institutum est, quoniã  
 Flaminicæ non licebat facere diuortium. Erat autem Flaminia  
 et Flaminis uxor a flameis Flamearij uocati coloris flamei  
 infectores, sicut uolarij, qui uiolacea tingunt. Flamen dialis sa-  
 cerdos erat Iouis, sic dicitur, quod filo assidue uelaretur, quasi  
 filamen. Erant enim Flamines capite uelato semper, caputque  
 filo anctum habebant. Dialis autem a diis Ioue, a quo ui-  
 ta dari putabatur hominibus, huic Fabam nec tangere licebat,  
 nec nominare, quod ea putaretur ad mortuos pertinere. nam  
 et Lemuribus iactur, laruisque, et parentilibus adhibetur, et  
 in flore eius luctus litera apparere uidetur. Hebetare quoque  
 sensus existimatur, et in somnia facere, propter quod pytha-  
 goricæ sententiæ damnatur, uel sicut alij tradunt, quoniam in  
 ea sunt mortuorum animæ, propter quod parentando assumi-  
 tur, quod genus libi Fabacæ a ueteribus uocabatur. Hinc uxor  
 eius Flaminicæ uocata, et ab hoc Flaminia sacerdotula, quæ

Flaminicæ diali præministrabant, eaque patrimēs, et matri-  
 mes erat, id est patrem, matremque adhuc uiuos habebat. Item  
 Flaminia ædes, domus Flaminis dialis, et Flaminius Camillus  
 puer ingenuus, qui Flamini diali ad sacrificia ministrabat.  
 Antiqui enim ministros Camillos uocabant, quamuis aliqui  
 putabāt omnes pueros a ueteribus Camillos appellatos, quæ-  
 admodum habentur in antiquo carmine, cum pater filio de  
 agricultura præciperet, Hyberno puluere uerno luto grã dia  
 farræ Camille metes. Item Flaminius lictor, qui Flamini diali  
 10 sacrorum causa præsto erat. Flaminius uero circus, et Flami-  
 nia uia non a Flamine, sed a Flaminio consule dicta sunt, qui  
 ab Annibale interfectus est ad lacum Trasimenum. Quippe  
 circus Flaminius, Varro teste, circum Flaminiū campum  
 edificatus est. Luteus color est quibusdam terris fieri a pictori-  
 bus solet. Item ex auri pigmento, quod in Syria foditur in sum-  
 ma tellure, auri colore, sed fragile ad lapidum specularium si-  
 militudinem. Ex quo Caius princeps, ut aurum facere tentaret,  
 ex eo qui iussit magnum pondus, et plane excellens aurum fe-  
 cit, sed ita parui ponderis, ut detrimentum sentiret, propter quod  
 20 nemo postea idē tentare ausus est. hoc colore inter gemmas sue-  
 cianigenus reperitur, et topazii. Item chrysolitus aureo nitore  
 trasilucens, et chryseletris in colore lutei electri declinans, et  
 leucochrysus, in qua interuenit candida uena, et capniæ ueluti  
 croco resurgens, et melichrysis, quæ ex India mittitur, quasi  
 per aurum sincero melle translucens. et xystos plebeia gem-  
 ma, et aromatis, quæ in Arabia gignitur, ita dicta, quod myr-  
 rhæ odorem habeat. Græci enim ἀρωμα odoramentum  
 uocant. A quo aromapopolam dicunt, quem nos aromatarium  
 nominamus, et chrysophis, cui uidetur aurum inesse. et Ham-  
 monis cornu, quæ inter sacratissimas Aethiopiæ gemmas habe-  
 tur, aureo colore, Arietini cornu effigiem reddens. et hammo-  
 chrysus, quasi auro mistas habens arenas. et crociatæ a croci si-  
 militudine appellata, et milites a colore mali auri, quod mel-  
 lum proprie dicitur. PARS. Portio. Partes enim dican-  
 tur, in quas diuiditur totum. Quidam partem a parti dictam  
 existimant, quod partes simul iunctæ partem. hoc est æquales  
 sint toti, alij a pario, siue partu, quod pars a toto deducta, et  
 quasi parta sit. alij a parum, quod pars parum quiddam sit re-  
 spectu totius. Ab hoc particula diminutiuum. hoc est parua  
 30 pars. A quo particularis, qui ad partem spectat, et particu-  
 lariter, ac particulatim aduerbia, hoc est membratim, et per  
 partes, et particulones, hoc est coheredes, et qui partem pa-  
 trimoniū sumunt. Item a parte partim aduerbium. quod modo  
 ex parte significat, ut partim subicitur crimen, partim confes-  
 sus est, modo idem significat, quod suum nomen, ut partim ho-  
 minum uenerunt, hoc est pars hominum uenit. Vterque etiam,  
 cum partim dixere. Cato, ibi pro scorto sicut in cubiculum sur-  
 rectitauit est conuiuio cum partim illorum, iam sepe ad eundem  
 modum erat. Item a pars expers, quasi sine parte, sicut expes  
 sine spe. Expes enim laborum dicitur, qui nullam partem labo-  
 rum tulit. Aliquando etiam pro ignaro ponitur. Apuleius, ho-  
 mo rudis, et omnium bonarum artium expers. Quidam ta-  
 men, cum quibus nos potius sentimus, expers non a parte, sed  
 ab exterior uerbo deductum existimant, quæ admodum ex-  
 peritum quoque ueteres dixerunt pro imperito, atque ignaro.  
 Item a parte deducitur portio, quasi partio, quod partem signi-  
 ficat, cuius diminutiuum est portunculæ. Apuleius, qui cum  
 a me portunculam posceret. Ab hoc fit proportio, quæ est dua-  
 rum rerum quatenus ad quantitatem pertinet, inuicem facta  
 40 comparatio. Item particeps, qui partem capit, dicimusque parti-  
 ceptum laborum tuorum, et particeps tibi in laboribus. Plyn-  
 omnium studiorum meorum, ac laborum particeps. Quinti-



lianus, & in plerisque ruris operibus merito particeps. Curtius. Quod fuisse illi in periculis particeps. Ab hoc fit participium apud grammaticos, quod ea pars orationis partem accipiat nominis, partemque uerbi. Et participalia nomina, quae licet non sint participia, similia tamen sunt participiis, nam & casus, et genera sicut participia habent, & tempora, ac significationes. Regunt praeterea casum more participiorum post, non ante. Nam locutio illa, quae sacrarum literarum interpretes usi sunt, In conuertendo dominus captiuitatem Syon, & in deficiendo ex me spiritum meum, & in conuertendo populos in unum, et reges, ut seruiant domino, inuidia, & plane barbara est. Graeci enim infinitum hoc loco habent, quod ante se accusatiuum requirit. poterat autem hoc modo eleganter transferri, dum conuerteret dominus captiuitatem Syon. Dum spiritus mihi deficeret, & conuertente domino captiuitatem Syon, ac deficiente mihi spiritu meo. Item in conuertendis populis in unum, uel dum populi conuerterentur in unum. Hoc autem differunt Gerundia a participiis, quod ipsa rei administrationem significant sine tempore, ut tenet me occupatio iuris dicendi. gerundium est, nec tempus significat futurum, sed rei administrationem in iure dicendo. Illa uero tempus sine rei administratione. Ut tenet me cura dotis numerandae, hoc enim participium est futuri significationum sine rei administratione. Praeterea gerundia duplicem significationem habent, actiuam scilicet, atque passiuam. Itemque a gerenda duplici significatione, gerundia (ut quidam putant) appellata sunt. Participia uero unam tantum. Sed illud notandum, quod omnia gerundia, cum sociata sunt substantiis, passiuè accipiuntur, disiuncta uero modo actiue, modo passiuè, sed passiuè cum sine praepositione, & sine genere in casu ablatiuo, & quasi absolute ponuntur. Virgilius. Alitur uitium, crescitque tegendo. Idem, a grescitque, medendo. Idem, uritque uidendo foemina. id est cum tegitur uitium, cum curatur aeger, cum uidetur foemina. Quintilianus, sed memoria excolendo, sicut omnia alia augetur, hoc est, dum excolitur. Sallustius, pauca supra repetam, quo ad cognoscendum omnia illustra magis, magisque in aperto sunt, hic accusatiuo cum ad, usus est, & ad cognoscendum inquit, hoc est, ut cognoscantur. Praeterea gerundia etiam cum plurali numero, singulari uoce iunguntur. Plinius. cum illorum uidendi gratia me in forum contulisse. Item a participio fit uerbum, quo nonnulli uiuunt. Participio. Praeterea a pars fit Partior uerbum, cuius compositum est impertio. Partiri est partem facere, & quasi distribuere. Virgilius, socios partitur in omnes. Quintilianus. Partire, uel gratis, dum quo respicimus afferas. Impertire uero est impendere, uel partem dare. Cicero. Huic rei aliquid temporis impertias. hoc est impendas. Idem, laboris mei laudem nemini impertio, hoc est partem do. Aliquando mutata constructione reperitur. Terentius, plurima salute Parmenonem suum impertit Gnato, eo modo, quo dicitur dono tibi hunc equum, & dono te hoc equo. Virgilius. Sergestum Aeneas promisso munere donat, huius passiuum est impertior. Cicero, atque etiam uiro forti collegae meo laus impertitur. Quidam impertiri quoque pro impertire usurpant, et partire dicunt pro partiri. licet autem dicere partior laborem multis negotiis, & in multa negotia. ab hoc deducitur partiarus hoc est colonus, siue alius quisquis, qui fruges, fructusque, siue aliud opus, ut puta calcem. lateres. tegulas cum domino aequè partitur. Cato. Calcem partiaro coquendam qui dant. Caltrius perficit, & coquit, & ex fornace calcem eximit, & ligna conficit ad fornacem. dominus lapidem, & ligna ad fornacem, quod opus sit, praebet. Idem, uineam curandam partiarus bene curaret, fundum. arbutum. agrum frumentarium partiaro saenum, & pabulum, quod

bobus satis fiet, quae illic fiant, caetera omnia pro indiuiso. Itè ab eodem fiunt composita dispartio, siue dispartior. Nonius. Ve pariter dispartiat uer bona patris, bipartio bipartior, tripartior quadripartior, quinquepartior. a quibus bipartita negotia, et tripartita, & quadripartita, & quinquepartita dicuntur. Itè multipartior, & multipartita, hinc etiam partitio derivatur, hoc est diuisio in partes. nonnulli tamen existimant non partem a parum, sed a parte parum aduerbium deduci, quod significat modicum. a quo paulum. & paululum, & parumper, quod modo significat paruo tempore. Plaut. Expecta hic parumper, modo paulatim. Virgilius. Pulsusque parumper cor de dolor, & per parum, & paulisper, & paulatim, & paucum. a quo pauculum, & paucillum, & paucatas, & pauca, quod ueteres pro raro usurpabant. Titinius, uxorem meam paucaes uidebo. Item a parum paruus, cuius diminutiuum est paruulus, & ab eo paruitas, & composita paruifacio, & paruipendo, hoc est sperno, contemno, & pauper (ut Varro sentit) a parua pecunia. a quo paupertas, & pauperies, quae proprie dicitur damnum, quod quadrupes fecit, & pro paupertate ponitur. Horatius. Mox reficiat rates quasas in doctis pauperiem pati. et paupero uerbum. a quo de paupero, quod est pauperem facio. Plautus, quae improba est mentis uitio dominum pretio pauperat. Idem, quam ego tanta pauperavi per dolum pecunia. Varro. priusquam domum de pauperaret sumptu suo, & paupertinus, hoc est pauper. Idem, quod si paupertina sint elegantia, ac cum castimonia. antiqui paupertates plurali numero usurparunt. Idem, quod inter hos Ioues intersit, & eos qui ex marmore. ebore. auro nunc fiunt, potes animo aduertere, & horum temporum diuitias, & illorum paupertates. paupertatem quidam ab egestate ita distinguunt, ut egestas sit, quando ad uitam necessaria defunt. paupertas uero quando licet non sine opes, tamen necessaria suppetunt. Tibullus. Me mea paupertas uita traducat inerti, dum meus assiduo luceat igne focus. Idem, ego composito se curus acruo dices despiciam, despiciamque famem. a paupere per diminutionem pauperculus dicitur. ueteres foeminae genere pauperam dixere. a quo paupercula. Item a parum fit parca uerbum, quasi parum tangi, abstinere. proprie enim parcere abstinere est. hinc parca aliquando ponitur pro ueniam do, hoc est ab uisione abstinere. Virgilius. Parcere subiectis, & debellare superbos, aliquando pro depono, quia ab ijs, quae deponimus, abstinemus. Idem parca metu Cytherea manent immota tuorum fata tibi. Aliquando pro seruo, quia similiter ab his etiam abstinemus. Idem, argenti atque auri memoras, quae multa talenta Natis parca tuis. Interdum pro desino. nam & desinere abstinere est. Idem, parca pius scelera re manus. sic parcere errori dicimus abstinere a castigatione erroris, siue parum castigare errorem. parcere pecuniae abstinere ab expendenda pecunia, siue parum expendere pecuniam. parcere iniuriae abstinere a uindictanda iniuria, siue parum uulsa iniuriam, parcere labori abstinere a labore, siue parum laborare, parcere lacrymis abstinere a lacrymando, siue parum lacrymari, parcere metui abstinere a metu, siue parum metueri, & eodem modo de similibus. hinc parca dicitur, qui frugi est, & sumptibus parca. nam quod aliqui parcam dictum uolunt, quasi arcae pars sit, omniaque custodiat, teneatque, ut arca, uel quod pecuniam consumi, atque impendi arceat, quasi pecuniarum. penè ridiculum est. a parca parcaitas derivatur, hoc est frugalitas quaedam, & parca aduerbium frugaliter, moderate, & parsimonia, quae similiter pro moderate sumptiuè, & parcatate, hoc est conseruatione rerum accipitur, sique a praeterito parsi, quod conseruari significat, siue abstineri. Nam alterum praeteritum peperci accipitur potius pro ueniam dedi-



quamvis confendi hæc interdum ab authoribus solent. & comparo uerbum Terentius, suum de fraudans genium comparo sit miser. Vt ceteris etiam comparo pro compeſco scripsere. sunt qui a parco parcas quoque per antiphrasin uocatas existiment, quod nemini parcat. alij tamen inter quos Vatro est, a partu potius dictus putant, unius literæ mutatione, quoniam (ut scribit Hesiodus) hæc nascentibus hominibus bonum, malumque conferre censeantur. Vnde Iuuenalis, hæc exempla para felicitibus. at mea Clotho, & Lachesis gaudent, si nascitur inguine uenter. Martianus non ignobilis auctor has deorum scribas esse inquit, et sententias Iouis studio ueritatis excipere. tres autem esse parcas sinxerunt, quas latini nonam, decimam, et mortem dixere, nonam, & decimam a tempeſtuum partu tempore, hoc est a nono, & decimo mense, in quibus secundum naturam pueri nascuntur, mortem uero ab eo, quod qui nascuntur ante hoc tempus, uel post, quasi monstra habeantur. uolunt enim septimo mense raro pueros nasci, octauo nunquam. nono sæpe. decimo sæpius. Plautus, tum illa, quæ comproſerat decimo post mense ex acto, hic peperit filiam. Cicero. Hærebi, & noctis has fuisse filias scribit, & easdem fatæ esse existimant. unde est illud Cleantis, ducunt uolentem fatæ. uolentem trahunt. fingunt uitæ hominum præesse, & nendo eam ducere. Quapropter lanificas sorores appellat. Martialis, si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores stamina, nec surdos nox habet ista deos. Seneca. Fatæ agnunt credite fatis, non sollicitæ possunt uita mittere rati stamina fusi. Quicquid patimur mortale genus, quicquid sciamus uenit ex alto. Seruatque sua decreta colus Lachesis dura reuoluit manu. Apuleius, tres parca, tria fatæ sunt numero cum ratione temporis scientia, si potestatem earum ad eiusdem similitudinem temporis referas, nam quod in seculo perfectum est præteriti temporis habet speciem, & quod torquetur in dignis momenti præsentis inducat spatia, & quod nondum excolatum est, subactumque curæ digitorum, id futuri, & consequentis seculi posteriora uidetur ostendere. hæc illi conditio ex nominum eius proprietate contingit, ut Atropos præteriti temporis fatum, quod ne deus quidem faceret infectum, & futurum temporis. Lachesis, a fine cognominata, quod etiam ipsi, quæ futuræ sunt, finem suum deus dederit. Clotho præsentis temporis habet curam, ut ipsius adiectionibus suadeat, ne causa solers rebus omnibus desit. Lachesis dictam uoluntatem a τὸ τοῦ λαχάειν, quod sortiri est. ipsa enim net, ac filum ducit. Clotho, quod filium torquendo, super eo filum trahit, ac colligit, græca enim κλωθεῖν torquere dicunt. Atropos ab immutabilitate, quod scilicet inexorabilis sit, flecti enim non potest, quin filum truncet, et humanam finiat uitam, græci ἀτρέπτω immutabilem dicunt. Martialis, lanificas nulli tres exorare puellas contingit, obseruant quem statuere diem.

ULTIMA. Extrema, nouissima, ultimum aliquando primum significat. Virgilius. tu sanguinis ultimus auctor. aliquid quando postremum. Cicero, ut turpi ambitione magis delectatur, qui in prima cauea aſpectat, delectatur tamen etiam qui in ultima ab ultra autem ultimum dictum, quod ultra omnia sit, siue ante respiciat, siue retro. ultra autem (ut supra diximus) ab uis deducitur, quo ueteres utebantur, sicut atra a cis. ab ultra deriuatur ultro, quod modo eiusdem cum primitiuo suo significationis est. Virgilius. Et miser scimus ultro, id est ultra id, quod rogauit, præstitimus. Idem, & ultro ipse grauis, grauiusque ad terram pondere nasto concidit. modo significat sine requisitione. ut ultro ad te ueni, hoc est ueni ad te non requisitus. cuius significationis est sponte, quamuis sponte pro natura liter ponatur. ut multæ arbores sponte nascuntur, hoc est naturaliter, & non ab homine factæ. ab ultro, quando ultra si signifi-

cat. sit ultro, atroque, quod si significat, quod uulgo dicitur huc, atque illuc, & tam in factis, quam in dictis. Quintilianus. Iuuenus, sicut solet ultro, atroque comere. Cicero, multisque uerbis ultro, atroque habitis, ille nobis consumptus est dies. Quidam in hac significatione sursum, & deorsum utuntur. Terentius, sex ego te totos Parmeno hos mensers quietum reddam, ne sursum, deorsum ue cursites, Tractum ab Athenis, cuius portus in imo, urbs uero in æditiori loco sita est. A sponte uero spondeo uerbum deducitur, quod ueteres usurpabant pro dico. nam qui spondet, sponte, id est uoluntate dicit, unde respondeo factum est, quod est posteriore loco dico. a quo responsum, & responsio deducuntur. Postea uero spondere usurpauit capium pro sponte promittere, unde qui puellam spondet sponsor, quæ spondetur puella, sponsa, cui spondetur, sponsus, & qua rogatur pecunia dotis, a sponso, sponsio, hoc est promissio appellatur, & dies, qua puella promittitur, sponsalis, & sponsalia (ut Florentinus ait) mentio, & repromissio futurarum nuptiarum, & sponsus quartæ declinationis pro sponsione. Seruius Sulp. qui uxorem ducturus erat ab eo, unde dicenda erat, stipulabatur eum in matrimonio ductumiri, qui daturus erat, itidem spondebat daturum. Is contractus stipulationum, sponsionumque dicebatur sponsalia. Tunc quæ promissa erat, sponsa appellabatur, qui spondebat ducturum, sponsus. sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur, qui stipulabatur, ex sponso agbat, iudices cognoscebant. Inter spondere, ac despondere quidam hanc differentiam faciunt, ut spondere sit patris puellæ, despondere patris adolescentis. Terentius, placuit, despondi, hic nuptijs dictus est dies, Paulus iurisconsultus sponsionem dici affirmat, non solum quæ per sponsi interrogationem fit, sed etiam omnem stipulationem, promissionemque, & sponsor aliquando ponitur pro fideiussore, sponte etiam nominaliter capitur, habetque duntaxat ablatiu casum, unde sponte mea sponte tua, & sponte sua dicimus. a quo spontaneus pro uoluntario deriuatur. respondeo autem licet proprie sit secundo loco dico (ut supra diximus) ponitur tamen aliquando pro consensio. Virgilius. dictis respondent cætera matris, interdum pro respicio. Idem, respondet Cnosia tellus, hoc est Athenas respicit, & contra posita est. nonnunquam pro satisfacio. Idem illa Seges denum uotis respondet auari Agricola, bis quæ solem, bis frigora sentit. dianusque respondeo tibi, & ad te. Plinius. cui ad eos breuissime respondiſsem. Item a spondeo conspodeo, unde ueteres consponſos dicebant fide mutua obligatos, & consponſos coniuratores, quasi sibi inuicem spondentes. AVLAE regiae. neque enim hoc loco pro atrio capitur, cum superius dixerit, inuidiosa feri radiabant Atria regis. DEFICIENTIS. Finientis, terminantis. sensus est, ubi nunc Therae sunt, ibi erat ultima pars domus Neronianæ. deficio aliquando significat desum, & hoc solum ab eo differt, quod deficio exigit accusatiuum, desum uero datiuum. Cicero. Quod ea me solatia deficiunt, quæ cæteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Idem, dies me deficeret. ab hoc deriuatur defectus, cum pro priuatione capitur, ut multi defectu medicorum perierunt, hoc est, quia defuerunt medici, modo deficio, ac recedo a ductu, atque imperio alterius, et quasi rebello. Quintus Curtius, iam duæ legiones ab eo defecerant. Hinc defectio dicitur recessus uel milium ab imperatore, uel ciuitatis a domino. aliquando debilitas, et uiribus exhaustior, unde defecti appellantur debilitati, atque exhausti. Martialis, dulcia defecta modulatur carmina lingua, cantator Cygnus funeris ipse sui. Plinius. genus uini, quod Bion uocamus, prodest stomacho dissoluto, aut cibos non perficienti, prægnantibusque, & defectis. hi a græcis Synthetica dicuntur, quo uoca-



bulo frequētiſſime utuntur noſtri. Idem, præcordiorum uitijſ. Syntheticiſ. comitalibus Laſer cum uino in aqua niſſa datur, & morbus ipſe à græcis Synthetiſ, à noſtris defectio appellatur. Idem, tali ſorbitionis genere emendantur Synthetiſes, hoc eſt, defectioes ex longis morbis ſumptæ. hæc autem emendatio proprie recreatio dicitur. Idem, aqua niſſa præclarā utilitatem habet uiribus recreandis. Item, hæc & defectio mirum in modum recreat. Idem, deficio aliquando uſurpant pro finio. deſino. Martianiſ. nem demum id agere conſilium erat, cū uita defecit. Eſt autem deficio à de, & facio compoſitum. facere (ut Papianiſ inquit) omnino faciendi cauſam complectitur dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi, reddendi, unde qui otioſus ſedet, ſi rogetur quid faciat, recte reſpondere poterit, ſe nihil facere, quando quidem otioſus eſt, recte etiam ſe ſedere, quoniam & ſedere ipſum aliquid facere eſt, ut iacere, nauigare, quieſcere. V arro tamen facere, agere, & gerere diuerſa eſſe ſcribit. nam aliquis facit, qui non agit, & aliquis agit, qui non facit, ut poeta facit fabulam, nō agit, contra actor agit, non facit. Imperator res gerit, hoc eſt ſuſtinet, non agit, aut facit. unde res geſtæ, non actæ, aut factæ dicuntur, proprie facere iſ dicitur, qui rei, quam facit, faciem quandam imponit, unde à faciēdo faciēs uocata, qui ergo uas facit, uas ſi faciem illi imponit, qui ueſtimentum, faciem ueſtimenta. agere uero exiſt maner, qui aliquid ita operatur, ut nullum exet opus, quod ſub ſenſum ueniat. hinc qui aliquid animo moluntur agere proprie non fecere dicuntur. conſunduntur tamen ſæpe hæc uerba, & facere ad omnia tranſfertur, nam & facere uerba dicimus, ideſt loqui. & facere uiam, ſiue iter ire, et facere alicui timorē, terrere. & facere aliquem certiorē, reddere alicuius rei indubium. facere gratiam, facere ludos, facere rem diuinam, facere ſolemnitatem, exhibere, facere copiam, facere poteſtatem, præbere, facere lucrum, lucrari, facere uinam, metere, facere ſtercus, excrescere, facere ſordēs, ſordescere, facere pediculos, emittere, & quod mirabilius eſt, cum facere, et pati contraria ſint, facere tamen pro pati accipitur, ut fea iacturam, fea damnū. naufragium. facere ueteres pro ſacrificare poſuerunt. Virgili cum ſciam uitulam pro frugibus ipſe uenit. uitulam enim nō uitula ablatiui caſus legendum eſt, ut Macrobius ſentit, & eſt ſenſus, cum ſacrificabo uitulam. Plautus, plenam ſciam tibi ſi deliam. Item pro coire. Martialis, cum dicas propero, fac, ſi ſit cis, Hedyle languet. Plautus, Manuſt. Anallæ facere, quā cum libera. Item pro conuenire. Martialis, non facit ad ſeuos ceruix, niſi prima leones. & pro conducere. prodeſſe. Plinius, hoc & tuſſi facit, hoc eſt ad tuſſim prodeſt, et pro æſtmo, unde plurimi facio hæc rem dicimus, ideſt magno æſtmo. Eodem modo multiſacio, magniſacio, & eſt contrario, paruiſacio, nihiliſacio, flocciſacio, hoc eſt contemno, & in nulla æſtimatione habeo. flocciſacio non à flocciſacio (ut quidam rudes exiſtiant) deducitur, ſed à flocciſacio. flocciſacio enim proprie dicuntur lanarum particule diuiſe à uelleribus inutiliter euolantes, & per diminutionem appellantur flocculi. Plinius, naſcuntur in robore pilule nuabus non abſimiles, intus habentes flocculos molles. lucernarū luminibus aptos. nam & ſine oleo ſtillant. Idem, alij pira ſeruant in flocciſ, at pſiſq; quas luto paleato illinunt. flocciſ autem uinarum purgamenta ſunt, hoc eſt uinacæ, ſicut ſtaces oliuarum. Plinius, in amurca, & ſtaccibus hæc ſunt carnes, et illæ feces. Item pluriſacio, minoris ſacio, minimiſacio, nihiliſacio. Plautus, deos quidem, quod maxime æquum eſt, metere eos, minimiſacio. ſunt prætere a facio compoſita ſumptiſacio, quod eſt emo, ſeu in aliqua re emenda ſumptum ſacio. Plautus, ſi nunc me ſuſpenſam, meam operam luſerim, & præter operam reſum ſumptiſacerim, &

meis inimicis uoluptatem creauerim. Item andoſacio, quod eſt doceo, inſtruo. Cicero. Nemo eſt enim, qui eorū bonorū animū putet eſſe iudicē, eximq; cōdoſaciat, ut ea, quæ bona, mala uideantur, poſſit contemnere. commoneſacio admoneo, uacuoſacio euacuo, caleſacio, frigeſacio, tepeſacio, nota ſignificatio nis, candefacio ignouum reddo. candens enim licet proprie candidum dicatur, ut apud Virgilium, candentis uaccæ media inter cornua ſudit, quoniam tamen ea, quæ igneſcunt, candidiora ſiunt, ut ferrum candet pro igne factum eſt, & candens pro ignito accipitur. Cicero, candente carbone adurebat capillum, hinc exandefcere hominem dicimus, qui nimia ira inflammatur. & exandefactus, præter modum iratus, & exandeficio irrito, inflammo, aſſueſacio, conſueſacio, & contrarium eorum diſſueſacio, quæ ſignificant & uſu doceo, & dedoceo. manſueſacio, manſuetum, ac mitem reddo. tabeſacio corrumpo, & qua ſi in tabem uerto, tabes morbus eſt, cuius tres ſpecies ſunt, una, qua corpus non alitur, & ita ſumma oritur macies, & niſi occurratur, tollit, Atrophiam hanc græci uocant, alia eſt, quam græci appellant cachexiam, ubi malus corporis habitus eſt, ideoq; omnia alimenta corrumpuntur, quod ſit, cum longo morbo fatigata corpora refectionem non accipiunt. tertia eſt ſpecies, quam græci phthiſin nominauerunt ἀπὸ τοῦ φθίνειν, quod eſt conſum, & tabeſcere, oritur ferè à capite, inde in pulmonē diſſillat, hinc exulceratio accedit, frequēs tuſſis eſt, pus excretaur. interdum aliquid cruentum, quod proprie tabo nominant, eſtq; ſanguis corruptus, et duntaxat in ablatiui caſu reperitur, ut ſponte. Virgilius, et terram tabo maculant. à tabe tabidus fit putridus, & qui tabes patitur, & tabificus, qui alium tabe facit. Cicero, atque hæc, ut tabificæ mentis perturbationes ſint. tabificabilis quoque apud ueteres in uſu ſuit. Acaus, par uici orbifici liberorum lecto, & tabificabili. orbefacio, orbitatem alicui indico. & orbium liberis ſacio, quod & orbifici dicitur, à quo orbificus, orbis proprie dicitur, qui lumen oculorū amittit, quaſi amiſſis orbibus, propter rotunditatem oculorum. hinc per metaphoram orbis dicti quicumque aliqua re extra priuati ſunt, ut parentes liberi quaſi oculis priuati. ab hoc fit orbo uerbum, quod eſt priuo, & orbatus priuatus, & orbitas ſine orbitudo, qualitas illa patrum poſt amiſſos liberos, & uxoris uindicta poſt amiſſum maritum. orbis etiam eſt contrario dicitur, quem uulgo græco uocabulo orphanum uocant, hoc eſt filius parentibus priuatus. Terentius, orbo qui proximi ſunt uxorem ducent. hinc orbitas pro orphanitas accipitur, quæ græci ὀρφανία nominant. Cicero, deplorauit enim cauſam, atque orbitatem Senatus. orbem latini circulum, & orbiculum paruum circulum, ac etiam à rotunditate, mundum orbem appellauerunt. Item orbitum circulem. V arro, ut Sydera cæli circa terram, atque axem uoluntur motu orbito. et orbitam ueſtigium rotæ. à quo exorbito fit, quod eſt à recto decedo, & quaſi extra orbitā eo. putrefacio putritū reddo. cōgeleſacio con gelo, labeſacio et labeſacto maculo. expergeſacio, ex cito, qd etiā expergeſco dicimus. Plinius, urtica lethargicos expergeſcit tactis cruribus, magisq; fronte, & expergeſco. Cellius. Ingenio expergeſcādo ratus idoneas. Item expergeſco. reſertur, & expergeſcor paſſiuum. Cicero. expergeſce iam. Idem expergeſcāmini aliquando, atque exurgite. Expergeſceſcias, etiam ſcripſit, pro te expergeſcias. terreſacio, exico. terreſacio metum incutio. à quo terriſcius, pro terribili, ſicut horriſcius pro horredoreſacio. aſpergo, rareſacio attenuo, uel rareſacio. pudeſacio, pudorē iniſcio. Vnde pudeſcitius, uerecundatus. nigreſacio. à quo nigreſactus nota ſignificatio. Fabreſacio, labero, et fabri le opus. à quo fabreſactum opus, hoc eſt artiſioſe factum, ſiue manu artiſicis factum. Fabreſacio artiſioſe ſignificat. Plautus,



Plautus, ut apologiam fecit quam fabre. Et faber a faciēdo dicitur. Est autem omnis artifex, qui labore corporis aliquod artificium facit, unde fabrum lignarium. Fabrum cementarium. fabrum ferrarium dicimus. fibros ti gnarios appellat Caeius, non eos duntaxat, qui tigna dolant, sed omnes, qui aedificiant. fabrica proprie est fabri lignarii officina, ueruntamen et de aliorum fabricorum officinis aliquando dicitur. ponitur etiam pro arte, et (ut ita dicam) fabricatione alicuius rei, unde et aedificium fabricam dicimus, et etiam machinationem. Plautus, nunc hoc consilium accipio, et hanc fabricam apparo, ut filias duas tuas, et fabricor significat compono. molior. machinor. transfertur etiam ad animum. Curtius, multa interea fabricatus ingenio quomodo auertere inde hostem posset. ueteres affibrum pro fabricatum dixerunt, et affibre aduerbium pro eo, quod est pulchre, sicut in fabre faede, turpiter. Pacuuius, barbariem pestem nostris nauibus obtulit, noua figura factam, commissam in fabre. tremefacio tremorem inijcio. a quo tremefactus: perteruius, stupefactio, stupefactio. a quo stupefactus. patefactio, aperio, patefactus: aperius, imbrefactio. et madefactio, balneo. a quibus imbrefactus, et imbrificus, et madefactus, ignefacio, ignitum reddo. a quo ignificus, sator di sordiae. item thurificio a thure, a quo instrumentum, quo thurificamus, thuribulum dicimus, et arcula, in qua thus tenetur a terra, quāuis A terra etiam urbs: sit campaniae iuxta Neapolim, quam clauius amnis praeterfluit. Virgilius. et nactus clauus non aequus acerris. sacrificio. a quo sacrificium, sacrificus, et sacrificulus rex, de quo inferius dicemus, magnificus, extollo. Plinius. magnificant et uinuli, qui non dum herbam gustauerit. fimum. ab hoc fit magnificus. et magnificentia. et magnificentior. et magnificentissimus. et magnifice, ac magnificentissime aduerbia. sicut a munere munificus. de quo supra diximus. et munificentia. foetificio pario, foetum facio. a quo foetificatio, mundi facio. et purificio. a quibus mundi facio et purificatio. fortificio. densificio. laetificio. deificio. unificio. blandificio. nudificio. morificio. mollificio. iustificio. clarificio. fructificio. glorificio. lustrificio. damnicio. falsificio. quorum nota sunt significationes, et nomina quae ab ijs descendunt, pacificio. a quo pacificor passiuum, et pacificus, et pacificatio. aedificio aedificatio. a quo aedificator, et aedificium. ratificio approbo ratū habeo. a quo ratificatio. radificio hoc est radices facio. a quo radificatio, sacrificio, quod est scal purio, hoc est scal pello aperio, quo aliquid scilicet exeat. Columella, post sacrificiationem ferro scilicet. Idem. Lasser pedum clauus arcum sacrificiatos ferro iniustum arae extrahit. Plinius. dentium dolores sedantur ossibus draconis marini, sacrificatis gingiuis. Idem, reperitur in latere leporis acui os simile, hoc sacrificari dentes in dolores suadent. Idem, uiri interem pti dente gingiuis in dolore sacrificari. Apollonius efficacissimum scripsit. sacrificare etiam dolore aliquando dicimus, hoc est sacrificando dolorem expellere. Idem, praeterea in corde equorum inuenitur os dentibus caninis maxime simile, hoc sacrificari dolorem putant, ab hoc fit sacrificatio. Item gratificor. a quo gratificatio. et testificor. a quo testificatio modificor, a quo modificatio, ludificor, a quo ludificatio. est autem ludificari per iocum, ac ludum fallere, ut fanni per noctē ludificantur mulieres, hoc est iocantur cū eis, atque decipiunt, et mulieres ipsae ludificari, hoc est per lusum falli dicuntur. Plinius, bubonis quidē oculorum anerem, inter ea, quibus prodiuose uitam ludificantur, accipimus. Seneca. Quibus saepe ludificari poenitentia agunt. Item a facio componuntur. odorificus, hoc est odorem faciens et colorificus faciens colorem, hoc est aliquid colorans, et frondificus, quod frondibus spargitur, et gratificus, qui gratificatur, et olfacio odo-

ro. a quo olfactor et olfactrix. Plinius. laurus laedit autem, olfactrix enim intelligit. et calorificus calorem faciens, ac frigidificus refrigerandi uim habens. Gellius, uinum calorificum, acetum frigidificum. et opifex, atque artifex eiusdem significationis. a quibus opificum et artificium, et artificiosum, atque artificiose aduerbium declinantur, et aurifex, qui auri laborandi artifex est. Plinius, uelut artificium arte alterius inter folia candidantibus margaritis. a quo aurificina taberna aurificus, et panifex, qui panem facit. a quo panificum factura panis. Item monstrificus, et portentificus, qui monstra, et portenta dicendo uel faciendo demonstrat. Plinius, inuenta in his, et ratio inferendi monstrifici hominum ingenij, et squamificus squamas sciatens, et lanificat mulier, quae lanam exercet, unde lanificum pro ipsa arte, ut Augustus filias lanificio erudit. et pontifex sacer magistratus, de quo alibi dicimus a pontibus faciendis. a quo pontificum, pontificalis, et pontificatus deducuntur, et carnifex, qui hominem iussu magistratus occidit, quod ex homine carnem faciat. Caro enim proprie mortuorum dicitur, quod careat anima. Quidam tamen carnem a cadendo dictam existimant, quoniam cum sine anima est, cadit. Virgilius, Belloq; caduci Dardanidae. carnificis etiam loco is apud ueteres habebatur, qui se uulnerasset, ut moreretur. ab hoc fit carnificinus, na, num, hoc est saeuus, et carnifice dignus, Cicero, carnificina est ista crudelitas. carnificina etiam locus est publicus, in quo iussu magistratus homines occiduntur. Plautus. Quid si desperatis rebus carnificinam petat. Suetonius de Tiberio, carnificina eius ostenditur locus capreis, unde damnatos, post longae, et exquisita tormenta praecipitari coram se in mari iubeat, excipiente classariorum manu, et contis, atque renus elidente, cadauer a necui residui spiritus quicquam inesset. est etiam carnificina officium ipsum carnificis. Plautus, uel carnificinam hunc facere possum perpeti. Item carnificor uerbum, quod est carnificis officium ago, et carnificum actus ipse carnificis. Haec omnia etiam a carne deducuntur sicut carnarium, et carnarius, de quibus supra diximus, et carneus, quod ex carne est, et carnosus pinguis, et carnositas pinguitudo, et caruncula, et carnicula, quae diminutiva sunt, et Carnea dea. quae utalibus humanis praesse existimatur, ab eademque petitur, ut iecinora, et corda, et caetera, quae sunt intrinsecus uisera salua conseruet, hinc pulte fabrica, et larido sacrificatur, quod his maxime rebus uires corporis roborentur. Eidem deae Iunius Brutus, qui primus Romae Consul factus est, Pulso Tarquinio Calendis Iunij sacrum in Caelio monte uoti reus fecit merito ei dea litans, quae cordi praerat, cum ipse cordis beneficio, cuius dissimulatione Brutus habebatur, rempub. tyrannide liberaret. caro non modo de caeteris animalibus, sed etiam de piscibus dicitur, pomisq; et alijs similibus. diciturq; caro a graeco κρεας. a quo fit creouerbum, quod significat produco, quasi carnem facio. a quo creator, creatrix. creatura, et creatio, et recreo, quod significat instauro, et quasi nouam carnem facio. Plinius. sic enim defecta longis aegritudinibus corpora recreantur. a quo recreatio instauratio. Item a creoo cresco, quasi carne augetur, de quo, atque eius derivatiuis inferius dicemus. Item excreo, quod significat cum quadam uolentia, et tussi expro, et ueluti carnem ipsam spuenndo emitto, Celsus, et interdum aliquid purulenti excreat. ab hoc fit excrementum, quod significat exputum. screeo quoque pro excreo inuenitur. a quo screeatus quartae declinationis. Terentius, gemius, screeatus, ussim, risus. Interdum fit ab ex cresco, significatq; quod ualde creuit. interdum ab ex cerno, significatq; egestum. sunt qui carissam quoque a carne deductam



existiment, quod ueteres pro uastro usurpabāt. Item à creō Ceres appellata, quod cunctarum frugum creatrix sit. hæc enim frugum dea, putabatur Saturni, & Opis filia, quæ cum Ioui fratri placuisset, ex eo Proserpinam concepit, & peperit. de qua superius disseruimus. Virgilius Cererem pro luna posuit, sicut liberum pro sole, uos ò clarissima mundi lumina labentem caelo quæ ducatis annum liber, & alma ceres. ponitur etiam aliquando pro pane, quem admodum liber pro uino, ut est illud, sine cerere, & libero friget uenus, unde & duo ædiles, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant, cereales dicti, quorum creandorum uuthor fuit Caius Iulius Cæsar. Item Cercalia appellata, quæ græci thesiphoria uocant. de quibus superius diximus. Item à creas fit imperator uerbum, quod est inuado, & quasi τῶν ἡπείρας, hoc est omnem terram consumo. Varro in regiam arcam imperatur. & ueneficus, qui ueneno hominem extinguit. dicuntur etiam ueneficia, qui malis artibus, & fascinoibus, ac poculis amatorijs uiuunt, & ueneficia artes eorum, & actus, & uenationes quæcunque. Plynius hæc arbor ante atrium satæ omnibus ueneficis remedio est. & profecto quod aduerbium affirmantis est, quasi pro factō, & idem significat, quod utiq; nimirum. Cicero, Quis hæc renuntiat? is profecto, qui inter fuit. & afficio, quod est commoueo, unde afficere dolore. afficere iniuria. molestia dicimus. Item afficere letitia. gaudio. uoluptate. Hinc fit affectio, quæ secundum Ciceronem definitur, animi, & corporis ex tempore aliqua de causa mutatio, ut sunt gaudium. lætitia. misericordia. cupiditas. metus. molestia, & alia, quæ modo affectus, modo perturbationes dicuntur à nostris. græci πάθος, hoc est morbos appellant. hinc etiam fit affectio uerbum, quod est nimo affectu, & anxie quæro. Cicero, non tam affectanda, quàm superiores, sed tamen adhibenda nonnunquam. Virgilius, uiamq; affectat olympo. Terentius, nam disciplina est is munerare ancillas, qui ad domnam affectant uiam. hinc affectatus sermo, & affectata oratio, & affectata uerba dicuntur, nimis anxie, & (ut ita dicam) curiose quæsitæ, & affectatio curiositas, & nimia diligentia, et affectate. curiose. affectata uero ædificia, atque alia huiusmodi dicuntur, quæ non ad finem ipsum, sed proxime ad finem ipsam sunt deducta. Cicero, bellum affectum uidentur, & (ut uere dicam) penè confectum. affecto etiam aliquando pro afficio accipitur. Plautus, tua flagitia, aut damnata, quibus patrem, & me, teq; amicosq; omnes affectas. interficio proprie occido. transferitur tamen etiam ad inanimata. Virgilius, fer stabulis inimicum ignem, atque interfice menses. officio noceo. Cicero, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspicijs. interdum inficio, unde offictores colorum infectores dicuntur. ueteres etiam officio pro officio usurpabant. à quo officium dictum. est enim officium, quod quisque efficere debet, pro suæ conditione personæ, in quo animaduertere oportet, quid loco conueniat, quid tempore, quid rerum, aut personarum dignitati, unde in familia bene instituta dicimus omnes in officio esse oportere, id est omnes oportere agere, quæ debent. Item missos ciues obuiam legatis officij gratia, quod debemus. nihil enim magis deest, quàm merentibus, uel exhibere honorem, uel opem ferre. Quo factum est, ut officia beneficia dicantur, siue obsequia. Cicero, odiosum sane genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui conuulit. Quintilianus, duxit me similis ætas. uicerunt officia. cepit fides. amantem odisse non potui. hinc officiosus dicitur obsequiosus, & qui faciale merentibus exhibet honorem. à quo fit aduerbium officiose, id est cum officio, & (ut ita dicam) obsequiose. officium etiam dicitur magistratus, uel quia

honoris gratia institutus est, uel quia opem populo fert, uel quia ius, quod cuique debetur, reddit. ceteræ quoque artes actionem suam officium uocant, unde officium grammatici dicuntur. officium medici. officium architecti, ab eodem uocabulo etiam officina dicta est. locus, in quo artifices opera sua faciunt, & hoc distat à taberna, quod officina est, ubi opera efficiuntur, taberna ubi uenduntur, unde opifices, & tabernarij dicuntur. Cicero, opifices, & tabernarios, atque omnem illam fecem ciuitatum, quid est negotij conatere? tabernas etiam antiqui casas dixere, quod ex tabulis fieri solebant. perficio absoluo. à quo perfecte aduerbium absolute, integre. efficio, quod hoc à facio differt, quia facere est in opere esse. efficere uero significat perfectionem, unde effectus, & efficiencia dicuntur, & efficitur, quod ad agendum aliquid uim habet, ac maxime conducit. à quo efficacia pro ui, & effete, quod perfecte significat, proficio proædo. à quo fit profectus. Idem est enim proficere, & profectum facere. Seneca, sic enim & audiendo, & legendo in dies magis proficimus. Plynius, nec minorem sub eo præceptore profectum fecit. proficior iter facio. à quo profectio pro innere deriuatur, dicuntur etiam proficisci uiam, hoc est iter facere, profecturi autem uiam Herculi, aut fauno sacra facere solebant. præficio. præpono, unde præficia mulier dicitur in sinere conducta ad lamentabilem cantum, quæ dat ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum præficta. Neuius, hæc quidem me hercle præficia est, si mortuum collaudat. & præfecti dicuntur, qui alicui rei agende præpositi sunt, & præfectus urbium græci, latinique lingua præfatus, præfatus, hoc est satrapas uocant, magistratusq; eorum præfectura dicitur. Primus in urbe Roma præfectus institutus est à rege Tarquinio Lucretiæ patre. Idem postea sæpe Imperatores fecerunt, præsertim quando necesse erat eos ex urbe proficisci. Quicquid intra urbem admittebatur, ad præfectum urbis pertinebat, quicquid præterea intra centesimum lapidem admissum fuisset. audiebat seruos ad statuas confugientes. Item dominos egentis, & filiorum implorantes præsidium releuandi, deportandiq; in insulam potestatem habebat, de aduulterijs seruorum cognoscebat. tutores dabat, & creatores, eorumq; rationes, & acta reuidebat. mancipia tuebatur. de iniurijs per eos dominis illatis iudicabat. curam numulariorum gerebat, & ut res omnes iusto pretio uenirent. hinc forum boarium. suarium. piscarium. olitorium ad præfectum pertinebat. hinc oportebat dispositos stationarios milites ad tuendam populorum quietem habere, curareq; ut quicquid ubique ad aures suas per delatores ueniret. Præfectus uero annonæ extraordinarius erat. hic coemendi frumenti curam habebat aduehi undecunque, & aduectum iusto pretio uenire faciebat, siquis ultra necessitatem habebat in medium congebat proferre. hanc potestatem exercens magnus Pompeius, cum magna copia frumenti comparata è Sicilia soluere uellet, & nauæ haud committendam esse sauenti pelago classem respondissent, salutarem illam rei pub. uocem dicitur edidisse. Nauigare nobis necesse est, uiuere non est necesse. Præfectus uigilum incendiorum præcipue causa à Diuo Augusto institutus fuit septem cohortibus ita dispositis, ut singule binas urbis regiones præsidio tuerentur. his præfectus uigilum præerat, qui de incensibus. effractibus. furibus. raptoribus. receptatoribus cognoscebat, nisi tam atrox, & tam famosus persona esset, ut remittenda ad præfectum urbis cognitio uideretur. hunc mos erat ad plurimam noctem uigilare. armatum cum dolabris incedere. monere omnes, ut ab incendio cauerent, & aquam quisque in canaculo haberet, quæ subito



subito imminente ignis terrore occurrere posset. index præterea erat institutus aduersus cassarios, qui pacta mercede, seruanda in balneis uestimenta suscipiebant. Inficio quod est tingo coloto, a quo lanarum infectores appellati, et per metaphoram corrumpto. faedo. contaminatio. a quo infectos dicimus, qui aliqua sorde, uel aliquo morbo contaminati sunt, in quo sensu et imbuo accipitur, unde imbutum literis. imbutum bonis moribus, hoc est præditum, et ornatum, et perfusum dicimus. Item imbutum uitijs. imbutum scelere, hoc est inquinatum. Varro, quod te facere oportet literis imbutum solis Minerve. Cicero, plerumque autem parentum præceptis imbuti ad eorum consuetudinem, moresque deducuntur. imbuti, hoc est perfuncti. infecti. iniuncti. Sallustius. auaritia pecunie studium habet, quam nemo sapiens concupit, ea quasi malis uenenis imbuta, corpus, animumque uirilem effæminat. Imbuta, hoc est polluta. inquinata. Virgilius. illius aram sepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. imbutus et hoc est perfunderet. et ornabit. Item a facio, inficior deponens, quod est nego. a quo fit hoc nomen inficias solum habes accusatiuum casum in multitudinis numero, et duntaxat cum hoc uerbo eo iungitur. Dicimus enim inficias eo, inficias is et deinceps. Est autem inficiari, siue inficias ire, uerbo negare, et quasi infectum, hoc est non factum testari, nam negare aliquando est etiam factum. Hinc inficiator dicitur, qui negat se uel debere, quod actor petit, uel admisisse, quod accusator obiicit, Cicero, non ne intelligebat, ut si ille inficiator probasset iudici ante petitam esse pecuniam, quam esset deberi ceptæ. et inficiatio negatio, unde status coniecturalis dicitur inficialis, in quo semper reus inficiatur, et infectum non factum, unde est proverbum illud, quod factum est, infectum reddi non potest. Sufficio quod interdum si significat satis sum. Virgilius. Nec nos obniti contra, nec tēdere tantum sufficimus. idem, nec suffiat umbo ictibus. Interdum inficio maculo. Cicero, ut hi qui in conuiuio purpuram sufficiunt. post sanant medicamentis quibusdam. Nonnunquam subministrō. Virgilius. ipse pater Danaus animos, uirersque secundas sufficit. Hinc sufficere consules, et alios magistratus dicimus, qui in demortuorum locum substituti sunt, et a fio, suffio componitur, quod est suffimigo. Plinius. Hippocrates ruita uuluarū causa nanciam suffire iubet. Idem, Alij carnem recente hedorum pilo suffiunt, eodemque odore fugant serpentes. Idem, quidam contenti sunt si mo huius mustre suffire uineas. se cundo flatu continuo tri-duo. Virgilius. At suffire thymo. hinc suffitum secunda declinatione dicimus suffimigatum. Plinius. Anisum dolores capitis leuigat suffitum naribus. Quarta uero declinatione suffimigationem si significat. quemadmodum suffimentum. Idem, et uuluarum conuersionem suffitum excitant. Idem, quod et suffimentis quibusdam facere consueuerunt. Idem, ob has causas equidem crediderim honorem lauro habitum in triumphis, potius, quam, quia suffimentum sit cædis hostium, et purgatio. Suffitio etiam aliquando dicitur. Idem, Orpheus, et Hesiodus suffitiones commendauerunt. suffitor autem dicitur, quod buccis insuffiat ignem. idem, Lycius et ipse pinxit suffitorem. idem, Lycius Myronis discipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum suffiantem languidos ignis. Suffimenta etiam a ueteribus dicta sunt, quæ fieri solebant ex faba, uulgoque molito, mulsio sparsio. hæc dijs eo tempore dabantur, quo uicæ calcæa pilo imprimebantur. eodem modo a fio ex fio, quod est purgo, a quo ex fio purgatio. Veteres ex fir quoque pro purgamento posuere. Reficio recreo. Virgilius, et saltus reficit iam rosida luna. Plinius. qui reficiendi animi gratia id fecisset. Aliquando tamen reficere (ut Vlpianus inquit) est instaurare, renoua-

re, et quod corruptum est, in pristinum statum reducere. Refectio modo pro instauracione, modo pro recreatione ponitur. Conficio, quod modo facio significat. Terentius. bonas me absente confecisti nuptias, modo simul facio. Cicero, confeci quæ iussisti omnia. Aliquando interficio. Idem, plaris confectum ante oculos tuos cecidisse. Virgilius. Hunc uulnus acerbum conficit. Nonnunquam perficio. Cicero. bellum (ut opinio mea fert) confectum iam haberemus. Ponitur aliquando pro frango. Lualius, malo hercle uestros confectores cardinum. Plinius. nuam dentibus conficere, ac plagæ imponere. et pro colligo. Cicero, permagnam diem ex illa re pecuniam confici posse. Et pro consumo. Terentius. quid hic non uideant, me credant conficere argentum suum. Cicero, nec me langoribus lædi, quibus essem confectus. Item a facio declinatur factio frequentatiuum, quod in usu non est, sed pro eo utitur altero frequentatiuo fictio. Item facturio, quod est facere, hoc est coire aesydero. Plautus. facturit, postquam anallam aspexit, item factor, quod non si significat negotiorum gestorem, hoc est eum, qui gerendis negotijs præest, ut uulgus existimat, sed eum qui uel unum, uel oleum facit, aut aliud simile. Cato, lectrum stratum, ubi duo custodes libere cubene, et tertius seruus unum cum factoribus, ubi cubet. et factio, quod modo si significat facio. Virgilius. Imperio læti parent, et iussa faciunt, modo recedo. Lilius, Facisse hic Tarquinos, aut Corinthum, deuolue re retro ad stirpem fratri similio, quam patri. et facilis interdum exorabilis. Virgilius. Faciles uenerare Napeas, modo sine labore, ut dictu, uel factu facile, hoc est quod facile dicitur, uel fieri potest. cuius contrarium est difficile, quod non sine labore fieri potest. Difficilis terras Virgilius uocat, quæ sunt penè steriles, quia non sine difficultate ferunt fructum. Difficiles primum terræ, collesque maligni. ab his facultes, et facultas, et difficultas derivata, Facilius proprie facilitatem agendi si significat, et quoniam, cum diuites sumus, facile, quæ uolumus, agimus (Vnde Petronius arbiter. Quisquis habet nummos secuta nauiget aura, fortunamque suo temperet arbitrio. Multa loquor, quoduis nummis presentibus opta, et ueniet. clausum possidet arca iouem) factum est, ut facultates pro opibus capiuntur. Item facultates dicuntur artes, et discipline, quod per eas facile instruantur. Item facultas pro ui, et potestate ponitur. Plinius. Si mihi facultas daretur utrum mallet, eligendi. Item a facilis facile aduerbium, quod et facilius ueteres dixerunt. et facul, et perfacul, et per se facul, sicut a difficilis, difficile aduerbium, et difficultas, et difficul. Item a facio facies dicta quæ postea fax appellata est, a lumine faciendū, uel quod facile ignem faciat, huius diminutiuum est facula. dicitur autem fax, siue facula incensus susus ad lumen faciendum, sique præcipue ex harundinibus aridis. et picæ arboribus, et teda. est autem teda arbuscula ex laricum genere, et quasi laticus morbus. ut teda fiat abundantior est succo, et flammis, et lumini sacerorum gratia, quam mares tantum ferunt. Facem in nuptijs præferre solebant, siue ad obseruandam antiquam consuetudinem, quod ante non nisi noctu dua nouas nuptias a sponsis mos erat, siue in honorem Cereris, quæ facem in quaerenda Proserpina gestauerat. siue ut noua nuptia ignem, et aquam, quæ duo sunt in uita maxime necessaria, cum uiro communicare uideretur, etenim aqua quoque aspergi solebat, siue ut casta, puraque ad spōsum proficeretur. Vir. Mopse nouas iade facis. primam facem noctis principium uocant, quod tum primum uti facem incipiunt. Cellius, nam cum prima fax noctis, et densiores esse tenebræ cœpissent. item fex excrementum, quod unaquaque res facit, unde feculentus fecis plenus, et fea-



nia uitis, de qua supra diximus. Et fecatum uinum, quod è feabus expressum est, & defecò quod est purificò, quasi fecem de traho. Plau. nunc defecato demum animo, egredior domo. item à facio facies, quæ è quasi quaedam factura totius corporis, ut diximus. ponitur etiam pro specie. Vir. quæ scelerum facies ò uirgo effare. idem, nec pingues unam ò faciem nascuntur oliuæ. Ab ea superficies appellata, quasi superior facies. hanc enim geometriæ deffiniunt figuram, quæ longitudinem, & latitudinem habet sine altitudine. cuius termini lineæ sunt, græci ò πλάτος uocant planum una tantum superficie còtentum. hoc est ipsam superficiem, à qua superficiarius, de quo supra diximus. præterea à facio factus, quod significat eum, qui alterius manu alia negotia gerit, ut qui uinum ex uuis, oleù ex oliuis exprimit, fruges domum uehit, & alia huiusmodi. Cato, stratù ubi duo custodes libere cubent, & tertius seruus una cum factoribus uti cubet. idem. leguli uolunt uti olea caduat quam plurima sit, quo plus legatur, factores, ut ò tabulato diu sit, ut fracidia sit, quo facilius efficiant. item factum pro re gestâ. Virgilius. facta facta patrum, à quo factura, & factio, & factiosus deriuantur. Factura est ipsa compositio rei, quam factum. factio est diuisio cuius in diuersa studia, cum aliqui se principes, ac primarios facere in ciuitate conantur, inter quos annulatio est, & qui eos sequuntur factiosi appellantur. ipsi uero factionum capita, siue factionum principes dicuntur per fas, & nefas factioforum multitudinem sibi conaliantes. Sallustius. inter bonos amicitia, inter malos factio. Capitur tamen factio pro opulentiâ, & autoritate alicuius in ciuitate. Plautus. istas magnas factiones. Solebant item ueteres his uocabulis honeste plerumq; uti, unde histrionum quoq; & quadrigariorù factiones legimus. Facinus quoq; à facio deriuatur, quod interdum factum significat. Sallustius. qui aliquo negotio intenti præclari facinoris, aut bonæ artis famam quæruunt. interdum scelus. idem, sed in ea conuersione fuit. Curius natus haud obscuro loco, flagitijs; atq; facinoribus coopertus, hinc facinorosos dicimus sceleratos, flagitiosos. itè à facio fit facinus, quod faciat fructum, si significatq; opimum, & abundantem. à quo facunditas abundantiâ, & fecunde aduerbium copiose. item è contrario infacundus, hoc est sterilis, à quo ò facunditas, & infacunde. item à facio facetus, de quo supra diximus, quod uerbis faciat, quod uult, à quo facietæ dictæ, & facete aduerbium. quidam tamen à fando potius dictum uolunt, ut superius ostendimus. item factitius, ab alicuius similitudine factus, unde factitia uerba dicimus, quæ ab alicuius uocis similitudine facta sunt. ut balantes à balando oues uocantur sunt. item Faxo, quod significat faciam, & fio, quod passivam eius uerbi significationem habet, & ferè cum ijs omnibus componitur, cum quibus facio, ut Commonefio. calefio. frigeo. tepesio. & reliqua, & Fasces, quod est lignorum, aut alterius cuiuscunq; rei congeries. quam ligando facimus, cuius diminutiuum est Fasciculus. Quoniam autem lictores cum fascibus præire solent consules, & alios magistratus, factum est, ut Fasces usurpenus pro magistratibus, & honoribus, qui à populo præstatur. Virgilius. Non illù populi Fasces, non purpuræ regum flexit. hoc tantum ò numero plurali, quia aut duodecim, aut sex fascibus utebantur. Item quia fasces lignorum, siue aliarum rerum graues sunt portantibus. fasces aliquando pro one re ponitur. Idem, cantantes ut eamus, ego hoc te fasce leuabo. idem, iniusto sub fasce uiam dum cepit. hic fascelis Diana dicta est à fasce lignorum, in quo absconditum Dianæ simulachrum Orestes Aritiâ detulit, ut in fabula eius exponemus, & fascinum, cum oclorum, aut uerborum, aut alicuius alterius rei maleficio homines ita ligantur, ut liberi non sint, nec

mentis compotes, sæpeq; ad extremam maciè deueniunt. à quo Fascino uerbum. Virgilius. nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. & passiuù eius Fascinor, & fascinatio nomen. Sunt tamen, qui fascinum dictum putent ἀπό τοῦ βασανίζω, quod est inuidere, & idem esse dicant fascino, quod inuideo, sed falsum est. Neq; enim propter inuidiam solum, sed etiam propter odium atq; inimicitias homines fascinantur, & fascinare non est inuidere, sed malefice alicui perniciem moliri. à quo fit Effascinare, quod est maleficium tollere, sicut excantare est incantationem rescindere, siue incantatum liberare. Ponitur tamè aliquando effascino pro fascino. Solimus, quædam in terra Africa hominum familiæ sunt uoce, atq; lingua effascinantes, quæ, si in pensus forte laudauerint pulchras arbores, segetes lætiores. infantes amœniores. egregios equos. pedes pastu, atq; cultu optimas emoriantur repente. Plinius. Esse eiusdem generis in Tribalibus, & Illyrijs adicit Isogonus, qui usu quoq; effascinent. Idè, facinas quoq; quæ ubiq; duplices pupillas habeat, usu effascinare, Cicero quoq; apud nos author est. A fascino dicti sunt Fescinini uersus, qui canebantur in nuspijs, quia fascinum putabantur arcerè, quamuis alijs à Fesceno urbe appellatos malint. Item à fio fides, quod fiat quod dictum est, quemadmodù inferius ostendemus. **POR TICVS CLAVDIA.** Claudius inter cætera opera publica, quæ multa, & eximia ædificauit, porticum quoq; fecit. Quam ex nomine suo claudiam nuncupauit. Hanc Nero dextruxerat, ut pleraq; alia, quo domum auream ædificaret. Domitianus uero eadem reseruit sub pristino titulo. **EXPLICAT DIFFVSAS VMBRAS.** Diffendit, atq; extendit. Ea enim præcipue causa porticus ædificabantur, ut supra diximus, quo & feruorem solis, & repentinos imbreis arcerent. **EXPLICAT.** Extendit, explicat re enim proprie extendere est, atq; emittere. Cicero, Explicit, atq; ex cute intelligentiam tuam. quoniam autem quæ extenduntur perfectius uidentur, capitur explicare pro explanare, atq; ostendere. Idem, ut quædam sibi concedantur, quo facilius quæ uolunt explicent. Item pro extrahere. Ouidius, atq; explicat enses, & pro exhibere, proferre. Martialis. Explicat & conas uncat mensa duas. Idem, ut conuiuia sumptuosiora, nigrae sordibus explices monetæ. Ab hoc fit explicator. explicatio. & aduerbium explicite. Item explicatio. explicatissimus. explicatius. explicatissime. A plico autem compositum è explicio. nam plicare necesse est, & ueluti rugas facere. tractum à græco πλῆνν quod necesse est. A quo amplector, & complector, dicta sunt quasi circumnecto & connecto, & frequentatiua horum amplexor, & complexor, & amplexus, & complexus nomina. Virgilius. scæq; amplector limina portæ. Plinius. Post dulcè, munitiq; complexum ambo discessimus. Gellius, eumq; amplexus atq; exosolatus est. hinc etiam circumplector. Sallustius. cum montem undiq; circumplexus obsideret. & plexa ligata. à quo perplexa, intricata, atq; abstrusa, & perplexe aduerbium hoc est implicite. inordinate. & perplexabile figuratum, per quod aliud auditur, aliud sentitur. Plautus. nec ullum uerbum facit perplexabile. Plecto uero quod significat ferio, cuius passiuù est plector, non ἀπό τοῦ πλῆνω deductur, quod est implio (ut quidam ignari tradiderunt) sed ἀπό τοῦ πλῆνω ferio, à quo & πλῆνν dicitur, hoc est plagæ, & πλῆντρον plectrum. Est autem plagæ proprie percussio, uulnus, uerber. Vir. Plagusq; peremptu, transa per intergrâ solumitur uisera pellè. Hinc plagarius dicitur q; hominè emut. què scit liberu esse, & qui huiusmodi hominè sciens uendit, aut pro seruo tenet. Item qui libertum emut, uendit. ue. Item qui seruo,



feruē ue per suadet, ut a domino, domina ue fugiat uel eum, eam ue inuito, uel insciente domino, domina ue calat uinctis habet, emt uendit ue. Dicitur plagarius, quod lege famia plagis damnatus esset. Lex ipsa, plagaria. crimen, plagium uocatur. Martia. impones plagario pudorem. Plagiarium uocat furem librorum suorum, et illos tanquam suos tenentem. Per metaphoram tamen plagæ maiora retia uocantur, de quibus supra diximus, quod plagis, hoc est foraminibus plena sunt, Virg. Retia rara plagæ. Item spatia ampla, uel cœli, uel terre, quæ etiam tractus uocantur, et a græcis dicuntur climata. idē, ætheria quos lapsa plagæ Iouis ales aperto turbabat cœlo. idem, in medio dirimit plagæ solis iniqui. itē plagæ græ de linteam est de quo supra diximus, cuius diminituum est plagula. Aliquando etiam pars lecti est, aliquando totus lectus. Varro, eburneis lectis, et plagis sigillatis. Plectrum uero instrumentum, quo fides pulsantur. Martia. feruida ne tri tibi pollice postula surgat exornent doctem garula plectræ byram. plectrum etiam dicitur calx æneū, quod olim gallis gallinæis addebatur, dum inter se pugnant. A nostris aliquando pecten uocatur, quod græci dicunt plectrum. A plico autem composita sunt applico, quod significat admoueo, ita ut habeat hoc est adnecto. Circum plico arcumnecto. Replico aliquando dissoluo. Plautus, replicat ricam, atq; extende, Aliquando rursum explicio. Plyn. quam sæpius idem replicasset, tandem persuasit. Impleo, innecto inuoluo. Martialis, replicatam uersio perdidit ille fugam. Aliquando orno. Plautus. implicat ad speculum caput. Supplicio. rogo. precor. Plicari enī ueteres precando, et genua eius, cui precabantur, attingere solebant, ac ad ea quasi adorantes manus tēdere. Ab hoc supplex dicitur, qui ita precatur, et suppliciter aduerbium, et supplicatio eiusmodi precatio, et supplicium, quod modo pro supplicatione accipitur. Sallustius, si supplicij deorum magnifica. Idem, non uotis neq; supplicij muliebribus deorum auxilia parantur, sed uigilando. agendo. bene consulendo prospera omnia cedunt modo pro cruceatu, et pœna, quia supplices esse in deprecanda pœna homines consueuerunt. Virg. spero etiam medijs, siquid pia numina possunt, supplicia hausurum scopulis. Quidam tamen supplicio non a plicando, sed a placando dicitur existimant quasi supplicio. unde subuosplicio pro eo, quod est supplicio. aliquando a pud ueteres inuenitur complicio. connecto. simul plico, a quo complex dicitur particeps sceleris, et qui in eodem crimine ueluti connexus est. Item complicatio notat a significationis. item a plico fit duplico. triplico. quadruplico. triplex. quadruplex. multipliciter. et si qua alia sunt huiusmodi. Item poples pars pedis, quæ genu opposita ē, dicitur quod post plicatur. **VMBRA S.** Umbra est aer æreus sole, quod sit alicuius corporis obiectu. præsertim nubium, unde quidam ἀρὸ τῷ ὀμβρῶς, quod imber est umbram uocantur existimant, quod omnes umbræ humidæ sunt. Item umbra dicitur, quas faciunt pictores, ut imagines, quæ planæ sunt. solidæ uideatur, quod dicunt adumbrare, a quo adumbrare aliquando pro ornare accipitur. Inumbrare uero et obumbrare est tegendo umbram facere, et quod dicitur opacare. per metaphoram tamen ponitur pro ueri, atq; defendere, quæ transitio ab arboribus sumpta est, Virg. et magnū reginæ nomen obumbrat. Ab umbra umbrosam dicimus opacam, umbratilem uero, qui umbra detentus est, ut uita umbra nilis dicitur umbra, atq; otio marcescens. Item umbrifer lucus dicitur ab umbra ferenda. Umbra etiam inferorum imaginæ uocantur. Virg. umbrarum hic locus est, somni, noctisq; sopore corpora uiuaneas, stygia uectare carina. Item umbræ in prænalibus casæ frondæ dicebantur. Ab umbra dimi-

nitium fit umbella. Item umbria, quod ea regio propter altitudinem montium, et uiciniam Apennini umbrosa sit, quæ uis aliqui ἀρὸ τῷ ὀμβρῶς potius, hoc est ab imbre nomi natam uolunt, quod Umbri omnium Italiae populorum antiquissimè inundatione terrarum imbris superfuisse credantur. Est autem umbria, quæ ab Apennino, ac etiam ultra incipiens, usq; ad sinum adriaticum extenditur. multis præclara uetustissimis oppidis, sed in primis Sentino meo, et Fano forana, quorum hoc in Adriatici litore inter Senogalliam, ac Pisaurum non longe a Memuro amne situm est, illud ad ostium lapidem ab Apennino, propter flumen. Sentinum felix utrunq; et locorum amœnitate, et frugum copia, et hominum ingenijs. Nec immerito alterum a fortuna felicitate nomen habet. Alterum ab acumine, ac subtilitate ingenij. Veteres enim sentinare dixerunt satagere, ac subtiliter periculum euitare, a sentina nauis, quam quisq; ut aqua liberet, euacuare cōtendit. Cælius, capit consilium, postquam sentinat satis. Mihi quidem, utriusq; oppidi uicidissima cogitatio est. In altero conceptus, in altero natus, in utroq; educatus, utriusq; auisum, utrunq; est mihi solum, propter quod non immerito, me alij sanesem, alij sentinatem uocant, par mihi ergo utrorumq; caritas est, par beneuolentia. Ab umbra umbri dicuntur umbræ populi, coloniæ. **DIFFUSA S.** Sparsas. Diffundere enim spargere est, quod a fiendo componitur. Proprie autem fundere liquefacere est, unde metalla dicuntur fusa, hoc est liquefacta. Plyn. fuso, ac super innecto plumbo, et fusile, quod fundi potest, sicut ductile quod potest duci, atq; extendi, et fusorium uas, in quo metalla funduntur, hoc est liquefiunt. et fusores, qui fiunt. et ars fusoria, ars fiendendi. miscendi, transmutandiq; metalla, in qua multi ludibrio habiti sunt, qui dum capiunt ditiores fieri ad inopiam redacti sunt, tribus tantum rebus, spe scilicet, et stultitia, et fuligine ditites. Quoniam uero quæ fusa, ac liquida sunt spargi solent, fundere pro spargere frequentissime usurpamus. Claudianus, et pessima fudit uina cadis. Apuleius. lacrymalam fudit. Veteres tamen fundere, et uergere in sacris ita accipiebant, ut fundere esse supina manu libare, quod fiebat in sacris superis. Vergere autem conuersa manu in sinistram partem, ita fundere, ut patera conuertatur, quod inferis in sacris fiebat, hoc autem ad explorationem uictimarum pertinebat, etenim, si non stupuissent aptissime iudicabantur. Fundere etiam per metaphoram pro sternere capimus. Virg. quam septem ingentia uictor corpora fundat humi. Aliquando pro abundanter præbere. Idē, ipsa tibi blandos fiendunt cunabula flores. nonnunquam pro profligare. Sallustius, bis fusos milites. Virg. illi etiam siquos obscura nocte per umbram sudinus isidijs, totiq; a gitauius urbe. A fiendo, cum spargo significat, futile uas dicitur latissimè oris, ex altera parte arctum, quod statim positum effundebantur. Vtebatur eo in sacris deæ uestæ. a quo futiles dicitur, quod continere tacenda non possunt, sed ea effundunt, et future effluere, a quo effutire imprudenter, et mendaciter loqui. Apule. leuis homo, et futillis, ac rimarum plenus. Teren. Vt enim istoc de nomine eo perperam olim dixi, ne uos forte imprudenter foris effutiretis. Item futile, et futilliter aduerbia. Ennius, ut quod factum est futile, amica nos feranus fortiter. Future quoq; obscœnum uerbum hinc declinatum est, cum nihil aliud sit, quam semen, hoc est genituram effundere. Future uero arguere est, unde fit confutare, et refutare, a quibus confutatio, et refutatio, hoc est redargutio eorum, quæ ab aduersario dicta sunt. Interdum tamen ueteres confutare pro commouere posuerunt. Titinius, coctus magnū abenum, quædo feruit, paruula confutat trua, interdū pro confundere. Teren. Cōfu-



tauit uerbis admodum iratum patrem. Sed hæc a fundo poti-  
 us deducta existimant. a. litera in. u. conuersa, ut resutare sit  
 fata, hoc est dicta redarguere. Cato futauit usus est, pro se pi-  
 us fuit. Item a fundo infundibulum, quod est instrumentum,  
 quo in uasa liquores infunduntur. Idem in cella olearia hæc  
 opus sunt. Dolia olearia. Et opacula. Sestariū cleariū unū. La-  
 bellū unū. infundibula duo. spongiæ duæ, et funda, quæ modo  
 genus retis est, quod in orbem spargitur, diciturq; alio nomi-  
 ne reticulum. Virgilius. funda iam uerberat amnem, modo  
 sacculum, siue marsupium in modum retis factum, i quo pe-  
 cuniæ, et alia geruntur. Macrobius. solebat descendenti a pa-  
 latio Cæsari honorificam aliquod epi grammam porrigere græ-  
 culus id cum frustra sepe fecisset, rursusq; cum idem factu-  
 rum uidisset Augustus, breue græcum manu sua in charta  
 exarauit epi grammam. Pergenti deinde ad se obuiam misit, il-  
 le legendo, laudare mirari, tam uoce, quam uultu. Cumq; ac-  
 cessisset ad sellam, demissa in fundam pauperem manu pau-  
 cos denarios protulit, quos principi daret. Adiectus hic sermo  
 μήματα τὴν τύχην σὺν σέβασει, ἐπὶ πλέον ἔχων, πλέον ἐδ' ἔδου  
 hoc est. Non secundum fortunam tuam Auguste, si plus habu-  
 issem, plus dedissem. Secundo omnium risu dispensatorem Cæsar  
 uocatur, et sestertia centum nulli numerari græculo iussit.  
 Dicitur hoc sacculi genus etiam reticulum. Horatius, reticulū  
 panis uenales inter onusto forte uehas humero. Marsupium  
 sacculum esse ad tenendas pecunias Cato ostendit. Et quod p-  
 spicium est maiorem curā habere nos Marsupij nostri, quā m-  
 uitæ nostræ. Modo circulus ex auro, siue alio metallo, quo gē-  
 mæ ita necluntur, ut aurum non nisi margines amplectatur.  
 Plinius. Heteri rusa in proprio, uti arbitror, cognomine, uelut  
 est multis eiusdem generis composita gemmis. Quamobrem præ-  
 stantiores funda clauduntur. id est patentes, nec præterquam  
 margines auro amplectente. Idem, funda includuntur per-  
 spiciæ, cæteris subijcitur auricalchum. Funda etiam instru-  
 mentum est e funiculo factum, quo funduntur, hoc est iactan-  
 tur lapides. Terentius. nimis uellem fundam tibi dari, quo il-  
 los ex occulto cæderes. Ab hac funditores uocati, qui fundis  
 magnis dimittant. Sallustius, ipse cum expeditis cohortibus, de  
 hinc funditorū, et sagittariorum delecta manu. Item a fun-  
 do fusum aduerbium, hoc est sparsim, et fusus, quo nent mul-  
 tières, quod, dum trahitur uoluendo, quasi liqueferi uidetur,  
 propter quod græci Cnicon herbam, ex qua propter graclita-  
 tem, et rigiditatem caulibus antiquæ mulieres colos facere sole-  
 bāt, Attractylida uocant, quæ ex ea fusus liquetur. Græci enī  
 ἀτρακτὸν fusum dicunt ὄνη?εν liquari, hæc herba ex  
 aculeatarum genere est. Italia ignota. Aegyptij ex ea oleum  
 faciunt, semen eius candidum est, et grande, amarumq;. Itē  
 fundus, quia fundit quot quot annis multa, et fundum, quod  
 proprie est ima pars uniuscuiusq; rei, quæ aliquid in se liquo-  
 ris contineat, uel ad continendum facta sit, ut dolij. nauis. al-  
 uei. fluminis. lacus. maris. a quo fit fundamentum, et aduer-  
 bium funditus, hoc est a fundo, sicut coelitus a cælo, et pro-  
 fundus, quod proprie imum signifiat, ut profundum mare,  
 dictum, quod porro habeat fundum, aliquando tamen poni-  
 tur pro alto. Virgilius. ni faciat maria, ac terras, cælumq; pro-  
 fundum. Quippe ferant rapidi. Ad hoc profundior profun-  
 dissimus, Profunditas. Profunde. Profundus. Profundissime  
 aduerbia, et fusana tridēs Neptūni, hoc est telum trifidum  
 piscatorium, quod fundo natantia capiat. hoc etiam retiarij i  
 gladiatoris ludis utebantur. Iuuenalis. uicerat hoc monstrū  
 unicitati fusana Gracchi. Eius diminutiuum est fuscula, et  
 fundo fundas, quod est firmo, et quasi fundamentum facio.  
 stabilio. transferturq; ad incorporalia, Quintilianus. funda-

tam paternis, auitisq; opibus domum. Ab hoc effundare dicitur  
 a fundo euertere. Cælius. resp. amisso, et effudato pul-  
 cherrimo non paruam fecerat iacturam. Fundamenta uero  
 iacere, est quali acq; fundamenta facere, et quasi rei dare prin-  
 cipium. Suetonius, in ara capitolina nouæ donus fundamen-  
 ta iecit. Sed hoc quoq; ad incorporalia transfertur. Cicero, in  
 quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis. Ab  
 hoc fundatio deducitur, et fundator, et fundamen, et funda-  
 mentum. A fundo fundus composita sunt, circumsundo, quod  
 est circumcirca aspergo, Apuleius. Atq; eo liquore stabulum om-  
 ne circumsudit. Offundo, quod est iniicere. Cicero. Hic error,  
 et hæc doctorum animus offensa caligo est. Perfundo. consper-  
 go. Ouidius. Perfuditq; genas lacrymis. Effundo spargo Plau-  
 tus. Totumq; effudit fideliam, hoc est sparsit quicquid in fide-  
 lia erat. Fidelia enim uas erat samium uarij aptum usibus.  
 Idem, mulsi congaem, plenam faciam tibi fideliam. Hinc per  
 metaphoram effundere capitur pro emittere. Virgilius. Ru-  
 untq; effusi carcere currus. Item prosternere profligare. Sallu-  
 stius. effuso, ac profligato pediatu paulatim retrocedere cœpe-  
 runt. V. eteres etiā effusos pro effusos dicere, sicut merat pro-  
 merfat. Profundo supra modum expendo. A quo profusus di-  
 citur, qui supra modum sumptuosus est. Terentius. profundat  
 pereat, nihil ad me attinet. Aliquando tamen profusus poni-  
 tur pro eo, quod est abiectus. iacens. Plautus. profusus. squalens.  
 sordidus. ab omnibus derelictus. Refundo, quod est rependo.  
 Seneca, id erat non tam accipere beneficium, quā m refunde-  
 re. Proprie tamen refundere est, quod sparsum, erat restituere.  
 Idem. quicquid deerit ex meo refundam. Capitur aliquando  
 pro euomere. Plinius. Quod hesterna crapula ingurgitauerat,  
 palam refudit. Infundo, quod est liquidum aliquod, ut pu-  
 ta aquam, uinum. oleum iniicere. Apicius, oleum infundito, ad  
 ignem liquato. piper addito. Superfundo liquidum aliquid su-  
 per addo. Plinius. resinæ momentum cum aceto superinfundito.  
 Suffundo extrinsecus fundo, cum infundo potius de interio-  
 re parte dicitur. Virgilius, at si uirgineum suffuderit ore ru-  
 borem uentus erit. hinc fit suffusio, qui morbus est oculorum,  
 uulgo cataractam uocant, hæc paracentesi curatur. Est autem  
 παρακέντησις, quæ manu fit a chirurgo dum curari aliter  
 morbi non possunt. Inungitur prius locus. deinde uel acus,  
 uel hamulus infigitur, idq; paracentesis dicitur. Suffundere ue-  
 ro subijcere est, a quo suffundatum subiectum dicimus, tra-  
 ctum a fundamento. Varro, qui in domibus lateritijs paulu-  
 lum modo lapidibus suffundatis, ut humorem sugerent habi-  
 tabant. Confundo perturbare. confuto. opprimo. Plin. et simi-  
 secantur facile confundunt colorem. Seneca, facile hoc modo ad  
 uersarium confundi. Item a fundo funis deducitur, quod dum  
 trahitur, atq; attenuatur linum fundi uideatur. Ab hoc fit di-  
 minutiuum funiculus, et funalia, hoc est cerei, quod ante us-  
 sum papyri funes circumdatos habere ueteres solebāt, et ab  
 hoc funus, quod incensi funes mortuis præferbantur. Funus  
 proprie est pompa illa, quæ fit in exequijs mortuorum. Ennius,  
 nemo me lacrymis decoret, nec funera stertu faxit. Aliquan-  
 do tamē ponitur funus pro morte. Vir. nec moritura tenet cru-  
 deli funere Dido. Aliquando pro caduere. Terentius, effir-  
 tur funus. Nonnunquam pro sepulchro. Vir. ergo i stauramus  
 Polydoro funus. Hinc funerare sepelire est, Et funera dicitur  
 muliēres, ad quas pertinet funus, ut pote soror, et mater.  
 Idē, nec te tua funera mater protexi, pressine oculos, aut uul-  
 nera laui, et funebre, quod ad funus pertinet. Vnde funebrius  
 pompa dicitur. Quintilianus. Quid sibi uelit ille funebrius  
 longus ordo pompæ parum. Nam pompa græca uox est, signifi-  
 catq; apparatus solenne cum ostentatione, et specie quadam



triumphi, unde et *το μπάειν* græci triumphare dicitur. Hinc et funerum, et ludorum, ac spectaculorum pompe dicuntur. Cicero. sed iam è pompa i ueram aciem deseriamus, et funeralia quicquid ad exequias pertinet, et funebres tibie, quibus in funere canebatur, quas flammis audire putabatur illicitum. et funestum funere inquinatum. a quo fit funesto uerbum, cuius passiuum est funestor, et funestata domus dicitur, quæ aliquo funere affecta est. Plautus. pater tuam funestati domum. funestare etiam quandoque pro cruentate accipitur, et funestum pro mortifero, et cruento. Seneca, uox illa funesta rei publicæ, hoc est cruenta, mortifera. Fugor quoque nonnulli quasi funus ago dictum existimant. proprie enim fungi finire est, unde uita functus dicitur, qui finiuit uitam, hoc est mortem obiit. cuius significationis et ab hoc compositum est defunctus, Virgilius. O tadem magnis pelagi defuncti periculis, hoc est qui finisti, et chasisti pericula. Titus Livius. Defuncta morbis corpora salubriora esse incipere, hoc est corpora, quæ finierunt, et euaferunt morbos. Legitur et defunctus per se, hoc est mortuus, et defunctus morte, hoc est qui mortem obiit. Accipimus tamen frequenter fungor pro eo, quod est officium, ac munus ago. ut fungor magistratu. fungor præura. fungor legatione. fungor officio mihi delegato. fungor munere iudicis, et similia. Fungum etiam sunt qui a finire agendo uocatum existimant, quod periculosissimum sit uentibus, tam præsertim, cum uel caligine clauus, uel calybis rubigo, aut panni aliquis marcor affuerit, aut si serpens primo patrescentem adhalauerit. Hic uisus est totus aliquando familias perimere. Sic extinctum tradunt Anneum Sernum præfectum Neronis uigilum, et tribunos, ac Centuriones quosque, qui cum eo in conuiuio fuere. ut mirum sit tantam anapies abi esse uoluptatem. Plura autem fungorum genera memorantur. In primis Boletus ob id maxime toto orbe notissimus, quod eo extinctus est Tiberius Claudius, dato in eo ueneno a coniuge Agrippina, ut quidam uolunt, quod eius cibi auidiuissimus esset, ut alij ab Aloto spadone præagustatore, dicitur in arce epularum cum sacerdotibus, iussu eiusdem Agrippinae, consilio Locuste malefica, auxilio Xenophontis medici. Plinius. optimus quidem abus est Boletus, sed immenso exemplo in crimen adductus, ueneno Claudio principi per hanc occasionem a coniuge dato Agrippina. Quo facto, illa terris uenenum alterum, sibi que ante omnes Neronem suum dedit. Optimus hic esse inter fungos a ueteribus putabatur. Iuuenalis, uilibus anapites fungi ponentur amicis, Boletus domino, sed qualem Claudius edit, ante illum uxoris, post quem nil amplius edit Martialis. Dic mihi quis furor est turba spectante uocata solus Boletus Cæciliane uoras. Quid dignum tanto, uentrisque, gulaque precabor? Boletum, qualem Claudius edit, edas. Hic ita nascitur, uolua prius in terra gignitur, ipse postea in uolua, cui in ouo luteum, et tunica eius in abo par grana, dum in fans est Boletus, rum pinur illa hoc nascente, mox in pediculo totum corpus absumitur, oritur, occiditque intra septimum diem. Cæteris fungis lentior natura, origo fere omnibus ex putate arborum, tutissimi olim existimati sunt Rufi, et minus diluto robore, quam Boleti, proximi qui candidi sunt, et in pediculo ueluti apicem flammis habent. Post hos qui in inferiori, et concava parte Rufescunt, superiori parte candidorem habentes, uulgo, quod in Pratis nascuntur, pratenses appellati. sequuntur deinde suilli, genus uenenis accomodatissimum, et qui tota sepe conuiuia interemerunt. Tutiores aridi in plerisque enim Italiae partibus siccantur. Sunt præterea, et ab omni figura onati dicti, et a spongiae similitudine spongoli, et a dignis digitelli, et a porrigine porri gnosi, et

qui sine pediculo nascuntur, quasi tuberibus similes, nisi quod sunt candidissimi pericæ. multarum præterea arborum fungusunt, non ita pernitiosi, præsertim qui sunt ex fico. ferula. fago. robore. cupresso. sambuco. castanea in primis præstantes gignit, et omnium maximos, ut fungus unus pluribus sufficiat conuiuii, lacnias uocat, quod lacinosi sint, et uisu quoque uoluptatem afferant. Sed omnes odore simul, ac sapore, et innocentia superant, qui è spinarum radiabus uere nascuntur, spineoli propterea, a plerisque etiam pruneoli uocati, ignoti prorsus ueteribus, quod certe inter tot gula irritamenta mirandum est. Commendantur etiam qui ex arborum radiabus autumnis nascuntur. Cardeoli ex argumento nominati, ipse quoque inter primos innocui. Tutiores putant fieri quoscunque fungos, si cum carne coquantur, aut cum pediculo piri. Item si pira confectim sumantur, uel si coquantur in aceto. Est et aliud mirabile fungi genus, quod ex lapide nascitur, quem Lynceum uocant. Est inter animalia ex luporum æruariorum genere, quod Lynx uocatur, maculoso tergo, de quo Virgilius. Et maculose tegmine lyncis, huius animalis urinam coire in duriciem calculi manifestum est, quod lynx præsentens inuidia humani generis, ne ea egeries in nostrum transeat usum, egestum liquorem statim arenarum tumulis contegit. Inuentus hic lapis, sub terra, quasi planta occultatur. In siccitate aqua rigat. Nascuntur ex eo fungi paulatim crescentes plures simul, et in abo sapidissimi, et dolori renum, ac frangendo, educendoque calculo mirifice utiles. Dum fungi scanduntur, pars pediculi, quæ fixa in lapide remanet spatio temporis lapidescit. Sic augetur continue lapis, et plures quotannis fungos germinat. Ignorauerunt hoc ueteres. et tantum gigni ex lyncis urina lapillum quendam scripsere utilem dolori renum, quæ lyncurium uocant. Theophrastus lapidem hunc succano similem esse colore, et appropinquantiâ similiter attrahere magno errore affirmat. Agaricon quoque fungus est in arboribus nascens circa Bosphorum colore candido, et in Gallia, sed quod in Gallia nascitur, infirmus habetur. Sunt etiam quarundam arborum fungi magnitudine, duritia. et æqualitate quadam insignes, quibus pro strigilibus utuntur præsertim qui caluam crinibus nudam gerunt. item alij, quibus utuntur aridis pro fomitis, ignem in ipsis uel attritu liquorum, uel ex cussu lapidum, quos ob id ignarios uocant concipientes. in lucernis quoque, atque candelis oriri se penumero fungos cernimus, quos futuri imbris indices esse commemorant. Virgilius. Nec nocturnis quidem arpentis pensa puellæ Nesciuerit hyemem, testa cum ardente uiderent scintillare oleum, et putres concretere fungos. Item fungi sepe in ano nascuntur, hoc est ulera quædã quam simillima fungus humida semper, et odore admodum foedo, quæ si hyems sit gelida, si aliud tempus frigida aqua fouentur, deinde squama æris cum fuligine, et calce in sepe gignitur, et si hac ratione non tolluntur, scanduntur prius, deinde candenti ferro aduruntur. A fungo fit fungosus adiectiuum, quem admodum a spongia spongiosus, significatque rarum, et leuem ad similitudinem fungi. Plinius. Est calamus crassiore longo, et tenui foramine, hunc totum fungosa replet medulla, ab hoc Fungositas dicitur. idem, tota fungositas derasa. REDDITA ROMA SIBI EST. Restituta est Roma in libertatem. nam quæ prius Neroni subiecta erat, te præside sua facta est, hoc est libera, nec alteri parës, quam sibi. ROMA. Roma urbs Italiae regina urbium, totius mundi caput. hæc paruum ab initio oppidum fuit, a inuentute latina Valèria appellatã, quod cum Euaëder ad ea ueniens loca extēdisset, seruata i positi prius nominis significatione Romã nũcupauit, siquidẽ græci *ρωμυρ* robur appellat. Alij uolunt Tro-



ia capta quosdam ex Achiuis in ea loca, ubi nunc Roma est, de uenisse per Tyberim, deinde suadente nobilissima captiuarum, cui Romenomen erat, incensis nauibus posuisse sedes, et structo oppido, Romem ab ea uocasse. Nonnulli tradunt Romem non captiuam fuisse, sed Ascario natam, Aeneae neptem, hanc appellationis causam extitisse. Sunt qui a Romulo conditore uocata Romam existimant, ideo autem Romam potius, quam Romulam appellari hunc uoluisse, ut ampliori uocabulo prosperiora patriae suae ominaretur. fuit et aliud huic urbi latinum nomen, sed exprimeret id arcanae caerimoniarum nefas habitum est. Quapropter cum Valerius Soranus contra interdictum id eloqui ausus fuisset, mox peremptus dedit poenas. Causam autem, cur et urbis, et eius dei, in cuius tutela urbs erat, ignorari nomen Romani uoluerunt, hanc tradunt. quod ipsi arcanae hunc morem habebant, ut cum obfiderent urbem aliquam hostium, iamque ipsam capi posse confiderent, certo carmine euocarent tutelares deos, uel quod aliter capi urbem posse non crederent, uel quod, si posset, nefas existimarent deos habere captiuos. ideo igitur occulta esse et deorum, et urbis nomina uoluerunt, ne, quod ipsi faciebant, ab alijs paterentur. Carmen autem, quo ipsi utebantur, erat huiusmodi. Si Deus, si dea est, cui populus, ciuitasque Carthaginiensis est in tutela, teque maxime ille, qui huius urbis, populi que tutelam recepit, precor, uenerorque, ueniamque a uobis peto, ut uos populum, ciuitatemque Carthaginiensem deseratis. loca. templa. sacra. urbemque eorum relinquatis. abique his abeatis, ei que, populoque, et ciuitati metum, formidinem iniiciatis, proditi que Romam ad me, meosque ueniat, nostraque uobis loca. templa. sacra. urbs accipior, probatorque sit. mihi quoque populoque Romano, militibusque meis praepositi sitis, ut sciamus, intelligamusque, si ita feceritis, uoueo uobis templa, ludosque facturum. Tutelarem Romanorum alij Iouem esse crediderunt. alij Lunam. alij opem consuiam. alij Angeronam, cui sacrificatur ad xij. Calen. Ianuarij, cuius simulachrum ob hoc maxime silentium, obligato, ob signatoque ore fingebatur. Huius urbis ambitum diuersis temporibus uarij fuisse auctores prodiderunt. scribit Plinius diui Vespasiani temporibus millia passuum tredecim, et ducentos urbis ambitum fuisse. Flauius autem uopiscus tradit Aurelium imperatorem ambitum urbis, ad triginta milia passuum ampliasse. Romulus autem a Romula arbore appellatus est, sub qua Romulus, et Remus pueri inuenti sunt, quemadmodum superius ostendimus. Alij utrunque a robore hoc est ἀρόρις ῥώμους appellatos uolunt. A Romulo romulia tribus dicta, quod ex eo agro censebatur, quem Romulus ex Veientibus cepit. A Roma uero Romanus dicitur, qui et a Romulo appellatur Romulida. et Romulea urbs ab eodem Roma uocatur. Item Romulea aliquando pro Romana accipitur. Romana porta a Sabinis apud Romam appellata est, quod per eam proximus eius aditus esset.

**REDDITA.** Restituta. Proprie enim reddere est accipere, uel ablatum restituere. Terentius. Siquis quid reddit, magna est habenda gratia. Interdum tamen Reddo pro do accipitur. Plautus, tibi ego rationem reddam. Virgilius. regnum reddita cessit pars Heleno. Quintilianus. Si uerum est post innumerabiles annos reddi, rursus alius corporibus animas. rursus reddi hoc est iterum dari. Hinc Celsus iuriconsultus reddendi uerbum inquit, quanquam significationem habet retrodandi, accipit tamen et per se dandi significationem. Nam quod aliqui dicunt reddo literas idem esse, quod do literas, falsum est. etenim cum reddo literas dicimus, non do literas significamus, sed restituo. quoniam is, cui datus literas, quasi restituere illi uidetur, ad quem datus, Reddo etiam uer-

bum sacerdotale est. Reddi enim exta dicebantur, cum probata, et electa ara supponebantur. Virgilius. Lanabus, et pandis fumantia reddimus exta. Aliquando reddo accipere pro repono. Plautus. Tempestas uenit, constringit tegulas, imbricesque, ubi dominus indiligens reddere alias neuolt. A reddo reddius dicuntur, qui proprie sunt prouentus agrorum, quamuis per translationem pro omni prouentu ponantur. Reddo a do uerbo declinatur. Dare proprie tribuere est. Virgilius. da propriam Timbrae domum. Aliquando pro exhibere ponitur. Terentius. namque ei unam cenam, atque eius comitibus dedi. Nonnunquam facere. Virgilius. Tu das epulis accumbere diuum. Interdum dicere. Idem, Sed tamen iste deus qui sit da Tityre nobis. Quaedamque ascribere. Cicero. Ego quae tu sine uerre commisisisti, uerri crimini daturus sum, saepe etiam prostituere. Martialis. Casta igitur nulla est: casta sunt mille, quid ergo casta facit non dat, non tamen illa neget. Illud notandum, quod datus alicui literas tanquam tabellario per eum ad alium perferendas. datus ad aliquem, cum ad eum perferri uolumus. Aliquando utrumque coniungitur. Sallustius. Vulturto literas ad Catilinam dat is cui literae datur, si perferret, reddere literas dicitur, ut paulo ante ostendimus. Is uero, ad quem dantur, accipere. Item dare potestatem plus est, quam si dare potestatem. Etenim facere potestatem est aliquid permittere. Cicero. fecit ei potestatem legendi literas, quas a Trebatio acciperat, hoc est permisit, ut legeret literas. Dare uero potestatem, est rem prorsus alterius arbitrio permittere. Plinius. Ut qui suarum omnium rerum potestatem auunculo dederat. Paulus iuriconsultus eum quoque dedisse affirmat, qui aliquid com pensauit, aut permutauit. dare fidem non est credere, ut plerique indocti existimant. Hoc enim habere fidem dicuntur, hoc est credulitatem. Sed dare fidem est aliquid sancte promittere. Terentius. grauida que facta fidem dat sibi uxorem fore hanc. Virgilius. accipe, da que fidem hoc est accipe promissionem a me, et tu similiter mihi sancte promitte. Aliquando tamen Accipere fidem, est accipere credulitatem, hoc est mereri, ut credatur. Martialis. iunctam Pasiphaenae dicitur crediti Tauro uidimus, accipit fabula praesca fidem. superioris uero exemplum ponit Quintilianus, fidem habes hominibus, quos mentiri alius affirmat, id est credulitate praestas. Plinius. cur enim uerbis eius non sit fides habenda. Ab aliquo uero habere fidem est habere promissionem alicuius rei fide firmatam. Terentius. aut, si fidem habeat, se in praepositum tibi a pud me. Si fidem habeat inquit, hoc est, si fidem accipiat a me, et si ei fidem dem, ac sancte promittam. Alia quoque a do composita sunt addo. quod est adicio adiungo. A quo super addo. Additus tamen apud ueteres accipiebatur pro inimico. Virgilius. nec Teucris addita Iuno usquam aberit, Circudo circuo Sallustius, arcuandatos militibus saltus mox occupauit. obdo, claudio, Terentius. Pesulo hostium obdo. Perdo amitto. Per enim praeposito, cum per se est, localem et temporalem significationem habet, ut per medium forum. et per medium diem. et per fortitudinem adeptus est praemium, ubi fortitudo, quasi locus praemij ostenditur. Aliquando est iurandi, ut per Iouem, et per Pol, quod per Pollucem significat. interdum obtestandi. Virgilius. Per te, per qui te talem genuere parentes. Idem, Per ego has Lachrymas, dextramque tuam te, per conuubia nostra, per inaeptos hymenaeos. Nonnunquam medium quendam, et quasi intercessorem significat, ut per amicos meos obtinui, per metipsum feci, quasi metipso medio. In compositio uero aliquando abnegat, ut perfidus piurus, qfide, et iusur adu fregit. Aliquando significat i totum, et usque ad finem. Laetantius, non mihi ste petere, ut si quis erit, qui incederit in haec, si legit perlegit,



hoc est, usq; ad finem legat. Cicero, nuntius ille, qui literas accepit, non perdidit. Seneca, Leue est miserias ferre, perferre ē gr̄ue, hoc est aliquo tpe i miseris esse, leue est. sed in his usq; ad finem ut a perseverare, est gr̄ue. Martia. Nam vigilare leue est, peruiolare gr̄ue. Hinc agere reum, est in aliquem inquirere, & accusare. Peragere reum, est usq; ad finem agere, hoc est condemnare. Quandoq; significat per medium. unde Pellucidum dicimus, per cuius mediū sielgor emanat. Per spicuum per cuius mediū uidemus, ut aqua. glacies. crystallus, sed pellucidum magis ad corporalia pertinet. Per spicuum ad corporalia. Plu. ita is pellucet, quasi Laterna pūca Plyn. Tam claras, perspicuasq; sententias. Hæc tamen apud auctores confunduntur, plerumq; pro ualde accipitur, ut per gr̄ue, per magna. Cicero, per gr̄ue mihi iussum est, & si addatur, quā, significat maxime, ut perquam bonus, idest optimus, perquam magnus, idest maximus. Est etiam quando per pro nimis uehementer accipitur, factiq; significationē uocabuli pene a simplici suo diuersam, & in malam partem accipitur, ut pertinax, nimis tenax, quod significat durum, & inexorabilem, atq; obstinatum. Pernix, qui nimium nititur. unde aliquis do accipitur pro celeri. Vir. talis & ipse iubam ceruice effundit equus coniugis aduentu pernix Saturnus. Aliquando nimis perseverans. Differtq; pernicitas a uelocitate, quod alterū sit celeritatis, alterum patētissimæ perseverantiæ. Idem, & inter dura tacet pernix i strato saxa cubili. Per fugat, qui nimium fugit, hoc est qui ad hostes fugit. Peruersus, qui nimis uersatur in malo. Peratus nimis inatatus, qui ira, ac furore accessus est. Perpeffus, qui nimis, & cum labore, ac dolore passus est. Perdo ergo dictum, quasi nimis do. Nam qui nimis dat, qd quid habebat amittit. Capitur etiam aliquando perdo pro primo. quoniam quæ amittuntur, quasi mortua nobis esse uidentur. Teren. dij te perdant. Ab hoc perditus dictus, qui interijciunt, & reuocari non potest, sicut perditæ res, quæ amissa ē. Idē, dij uestrā fidē hominē perditū, miserumq;. Cicero, seuē crudelitate. perditum, luxuria, mitijs omnibus contaminatum. Vterus pro perdo perduo dixere, a quo perduaxo. Plu. Dij te, de aq; omnes perduaxim cum i hoc homine. A perdo fit deperdo, unde Caius iurisconsultus scribit de perditū dicit, quod in natura rerum esse desit. Diminutum uero, quod usu rapitū est. Item a do componitur trado eiusdem ferē cum suo simplici significationis. Abdo, quod est recondo. Apuleius, atris abditæ nubibus. Abditus ueteres abortiuos appellabant. Abdomē sumē dicitur, quod abditum sit. A poetis tamen aliquando pro larido ponitur, hoc ē pingui duro. Iuue. Montani quoq; uenter adest abdomine tardus. Item dedo, quod est in perpetuum do, & ita differt a do, quod proprie damus animo reperiendi. dedimus autem quæ in perpetuum damus, unde dedere se hostibus dicimus, qui sese in hostium potestatem tradūt, & traditio ipsa deditio dicitur, & qui se ita tradunt, uocantur deditiij. Aliquando tamen dedo accipitur pro do. Teren. Verberibus te casum in pistrinum Daue dedam. & deditæ opa dicimus pro eo, quod est data opera, hoc est de industria. Pompeius Festus, deditum iterpretatur ualde datum. Item Antidosis, quod proprie significat quicquid alicui ex aduerso datur. Nam arti gr̄æcæ præpositio in compositione pro, uel contra significat, unde Anticatones dicti, & Antilogia, quasi contraria oratio, & Antiphrasis, quod sit sensus sermo ni contrarius, ut cum bellum dicimus, quia minime bonum, & Antiprosis, quæ do casus ponitur pro casu. & Antithesis. quod nonnulli obiectum iterpretati sunt, & Antitheton contra se positum, & Antonomasia, quando nomen pro nomine ponitur, ut Maii genitus pro Mercurius. Antidosis ergo, quod con-

tra aliquid datum est. sed hoc a gr̄æco potius, hoc est a dōri-deriuatum uideri potest. de quo paulo post dicemus. Item edo cum primam syllabam producat, quod est emitto, quasi extra do. unde edere libros dicimus, edere opus publicum, a quo editio, hoc est publicatio. Aliquando tamen auctores do usurpant pro produco, & pario. Vir. Nec nostri generis puerum, nec sanguis edunt. Ab hoc edita loca uocantur alta, & sese edentia, hoc est ostendētia, scribiturq; cum diphthongo ad differentiam alterius edo, quod est comedo dictum a gr̄æco ἔδω quod est uescor, huius supinum est esum, a quo esito frequentatiuum. Cellius, uidetur autē de Cyano non esitato causa erroris fuisse. & esurio, quod est cupio edere. Quintil. Pater filios esurit. Martianus. Esurit magis, quo magis est domus. Hinc esuries edendi auiditas appellatur, & minus est, quam fames, quæ ex defectu annonæ provenit. Plyn. iustum Nili incrementum est cubitorum sex decem i duodecim cubitis prouincia famem sentit. In tredecim etiam unum esurit. quatuordecim cubita hilaritatem affert. quindecim securitatem, sexdecim delicias. Ecce quomodo famē ex summa sterilitate ostēdit prouenire, quæ ex inedia sequitur. ex mediocri uero sterilitate esurie, quæ oritur ex paritate, quæ & esurito dicitur. Martia. illam, quam facit esuritionem. & esurigo. Varro, quolibet ire licet accubium acedo, quod esurigo fieret, edebat costas. Verba in rio desyderium quoddam significare uidentur, ut parturio cupio parere. Cœnatorio cupio cœnare. Cic. ut aliquando dolor Populi Romani pariat, quod iam diu parturit. Martialis, in omnibus vacerra, quod conclauibus consumit horas, & die tota sedet, cœnaturit vacerra, non cœnaturit. Aliquando tamen huiusmodi uerba a suis primitiuis non differunt, ut Scaturio idem est, quod scateo, & non modo de aquis dicitur, sed etiam de herbis, cæterisq; sua sponte uertim nascentibus, quamuis scatebra, & scaturito, & scaturies, tantum dicitur, sitq; ebullino aquæ surgentis, unde etiam uasa æstuantia scaturire dicuntur. Scaturies etiam modus matulæ est, ut Varro testatur. ab eodem edo Abedo deducitur, quod significat cōsumo. Virgilius. Nam sæpe fauos ignocis adedit stellio. nam edo quoq; pro consumo accipitur. Et adest cōsumptum dicimus. Item edacitas, quod significat in glumem, edax pro manducatione, hoc est uorace. & consumptore. huiusmodi enim homines a ueteribus manducationes, & manduca, a manducando, & a mandendo mandones, qui & mansutiij, hoc est edaces, a ueteribus dicebantur. Manduca effigies in pompa antiquorum inter cæteras ridiculas, & formidolosas imagines ire solbat, magnis malis, ac late dehiscens. & ingentem dentibus sonitum faciens. Plautus, quid si ad ludos me pro manduco locem? Edones quoq; ab edendo uocantur, sicut ἀπό τοῦ φάγω quod est edo, dicuntur Phagones, utroq; utitur Plautus. Item ab edo ador, quasi edor saxi genus, edor quondam appellatum, de quo inferius dicemus. Item peredo uehementer edo, a quo fit peredia ipsa comestatio, sicut bibesia ipsa bibitio. Prandiū, quasi peredium, de quo inferius dicemus, quibus frequenter utitur Plautus. Item exedo, quod est consumo. Item obedo, quod similiter modo pro consumo accipitur. unde Obesum dicitur graale, exile. Neuius, corpore, peccareq; undiq; obeso, ac merito exoso, tardi ingenio senis, modo pro comedo, a quo Obesum pro uberi, & crasso accipimus. Virgilius. Argutumq; caput, breuis aluus, obesaq; terga. Cato, Edusam & Potinā uocauit deas præsides puerorū. has enim nutrices inuocare solebāt, cū pueri lac dimittere incipiebāt. Itē comedo eiusdē cū suo simplici significationis. In quo notādū, qd ueteres comest pro comedit, & comedim pro comedā scripsere. Varro, nā i hūanis omnia sunt paria. Quippe te maior plus urget. piscis ut sæpe mi-



nutos magnus comest, ut auers enecat accipiter. Lucil. cum má ductatur totum complexa, comestq; Cicero, Sed ad extremum pollicetur prolatum se, quæ ipse comest. Idem, cura, si me amas, ut ualeas, ne ego iacente te, tua bona comedim. statim enim tibi ne a grotto quidem parere. Pomponius, Ego quero quod edim, has querere cui parcat certum est. Item comesatio a uicis, quos græci, κώμους uocant, et esum supino. V etres alim in uicis habitantes, priusquam oppida conderentur, alij alios conuictus gratia inuitabant. Nec recte Seruius comesationem a comesse in finitimo derivatum existimauit, nec recte interpretatus est comesationem conuiuium esse factum cum luxu. Licet enim aliquando usurpetur comesatio pro cibo quacumq; hora extraordinarie sumpto. interdum etiam pro crapula. proprie tamen comesatio est abus, qui post cœnam sumitur, sicut merenda abus, qui sumitur ante cœnam. et ientaculum abus, qui sumitur ante prandium. Sueto. Sed præcipue luxuria, seuitæq; deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat in ientacula, et prandia. et cœnas, comesationesq; facile omnibus sufficiens uomitandi consuetudine. idem, conuiuabatur frequenter et large, sed penè rapitum. Cœna uero ultra solis occasum, nec ut postea comesaretur. Ientaculum abus est matutinus, qui sumi solet ante, quam homines opera aggrediantur, quidam Prandiolum, siue prædiculum, quasi paruum prandium uocant, fitq; a iento uerbo. A fra. Hæc ieiuna ientacul. Idem, dum ex eo domum ientare nulla inuitat. Plau. Quid appones Veneri ientaculi, Pomponius, nihil habens ientaculi, præter nauticum panem. Martia. Surgite iam uendit pueris ientacula pistor. ienta a ieiuno dictum est, quod non maxime ieiuna sint corpora. Græci ientaculum ἀρπῆσις μὲν uocant et ἀρπῆσις μα et ἀρπῆσις ientare, unde Aristoteles aquilam scribit non uenari, sed quiescere μεχρὶ ἀρπῆσις ματος. Quod uerbum deductum est ἀπὸ τοῦ ἀρπῆσις, hoc est a uino mero, et non lymphato, quod sicut in prandio merenda cœna. comesatione dilutius, ita i aurora meracius bibere, et salubre putatur, et usu receptum est. Ab iento etiam ientatio deducitur. Item a comedo comedones, et comedos ueteres uocabant, qui bona sua consumerent. Comædi uero cum æ diphthongo dicuntur comædiarum actores, sicut comica comædiarum authores, hoc est poetæ. et comædia ipsa poemata, quæ omnia ex eo dicuntur, quod initio in uicis iuuenes cantare quæstus gratia soliti essent, crebro conuenientes. κώμῳ enim uicis est, ἀδὲν catus. Est autem comædia poematis notum genus, in quo humiles ferè personæ introducuntur. quæ uis antiqua comædia et grædus, et elegans, et uenusta erat, nullaq; aut similior oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. præcipui eius authores. Aristophanes, et Eupolis, et Cratinus fuerunt. Tra gædia uero genus poematis est grande, in quo Heroes introducuntur. Duas, Reges. In comædia amores ferè, et uirginum raptus. In tra gædia luctus. exilia. cædes introducuntur. In comædia frequentier, et penè semper exinus Lati. In tra gædia tristes, et liberorum, fortunarumq; priorum in peius agnitio. Tristitia namq; tra gædiæ proprium. Propter quod Euripides petente Archelao rege, ut de se tra gædiam scriberet, abnuuit. ac precatus est, ne accideret Archelao aliquid Tra gædiæ proprium, ostendens, nihil aliud esse Tra gædiam, quam miseriarum poemata. Sermo in tra gædijs grandiloquus. Ouid. Omne genus scripti grauitate tra gædia uincit. Tra gædiam quidam ita definiunt. Tra gædia est heroica fortune in aduersis comprehensio. et ἀπὸ τοῦ τράγος καὶ τῆς ἀδύτης, hoc est ab hircu, et cantu nomen habet, quoniam olim authoribus tra gæcis hircus præmum catus proponebatur. Horatius, carmine qui tra gæ-

co uilem certabat ob hircum. Alij autem putant a fece, quam græcorum quidam trygeta uocant, tra gædiā appellatam, quoniam olim nondum personis a Thespide reperiis. tales fabulas perynthi ora feabus agitabant. idem, ignotum tra gæce genus inuenisse Camæna dicitur, et plaustris uexisse poemata Thespis, quæ canerent, agerentq; peruncti feabus ora tra gædias primus in lucem Aeschylus protulit, sed longe clarius illustrauerunt Sophocles, atq; Euripides. Apud Latinos. Pacuuius, Ouidius, et Seneca in hoc poematis genere floruerunt. Ouidius Medeam scripsit, omnia uitio temporum perierunt, exceptis Senecæ tra gædijs. Comica ante tra gæcos fuisse. principio ioculatoria quædam minus scite, et uenuste pronuntiantes, sed mox Aristophanes, Eupolis, et Cratinus principum uitia insectati acerbissimas comædias composuerunt, quæ ueteres, siue antiquæ comædiæ appellatur. Tertia ætas fuit Menandri, et Philemonis, qui omnem acerbitatem comædiæ mitigauerunt, a quibus postea Romani poetæ sumptere. Comædiam quidam, ita definiuerunt. Comædia est priuata, ciuilibq; fortune sine periculo uitæ comprehensio, et non ἀπὸ τῆς κώμους hoc est a uico, ut diximus, sed ἀπὸ τοῦ κώμους hoc est a comesatione appellatam, quod olim in huiusmodi fabulis amantium iuuenum comotationes, et conuiuia canebantur, a tra gædia tra gædum, et tra gæcum dicimus, sicut a comædia comædum, et comicum. Item tra gæce, quod si significat atrociter. crudeliter, quasi more tra gæco. sicut comædiæ mansuete, suauiter. Plau. euge astitisti et dulce, et comædia. Item para tra gædio uerbum, quod si significat exaggero, et uerbo rum magnitudine aliquid augeo. Idem, illic homo est, ut para tra gædiat carnifex, a tra gæ, quod hircum si significat (ut diximus) tra gæpa deducitur, quæ auis est in Aethiopia asiatica, maior Aquila, quæ cornibus arietinis præfert caput armatum. et tra gæla phus, quasi hircanus cernus, animal specie cerni, barbatiuum, et armoru uillo ab alijs distans. et tra gæpogus herba in acetarijs laudata, quæ a quibusdam barbula hircana, ab alijs come, quia folia habet instar croci in rotundum sparsa, radicem dulcissimam, uulgo barba petræ appellatur. Sunt etiam qui scandicem uocent, hæc est, quam Aristophanes Euripidi poetæ obijcit ioculariter, matrem eius, ne olus quidem legitimum uenditasse, sed scandicem. Item tra gæmia herba, quæ ad alligata triduo dicitur consumere lyenes. et tra gænis, siue tra gæon, quæ nascitur in insula creta in maritimis iuni pero similibus, et tra gæon, quam aliqui scorpion uocant, semper pedes alia folijs pusillis. racemis rubetibus grano tritici. item ab edo edera, quod pariter edat, atq; consumat, quamuis alij ab herendo potius dictam uelint, licet primam syllabam correptam habeat, quod hæreat semper, et sequatur quicquid proximum est, a quo sequaces dicuntur. Persius. Quorum magnes lambunt ederæ sequaces, edera arbor est omnibus inimica satis, se pulcratq; ac muros rumpens, serpentium frigori gratissima. species eius tres, cædida, et nigra, et quæ uocatur Helix, et alia fructu tantum candida, alia folio quoq; racemus edera in orbem arcum actus uocatur Corymbus, a quo corymbifer, qui fert corymbos, siue ederam. Ouidius, festa corymbifera lebrabat Græcia Bacchi. Sileniacum genus eius est, cuius minor acinus, sparsior racemus simili modo in nigra alioqui nigrum semen est, alij crocæum. huius coronis poetæ utuntur, folijs minus nigris. Virg. pastores edera crescetem ornate poetæ. Quidam eam Nysiam, alij Bacchicam nominant, maximis inter nigras corymbis. Quidam duo huius etiam generis faciunt. Erythranum, et Chrysoatrum. edera pluribus locis itersa uiuit tamen, et tot in ita radicem habet, quot brachia. est et rigentis edera genus, quæ sine admixtulo stat, ob id uocata Dendroassos



dendroïffoi ἀπὸ τοῦ δένδρου καὶ ἰσίου hoc est ab arbore,  
 & edera compositum, & e diuerso nunquā nisi humi serpens  
 chamaëssus ἀπὸ τοῦ χαμαῖ, quod humi significat, &  
 uis edera est & alia herba ederae ferē similis, quā uo-  
 cant simlacem densis geniculata caulibus spinosa fructuosa, ra-  
 mis folio ederaeo, flore candido, olente lilium, infauista oibus  
 sacris, atque coronis, lugubrem enim hanc putant, quod uirgo  
 eius nominis propter amorē iuuenis Croci in hunc fructū mu-  
 tata sit. Ouid. et Crocum in paruos uersum cum Smilace flores.  
 Id uulgū ignorans sapenuero sacra sua polluere solebat. ē  
 similace codicilli sunt, propriūq; eius materia est, ut auribus  
 adnota leuem reddat sonum. sunt qui simlacem autophorū uo-  
 cant, quasi seipsum ferentem. coronam ex ea fictam impari fo-  
 liorum numero aut capitis doloribus mederi. a similace simla-  
 ceus dicitur, quod ē similace est, sicut ab edera ederaeus, quod  
 est ex edera. sunt etiam qui simlacem taxum uocant, ut infe-  
 rius ostendimus. ederae mira natura est ad uina experienda,  
 etenim si uas ex ligno eius fiat, uina transiunt, & aqua re-  
 manet, si qua admista est. Quidam inter genera ederae &  
 cisthū numerant. haec arbuscula est in insula Cypro, in  
 cuius folijs pingue inest, quod rore mistum mane liqueſcit, de-  
 inde sole in puluerem uersum madentibus hircorum uillis, dū  
 passantur, adherescit, deinde depectitur, quod & ab ipsius ar-  
 busculae nomine cisthū dicitur. quidam arbusculam uocant  
 Cystharum, ob hanc causam in Ladano hircorum pili conspici-  
 untur. sunt tamen, qui herbā quoq; in Cypro reperiri scribāt,  
 quam Ladam appellant. a qua dicitur Ladanium, quod pingue  
 est huic insidens herbae. itaq; attractis sianiculis eam herbam  
 conuolunt, atq; ita offas faciunt. in nabathæis quoq; Ladani  
 genus, qđ strōbon uocant, traduntq; sylvas arabum passu ca-  
 prarū i fringi, atq; ita succum uillis inherescere. Item ab edo  
 esca dicitur, quod non modo hominum, ac caeterorum animalū  
 abaria significat, sed etiam quod auibis, piscibus uel ad capi-  
 endum datur. ab hac escaria mensē quadratæ, in quibus ho-  
 mines epulantur, et esculentum, quod ad uescendum pertinet,  
 & esculus arbor glandifera, qđ ueteres ex eius fructu escam  
 sumerent, & uescum ex ue, & esca compositum, quod signifi-  
 cat cum edendi fistido. quāuis Lucretius uescū salem appel-  
 let ex edendi intentione uescum ē dicimus quicquid ad escā,  
 hoc est abaria pertinet, id est qđ quid edibile est. Virg. uescūq;  
 papauer. item qcquid murum est. idem, nec uescas salicem  
 frondeas, unde et araneorum tela uescæ nominantur. a ue ē,  
 & esca uescor declinatur, quod proprie significat pascor, edo.  
 Virg. uescatur Aeneas, simul, et troiana iuuentus. ponitur ali-  
 quando pro uitor. idem. Quem si fata uirum seruant si uesci-  
 tur aura ethera. nonnunquā pro uideo. Actus, priusquā in-  
 fans facinus admittat, oculi uescuntur tibi. Item ab edo edulis,  
 quod manducari potest. Horatius, uinea submittit capreas non  
 semper edulis, & edulia quæcunq; ad edendum parātur prae-  
 ter panem. Gellius genera, nominaq; edulium, quæ profunda  
 in glutines uescunt. & edusum ueteres ab edendo dixerunt,  
 quemadmodum potinam a potando. edeatra uocati, qui prae-  
 sunt regis epulis. Item epulæ quasi edipulæ ab edendo dictæ,  
 sunt autem ab ministerio hominum in nostrum usum compa-  
 rati. epulum uero in singulari numero significat solemniores  
 epulas, & proprie publicum conuiuium in propatulo nume-  
 rosis auibis exhibitum, siue in dedicatione templi. alioius, siue  
 in ludis, siue i funere alioius magni uiri. ueteres epulā quoq;  
 in singulari numero dixerunt. ab epulis fit epulor uerbum, qđ  
 aliqñ significat edo, aliquando conuiuor. hinc epulones dicti,  
 qui iudicandi Ioui, caeterisq; Dijs epulas potestatem habebant,  
 anniqui epulones uocabant. erant autem tres uiri, qui triū-

ri epulones appellabantur. nam (ut Cicero refert) ueteres ponti-  
 fices propter sacrificiorum multitudinem tres uiros epulones  
 esse uoluerunt, cum essent ipsi a Numa, ut ē illud ludorū epu-  
 lare sacrificium facerent instituti. his postea praepositus est rex  
 sacrorum, qui rex sacrificulus dicitur. L. Iunio BRUTO, et M. V. a-  
 lerio consulis creati captus, qđ pleraq; sacra a solis regibus  
 olim fieri solita ex actione regum impediti uidebantur, ideo  
 regis nomine decoratus est, qui tamen pontifici maximo subdi-  
 tus erat. Additi deinde fuerunt alij tres uiri, qui sacris libris le-  
 gendis, carminibusq; sibyllæ praeerāt. hi quoties prodigia ma-  
 gnos aliquos rerum euentus auſpicantia emergerent, lectister-  
 nis ad puluina deorum factis, sacris, supplicisq; placabāt,  
 qui & sodales titij dicebantur a T. Tatō. a quo ē titensis tri-  
 bus. & titia curia uocata est. Itaq; septem uiri epulones dicti  
 sunt, horum filiae, cum de uacatione uestalium sacerdotij agitur,  
 sicut filiae auguris, decem uiri sacrorum, flamines ab hoc sacer-  
 dotio ex causationem merentur Romae in pyramide uetustissima  
 hodie quoq; in aſe huiusmodi literæ leguntur. OPVS AB-  
 SOLVTVM DIEBUS CXXX EX TEST. C.  
 10 CORNELII TR. PL. VII VIRI EPULO-  
 NV M. Horum caena a salijs sacerdotibus saliares uocabā-  
 tur. Horat. nunc est bibendum, nunc pede libero pulsanda tel-  
 lus, nunc saliaribus ornare puluina deorum, tempus erat ad da-  
 pibus sodales. hinc quasi prouerbiū loco saliares caenae dictae  
 sunt opiparæ, & copiosae. item ab epulis epularis qđ ad epu-  
 las pertinet, unde epularis sermo dicitur, qui in conuiuiis fit.  
 Apuleius iam illatis luminibus epularis sermo percrebit. itē  
 epulares uocabantur, qui in sacris, quæ diximus, epulabantur.  
 Varro dum epulares nocte epularentur. dapes ab epulis diffē-  
 runt, sunt enim dapes non deorum duntaxat epulæ, uel no-  
 30 stræ in deorum sacrificijs (ut Valla scripsit) sed largiores, &  
 opipari apparatus. Mart. Fugerit an mensam thæbus, caenāq;  
 Thyeſtæ ignoro, fugimus nos liquorine tuam. illa quidem lauita  
 est, dapibusq; instructa superbis, sed nihil omnino te recitante  
 placet. Virg. De Cyclope, nam simul expletus dapibus, uinoq;  
 sepultus. tales exhiberi solebant in pontificum caeni, ut in il-  
 la metelli caena, quo die Lætulus flamen martialis in auguratus  
 est. In qua principio habuerunt echinos, ostreas crudas quan-  
 tum uellent. peloridas, turdos. a sparagos, subus gallinam alti-  
 40 lem, patinas ostrearum, peloridum, balanos nigros, balanos  
 albos, iterum spondylos, glycia, menidas, urtices, ficedulas, lū-  
 bos, capreas, origes, aprinos. altitia ex farina inuoluta. ficedu-  
 las, murices. & purpuras, Mox uero summa. sinaput aprinū.  
 patinam piscium. patinam sunnū. anates. querquedulas eli-  
 xas. lepores. altitia assā. amyllum. panes picentes. dapſa apud  
 ueteres genus sacrificij erat, quod fiebat aut hyeme saeuenti,  
 aut uere. a graecis δαΐς uocatur, qui & δαΐων largū  
 dicunt, & δαΐων largitatem, unde nostri quoq; dapſi-  
 50 los aliqñ lautos, & liberales appellant. ex hoc ita sacrificio da-  
 patice se accepto dicebant, hoc est magnificæ, atq; opipare, et da-  
 paticum negotium amplum, atq; magnificū. hinc ergo dapes  
 appellatæ sunt lautæ, ac magnificæ epulæ, et dapalis caena,  
 ut Marcellus testatur, quæ diuersis a plus dapibus constat. Plyn-  
 pauonem tibi gratia Romae primus occidit orator Hortensius.  
 dapali caena sacerdotij. Varro, primus pauones. Horten-  
 sius augurali dapali caena posuisse dicitur. hac loca corrupta  
 passim apud hos authores erant, & pro dapali aduocali. uel  
 adialicij erat scriptum, quod emendare nusper uolens inſulſissi-  
 60 mus quidam paedagogulus adipali scripsit, nimo ignorantie  
 adipe mente oppressa nā qđ unquā adipalem caenā, aut adi-  
 palē abū legit. Adipatum certe ab adipe dicimus pro pingui,  
 & succulento, non adipalem, Cicero, adſcuerunt suis artibus



optimum quoddam, & tanq̄ adipatæ dictionis genus, à dapi-  
 bus dapi feri dicti, qui dape: in conuiuio ferunt. Item ab eden-  
 dis ficis ficedula parua auis, quam Aristoteles similiter ἀπό  
 τοῦ σίκου συνόλιδα appellat. pascat̄r ēt̄ unis. Mart. cū me  
 ficus alat, cum pascat̄r dulcibus unis, cur potius nomen non de  
 dit una mihi? Sed hoc nomen non nisi autumnus hēt, postea for-  
 mam simul, coloremq; mutat, & melanchoryphus uocatur, qđ  
 κορυφὴν μέλαν, hoc est uerticem nigrum habeat. Latine atricā  
 pillam dicere possumus. idem erythacus facit. hyeme. n. erytha-  
 cus est, phenicurus æstate. auis est, quā uulgo pectus rubeum  
 uocant ἀπό τοῦ ἐρυθραίου μαί, hoc est à rubescendo ἐρυθραῖος  
 dicitur, phenicurus uero, qđ atudam rubeam hēt φοινῆ pur-  
 pureum significat, οὐρά atuda est upupa. quoq; colorem mut-  
 tat. ut Heschylus poeta tradit his uersibus. Qui et sui spectan-  
 tem affert upupam mali, colore pingens speciem multimodo,  
 saxiæolan improbam arma gestantem militem aduolum, &  
 infantem, uaria se gerit forma, nam uere candidans ubi extitit  
 nouo, æstate tum deinde, ut atnduit seges, uarijs alas maculis  
 guttatas mouet. uagatur eadem semper appetens loca deserta,  
 quærens nemora, et inuias rupes. item ab edendo dentem qui-  
 dam appellatum uolunt, quasi edentem, quamuis alij potius de-  
 ductum putent. qui dentem ὀδόντα uocant. dentium tria  
 genera, serrati, aut continui, aut exerti, serrati à similitudine  
 ferræ uocati, qui pectinatim coeunt, ne contrario obarsu atte-  
 rantur, ut serpentibus, piscibus, canibus. continui ut homini.  
 equo. exerti hoc est extra os producti, a pro, hypopotamo. ele-  
 phanto. continuorum, qui digerunt cibum, lati, & acuti sunt,  
 qui conficiunt duplices, qui discriminant eos, canini appellan-  
 tur, hi sunt serrati longissimi, de quibus inferius dicemus. scor-  
 pionis dens unus est pleriq; terni, uolucrum nulli dentes sunt,  
 præterquam uespertilionis. canini dentes amissi casu aliquo, nū-  
 quam renascuntur. cæteris animalibus senecta rubescunt. equo  
 candidiores fiunt, qui conficiunt cibum, molares dicuntur, siue  
 maxillares. ex his duo, qui canino proximi sunt, uocantur colu-  
 mellares. senectus in equis, & cæteris ueterinis in dicitur den-  
 tum bronchitate, si ueraliorum canicæ, & arca ea lacinijs, cū  
 ferē sexdecim annorū existimantur. hominum dentibus quod-  
 dā inesse uirus manifestum est, siquidem et speculi nitorem ex  
 aduerso nudati hebetant, & columbarū fixus implumens ne-  
 cant. erumpentibus dentibus, morbi infantium corpora infe-  
 stant. Homer. dentium uallum pendantia uerborū uerendæ  
 a natura. oppositum fuisse elegantissime scripsit, ut loquendi te-  
 meritas non cordis tantum custodia, atq; uigilia cohiberetur,  
 sed quibusdam quasi ex cæbijs in ore positus se parener. a dentū  
 istorum similitudine quicquid est, quo aliqd exeat, uel tene-  
 ri potest, dens uocatur. hinc falcem dentem dicimus. Virg. et cur  
 uo saturni dente relictam prosequitur uitam attondens, fingitq;  
 putando. item dentes. anora idem, tum dente tenaci à chora fun-  
 dabat nauers, unde bidens instrumentū rusticū, qđ duos den-  
 ters habeat. idē, ipsa satis tellus cum dente recluditur unco. Iu-  
 uen. uue bidentis amans, & culti uillicus horti. bidentes etiam  
 hostiæ dictæ duorum annorum. hæ enim sacrificijs aptæ ha-  
 bebantur, quod in ouibus duo eminentiores dentes iter octo ap-  
 pareant, non nisi circa bimatum nec in omnibus, sed in ijs, quæ  
 sacrificio aptæ sunt. Quidā tamen bidentis dictas primo bi-  
 dēnes uolunt. quasi biēnes interposita. d. euphoniæ causa, dein-  
 de longo usu loquendi uoce corruptæ. pro bidēnibus bidētes di-  
 ctas. Hinc bidental templum quoddam uocatum, quod in eo  
 bidentibus hostijs sacrificaretur. Item tridens fuscina neptuni,  
 qđ tres habeat dentes. Vir. nō illi imperiū pelagi, seuūq;  
 tridentem, sed mihi sorte datū. a dente ēt̄ dentosi, & dentati di-  
 cuntur, qui magnos habēt dēters, et a ueteribus ēt̄ dentutes uo-

cabantur, & dentale lignum, cum quo uomer inducitur, &  
 denticulus paruus dens, & denticulatum, qđ ad similitudinē  
 dentū factū est, ut ferra. & dentatim, ac denticulatim aduer-  
 bia, hæc est ad similitudinem dentū, & denticulatum medicam-  
 entum, quo dentes fricantur, ut candescant a grecis ὀδον-  
 τῶν πύμα dictum. Mart. de denticulato, quid mecum est tibi?  
 me puella sumat. emptos non soleo polire dentes, et dēno uer-  
 bum, quod est dentes emitto, quod græci dicunt ὀδοντιν. a  
 quo dententes pueri dicuntur, cum primū erumpere dentes  
 incipiunt. Plyn. succus eius dententibus prodest. Quidam ēt̄  
 denticulare usurpant, pro eo, qđ est dentes i primere, et eden-  
 tulum dictum eū, qui sine dentibus est sunt ēt̄ q densum a dē-  
 te deductum, hoc est spissum, quasi dentibus coactum. a quo fit  
 densio uerbum, qđ est cogo, spisso. a quo condensio, & densitas,  
 spissitudo, & dense aduerbiū spisse, & densitudo pro densita-  
 te. ab altero uero edo, quod per diaphthongum scribitur, ædes  
 declinatur, ædifico, ædificiū, ædificatio, æditior, æditimus.  
 ædituus. ædilis. æditientes. ædilitas. ædilitum ædilitatus. æde-  
 pol. de quibus supra diximus. Item a dō fit compositum pro-  
 do, quod interdū est de fero, ostendo, patefacio. Virg. prodere uo-  
 ce sua quæquā, aut opponere morti, interdum fallo. idē prodin-  
 mur, atq; italys longe, disiumgimur oris, aliqñ protendo. propa-  
 go. Idem, Italiam reget, genus alto a sanguine Teucri prode-  
 ret, aliqñ in publicum exeo. A puleius, tum tremebundus pro-  
 dit in forum. nonnunq̄ trado. Sall. ante, q̄ arcē proderet hosti-  
 bus, unde capitur ēt̄ pro facio prodicionem. hinc proditor, pro-  
 ditio, prodimentum, uel a prodendo consilia hostibus, uel a tra-  
 dendis urbibus. oppidis. arabus. ex eratu. ueteres pro produnt  
 prodinunt dixere. Ennius. prodinunt famuli, cum candida lu-  
 mina lucent. produus ēt̄ usurparunt pro interius longius. pra-  
 do quoq; qđ ēt̄ prædor dicitur a præ præpositione, & do uer-  
 bum compositum esse manifestum est, hēt̄ aut̄ præ præposino  
 in compositione eandem ferē uim, quā per, ueruntū quedam  
 uocabula cum præ coniunguntur, & non cū per, ut præpōs-  
 præcelsus. præaltus. præfulgens. prædiues. præclarus. præal-  
 tus. prælongus. in his enim oibus præ ualde significat. aliqñ  
 do præ nihil ferē diuersum fiat a sui simplicis significatiōe,  
 ut præcludo. præcido. præmorior. præango. Idem sunt enim,  
 quod claudio. incido. morior. angō. nonnunq̄ ēt̄ ante significat,  
 ut præcedo. antecedo. præuenio. anteuenio. prædicō. antedico.  
 & prædo siue, prædor. antedo, qđ ea quæ p uim auferimus  
 sint ante datū, hoc est ante, qđ dētur a possidente. Varro tamen  
 prædor a præda deriuatum existimat, prædā aut̄ a pariedo,  
 quasi paridā, qđ manu parta sit. a prædo fit de prædor, quod  
 est depopulor, & prædo prædonis depopulor. & prædator,  
 ac de prædator, & de prædatio, unde Ioni prædatori templū  
 fuisse legimus non qđ prædæ præesset, sed quod ei aliquid ex  
 præda in partem prædæ debebatur. quippe mos Romanorum  
 fuit, ut bella gesturi de parte prædæ aliquid numinibus polli-  
 cerētur. Cato diminutiue prædonulos posuit. Item prædium, qđ  
 captū ab hostibus agri militibus distribu a ueteribus solebat,  
 & præes præedis, quod in publicis cautionibus antedetur in fi-  
 dem, præes. n. is est, qui se obligat, interrogatusq; a magistrato,  
 si præes sit, rñ det præes. Varro a præstundo t̄a prædiū, qđ præ-  
 dē dictum existimat. Priscianus scribit præ i compositione ali-  
 qñ ēt̄ super significare, ut in præsidio, et præsidii, & præse-  
 ctus. in appositione uero, aliqñ ante significat. Teren. I. præ se  
 quar, aliqñ ad cōparationē, ut illū præ Cicerone contēnimus,  
 hoc est ad cōparationē Ciceronis. nonnunq̄ propter. Teren. præ  
 amore hunc exclusisti foras. præter hæc, a dō fit compositum  
 trado, hoc est dedo. a quo traditio, deditio. ex trans enim, et do  
 componitur trado. item indo, qđ est i pono. Plyn. hoc ei ab ado-  
 leſcentia fuit

10

20

30

40

50

60



lesentia fuit nomen inditum, et subdo subijcio. a quo subditi  
 dicuntur, qui alicuius imperio subiecti sunt, subditum etiam  
 parum dicimus suppositum, hoc est sublatum ab ea muliere,  
 que peperit, et alteri appositum. item apud iuriconsultos sub  
 ditum testamentum, cum uero testamento occultato, aliud clā  
 fuit appositum. subditus et iudex dicitur, qui loco mortui datur  
 ijs, qui illum in aliquare, uel lite iudicem habuerūt. subdo et  
 pro subiungo usurpatur. Quint. his dictis, et alia subdidit.  
 scribit Nonius Marcellus, subdere pro supputare accipi, et Te  
 rentij testimonium adducit, nunquā ita quis quā bene subdu  
 cta ratione ad uerū fiat, quod satis admirari non possum, cum  
 nec subdere unquā pro cōputare reperitur, nec subducta a  
 subdo fieri possit, sed a subduco uerbo fiat, subducere aut ratio  
 nem, et colligere rationē dicimus recte cōputare, ita, ut quæ  
 colligenda sunt, colliguntur, et quæ subducenda sunt, hoc est de  
 trahenda, detrahuntur. Cicero. qd non subducta utilitatis ra  
 tione effici solet, Seneca, colligenda quotidie ratio est, et quid  
 lucrifactum sit, uidentium. subducere proprie surripere est.  
 Virg. et fucus pecori, et lac subducitur a gnis. subducere le  
 uare, extollere idem, quia se subducere colles impiumt. hic sub  
 ducere nauers dicimus in terram trahere, q terra altior mari  
 sit, sicut e contrario deducere, in mare e terra ducere. Virgil.  
 quassatam uentis licet a subducere classem. idem deducunt so  
 cij nauers. deducere et is dicitur, q alicui officij gratia præstat  
 conuictum, cuius contrarium est reducere, ut deduxi. Catonē  
 in Senatum, cuiusq; domū ut reducā, hinc expecto. item deduce  
 re ex alto deorsum ducere. Virg. carmina uel cælo possunt de  
 ducere lunam, interdum trahere. mouere. Sall. arma de pone  
 re, præsidia de locis deducere. nonnunquā transuocare, deri  
 uare. Virg. riuos deducere nulla religio uetuit. deducere quoq;  
 attenuare est, unde deductum pro subtili eleganter ponitur.  
 Idem, pascere oportet oues deductum dicere carmen, hoc e at  
 tenuatum, subtile. Pomp uocem deductas oportet, ut mulieris ui  
 deantur uerba. Iube non modo afferatur, uocē ego reddam te  
 nuem, et tinnulam. Idem, et nunc uocem deducā. sub proprie  
 subter significat. Virg. Tityre tu patula recubans sub tegme  
 ne fagi. Plyn. dum forte spatia remur sub portici, unde sub us  
 gum nuti dicebantur hostes, qui a duabus hastis in terra defi  
 xis, tertiq; superligata inermes sub ea cogebantur transire, et  
 sub corona uenundari captiui, quia coronati uenundabatur.  
 Cato, ut populus potius ob re bene gestā supplicatū eat, q re  
 male gestā, coronatus ueniat. sub uirē hastas iacere dicebatur,  
 ueles, cū sub manum sursum hastā mittebat. Cælius, ut ueles  
 bonus sub uitem qui submisit hastas, sub uirē præliari milites,  
 cum sub uinea militari pugnant, sub uinea iacere, cū astā  
 tibus anturionibus sudes iacere cogebantur, uinea enim bellica  
 machina erat leuioribus compacta lignis, lata pedes octo. alta  
 septem, longa sexdecim, cuius teclū duplici munitione contexeba  
 tur. hoc est tabulatis, cratibusq; latera uimine sepiebantur, ne  
 saxorū, telorumq; impetu penetrari possent. extrinsecus aut, ne  
 imiecto igne cremaretur, crudis, ac recentibus corijs operieba  
 tur, sic factæ plures simul in ordine iungebantur, sub quibus  
 latentes tuto milites ad subruenda murorū fundamenta pene  
 trabant. uinea aut a uinea uinariæ similitudine uocabatur.  
 Quando sub præposito tempus significat, accusatiuo graudet,  
 significatq; primā tēporis ptem. Virg. Sub lucē exportant ca  
 lathis, hoc est adueniente luce. nonnunquā sub pro cū accipitur, ut  
 sub sarcinis, hoc est cū sarcinis. Itē a do fit cōpositū condo, qd  
 proprie significat abscondo, quasi in unum, et interuorem lo  
 cum do. Virg. scandunt rursus equū, et nota conduntur in al  
 no. ponitur tamē aliqn pro construo, quasi simul do. Sall. urbē  
 Romā, sicuti ego accipi, cōdidere, atq; imito habuere Troiani.

et repono, Plyn. formicæ condunt æstate fructus, quibus hyc  
 me fruuntur. et pro compono. Idem, opus condidit perpetuo o  
 mnibus legendum, et pro recondo, ac sepelio. unde sepulchriū  
 conditorium appellatur. Plyn. post conditum monumento cor  
 pus, idem, tã rara in amicis fides, tam parua obliuio mortuo  
 rum, ut ipsi nobis debeamus conditoria construere, omniq;  
 heredum officia præsumere. a condo conditio dicitur, qn scribi  
 tur sine. c. quæ est dispositio quædam, et ueluti fors fortunariū.  
 temporum rerum. Cicero, o miseram conditionem administrā  
 di consulatus. Aurelius, ea temporū conditio erat, ut ne conque  
 ri quidem de iniurijs sis esset. si significat et oblatam potestatem  
 aliquid eligendi, dicimusq; offero conditionem, fero conditio  
 nem, et pono conditionem. ut apud Terentiū. amatores Chry  
 sidis tulerūt mulieri conditionem. i. si uellet eis morem gerere,  
 se pretium daturus. illa uero accepit conditionem, hoc est pactio  
 ni consensit. idē ferē si significant, offero electionem, et do optio  
 nem, nisi quod hæc de duobus, aut pluribus dicuntur, ut of  
 fero electionem utrum mauis petendi. do optionem, qd uis po  
 tissimum optandi. Illud uero de una qualibet re dicitur, ut offe  
 ro Chrysi di conditionem, unam scilicet duntaxat. quando ue  
 ro cum. c. scribitur conditio, non a condo, sed a condico deriua  
 tur, quod raro in usu est. condicere prisca lingua pronuntiare  
 est, nunc uero, ut Iustinianus inquit, condictionem dicimus ac  
 tionem in personam, quā actor intendit sibi dari oportere, et  
 conditum dicimus, qd in commune dictum est, atq; decretum.  
 a condo alia composita sunt abscondo, qd est occulto, et recon  
 do, quod significat repono, et contego. quippe re præposito in  
 terdum uerbi significationem, cum quo componitur, contrariā  
 facit, ut retego, quod rectum erat demudo, refero, qd sera clau  
 sum erat aperio. recludo, clausum patifacio, reuelo, uel amen  
 tum tollo. resigno signatum aperio. retexo, qd textum erat dis  
 soluo, et alia huiusmodi, interdum eandem planē significatio  
 nem seruant, ut recondo. re præfento. remoueo. remaneo. aliqn  
 significat rursus, ut renouo rursus facio nouum. aliqn retro, ut  
 reposito re datam retro posco, repeto, retro peto, reddo, qd mihi  
 datū erat retro do. repono mihi appositū retro pono. nonnūq; si  
 gnificationem uerbi prorsus mutat, licet nō faciat contrariam,  
 ut i rescio resisco, nā cum scire sit cognoscere, rescare tñ nō est  
 rursus cognoscere, uel aliud ex ijs, quæ dicta sunt, sed factum  
 aliquod occultius, et inopinatum, insperatumq; cognoscere.

40 Ter. en tibi resciuit omnem rem, id est quod occultum putaba  
 mus, præter nostram opinionem cognouit. Item in respondo,  
 qd nō solum redico (ut supra diximus) neq; repromitto sed re,  
 atq; aspectu satisfacio. Virg. illa seges demum uotis respondet  
 auari agricolæ. a do etiam, ut quidam existimant, componi  
 tur condo, quod est sapidum facio. compono, unde conditæ sa  
 le carnes dicuntur, et per metaphoram salibus quibusdam cō  
 dita oratio. hinc condimenta dicuntur ea, quæ ad condienda ob  
 sonia fiunt, quæ si per se sint, græco uocabulo tamen a nostris  
 usurpato, embāmata dicuntur. Columella. hoc sinapi ad embā  
 mata non solum idoneo, sed etiam specioso ueris. i. uicini  
 enim intingere. latine uero a tingendis in ijs dapiibus dicuntur  
 intinctus. tingere enim insficere, et madefacere est. Mart. men  
 tiris iuuenem tinctis lentine capillis. a quo tinctor lanarum in  
 fector, et tinctura infectura. Plyn. Anisum a Pythagora in  
 ter pauca laudatur, siue crudum, siue decoctum. Itē uiride, ari  
 dum uel omnibus, quæ conduntur, quæq; intinguntur deside  
 ratum factorem tollit manducatum, mox uino collatum uultum  
 iuniorum præstat, appetentiam ciborum facit, ob has causas qui  
 dam anicetum id uocauerunt. græci enim anicetor inui  
 ctum dicunt, idem uanisum ligustici uicem præstat in condimē  
 tis. idem quoddam etiam generosi obsonij nomen a myrto tra



bitur, quod etiam nunc myrtatum uocatur, eademq; origine  
 eorum sapor commendatur plerunq; ad intinctus additis  
 myrtis. conditum enim est modo a condendo. modo a condiendo  
 dicitur, si significat; quod condi, uel condiri potest. Item a condi  
 endo conditura, pro ipsa (ut ita dicam) factura condimenti. prae  
 terea a do, ut quidam existimant sedeo, de quo paulo post di  
 cemus, quod qui sedet, seorsum dare se uidetur, et sedo, plac  
 lenio tranquillo, et quasi sanum do, hoc est ab ira, et furo  
 re ad lenitatem animi reuoco. hic sedatus placidus. lenis. a quo  
 sedator, et sedatissimus. item sedate, sedatius, sedatissime. et  
 uenundo, ac uendo cum deriuatiuis eorum, de quibus inferius  
 differemus, et tendo quasi tenue do, tendere enim proprie ex  
 tendere est, quicquid autem extenditur, attenuatur. Virg. ten  
 dunt uela noti. hinc per metaphoram tendere aliquando acci  
 pimus pro insidiari, quod in hoc laqueos, uel retia extendere  
 soleamus. Ter. quia nec accipitri tenditur, nec mulio. hinc ten  
 dicula dicitur laquei, quos auibus, aut feris tendimus. aliqui  
 pro tendere, hoc est conari. idem, ille simul manibus tendit  
 diuelleret nodos. nunc tentoria, dum ponuntur. idem, hic dolopu manus. hic  
 saeuus tendebat Achilles. nonnunquam offerre, quod protenden  
 do manus fieri solet. Idem, paruumq; patri tendebat Iulum.  
 plerunq; pergere, nam et nos ambulando iter uidemur exten  
 dere. idem, quo tenditis inquit. ab hoc fit tentipellium genus cal  
 ciamenti ferratum, quo pelles extenduntur. et tentigo pruritus  
 libidinis, quo uirilia extenduntur. Virg. turpe quidem dictum,  
 sed si tentigine riu par falce manus posita fiet amica manus, et ten  
 torium tabernaculum, qd sinibus, lignisq; extenditur, et te  
 nus laqueus. Plau. pendebit hodie, ita te tendit tenuis. at Seruius  
 inquit tenuis dicitur extremam partem arcus. a quo haecenus pro  
 hucusq; dictum, quasi usq; ad finem, sed tenuis praeposito est si  
 gnificans usq; ad, et in singulari semper cum ablatiuo iungit  
 ur, ut catenis quatenus. in plurali uero nonnunquam cum ge  
 nitiuo. Curtius, pauci hostium tenuis exacti penetrauerunt ad por  
 tum. Virg. Et crurum tenuis a mento palcavia pendens, interdum  
 ponitur pro non ultra, ut gessit consulationem titulo tenuis. non  
 ultra titulum. tenuis uero a teneo dictum quidam putant, qd  
 quae tenuia sunt facile tenentur. potest tamen et a tendo deri  
 uatum uideri, quoniam quae extenduntur tenuia sunt, quem  
 admodum inferius dicemus. a tendo composita sunt attendo, qd  
 est cogito, et quasi animum intendo. Cicero, nihil ne uobis in me  
 tem uenit, quod praeterea a crasso requiratis, hercule inquit hoc  
 ipsum attendo, et quandoq; attendere animum dicimus. idem,  
 et si tu animum attenderis, turpitudinem uideas adiunctam,  
 hoc est animum intenderis. hinc attentos dicimus auditores, qui  
 ad ea, quae dicuntur, intendunt animum, et attentio animadu  
 ersio, et attente aduerbium hoc est animo intento. arcuendo no  
 tae significationis. Plyn. arcuuntendit retia, et omnes occupat  
 salus, obtendo uel tego, uel contratendo. a quo obtendiculum,  
 quo aliquid tegitur, pertendo, destino, delibero. extendo, expli  
 co, et sine rugis facio. a quo extensio, explicatio. portendo. pro  
 duco. extendo. praetendo. oppono, et aliud, quod sit ostendo, in  
 tendo animaduerto, et sollicite, ac diligenter intueor. Virg. in  
 tenti expectant signum. a quo intentio dicitur. aliquando inten  
 do accipitur pro ligo. idem, intenditq; locum fertis. idem, et stu  
 pe a uincula collo intendunt, nonnunquam pro extendo. Cicero.  
 intentum enim animum tanquam arcum habeant, nec languens  
 subcumbat senectuti. subtendo decipiendi gratia subdo. ali  
 quid, aut machinor. Sall. dum subtendit insidias militi. disten  
 do extendo impleo. Virg. distendunt nectare cellas. idem, de  
 so distendere pingui. tractum autem est ab utre, qui cum ple  
 nus est, tenditur. cum uacuus, relaxatur, contendo, quod modo est

festino. idem, quae proxima littora cursu contendunt petere, mo  
 do torqueo, astringo. idem, tanto nate magis contende tenacia ui  
 cla. interdum comparo. Plau. si gnium rete comparabat huius  
 contenti anulum, aliquando certo. Cicero, miserrima omnino  
 ambitio est honorum contentio. a contendo et contentio deduci  
 tur, hoc est certatio. a quo contentiosus plenus rixae, et conten  
 tiose, unde contentio pro concertatione accipitur. idem, id quod  
 eius scripta derlarant, et contentiones uocis, et remissiones.  
 plerunq; extorquere. idem, extremum uitem praecipuum in be  
 neficijs, operaq; danda, nequid contra aequitatem contendas,  
 sa penumero iacio. dirigo. Virg. qui tamen acrias telum conten  
 dit in auras, quandoq; intendo. Cicero, magna est animi contē  
 tio adhibenda, idemq; fere est contentio, et intentio, cum uehe  
 mentiam quandam significat in uoce, tracta similitudine ab  
 arca, seu cathara, cuius nerui, quanto uehementius intenduntur,  
 tanto uehementiorem sonum efficiunt, et ut illa, ita et uox  
 usum neruorum corporis exigit ostendo quoq; ab ore tendendo  
 compositum uidetur, quod os extendere soleamus in id, quod uo  
 lumus demonstrare, ab hoc fit frequentatiuum ostento, quod  
 significat saepe, et cum iactantia quadam ostendo, unde osten  
 tatio pro iactantia, et inani gloria, et ostentum, de quo mox  
 dicemus. item portendo a porro, hoc est longe tendo. est autem  
 portendere significare, praedicere. Virg. nunc illum fatis exter  
 na sede profectum portendi generum. ab hoc deriuatur porten  
 tum, quod aliquid futurum portendit, quod uis aliquando pon  
 tur pro re inani, falsa, atq; ridicula. Cicero, aut quod negatū est  
 haec poetarum, et pictorum portenta conuincere. portenta mon  
 stra, prodigia, ostenta sic inter se differunt, monstra sunt  
 proprie, quae contra naturam fiunt, ut si homo cum bruti  
 capite, pedibus ue nascatur, quae et promonstra aliquando di  
 cuntur, quasi porro aliquid monstrantia, siue momentia, porten  
 ta, quae licet naturalia sint, raro tamen se ostendunt, et futu  
 rum aliquid cum temporis intervallo denuntiant. ostenta ue  
 ro, quae statim futurum aliquid indicant, ut sunt sereno die fi  
 elix tonitrua cometae. mulae partus, et similia. prodigia, quae et  
 si naturaliter fiunt, ac saepe eueniunt, semper tamen aliqd pra  
 sagunt mali, quapropter prodigium quidam dictum uolunt,  
 quasi porro agendum. Virg. sola nouū. dictum nefas harpyia  
 celeno prodigium canit, et tristis denuntiat iras. talia sunt bu  
 bonis euulans in tectis. abeunt obuia mustella. corui canentis, et  
 similia, confunduntur tamen haec saepe ab authoribus, et pro  
 eodem significato accipiuntur, omniq; ab eo, quod futurum ali  
 quid ostendit, dicta sunt. monstrum a monstrando, uel quasi mo  
 nestrum, qd moneat aliquid futurum. prodigium quasi praedictum,  
 quod praedicit, quod uis alij (ut diximus) quasi porro agendum  
 dictum uelint. portentum, quod portendat, ostentum, qd osten  
 dat, ad haec pertinet et omne, qd ore augurium sit dictum, quasi  
 oremen, licet alij ab omento, quod extispices notare solent, ap  
 pellatum putent. est aut omen uerbum medium, et modo signifi  
 cat auspiciam prosperum. Virg. omne quo firmans animum sic  
 incipit ipsa, modo aduersum. idem, ne ue omne tanto prosequere.  
 alij haec ita distinguunt, ut ostenta, et monita generalia noia  
 sint, monstra uero deorum monita. idem, monstra deum refero. prodi  
 gia irae, ac minae deorum. idē sola nouū, dictumq; nefas harpyia  
 celeno prodigium canit. portenta quae aliquid importari, ac  
 iam imminere denuntiant. Lucretius, si portenta, anguesq; no  
 lucretesq; penatas scribitis, oia uocis, et mentis notae. Virgili.  
 Ignauus bubo dirum mortalibus omne. procurari aut, siue auer  
 ti, seu depelli portenta. prodigia. monstra. ostenta. oia dicuntur,  
 cum mala, quae ex ijs portenduntur, praebus supplicijs. religio  
 ne, et deorum ceremonijs fugantur. explanare uero est interpre  
 tari, et declarare qd sit, qd futurum ostendant. nisi placatis per  
 sacrificia



sacrificia Dijs auertantur, unde prodigiatores prodigiorum in  
 terpres nominantur. a monstro fit monstrosus, sicut a porten  
 to portentosus. ab ostento ostentosus. a prodigio prodigiosus, &  
 ab omne ominosus, hoc est monstrum portentum. prodigiū,  
 omne faciens, et aduerbia monstro. portentose. prodigiose. omi  
 nose, hoc est cum monstro. portento. prodigio. omine. Item prodi  
 gale, quod prodigium procurat. Plau. sed mulier postq̄ ex perre  
 cta es, prodigali. Ioui, aut mola falsa hodie, aut thure compre  
 ciatum oportet. ab omine fit omivor hoc est auspicor omē capio,  
 a quo abominor, quasi auersus do, qm̄ ad ea, quæ audimus, ac  
 commodare auersus uidemur. Vnde audire proprie est auribus  
 perire. Ter. usū sum audire uocem mō multis. ponitur tamē  
 frequenter audio pro credo, & præcipienti pareo. sed frequen  
 tius per negationē, & participiū, qđ transit in nomen. Quīt.  
 nec audiendi quidam, quorū est Albutius, qui tres modo pri  
 mas esse uoluit, quia memoria, atq; actio, natura non arte con  
 tinuant, nonnunq̄ sine negatione. Lilius, ciuem tuū non audi  
 sti arma capere, ac se qui iubenti, aliqñ accipitur, pro fatior un  
 de dicimus, audio, & fatior, ut secundum primi declaratiuum  
 sit, sed cum datiuo unctum semper pro obedio usurpatur. Ci  
 cero. & audiens esset huic ordini. Virg. audiendi uocabulū ē  
 ad ea translit, quæ auribus, & sensu atrent, & frustra re  
 tinacula tendens, fertur equis auriga, neq; audit currus habenas.  
 est etiam qñ audio pro ex audio accipitur. Virgil. audijt  
 & caeli genitor de parte sinistra intonuit leuū. ab audio com  
 positū sunt obedio, qđ est pareo. ueteres & ob audio dixere. ex  
 audio, quod aliqñ pro audio accipitur. idem, uox quoq; per lucos  
 uulgo exaudita silētis, aliqñ pro audita concedo. idem, et nul  
 li exaudita deorū uocē, precēs; mea. in audio qđ aliqñ idem  
 significat, quod audio. Cicero. quorū erupit illa uox de qua ego  
 a te primum in audieram. Idem epistolarum faml. li. ix. ad  
 Petium, Nam & Aquini, & Eabaterie consilia sunt inita de  
 me, quæ te uideo inaudisse. aliqñ non audio. idem, rem certe no  
 uam, & ante hunc diem inauditam. aliqñ tamen inauditum  
 accipimus pro eo, quod nō audit. V arro, animalū aliud alio  
 sensu atret. quæ dā enim a natura gurguntur aut iodora, aut  
 inaudita. conaudio simul audio, & conaudio dicitur. subaudio  
 modo parum audio, modo subintelligo. item ab eodem deriva  
 tur auditus, quod modo sensum ipsam audiendi significat, ut  
 quinq; sunt sensus in homine. uisus. auditus. gustus. odoratus.  
 tactus. modoid, qđ auditum est. Plyn. ego ex auditu loquebar,  
 hoc est ex eo, qđ audieram. auditu ipse audiendi actus. au  
 ditorium locus, in quo quis auditur uel orans, uel legens. item  
 multitudo ipsa audientium. audientia ipsa (ut ita dicam) audi  
 tio. Plau. exurge præco, sic populo audientiam, hoc est fac, ut  
 populus præstet aures. aures uero ab hauriēdo dicitur aspira  
 tione detracta, quod uocem accipiat. haurire enī proprie acci  
 pere, & ex capere, & extrahere est. Virg. uocemq; his auri  
 bus hauri, tractum ab aurā, quæ humorem oēm extrahit, atq;  
 exiat. per metaphoram tñ aliqñ providere accipitur. idē, hauri  
 sit celum, mentemq; retextit. Aliqñ pro auide sumere. Cicero.  
 cum iexplebili cupiditate, quo stūcētis cupiditates undiq; hau  
 riet, eo grauius, ardentiusq; sitientem. Virg. ille impiger hauri  
 sit spumantem pateram, & pleno se proliuit auro, nonnunquā  
 pro con fodere. uulnerare. idem per tuniā squalentē auro la  
 nis haurit a peritū. interdum pro defatigare. idē, exultantiaq;  
 haurit corda pauor pulsans, plerūq; pro luere. idem, spero equi  
 dem medijs, si quid pia numi. a possunt sup plicia hauriū sco  
 pulis, sepe et pro uocare. Lucilius, qñ haurire animus musa  
 rum, & fortia gssit. unde ab eo fit uulter, de quo inferius dice

mus, ab hauriendis aquis, & austra rotarū cadū. Virg. & flu  
 uio uersare rotas, atq; austra. & exhaurire, qđ est prorsus euacua  
 re. a quo exhaustum dicimus finium terminatum. Virg.  
 quæ bella exhausta atneb. at. ex enim præpositio in composi  
 tio ne aliquando intentiua est, ut ex cogito, ex audio, quod est cogi  
 tando inuenio, & audiendo concedo, aliquando priuatiua, ut  
 ex lex sine lege, & ex animus sine anima, quod similiter fit in  
 præpositione nā in effero, & eloquor intentiua est, in eduro  
 uero, & Enode priuatiua, nā eduras corylos dicimus, hoc est  
 non duras, & enodes truncos, hoc est sine nodis. in appositio  
 ne uero ē, & Ex aliqñ significant pro, ut ē rep. hoc ē pro rep.  
 & ex unlitate, & ubi dictio inapit ab r. tollenda est. X. ut ē  
 regione, id est ex opposito, uel ē diuerso, uel ē contrario. ex tem  
 pore dicere, est ex iprouiso, et ipræmeditatū dicere, nec donis  
 compositam orationē proferre. a quo extemporalis, siue extē  
 poraria oratio dicitur. Cicero, quos credimus expedire rē, et  
 consiliū ex tpe atpere posse. aliqñ tñ ex tēpore significat pro  
 temporis conditione. idē, unius generis quoties sunt hæ oēs, i qui  
 bus ex tpe officiū queritur. ex renibus laborare idē, est, qđ in  
 10 renibus morbū pati. ex uinculis causam dicere. est unctum re  
 spondere criminibus. ex sententia aliqđ habere, est ad uotū ha  
 bere, licet illud uideatur rōnis esse, hoc affectus, eodē tñ signifi  
 cationis ueniūt. Quint. hēs ne uxore ex ani tui sententia. idē,  
 & ad oē uotū siuente fortuna lascauit otū. haurio iatro cum  
 aspiratione scribi existimant, ut prima persona præteriti per  
 fecti differat a nominatiuo plurali huius nominis ausus, &  
 secunda persona præsentis indicatiui a nomine aursus, &  
 aursus fit diminutiuum auricula, quæ proprie est chartila  
 go illa. arcum aurium concauitatem. & auritus, q uel magis  
 20 aures hēt. Virg. auritōq; seglepores, uel sensum audiendi.  
 Horat. doctus & auritas fidibus canoras ducere quercus, et  
 ausculto, quod proprie est audio. Plau. tū illū sumnisse loquētē  
 auscultabā, interdum ponitur. pro obsequor. pareo. Pacuuius,  
 q se magis audiendū, quā auscultandū censēt, Ennius, mihi aus  
 culta nate pueyos cremari iube. Cælius audire ignoti, qđ im  
 perant soleo nō auscultare, qñq; pro aspicio, cerno. A franius,  
 ludos hinc auscultam procul. V arro, hoc ab audio derivatum  
 putat. auscultare ēt ueteres dicebāt pro osculari. Plau. et inter  
 se auscultant, et columbatim os cū ore conferūt, et tūc ab osculo  
 30 hoc est ore deducitur, qđ auscultū dicebant antiqui. V arro. nā  
 ab auris auricularis. et auricularis, unde auriculariū specul  
 lum dicimus, et uerninatio auricularis uocatur, cum putride  
 aures uermibus scaten, et auricularis digitus paruis, quo au  
 res mundantur. itē auriscalpiū instrumentum, quo mundan  
 tur aures. de quo Mart. si tibi morosa prurigine uerninat au  
 ris, arma damus tantis apta libidinibus. itē ab haurio fit hau  
 stus quartæ declinationis, qđ sorbitionē significat. inueniūq;  
 aliquando apud ueteres hauritum facere pro eo, qđ est potare,  
 et haurio frequentatiuum, et compositum exhaurio, quod est ef  
 40 fero, euacuo. a quo similiter frequentatiuum exhaurio. exhau  
 stum tñ aliqñ profinito, ac terminato inuenitur. Virg. quæ  
 bella exhausta atneb. it. Mandare quoq; a manu danda decli  
 natum constat, qđ in dandis, accipiendis q; mandatis manus si  
 bi inuicem dare mos erat. est at mandare alicui personæ gerē  
 dum aliqđ exequendumq; cōmittere. Quint. mandata tamē  
 tua fili perago, hoc est qđ uulgo dicunt cōmissiones. Virg. mul  
 ta patri mandata dabat. aliqñ tñ ponitur pro cōmendare. idē,  
 furtim mandarat alendū threicio regi. Cicero. deinde ipsi scri  
 ptis non ea, quæ nunc, sed ēt actiones nostras mandaremus, ut  
 sepe fecimus. hinc P. uulius iurisciō. inquit mandati nisi graui  
 60 tū nullū est, nā originem ex officio, atq; amicitia trahit. contra  
 riū porro officium est merces. i terueniente. n. pecunia ad loca



tionem, et conductionem potius pertinet. hinc mandarij dicitur, quibus dantur mandata, et res gerende committuntur. Itē a mandato fit commendo, quod, si cum dativo iungitur, significat committo, ut commēdo te regi, si uero accusatio cum a pūd, uel ablatiuo cum in significat laudo, ut commēdo te apud regem. Cicero, Multis a me uerbis in senatu commendatus. hinc commendaticias literas dicimus, in quibus aliqui commendantur, et cōmendationem modo pro laude, modo pro commissione. qdam commendo, et committo sic separant, ut cōmendemus nō cognitis, committamus cognitis. Ter ego me tuae commendo, et cōmitto fidei. Itē a manu, et dando mandare dicitur existimāt, qd manu abusi ori admoetur, quē admodum et a manu ducēda dicimus manducare, hinc mandones, et manducōnes dicti, de quibus supra differuimus, et manducūs, et mansim, hoc est dentibus contritum, hoc enim proprie mandere, et manducare, et cōmanducare est. Plyn. Radix cyperi commanducate, et uulneri imposita prodest. et mandibula, in qua siti sunt dentes, quae et maxilla dicitur, et mansucius, qd significat edacem, et maturum, et mite, et decoctū, et ad mandendū aptum est. et mensa, quae modo discū significat, in quo manditur. Virg. postq̄ ex empta fames epulis, mensaq; remotae, modo ipsa cibaria, unde prima, et secunda mensae dicuntur. i. prima, et secunda cibi. idem, non ego te Dijs, et mensis accēpta secūdis transierim rhodis. Mensa enim pro trapeza hoc est tabula, qua argentarij utuntur. a qua trapezite dicuntur mensarij. Item a do satisfido, qd est fidei uero. a quo satisfidator, fideiusfor, et satisfidatio fideiussio. satisfidatio inquit Caius, eodē modo appellata est, quo satisfactio, nam ut satisficere dicuntur ei, cuius desiderium implemus, ita satisfidare dicuntur dare aduersario nostro aliquem, qui pro eo, qd a nobis petunt, ita caueat, ut eum hoc nomine securum faciant, satisfidare et satis praestare idem sunt item a dando uadis primo, deinde per synopē uas dictus sponsor. a quo uadimonium. sic enim a dando uades, sicut a praestando praedes dicitur, unde comprades appellantur eiusdem rei sponsors. uadimonium quidam ita definiunt, ut sit sponsio ad certum diem sistendi se in iudicio, id est comparendi per se, uel per aduocatos. Quir. de legato frumētrio, qui ad praestitum diem uenerat, inquit nisi tunc ad uadimonium legatē uenisses, non multorum dierū cōmeatum habebamus. alij uadem nō a dando deductum existimant, qd qui uades dederit, uadere ei, hoc est discedere interim licet. Horat. ille datus uadibus, qui rure extractus in urbem ē. uadere quoq; est aliquando uadē hoc est fideiussorē praestare. uas et sponsor dicitur in re capitali, cum ipse idem periculū est subiuorū, ut apud Ciceronem de pythagoras amicus, quorū alteri diē mortis cū Tyrannus dixisset, alter pro amico ad uiscendam matrē ituro uas factū est. Vas uero neutri generis, qd uasis facit in genituo generale uocabulū est ad oia, quae intra se aliquid cōtinent et sunt uel uinaria uasa, ut dolium uas grande, quo uinum reconditur, uarro. dolia, atq; apothecae triclīarens. hoc a ueteribus calpar dicebatur. Idē, quia ante, quā nomē dolij prolatum esset, id genus uasorū calpar dicebantur, et cadus. Virg. uina bonus, quae deinde cadis onerant. Aestes. Plyn. quidni et Caesar ductator triumphis sui caena uini salerni amphoras cētum. Chij cadus centum in conuiuia distribui. Capit aut cadus urnas duas, urna quadrantal continet, ut inferius dicemus. uel olearia, ut cadi, et dolia, et hemiacadia. i. dimidij cadi, et lenticulae parua uasa, ex quibus paulatim, et leniter oleū fluit. uel coquinaria, ut aulla, sine olla. lebes. cacabus. tripus. abeniū. patella. fixorū craticula, in qua cibi torretur. et Mortariū, in quo ea, quae soluenda sunt, teruntur. et pistillū quo tundenda teruntur. Plau. calerū. securim. pistillū. mortariū. Item Sarta

go, in qua escae fringuntur, uel aquaria, ut urna, a qua mēsa quadrata, in qua urna cū aqua tenentur, dicitur urnarium. et urceus, cuius diminutiuum urceolus. Item hydra, quae ἀπό τοῦ ὑδρῶ hoc est ab aqua nomen habet. et situla, quae et cratera dicitur. Ennius, uidimus prope amnē crateris sumere aquā ex ponte, et fatis, quo aqua in triclinium infundebatur. Et Hanus barbatus uas paruum, sed in latitudine porrectum, et ueluti praegnant, quo aqua et uinum ferri ad mensam solet inuenitur et hanum simpliciter neutro genere appellatum. Itē matula, a qua matella. Plau. ne tu postules matellā unā tibi aquae effundi in caput, unde matellio eiusdem significationis deducitur. ponitur quoq; matula pro uase, in quo urina, seu locū colligitur, uel mensaria, ut polubriū uas trulleū, in quo caenatori manus lauamus. manalis urceolus, sine futurū, ex quo aqua in polubriū demittitur. Et trua, et trulla, de quibus inferius dicemus. Itē salinū, in quo sal tenetur. et colear, siue colearis, siue coleariū. Item quadra orbis. discus mēse. item anophorum. lagena de quibus alibi diximus. et mustariū in quo uinū cū aqua misceatur. Lualus, urceus, et longa geminus mustariū anfa. et crater eiusdem generis. et battiola genus uasis. a quo uinum ē cado haustum ad mensam fertur. Plau. battiolā auream octo pondo habebat, accipere uoluit. et nasiterna uas, quo aqua ad mensam fertur a nasi similitudine, et Phiala uas uitreū, quod tā uinum q̄ aquā. item oleū, acetumq; interdū mense imponitur. Iuu. byrro tenet phialā. tibi non cōmittitur aurū. et ampulla non dissimilis phialae, sed minor. et arnea uas uinariū, quo uinū ē cado hauritur, ut feratur ad mensam. et cadus erat uini. impleuit arnea, et tina uas amplū. qd similiter uino plenū ueteres mense adhibebant, unde oibus licet haurire antiquissim in conuiujs utrem uini primo, postea tinas imponebant. et terrillum eiusdem generis. Itē armillū, qd urceoli generis ē. uel unguentaria, ut alabastrum. paxis. nimbus, quibus nimbus ad alios quoq; adhibeatur. uel portoria, ut poculū cuius diminutiuum est pocillum. Et cyathus exigū uasculum, a quo fit cyathisso uerbium. Plau. cyathisso apud te qn potō. Et cupa, quod a cuponibus qui hoc, in poculis utebantur, nomen assumpsit. et uis qui duas cupas mero plenas exhausit. Et caligna. Cato. calignani faeno graeco pomito, ut bene oleat, et calulus calix fictilis, quo pontifices uirginesq; uestales utebantur, sed Horat. pro urceolis, et conchis usurpauit. et sym piniū uas simile cyatho ἀπό τοῦ συμπίνου hoc est a cōpotando dicitur. Iuu. sympinium risere numae. hoc in q̄ phylacio libere morerat. a quo mulieres rebus diuinis dedita sympinaticae appellatae sunt. Et guttum Plyn. M. curius iurauit se ex praeda nihil attigisse, praeter guttum figinum, quo sacrificaret. Et lesbū genus uasis calatū a lesbis inuentum. est autem lesbos insula, in qua est oppidum mylene abundans pretiosissimo uino, unde lesbij calices dicti. Itē obba poculi genus uel ligneū, uel ex partō, qd ueteres uerā quoq; aliqui dixerunt. uarro. uerum meridie, an uesteri libentius ad obbā. aetas locis actus aduentus declarauit. et uinola uasis genus in sacris. et scyphus poculum, quo usus est hercules sicut cantharus, quo usus liber pater. item cyphus quod aliqui putant a scypho nō differre. Et calix. cymbium, carchesiumq; de quibus inferius differemus, et depesta poculi genus, quo uetustissimi utebantur, et epiclusi, quo uini in conuiujs solebant. sunt item uel pistoria uasa, ut mola. cribrum. incerniculum. rutabulum, de quibus inferius dicemus, quāuis mola, et rutabulum improprie uasa dicantur. uel repostoria. ut arca. sermīū. capsula chartophylaciū chartarum repostorium. fuscina. fiscella. canistrum. cistella. sporta. bulga. loculus, de quibus partim superius diximus. partim dicemus inferius. Item famus nota significationis, qui et calcus dicitur a quo caliola



culiola cortices nucum uiridium dicta, a similitudine culeo-  
rum, quibus uinum siue oleum continetur, a calando hoc est  
occultando nomen habentium, cuius diminutiuū est sacculus,  
quod pro loculo siue bulga accipitur. dicitur et marsupium, Ca-  
to, ex qua perspicuum est maiorem curā habere nos marsupij  
nostri, q̄ ut. e. et crumena. cuius diminutiuum est crumenula,  
de q̄bus dictum est. Et Fiscus, qd̄ proprie significat follicu-  
lum, quo testes teguntur. ponitur tñ pro sacculo, in quo pecunia  
publica reconditur. unde fiscum aliqui pro aëario accipimus.  
a quo fiscalis deducitur. hinc fiscales pœna, et fiscales pecunie  
dicuntur. et procurator fiscalis Romæ, qui pontificalis fisci cu-  
ram gerit. et cophylacum arca, siue quiuus alius locus, in  
quo pretiosior suppellex conseruatur. C. a. n. persicā uox, et  
significat opes. suppellectilem et generaliter quicquid posside-  
mus. Virg. et gaza lanus a gresu quānter uero custodi-  
re. et seruare est, unde arctophylax, uersa custos bootes, uel ru-  
stica uasa sunt, ut cophymus calathus, qui a nostris Qualus et  
dicitur. quod a colando deducitur instrumentum, per quod ui-  
num destuit, cum calcatur uia. Virg. tum spisso uimine qua-  
lor. unde diminutiuum quasillus. et corbes uas rusticum uul-  
go nouum dictum ab eo (ut Varro iquit) qd̄ spicas, aliud ue qd̄  
in eo corruiebant, unde minores corbulæ dēte. ab eo Corbulo  
deducitur nomen uiri proprium magnitudine corporis, et ro-  
bore præstantis quasi ferēdis corbibus idoneus cēt. claruit aut  
Neronis temporibus. Iuuen. Corbulo uix ferret tot uasa ingenti-  
a et canistrum cuius diminutiuum est canistellum. et triplū  
uas simile canistro, sunt item uasa mensa simul, et coquina cō-  
munia, ut catinum uel a capiēdo, uel quod siculi uocant  
nuncupabant uas magnum conatum. escariū in quo pulcem,  
aut uirulentū aliquod portabant. Magda a magnitudine, quæ  
et patina, quod patet appellatur. Lanx, quæ et Langula dicitur  
a latitudine. Plyn. quæ oia expianit bellum cuius syllabū  
paulo ante, q̄ hæc facta sunt, lanceq; e centenis libris argenti  
quæ tunc super quingentis numero Romæ fuisse constat, mul-  
torq; ob eas proscriptos dolo concupiscerunt. Iuue. aspice, q̄  
magno distendunt pectore lances. tympanum patinis, et lan-  
cibus simile sed magnitudine excellens. concha uas oblongū.  
cōcatum a similitudine conchæ. Paropsis patinæ genus aliquan-  
tum concinæ, in qua obsonia ponuntur. Iuue. Quā multa, ma-  
gnāq; paropside canat. græcum est παρῶτις παρῶτιδος. a  
παρῶ prepositione, et ὄτι obsoniū. sunt quæ et ad di-  
uersos usus accommodantur ut, fidelia. Plau. mulsi congalē ple-  
nam faciam tibi fideliam, et seria uas oblongum, arctūq; Per-  
sius, et si sub rastro crepet argenti mihi seria a dextro Hercule.  
Ter. reletū oia doli. omnes serias. cuius diminutiuū est serio-  
la. Persius, seriola metuens ueteris deradere līmū. et sinus uas  
sinuosum. Virg. sinū lactis, et hæc tibi liba priape quotānis  
expectare sat est. Item galeola uas similiter sinuosum sed ali-  
quanto minus. Varro, ubi erat uinum positum in mensa, aut ga-  
leola, aut sinu. et lepista uas ampullæ simile. Idem, aliq̄ uen-  
ditant oleū sabuorum. lepistæ pau peribus plerisq; aut fictiles  
sunt, aut aeneæ. et ora uasis genus erat tereti, atq; uniformi spe-  
cie, cum quo aliqui iactare talos antiq̄ solebāt. Persius, angustæ  
collo non faller ora. sum p̄sit autem nomen a similitudine ma-  
rinæ belluæ, quæ ora dicitur balenæ infesta. de quibus sic Plyn.  
Balenæ et in nostra maria penetrant. in gaditano ocea-  
no non ante brumā conspicia eas tradunt. condi aut a statis tē-  
poribus in quodā sinu placido, et capax mire gaudentes ibi  
parere. hoc scire ora infestā his beluā. et cuius imago nulla  
representatione exprimi possit alia, q̄ carinæ inuersæ. denti-  
bus trauulens. irrum p̄nt ergo in secreta, ac utulos earū et  
faciat, uel et in annum grauidas lacerant morsu, in cersūq; ceu

liburniarum rostris fodiunt. illæ ad flexū immobiles. ad re-  
pugnandū inertes, et pondere suo oneratae, tunc quidē et ute-  
ro graues, pariendi ue poenis inualidæ, solū auxiliū nouere in  
alium profugere, et se toto defendere oceano. cōtra orca occur-  
rere laborant, seseq; opponere, et cautū angustijs trucidare. i-  
uada urgere. saxis illidere. spectantur ea prælia ceu mari ipso  
sibi irato nullis in sinu uentis. fluctibus uero ad anhelitus  
ictusq; quantos nulli turbines uoluant. ora et in portu hostien-  
si uisa est oppugnata a Claudio principe. uenerat tunc ex ædi-  
ficante eō portum. inuitata naufragijs tergorum euectorū ē gal-  
lia, satianq; se per cōplures dies, aluē in uado sulcauerat  
10 accumulata fluctibus in tantū, ut circūagi nullo modo posset  
et dum sagenam persequitur in litus fluctibus propulsa emi-  
nente dorso multum super aquas carinæ uice inuersa, protendi  
iussit Caesar plagas multiplices inter ora portus, profectusq;  
ipse cum prætorianis cohortibus populo Romano spectaculum  
præbuit, lanceas congerente milite ē nauis gūis assultantibus, quo-  
rum unū mergi uidimus reflatu beluæ oppletum unda. ora  
20 balenæ habent in frontibus. ideoq; summa aqua amantentes, i  
sublime nimbor efflant. hæc Plyn. Orcaides uero in sulæ sunt  
oceani septentrionalis ultra Britanniam. modicis inter se spatijs  
discretæ non longe remotæ ab insula tile. Cumerum uocabāt  
antiqui uas, quod opertum in nuptis ferebant, in quo erāt nu-  
bentis utensilia, quod etiam camillū nominabant. hoc est ad  
ministerium aptum. nam ueteres camillos uocabant ministros  
im puberes in sacris, unde et mercarius etrusca lingua camil-  
lus uocatus. est etiam camillus proprium uiri. et camilla pro-  
prium mulieris. Virg. uolsca de gente camilla. quidam camil-  
lum dictum uolunt quasi paruū caminum. est enim caminus  
30 græcæ, quem latine fornacem nominamus. Item persillum uas  
quoddam erat picatum, in quo unguentum seruabatur quo un-  
gebantur Quirini arma. dicitur aut uas uasis, et uasum uasi.  
a quo uasculum diminutiuum. et conuaso uerbum, qd̄ signifi-  
cat fuerim colligo. Ter. aliquid conuassum, atq; hinc me conij-  
cerem protinus in sedens. metreta uas est ad mensurandū, quæ  
etiam sextarium dicitur. modius mensuræ genus de quo supe-  
rius diximus. Item congrarium de quo inferius dicemus. simili-  
modo a do uado deriuatur, quod est eo, quasi uia do. ut non ul-  
li opinantur. Nos a græco potius deductum existimamus, nam  
40 græci βασιλειν dicunt ire. a quo abatos. hoc est inaccessa  
uocata est insula ægypti, ad quam non est accessus. Item, ali-  
us locus ultra ægyptum, atq; æthiopas. Lucanus, atq; abaton  
quam nostra uocat ueneranda uetus, a uado simili modo cō-  
posita sunt circūuado, hoc est inuadendo circūdo. euado qd̄  
proprie significat ex eo siue transeo. Virg. euaditq; celer ripā  
irremeabilis undæ. Ter. sic inquam quo euadat, uide. aliquan-  
do tamen per metaphoram euadere ponitur pro fieri. produci.  
Cicero, an uerebare ne non putarem naturā potuisse im-  
probū euadere. nonnunquā pro liberare. Sall. at ni marius si-  
50 gna inferre, atq; euadere oppido properauisset, profecto can-  
cti, aut magna pars fidem mutauissent. quandoq; pro ascende-  
re. Virg. euado ad summū fastigia culminis. modo pro appare-  
re. Idem, ut tandem ante oculos euasit, et ora parentum. ple-  
rumq; etiam euadere est per quācūq; difficultatem ad aliquid  
peruenire. Ter. et heri semper lenitas uerebar. quorsim euad-  
deret. inuado quoq; proprie aggredior significat. Sall. priusq;  
hostes inuaderet. aliquando ponitur pro ingredior, siue inci-  
pio. Virg. tuq; inuade uiam. idem, aut pugnam, aut aliquid  
60 iandudum inuadere magnum. item a do uadum dicitur per  
quod uia datur. est enim proprie uadum fundum fluminis.  
lacus maris, et cuiuscūq; aquæ. Plyn. frequentes qui ppe te-  
niæ candicantis uadi carinas territant. idē, ora inuitata nau-







gus procat illico facta est. Et procatitas petulantia, quæ non  
 solum de animantibus, sed etiam de alijs rebus dicitur. Vir-  
 gilius, penitusq; procatibus austris, hoc est scæuentibus pro-  
 cellis asperis. malignis. procatiter quoque aduerbium ab  
 eo fit, hoc est petulanter. Procor autem à prociendo deriua-  
 tur. procare enim petere est. Lilius, matrem procatum uenerat,  
 habetq; penultimam syllabam correptam. quando enim pro-  
 ducta est, significat ruptum, atq; irritum. Hinc iurisconsulti ir-  
 ritum testamentum procatum dicunt, et procatre sæpe dicere.  
 proouatre. Et procat pro proouocat, procioco autem à cio decli-  
 nat, quod componitur à cis et eo. Est autem ciere proouocare,  
 et quasi cis hoc est atra mouere, non ut Seruius inquit no-  
 minare. Virgilius, extremosq; ciet gemitus. Idem, lacrymasq;  
 ciebat. Idem, ere ciere uiros, matremq; accendere canu. Dicitur  
 autem et in quarta coniugatione, cio cis. à quo acire de-  
 ducitur, hoc est aduocare. ab hoc uero accersire eiusdem signifi-  
 cationis, et Deacire idem, quod acire. A cio cito fit, quod pro-  
 prie est uero. Cicero, citat eum, non respondet, citat accusato-  
 rem. Idem, citatur Salamis clarissimæ testis uictoriæ, hoc est uo-  
 centur Salaminij, ut testimonium uictoriæ perhibeant. per me-  
 taphoram tamen ponitur pro inato. proouoco. commoueo. Idem,  
 quorum studium legendo non scribendo uehementius in dies  
 citat. ab hoc citatio derivatur notæ significationis. Et uerbum  
 oscito, quasi cito, hoc est commoueo os. Unde oscitatio oris exten-  
 sio dicitur, et uitium eius, qui frequenti oscitatione tenetur, ose-  
 do. quod cum toto corpore fit, pandiculatio dicitur. Et qui toto  
 corpore extenditur, dicitur Pandiculari. Item citus, hoc est celer  
 quasi citatus, nam qui uocati sunt celerius uenire consue-  
 runt, et citatus quoque pro celer usurpatur. Apule. citato non  
 in studio gressu. Sallustius, modo citus modo tardus in gres-  
 sus. Ab hoc fit comparatiuum citior, et superlatiuum citissi-  
 mus. Plautus, nullam ego rem citiorem apud homines esse, quæ  
 famam reor. A franius. Citior abiit analla, citissima omnium  
 redijt. Item cito aduerbium à quo citius, et citissime. Item à  
 cito alia quoque composita sunt. Recito quod significat repeto.  
 Martialis, Fama refert nostros te Fidentine libellos Non aliter  
 populo quam recitare tuos. Excito quod proprie significat ex-  
 pergefacto. Ponitur tamen pro sollicito. Seneca, ut otiosum excite-  
 rem. ab hoc excitatio. excitamen. excitabulum. excitamentum.  
 excitator. excitabundus deriuantur. Incito proouoco. irritio. incen-  
 do. A quo incitatio. incitamen. incitabulum. incitamentum. pro  
 eo, quod incitatur. Au. Cellius, fomes, atq; incitabulum uirtutis.  
 Item incitator, atq; incitabundus pro eo qui incitat. suscito, in-  
 terdum excito, interdum uiuifico Seneca. Nec eam sanare lan-  
 guentem uisus est, quam mortuum suscitare. Ab hoc fit suscita-  
 bulum, quod pro incitamento accipitur. Varro, symphonia uo-  
 cis suscitabulum. concito. commoueo. ad iram proouoco. à quo co-  
 citatus iratus dicitur. Cellius, cr. at enim aliquanto concitatio-  
 perato, quod meminerim, non legi. inuenitur Percatus, hoc est  
 commotus, concitatus. sollicitus quoq; à cito componitur, quasi so-  
 lo citatus, hoc est permotus quemadmodum inferius dicemus.  
 Præterea à cio concio dicitur, quod modo est perturbo, commo-  
 ueo. A franius, Dij sunt irati tibi, qui conciere cogites tantum ma-  
 li. Actus, nisi quasi terrestri pontus strages conciet modo conuo-  
 co, à quo concionem uocamus multitudinem populi congrega-  
 tam ad audiendum aliquem orantem pro utilitate communi.  
 propter quod et locus ipse concio appellatur, et ipsa oratio. et  
 is qui orat, dicitur concionari. Item à concio, concilium, multitu-  
 do populi consulendi gratia congregata. à quo conciliabulum  
 locus in quo concilium congregatur, et concilio uerbum, quod  
 est comparo, contraho. accipiturq; in bonam et in malam par-  
 tem. Nam et concilio mihi amorem alicuius, ac beneuolentiæ

dicimus et concilio odium, concilio inimicitias, hoc est emo, co-  
 paro. Hinc conciliatus pro empto accipitur. Terentius, prodi ma-  
 le conciliate. hoc est magno pretio emptæ, et conciliatio pro co-  
 uentione usurpatur. Plus. Extat conciliatio, seruanda promissu.  
 Quando autem non cum re sed cum deo siue homine iungi-  
 tur concilio, significat placere, et amicum facere. Virgilius, tu sce-  
 ptrâ, louemq; concilias. A quo conciliatrix dicitur mulier quæ  
 uiris comparat et conuenire facit uxores, et uxoribus uiros.  
 Et conciliabundus qui conciliat. Et reconciliare est in gratiâ  
 restituere, quoties scilicet amici, qui interposita aliqua offensa  
 aliquâ diu fuerint inimici in pristinam redeunt beneuolentiâ,  
 ac familiaritatem. à quo reconciliatio dicitur. Dicimus præterea  
 concilio mihi laudem, famam, et honorem, et similiter recon-  
 cilio hoc est comparo, et a quo. Quintilianus, nam et plus  
 10 autoritatis afferunt ea, quæ non præsentis gratia litis sunt  
 comparata, et laudem sæpe maiorem quam si nostra sunt, re-  
 conciliant. Cis autem à quo cio deduci diximus, licet proprie  
 atra significet, aliquando tamen pro ultra ponitur. Sallustius,  
 cis rhenum atque inter mare nostrum, et oceanum. à quo ci-  
 20 timus dicitur extremus, et citima uocantur, quæ cælo proxi-  
 ma sunt. Cicero. Quibus erat ea minima, quæ cælo cælo  
 citima terris luce lucebat aliena. Et atra, quod præter notum si-  
 gnificationem ponitur aliquando pro sine. Ut cum dicitur  
 plus usus sine doctrina, quam atra usum doctrina ualeat. Et  
 cisterna, de qua inferius dicemus. Cissium uehiculari biroti ge-  
 nus est. Cicero, in quadam caupona se occultans per ponum  
 cissio domum uenit. Cissus rex Thraciæ, fuit pater He-  
 cubæ uxoris Priami, à quo Cissus patronimum femininum.  
 Citeria appellabatur effigies quadam arguta, et lo-  
 30 quax ridiculi gratia, quæ in pompa uehi Romæ solebat.  
 Varro reciprocum à recipiendo deriuatum scribit, et id esse,  
 quod aliunde profectum reddit eo, unde profectum est.  
 Accus, reciproca tendens neruo equino concata tela. Hinc re-  
 ciprocatio dicitur retrogradatio siue circumactio. Plinius,  
 solertiam caprarum Mutianus usam sibi scribit in ponte præ-  
 tenui duabus obuijs e diuerso, cum circumactum angustia  
 non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cæ-  
 ca, torrente rapido minaciter subterfluente, alteram decubuis-  
 se, atque ita alteram proculcatæ supergressam. Hinc reci-  
 40 procati est retrogredi, ita ut non uertaris. Et reciprocum ar-  
 gumentum dicimus quod græci uocant Antistropheon, in quo  
 quicquid constituitur uerum, esse falsum reperitur, et quod  
 in aduersarium dicitur, reflectitur in dicentem. Dialectica,  
 quod sensum in diuersa trahat, tractum appellant, quale  
 est illud. Viro forti præmium, quod optauerit, detur. Qui  
 fortiter fecerat uxorem alterius in matrimonium petijt, et  
 accepit, is deinde cuius uxor fuerat fortiter fecit, repetit eâ,  
 contradicitur. Secundus qui fortiter fecit. Si placet lex in-  
 50 quit redde. Si non placet redde. alter si placet lex, non red-  
 do, quia secundum legem mea est, si non placet, non reddo.  
 quia repetere eam non potes ex lege quam improbas. Ta-  
 le est apud Africanum iurisconsultum, qui quadringenta in-  
 quit habebat, trecenta legauit, deinde fundum tibi dignum  
 centum aureis sub hac conditione, si legi falciæ in testa-  
 mento suo locus non esset, quicquid hic constitueris uerum es-  
 se, falsum reperietur. Nam si legatum tibi datum ualere dica-  
 mus, legi falciæ locus non erit. Ideoq; deficiente condi-  
 tione non debetur. Rursum si legatum non ualeat, legi fal-  
 60 ciæ locus non erit, et sic legatum tibi debetur. Hoc qui-  
 dam tractum uocitauerunt. itarco igitur sui, et deriuatum  
 eius suus dicitur sunt reciproca, quod sicut reciprocatur spiritus  
 cum recipitur, et unda uicissim alluens litus. Et euripus



ad pristinum subinde cursum rediens reciprocus est, ita hæc pronomina, ad id unde prodierant reuertuntur, quod græci ἰδιοτάβη, & ἰδιοτάβη uocant. Neq; enim dicere fas est. Ego dixi sibi. Non est sibi cura republicæ. Tu fuisti secum, ut uulgus indoctorum loquitur, quia nulla in ijs reciprocatio est. Ideo ita dicendum ego dixi ei. Non est ei cura republicæ. Tu fuisti cum eo. simili modo non est fas dicere uidi Ciceronem & fratrem suum. Sed uidi Ciceronem & fratrem eius. E contra uero barbare dicitur in sacris literis, omnia a te expectat, ut des illis cibum in tempore, ubi proculdubio reciprocatio est, ideoq; non illis sed sibi est scribendum. Sicut enim recte dicimus. Omnes expectamus, ut det nobis escam in tempore, omnes expectatis, ut det uobis escam in tempore, ita dicendum est omnes expectant, ut det sibi escam in tempore. item parum Latine translaturum est. A gloria eorum repulsi sunt pro a gloria sua, & perierunt propter iniquitatem eorum pro suam. Recte ergo Poetæ inquit. Reddite Roma sibi est. Nam si scribere tur, reddita ei, de altero intelligeretur, ut puta reddita Neroni, aut cuiuspiam alteri. etenim si ita dicimus. Dum Cicero cum Trebatio loqueretur, pluribus uerbis negligentiam eius accusauit. Profecto Trebatij negligentiam a Cicerone accusatam intelligimus. Si uero negligentiam suam dicamus Ciceronem significamus negligentiam propriam, dum cum Trebatio loqueretur, accusasse. Est tamen quando indifferenter, et se pro ipsum, prout ad illius de quo loquimur, uel ad nostram personam sermonem referemus, in quorum altero reciprocatio est, alter nullam habet reciprocatorem. Verbi causa omnes optant, quod sibi ualeat, & omnes optant, quod ipsis ualeat, illud ad personam eius, de quo loquimur refertur, et manifestam habet reciprocatorem. Hoc ad personam nostram, ideoq; nulla est in eo reciprocatio. Cicero nulli dubitabant, quid optimum esset, multi quid sibi expedit. Idem, legatus in pace profectus in prouincia pacatissima ita se gessit, ut ei pacem esse expedit. Idem, qui erranti conuiter monstrat uiam, quasi de suo lumine lumen accedit, facit, ut nihilo minus ipsi luceat cum illi accenderit. Hic notandum est, quod aliquando pro sui siue sui, ponitur is, aut ipse aut ille diuinitat ad uitandam amphibologiam. hoc est sermonis ambiguitatem. Cicero in Bruto sic scribit. is so ceteri instituto, quem quia copiosus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat, præsertim cum ille. Scæuolam sibi minorem nati generum prætulisset. Notat hunc locum Quintilianus, & id sibi tam ad socerum quam ad Fannium referri posse testatur. Quod si dixisset ei, de Fannio utiq; locutus intelligeretur. Item notandum, quod sius aliquando pro proprio accipitur. Persius, uelle suū cuiq; est, nec uoto uiuunt uno, Catullus, sius cuiq; innatus est error. Et interdum huic pronomini additur sibi, nulla necessitate, sed ueluti cuiusdam festiuitatis gratia. Terentius, suo sibi hunc gladio iugulo. Cicero suo sibi uictitant suæ. Columella, suo sibi iure abluuntur, utimur etiam frequenter hoc dicendi modo. Sius est illius mos. Siua est istius natura. Sius est Aristotelis modus. Suum Platonis genus, sua discipulis diligentia, sua docentis. Nec illud contemnendum est. Hoc pronomen sius non carere uocatiuo. Nam quod in sacris literis legitur. Laudate dominum omnes angeli eius, profecto angeli sui legendum est, qui est uocatiui casus. Præterea quis neget ita dici eleganter posse defendite. adiuuate. protegate. Casarem uita periclitantem o' amica sui. o' milites sui. o' ciues sui. Monere me aliquando solet, quod Virgilius scripsit, uiuite felices, quibus est fortuna peracta, iam sua, ubi proculdubio nō sua, sed uestra dicendum erat, nec mihi absimile ueri uidetur, emendaturum hunc locum poetam omnium maximum fuisse, si opus perfecisset. Nā quod alibi ait. Quisq; suos patimur ma-

neis, nō refertur id suos ad primam personam, quia sic resoluenda oratio est. Nos patimur manens, sed quisq; nostrum suos. Præterea illud quoq; sciendum, quod hæc tria pronomina, ego. tu. sui. binos genitiuos sortita sunt, mei. tu. sui. & nis. tis. sis. Sed alteri hoc est nis. tis. sis. actiue accipiuntur, in quorum locum suæ esse meus. tuus. suus. quæ possessiua pronomina uocantur, Ennius, ingens cura mis concordibus æquiparare, mis pro meis posuit. non pro mei. At mei, tu, sui, nuquam nisi passiuè accipiuntur. Quintilianus, & quod inter ista difficultimum fuit, amore mei uicit etiam matrem suam. Cicero, quæ desiderium tu ferre non posset. Virgilius, quiq; sui memores alios fecere merendo. Terentius, hoc unum scio hanc meritam, ut memor esses sui. Non si significatur hic amor meus, quem in alterum habeo, sed quem alter erga me habet. Item non desiderium tuum sed alterius de te, & non memoria sua, sed de se. Similiter in plurali duorum, nam sui uocem genitiui pluralis, ac singularis non uariat, nostrum et uestrum, respondent ad illa mis, & tis, ut nemo nostrum. nemo uestrum. non autem nemo nostri. nemo uestri. Vt ceteris certe maiores nostrum, pro maiores nostri, scripsere. Unde importunissime fecisse Au. Gellius scripsit, qui in plerisque Sallustij exemplarij scripturam istam syncerissimam corruerunt. Nā cum in Catilinario scriptum foret. Saepemores nostrum miseri plebis romanæ. Nostrum aboluerunt, & nostri scripserunt. Rursus habet curam nostri, sicut habemus curam uestri, non autem nostrum, & uestrum. quia hæc respondent ad illa mei. tu. aliquando tamen hæc confunduntur, sed perraro, ut causa mea, & causa mei, & apud Terentium, ut apparet desiderio id fieri tuo, uidelicet quo tu desideraris, non quo desideras. Proprie autem memoria mea actiue accipitur, quæ scilicet ego recordor. memoria mei passiuè, quod alij de me recordantur. Dolor meus, quo solator. dolor mei, quo alij sollicitantur, copia mea, quæ ego possideo, copia mei, quæ possideo. Vt meretrix facit omnibus copia sui, non suam, potestas mea quam habeo, potestas mei quæ habeo. Vtilitas mea, quam suscipio, utilitas mei quam suscipit alius, hoc est, quæ a me suscipitur. Quintilianus, sed ut aliqd præstaret patriæ utilitatis mei, id est de me. Sic fastidium meum, quo ego alios fastidio, fastidium mei, quo ab alijs fastidior. Idem, seu mulier omnibus exposita mortalibus uanitate fastidio mei, despectuq; captiuit. Sunt tamen quedam anapitem habentia significationem, sed quæ facile discerni possunt cum dico. Hæc est pars mea, non de parte corporis intelligo, sed hereditatis. & rursus, hæc est pars mei, non de hereditate, sed de corpore. Manus pars mei est, non mea. fundus pars mea, non pars mei. Nam, quod Cicero inquit, ex quo uereor nihil sim tu, nisi suppositionem pedum imitatus, hic tu de tuo significat, non de te, estq; a tuū in genere neutrali, non a tu pronomine primitiuo. Adco autem dare actiuam significationem his tribus genitiuis mei. tu. sui. re fugerunt auctores linguæ Latinæ, ut eos mutauerint in aliam uocem, genitiuis aliarum dictionum, cum quibus coniunguntur, minime mutatis. Cicero dico mea unius opera reprobam esse liberatam. Idem, solius enim meum peccatum corrigi non potest. Idem, ex tuo ipsius animo coniecturam aperis. Non dixit quia non licuit, mei unius opera mei solius peccatum. tuipius animus. & in plurali Quintilianus, deinde cum satis uires eorum explorauerint, sua ipsorum fiducia permittunt. non dixit sui ipsorum fiducia. Nostræ quoque religionis homines, qui sacras literas interpretati sunt, hoc diligentissime obseruauerunt. Domine exaudi uocem meam clamantis ad te. & alibi. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Item alibi. Suscepit de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & tuam ipsius animam



pertransibit gladius. Nec alia causa Terentia scripsit. Saluus sum meo praesidio, atque hospitii, et non praesidio mei, atque hospitii: idem, hinc tot mea solius solliciti sunt causa, ut me expleat. Gaudent autem maxime haec pronomina siue in primitiuorum genitiuorum, siue in possessiua uoce illis tribus solius ipsius unius. Possimus tamen et trium, et quatuor eleganter dicere. Item omnium plurium cuiuscumque. Et si qua sunt huiusmodi. Cicero, sed uoluntati uestrae omnium parui. Brutus, qui uestris pauorum respondeat laudibus. Ueteres sas pro suas usurpare. Ennius, Virgines, nam sibi quisque domus Romanus habet sas. Item san pro eam. Idem, nec quaequam philosophiam in somnis uidit priusquam san dicere cepit. DELITIAE. Oblectamenta. Delitiae proprie dicuntur, quae maxime nobis uoluptati a deliciando, hoc est allucendo nos ad uoluptatem. Delicere enim elicere est. Plautus qui illum sciat delicere, et nocere facere possit de die. Ueteres licere implicare dicebant, a licio quod est filum, quo in tela textrices implicant stamen, unde Trilicem diuinus uestem, quae ex tribus licis constat. A licere, hoc est implicare lenones appellati, et per diminutionem Lenunculi, et femino genere lenae, quod adolescentulos alluciant, significat tamen aliquando Lenunculus etiam nauigium piscatorum. Lenas appellat uelipianus, quae mulieres quae stuaras prostiunt. Item eas, quae alterius nomine hoc uitae genus exercent, ut si qua Cauponam exercent, in ea corpora quae stuararia habeat, ut multae solent sub praetextu instrumenti cauponi prostitutas mulieres habere, dicendum est hanc quoque lenae appellatione contineri. Hinc Lenocinari, seu lenocinium facere dicitur, qui quatuor ratione hunc quae stium exerceat siue principa liter hoc negotium gerat, siue alterius negotiationis assertionem utatur. Per metaphoram tamen Lenocinari aliquando pro bladi diru accipitur, siue allucere. Cicero, tibi seruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquando contendet, quae potest. A licio uerbo fit etiam secundum quosdam lectus, quod fatigatos ad quietendum alluciat, quem admodum inferus diuinus. Item a delicio dulcor, hoc est suauis, quod dulcia maxime alluciant. Ab hoc fit dulciculus diminutiuum, et dulcitas. Nenuus, O suauis linguae sonitus. O dulcitas animae, et dulcitus. Actius, tanta hinc in corda dulcitus inuasi. Et dulcedo. Cicero, quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime uoluptarius, quippe dulcedine praeter ceteros sensus commouetur. et dulcor. Plinius, contractata dulcorem amittit, et dulcor uerbum. A quo dulcesco. Idem, paulatimque maturiscentia dulcescunt. Item dulcor, dulcissimus, et aduerbia dulcor, dulcius, dulcissime, et dulcor pro dulcor, praedulcor ualde dulcor, et subdulcor aliquantulum dulcor, et edulcor uerbum, quod est dulcoris facio. En Martius, quapropter edulcorare conuenit uitam, Curasque acerbis sensibus gubernare. Et dulcor loquor, dulcor loquens. Et dulcorissimus, dulcor fluens, et dulcor sonus dulcor sonans. Item a licio fit compositum allucio, quod est attraho, induco. A quo allecto frequenter uerbum. Cicero, ad quem fruendum non modo non retardat, uerum etiam inuolat, atque allectat senectus. et allucio facio. A quo allucio. Suetonius de Vitellio. Pronus uero ad cuiuscumque, et quacumque de causa necem, atque supplicium, nobiles uiros condiscipulos, et aequales suos omnibus blanditijs tanquam modo ad societate imperij allucio factus uario genere fraudis occidit. Pellicio, quod est blandiendo decipio. A quo pellicator, qui ad fraudem pelliciat, et pelliculatio, quo Cato ueritur pro blanda, et fraudulente inductione, et pellex, fallax. a quo pellacia, fallacia. Virgilius ubi nulla figm re perit pellacia. Lucretius, subdola cum ridet peruis pellacia poti. Item a pellicio pellex, quia blandiendo uirum ab uxore seducit. Est enim pellex, quae cum eo corpus misceat, qui habet uxorem, sicut concubina, quae cum caelibus ui-

ro sine nuptijs locum tenet uxoris, quae graeco uocabulo παλλακίον hoc est pallacem appellamus. Suetonius de Vespasiano. inde quieti uocabant accubante aliqua pallacem, quas in locum defunctae Tenidis plurimas constituerat. Iustinus quoque Cyri pallacem nominat. Sed haec locutio fere librarij corrupta sunt, ut alia pleraque. qui pro pallacem pellicem scribere. Cum pellex latinum sit, nec uiri pellex dicitur, sed uxoris. Nemo enim latine loqueretur pellex mea, sed pellex uxoris meae. Pallacem uero sit graecum, et concubina significat, recte quoque uiro iungitur hoc modo, haec est pallacem mea, haec est pallacem Vespasiani, quem admodum haec est concubina mea, concubina Vespasiani. ubi cumque ergo repperit fuerit pellicem ad masculinum referri, sciendum est errore ibi esse librarij, et pro pellicem pallacem esse scribendum. Non sine errore Masurius iurisconsultus scripsit pellicem eam habitam, quae cum uxor non esset, cum aliquo tamen uiuebat, quae uero nomine Amica, Paulo honestiori concubinam appellamus. hinc Caius Flaccus emendauit Pellicem uocari scribens, quae cum eo cui uxor sit corpus misceat. A pellex fit pellicatus, sicut a concubina concubinatus. a delicio delecto, quod proprie significat attraho. duco. Ennius, et me Apollo ipse delectat, ac ductat Delphicus. Quae adriagrus. Fabius de nocte cepit hostium castra oppugnare, hostem delectare, dum collega id caperet, quod caperebat. Et quoniam quae grata, ac iucunda sunt, nos attrahere, atque allucere solent, factum est, ut delectare sit gratum esse, ac iucunditate afficere. A quo delectatio. et delectamentum. et delectatio. item delinui in singulari, et in plurali delitiae. Mar. stelle delitium mei columba, Verona licet audiente dicitur, uicit maxime passerem Catulli. Suetonius. Titus amor, ac delitiae generis humani, tantum illi ad promerendum omnium uoluntatem uel ingenij uel artis, uel fortunae super fuit. Ab hoc delictus plenus delitijs, siue in delitijs uiuere assuetus, et per metaphoram mollis, ac tener. A quo aduerbium delicate. delicia uero lignum est, quod a culmine ad regulas angulares infirmas uersus fistigatum collocatur. unde tectum ipsum delictatum, et regulae delictares appellatae. Delictare autem ueteres dicebant ex planare. indiciare. aperire. Accius, quare alia ex crimine inimicorum effugere possis, delictare. Terentius. quid istuc est, aut iste uult sermo mater delicta, hoc est indiciat. ostende. ex plana. item a licio fit oblicio, idem significans, quod delicio, a quo oblecto, et ab eo oblectatio. oblectatio. oblectamentum. Ueteres etiam delictare aliquando pro delectare usurparunt. Sunt tamen qui delecto, et oblecto non a delicio et oblicio uerbis deducta existimant, sed a lacto uerbo. Lactare enim est non solum lac praebere, sed dulcedine aliqua retinere, et ad persuasionem inducere. Terentius, nisi me lactasses amantem, et falsa spe produceres. Idem, eorum animos lactas. Hoc a lacte deriuatur, quod significat succum maternum, quo animalia nutriuntur. Virgilius et lac subducatur agnis. dictum similiter a licendo, quia admotis mammis infantes allucuntur. Hinc fit etiam lacteo, quod est lac sugo. Lactans enim est, quod lac praebet, lactes cui praebet. et lacteus candidus. suauis. succulentus. et lactescio in lac conuertor. et lactuca a lacte dicta, quod id genus oleris lacte abundet, praesertim ea quae meconium uocant, a copia lactis soporiferi. quippe apud graecos minor papauer dicitur, quae herba soporem inducit. A lactuca lactuciorum familia appellata. Lactes quoque a licendo dicuntur, quod abum alluciant. Sunt enim lactes in oue, et homine, per quas labitur abus. in ceteris haec illa, quibus capaxiora sunt in testina ad aluum. Plautus ita tibi uacuitate uenio laxus lactibus. Item a lacte lactancia, hoc est cibi ex lacte facti, et lactiphagi scythiae populi, qui et galactophagi dicuntur. et lactaria her-



ba, quæ & tithymallus dicitur. & lactuca caprina, de qua inferius dicemus. & lactaria columna, quæ erat in foro boario, dicta quod ad eam infantes lacte alendos deferbant. Item elicio, quod est educo. extraho. à quo electæ argentariæ dictæ sunt meretrices ab eliciendo argento, & elices sulci aquarum, per quos aqua collecta educatur & electo frequentatuum. Plautus, electabo adolescentem muneribus. et elicias Iupiter etenim Numa Pompilius regnum urbis Romæ adeptus pontificem elegit, cui sacra omnia ex scripsit, atque exignavit. quibus hostijs. quibus diebus ad quæ templa sacra fierent, cæteraque omnia publica, privataque sacra pontificis scitis subiecit, ut esset, quod consultum plebs ueniret, nequid diuini iuris negligendo patrios ritus, peregrinosque asciscendo turbaretur. Nec celestes modo ceremonias, sed iusta quoque sinebria, placæ dosque manes, ut idem pontifex edoceret, quæque prodigia fulminibus, alio uel quouis modo missa susciperentur, atque curarentur. Ad ea elicienda clementibus diuinis totum elicio aram in Auentino dicitur. Pontifex uero appellatus est uel à posse, & facio, (ut Scæuolæ placet) uel (ut Varro affirmat) à ponte. nam à pontificibus pons subicius primum est factus, & postea sepe restitutus, nec non cæterorum pontium cura eis data. Illico attraho. illa queo. à quo illecebræ dictæ blanditiæ, quibus illicamur. À quo illecebrosus, qui inanibus blandimentis hominem alliat, & illic, qui alliat sicut illex, qui sine lege, & sine iure uiuit, & illicto pro allecto. & illicium, de quo inferius dicemus, cum populus illicet illico uero nō ab illicio declinatur, sed à loco, quasi in loco. Proprie n. illico significat in eo loco. Neuius, septimumdecimum annum illico sedens. Ennius, & quia quod irent nesciebant, illico manserunt. Ponitur tamen frequentissime pro statim. Plautus, illico hic ante hostium eramus. Locus proprie dicitur quicquid aliquid continet. Virgilius, hic locus urbis erit. Poniturque à dialecticis inter accidentia substantiæ, & est una de septem circumstantijs, quæ ita numerantur, persona, qualitas, negotium, facultas, causa, modus, tempus, quæ hoc uersu clauduntur. Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando. Aliquando locus ponitur pro genere. Sallustius, natus haud obscuro loco. Est & locus argumenti sedes. Itē cum dicamus loco patris, loco fratris, loco filij te habeo, non significamus, quod ubi illi ante erant, ibi tu nunc apud me sis, sed, quod in ea caritate, qua illi aut fuerunt, aut sunt, aut essent, aut esse deberent. Terentius, si te in Germani fratris dilexi loco. Interdum tamen in locum potius dicimus quam in loco, quod tunc aliud erat, aliud successit, quod nō fit sine uerbo significante motum. Quintilian. nam quomodo pugnam inuenibus tot simul metus, laboris, dolorum, postremo mortis ipsis exciderint, nisi in eorum locum pietas, & fortitudo, & honesti præfens imago successerit. Item loco solatiij mihi est dicimus loco uoluptatis, loco honoris, loco turpitudinis, pro iucundum, uoluptuosum, honorificum, turpe. dicimus autem in singulari locus tantum masculino genere. in plurali uero loca, et loca tam masculino, quam neutro. Sed pro sedibus argumentorum duntaxat masculino usurpamus, & in plurali locos mulieris uulnam appellamus. nam in reliquis animalibus dicimus tantum uulnam. À locus fit diminutiuum loculus, quod sacculū significat, qui alio nomine uulua, & bulga, & marsupij dicitur, & Capsula. hinc loca distincta, in quibus aues nidificant, et quæcunque similia dicuntur loculamenta. Columella, uel si non ita competet, paxillis adactis tabulæ supponantur, quæ uel loculamenta, quibus nidificant aues, uel fictilia colubaria recipiant. item loco uerbum, quod proprie significat pono, quasi in loco constituo. Virgilius, hic alia theatri fundamenta locant alij. Aliquando ponitur pro repono, unde locatum repositum dicimus.

Plautus, dum aulam domi locatam perquirere ablatam reperit. Interdum per usum alicuius rei pretio concedo. À quo locatio dicitur. Cicero. uel quod locatio ipsa pretiosa. idem, uxoris fundus erat colono locatus. Sæpe etiam pro marito do. Plautus, filij eius pupillam locatit. À quo illocabilis dicitur, quæ tradidit uiro non potest. idem, uirginem habeo grandæ, dote cassam, atque illocabilem. & à loco sit locatarius, qui domum, aut fundum, aliud uel simile in locationem condat. Nomina enim masculina in arius, & feminina in aria desinentia, officia hominum, qualitatemque proprie significant. ut caprarius, capraria, saltuarius. cæparius, horrearius, classarius, custos, exercitatorque caprarum, saltus, campi, horrei, classis, sagarius, lintearius. uenustarius, uenditor sagorum, linteorum, uestium, proprietarius, fructuarius, usufructuarius, cuius est proprietas prædij, cuius fructus, cuius usus, quæ omnia significant actionem, passionemque. Pauca sunt, quæ passiuè accipiuntur, ut legatarius, commodatarius, depositarius, beneficiarius, fideicommissarius, qui legatum, commodatum, depositum, beneficium, fideicommissum accipit. Sic locatarius, qui accipit locatum, hoc est conduxit. In arium uero neutra plerumque repositorium significat, ut tabulariū, repositorium instrumentorum, & literarum. Atrarium repositorium aris, ac numerorum, pecuniæque. Sacrarium repositorium sacrorum. Armarium, ubi reponuntur libri, armamentarium, ubi armamenta. Atramentarium uasculum, in quo reponitur atramentum. Calamarium, in quo calamum reconduntur, quod & Theatrum calamaria dicitur. Penarium, ubi reponitur penus. Uisarium, ubi continentur ues, pisces, feræ, quæ ad uictum pertinent. Pomarium locus reponendorum pomorum, uel locus consitus pomis. Ouidius, id metuens solidis pomaria clauserat Atlas Mœnibus. Aluearium locus, ubi sunt Aluei apium, & alueorum copia. Rosarium locus, ubi est copia fructuum rosarum ferentium. Plantarium non solum locus plantarum, sed ipse plantæ, etiam si euulsæ sint, quos Seruius dicit plantaria esse, quæ e seminibus nati cum radicibus, et terra propria transferuntur. Plantas uero, quæ de arboribus rapiuntur. Seminarium ipsum semen, hoc est plantula. Pæpinarium palmetes, qui e duro exit, materiamque in proximū annum promittit, siue congeries uirentium ramulorum. Calceariū, et uestiariū pro calceis, et uestibus. Fustuariū pro fustigatione. Cibaria pro cibis. Carnariū, et donariū, de quibus supra diximus. Item à loco loci plerumque pleraque loca, hoc est multas possessiones tenent. Omnes n. ueterum diuitia in agris, atque pecoribus erant, et ut Cato refert, quem uirū bonum colonum dixissent, amplissime laudasse existimabantur. Hinc pecunia à pecore appellata, et loci plerumque dicti diuites, quod loci, hoc est a gri pleni essent, et loci plerumque dicere, cuius passiuū e loci plerumque. Plautus. uisus est paterna hereditate loci plerumque. Item à locis uendis locustæ uocantæ ob tacturā, quæ messibus afferunt, tactu multa, ut supra diximus, uidentes, morsu uero omnia erodentes. DOMINI.

50 Neronis. POPULI Romani scilicet. Populus desinitur multitudo hominum iuris consensu, et concordia cōmune sociata, differtque à plebe, quæ in populo omnis pars ciuitatis, omnesque ordines continentur, in plebe autem non insunt nobiliores, et patricij. itaque utrumque à græco dictum uolunt. Plebem ἀπό τῶν πλεόνων hoc est à pluribus, quod plures sine plebe, quam patricij. Populū ἀπό τῶν πολλῶν πλειόνων hoc est multo pluribus, quod populus omnes ordines, ut diximus, cōplectatur, à populus fit diminutiuum popellus, hoc est paruus populus, et popularis, quod modo significat id, quod populi est. Terentius. Amicus meus summus, et popularis Geta. modo cærus populo, unde & populare est amorem populi conalare, Pacuuius, atque ut promerui pater mihi patriam populauit meam.



aliquando etiam popularis pro uili, ignobiliq; accipitur. Plautus praestat diuitem esse, ac popularem, quam nobilem, & mendicam. hinc popularia nugatoria, & puerilia dicimus. Laberius, dum popularia agnus per ludum. A populus etiam fit populi uerbum, quod & populo dicitur. Virgilius, populatq; ingentem farris aceruū. A quo de populo, hoc est praedor, & de praedor, passimq; & quasi populatim diripio, A quibus populatio. & de populatio. & populator. ac de populatore. & populatrix. ac de populatrix. & populatim, quod modo si significat per populos. A puleius, populatim ab omni pro-uinaa reuocatus, modo attruatum. & in uniuersum. Caelius, ego perdidisti, qui omnes seruos perdo populatim, quae so ne addas malum ad hoc malum. & populabundus, pro praeda bundus, & populosus populo plenus, & populariter, hoc est affabiliter, humaniter, blande, & cum fauore, ac gratia populi. iuuenalis, & uerso pollicet uelga quemlibet occidunt populariter, & popularitas affabilitas, humanitas, blanditia, et publicus, ut quidam existimant quasi popularis, quod non priuatum aliquid, sed populi sit. a quo fit publico uerbum, quod est diuulgo, & publicatio diuulgatio, res publica res populi, & publice, ac publicus aduerbia, & publica sacra, quae pro populo fiebant, sicut priuata, quae pro singulis hominibus, famulijq; & publicani, qui rebus ad populum spectantibus fruuntur. omnes enim qui a fisco aliquid conducunt, recte publicani nominantur, ut qui uectigalia populi conducta habent, et publicana uia, quae in solo populi est, siue qua iter populo est, et publicus praenomen eius, qui populo gratus fuit, & publico res Publici serui, sicut Marci porci pueri hoc est serui Marci. huiusmodi enim appellationibus ueteres utebantur, quod genus intererat. & publicola, quod a populo coleretur, siue quod coleret populum. Sic enim appellatus est. P. Valerius primus cum Bruto post ex actis reges consul creatus, quoniam cum aflectare regnum ob adificari ceptam in summa uelutia domum creditus fuisset, adificata postea in infimo cliuio domo, lataq; de pronocione aduersus magistratus ad populum, sacrandog; cum bonis capite eius, qui regni occipandi consilia inuisset, lege adeo se omni regni susceptione abfoluit, ut popularis etiam factus sit, & Publicolae cognomen adeptus. Item dies populi si qua nominatus Iunio mense, quod eo die tumultu repente orto fugerit populus. Non multo enim post hic dies fuit, quam decessus Gallorum ex urbe, quod tempore, qui tum sub urbe erant populi, ut Fidenates & alij finitimi contra populum Romanum conuenerunt. Scribit Seruius populum in singulari numero unius ciuitatis multitudinem, in plurali uero urbeis significat. Est etiam populus arbor excelsa, folio ederae, sed parte altera sine angulo, altera oblongo, dicta, ut quidam putant, a frondium multitudine. Tria huiusmodi genera sunt, alba, & nigra, et quae Libya appellatur minima folia, ac nigerrima. huiusmodi arbori, & ulmo, tili, & oleae, & salicis euenit, ut circumagantur earum folia post solstitium, quod artissimum eius hyderis confecti testimonium est. Ab hac populo fit populeus, ut populea uirga. Item populus, sicut a ficu ficulnus. Quidam etiam putant Populoniam Etruriae urbem a populorum multitudine, quae in eo agro est, appellatam, alij a populando, quod frequentibus pyratum de populationibus pateret, quoniam sola ex omnibus Etruriae urbibus ad mare fundata erat, quod ea tempestate urbium conditores uitare conabantur, ne barbarorum de populationibus paterent. A plebe uero diminutiuū fit plebeula, & plebeum, quod plebs est, plebey adiles discedente plebe a patribus sunt creati. plebei a pudicitiae saelum Romae, ut sacra caetera, colebatur. Item plebiscitum lex, quam plebs non populus accipit, de qua inferius dicemus. Di-

cebant autem ueteres plebs plebis tertiae declinationis, & plebes plebei. Plinius. Tanta plebei consternatione, ut primo pulsus ex ea regione, mox & interemptus sit. PRAESIDE. Imperatore, & magna laude Domitiani Neronem dominum, ipsum uero praesidem nominant. Nam dominus dicitur, ut supra diximus, cui populus subiectus est, quiq; plenam habet in subditos potestatem, hunc graeci νόστωρ uocant. Homerus οὐκ ἀγαθὸν πολυνοστωρῖν, ἐπὶ νόστωρ ἔστω, hoc est. Non bonus est multorum dominatus. Vnus dominus esto. Veteres hunc tyrannum etiam appellabant. Virgilius. Te propter Libyae gentes, numadumq; tyranni Odere. idem, pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni, quamuis postea Tyranni nomen ad eos tantum translatum sit, qui non iure, & aequis legibus, sed ui, & quadam animi libidine dominantur. idem. conueniunt quibus aut odium crudele Tyranni, aut metus acer erat. Ab hoc Tyrannis dicta saeuum, ac uiolentum imperium, & Tyrannicus, quod Tyranni est, & Tyrannice, quod uolenter crudeliter. domini ergo nomen nescio quid superbum sonat, quem admodum regis, de quo supra diximus, & Tyranni propter, quod diuus Augustus domini appellationem, ut maledictum & opprobrium semper exhorruit, & cum spectante eo aliquando ludos, pronuntiatum esset a Mimo dominum aequum, & bonum, uniuersiq; quasi de ipso dictum comprobassent statim manu, nulluq; inde ueras adulationes repressit, sequenti uero die, grauisimo corripuit edicto, dominumq; se postea appellari, ne a liberis quidem, aut nepotibus suis passus est. In Imperatoris uero, seu praesidis nomine nihil insolens, nihil superbum erat. Quippe imperatores dicebantur, qui Senatus, et populi romani iussu uel ductabant exercitus, uel provincias administrabant, & singuli duos legatos habebant. Itaq; hi non domini erant, sed ministri, quamuis postea in Tyrannidem uersus sit hic magistratus, & Imperatoris mutissimum nomen in eum translatum sit, qui Romani imperij gubernacula tenet. Ab impero dictus est imperator. Imperare autem iubere est, dictum ab in intentione particula, & paro quasi statim paro, uel prorsus paro. Ab hoc imperium declinatur, quod modo iussum significat. Virgilius. hic uasto Rex Aeolus antro, luētantes uentos, tempestatesq; sonoras Imperio premit, ac uinculus, & carcere frenat. modo regnum, dominium, unde Romanum Imperium, & romani imperij finis dicimus. Idem, Imperium oceano. famam qui terminet aetris. idem. non illi imperium pelagi. saeuumq; tridentem. Sed mihi forte datum. Aliquando imperium significat potestatem, unde Vlpianus imperium scribit aut merum dicta, aut iustum. Merum imperium est habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam potestas appellatur. iustum est, cui etiam iurisdictione inest, quod praecipue in danda bonorum possessione consistit. iurisdictione est etiam iudicis dandi licentia. Ab imperio imperiosus dicitur, nimis seuerus imperas, crudus & quasi ostentator imperij, qualis Torquatus apud Luuiū, qui filium licet uictorem, quia contra imperium suum pugnauerat, securi percussit, ob id dictus imperiosus, et manliana imperia, crudelia uocantur. Ab hoc fit aduerbium imperiose, hoc est acriter. seuerus, & cum ostentatione imperij. item ab impero imperito frequentiuum, & quod apud Plinium reperitur, imperitabundus pro imperitans. Poeta aliquando induperatorem pro Imperatore usurpauit. iuuenalis. qualis tunc epulas ipsum glutisse putamus induperatorem. Praeses autem est, qui maius in urbe, aut Provincia imperium habet, de quo superius late differuimus a praesidendo ita appellatus, a quo praesidium. praesidere uero est praesse, ut supra diximus, et a sededo deducitur. sedere quid sit manifestum est. Plautus. Si non ubi sedes



locus est, at est ubi ambules. Aliquando ignauiam, cessationemq; significat. Terentius. an sedere oportuit domi uirginem tam grādem. De auiibus uero sedere dicitur in altiori loco esse, ut passer sedet in tecto, cornix sedet in arbore. ita enim de auiibus dicitur sedere, ut de homine, dum sedet super equo, aut iumento, quocumq; corporis habitus ibi maneat. Sedere etiam pro placere ponitur a poetis. Virgilius, idq; pio sedet Aeneas, probat author Arestes. Secundum Augures sedere est considerare, contemplari, consilium capere. Nam post designatus caeli partem a sedentibus capitur auguria. Plautus sine iuxta aram sedeam, et dabo meliora consilia. hoc etiam Virgilius ostendit, inducens picam solum sedentem cum alio stantem induxerit. Paruaq; sedebat succinctus trabea, et alibi, Turnus sacra ualle sedebat. Ab hoc tractum est, ut iudices pro tribunali sederent, nec nisi sedentes ferre sententiam possint, ut intelligant se quid decernant considerare diligenter oportere. Item sedere manere est. Virgilius, et sedet hoc animo. Sedeo autem a se, et eo compositum putant quasi seorsum eo. Videtur enim seorsum ire, et quasi a ceteris separari, dum consideramus. Differunt autem a sedeo, sideo, quoniam siedere est deorsum descendere. Virgilius, sedibus optatis gemina super arbore sidunt, id est ab alto demittuntur. Ab hoc composita sunt assido, quod est apud aliquem officij gratia sedeo, ut puta aegrotum, aut regem, aut praesidem. A quo assiduum, assiduitas, assidue de quibus supra diximus. Item assidela mensura, ad quas sedentes flamines sacra faciebant, et assesses, quod assident parieti, et assesses, et assula, de quibus supra differimus, et assessores, quorum officium est assidere praesidi, atq; consilere, atq; in ijs ferre causis constat. cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis. Huius foemininum est assestrix. Afranius dimittit iam assestricem, me adesse uocat, et confessores, qui simul sedent. Martialis, nec confessorum uicinia numismata tantum era, sed a cuneis ulteriora petis. Circumsideo, quod est contra sedeo circundo, obsideo, quod interdum pro circumsideo ponitur, interdum pro contra sedeo, unde obsessi dicuntur, qui egre di urbem, aut oppidum, seu alium locum non possunt, aut hostibus circumfessi, et obsidio circumfessio, et obsidium, quod fit, ut hostes dimicare cogantur, et obses, qui traditur imperio alterius ea conditione, ut si dator obsidis a fide recedat, recipienti sit potestas in corpus, et uitam eius, qui datus est obses. Hic quoniam obsidionis gratia dari consuevit, inde nomen assumptum, quamuis aliqui ab ob, et fides compositum uelint, quod sit ob fidem datus. Obsidiae quoq; sicut insidiae dicuntur. Columella, dum teximen anis sedula, uel puer adhibeatur custos uagantium, ne obsidijs hominum, aut insidiatorum animalium decipiantur. Dissideo dissentio. A quo dissidium, hoc est discordia, et dissidiosus contentiosus, desido otiosus sedeo, a quo deses desidis, et desidiosus, hoc est piger ignauus, unde desidia ignauia, subsidio, qd significat subter sedeo. Virgilius, subsedit dubius. A quo fit subsidium, hoc est auxilium. insido aliquem dolose expecto. A quo insidia, quae clam insident, ut hostes fallant, et ab eo insidior uerbum, et insidiosus insidijs plenus, fallax. Item insidiator, et insidiatrix, qui insidiantur. Iugur autem insido cum datiuo. Virg. Arripuitq; locum, et syluis insedit iniquis, cum insisto cum accusatiuo iugatur. Idem, nulli fas casto sceleratum insistere limen. Resido, otior commoror. A quo Resides, otiosus, quietus, se gnes. Virg. iam pridem resides animos, sicut e contrario instanters dicimus industrios, et Resina humor, qui ex arboribus fluens, in iisdem residet. A quo resinatum dicimus, sicut a pice picatum. Iuuenalis, quid enim resinate iuuentus. Residare uero ueteres dicebant pro eo, quod est saepe resiliere. Rhesus rex Thraciae fuit,

quem Homerus scribit cum equis albis in auxilium Troiano rum uenisse, et a Diomede, atq; uylisse nocturno in castris suis se occisum. Est etiam nomen fluminis Troiae, rhenus gigas fuit, quem Diochylius in leonem conuersus occidit. Item Rhenus mons Troiae, in quo Ajax Telamonius sepultus est. A quo Rhoeteus et Rhoeteus deducuntur. Super sedeo, maneo, cesso, differo. Plautus, super sedeo de istis rebus, iam tu ipse ubi lubet finem fac. Cōsideo simul sedeo. A quo fit confessus, quod non significat confessionem, sed homines simul sedentes in uno loco, quemadmodum Conuentus non conuentionem significat, sed homines, qui uno in loco conuenerunt. A sedeo propterea sedes deducitur, in qua sedemus, poniturq; pro habitaculo, et domicilio. Caesar, crescente enim populi multitudine mutare sedes statuerunt. Item pro sepulchro. Virgilius, sedibus aut saltem placidis in morte quiescam. eius diminutiuum est sedicula, et eiusdem significationis est sedile, quod et locus ad sedendum est, et sella quasi sedda, et sessio, quod modo actum ipsum sedendi significat, modo ipsum sedile. Cicero. Tot locis sessiones gymnasiorum, id est tot sedilia. et subsella minores sedes, in quibus audientes poetas, aut spectantes ludos sedere solebant, erantq; etiam tribunorum triumuirorum, quae storum, et huiusmodi minorum iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec in tribunalibus, sed in subsellis considerabant. Sella curuli maiores magistratus utebantur, quem simul cum toga, et praetexta, et lictoribus Romani ab Etruscis sumptere. Curulis autem a curru dicta est, quod in ea sedentes curru uehi maiores magistratus solebant. Sella graece θρόνον, hoc est thronum nominant. Hinc θρόνον βασιλικόν solium, hoc est sedem regiam uocant, et θρόνον ἡγεμονικόν sellam curulem. Item a sedeo sedulo aduerbium, quod significat diligenter, instanter, continue quasi assidendo, hoc est sine intermissione. Cicero. Sedulo inquam faciam. Nam quod Marcellus scribit sedulo dictum, quasi sine dolo, nimis affectatum nobis uidetur. quippe sedulus eodem modo, quo assiduis dicitur, idemq; significat, et sedulitas est assiduitas, et diligentia. Item a sedeo solium armarium e ligno factum, in quo reges ob corporis sui tutelam sedebant. Item sedes regia. Curtius, Regnam in solio uisam uel hementer admiratus, aliquando uas, in quo homines in balneis, uel domi, uel quouis alio loco sedentes lauauerunt. Martialis, non uis in solio prius lauari. Hispani id duretam uocant. Suetonius de Augusto, at quoties neruorum causa marinis, albulisq; calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut in sedes ligneo solio, quod ipse hispanico uerbo duretam uocabat, manus, ac pedes alternis iactaret. Nonnunquam huic simile uas, in quo de functi sepeliuntur. Plinius. Cum et defuncti sese multi sitchilibus solijs condi maluerunt. Quidam non a sedendo, sed a soliditate quasi solidum appellatum existimauerunt. Quidam a solo, quod in ijs soli sederent. Ideo solia sternere dicebantur, qui solisternium habebant, et solaria Babylonica uocabantur, qui bus ea sterni solebant. A sella etiam sellaria dicta loca, in quibus disponi sedes solebant. Plyn. Atq; ex omnibus, quae renili, clarissima, quaeq; in urbe iam sunt dicta a uespasiano princepe in templo pacis, alijsq; eius operibus uiolentia Neronis in urbe conuecta, et in sellarijs domus aureae disposita. Item, a sedendo seditio, hoc est, sicut Cicero placet, a seorsum eundo. Est autem seditio, cum populo discordante iter ad manus, qualem ciuitatis statum describit Virgilius, ac ueluti magno in populo, cum saepe coorta est seditio, seuitq; animis ignobile uulgius, iamq; faces, et saxa uolant, furor arma ministrat. similiter seditio in exercitu dicitur. in classe, in caepo in schola, et ubiqueq; multitudo est hominum, qui ab hoc seditiois dicuntur. Item seditiostra seditium genus est, et seditarium dicitur, qd sededo fit,



unde sedentarium laborem dicimus, qui sedendo contrahitur. Apuleius, ut etiam fatigationem sedentariam inaccessus vegeta-  
 tione dixerem, & sedentaria opera, quae sedendo fit. Colum-  
 mella, neque enim sedentaria eius opera est, sed modo ad telam  
 debet accedere, modo eos, qui abum familiae conficiunt, inui-  
 fere tantum etiam culinam, & bouilia, nec minus praesepia  
 mundanda curare, item a semper sedendo sedum herba, quae  
 & semperuium dicitur, de qua inferius differemus, & affe-  
 res, & assides ab assidendo pariter. Seduculum non a seden-  
 do, sed quasi suduculum dicitur, genus flagelli est, quod napu-  
 lanters sudare fiat. Nec sexus a sedendo dicitur, sed a graeco  
 ἴξιν, quod est habitus, si significatque naturam, & habitum,  
 unde masculinum, & foemininum sexum dicimus.

AD DOMITIANVM EPIGRAMMA TERTIVM.

**Q**VAE TAM SEPOSITA EST. Blan-  
 ditur Domitiano, quod cum ad spectacula eius  
 ex toto terrarum orbe diuersarum linguarum  
 spectatores conueniant, omnes tamen una uo-  
 ce, eum patrem patriae salutant, quasi una ur-

be oriundi. Constat sane tantam aliquando hominum multitu-  
 dinem ludorum gratia ad urbem confluxisse, ut Senatores qui-  
 dam nimia pressura fuerint elisi. **QVAE GENS.** Inter-  
 rogantis est, quis n. quae, quod, uel aliquid aliquando interro-  
 gantur ponuntur. Martia. Nam tantos rogo quis ferat labores?  
 Apuleius, qui nam hic nouus est hospes? Cellius, quoniam ma-  
 lum est ista intemperie? Plautus, quod facinus admisi tantum?  
 Idem, quid ad illas artes optes, si optio adueniat tibi? Aliqua-  
 do indefinite. Plinius, Tum mihi nescio quod in aurem insu-  
 rrauit, idem, morbus nescio qui ante eam aetatem incognitus  
 nostris. Cicero, cum praecipit nescio quae discipulis suis palam  
 tradidisset. Plautus, nec mihi quod facinus conscirem inueni.  
 Seneca, Paululum, nescio quid usus est balbutire. Nonnun-  
 quam quis ponitur pro aliquo. Cicero, si quis uestrum est, qui  
 forte miretur. Plau. si quem feruorum domi habes. Nam qui  
 pro aliquo in nominatio casu, raro praeterquam apud uentu-  
 rissimos inuenitur. Cicero, si quae sunt in hac re difficultates.  
 Etenim in singulari non quae, sed qua pro aliqua dicimus  
 Martialis. Si qua fides ueri, praeferrim maxime Caesar, tem-  
 poribus possunt secula nulla tuis. Plautus, si quod post hac uer-  
 bum fecero. Vir, spero equidem medijs, si quid pia numina pos-  
 sunt, supplicia hausurum scopolis, quis, et quid nunquam re-  
 latius ponitur, cum qui, quae quod frequentissime referant an-  
 tecedens, quod adiectiuum est, et semper iungitur substantiuo,  
 quod uero semper est substantiuum. Praeterea qui quae, quod  
 frequenter accipiuntur pro tantum tanta tum, et hoc tribus modis,  
 nam & cuius humanitatis es dicere possumus, & qua humani-  
 tate es, & quae tua est humanitas, pro tantae humanitatis es,  
 tanta humanitate es, tanta tua est humanitas. Similiter cuius a-  
 moris es, quo amore es, qui tuus est amor. Cuius officij es, quo  
 officio es, quod tuum est officium. Quintilia, hoc si scisses pater  
 affirmo, promitto, cuius pietatis es, nemo te antecessisset. idem,  
 Quae tua pietas est, in eundem sensum accipitur is, ea, id, na-  
 eius pietatis es dicimus, & ea tua est pietas, ha-  
 betque aliquid plus uirum in oratio, quam si dicas pro tua pie-  
 tate, item quo aliquando pro quanto accipitur, ut cum dicimus,  
 eo magis quo magis. A quo composita sunt aliquis, quasi ali-  
 us quis. A quo aliquo aliqua, aliquorsum, aliquoties aduer-  
 bis, hoc est ad aliquem locum, per aliquam partem, uersus ali-  
 quam partem, aliquot uicibus, & aliunde, ex aliquo loco, ite  
 quisquam quisquam eiusdem significationis, si quis id est si ali-

quis. Et quisquis, quod significat quocumque. Et quisque, a quo unus  
 quisque, quae significant omnes, et quisquam interrogatiuum, et  
 quisputas eiusdem significationis, & ne quis quod componitur  
 ex ne, & quis pro aliquis, si significatque; ut nullus, & quisquid  
 a quisquis, quasi quicquid cadit. sunt enim quisquid purg-  
 menta terrarum, & quicquid ex arboribus, herbis, floribus  
 minutim cadit. A quo quisquiliam uocant exiguum fructum  
 ilicis, producentem coccum, quod granum est ad tingendum  
 uestes gratissimum. A quo qui quis, quicunq; quilibet. A quo  
 unusquilibet, de quibus supra diximus. Item quidam, quod  
 non est particulare, ut aliquis, quem admodum plerique falso exi-  
 stimant, sed potius singulare. aliud est enim, cum dico aliquis  
 uestrum hodie me percussit. illic enim incertum aliquem ex  
 duobus significo, quem percussorem meum esse non deprehē-  
 do. hic uero certum hominem ex uobis a me, quod ab eo per-  
 cussus sim agnium, ut non aliter se habere quidam uideatur,  
 quam nomen proprium, uerbi gratia, si sciam Pyrrhum me-  
 cum locutum fuisse, idque tacito nomine exprimere uelim, recte  
 dicam, quidam mecum locutus est, non autem aliquis, quod si-  
 20 gnificaret nescire me, quis mecum esset locutus. Unde uulgo sic  
 loquimur, quoties aut nolumus nominare homines, aut eorum  
 nomina nescimus, quidam ad quendam scribens sic inquit, no-  
 autem aliquis ad aliquem, sed hoc multo manifestius cum ne-  
 gatione apparet. Nam si dicam. Non percussit me hodie quidam  
 uestrum, profecto significo unum ex uobis certum, ut puta Pyr-  
 rhum me non percussisse. Si uero dicam non percussit me ho-  
 die aliquis uestrum, si significo nullum uestrum me hodie per-  
 cussisse, itaque illa singularis enuntiatio est, haec uniuersalis. Item  
 a quo quia conuinctio causalis. A quo quianam aduerbium  
 30 interrogandi. Virgilius, heu quae tanta anxerunt aethera nim-  
 bi? idem, Coelicolae magni, quianam sententia uobis uersa re-  
 tro? & quianae, quod significat certe, re uera. Idem, quianae au-  
 xilio iuuat ante lenatos. Quidem, quod similiter significat cer-  
 te. Et tribus modis in oratione accipi solet. Vno ad distinguen-  
 das res, ut ego quidem Romae sum, tu uero Athenis. frater au-  
 tem Alexandriae. in quo modo tantum duobus comitibus uti po-  
 test, quae sunt uero, & autem. altero, quasi per exceptionem  
 eius, quod affirmes. Quintilianus, Torquebus quidem filium,  
 sed fatebitur mater. & nunquam feret apud hunc, & Cicero  
 40 nem coniungitur quidem, & ille, quin exceptio huiusmodi se-  
 quatur. Cicero, ab optimis illis quidem uiris, sed non satis eru-  
 dius. Idem, qui autem in uirtute summum bonum ponant, pra-  
 clare illi quidem, sed haec ipsa uirtus amicitiam & agnunt, &  
 continet. Pluresque in hoc modo comites habere hoc aduerbium  
 potest, ut uerum, uerum tamen, sed, tamen, at, attamen, ceterum.  
 Tertio modo, cum nulla ex praedictis conuinctionibus sequi-  
 tur. Idem, Aut enim nemo, quod quidem magis credo. Aut si  
 quisquam est, ille sapiens fuit. Ab hoc fit Equidem, quod pro-  
 prie significat ego quidem, nec unquam aliter a Virgilio, Cic-  
 50 rone, Quintiliano usurpatur. Virgil. Equidem merui, nec de  
 precor inquit. Ab aliquibus accipitur interdum pro quidem.  
 Persius, non equidem hoc dubites amborum federe certo. Con-  
 sentire dies. Et si quidem, quae ex si, & quidem componi ui-  
 detur, tamen primam syllabam breuem habet, cum si producta  
 sit. Item significationem non habet partium, ex quibus componi-  
 tur, sed idem significat, quod nam. Quint. Atque natura ipsa uide-  
 tur ad tolerandos facilius labores musicam ueluti manuere no-  
 bis dedisse, si quidem remigem catus hortatur. Aliquando si qui-  
 dem pro si certe. Cicero, deinde profectus est id temporis, cum  
 iam Clodius, si quidem eo die Romam uenturus erat, redire po-  
 tuisset. Quidam putant duplam hanc esse dictionem, sed unam  
 esse Ouidius ostendit, qui in hoc eodem significatione utitur pri-

Quae tam seposita est, quae gens tam barbarorum Caesar?  
 Et quae spectata non sit in urbe tua?  
 Venit ad Ophiomachos rhodopeus Hanno?  
 Venit et epoto sarmata passus equos?  
 Ad uindes Caesarum.  
 Et qui prima bibit, deprensit flamma Nilis,  
 Et quem sapientem Tehyros uindasert.  
 Esstinauit Arabes, sersinnare Sabas,  
 Et Citeros in uicibus hic maduere suas.

Crimibus in uocis totis uenere Strambis,  
 Aque alter totis crimibus Aethiops.  
 Vox diuersa sonat populorum, est vox tamen una,  
 Cum ueris patriae dicere esse patris.



ma breui, quod non accideret, nisi esset composita, quæ mihi uentura est. siquidem uentura senectus, cum desit numeris ipsa uentura sit? Quin, quod quatuor modis accipitur, uno cum in crepantes, uel interrogantes, uel exhortantes dicimus, significatq; cur non? Vt quin uenis? quin legis? quin fugis? Virg. quintu aliquid saltem potius, quorum indiget usus, uim inibus, molliq; paras detexere iunco? se cundo quin significat quod. Terentius, non dubium est, quin uxorem nolit filius. Tertio, cum per hanc particulam magis confirmamus, significatq; atque etiam. Virg. quin aspera iuno, quæ mare nunc, terrasq; metu, cælumq; fatigat, consilia in melius referret, quod et quinimo aliquando dicitur. quarto cum ita ponimus quin, quasi priori uideatur esse contrarium. Et aliquando, quod non, aliquando, ut non significat. Cicero, non ita uo casus I socrates non defendit, quin id utile esse, et honestum existimaret, quin, id est quod non. Virg. hic tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti, quin uatem insanam aspicias, quin id est, ut non. Quod, quod loci aduerbium est. Idem, quo uo tenetis iter? id est ad quem locum tenditis? Hinc ueteres ad quo pro quantum usurpabant. Afranius, ut scire possis ad quo te expediat loqui. Aliquando est coniuñctio, et significat ut. Plinius, neq; enim id feci, quo tibi nihil essem. Qui, quod similiter aduerbialiter accipitur, et significat quo modo. Cicero, qui fieri poterat, ut eius dolore non angerer, qui mecum semper familiarissime uixisset? Cui quod ueteres quom, scribebant, estq; aliquando aduerbiū temporis, et significat quādo. Virg. cum faciam uitulam pro frugibus ipse uenit. Aliquando ponitur pro diu. Cicero, cum me in Africam contulissim. Nonnunquam pro quamuis. Idem, cum in omnibus causis grauioribus Cai Cæsar initio dicēdi cōmoueri soleam uehementius, quā uel usus, uel ætas mea uidentur postulare, tamen in hac ita me multa perturbant. Idem, satis ne constanter facere uideamur, qui cum præcipi nihil posse dicimus, tamen et alii de rebus differere soleamus, et hoc ipso tempore præcepta officij profequamur. Interdum iungitur cum tum, et indicatiuum ferè postulant. Est autem in cum quiddam minus, in tum quiddam maius. Et hoc duobus modis fit, ut aut generale præcedat, sequatur speciale. Aut ambo sint specialia. Primo modo sic. Quintilianus, quod cum omnibus confitendum est, tum nobis præcipue, qui rationem dicendi à bono uiro non separamus, id est omnibus multum, mihi autem maxime. Altero modo idem, quod opus Marcelle uictori tibi dicimus, quem cum amantissimum nobis, tum ex imo literarū amore flagrantem, dignissimum hoc mutue inter nos caritatis pignore iudicabamus, id est multum propter anorē tuum in nos, plus tamen propter amorem literarum. Aliquādo tamen cum coniuñctiuo iunguntur, Cicero. grati uel teste priuatus sum amoris erga te mei patre tuo clarissimo uiro, qui cum suis uirtutibus, tum uero te filio superasset omnium fortunas, si te ante uidisset, quā uita decederet, se penumero ponitur geminatum. Et triplicationem. Et multiplicatum. sed ferè in rebus paribus. Quinilianus. nec indignetur Herodotus æquari sibi T. Liuum, tum in narrando muræ iucunditatis, clarissimiq; candoris, tum in concionibus supra quā enarrari potest eloquentem. Aliquando tum pro tunc accipitur. Virg. tum primum nostri Cæcum uideret timentem. interdum pro deinde. idē. Aeneas matris Eumenidum, magnæq; sorori ense ferit, sterilemq; tibi Proserpina uacatam. tum stygio regi nocturnas inchoat aras. nonnunquā pro aliquando. Cicero. tum hoc, tum illud arguere, hoc est, modo hoc. modo illud. quidam à tum putant tunc esse declinatum. sicut nec à neq; significat autem tunc eo tempore, et de omnibus temporibus dicitur, de præterito. Virg. tunc decuit, cum scæptra dabas de præsentis, Plautus. tunc ad eam accede, cum po-

tes de futuro. Idem, ego tunc adero, cum tui uidendi mihi copia erit. à cum pro quando fit cum primum, quod significat statim postquam, iurisconsulti, cum dari poterit, et postquam dari poterit ita distinguunt, ut posterior scriptura uberior sit. Et omne tempus significat post illud, quo dari potest. Prima uero actior, et id tantummodo tempus denotet, quo dari possit. cum uero præpositio primogenia est nec à qui deducitur. ideoq; nõ per. q. sed per. c. scribitur, nec iungitur rei notanti instrumentum, sed comitem. Quintilianus, ut queramus nūquid apud nos sit uis quædam septimi casus, et apud grecos sexti. nã, cum dico hasta percussit, non utor ablatiu natura, nec si idem grece dicam datiu. sic impulsi te manu dicimus, non cum manu. uideo te oculis. non cum oculis. deleo literas lacrymis, non cum lacrymis. abstergo sordes aqua. liquefacio cerã igni. nõ cum aqua, aut cum igni. quod si dicimus, accipit cum honore. scripsit cum beneuolentia. allocutus est cum affabilitate. aspexit cum truculentia, hi ablatiu non instrumentum significant, sed coniuñctionem. siquidem accipit non instrumento corporis. non honoris. sed honore comite. scripsit instrumento manus. non beneuolentia. sed hac comite. allocutus est instrumento lingue, comite, atq; operatrice affabilitate. aspexit instrumento oculorum truculentia suffisorum, quæ nihil facit ad ipsam inspectionem. sed oculi. cum potestate. apud ueteres dicebatur, qui à populo alicui negotio præficiantur. cum imperio esse. cui nominatum dabatur à populo imperium. à cum factum est cum alter, quod antiq; pro cum altero usurpabant, ita hoc breuitatis gratia dicentes. ut fodes pro si audes. Et si pro si uis. quoad quod significat donec. ut quoad uixit, in amicitia constantissime perseverauit. id. donec uixit, nihilq; differt ita loqui quoad uiuet, et quoad morietur. Item, quoad Senatus habebitur. et quoad Senatus admittetur. Hæc enim quamuis contraria uideantur, idem tamen significat, quoniã duo tempora, cum inter se opposita sunt, atque ita coherentia, ut alterius finis cum alterius initio miscantur, non refert utrum per extremitatem prioris, aut per initium sequentis, locus ipse an finis demonstrer. ponitur etiam quoad pro quantum, et ab eo fit quoad usq; eiusdem significationis. sicut à quo quousq; quod aliquando significat quādiu, ut quousq; tandem hoc patneris? aliquando usq; ad quem locum. ut quousq; a gri. tu finis protraxisti. quominus, quod significat statim. Virg. et quominus arua insequitur. quondã, quod modo pro olim, sine aliquando accipitur. Cicero, ut uis quondã familiaris facere solebat. modo pro semper. Virgilius. ut quondã in st. pulis magnis sine uiribus ignis. quoniã quod, ut Festus refert, modo quia significat, modo postquam. quoq; quod aliquando significat etiam. Seneca. tu quoq; simili modo exercere te debes. aliquando similiter. Virg. uocabere tu quoq; uotis. quot. à quo quotquot. quotcunq;. quotannis. quotidie. quotidianus. quoties de quibus supra diximus. Item, quotenis, quod significat quot annorum. sicut septenis, septem annorum. quidã etiam quoteniũ usurpant. sicut septenniũ. quomodo, quodammodo. cuiusmodi notæ significationis. quorsum id est uersus quem locum. quasi quo uersum. et quoquouersus, seu quoquouersum, hoc est uersus omnes partes. quæ. quod ueteres, quor scribebant aduerbium, quod significat quare. unde quidã quæ quare per synopen. atq; apocopen deductum existimant. à. et. e. literis detractis. quocirca, quod significat quamobrem. quius. quia. quum. à quo quias, quæ. et si nunc per. c. uulgo scribuntur, ueteres tamen per. q. scribere solebant. hoc autem inter se differunt. quius. et quias. quod quius ad personam hominis refertur. Virgilius. Dic mihi Damocles quum peccus? an Melibæi? quias uero significat unde. Cicero. Socrates quidem cum



dem cum rogetur, quia tem se esse diceret, mundanum iquit. ueteres pro quibus quibus dixerit. Actus. qui neque quibus esset nunquam potius multa rogantes scire. postea haec per. c. no per. q. scribi ceperunt, cum magna inter has literas affinitas sit. quies quod proprie somnum significat, dicta quasi, qui tibi es, et nullo alio negotio distineris. tunc enim ceteris negotijs non uacamus, cum dormimus. propter quod etiam pro tranquillitate accipitur quies, a quo fit requies eiusdem significationis, et contrarium eius inquietus, hoc est cura. sollicitudo. molestia. hinc quiens. tranquillus. et inquietus. sollicitus. turbatus. et quiescens. atque inquietudo. et quiesco acquiesco, et requiesco. est autem quiesco aliquando dormio. aliquando sto. non moueor. aliquando curis uacoo, quod si addatur acis fatuus, est quiescere facio. Plautus. quiesce tumultum huc. qui est ante hostium. quietalis ab antiquis orcus dicebatur, hoc est Pluto Deus inferorum. quod de sanctorum animas quiescat. hoc est quiescere faciat. hinc oporor graeci iuramentum dicunt, quod per eum, et paludem stygiam sanctissimum erat iuramentum. quod uiolare minime liceat etiam dijs. hinc oporos sacris militare sacramentum uocatur, et oporo iuro, et oporo iuro insurandum, et oporo iuro iuramentum. sunt etiam qui quies, quasi qui eo dictum putant. significat autem possum, cuius compositum est nequeo, non possum. unde nequeunt aliquando usurparunt antiqui pro non eunt. ueteres quiescunt pro potentiam scribere. et nequeunt pro nequeunt. non possum. postremo, quippe confirmandi ad uerbum, de quo supra diximus. a qua uero fit aliqua. quae = pra. quae. una quae. nequa. quanam. siqua. quaelibet. quae = uis. quae. cum. supra dictarum significationum. quae aduerbium, quod modo significat per quem locum. Virg. dic mihi qua sit iter, modo in quantum. Seneca. hominem qui prope, qua animal est, moueri sensu oportet. aliquando accipitur pro tum. siue pro partim. Plyn. mediu tempus distentum, in pediumque, qua officijs maximis, qua amata principum egresso. quam, quod modo significat, quod graecis dicitur, ut eloquentior apud nostros Cicero habitus est, quam apud graecos Demosthenes, modo quantum. ut qua bene marmorei directa est semita pontis, id est quantum bene. aliquando ualde. Curtius. collemque traiecit, quam a clerrime flumine occupat. id est ualde clerrime. sed notandum, quod quam, quando pro quantum accipitur, semper positio iungitur. Cicero. quam morosi sunt, qui amant, ex hoc potes intelligere. quando uero accipitur pro ualde, semper requirit superlatiuum. idem, cum quo semper, quam familiarissime uixerat. excipitur unum uerbum possum, et quae idem significant, ut quoo. ualeo. licet, et similia, cum quibus iunctum, quam pro quantum etiam superlatiuo connectitur. Quintilia. quae omnia non omittenda sunt, sed narranda, quam breuissime possumus. ubi etiam ipsum quantum frequentissime ponitur. Cicero. nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima potest morum, studiorumque distantia. Quintilia. cum aliquid adhibita quanta maxima potest cura diligenter eliminaverit. cum comparatio uero nunquam iungitur quam. unde male quidam quamplura pro complura scribunt, et narraui rem gestam, quam breuissimum potui, pro quam breuissime potui. quem admodum autem quam pro ualde nunquam positio, aut comparatio, sed semper superlatiuo adiungitur, sic e contrario per pro ualde nunquam comparatiuum, aut superlatiuum, sed semper positio requirit, dicimus enim per pulchre. perbelles. per diligenter. Sic perquam sanequam. admodumquam. oppidoquam. Plyn. perquam uelim scire. Teren. per pol, quam paucos re pias meretricibus fideles enenire amatores, quod sic resoluitur. pol perquam paucos. Cellius. sanequam utile est. idem,

uoce admodumquam suauis. idem, oppidoquam libens audiui. idem, admodumquam celer accorrit. Seruius Sulpitius, postquam mihi renunciatum est, de obitu filiae tuae, sanequam pro eo ac debui, moleste tuli. Cellius, sanequam literis Caesaris sum commoti. Brutus. sanequam gratissus sum. Cicero. nam quod de Pompeio Canninius ait, sanequam refrigit. quidam etiam ualdequam eodem modo usurparunt. Brutus. nam suos ualdequam paucos habet. item quidam minusquam ineptum, pro perquam non ineptum scribere, quod si quando contraria exempla reperiuntur, perquam est, et ut suspicor, librorum potius culpa deprauata sunt. a quam etiam deducitur quam mox, quod significat quam cito, sed si per se ponatur mox significat postea, uel paulo post. quamquam et quamuis pro et si licet enim haec eiusdem significationis sint, aliquid tamen in utendo discrimen habent. nam et si. et quamquam maiorem quandam dignitatem habere uidentur, semperque a se sciunt sibi indicatiuum in principio ferre epistolarum siue librorum. Cicero. pro Milone, et si uereor iudices. idem in epistola ad Atticum. et si nihil noui afferretur. idem ad Herennium. et si negotijs familiaribus impediti uix satis otij studio superpeditare possumus, et ipsum quod datur otij libentius in philosophia consumere consueuimus. Quintilia. in declamatione de corpore proiecto. et si iudices in hac asperissima conditione fragilitatis humanae in qua nemo prope mortalium impune uiuit, haec omnibus natura est, ut sua, cuique calamitas praecipue misera, et intoleranda uideatur. Cicero. pro L. Manlio, quamquam frequens conspectus uester mihi multo iucundissimum est uisus. idem de officijs. quamquam te Marce fili uicini iam audientem Cratippum, idque Athenis abudare oportet praecipue institutisque philosophiae. Quamuis uero, et licet. et tametsi, magis postulant subiunctiuum, quamuis etiam aliquando habeant indicatiuum, in alijs uero partibus, quam in principijs parem haec omnia locum sortuntur. sed hanc quoque differentiam duo illa priora ab his posterioribus habent, quod illa aliquando a nullo dependent. Cicero. quid enim est omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum, quod cum uenit, omnino uoluptas praeterita pro nihilo est, quia nulla est futura, quamquam iste uisus animus, nunquam istis angustijs, quas natura nobis ad uiuendum dedit, contentus fuit, semperque immortalitatis amore flagrauit, nec uero haec tua uita dicenda est, quae corpore, et spiritu continetur. hoc per interrogationem acutus fit, atque sublimius, ut si in hoc ipse dicam. quamquam quis ignorat istum tuum animum, nunquam istis angustijs, quas natura nobis ad uiuendum dedit, fuisse contentum, semperque immortalitatis amore flagrasse. Item a qua fit qualis. quod modo relatiuum est, ut talis est pater, quilibet filius, modo indefinite ponitur. ut nescio qualis sit ista iactantia. aliquando interrogatiue, ut quale ei responsum dedisti? ab hoc fit qualitas, quae definitur secundum quam quales dicimur. ut albedo. nigredo. aduocatio, procuratio. legatio. paternitas. filiatio. qualitates sunt, quod secundum eas albos. nigros aduocatos. procuratores. legatos. patres. filios dicimur. et aduerbium qualiter. item quantus, quod similiter modo relatiuum, modo indefinitum, modo interrogatiuum est, referturque ad numerum. et pondus. et mensuram. ab hoc fit aliquantum, quod modo nomen est, ut aliquantum otij, quasi aliqua quantitas otij, aliquando aduerbium, ut aliquantum otiosus, quod et aliquantisper. ut quantitas, cuius proprium est, quod aequale dicimus. quantitas uero alia continua est, alia discreta. discreta est, ut numerus, et oratio. continua uero, ut linea, superficies. bicubitum. tricubitum. corpus. locus. tempus, et similia. a quantum diminutiuum sunt quantulus, et quantillus, hoc est, quam exiguus, et aduerbia, unum



quantitatis, quantum, alterū temporis, quātiſper, hoc est quāto tempore, ſicut tantisper tanto tempore. item quādo, quod aliquādo aduerbium temporis eſt, & ſignificat quo tempore, ut quādo ueniſti? quādo uenies? quādo ſedes? quādo ſtas. & correlatiuum eius eſt tunc, ſicut enim tot, quot. talis, qualis. tantus. quātus. taliter. qualiter. ita tunc quādo dicimus, & quem admodum a quātus fit quātulus, & quātillus, ita a tantus tātululus, & tantillus. aliquādo quādo ponitur pro ſiquidem, ſeu quoniam, & eſt coniunctio rationalis. Virg. ſed hiſ quando ultima cernunt extrema iam morte parant defendere telys. idem, interea quādo optima Dido neſciat, & tantos rumpi nō ſperet amores, Tentaturū aditus. ab hoc fit quādoquidē eiusdem ſignificationis. idem, quādoquidem auſonios non fas contingere portus, & aliquādo, ac quandoq;. quae ſunt aduerbia temporis, & ſignificant aliquo tempore, & ſiquādo pro aliquādo, hoc ē ſi aliquo tempore, & nequādo, hoc eſt ne ullo tēpore. item quatenus, quod iterdum ſignificat quoniam. Plyn. & quatenus ne gatur nobis diu uiuere, relinquamus aliquid, quo nos uixiſſe teſtemur. proprie tamen ſignificat in quātum, ſicut eatenus in tantum, nec aliter a Cicerone uſurpatur, ut in Laelio uidendum eſt quatenus amicitiae tribuendum ſit. Acron tradit quatenus interdum loci aduerbium eſſe, quātūnus uero eſt cōiunctionem. ab hoc aliquatenus derivatur. itē quae aduerbium ſimilitudinis, quod ſignificat ita. ut. haec enī aduerbia uelut. ueluti. uti. quaſi. tanquam. ceu imaginem inuoluunt. haec uero ſicut. ſicuti. ut. ſimilitudinem. quāuis, ut poſſit eſſe generale, nec non uti, quod ab eo derivatur, & enim. cui diamus. tu irāſceris, tanquam Leo, quaſi canis, uelut urſus, huius modi oratio per uerbum ſubſtantiuum reſoluitur, hoc eſt irāſceris, ſicut Leo, ſicut canis, ut urſus praecedens uerbum ſubintelligitur. hoc ē irāſceris ſicut leo. ſicut canis irāſcitur. ut urſus irāſcitur. quaſi autem nō modo imaginem, ſed ipſam planē ueritatem aliquando ſignificat, ut pater, tu non amas me quaſi filium, imo te fili amo quaſi filium, ego non amplector illum, quaſi filiū, licet mihi filius ſit. habet etiam quaſi quoddā propriū, quale ē, obijcis mihi, quod uxorem repudiauim, quaſi tu idem non feceris. uti etiam aliquādo capitur pro quod Vir. nāquidēbat uti bellātes per gama arcū hac fugerent Grai. ceu eſt magis poetarū. licet Plyn. & alij nonnulli eo frequentiffime utantur. item quamlibet, & quantumlibet, & quātūſ eiusdem planē ſignificationis. Plau. in pudica mulier quātūlibet magnūm ſciantus audet. itē quātū primū. id eſt mox. ſtatim. item quare. quātū obrem. quaſi obres. qua propter aduerbia, quae ſignificant propter quod. & quaqueuerſum, ſiue quaqueuerſum, pro omnem partē, & quo nonnulli, & maxime Plyn. utuntur. quādātenuſ. hoc eſt uſq; ad quādādam partem. & quādū pro quātō tempore. cuius relatiuum eſt tādiu. & nequaquā, quod ſignificat non, & nequā idē declinabile nomē, quod apud ueteres ſignificabat nullius pretij. & quod ne tanti quidem erat. quām quod habetur minimū. poſtea inualuit uſus, ut denotaret hominem laſciuū, ac libidinoſum. unde aurū nequā appellatur, quia hominem trahit ad malū. Virg. quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames. hinc nequitia, laſciuia. & libidinoſa ille cebra, ſiue (ut A. Gellius ſenſit) luxus uitae prodigus, multi tamen nequitiam pro ſolertia, aſtutiaq; accipiunt. Martia. nequitia tellus non habet ulla magis. quidā nequā quaſi nequitia dictum exiſtiant. alij quod nihil queat, nulliq; rei ſit apta. ab hoc etiam nequiter aduerbiū, quod & nequitus antiqui dixerunt. & nequalia detrimenta, & nequino uerbum, quod modo ſignificat laſciuio, modo neq; & nequinum oppidum, quod nunc Narnia dicitur, ob icolarum libidinoſam inertiam. a quo nequitates, qui nunc

Narnienſes. item a quā fit neuitquam, quod ſignificat nullo modo, & nunquam aliquo tempore. & nunquam nullo tempore. item a quae, & res componitur quae. nihil enim eſt aliud quae. ut ſupra diximus, quā quae ſit res aliqua inueſtigare. ab hoc deducitur quaeſo. quod ſignificat rogo. Ennius tamen quaeſere pro quaeſere poſuit. hinc fit quaeſto, & eius diminutiuum quaeſtuncula, quae modo dubitationem ſignificat, modo controuerſiam. iuriſconſulti etiam quaeſtionem eſſe deſſiniunt tormenta, & corporis dolores ad eruendam ueritatem. Papinianus autem ſcribit quaeſtionem non tormenta tantum, ſed & omnem inquisitionem, ac deſenſionem mortis appellari. hinc & quaeſtores dicuntur, qui praepoſiti ſunt pecuniae publicae quaerendae. hi & uectigalia exigunt, & erarij curam habent. legere etiam epistoſ in ſenatu conſueuere, & imperatores temporibus candidati principis uocabantur. maleſticia quoq; inquirere ſolebant, propter quod a quaeſtionibus exerceendis nonnulli putant quaeſtores appellatos. origo eorum uetuſtiſſima ſuit. ſiquidem, & Romulum, & numā cōſtat duos habuiſſe quaeſtores, non ſua auctoritate, ſed populi ſuffragio creatos. legitur etiam quaeſtores a populo creatos fuiſſe, qui capitulibus rebus praeeſſent. hi quaeſtores parriadijnū cupabantur. quorum lex duodecim tabularum mentionem facit. quaeſtores etiam uocati ſunt. Virg. quaeſitor minus urnam mouet. a quo & inſitor. & inſitio dicta. a quaeſtore quaeſtura deducitur, ſicut a praetore praetura. a quaeſtione uero ſit quaeſtor uerbum, quod eſt perquiro, ex amino. a quo quaeſtionarius. inſitor. examinatus. item a quaerendo quaeſtus, quō modo lucrum ſignificat, modo actionem ipſam, atq; artiſtū lucranda pecuniae. Cicero nam de artiſtibus, & quaeſtibus q; liberales habendi ſunt, qui ſordidi. Quintil. nam ut primū lingua eſſe coepit in quaeſtu, reperiturq; in utroq; numero. & i datiuo, & ablatiuo plurali quaeſtibus facit. ab hoc quaeſtio ſus deducitur, hoc eſt lucroſus, & quaeſtuarius, quaeſtus gratia arte aliquā exerceat, & quaeſtuaria artes, quae lucri cauſa exercētur, & diminutiuum quaeſtuculus, quō ſignificat lucullū, hoc eſt paruū lucrū. Cicero aut. qd fiſſum reris cum lucaſto meo, aut meus quaeſtuculus cū caelo. terra. rerumq; natura. item a quaeſto ſit quaeſto, quō proprie de hiſ dicitur, q; quotidie ingre do uix uictū inueniūt. Terentius, lana, & tela uictū quaerit. ſi. Plau. quae inops, & ſordida quaeritādo alit familiā. quaeritādo ingre, hoc eſt hoſtium uictū quaerendo, quō mendicia faciunt. a quo rogatores etiam ſunt dicti. Plau. ut rogator hoſtium petā panē. itē a quaerito quaeritabundus declinatur, hoc ē quaeritans. itē a quaero cōpoſita ſunt acyro, quō eſt lucror. uendico. arcū quaero, quō & arcūgro dicitur. pergro. ueſtigo. exgro diligenter ingro. a quo exgreſſa dicitur digna. electa, quaſi diligenter quaerit, & exgreſtor. uocatur honoratus quaeritor, & primus. & exgreſſa aduerbiū. hoc eſt diligēter. electe. calte. ingro. iueſtigo. diſgro. quaerendo diſcerno. regro diu quaero. aliquādo etiam rurſus quaero. cōquiro. quaero. deputo. cetero. item a quae, & res ſit queror deponens, quō eſt lamentor. nam lamentando quae res ſit, quae nos agit, explicare ſolemus. ideo autem ſine diſphthongo ſcribitur, & corripit primam. ut a queror diſſer. at, quod eſt paſſiuum huius uerbi quaero. ab hoc ſit queſtus. hoc eſt lamentatio, quod tantum in plurali declinatur. cuius datiuus & ablatiuus eſt queſtibus. & querela. & querimonia eiusdem ſignificationis, & querimonia riuſ, qui querimonia ex ponit, & queribundus lamentabilis. Cicero. humili, ac queribunda uoce, & conqueror eiusdem cum ſuo ſimplici ſignificationis, & querulus, qui conqueritur, ſiue plenus querelis. quidam tamen lamentor a queror, ita diſtingunt. ut lamentari ſit uoce querula, & triſtī oratione cladem ſuam



dem suis testari. a quo lamentū, & lamentatio deducuntur. ueteres lamentas pro lamentatione scripsere. Paca. lamentas, & sicus facere compedi licet. quidam lamentor, a lameo deductum existimant, quod est scando, lania. a quo lam. & rupium fracturae dicuntur, & laminae Bratteae, quamuis aliqui laniānas a bratteis ita distinguant, ut bratteae tenuiores sint, laminae grossiores, quales sunt, ex quibus arma conficiuntur, & laminae mulieres, quae strigam instar infantium sanguinem sugunt, siue ipsae striges. Hora. nec pransa laminae puerū uinum extrahat alio. laniās etiam ueteres dixerunt nobili familia ortas, quoniam Heliorum familia a Lamo formiarum rege ortum habuisse constat, unde & laminae cognomen nobilibus inditum est, quod uulgo lamium genus uocabatur. Horatius. heli uenusto nobilis ab lamo. Inuenalis. hoc noxuit lamiarū cae de madenti. Lamina etiam in signis meretricis nomē proprium fuit. Lamius mons est Ioniae notus fama Endymionis, a quo & ipse Endymion lamius est dictus. Ouidius. Lamius Endymion nō est tibi luna rubori. quiritō uero, quod significat clamor, non a querendo deducitur. ut quidam putant. sed a quiritibus. is enim quiritare dicitur, ut Varro testatur, qui fidem quiritum clamans implorat. quidam quiritare dicunt Romanorum esse. iubilare rusticorum. quiritēs Romani dicuntur a Quirino. hoc est Romulo urbis Romae conditore. Romulus autem dictus est Quirinus, quod hasta assidue uteretur. quae lingua Sabinorū Quiris appellatur. unde quidam se curiam uocantem existimant, quasi semcuriam. licet nos a secundo potius dictam existimemus. alij quirinū a graeco appellatum putant. nō p̄ior. enim graeci regem uocant. constat autē Romanos eo tempore graecos fuisse. sunt qui Quirinū dictum uelint ob generis nobilitatem a patre suo Quirino. hoc est Marte. Romani enim Martem, dum seuret, graduum, dum tranquillus esset, quiritum nomina bant. postea hoc nomen Octauiō inditum fuit hac de causa. Populus Ro. ut Octauiō blandiretur tria ei nomina obtulit, ut uel quiritus uocaretur, uel Caesar, uel Augustus. ille ne eligēdo unum, partē offenderet, quae aliud ex cogitauerat, omnibus usus est. & primo dictus est quiritus. postea Caesar. deinde Augustus. hoc est sacer. & maiestas plenus. ut ridiculus sit error leguleorum nostri temporis, qui ab augendo imperio augustum dictum affirmant. a quiritino quiritinis collis est dictus, quod in eo quiritini templum erat, siue quod (ut alij putant) in eum commigrare Sabini a curibus uenientes. hinc quiritinis portae Romae dictae, quod ea in collem quiritinalem iur, uel quod proxime eam esset quiritini sacellum. quiritinā uocabat diem, quo sacra quiritino fiebant. quiritinū fuisse dictae, quod eas Ancus Martius. cum urbem arcandē, quiritum opera fecit. iubilare autem quidam putant a iubare dictum. iubar proprie lucifer dicitur, quod iubar lucis effundat. iubar enim crines sunt a collo animalium pendentes. unde iubar leones uocantur, qui iubar habent. ad differentiam non habentium iubar. a lucifero ergo iubar dicitur uolunt omnem splendorem. ut auri. argenti. gemmarum. quae propter & ad maiestatem hominis transferuntur. Claudia. nus. per fratris regale iubar. hinc itaq; iubilare dictum uolunt, letitiam mentis uoce, ac gestu exprimerē. quod & iubilum, & iubilatio uocatur, hoc est declaratio quaedam. & illustratio gaudij concepti. alij iubilare a iuuando dictum uolunt, quasi animi iucunditatem ostendere. iuuare enim delectare est. a quo iucunditas dicta. sunt qui iubilare a sono ipso uocis factum uelint, cuius sententiae nos sumus. ita enim iubilo dictum est, ut ouo a uocabus, quibus laeti, ac triumphantes uti soleamus. differunt autem ouare, & triumphare, quae ouatio minor est triumphus, & qui ouando urbem ingrediuntur,

uno utuntur equo, & a plebeis, siue equitibus deducuntur ad Capitolium, atq; ex oue sacrificant, propter quod ab omnibus quidam ouare dictum falso existimant. qui autem triumphat & albis utuntur quatuor equis, & senatu praesente ducuntur in Capitolium, & ex tauris sacrificium faciunt. fieri autē ouatio solebat, quoties non interfectis, sed fugatis hostibus incruenta uictoria erat. Triumphus graeci uox est. graeci enim θριαμβος dicunt, nos a spiratione ex prima in nouissimam syllabam translata, & b. mutata in p. dicitur triumphum. a quo fit triumpho uerbum, & passiuum eius triumphor, quod est superuincor, a quo triumphatus dicitur. uictus. superatus, & de quo triumphatus est. & triumphator, qui cum triumpho intrat urbem, & triumphale quod ad triumphum attinet. unde triumphales coronae dicuntur, quibus imperatores in triumphis coronabantur. & triumphales uiri, qui triumphum gesserunt. erat autem triumphus omnium honorum, quae a populo Romano dari solebant maximus. uehebantur triumphantes curru in uirato, quatuor equis albis eundem ducuntibus. capite coronato, deuictis hostibus currum sequentibus, quorum colla catenis onerata erant. sic praesente senatu in Capitolium ascendebant ad templum Iouis optimi maximi, ubi mactato turo albo, eadem popa comitatus domum reuertebatur. hic triumphare aliquando pro exultare usurpant. Caesar, quod euensse nobis gaudeo, & triumpho. a quod uero fit aliud, quod coniunctio causalis, idem significans, quod quia. a quod quo, & ut, quoniam, quod & quae de causa efficiendi dicuntur, de finali uero, quo & ut, & ubi potest esse quia, ibi potest esse quod, & ubi potest esse ut, ibi potest esse quo, & contrario. ut non castigo te, quod odio habeas, sed quo meliore efficias. ubi posui quod, potuissim ponere quia. & ubi posui quoli cūisset ponere ut. interdum tamen eodem in loco & quod, & ut ponere possumus. ut quod scribas iubeo, & ut scribas iubeo. in quo notandum est, quod cum his uerbis. opinor. gaudeo. existimo. letor. uoluptatem capio. & similibus & praesenti. & coniunctiuo uti possumus. ut quod scribas letor. & quod scribis letor. cum his uero, mando. ipero. iubeo quod scribas. uolo quod lectes. in illo tamen superiore animaduertendum est, ne diuersorum modorum uerba copulemus. ut quidam apud Terentium legimus. an quod uiam ignorant, an quod iter perferre nequeant. ubi ignorant. non ignorant legendum est. & alibi, nihil desit tamen. ubi non desit, sed desit est legendum. quod in principio clausulae positum pro sed accipitur. Cicero. quod si quis a me huius consilij mei causam querat at ita respondeo. ite quoddam quod p̄. quodq; quodcunq; quodlibet. unumquodq; si quod idē significanti. a quod superiora huiusmodi. a quod fit aliud quid ad uerbum interrogandi. ut quid dormis? pro cur dormis? aliquando ponitur pro in quo. Quintil. quid tibi tantum mali feci? quid offendi? quomodo etiam ponitur nihil te offendi. hoc est non offendi te in aliquo. ite quicq; quicquam. quid p̄. quicquid. quod ueteres Oscorū lingua p̄ p̄ dixerunt. quidcunq; quidlibet. unumquicquid. unumquicquid. unumquidlibet. item ne quicquam, quod significat frustra. Quintil. me miserum, & tantis periculis ne quicquam ereptum. interdum ponitur pro non. Virg. ne quicquam umbone pependit. Persius. ne quicquam fundo suspiraret nummus in imo. sed hic notandum est, quod licet quisquis, & quicunq; pro eodem accipi soleant, ut quisquis es huc uenias, & quicunq; es huc uenias. quicquid tamen, & quodcunq; non accipiuntur pro eodem, cum alterum sit substantiuum, ut quicquid tenerum. quicquid melle. quicquid iucunditatis. quicquid pecuniarum. alterum adiectiuum. ut quodcunq; crimen. quodcunq; facinus. quodcunq; telum. nam quod, unde fit quicquid substantiuum est. quod uero, unde quodcunq; est adiectiuum. & in hunc modum omnia, quae ex his componuntur, ut quiddam obscenum. quoddam templum, & honestissimum quicq; mihi gratissimum est. idē est autē quicq;



Et unumquodque. Quintil. nec causas cur quicq; eorum acci-  
 dit persequi proposito operi necessariū. item a quid sit quidi-  
 ta aduerbiū. hoc est cur. Et quidū deniq; Et quid ergo. Et  
 quidū postea. Et quidita. Et quid iterea. Et quiddemū. quae  
 omnia si significat. quo ptinet istud. de quo loqueris. siue quid  
 attinet haec dicere. siue quid sibi uult hic sermo. item quidnā.  
 Et nāquid. Et quidne interrogatiua. uel nomina. uel aduer-  
 bia. Et quidnā. qd si significat certe uidelicet. GENS. na-  
 tio. gens enim modo nationem si significat. Vir. gens inimica mi-  
 hi tyrrhenū nauigat aequor. modo familiā. unde gentiles dicū-  
 tur qui ex eadem familia sunt. Et gentilitiū sacerdotiū. qd ad  
 ius familiae ptinet. Et nunc uulgo ius patronatus appellatur.  
 gentilis etiam dicitur. qui eiusdem nominis est. quasi nomen fa-  
 miliae habeat. etenim Curtius ait. Gentiles mihi sunt. qui meo no-  
 mine appellatur. ab hoc gentilitas dicta. quae proprie est mul-  
 titudo ipsa uel familia. uel nationis alicuius. Et ipsi gentiles.  
 scriptores tamen rerū sacrarū gentiles. siue gentilitatem uocāt  
 omnes idolorū cultores. hoc est quicunq; deorū multitudinem  
 posuerūt. diuersae enī gentes innumerabilia numina habuere.  
 nec solū superiora illa. quae fulgore suo mūdū illustrant. Solē.  
 Lunā. Martem. Mercuriū. Iouem. Venerem. Saturnū. sed i-  
 feriorū quoq; animalū uirtutes. pudiciā. cōcordiā. mentem.  
 spē. honorem. clementiā. fidem. Et ut. Democrito placuit. poe-  
 nā. ac beneficiū. inferorū quoq; dijs in sua genera descriptis.  
 quinetiā morbis. ac pestibus. ut febri. ac mala fortuna. quarū  
 templa Romae celeberrima fuerē. ideo autem hos gentiles uo-  
 cant. quia in gentiliū hoc est maiorū suorū fide persistere. nec  
 religionis cultum mutarunt. item a gens gensilia deducitur.  
 quae ex multis familijs cōficiuntur. Et egens (ut nonnulli putant)  
 uelut ex gens. cui ne gens quidem sit reliqua. est enim proprie  
 egens. cui desunt necessaria ad uiuendū. ab hoc sit ego uerbiū.  
 a quo idigo. hinc egenus dicitur pauper. Et egestas pauper-  
 tas. Et idigus. qui idiget aliqua re. Et idigentia. iopia. Et in-  
 gitas. quasi indigitas. paupertas. Plau. profecto ad igitatem le-  
 nonem rediget. si eas adduxerit. gens a genere nomen sum-  
 psit. u. litera detracta. genus autem a graeco deducitur. quod ē  
 γένος. multiq; modis dicitur genus. proprie uero genus est  
 principium unius cuiusq; generationis. uel ab eo. qui genuit. uel  
 a loco in quo genitus est. ut Horestes a Tantalō dicitur genus.  
 Et Plato genere est Atheniensis. patria enim generationis. uni-  
 uersūq; principium est. quemadmodum parentes. hinc per  
 translationem genus etiam uocamus multitudinem aliquorū  
 ad unum aliquid. Et ad se inuicem quodimodo se habentiū.  
 ut Romanorum genus dicimus. quod ad Romulū referatur. Et  
 cognationem inter se habet. per quā a ceteris distinguitur. hic  
 rursus genus appellamus. cui supponitur species. Et a dialecti-  
 cis ita definitur. genus est qd praedicatur de pluribus differen-  
 tibus specie. dictum propterea. qd quasi principij sit huiusmo-  
 di genus omnium. quae sub ipso sunt. specierū. genus etiam uoca-  
 mus quicquid est. per quod alicuius rei qualitas indicatur. un-  
 de genus mortis. genus uitae. genus exempli. genus marmoris.  
 genus coloris. genus uestis. genus libertatis. genus seruitutis di-  
 camus. Virg. qd genus hoc hominū. quae ue hunc tā Barbara  
 morem pmutit patria? Seneca. sumū genus infelicitatis misero  
 est. fuisse aliquādo felicem. a genere sit bigeneris. duorum  
 generū. de quo inferius dicemus. Et generosus modo nobilis. Et  
 praeclearo genere. Virg. continuo pecoris generosi pullus in ar-  
 nis audet. Et ignoto sese committere ponto. modo p metaphorā  
 fortis. Cic. cumq; de i perio certamen esset cum rege generoso.  
 atq; potenti. ab hoc sit generositas. hoc est nobilitas. Et genero  
 se aduerbiū. hoc est nobiliter. fortiter. item a genere gener si-  
 liae meae uir. qd ad genus augendū adhibetur. a quo progene-

rū appellat amicus neptis suae uirum. Et generaliter. ac genera-  
 tim. de quibus supra diximus. Et generale. quod ad omnes  
 ptinet. Et gigno. a quo ignis. qd nihil i eo gignatur. ut supra  
 diximus. ueteres gignit pro gignitur. Et gignitur pro genitus  
 usurpauere. itē a gigno praegnās. quae iā occupata ē i generā-  
 do. qd cōcipit. Et genero eiusdē significationis. a quo regne-  
 ro. rursus genero. Et de genero a generis nobilitate descripto. a  
 quo de genero. qd est cōtrariū generosi. hoc est i gignobilis. Virg.  
 degeneres animos timor arguit. Et progenero. generationē pro-  
 duco. a quo progemes. pro genere. atq; familia accipitur. Virg.  
 progemem sed enim Troiano a sanguine dūc audierat. item  
 genitus natus. a quo unigenitus. qui solus natus est. nec fratrem  
 ullum habuit. aut sororem. Et primogenitus. qui in nascendo  
 primus fuit. etiam si nullus postea natus fuerit. Et congenero.  
 qd est asso. adiungo. A. cuius. hunc enim tibi congenerat affi-  
 nitas. Et Ennius. quem mihi congenerat affinitas. et ingenero.  
 cuius passiuum est ingenerator. qd aliquando progenerator. ali-  
 quando pro inasor usurpatur. Cicero. in tanta animantū na-  
 rietate homini. ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis. et  
 scientiae. item genitor. qd modo patrem si significat. modo ad ho-  
 norem refertur sicut genitrix aliquādo si significat matrem. ali-  
 quādo uenerationis gratia ponitur. Et genitura semen homi-  
 nis. qd Et genitale semen appellatur. aliquādo ponitur pro ge-  
 neratione. quae Et ipsa a generando deducitur. et genitalia pu-  
 denda. tam in uiro. quam in muliere. et genituum uim gene-  
 randi habens. unde genituum humorem uocamus semen ho-  
 minis. et apud grammaticos primus casus a recto dicitur geniti-  
 uis. siue casus generandi. et genitalis. natalis. unde genitale so-  
 lum uocamus patriā. qd et natale solum appellatur. et geniti-  
 lem diem natalem. quo scilicet geniti. hoc est in lucem prodiit  
 sumus. et germen. qd ex arborum surculis gignitur. a quo ger-  
 mani appellati sunt. quasi ex eadē stirpe geniti. quoniam V ar-  
 ro germanos esse dicit ex eadem genitrice natos. Virg. haec ger-  
 manus Eryx quondam tuus arma gerebat. huius femininum  
 est germana. idem. i ueni germana uiam. gratiae sorori. a ger-  
 mane sit uerbum germio. quod est pullulo. germen emitto. a  
 quo germinalis. et compositum eius congermansco. quae si si-  
 gnicat coalesco. coniungo. consocio. quadrigarius. facit ex em-  
 pla eorum. ut cum illis congermanscere sciat. V arro. postea  
 cum his unam rempu. coniuncti. et congerminati tenere. a ger-  
 manis autem germania prouincia uocata ē. quae a gallis. Rhe-  
 tijsq; ac Pannonijs Rheno. et Danubio fluminibus a Sarmat-  
 is. Dacisq; mutuo metu. ac montibus separatur. caetera ambit  
 Oceanus latus sinus. et insularum imensa spatia complectens.  
 Rhenus rheticarum alpium inaccessis. ac praecipiti uertice ortus  
 modico flexu in occidentem uersus Septentrionali Oceanum  
 facit. Danubius molli. et clementer edito montis Arbonae iu-  
 go effusus. plures populos adit. donec in ponticum mare sex  
 meatibus erumpat. septimum os paludibus hauritur. germa-  
 ni ipsi indigenae existimantur. quoniam non est uerisimile ali-  
 quos Asia. aut Africa. aut Italia relicta. Germaniam petisse.  
 in formem terris. aspera caelo. triste m cultu. aspectuq; nisi pa-  
 tria sit. hi ante teutones appellabantur. a teutone deo eorum.  
 quem terra ortum existimabāt. postea Alemani sunt dicti ab  
 huius Dei filio Manno. Germaniae uocabulum nuper a Ro-  
 manis additum. quoniam cum primum Rhenum deuictis gal-  
 lis transgressi fuissent. uidentes eos. et feritate animorū. et pro-  
 ceritate corporum. et colore flauo. forma praeterea. et moribus.  
 et uiuendi ritu gallis simillimos. germanos eos. hoc est fratres  
 gallorum esse existimauerunt. a Germano Germanicus dicitur.  
 sicut ab Italo Italicus. propter quod a debellatis Germa-  
 nis Imperatores quidam Germanica cognomē sumptere. item  
 a gigno



a gigno siue genero indigena, dicitur qui non aliunde in ali-  
 quam patriam uenit, sed ibi natus est, quasi ide genitus. Et gignitur  
 in quibus dentes sunt, quod in ijs dentes gignuntur. Et  
 gnatus filius, a quo natus, et nascor, unde natio, quae proprie  
 significat genus hominum, qui non aliunde uenerunt, sed ibi  
 nati sunt in pecoribus tamen bonus proventus, bona natio dicitur.  
 hinc etiam cognati appellantur, quasi una communitate uen-  
 nati, uel ab eodem orti progenitore. item a gnatis, ut genus  
 (ut Paulus uirisco. existimat) cognati ab a gnatis, ut genus  
 a specie, nam omnis a gnatus cognatus est, non autem omnis co-  
 gnatus, a gnatus. alterum enim civile, alterum naturale nomen  
 est. cognationis origo etiam per feminas solas contingit, a gna-  
 tionis autem ab uno patre per solos masculos contingit. a gna-  
 tionem etiam dicimus, quicquid uel a debitum natum est. unde  
 a gnascencia et a gnata membra appellantur, quae abundant.  
 Plyn. membra animalibus a gnata inutilia sunt, sicut sextus  
 homini semper dignus, et in Aegypto nutritus est portentum  
 bonis, et in aduersa parte capitis oculus homo, sed his minime  
 cernens. item ab eodem bignae dicitur sunt geminae, quod bis uno  
 die natae sunt, et bigenera animalia, ex diuerso genere natae,  
 ut Leopardalis, ex Leone, et Panthera. et natiuitas quae or-  
 tion significat, et natura quae nasci omnia facit. hanc quidam  
 deum esse dixerunt, a quo omnia sunt creata. ponitur tamen  
 aliquando pro genitilibus. Plyn. si quadru pes foetum non ad-  
 mittat uirtus naturam fricandam monstrant. natura etiam pro  
 ui ponitur. unde arborum atque herbarum naturas dicimus. et  
 pro more. Virg. nunc age naturas apibus quas Iuppiter ipse  
 addidit, expeditam. item natura est quae unicuique rei formam  
 dat, speciat differentia. Definiturque a philosophis. natura est  
 motus principium secundum se, et non per accidens, quoniam  
 uniuersa corpora proprium habent motum per se, ut ignis p-  
 se sursum feritur, terra deorsum, et non per accidens, quoniam  
 id non naturale, sed artificiale dicitur. ab hac fit naturale, quod  
 secundum naturam est, et aduerbium naturaliter et natura-  
 lia prudentia. Columella. si equa mare non patitur, detrita scyl-  
 la naturalia eius linuntur, quae res accendit libidinem. natu-  
 rales filij dicuntur illegitimi, quod sola natura, non coniugali  
 lege sint orti. naturam appellatio secundum Modestinum ad  
 nepotes etiam extenditur. Virg. et nati naturum, et qui na-  
 scentur ab illis. natus sum laudi, et ad laudem dicimus. Cice-  
 nam quid ageret uir ad dignitatem, et gloriam natus? Idem,  
 qui se patrie. qui cuius suis. qui laudi. qui gloriae. non som-  
 no. non conuiuijs, et delectationi natos arbitrat. hinc fit na-  
 talitus, et natalis, in quo quis natus est. natalia etiam dican-  
 tur dies ipse natalitus. et natalis, quando substantiuum est  
 similiter. Plyn. dum natalis suos celebraret. item natales ali-  
 quando genus, ac familiae conditionem significat, ut generosi  
 uel obscuri natales. Quintil. cuius ut interiecto mari non for-  
 tuni quicquam nosse, non natales, non patrem poterat. hinc  
 natales nobilitatem significant. Plyn. nonnunquam candida-  
 tus aut natales competitorum, uel annos, aut etiam mores argue-  
 bat. hic natales pro ignobilitate accipiuntur. nepotes quoque non  
 nulli appellatum existimant, quasi natum post filium. est enim  
 nepos proprie filij nostri filius, cuius filius pronepos est. huius  
 abnepos, cuius atnepos. nepotes tamen aliquando etiam fratrum  
 et sororum filij dicuntur, unde et illis germani, matrum sunt  
 auunculi, quasi parui aui. sed nunquam de his simpliciter di-  
 citur nepos, uerum additur ex fratre, uel sorore, ut nepos ex  
 fratre. nepos ex sorore. item nepotes pro posteris, ac descendē-  
 tibus capimus. Virg. forte recensabat numerum, caerosque nepo-  
 tes. nepotes etiam luxuriosae uitae homines appellamus, quod  
 tam ijs rei suae cura est, quam ijs, quibus pater auusque uiuunt.

ab hoc nepotatus deducitur, hoc est uoracitas, et uita luxuri-  
 es. A franius, scurilitate ac nepotatu nobilis. praeterea a gi-  
 gno siue genero appellatae sunt genae, quod in his pili gignan-  
 tur. Pacuius. nunc primum opacat flore lanugo genas. ab his  
 uero genua (ut quibusdam placet) appellata, femorum ac cru-  
 rum commissiones. quod haec dum infans est in utero matris,  
 genis opposita sunt. siue a generando. quod in genibus inest ui-  
 talitas. in ipsa enim genu utriusque commissura dextra, leuaque  
 a priore parte gemina quaedam buccarum inanita sunt, quae p-  
 fossa, quasi e uinculis spiritus fugit. putant autem ex omni par-  
 te corporis uitali semen ad genitalem uenam confluere. hinc  
 graeci quoque uoror quidem genitum uoror uero genu  
 appellant. a genu fit geniculum et geniculatum et genicula-  
 tum, de quibus supra diximus, et congenulare. quod est genus  
 replicato cadere, uel genibus flecti. Caecilius, ipse regis ferit pe-  
 ctus, aduersum congenulat. percussu deijcit dominum. item a  
 gignendo genuini uocati dentes, qui in homine nouissimi gignun-  
 tur aracter uigesimum annum, multis et octogesimo. sed qui-  
 bus in iuuenta non fuerit nati. decedere in senecta, et mox re-  
 nasci compertum est. Zancli samothraceno cui post centum, et  
 quatuor annos renatos fuisse prodiderunt. hos graeci cynodon-  
 tas, nostri caninos dentes appellant. hinc exercere in aliquem  
 genuinum, pro maledicere usurpamus. his enim dentibus ma-  
 xime morsus infigitur, qui longiores sunt, et acutiores. appel-  
 lantur autem canini in omnibus animalibus. Plyn. mutantur  
 dentes homini. leoni. iumento, canis, et ruminantibus, sed leoni  
 et cani non nisi canini appellati. quidam tamen genuinos,  
 a caninis distinguunt, uoluntque caninos prius gigni, et am-  
 sos nunquam renasci. item a gignendo ingenium, quod proprie  
 significat naturam, cuius ingenium. Terent. nam qui cum in-  
 genijs conflictatur eiusmodi. id est cum hominibus eius naturae.  
 Virg. nunc locus aruorum ingenijs, quae roborataeque. quis co-  
 lor. ponitur etiam ingenium pro ui intelligendi naturali, quia  
 saepe inuenimus, quae ab alijs non didicimus. unde praecleara  
 ingenia, et obtusa ingenia dicimus. hoc est acuta, et rudia. et  
 homines ingeniosos, qui naturalem uim ad aliquid agendum  
 accommodatam habent. Sallustius, ingenium nemo sine corpo-  
 re exercebat. huius diminutiuum est ingeniolum. item inge-  
 nuus, qui libera matre natus, nec postea seruus factus est, cui-  
 us contrarium est libertinus, qui iusta seruitute manumissus  
 est. Vnde interrogare hoc modo solemus. ingenius ne an liber-  
 tinus est? hoc est liber natus, an seruitute liberatus, siue ex liber-  
 torum genere ortus. ab hoc fit ingenuitas quae contraria est li-  
 bertinitati. et ingenue aduerbium, hoc est libere, unde ingenue  
 loqui dicimus eum, qui ita loquitur, ut liberum hominem de-  
 cet. nihil timidum. nihil seruire habens. item genius, quem uete-  
 res putarunt deum esse, qui uim obtineret omnium rerum ge-  
 nerandarum, quapropter Dei filium, et parentem hominum  
 nuncupabant, quod homines gigneret. ideo genius meus dicitur,  
 quia me genuit. item genium esse existimauerunt uniuscu-  
 iusque loci Deum. geniales autem deos dicebant aquam. terram.  
 ignem. aerem. quod ex his omnia procrearentur. item duode-  
 cim signa, lunamque et solem. alij genium naturae Deum esse  
 definirunt, et ipsam naturam, unde indulgere genio est ob-  
 sequi naturae, et uoluptati operam dare, sicut est contrario de-  
 fraudare genium interrumpere uoluptatem. Terent. suum de-  
 fraudans genium comparsit miser. hinc genialis hyems dicitur  
 hoc est uoluptuosa. et genialis homo hospitalis, atque ad inui-  
 tandum, ac largius apparandum abum promptior. genialis  
 etiam lectus dicitur, qui in nuptijs stermitur, uel quod i eo in-  
 dulgetur genio, uel quod in honorem genij apparatur, uel a  
 generandis liberis. Virg. lucent genialibus altis. genij etiam



gulosi à ueteribus uocantur, & uentri semper indulgentes. Lucilius. genia illa uetula. i. proba. inepta. quida geniales Deos à laribus non distinxerunt. lares Mercurij, & laræ siue (ut alij uolunt) larundæ filij siue. nam cum Iupiter Iunonem tyberinam nympham diligeret, Turni regis sororem, cæteris nymphis eius loca mandauit, ut se forte illam sequente fugientem retardarent, nec præcipitari in undas paterentur, laræ almonis filia id iurnæ, & Iunoni retulit. Quapropter indignatus Iupiter laræ linguâ truncauit. Mercurioq; ut eâ ad inferos duceret, iussit, & inter stygias nymphas constitueret. Mercurius uero dum mâ data exequeretur, Nymphæ pulchritudine in itinere capus cum ea concubuit, quæ prægnâs facta peperit geminos, quos à matris nomie lares appellauit. hos ergo geniales deos dixere, siue quod ut gignantur curât, siue quod una nobiscum gignantur, seu quod genitos semper tueantur. Euclides Socraticus duplicem omnibus hominibus appositum esse genium scribit, hoc est duos lares. Quod etiam L. Florus uidetur sentire, dum inquit. i. s. q; Bruto per noctem, cum illa lumine ex more aliqua se cum ageretur, atra quædam imago se obulit, & quæ esset interrogata, tuus inquit malus genius, hæc sub oculis mirantis euasit. Certe non addisset malus, nisi & alter bonus genius esset. hos ab Aenea à Troia in Italiâ uictos cõmemorant. Virg. Illi in Italiâ portans, uictusq; penates. eosdem enim, & penates, & lares esse manifestum est. dictosq; penates, quasi penes nos natos. Virro scribit Deum se arbitrari esse animâ mundi, & ut homo sapiens, cû sit ex corpore & anima, tamen ab anima dicitur sapiens, ita mundû Deû dici ab anima, cû ex anima & corpore cõstet, ad hæc mundû diuidi in duas partes, Cælû, & terrâ, & Cælû bifariâ in æthera, & Aera, Terrâ uero in aquâ, & humû, è quibus summû esse æthera, secundû aera, tertîâ aquâ in firmâ terrâ, quas omnes quatuor partes animarû esse plenas in æthera, & aerè immortalû, in aqua, & terra mortalû. ab summo autè circuitu cœli ad arcû. Lunæ ætherias animas esse astra, ac stellas, eos cœlestes deos esse nõ modo intelligi, sed etiâ uideri. inter lunæ uero gyrû, & uimborû, ac uentorû circumuolutas esse animas, sed eas animo, non oculis uideri, & uocari heroas, & lares, & penates, & genios, quoniâ autè lares siue penates etiâ priuatorû domibus præesse creduntur, factum est ut utrunq; uocabulû pro ipsis domibus frequētissimè usurpemus. Martialis. O mihi curarû pretiû nõ uile mearû, stacæ Antenorei spes & alumne laris. idè protinus à leuca clari tibi fronte penates, atriaq; ex celsæ sunt ad eûda domus. à lare. hoc est malo genio laruas dictas existimant. quæ sunt noxiæ i ferorû umbræ. unde laruati dicuntur furiosi, & mēte moti, quasi à laruis exterriti, quales sunt quos uulgo demoniaeos uocant. hi & ceriti dicuntur, siue qd̄ uipata, hoc est cornua in capitibus habere se putent, siue à cerere quasi ceteris ira animo uexati. Pacuuius. ut miser quasi ceritis feriis agitator. Plaut. certe laruatus è, aut ceritis. idè, laruatus ædē pol hominē miserû medicum querit. Plotinus Philosophus scribit animas hominû demones esse, & ex hominibus fieri lares si meriti bene sint. Lemures, siue laruas si male. manens autem dici, si incertum sit bene ne an male meriti fuerint. laruas qui pe esse noxios demones ex hominibus factos. quos greci caedæmonas uocant, lares autem eudæmonas, hoc è beatos, quod boni sint animi, hoc est boni demones. mos autem apud Romanos fuit, ut generosi adolescentes egressi pueritiæ annos bullâ aureâ apud lares suspenderent, unde Horatius urbanißima contumelia usus est in eû, qui seruilibus natalibus erat, ita scribens. donaßet iam ne cæthenam ex uoto laribus quærebat. Laruam etiam pro persona accipimus. & laruatum pro perso-

nato. Horatius. non illi larua, aut tragis opus esse coturnis. la uerna uero dea fuit, quam Romani colere. à qua lauerniones dicti sunt fures, quod sub tutela Deæ lauernæ essent. in cuius luco obsuro, abditosq; soliti erant inter se furti diuidere. Hinc & lauernalis porta Romæ dicta est ab aede lauernæ propinqua. Larissæ populi sunt in asia scythia. Larissæ thessalia urbs fuit Achilles patria dicta ob uianitatem, quâ habuit ad phthiam Thessaliæ regiam eius patriam. Larus lacus è Gallie Cisalpinæ uianus alpibus à felicitatum quæ ibi sunt, multitudine appellatus. greci enim λάρον felicitatem uocant, auis est nigra. aquatica. uulgo nota paulo supra magnitudinem colubæ, à seruo appellata. hoc est nigro, quemadmodum fuligo. à genere etiam fit ingeneror, quod auctores pro nasor usurparunt. Cicero. in tanta animantium uarietate homini, ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis, & scientiæ. sunt etiâ qui ingens à gente dictum uelint, hoc est magnus. imensus. quasi ultra gentem suam. plus est enim ingens, quam magnus. Terent. magnas uero agere gratias Thais mihi ingentes. à grecis autem γίγας fit γίγας, quod est generatio progenies. à quo fit Genealogia. quo, etiam Latini uocantur, quod interpretari potest generationis series. & genethlius natalis. à quo genethliacus, qui ex die natali fortunam hominis & successum pronuntiat. Iuuenalis. si prurit frictus ocelli angulus inspecta Genesi collyria poscat. SEPOSITA. Remota, & à cæteris gentibus separata. se ponere enim è remouere. se perare. seorsum ponere. & a pono deducitur ponere proprie collocare est. Cicero. primum enim, ut stante republica facere solebamus, ut in agendo plus, quam in scribendo opere poneremus. aliquando tamen per meta phoram, pro desinere ponitur. quoniam cum cessamus ab opere, collocare quodammodo ac reponere uidemur id quod agebamus. Virgilius. cum uenti posuere, omnisq; repente resedit flatus. aliquando pro erigere. edificare. idem, posuitq; imania templa, unde in antiquis marmoribus frequentissime legimus. B. MERENTI POSUIT. Nonnunquam pro deponere. idem, pone metum. interdû pro apponere. Martialis. nolo mihi ponas rhombum, mulum uel bilibrem. idè, quicquid ponitur hinc & inde uerris. Plautus. na fre facit. ponit uim plusculum, eras et, ut reponam large, ac liberaliter. hic poeta fabulas, & scripta sua ponere dicebatur, quod in scena hæc spectatoriibus, quasi i cõuiuio apponebant. Iuuenas. pone Tigilini. hoc est affert in scenam aliquid de Tigilino scriptû. Persius. ecce modo heroas sensus afferre uidemus nugari solitos. grecæ, nec ponere lucum artificis. hoc est nescientes opus facere, quod populo apponi possit. falsum est enim, quod quidam parum eruditi scripserunt, ponere idem esse, quod scribere. à pono fit positus, qui primo positus est, nec aliunde deriuatus. à quo grammatica positiuû à comparatiuo, & superlatiua distinguunt, quod illud sit quasi fundamentum istorum. & positura quæ est nota, quæ sensus in oratione distinguunt. unde syllabam dicimus longam esse positura. item situs & positus quartæ declinationis. Cælius priorem genituram reddit positu longam, & positu, quæ grecæ uocant θίον. item a pono compositi sunt appono, quod est aliquid antepono. Plyn. nihil ei præter secundarium panem, oleraq; apposuit. aliquando subiungo, unde apud grammaticos appositum dicitur casus, qui uerbo subiungitur. antepono, præfero. arcum pono nota si significationis, iterpono. immitto. oppono ex aduerso pono. unde opposita contraria appellatur, & oppositio contrarietas. depono. quod ali quando significat dimitto. Cicero, existimauit honestissime molestias posse deponi si me ad Philosophiam retulissim. aliquando priuo. Suetonius. ne i perio turpiter depositus priuatus uocet. Plau.



ret. Plautus ut me deponat uino eam affectat uiam. nonnunquam  
 dereliquo. & quasi despero, unde depositi desperati dicuntur.  
 Cicero itaque mihi uideor iudices magnam, & maxime a gratia,  
 & prope depositam rei publicae partem suscepisse. frequenter  
 autem depono est apud sequestrum colloco. Virgilius ego hanc uil-  
 lam ne forte recuses, bis uenit ad nulcram, binos alit ube-  
 re faenas, depono. deponi etiam dicitur (ut Vlpianus scribit)  
 quod custodiendum alicui datur. unde Florentinus deponere  
 inquit tam auus, quam plures possunt, tamen apud sequestrum  
 non nisi plures deponere possunt. nam tunc fit cum aliqua res  
 in controuersiam deducatur. itaque hoc usu in solidum unusquisque  
 uideor deposuisse, quod aliter est, cum rem communem plures  
 deponunt. ab hoc uerbo depositum fit, quod est id quod alicuius  
 fidei commendatur, uel quod pignoris loco dimittitur, uel  
 quod conseruandum traditur, donec de iure fuerit discussum.  
 repono, quod interdum est rursus pono. Virgilius arisque reponi-  
 mus ignem, id est rursus adhibemus ignem aris, rursus sacrificamus.  
 interdum recondo. idem non illis epulae nocere repositae,  
 & alibi manet alta mente repositum iudicium paridis Martia.  
 & totum mihi nunc repono quicquid terdenos uigilaue-  
 ram per annos, hoc est recondo, & prorsus depono curas, &  
 uigilias in quibus triginta iam annis sum uersatus, ne ampli-  
 us eas resumam, sed perpetuo otio fruamur. ab hoc fit repositori-  
 um uas, in quo reliquiae ciborum, & mensae instrumenta re-  
 conduntur, siue ex corio sint, siue ex ligno, siue ex argento, au-  
 ro uel alia quacumque materia. Plynus bibente conuiuia men-  
 sam, uel repositorium tolli inauspicatissimum habetur. inter-  
 dum repono est rursus appono. Martia uellus si pudor est re-  
 pone canam. unde reponere fabulas, & scripta sua poetae di-  
 cantur, cum secundo haec in scena apponunt, hoc est cum rur-  
 sus recitat. solebant enim (ut Porphyrio nominat) qui ludis ap-  
 pud ueteres praerant scriptores cum primum in scaenam pro-  
 diderent, benigne excipere, ut si forte non recte egressent iterum  
 ad scribendum audientium benignitate allicerentur. propte-  
 rea inquit Horatius, fabula quae posci uult, & specta-  
 ta reponi, hoc est fabula, quae uult primo, & secundo in sca-  
 na recitari. idem, aut famam sequere, aut sibi conuenientia fini-  
 ge scriptor, honoratum si quando reponis Achillem, hoc est si  
 fabulam semel de Achille positam rursus ponere in animo est.  
 id est tale esse, ut rursus poni possit. item repono, quandoque  
 retro appono, & quasi accipiam cenam restituo. ut si quis mi-  
 hi hodie conuiuium apponat, ego cras ei ut reponam large, ac  
 liberaliter, & in hunc sensum hoc uerbo usus est Lucretius. cum  
 inquit semper ego auditor tantum? nunquam ne reponam? igna-  
 uae enim seipsum accusat, & ut mos satyrorum est, ex abrup-  
 to inapit. semper ne eorum, quae alij apponunt ero auditor,  
 nunquam ne ipse aliquid reponam? cum praesertim in tanto scri-  
 bendum strepitu tam diu uersatus sim, nec desit mihi amplissi-  
 ma materia ad scribendum. ex pono, declaro. ostendo. ex pluo,  
 unde expositio pro interpretatione accipitur. Cicero ante, quae  
 de rebus scribam patres conscripti exponam uobis breuiter con-  
 siliu[m] professionis, & regressionis meae id est explicabo. idem,  
 uocat ad cenam deinde ipse praetorem, exponit opias suas om-  
 nes, hoc est ostendit. interdum ex pono extraho, quasi extra-  
 pono. Virgilius focos de puppibus altis pontibus exponunt. non-  
 nunquam ab iano. unde infantes abiecti, ut pereant, expositi  
 dicuntur. Terentius erat hic corinthia anus haud impura, ei de-  
 di exponendam. idem & expositiu[m] appellantur. Plautus re-  
 uertor ad illam puellam expositiuam, plerumque expendo. So-  
 linus cum magnam in his pecuniam exposuisset. saepe etiam  
 promo. Cicero cum tibi exposita esset ad prandiu[m] omnis pam-  
 phila. propono, quod modo significat statuo. Seneca, id in pri-

mis animo proponendum, ut recte uiuamus. a quo propositum  
 dicitur, quod mente statutum est, & intentio hominis. Plynus.  
 hoc ei propositum erat, uel superare, uel caedere. quod ueteres  
 etiam propositum dixerunt, sicut etiam in participio profita pro  
 eo quod est proposita, modo dictum aliquod, aut factum osten-  
 do. ut propono quaestionem. propono ludum. propono praem-  
 ium. propono spem. Cicero. quis enim tanto proposito praem-  
 io non excitetur? Ab hoc etiam fit propositio, quae a Dialecti-  
 cis definitur. oratio uerum falsum uel significans. apud Rhetor-  
 icos, uero omnis confirmationis initium propositio dicitur.  
 quod non modo in ostendenda quaestione principali, sed in sin-  
 gulis quoque argumentis proponi aliquando solet, maximeque in  
 his, quae in periphrasi uocantur. praepono antepono. a  
 quo praepositi dicuntur, qui aliquibus rebus praefecti sunt, &  
 praeposito apud grammaticos pars orationis, quae ceteris par-  
 tibus praeponi solet. impono quod modo est supra pono. Vir-  
 gilius uidit thuricremus dum dona imponeret aris, modo pra-  
 beo. idem, finemque imponere curis. item impono manum si-  
 gnificat perficio. idem imponit regina manum. cum datiuo  
 iunctum idem est quod decipio. Quintilianus. quid quod  
 hoc ipsum tam placide, tam quiete facit, quasi capiet impone-  
 re. idem, si fellit me ingenium honestis causis gloriae amor, spes  
 tibi perpetua laudis impositae. ab hoc impostores dicuntur,  
 uel qui supponendo malas merces, & auertendo obligatas,  
 uel adulterinis atque fictitijs gemmis, uel incantationibus, uel  
 praecationibus, quas ex orationibus uocant. homines decipi-  
 unt, & qui ita decipit imposturam facere dicitur. Suppono mo-  
 do submitto. Apuleius supposuitque humeros oneri, modo adu-  
 lerinum loco ueri subijcio. a quo suppositus partus dicitur, quan-  
 do factus alterius matris non uerae matri subijcitur, & Vlpia-  
 nus scribit eos, qui malas merces pro bonis supponunt, crimi-  
 ne stellionatus non teneri. supponere etiam & subijcere testa-  
 mentum dicitur, qui falsum subdit pro uero. Plynus. nam fi-  
 lius patris testamentum supposuisse dicebatur. dispono. ordi-  
 no. a quo dispositio deriuatur quae est rerum in ordinem col-  
 locatio. & dispositum quod est decretum, constitutum, unde ex  
 disposito dicimus, hoc est de industria, & quemadmodum a  
 nobis constitutum est. Macrobius, an altius quiddam, cui re-  
 motis arbitris opus sit cogitaturi ex disposito conueniatis. com-  
 40 pono, quod proprie est dispono, constituo, quasi simul pono.  
 Virgilius. quam tuta possis urbem componere terra. ponitur  
 tamen pro comparo, quoniam quae comparantur, iuxta se po-  
 ni solent. Sallustius ubi metelli dicta cum factis componit. Vir-  
 gilius. sic paruis componere magna solebam. item quia ordo  
 & compositio rerum ornatum facit, compono pro orno usur-  
 patur. idem, dulcis compositis spirauit crinibus aera. item pro  
 colligo, quoniam quae colliguntur una ponuntur. Cicero. Si ex  
 isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis ora-  
 tionibus compositum dedit, & pro claudio. Virgilius. ante di-  
 em clauso componet uesper olympo, & pro curio. reficio. idem,  
 uix defessa senem passus componere membra, & pro simul  
 50 pono, hoc est coniungo. idem, componens manibusque manus,  
 atque oribus ora, & pro composito redimo. Sallustius, cum le-  
 nones & umarij. lanij quorum praeterea uulgus in diem  
 usum habet, pretio compositi. hoc est facta pretij compositio-  
 ne redempti, & pro conuenio. paciscor. Plynus. nihil non ex  
 composito fecimus pactum seruauimus. & pro fingo. Plautus.  
 quas iste fabellas composuit. ab hoc fit Compositio, quae  
 modo structuram, modo ornatum, modo pactum significat,  
 & compositae aduerbium ornate ponere quando grauem habet  
 accentum praepositio, uel aduerbium est, & significat prope.  
 BARBARA. INCILIA. CULTOR RHODI-  
 l iij



**PEIVS.** *Habitator thraciae, quae provincia est Europae; Macedoniae sequens, quae a Septentrione istrum habet. ab oriente pontum. a meridie Aegyptum mare. olim scythos appellabatur, postea thracia dicta est ab asperitate. graeci enim τρᾶξια asperum dicunt. est enim regio, nec caelo laeta, nec solo, et nisi qua mari propior est, infacunda, frigidaque. viros benignius alit, non tamen ad speciem, nam et illis asperitas quaedam habitus corporum inest, sed ad numerum, ac feritatem. a thracia derivatur thrax, qui et threicus dicitur, et foemino genere Threissa. in hac mens est Rhodope, a Mygdonibus olim habitatus, sacris liberi patris, et ceteri mendum Orpheo imitante percalebris, a Rhodope, ut quidam putant nobili Thraciae meretrici ibi sepulta cognominatus. hanc unam cum a sopo captivam fuisse constat, quam Charaxes frater Saphus poeta maxima pecunia redemit, quod Sapho tetigisse videtur dum inquit. arsit inops frater uictus meretricis amore, multaque cum multo damna pudore tulit. de hac scribit Plynus. haec sunt pyramidum miracula. supremumque illud, ne quis opes regum miretur minimam extitisse laudatissimam a Rhodope meretricula factam. a sopi fabularum Philosophi consuevit quondam, et contubernalis haec fuit, maiore miraculo tantas opes meretricio esse conquisitas quae stulticius Florus non ab hac meretricula, sed a Rhodopide thracum regna ibi sepulta montem hunc cognominatum affirmat, quam opinionem propter antiquitatem huius nominis magis probamus. a Rhodope Rhodopeus derivatur, sicut ab ismaro ismarius. ismarus quoque mons Thraciae est partim asperimus, partim uinetis, atque oliuetis, et Orphei habitatione clarus. in hoc ismara urbs Ciconum fuit. Virgilius. ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes. hi populi Libyae sunt psyllis finitimi, a Garamante Apollinis filio cognominati. fuit alius Garamantes rex cuius filiam Garamantida uxor pater ammon apud sinuum Bregdam compressit, et ex ea genuit Hiaram. Est et adiectivum Garamantius. et Garamantis Garamantidis. habet Thracia et montem hemum nasio iugo procurrentem in pontum, tanta altitudinis, ut eius summum, et Adriaticum ex summo uertice ostendat. Ut Polybius sentit, quamuis alij negent, et Pangaeum thessalicae iunctum et Edomum, et Cygmemorum, et meritum, et melampillum minores montes. **CULTOR.** *Habitator colere proprie est cum affectu alicui rei inherere. Ideo pro patientis casus diuersitate eius significatio uariatur. Colimus de os orationibus, et sacrificijs, hoc est ueneramur. Virgilius. Summe deum sancti custos Soractis Apollo quem colimus. Ab hoc deorum cultores dicti. et cultus, siue cultura, quam graeci latram uocant, a quo idolatria dicta est idolorum, hoc est simulachrorum cultus, et idolatres qui colit simulachra idolum enim simulachrum est. A quo fit idolum, et haec omnia in penultima habent accentum, quippe ἰδωλον per ω μίτρα apud graecos scribitur. Plautus, ego te semper, ut parentem colui. Colimus parens amore, et officio, minores humanitate et beneficijs, hoc est amamus. Virgilius. ille colit terras, illi mea carmina curae. idem, solam nam perfidus ille te colere. Hinc publicae cognomen, de quo supra diximus, quod rem publicam coleret. et cliens, quod proprie litigatorem significat cuius causam defendimus dictus quasi colens, quemadmodum et qui causam eius agit appellatus est patronus, quasi pater. Differtque ab aduocato patronus, quod aduocatus generalius nomen est, siquidem quicumque adest alteri in causa officij gratia aduocatus appellatur, etiam si nihil dicat, agetque modo paratus sit defendere. Terentius, uolo ego hic adesse aduocatus in turba hac. patronus autem pro-**

*prie est qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Quintilianus. cum accusatori satis sit, plerumque uerum esse id, quod obiecerit, Patronus neget, defendat. transferat. Sed quoniam non omnis huius circa accusationem, ac defensionem criminum uersatur, ut in mutuis. depositis. locato, et conducto, similibusque in ea re, tam actor, quam defensor solet patronus appellari, qui prope cum uterque, non alterius oppugnanda, sed suae defendendae partis gratia dicat. Ponitur tamen aliquando cliens pro sectatore, et qui sub tutela alterius, et penes simulul est, quales sunt liberti in patronos. et similiter patronus pro eo qui simile quiddam praesens habet in aliquo protegendo, unde quemadmodum dominus serui relatusum est, ita patronus liberti. aliquando etiam famuli. Hinc fit patrocinari, quod est tam uerbo, quam facto imbecillitatem protegere. et patrocinium ipsa protectio, quae appellatio tunc initium habuit, cum plebs inter patres distributa est. A cliens uero fit clientulus diminutiuum, et clientela, quod modo significat multitudinem clientium, modo officium eorum erga patronos. Vt etes clientam pro clientem dixere. Item ab hoc colo colina, quam postea culinam, deinde a coquendo, coquinam uocauerunt, quod ibi colebant ignem locupletiozem. Iuuenalis, Continens pro contento posuit. hoc est culinam pro instrumento coquinae, et abis coctis. Sequitur sua uenens; culina. Ab his sunt duo uerba culinor, et coquinor, pro coquinam exercere, et cocus, et culinarius, ac coquinarius, pro eo qui cibos coctos uendit, et coquinaria ars coquendi. Colimus terram aratro rastro, ceterisque instrumentis, hoc est fodimus. laboramus exercemus. Virgilius. fructusque feros mollire colendo. Hinc agricola, et agricultores, et agricultura, et agricolatio, et coloni appellati, et a colono colonicus dicitur. Varro, atque etiam leges colonicas tollis, et culmus. hoc est frumenti altarius, quod colatur. Nam si pupa folia significat proprie, quae ambiunt culmum, qui et culmus a ueteribus dicebatur, unde et columen primo, postea colmen. item colus qui postea culus dicitur, et alio nomine podex, quod faedo libidinis pruritu colitur, hoc est foditur. exercetur. seminatur. Martialis. cum sit et hic culo tritor ipse tuo. Iuuenalis, et podice leui caduntur tumida medico ridente mariscæ. Ab hoc quidam iniquino factum existimant, quod est faedo, denotat, sicut inquit linus, a colodum significat habitus. Unde fit iniquinor passivum. iniquinator. iniquinatrix. iniquinatio. et compositum coinquino a quo coinquinor. coinquinator. coinquinatrix. coinquinatio. Item clunes, hoc est nates, quod culo propinque sunt. Reperiturque hoc uocabulum etiam in masculino genere. Plautus. quasi lupus ab armis ualeo, clunes in fractos gero. Ab hoc simas clunas appellatis uolunt, quod clunens tritas gerant. et clunaculum cultum sanguineum, quia clunens hostiarum diuidit. Quidam iniquino non ab hac de qua diximus uoce, sed a cunio deductum putant. cunire enim est stercore facere, tractum a cunis infantum, quae frequenter stercore faedantur. Cuna sunt in quibus iacent infantes, et cunabula similiter lecti in quibus iacere infantes consueuerunt, et in quibus nascuntur, dicta quasi cina, et cunabula, nam κυνη graeci enim dicunt, et parere. Ab incunabulis dicimus, quasi a pueritia, hoc est ab ea aetate quae in cunabulis agitur. et colens, qui et testis, et per diminutionem testicolus uocatur, quod colat mulieris pubem, quasi a grum, feratque. et coles uirile membrum a quo colei pendens, cuius suprema pars Glans appellatur. et pellicula quae glandem tegit, praeputium. Cornelius Celsus, medicus autem a dextro latere, sinistra quidem manu colem masculi continere, dextera uero fistulam dimittere in*



iter urine debet, atq; ubi ad cervicē vesicæ ventum est, simul cum cole fistulam inclinam in ipsam vesicam cōpellere. Nos tamen privamus colem à colendo dictum. Coleos vero à cole. quod ex eo dependens. Colimus terras. aerem, cœlum. domū. patriam. hoc est habitamus. Vir. quas dira celano, harpyæq; colunt aliæ. Hinc cultores habitatores, & acola, atq; incola, quæ ita differunt, quod acola est, qui ad aliquem locum, hoc est iuxta aliquem locum habitat, nec refert in suo an in alieno, ut acola Vulcani. Acola padi. Incola vero qui in aliqua regione, siue in aliena vel urbe. vel republica habitat. Plyn. Quod eorum montium incolæ facere consueverunt. Cicero. peregrini, & incolæ officium est nihil præter suum negotium agere, nec esse in aliena republica curiosum. Ab hoc fit incolatus, quod habitationem ipsam significat, & inquilinus, qui in alieno privato habitat. proprie tamen in conducto, siue in urbe, siue ruri. at vero te inquilino non domino personabunt omnia uobis ebriorum. inquilinus etiam aliquando pro cohabitatore accipitur. Martial. uianus nouio, uel inquilinus sit, si quis nouum uidere non uult. Hinc etiam ruraliæ. undicolæ syluicolæ. calicolæ appellati, qui rus, aquas. syluas. cœlum habitant. & coloniæ de quibus supra diximus. hoc est maiores urbes, ad quas habitadas ex maioribus urbibus, quasi quædam ex amnia populorum mittebantur, & coloni habitatores. Virg. urbs antiqua fuit tyrii tenuere coloni, & collis, cuius diminutuum est colluculus, quia collis (ut uarro inquit) post ampor ceperunt homines colere, id est habitare. A quo collatina dea, quæ collibus præest. Colimus nos. colimus faciem, colimus orationem. id est excolimus, atque ornamus. Plau. quin tu te colis ante, quam ex eas domum, Cicero. erat enim non tam grauis, quam elegans, & facta, & culta oratio. Varro, aut in segetibus post messeem colligebant stramenta, quibus domicilia colerent. Hinc cultus corporis dicitur, hoc est ornatus corporis, & animus uirtute cultus, hoc est ornatus. Ab hoc colo clitella instrumentum, quo sarana colligatæ nullis, siue iumentis, siue Camelis, asinis ue portantur, dicta quod eiusmodi animalis ornamentum sit. sicut ephippium instrumentum, quo in equo sedemus. a quo equites ephippiati dicuntur, qui ephippia habent in equis, Cæsar de Sueuis, equestribus præliis sæpe ex equis desiliunt, ac pedibus præliantur, equosq; eodem remanere uelut go assuefecerunt. ad quos se celeriter, cum usus est, recipiunt. Nec eorum moribus turpius, aut inertius habetur, quam ephippii uti, itaque ad quemuis numerum ephippiatorum, quamuis pauca adire uident. Equi sine ephippiis desultorij dicuntur, quod ex his facile desiliant. græce κλιαντες dicuntur, hoc est cæletas, quo nomine ueniunt etiam Latini. Plyn. equestres uero statuæ modo Romanam celebrationem habent, orto sine dubio à græcis exemplo. Sed illi cæletas tantum dicebant in sacris uictores, postea uero & qui bigis, uel quadrigis uisissent. Suetoni de Cæsare, quadrigis, bigisq; & equos desultorios agitant uerunt nobilissimi iuuenes. A clitella clitellarius dicitur, qui clitella uictus, unde clitellarij multi dicuntur, & clitellarij equi, qui neque ephippiati sunt, neque desultorij, nec bigis, uel quadrigis, aut currus ducunt, sed clitellati ferunt onera. Ab huius clitellæ similitudine locus Romæ clitella uocabatur. Item in uia flaminia loca quædam deuexa, & accliuia. Est etiam tormenti genus eodem nomine appellatum. Ephippiarij etiam equi dicebantur, qui inter meritorios non clitellas habebant, neque rhedas ducebant, sed ephippia gerebant. Item à colo fit colos, siue color, quia coloribus faciē. uestes. domos. ac reliqua omnia ornamus. Hinc uero coloro uerbum, & contrarium eius decoloro. Seneca, Fulmen aut decolorat. decoloratur id, cuius color uitatur, non mutatur, & coloratum, &

colorificum. & discolor diuersi coloris, & decolor, quod est colore uitato, & concolor eiusdem coloris, & colorate aduerbium. Et colores apud Rethores uocantur ornamenta orationis, hoc est figuræ, quæ à græcis σχήματα appellantur. Item à colo collum, quia hæc præcipue pars corporis torquibus, ac monilibus coli, id est ornari consueuit. Ab hoc fit decollo, quod est à collo depono. Ennius, quod in tuo collo est, decolles caue, & collus masculino genere tormenti genus ex corio, & collare id genus uinculi, quo collum restringitur. Item colus instrumentum quo nent mulieres, siue quod ornatus quidam muliebris erat, propter quod nubentes uirgines comitari solebat colus compta, & fusus cum stamine seu, quod cum ea nebant, quæ ad ornatum pertinebant. & colo colas, quod res colando ornantur, hoc est depurantur, ac deficiantur, & colum uas ad colandum aptum, unde colum niuarium dicebatur uas ex lapide spongioso factum, quo aqua ex niuibus colari solebat, de quo Martia. Setinos moneo nostra niue frange tridentis. Pau periore me ro tingere lina potes. Nā instrumentum, quo uina colantur, saccus uinarijs appellatur, sicut quo colantur niues. saccus niuarijs, de quo idem Martia. Attenuare niues norunt, & sintea nostra. frigidior colo non salit unda tuo. A colando deducitur qualus, instrumentum per quod uinum defluit, cum calcatur uua. Virg. spisso uimine qualos. Ab hoc fit diminutuum qualuculus. Colimus uitam, degimus, Terentium ille uitam collet inopem carens patria. Item à colo composita sunt acolo, quod est iuxta habito, intercolo in medio habito. Excolo ornatio. Martial. uideret ex cultos collers, cum præco factus incolo in habito. recolo, quod non significat recordor, ut plerique indocti usurpant, sed repeto, reputo. meditor. in mente tracto. Ouidius. hæc tua (nam recolo) quondam germana cænebat. Cicero. quantum denique aleæ quantum pilæ. tantum ego mihi met ad hæc studia recolenda sum pfero. Idem, sensimus hoc nuper falso nuntio, uero propediem sentiemus, quæ si tecum ipse recolis, æquiore animo, & maiore consolatione morieris.

VENIT. Ad urbem accessit, ut ludos spectaret. Hoc enim proprie uenire est, quasi uersus nos ire. Vir. uenisti tandem. Poeta tamen aliquando pro imminere usurpant. Idem, se satis ambobus, Teucrisq; uenire latinisq;. Aliquando pro crescere. Idem, hic segetes, illic ueniunt felicius uua. nonnumquam pro portari. Plyn. sterces sinopidis tres, rubra & minima rubens, & inter has media. Lam tantum optimæ in libras duodecim denarij. Eius quæ ex Africa uenit octonarij asses. Venire in mentem ueteres dicebant, non solum recordationis gratia, sed etiam cogitationis, & considerationis. Terentius, ubi in mentem eius solum uenit. A uenio fit frequentatiuum uento, quo antiqui utebantur, ut Pompeius testatur, nunc altero frequentatiuo utuntur uentito. à uento fit uentus, quod est cum impetu uentans aer. Nihil est enim aliud uentus, quam aer commotus, atque agitato, qui à philosophis desinitur, Venustus est aer in unam partem fluens impetu. uel uentus est impetus aeris in unam partem fluentis. uel uentus est cursus aeris aliquo concitato. Multas autem uentorum causas assignant philosophi, uel quod terra magnam uim aeris eijct, atque ex abdito spirat, uel quod magna, & continua euaporatione, cum in altum egit, quæ emiserat, mutatio ipsa halitus misti in uentum uertitur. illud certe me ad risum mouet, quod quidam tradunt, quomodo in nostris corporibus fit propter abum inflatio, quæ non sine magna uirium iniuria emittitur, et uentrem interdum cum sono exonerat, interdum se cretius, Sic et hanc magnam uerū naturam alimentum nutratem emittere spiritum. Verius aliqui tradunt multa ex omni parte terrarū, & assidua ferri corpuscula, quæ cum coarctata sunt



es deinde extenuari sole ceperunt, quia omne quod in angu-  
sto dilatatur spatium maius desiderat, uentos creare, illa quoque  
uerior ratio uideri potest, habere aera naturalem uim mouen-  
di sese, neque aliunde concipere, sed inesse illi, ut aliarum rerum,  
ita huiusmodi potentia. Sunt etiam, qui uentos ex arido siccoque  
anhelitu terrae gigni posse affirmant, item ex aquis aera expi-  
rantibus, qui neque in nebulam densetur, nec crescat in nubem,  
posse etiam solis impulsu agi, quoniam uentus nihil aliud est,  
quam aeris fluctus. Vitruuius architectus, uentus inquit est  
aeris fluens unda cum incerta motus redundantia nascitur,  
cum feruor offendit humorem, et in petus factionis exprimit in  
spiritus flatum. pro diuersis caeli partibus diuersa nomina sor-  
titur. Regiones caeli quatuor sunt, ortus occasus. Meridies septen-  
trio. ortus et occasus mobilia, ac uaria sunt, meridies septen-  
trioque statu perpetuo permanent. Oritur quippe sol non itidem  
semper, sed aut aequinoctialis. ortus dicitur cum in circulo currit  
qui appellatur isoriuntios, aut isoriuntios, aut sol  
stitialis, aut brumalis, quae sunt, *θεριναι τροπαι*, et *χει-  
μαριαι τροπαι*. Item sol non in eundem semper occidit lo-  
cum, sed occasus eius similiter fit, aut aequinoctialis, aut solsti-  
tialis, aut brumalis. Vetus ergo quatuor tantum uentos, per to-  
tidem principales mundi partes seruauere. Nec plures posuit  
Homerus, quam curum, austrum, fauonium, aquilonem, quem  
nosler quoque poeta Ouidius naso secutus est. Eurus ad aurora  
nabatheaque regna recessit, persidaque radijs uigra subdita  
matutinis. Vesper et occasus quae litora sole tepescunt proxima  
sunt Zephyro, scythiam, septemque triones Horri fer inuasit bo-  
reas. contraria tellus, nubibus assiduis pluuioque madescat ab  
austro. Secuta aetis alios addidit. Qui ergo uentus ab oriente  
uerno hoc est aequinoctiali uenit, eurus nominatur *ἀπὸ τοῦ  
ἡύου εἴου*, hoc est, quod ab oriente fluat, eundem graecae uo-  
cant apeliotem, quod *ἀπὸ τοῦ ἡλίου*, hoc est a sole spirat. La-  
tini eadem ratione subsolanum cognominauerunt. At qui ab  
aestua, et solstitiali orientis plagis uenit, latine Aquilo, a ue-  
hementi uolatu Aquilae (ut supra diximus) graecae boreas uoca-  
tur *ἀπὸ τοῦ βόαν*, quoniam ut uolenti status est, ita etiam  
sonori. Home. ab aetheris splendore, quae a sole fit *αἰθέριον*  
appellat. Tertius qui ab oriente hyberno spirat. Vulturinus a  
Romanis dicitur a uulturis uolatu (ut quidam putant) quoniam  
alte resonat, graecae misto nomine, quod inter notum, et eurus  
fit *ἀπὸ βοτῶν* nominant. hi sunt igitur tres orientales uen-  
ti, Aquilo. Vulturinus. Eurus. quorum medius Eurus est. His op-  
posita sunt alij tres occidui, Chorus aduersus Aquilonem flans,  
quem graecae Argesten uocant. Fauonius aduersus eurus a fo-  
uendo dicitur, quem genitale esse dicunt spiritum mundi a grae-  
cis Zephyrus nuncupatus, quasi *ζών φέρων*, ut aliqui pu-  
tant, hoc est quod satis uitam afferat, ab hoc Zephyrus, unde Ze-  
phyria oua, de quibus inferius dicemus. A fricis aduersus uul-  
turnum ab Africa graecae Lyba appellant *ἀπὸ τῆς λιβύης*,  
quia Africam libyen, hoc est *λιβύην* nominant, Africa  
autem uocata est, quod sine frigore sit, *α. n. priuatiua par-  
ticula est φρινη* horror dicitur, unde et Aprica loca di-  
cuntur, quae soli exposita sunt, quod sint sine horrore, et apric-  
us homo, aprica auis, quae sole gaudet. Virg. Et apricae statio  
gratissima mergis. A quo fit apricari, quod est ad solem stare,  
et in Aprico esse, et apricatio statio ad solem. Ab Africa afer,  
et africanus deducuntur. item uaser hoc est callidus, astutus,  
quasi ualde afer. Cicero, non sunt in disputatione uasfri, non ue-  
teratores, non malinosi, a quo uasfre aduerbium. hoc est astute,  
malinose, uira enim semper fuit eius gentis calliditas, ac uer-  
suta, hoc modo duae istae regiones caeli orientis, occidentisque sibi  
inuicem contrariae sex habere uentos uidentur. Meridies autem

quoniam certo, ac fixo limite est, unum meridionalem uentum  
habet, qui latine ab hauriendis aquis dicitur Auster, quoniam  
nebulosus, atque humectus est, graecae uero eadem ratione notus ap-  
pellatur, quoniam graecae lingua uotis dicitur humor. Ab  
Austro australis dicitur, et austrinus, et austru uerbum, quod  
est humectio. Plau. austrati ad ignem sedent Septentriones ob  
eandem causam uentum unum habent, qui Austro obiectus est.  
Is latine Septentrio, et septentrionalis uentus, et septentri-  
nus. graecae uero quod ab arcto flet, a parctias appellatur, sunt  
qui pro octo duodecim uentos faciunt, inter hos quatuor in me-  
dia loca inserentes, inter Septentrionem. s. et occasum solstitia-  
lem Thraseam, inter aquilonem, et exortum aequinoctialem  
caeam, quem Aristoteles ita flare dicit, ut nubem non proci-  
pellat, sed ad sese uocat, ex quo prouerbum factum scribit  
*κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἔλαυν ὡς καὶ κίαι νίφος*, hoc est mala ad se  
se trahens, ut caecae nubem, inter ortum brumalem, et meridi-  
em phoenicia, inter lyba, et noton lybanoton. Nec hic contenti  
alij Mesen inter Boream, et Caeam addidere. Sunt etiam quae  
dam peculiarium uentorum nomina, quae incolae in suis quoque  
regionibus fecerunt non ultra certum tractum protendentium  
ut apud Athenienses Scyro paulo ab argeste deflexus reliquae  
graecae ignotus, qui et olympias uocatur, et a nonnullis Hel-  
lespontiis in narbonensi prouincia clarissimus uentorum est. Cir-  
caeus, nulli uiolenta inferior, et obid a turbine, ac uertigine ita  
appellatus. Cato non Circaum, sed Circaum uocat. Sunt in Hispa-  
niae alpinae atra hiberum regionibus ferri, et argentea fodina  
pulcherrimae. mons ex sale mero magnus, quantum demas, tan-  
tum accrescat. uentus certus cum loquere, buccam implet. Ar-  
matum hominem, plaustrum oneratum percellit. Hic non mo-  
do in reliquis partibus caeli ignotus est, sed ne Vennam quidem  
eiusdem prouinciae urbem attingit. Iapix uentus est ex Appu-  
lia proficiens, qui quasi aduersus eurus uidentur flare. itaque  
Vir. Cleopatram e nauali praelio in Aegyptum fugientem ue-  
to Iapige ferri scribit, et equum quoque apulum eodem quo ue-  
tion nomine appellauit Iapigem. Iapix, aut per y. scriptum  
nomen fuit unius ex filijs Dedali. A quo Iapygia nuncupata  
est Calabria, at Iapis lapidis nomen fuit etoli cuiusdam, qui  
cum ad regionem Venetiae uenisset oppidum de suo nomine co-  
didit. a quo ea pars, ubi Timaeus fluuus est, lapidis nomen sum-  
psit. Vir. castella in tunulis, et lapidis arma tunani. Est et ali-  
us in Appulia uentus, quem uocant Atabulum *ἀπὸ τοῦ ἄταρ  
βάλλειν* hoc est ab inferenda peste. est enim frigidissimus, et  
si flauerit atra brumam, exurit frigore arefaciens, ut nullis po-  
stea possit solibus recreari. Hora. in opit ex illo montis Appu-  
lia notos ostentare mihi quos torret atabulus. Phyn. quaedam re-  
porum causae, aut locorum non proprie dicuntur morbi, quoni-  
am protinus necant sicut tabes, cum inuasent arborē, aut ure-  
do, uel siatus alicuius regionis dropicus, ut est in Appulia ata-  
bulus, in euboea olympias. Ad haec fauonij. ad. viii. Cal. mar-  
tij flantem Chelidonia uocant ab Hirundinis usu. Graecae  
enim Hirundo *χελιδών* appellatur, unde est prouerbum  
illud *μία χελιδὼν ἕαρὸν ποιεῖ*, hoc est una Hirundo non fi-  
cit uer. Ad haec herba Chelidonia nomen sumpsit, monstrata  
homini ab Hirundine. haec enim Hirundines oculis pullorum  
in nido restituant usum, erutis etiam (ut quidam existimant)  
oculis. Genera eius duo sunt, maior fruticoso caule, folio pasci-  
nacae erraticae ampliore, altitudine duorum cubitorum, color  
albicans, flos luteus, minori folia ederae, minor aliquando,  
et rotundiora minus candida. Succus croci mordax. Se-  
men papaueris. Florent aduentu hirundinum, disseffu mar-  
cescunt. Florentibus succus exprimitur, et in aereo uase cum  
melle leniter feruenti cinere decoquitur, singulari remedio

10

20

30

40

50

60



contra caligines oculorum. Vtuntur, & per se facto in col-  
lyrijs, quæ ab ea Chelidonia appellatur. Est etiam chelido-  
nia oculis indicæ testitudinis, de qua superius inter lapillos di-  
ximus. Item fauoniuum uisio, & septuagesimo die post brumam  
ab aduentu autumnus si item per dies nouem orythia nominant.  
fuit hæc puella pulchritudine ipsi generis filia Erithei regis Athe-  
narum, quam cum Boreas aduassisset, frustratq; in conuictu po-  
stulasset, per uim rapuisse dicitur, & in Thraciam deuoluisse,  
ex qua ætium, & aliam genuit. Caniculæ exortum dies fere  
octo aquilones antecedunt, quos prodromos, hoc est præcurren-  
tes appellat. Biduo autem postquæ exortum est hoc sydus, quæ  
est ardentissima æstatis tempore iam sole leonæ ingresso idē  
aquilones constantius perflant diebus quadraginta, quos uo-  
cant ctesias, hoc est annuos, apud græcos. n. utros annus  
in duas ætates dicitur, quod ex omnibus uentis hi maxime  
stant sint, & singulis annis eodem tempore redeant. Ob hoc au-  
tem somniculosi à nauis, & delicati uocantur, quod mane ne-  
sciunt surgere, incipiunt enim circa meridiem, & ante solis oc-  
casum desinunt. Est & altanus uentus qui in alto flat, sunt &  
flans, antelucani, qui aut ex fluminibus, aut ex conuallibus,  
aut ex aliquo sinu feruntur, nullus ex his pertinax est, sed ca-  
dit fortiore iam sole, neq; fert ultra terrarum conspectum. hoc  
uentorum genus incipit uere, non ultra æstatem durat, cum è  
mari redit Tropæus dicitur, cum pergit apogæus, hoc est à ter-  
ra, sunt præterea, & repente quidam flatus, etenim si rupta  
& in prouium soluta fuerit nubes, procella gignitur, quæ in nos  
cadit uehementi acrisq; quia non fusa, neq; per apertum uenit,  
sed laborat, & iter sibi in hac pugna parat, propter quod pro-  
cellam pro æstu maris ponimus, & procellosum mare dicitur  
æstuosum. Eadem procella si exarsit, et ignem habuerit, uel  
postea conceperit, Fulmen est. Si uero depresso sinu arctius rota-  
ti uenti effregissent nubem sine igne, uorticem faciunt, qui Ty-  
phon uocatur, Defert hic secum aliquid abreptum è nube geli-  
da conuoluent, uersansq; & ruinam suam illo pōdere a g gra-  
uans, & locum ex loco mutat rapidæ uertigine, præcipua na-  
uigantium pestis non antenas modo, uerum etiam nauis ipsa  
constringet, cui sicale remedium est acetum, cui frigidissima na-  
tura est in adueniētem effusum. Idē illi si ipso re percussus, quæd  
corripuerit sorbet, referitq; in excelsum, quæ si maiore depressæ  
nubis specie eruperit, sed minus lato, quæ procella, nec sine fra-  
gore, uerbine nominant, proxima quæq; prostermentem. Idē  
dum ardentior, atq; acensius fuerit præster appellatur, uniuersa  
amburens, ac proterens. Ab hoc præster quoq; appellatur  
est serpentis genus uenenatæ, quam alio nomine quidam pu-  
tant bupresim uocari, sed hoc falsum est. Luc. oraq; distendēs  
audis spumantia præster. Plyn. bupresis animal est rarum in  
Italia simillimum satrab eo longipedi fallit iter herbas bouem  
maxime, unde & nomen inuenit, deuoratumq; tacto felle ita in-  
flamat, ut rumpat. Galenus uero, ita scribit *βουρπής*  
*είστι γένος τῶν παραλάσιον ναυαπίσι κατὰ τὴν ἰθάλην καὶ*  
*τὴν ἀναμίαν.* Hoc est bupresis sunt genus quoddam anima-  
lium simile cantharidibus, & secundum proprietatem, & se-  
cundum uim. Est etiam bupresis herbe genus, quam græci in  
laudibus aborum habuere, hæc degustata boues dissilire faten-  
tur, ideoq; ita appellatam. *βούς* enim à græcis bos dicitur,  
& *πύραυ* urere. A uentus fit diminutiuum uentulus, & uen-  
tosus, quod aliquando significat plenum uento, ut uentosa do-  
mus. uentosa regio. Aliquando inane, ut uentosa uerba. uentosa  
oratio. hoc est sine pondere, sine effectu. Vnde uentositus hoc est  
iactantia inanis, & uauitas, & uentilo uerbum, quod est mo-  
uo aliquid ad uentum captandum. Iuuenalis, Crispinus ty-

rias humero reuocante lacernas Ventilet æstuum digitis su-  
dantibus aurum. Hinc uentilari frumentum dicitur, dum pur-  
gatur. Plyn. multi uentilare quoq; granum uentant. Gurgulio-  
nem enim non descendere infra quatuor digitos, nec amplius  
periclitari. Ab hoc uentilator fit, hoc est captatio uenti, uel re-  
frigerationis gratia, uel purgationis, & uentilabrum instru-  
mentum, quo aliquid uentilatur. Item V enus, quod ad omnia  
ueniat. Cic. quæ autem Dea ad res omnes ueniret V enerē no-  
minauerunt. Est autem V enus in sima quinq; errantium stella,  
10 & terra proxima, quæ phosphoros græcæ, lucifer latine dici-  
tur, cum antegreditur solem, cum autem subsequitur, hesperos.  
Item uesper. Virg. quid uesper serus uehat, & a quibusdam  
uesperugo. Plau. nec uesperugo, nec Vergilia occidunt. hinc ue-  
spera deducitur, & uesper pro sero dici. a quo fit aduerbium  
uesperi, & uespera scit uerbum, cuius compositum est aduespe-  
ra scit, hoc est fit serum diei, & quo quidam uiuentur, nouum  
quidem, sed non inelegans uocabulum pro sacrificio, quod ue-  
speri fit. Vesper etiam adiectiuum est, unde cum uesperum di-  
cimus neutro genere intelligimus tempus. Plyn. his horæ rigari  
20 di matutina, atq; uespera. Idem, matutinum tempus, ac uespe-  
rum, & uespillo uilis adauerum funerator, qui uespertino te-  
pore eos efferre solebat, qui funebri pompa dua propter inopi-  
am non poterant. Martia. qui fuerat medicus, nunc est uespil-  
lo Diuulus. hic etiam uespillo, & uespa uocatur, & uesper-  
tinum, quod uesperi fit, & uesperna, quo ueteres pro cœna usi  
fuerunt, et uespertilio nocturna uis, uel potius biforme uolucere  
animal, quod se uespertino uolatu proferat, huic pro pennis  
membrana est, sola uolucrum animal lacte nutrit, ubera filijs  
admouens, geminos infantes amplexa uolitat, secumq; depor-  
tat. In abatu culicæ habet gratissimos, & uespe ex insecto-  
rum genere similes apibus, quod uesperi grandiores muscas in  
30 cibo uenentur, & amputatio ipsi capite reliquum corpus absum-  
mant, hæc in sublimi è luto nidos faciunt, & in his ceras, sicut  
crabrones in cauernis, ac sub terra. Est uesparum genus, quod  
Ichneumonas uocant, minores quàm alia, hæc unum genus ara-  
neorum perimant phalangium nomine, & in nidos suos fe-  
runt, deinde illuminant, & ex ipsi in cubando suum genus pro-  
creant. Proprie tamen ichneumon animal est magnitudine fe-  
lis, specæ muris, uulgo nunc murem indicam uocant, nascitur  
40 in Aegypto, & cum aspide pugnat, hæc maxime gloria insi-  
gnitur. Mergit se limo sæpius, sicutq; sole, mox ubi se pluri-  
bus hoc modo corijs loricauit, in dimicationem pergit, & cau-  
da se atollens ictus irritos auersus excipit, donec obliquo capi-  
te speculatus inuadat in fauces. Sed quod mirabilis est, Croco-  
dilum quoque interimit. Hoc quadrupes animal est homini-  
bus terra pariter, atque aquis infestum. Nilus hoc malum pro-  
ducit, cæret lingue usum. Solus ex omnibus animalibus superio-  
rem maxillam mouet magnitudine excedit plerumque duo-  
50 decim cubita, quandiu uiuit, crescere existimatur, uiuit autem  
longo tempore. oua parit quanta anseres, & quadam diuina-  
tione ea semper extra eum locum incubat, ad quem summo au-  
ctu egressurus est nilus, unguibus armatus est, & ceterum supe-  
rius habet contra omnes ictus iuictam, in uentre autem mol-  
lem, ac teneram, quapropter delphini uitæ eorum in ea parte  
insidantur. Habent enim Delphini spinam dorso cultellatam.  
itaq; immanes nilo, & ueluti territi à persecutoribus fugi-  
entes, subeunt aluum, & spina illa descedunt, quo milie-  
re paulatim marcescentibus intestinis Crocodili merium-  
tur. Terribilis hæc contra fugaces belua est, fugax con-  
tra insequentes, hebetes oculos habet in aqua, extra aer-  
60 rimi uisus est, conspecto homine emittit lacrymas, mox  
appropinquantem deuorat. Vnde factum est prouer-



bium. Lacrimæ Crocodili. de ijs, qui sub specie pietatis, homines fallunt. Quatuor menses hyemis sine cibo uiuit in specu. Cū satur est, sopitur i litore. Tum parua auis, quæ trochilos ibi uocatur, in Italia Rex auium dicitur inuitat ad huiusmodi pabuli sui gratia, os primū eius repurgans, mox dentes, prætere a fauces, ad hanc scabendi dulcedinem, quam maxime hiat, in quam uoluptate somno pressum conspicatus ichneumon per easdē fauces in greditur aluū, atq; erodit. E crocodillorū genere, sed minor Ichneumone ē Scorus in nilo similiter natus, præcipuū contra oīa uenena antidotū. A crocodilo crocodilū dicitur, qđ ad crocodilū p̄inet, uel de crocodilo est. Quinil. nō qđ a cerastina, aut crocodiline ambiguitates possint facere sapientem, sed qđ illum ne in minimis qđem oporteat falli. Est et genus crocodili, qđ alio minor multo est, et in terra tantū odoratissimus floribus uiuit, ob id intestina eius diligenter exgruntur iucundo nidore referta, crocodilē uocant oclorū uitij utilissimā. Item Crocodilō herba est chamæleōtis nigra figuram habens radice longa, equaliter crassa, odoris asperi, nascitur in sabuleis. Potest sanguinē p̄narens pellit copiosum crassūq;. Atq; ita lyenē consumere dicitur. Itē ab hespero hesperia dicitur, sic enim et Italia, et Hispania appellantur. Sed cū hesperia tantum dicimus, si gnificamus Italiam. Vir. est locus hesperia graij cognomine dicitur. cū uero ultima addimus, hispania intelligimus. Hora, qđ nunc hesperia uictor ab ultima, Hispania ab hespero occidentali stella dicitur est hesperia. Italia uero ab hespero fratre Atlātis, qđ Italiā a germano pulsus tenuit. et ei nomen uel propriū, uel suæ pristinae regionis imposuit. Ab hoc et hesperides appellata, huius (ut qđā putant) (ut alij) Atlātis filia numero tres. Aegle. Erethusa. Hesperihusa. hæc a mœnissimos hortos colere dicebantur in Africa iuxta Lixon coloniā a Claudio Cæsare deductam, in ijs auriferū nemus esse, cum aureis malis existimabant, custo diri uero a puigili dracone, et quoniā Themis dea prædixerat futurum olim quēdam Iouis filiū, qui ea poma diriperet, anxisse Atlātē pomariū montibus, ne periuū grassatoribus foret. Penetrasse tamen eō Herculem ab Euristheo missum, et occiso dracone aurea mala inde abstulisse. Luca. abstulit arboribus pretium, nemoriq; laborum Alades, passusq; inopes sine pondere ramos, rettulit argolico fulgentia poma tyanno. Ex eo aut datū huic fibulae locum existimant, qđ ibi flexuoso meatu aestuariū feruere mari adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut uiscentibus Procul lapsus anguineos fracta uertigine metatur, et quod hesperidū hortos appellauere, arundet. Est aut insula, quam solā ē uicino tractu aliquanto ex celsiore, non tamen aestus maris inundat. Peruenisse eō Herculem. ara eius, quæ ibi edificata conspiciebatur, inditio erat, nec præter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore illic uisebatur. Alij putant ouū greges ibidē fuisse purpureā lanam ferentes, easq; ab Hercule raptas, et ad Euristheū ductas. Hinc quoniā μῆλον græce, latine ouē dicimus, locum fibulae datū, Oui. mille greges illi totidēq; armenta per herbas errabant, et humum uicinia nulla premebat. Arboreæ frondes auro radiate micantes. Ex auro ramos ex auro poma tegebant. Hesperū promontoriū in Africa est nauigatione decem dierū, ac notum ab Oenochema monte. Venus etiā dea est Iouis, et Diones filia, quæ una fuit ex Nymphis filia Oceanī, et Tethyos, a qua fit Dionæū, quod ad Venere pertinet. Vir. eae Dionæi processit Cæsaris astrū, et Venus ipsa Dionæa appellatur. Idem. sacra Dionæa matri. Hæc Vulcani coniux fuit, et a Marte dilecta est deprehensa aliquādo a sole in adulterio cū illo. quod cum intellixisset Vulcanus, inuisibiles plagas summo artificio fabricatas arcū lectū tetendit, et se lemnon ire simulauit, qua occasione motus mars

ad cubile Venere uenit, ubi cum lasciuire nudī cœpissent, tenuissimis uinculis sese irretitos conspexere. Reuersusq; extēplo est Vulcanus, qđ cum iniuriam acrioribus uerbis exposculet, plurimū ex ijs illuc conuenere, et iter ceteros Neptunus, Mercurius, et Apollo. Dea autem ob pudorē uenire eō noluerūt. Tandem Neptuni precibus placatus Vulcanus remotis plagis uinctos liberauit. Ex hoc adulterio Harmoniā genuisse prodicitur Venus. Eadē dilexit Adonin Cymaræ regis auī sui, et Myrrhae sororis suæ filiū, quem ab apro dum liberius cum insequitur interfectum fleuit amare, et in flore purpureū conuertit. Anchisen quoq; amauit, ex quo apud Simoētū flumen prægnās facta Aenēā genuit. Simois flumen est ex Ida Troiano monte scaturiens, quod iusta Troiā peruectus cum mari propinquat, Xantho cōmsetur alteri Troiæ fluuiū, et in paludem coactus cadit in mare iuxta Sigum promontorium. hoc Troiæ est ita dictum propter Herculis taciturnitatem, quoniā prohibitus hospito simulauit discessum, deinde contra Troiam per silentium uenit, quod græce dicitur σιωπῆ. Vulnerata propterea Venus a Dionede fuit, dū Aenēam protegeret, propter quod imprecatione Diones ob suspicionē commissi ab uxore adulterij, exilium sibi spōte Diomedes in Appulia elegit, et occupato Gargano monte, iuxta radices eius Sipontum urbē clarissimā edificauit, quæ et Sipus Sipontis dicitur, et a græcis ob multitudinem sepiarū, quæ ibi capiuntur, Sepius Sepuntis. Vnde fit Sipontinus adiectiuum a Siponto, et a Sepunte Sepuntinus. Ab eo Diomedei campi uocati in Appulia, qui in diuisione regni, quam cū Dauid fecisse dicitur, ei assignunt, et due insule quæ a Gargani regione sunt Diomedea dicte quarum altera habitatores habet, altera est deserta, in qua disparuisse Diomedem qđam affirmant, et in cœlū sublatum atq; inter Deos relictum fuisse. alij Diomedem ab Aenēa per dolum occisum tradunt, et locat qbus imperauerat occupatū, mortuoq; ab incolis templū in insula, tanquā in numerū deorum relato constructum, socios eius ob dolorem in auers uersos, quæ ob id Diomedea uocatae sunt. has memorant maiorem in modum mites esse, græcisq; in Italiam uenientibus applaudere, ac lætas occurrere, ceteras uero gentes, uel fugere, uel deuotare, uel subuolare ad capita, et tam grauibus ictibus, ut etiam perimant, uulnerare. nam diuis, et grandibus rostris factis ad hæc prælia perhibentur armatae. Fuit hic Diomedes atolia rex. Tydei, et Deiphilæ filius, dicitur a Virgilio fortissimus Danaū, quia Aenēam apud Troiam singulari certamine uicerat. uxorem habuit egalem, quam cum adulterij commisisset cum Cylleboro theleni filio comperisset, natale solum præ pudore sibi perpetuo relinquendum putauit. Fuit et Diomedes alter rex Thracum, seuus uir, ac truculentus, qui equos suos aduenarum carnibus in Tiri oppido pascebat. Sed tandem ab Hercule mactatus equis suis in pabulum appositus est. Diomeda uero phorbantis filia fuit, quam Achilles e lesbio raptam post amissam Briseida concubinam habuit. Cenuit prætere a Venus ex Mercurio hermaphroditum, qui ex utroq; parente nomen accepit, nam græce ἑρμῆς, Mercurius a πόδι τῆς Venus appellatur, hic Androgynus fuit, hoc est utriusque sexus. cuius nominis ratio est, quod græci ἀνδρῶν uirum uocant γυνῆ mulier dicitur. De hoc extat celeberrimum lud Epigramma. Dum mea me genitrix grauida gestaret in aluo, Quid pareret fertur consiluisse deos, Mas est Phæbus ait, Mars foemina, Iunōq; neutrum. Cumiq; forem natus hermaphroditus eram. quærenti letum Dea sic ait, occidet armis, Mars cruce. Phæbus ags. fors rata quæq; fuit. arbor obumbrat aquas. ascēdo, decedit ensis, Quæ tulerā casu, labor et ipse super. Pes hæsit ramis, caput icidit amne, uulq; foemina, uir. neutru.



flumina. ita. crucem. Sed de hoc latius inferius dicemus. Item ex hinc Venus genuit Erycem, ex Ioue patre Cupidinem, quæ alij geminum esse uoluerunt, quod aut honesti amor sit, aut iucundi. Ouid. Alma faue dixi geminorum mater amorum. Alij plurifarium, quod ut infinitæ res sunt, ita infiniti amores. Papius. Et cuncti faciles illi errareis amores. alij ex uenere sola natam cupidinem uolunt. propterea scripsisse Virg. nate mea uires mea magna potentia solus. Et Papium, sed dabitur inueni, cui tu mea summa potestas, Nate cupis. huius sententiæ Simo nides fuit, alij ex uenere, Et Marte. Alij ex ipsa, Et Vulcano, Nonnulli patriæ materiæ, Et primæ rerum naturæ, quæ Chæos dicitur, fuisse filij putant. Sunt etiam qui triplicem esse amorem tradunt. a triplici, qui nobis est affectu, siquid Aristot. scribit aut honesti esse amorem, aut iucundi, aut utilitatis. Apuleius uero Platonicus philosophus primum dixit esse diuinum cum in corrupta mēte, Et uirtutis ratione conuenientem, alterum de generis animi, corruptæq; uoluntatis. tertium ex utroq; pmissum. Hunc M. T. herebi, ac noctis prodidit filium esse. Quisdam etiam gratias ex uenere, Et Ioue genitas scripserunt, alij ex uenere, et libero patre, quæ uis Cicero has quoq; ex Herebo, et nocte ortas existimauerit. Sunt etiam qui Iouis, et eurydome ne nymphæ filias putent, siue eurymones, siue eurymeduses, A. Ioue enim gratia omnis procedit. eurydome autē ἀπό τοῦ ἰουὸς ἀπὸ τοῦ εὐρυδωμοῦ hoc est ab abundanter dando appellata ē. Eurydome ἀπό τοῦ εὐρυδωμοῦ καὶ τὸ ἰουὸς hoc est ab abundanter retribuendo. Eurymeduse ἀπό τοῦ εὐρυδωμοῦ καὶ τὸ ἰουὸς, quod significat rego, quod q. liberales, Et munifici sunt, cæteris imperare consueuerunt. Tres autē esse gratias prodiderunt his, quæ diximus nominibus appellatas. Alij primā. Aglaia hoc est laetitiam, secundam Thalia, hoc est uiriditatem, quia beneficiū semper iuret, tertiam euryrosin, hoc est delectationem nominant. hæc a gratiæ charites uocantur ἀπό τῶν χάριτος, quæ lætitiā significat. Merito enim læteri uidentur Et qui dant, Et qui accipiunt beneficiam. Tres autē ideo esse prodiderunt, quia Et beneficia esse in alios debemus, Et aliorum beneficia suscipere, et ipsi, q. in nos liberales fuerunt, retribuere. Dare aut, Et accipere, Et referre tres actus sunt inter se distincti. Alij ideo dicunt tres gratias esse, quia accipiunt beneficiam cum favore reddi debet, quæ propter solebant ueteres ita gratias pingere, ut una carū auersam faciem teneret, quasi a nobis profecta, diæ uero nos aspicerent, ut duplex nobis beneficiam recipendi debere ostenderent. Propter quod inquit Virg. Nec te certasse priorem peniteat. Nuda etiam pingebantur, quia beneficia suo debent carere, Et nullo uelamine obtegi. Item conuexæ, quia insolubiles esse gratias deat, Et beneficiam semper beneficiam parere, perpetuumq; esse amicitia fœdus. Horatius, sequeq; nodum soluere gratiæ, qui ueneris Et liberi patris filias arbitrantur, hac momentur ratione, q. horum præcipue deorum numeribus gratiæ cōciliantur. Tradunt eas in aedali fonte, qui est Orchomeni Bæoticiæ urbe, lauari, quoniam pura esse beneficia oportet, Et nihil fordium, nullam spem retributionis habere. Ab hoc fonte Venus acidalia dicitur, uel q. inijcit curas, quas gratiæ ἀνοδίας uocant, uel q. ἀνοδίας spicula nominant, quibus utitur cupido. Gratiam ἀπό τῶν χάριτος dictam existimant. Aliquando pro beneficio accipiuntur. Cicero. cum præsertim considerem nullam esse gratiam, quæ uel non accipere animus meus in accipiendo, uel remunerando, cumulā dōq; illustrare possit. A quo gratosus dicitur, ut Cellius sentit, Et qui adhibet gratias, Et qui admittit. Interdū gratia accipitur pro pœna, siue damno. Cicero. ut pro iniuria tam gratia parem et gratiam referret. Nonnunquam pro causa. Terentius. et ea me refutisse hic gratia. Agere gratias est uerbo ostendere nos

memores esse accepti beneficii. Habere gratias est animum, ac mentem gratam habere, Et inuicem gratificandi uoluntatem. Referre gratiam est factio beneficiam, aut iniuriam acceptam compensare. In quo notandum est, q. habere gratiam, Et gratias dicimus, agere gratias non gratiam, referre gratiam, nō gratias, nec unq; ferre probatissimi authores aliter loquuntur. Terentius. Pol. dijs habeo gratias, qd in pariendo aliquot affuerunt libera. Plautus. Malo enim eius gaudij ex parte esse me, quā lenoni gratiam hēre. Cicero. Ma gnas ei meo nomine gratias ages. I. Liui. satiatas tandem complexu filij, renuntiate inquit gratias regi me agere, referre gratiam aliam nunc nō posse, quā ut suadeat non ante in aciem descendat, quā in castra me redijisse audierit. Cicero. cui pro me senatus gratias agendas putauit, ego a me gratiam referendam non putem? Seneca de malo redi potius gratiam, quā referri dicendum putat, Et cōtra rō de bono referri potius, quā reddi. Sed hanc differentiam solus ipse ex cogitauit, Et fecit. Cicero. semper referre usurpat, et in bonum, Et in malum. In bonum, ut in superiori exemplo. In malum, ut in Sallustio. Nā quod inuitata rabie in uxorem, ac filiam meā inuasi, quæ se facilius mulieres abstinerunt a uiris, quā tu uir a uiris, satis docte, ac perite fecisti, nō enim sperasti me mutuum tibi gratiam relaturū, ut uicissim tuos cōpellarem. Nā quod Plancus ad Cicero. scribit, immortales ago tibi gratias, agimq; dum uiuam, nam relaturum me affirmare non possum, profecto gratiam hoc loco subintelligi manifestum est. Quod uero apud Valerium maximum legitur, tibi quidem sexte Pompei dii magis, quos relinquo, quā quos peto gratias referant, certe deprauatum est, Et nos librum peruestum legimus, Et penes nos hēmus, ubi non gratias, sed gratiam est scriptum. Agere etiam, Et persoluere grates legimus, sed apud poetas duntaxat, atq; historicos. Virg. Grates persoluere dignas, Non opus est nostræ Dido, præro autem apud oratores. Cicero. Aliquando post suspexit ad cælum, Et grates tibi inquit summe sol. Ab hoc fit gratulor uerbum, quod est uerbis testor me gaudere. fortuna, ac felicitate alterius, apud eum ipsum, qui affectus est felicitate, aliquando apud me ipsum ob meam felicitatem. ideo ferè postulat datiuum. Quinil. nō efficiet tamen infandum præsentis reatus, idignumq; discrimē, ut misera puella non gratuletur sibi, q. illam pauper accusare non potest. Aliquando tamen authores prætereunt datiuū, cū fuerit pronomen Ouidius, gratulor oechaliam titulis accedere nostris, idem, præstia iuuenit alios, ego me nunc deniq; natum gratulor. Quintus. gratulemur iam qd nulla cauitis fame laborat, illic mihi subintelligitur, hic nobis. Falsum est enim quod quidam tradunt gratulor hic pro grudeo accipi, cum in rebus molestissimis gratulari liceat, utiq; inter falsos amicos. In eadem significatione, Et grator accipitur, sed poeticiam historicamq; est, Vir. inueni germana tuam, gratare sorori. Liuius, tuum sequentes currum Iouis optimi maximi templum gratantes, ouātesq; adire. Gratulari etiam, et grates agere, siue gratari dijs dicimus pro eo, quod est gratias agere, siue supplicare. Liuius, itaq; prætor ex templo edixit, uti æditui ædes sacras tota urbe a piræt, quo circueundi salutā diq; deos. a gē diq; grates, p. totam diē populo ptās esset. Itē triūphantes in capitolium ascē debāt Ioui optimo maximo, cæterisq; dijs gratulari. Nec mirū si gratulari. Et gratari dijs dicimus, quasi ostendere nos illis a g. gaudere, cū salutare et eos dicimus, quasi saluti illis optare, quod nō in dijs, sed hominibus conuenit. Item salutare animas, salutare cineres, et reliquias defunctorum. Virg. Salue sancte parens, iterum saluete recepti nequicquam cineres. A gratulor fit compositum congratulor, Et gratulatur, Et gratulatio, Et congratulatio, Et congratulatio.



Item a gratia fit gratus, qui memor est accepti beneficii, & contrarium eius in gratus. a quibus gratitudo, et in gratitudo derivantur, et grate, atque in grate adverbium, & comparativa, atque superlativa: gratior, & gratissimus, gratius, & gratissime. Item aliud adverbium gratis, quod significat sine merito, sine premio, & gratuitum, quod gratis datur, & gratuito adverbium. Item a gratus fit gratificor, quod est aliud, quia gratum facio, licet utrumque a facio deducatur. Etenim gratum facere est quiddam minus, & prope idem, quod obsequi, & inferuire. Cicero, si huc iuueris, gratissimum mihi feceris, gratificari uero est quiddam maius, & quasi idem, quod beneficium esse, et beneficia conferre. Quapropter deos non gratum facere, sed gratificari hominibus dicimus. Ab hoc gratificus, & gratificatio deducuntur, et Gratidia proprium nomen mulieris neapolitanæ unguentariæ, ac maleficæ, quæ Horatius in epodo Catiniam nominavit. Venus meretriciam artem instituisse dicitur, authorque mulieribus in Cypro fuisse, ut uulgo quæstum corpe facerent, huic Phœnicæ dona ex filiarum prostitutionibus offerre solebant ante, quam uirus coniungeretur. Sunt qui eandem cæli, & diem fuisse scribant, alij solius cæli, & sine matre ortam hoc modo. Nam, cum Saturnus in patrem sæuissimæ ei uirilia abscondisset, & falcem simul, & uirilia proteasse in mare dicitur, haud longe à promontorio Sialia, quod Lilibæum uocant, hinc & promontorium simul, et oppidum Drepanum uocatum, quoniam græci δρεπανον falcem dicunt, uirilia uero sanguinem emisisse ex quo cum spuma maris permixto Venus sit procreata, propter quod Aphrodite à græcis uocatur, quippe ἀπὸρ græca spumam nominant. Macrobius tamen eam solo cæli sanguine ortam scribit, sed spuma maris nutritam. Contra Ouidius, si tamen in medio quondam creta profundo spuma sui, gratumque manet mihi nomen ab illa. Item Vir. apud quem sic loquitur Nepunus. Fas omne est Cytherea meis te fidere regnis, unde genus ductus. Gestabat manibus concham, quod ea uelut dicebatur in insulam Cyprum, et in Cytheram urbem exisse, à qua Cytherea uocata est, quæ uis cythera una etiam sit ex cycladibus insulis, & ut Laertius scribit, Lætonia insula, quæ prius Porphyris uocabatur. deinde dicta est cythera neutro genere, & numero plurali. A cythera fit cythereus, quod ad uenerem pertinet. Cytheris autem nomen fuit libertæ Volumnij, quæ gallus amasse dicitur. Virgilius eam Licorim nominat. Et cythorus mons Asiae minoris buxo fertilis, quæ uento mota undarum æstus imitatur. Virg. & innat undantem buxo spectare cythorum. Quidam uenerem non in hanc urbem primum exisse, sed in paleaphon aliam eiusdem insule urbem affirmant, à quo Paphia dicta est, & ab insula cypro cypria, in qua primum ei templum constitutum fuit, uel ἀπὸ τοῦ νέου, quod est parere, quia hæc dea parturientibus præsidebat. Eryana etiam dicitur ab Eryce monte Sialia, in quo templum ei construxit Eryx filius, de quo Ouid. Sed dea nec patitur sic ad sua munera cogi, colle sub umbroso, quam tenet altus eryx. & Papinius, exultat uisu, te etisq; potentis alumnae, non secus alma Venus, quæ si paphon æquore ab alto, idaliisque domos, eryanisque templa subiret. Idalia quoque appellata est ab Idalo monte cypri. Quod concha in cyprum uelut sit, ipsa testatur apud Papinium, dum de Violantilla stella uxore loquitur. Hæc & caruleis mecum consurgere digna fluctibus, & nostra potuit considerare concha. Hoc genus conchæ est, quam margaritas producere supra memorauimus. Nulla certe dignior tribui ueneri poterat, & ob candorem, & ob leuorem, & quia partus earum sunt margaritæ, mulierum ornatu præcipue conuenientes, hinc huiusmodi conchæ cytheriæ dicuntur. Martia. Lemior o conchis galle cythe

riacis, item erycinæ Propertius, et uenit è rubro cœcha Erycina mari. Nec mirum est talem deam concha uelut cum inter cœcharum genera Nerite sine per maria nauigantes præbentes cœchanam sibi partem, alteram uero flanti auræ instar ueli apponentes. Dicitur etiam Venus lingua asyriorum Myluta, ut testatur Herodotus in eius tutela columbam esse, curruum eius à cygnis duca, rosam inter flores, et inter arbores myrtum, et sacras esse. Myrtus arbor est, cuius duo genera, satua, & syluestris, & in utraq; latifolia, bacas fert saporis præcipui, ex quibus unum fit, quod Myrtidatum uocant. Item generosum obsonium, quod dicunt myrtatum. nam myrtetum locum myrtis constitutum dicimus, obtinent & piperis uicem, & pro hoc usi ueteres produntur ante, quam piper reperiretur, ad inunctus quoque adhibentur, præsertimque ad saporem aprorum commendandum. A myrto myrteum dicitur, quod ex myrto est. Myrtea uerbena Romanos, Sabinosque, cum propter rapta uirgines dimicassent, depositis armis pacificatos fuisse commemorant eo in loco, qui postea signa habuit ueneris cluacinae. Cluere enim ueteres pugnare dicebant, & myrtinum eiusdem significationis. Plyn. oleo myrtino illitum statim resoluitur. hęc quoque in hac arbore suffimenti genus ideo electa, quia Venus & coniunctioni pariter, & huic arbori præesse existimabatur. In antiquissimo Romuli delubro sacra myrta fuisse dicitur. ante ædem ipsam longissimo tempore, altera patricia appellata, altera plebeia fuit. & ara ueneris ueneri myrteæ, quæ postea myrtina dicta est. quidam huius arboris genera ita distinguunt, ut sit candida, nigra, & conuialis. hæc tertia à conuigijs appellata est, quod sit ex illo cluacinae genere, cuius uerbena sedatum est bellum propter coniugia ortum. Syluestris myrtus est, quæ supra diximus rusticam, & chamæmyrsinem, & oximyrsinem uocari. Satuarum genera topiarij, ac coronarij faciunt. Tarentinam folio minuto, nostratam patulo, exotica densissimo. coniugalem putat esse, quam dicimus nostratæ. Bacæ si non siccantur, oleum genuit. Eri gra fit unum, siccata usque in ariditatem in umbra, deinde nullo indita. Quin et oleo quidam uini sapor inest. simulque pinus liquor, quod præcipua uim habet ad uina corrigenda, facias ante pressis, retinet enim fecem, nec præter purum liquorẽ trāsire patitur, & se comitem præbet præcipua commendatione liquato. Virgus quoque huius arboris gestatas putent uiatori pedum in longo itinere mire prodesse. Posthumus libertus in consulatione, qui primus omnium onans in gressus est urbe, quoniam relecter sine cruore gesserat, myrto ueneris uictoris coronatus incessit, unde mos inoleuit, ut omnes myrtea corona uterentur, excepto M. Crasso, quod fugitiuus laurea coronatus est. Curru quoque triumphatis myrtea corona usus fuisse quæ prodiderunt. Papyrius Maso, quod primus in monte albano de Cosis triumphauit myrto coronatus cyrensis ludos spectare solitus est. M. Valerius duo coronis, hoc est myrtea, & laurea utebatur. Myrtilus uero Mercurij filius Myrtoum pelagis pars maris ægri nomen accipiens à Myrtilo, qui eofertur proiectus fuisse. Myrsus proprium nomen est, sic enim uocatus fuit Cædauus pater, quod Myrsillus dictus est. Itẽ Myrsus Peloponnesi oppidum fuit. Sunt qui tres ueneres fuisse affirmant, unam cæli, et diem filiam. Alia est cæli pudendis, & spuma maris genitam. Tertiam Iouis filiam, et Diones, hæc ut amorum gratiarumque ita pulchritudinis, & deliciarum, & uoluptatis omnium dea est. Unde uenus aliqui pro libidine, et eouandi appetitu ponitur. Seneca. quod in uenerẽ prior esset. Teren. sine cerere, & libero friger uenus, à quo uenerus pro libidinoso accipitur. siue pro eo, quod stella ueneris subiectus est, hinc uenerẽ utriusque sexus hoc est mare simul, ac famina esse finxerunt, quod in utroque sexu uobis libido graffetur. Propterea ueteres uenerẽ non deã solũ, sed etiam deũ nominabant,



Vir. discedo, ac ducēte deo flammam inter hostes ex pedior. Neg. enim dea legendum est, ut pleriq; faciunt, sed deo. Si-  
 gnūm etiā eius cypri fuisse legitur barbātum corpore sed ue-  
 stimulēbri, cum strepro, ac statura uirili Aristophanes eam  
 non Aphroditem, sed Aphroditon nominat. Levinus ita scri-  
 psit. Venerē igitur alium adorans, siue feminis, siue mas est.  
 ita ut alma noctiluca est. Philochorus quoque eandem scri-  
 psit esse lunam, & ei sacrificium facere uiros cum ueste muli-  
 bri, muliēres cum uirili, quod eadem & mas existimatur, &  
 foemina. Itē Veneris pro pulchritudine capitur. Quintil. quod  
 cum gratia quadam, & Venerē dicitur. Plyn. quorum opa, cū  
 admiraretur, collaudatis omnibus. deesse ijs unam illam uene-  
 rem dicebat, quam græci charita uocant, ab hoc, ut Cic. scri-  
 bit, fit uenustas, hoc est pulchritudo, & uenustus pulcher, &  
 uenusto uerbum orno, & uenuste aduerbium pulchre, Venu-  
 stioratio est, quæ cum gratia quadā, ac uenere dicitur Horū  
 contraria sunt inuenustus, hoc est sine decore, & inuenusto de  
 decoro, et inuenuste sine decore. Item a uenio uenia, qđ optanti  
 adueniat. est enim uenia remissio culpæ, & condonatio erro-  
 ris. Quintilia. Peccati ueniam peto, & errare hominis est, &  
 ignoscere patris. Male quidā indulgentiam pro uenia capi-  
 unt, & indulgere pro ignoscere. in quo theologi nostri frequē-  
 tissime labuntur, indulgere enim est obsequi, & aliqd (ut ita  
 dicam) delicate concedere, & indulgentia est mollis, & delicia  
 te permissio. Quintil. Mollis illa educatio, quam indulgentiā  
 uocamus, nervos omnes & mentis, et corporis frangit. V eniā  
 tamen aliquādo pro indulgentia accipitur. Cicero. dabitis mi-  
 hi hęc ueniā, hoc est indulgebitis, concedetisq; mihi. Teren. da-  
 pater ueniā, sine te exorem, & cum ueniā tua dicimus, hoc est  
 cum pace tua, et te pmitte. Per metaphoram quoq; aliquādo  
 indulgere ponitur pro delicate intendere, et spatium maius da-  
 re. Vir. indulge hospitio, causasq; innecte morā di. idem sin tu-  
 mulis acclime solum, collectiq; supini indulge ordinibus, aliquā-  
 do pro facile eē, & clementem. Cicero, magnus uir in primis,  
 & qui indulgens in patrem idē seuerus in filium. Ab hoc fit  
 indulgentior, & indulgentissimus. & aduerbia indulgenter,  
 indulgentius, indulgentissime. V eteres pro indulgentia indul-  
 gentiā dixerunt. Sisenia, Bassus assidua indulgentia uictus. A ue-  
 nia fit ueneror, quasi ueniā oro. a quo ueneratio. uenerabilis.  
 uenerabundus. uenerandus. ueneratus. ueneranter. uenerabi-  
 liter. de qbus supra diximus. Indulgeo dictum existimat qua-  
 si inde algeo. Algere enim frigere ē, tractum ē a græco ἀλγῶ,  
 quod proprie significat doleo. Ponitur tamen etiam pro frigido,  
 cum frigus nihil aliud sit, quā dolor qđam membrorum rigore  
 conceptus. Qui ergo indulgent hoc est delicate aliqd permit-  
 tunt, quod imodo frigescent, non urgent, non sollicitant. Ab al-  
 geo alger deducitur, hoc est frigus. rigor. et Algidus mons ab as-  
 siduo frigore appellatus est. Hora. quæq; a uentinum tenet al-  
 gidumq; et ab hoc quoq; sylua Algidia dicta est, huic moti sub-  
 iacens, in cuius ingressu lacus est Regillus, apud quē A. Posthu-  
 mius dictator prospere aduersus Tarquinum superbū patria  
 eiectum, et Latino. Romanis bellum inferētes pugnauit. Ve-  
 teres alger pro algere dixerunt. Lucilius, morbis, algerq; fameq;  
 Item a uenio uena, quod per eā ueniat sanguis. est enim uena  
 conceptaculum sanguinis, quod αἷον græci uocant, mu-  
 si, cōfusiq; cum spiritu naturali, in quo plus sanguinis est, &  
 minus spiritus. differtq; ab arteria, quod hæc conceptaculū est  
 spiritus naturalis misti, confusiq; cum sanguine, in quo plus spi-  
 ritus est, quā sanguinis. V ena immobilis est, exploraturq; emittē-  
 di sanguinis gratia. Arteria uero motu, atq; pulsū suo habi-  
 tum, & motum februum demonstrat. & quod a medicis  
 uocatur ipsa intentio motus, & remissio in corde, nō arbitraria,

sed naturalis. Per metaphoram etiam uena in terra dicuntur  
 subterranei meatus, p quos unda manat, aut alius liquor. V n-  
 de uenas argenti, & auri dicimus. A uena uenofum dicitur ue-  
 nis turgentibus plenum, & uenenum, quod per uenas eat, dif-  
 fertq; a toxico. Nam toxica proprie sunt, quibus sagittæ tingun-  
 tur, dicta quasi toxica a taxo arbore, hæc abieti similis est, sed  
 minus urens, graciliq; & tristis, nullo succo, bacas fert, qui-  
 bus letale uenenum inest. præcipue in Hispania. V asa etiā uia-  
 toria ex ea facta ad afferendum uinum mortifera esse comper-  
 tum est. Hanc quidam simlacem a græcis uocari dixerunt, et esse  
 in Arcadia tam præsentis ueneni, ut si qui sub ea dormiant,  
 cibum ue capiant, moriantur. Innoxiam fieri putant, si in eā  
 arborem clauus æreus figatur. V enenum uero generale uoca-  
 bulum est ad omnia, quæ naturam eius, cui adhibita sunt, mu-  
 tant. Plyn. Galbanum aduersatur uenenis, maxime toxicis cū  
 myrrha, et uino. Caius iuriconsultus sic scribit, qui uenenum  
 dixit, adicere debet bonum, uel malum, nam & medicamēta  
 uenena sunt, quia eo nomine omne cōtinetur, quod adhibitum,  
 naturam eius, cui adhibitum est, mutat. græci Pharmacia uo-  
 cant, nam & apud eos tam medicamēta, quā quæ nocent,  
 hoc uocabulo significatur. Vnde Pharmacia dicitur  
 medicamentorum uenditores, Quinetiam medicamē-  
 ta ipsa & bona, & mala appellantur. qui ppe & amatoria, et  
 incantationes mala medicamēta sunt, & a ueneno ueneficia  
 uocantur, & ueneficia dicuntur, non modo qui uenena, aut toxi-  
 ca conficiunt sed etiā qui incantationibus, exorcizationibus, et  
 ceteris malis artibus utuntur. a quo fit compositum Triuene si-  
 cas, hoc est excellens ueneficus. Plau. muscus adhuc triuene si-  
 cas uenenum etiā aliquando uirus significat. hoc est sūmā,  
 unde Virgi. pro colore purpureo posuit, qui eius conchæ sū-  
 ma est. Alba neq; a syrio ficatur lana ueneno. Item a uenenu  
 fit uenenosum, unde serpentes uenenosos dicimus. & uenena-  
 tum, in quod coniectum est uenenum, & ueneno uerbum, hoc  
 est ueneno contumino, quidam etiam uenenarias muliēres di-  
 xerunt, quæ parant, aut conficiunt, aut uendunt uenena. Itē  
 a uenio uenor. proprie enim uenari est indagare feras, et quasi  
 circūuenire, propter quod ueteres uenari, & passiuē pro cir-  
 cūueniri posuerunt. Ennius, teneor correpta, & undiq; ue-  
 nor. A quo per metaphoram uenari etiam capimus pro capta-  
 re, hoc est artificio quodam, & solertia querere, et uenor lau-  
 dem. uenor gloriam, quod etiam aucupari dicimus, cum pro-  
 prie aucupari sit auers capere. A quo aucupium, & aucupa-  
 tio, et aucupator, & aucups, qui auers captat. A uenor uenatio  
 dicta notæ significationis, & uenaticus canis, quo feras perse-  
 quimur, sicut indagator dicitur odoratus, & sagax. Vir. Et odo-  
 ra canum uis. proprie tamē odoratus est, q olet, hoc est ex se odo-  
 rē mittit, ut flos odoratus, q aliunde odorem accipit, ut  
 odoratum tēplum. Odorator q odorē sequitur, ut canis. idē, &  
 odorificus dicitur. hoc est odorē sequēs. sagax aut canis dicitur,  
 quasi acute sentiens. Sagre enim ueteres acute sentire dicebāt.  
 Cic. Sagre enim sentire acute est, ex quo sagæ anus q multa  
 scire uolunt, et sagaces dicti canes. Is igitur q ante sagit, quā ob-  
 lata res est, dicitur præ sagre, id est futura ante sentire. Hinc ma-  
 nifeste ostenditur error Acronis, q sagam muliēre scribit incan-  
 tatrice dicta, atq; maleficā, ab eo, qđ satis agit. Melius Festus, sa-  
 ga ingit mulier est perita sacrorum, & uir sapiens. Et Nonus,  
 sagæ dicuntur foemina ad libidinem uirorū indagatrices, unde  
 & sagaces canes dicuntur ferarum, uel animalium quaestores.  
 A præ sagando præ sagium, hoc est præ sensio, et præ diuinitio  
 deducitur. A ueteribus præ sagatio uocabatur. Cic. inest igitur  
 in aīs præ sagatio extrinsecus inuicta, atq; iclusa diuinitus. Itē a  
 uenoy uenator, ac uenatrix, et uenatio, et uenabulū. uenatiū te



lum latissimum aciei longissima. Virgil. supra uenabula fertur. & uenatus pro uenatione. & uenatorium, quod ad uenationem pertinet, unde uenatoria instrumenta dicimus, & uenatorium poculum. Item a uenio, seu uento uenter, quod uentet in eum abus, deinde in aluum delabatur. Capitur enim uenter pro eo, qui uidetur. Iuuenalis, Montani quoque uenter adest abdomine tardus, uic uentrem ficere dicimus ex porrigi, a similitudine praegnantium mulierum. Vlpianus, si quando inter aediles binas paries esset, qui uentrem ficeret, ut in uicini domum semipedem, aut amplius procumberet, a quo oportet ius non esse illum parietem ita porrectum, insinuum mihi esse uitiose. Sed proprie uenter est, ubi cibi conficiuntur. Subest stomachum habentibus caeteris simplex, ruminantibus geminus, sanguine carentibus nullis. In homine est ad nexus infimo stomacho similis canino. Stomachus enim intestinorum principium est neruosus a septima spina uertebra incipiens. A quo fit stomachor uerbum, quod & fistidio. et cum stomacho dicere aliquid, uel ficere dicimus, hoc est cum indignatione, siue fistidio, & stomachosus, qui facile indignatur, ac cuncta fistidit, & stomachose fistidit. A uentre uero fit uentriculus diminutiuum. Cornelius Cel. uentriculus autem, qui receptaculum cibi est, constat e duobus tergoribus, usque inter lienem, et iecur positus est. utroque ex ijs paululum super eum ingrediente. Homini, & cani stomachus inferiore parte angustior est, propter quod sola haec animalia facilius euomunt, quia repleto propter angustias stomacho supprimuntur abus, quod ijs accidere non potest, quorum spatiosa laxitas eum ad inferiora transmittit. Ab hoc uentriculo lactes in oue, & homine sunt, per quas labitur abus, in caeteris animalibus haecilia sunt, quibus caetera intestina ad aluum. illa quidam ab ima dicta existimant, quae pars chartae est tenuissima. non autem ab inuoluendo potius appellata existimamus. quippe apud graecos ελωμα inuoluo significat. inuoluta enim inter se esse haec manifestum est, in singulari ille dicitur. Ennius tamen ad risum mouendum artem spernens ilium dixit. Tu ut Hector ab ilio nunquam recedis. Ilium regia fuit Priami, quae & Troia a nomine regionis minoris Asiae cognominata est mille quingentis passibus distans a portu. ab hoc Homerius opus suum de bello Troiano Iliada nominauit. ab Ilio Iliacus deducitur, & Iliades troia. e. ilione maxima fuit filiarum Priami. Ilioneus proprium nomen. Iliam mater Remi, et Romuli. ilys graece limus dicitur. illyrii siue illyris Prouincia est, cuius latissimi fines sunt. hinc Italiam. illinc Germaniam, inde Macedoniam. Thraciam. & Epeyrum habes. hinc Adriaticum sinum, inde Danubium flumen. ab eo illyricus deducitur. a Troia tros deriuatur. Virg. tros, tyriusque mihi nullo discrimine agetur, & Troianus. Idem, troianasque simul, & troicus. Idem, & troica castra. & troius. Idem, et troia graeca perundas. Item troiugena. Ennius, troiugenas bello claros. Troe ce nus proprium uiri nomen est. hic thrax fuit filius Cradi. unus ex ijs, qui tulerunt suppetias Troianis aduersus graecos. Troia etiam ludus puerorum equestris fuit. Suet. de Caesare. Troia lusit turma duplex maiorum, minorumque puerorum. Item locus in agro laurente, in quo primus Aeneas cum suis constitit. Troiam duo insignes amnes exornant. Maeander dicitur, quod flexum fluminis eius similem habeat, non dissimilem ab opere labyrinthorum, chlamydulis, adalligatam. Varro. mihi facies maeandrata, & uinculata, atque adeo grandis. Virg. uictori chlamydem auratam, quam plurima circum purpura Maeandro duplici meliboea circum. alius medio umbilico adnexa omnibus est, ab alendo dicta. in homine ille infima parte est simile suillo, a graecis colon, ubi dolorum magna causa, qui ab hoc dicitur colica. colum etiam morbus ipse uocatur, quae primus

in Italia sensisse Tiberius princeps dicitur. cum antea eest ignotus. angustissima aluus canibus est, ob quam causam uehementi nisu, nec sine cruciatu eam exonerant. uentres elephantum quatuor sunt. in iuuenatrum secundo uentre nigricans thophye peritur instr pile rotundus, nullo pondere. singulare (ut putant) remedium aegre parientibus. item a uenio fit uenum quae si uenit. a quo fit uenundo, quasi id in, quod uenimus, debinc uenundatio, quae est permutatio rerum, & contractus ex conuentione proueniens. a uenundo fit detractus duabus literis uendo eiusdem significationis, cuius frequentatiuum est uendito. ab hoc uendito. & uenditor. & uenditrix. & uendibile, quod modo si significat id, quod facile uendi potest, modo id quod populare est, et uulgo gratum, unde uendibilis oratio dicitur, et uenditatio pro ostentatione ponitur. Cicero. quin etiam mihi quidem laudabiliora uidentur omnia, quae sine uenditione, & sine populo teste fiunt, & nuquandulus. a quo nuquandulus. de quibus alibi diximus. a uenum ueneo deducitur, quod significat uendor, quasi uenum eo hoc est, ex conuentione in alium transfero. a quo fit uenale. quod uendendum est. aliquando uenalis capitur pro sordido, & auaro, qui pecuniae gratia seipsum uenderet. Sallustius, o urbem uenalem, & cito perituram. uenales etiam si nihil aliud addas, dicuntur serui nouitij, qui ad uendendum expositi sunt. seruorum enim alij nouitij sunt, alij ueratores. Vlpianus, praecipunt aediles, ne uerator pro nouitio ueneat, & hoc edictum fallacis uenditorum occidit. ubique enim curat aediles, ne emptores a uenditoribus circumueniantur. praesumptum est enim ea manapia, quae rudi sunt, & simpliciora esse, & ad ministeria aptiora. trita autem manapia, & ueterana difficile est reformare. & ad suos mores formare, quia igitur uenalarum sciunt facile decurrere ad nouitorum emptionem, idcirco interpolant ueratores, ne pro nouitijs uendant. Quintilia. item quod commune est & alijs nomen intellectus aliquid rei peculiariter attribuitur, ut urbem Romam accipimus, et uenales nouitios, et corinthia era, cum sint urbes aliae quoque, et uenalia multa, & tam aurum, & argentum, quae corinthiuhinc uenalitym dicitur, uel corpus ipsum, uel uenditio, uel locus, ubi nouitij uenduntur. Paulus. nam quicumque ex uenality nouitorum emptus alicui ministerio praepositus sit, statim enim ueratorum numero esse. uenality quoque adiectiuum est. Pomponius. quod si familiam domesticam uxoris, aut uenality parauit. hinc uenality appellati mangones, & uenditores nouorum seruorum. a ueratorum seruorum nequitia ueratores etiam appellati sunt callidi, atque astuti, quibus mihi similis ueri uidetur ueratorem proprie astutum, ac uersutum dici a uenista multarum rerum cognitione, indeque seruorum ueritum, et ueratanum ueratorem uocari. item a uenum fit uendico, quasi conueniens mihi dico. est enim uendico (ut ita dicam) approprio. Quintilia. rusticus petit partem bonorum, orator totum sibi uendicat. uindico uero a uis, & dico compositum est, quasi uindico. uindicare enim proprie est ulcisci, unde uindicta dicitur quoties iniuriam, contumeliam uel illatam punimus, & uindex ultor iniuriae, & uindictio ipse actus ultionis. ponitur tamen aliquando uindico pro eo, quod est ab iniuria, contumelia uel, si uel iactura. defendo, & libero. Cicero. & est senectus natura loquacior, ne ab omnibus eam uitij uideat uindicare. item protraho, & in libertatem assero. a quo uindicta dicta est uirga, qua serui libertate a praetore donabantur. uis modo uirritatem significat. Virg. multa ui muniet Albam, modo possibilitatem. idem, non ea uis animo, neque tanta superbia uictis. aliquando uiolentiam idem, quae uis in manibus applicat oris. idem, uis humana quotannis maxima quaeque manu legeret. ab hoc fit uolo, quod est corruptio, contumino polluo, & quasi uim infero quod proprie



quod proprie de uirgine dicitur. a quo inuolutus. hoc est in-  
 temeratus. & inuolutabilis. & uiola per antiphrasim. quasi mi-  
 nime uiolata. uel quod non uiolanda. uel a uiolendi. quamuis  
 aliqui per diminutionem a graeco *uolam* dicitur uel  
 uolentis. qui uim facit. & uiolentior. ac uiolentissi-  
 mus. & uiolenter aduerbium. & uiolentia. & uiper a serpen-  
 tis genus. quod ui pariat. nam corrosis lateribus exeunt pulli  
 cum matris interit. a quo uiperinus. Plyn. e uiperina carne fi-  
 unt eberiacas passilli. & uehemens. acer. a ui. atq; in peni men-  
 tis (ut Gellius tradit) a quo uehementia. acritudo. & uehemē-  
 ter acriter. quorum comparatiua. & superlatiua sunt uehemē-  
 tior. uehementissimus. & uehementius. uehementissime. et uinu-  
 lus illecebrosus. quasi uim faciens. Plau. compellando. blandi-  
 ter osculando oratione uinula. uenusta. uel impudentius. et in-  
 uinus. qui per uim aliquid facit. a quo fit aduerbium inuite. cu-  
 ius comparatiuum est inuitius. Cicero. quem ego paulo sciebā.  
 uel inuitius. nolo enim dicere de tam suauis homine fisti diosiu-  
 us. & inuito. quod est pronoco. allicito. & quasi uim facio. Vir-  
 gilius. Celeri certare sagitta. inuitat. qui forte uelint. Cicero. ad  
 quem fruendum non modo non reuertat. uerum etiam inuitat.  
 atque allecat senectus. ponitur tamen aliquando inuito pro  
 delecto. Virg. inuitat genialis hyems. curasq; resouit. aliquan-  
 do pro repleo. Plau. mirum. si inuitauit sese in caena pluscu-  
 lum. ab hoc inuitatio. & inuitamentum. et inuitator. quidam  
 inuito putant dictum. quasi non uito. uitare enim cauere est.  
 immo plus. quam cauere. & a ui dicitur. quasi ui auerteret. a  
 quo uitium dictum. quod proprie id est. qd uirtuti opponitur.  
 graeci *uaitar* uocant. quod uitandum. ac fugiendum sit.  
 unde uitiosi homines dicuntur flagitiosi. quamuis uitiati sint.  
 qui uitium aliquod in corpore patiuntur. sic enim uitiū. a mor-  
 bo distingunt. ut morbus sit habitus quidam contra naturam.  
 qui uisum rei facit deteriore. ut febris insania. quae a graecis  
 phrenesis dicitur. morbi sunt. uitium uero perpetuum est. ut ca-  
 citas. eludicatio. in corda morbus cum accessu. discessuq; est.  
 uitium perpetuo manet. potest tñ qui morbosus est. etiam uito-  
 sus dici. sed non e contrario. eum. qui uitosus est. necesse est  
 dici morbosum. Equus mordax. et calatro uitosus. non morbo-  
 sus est. claudus uero aliquo ictru factus & morbosus dicitur. &  
 uitosus potest. ab hoc fit uitiose. aduerbium. & conuuium. qd  
 est maledictum cum contumelia. Cicero. maledictum autem ni-  
 hil habet propositi. praeter contumeliam. quae si petulantius ia-  
 ctatur. conuuium. sin facietus. urbanitas nominatur. inepte sa-  
 ne Labeo inuisum sulum conuuium putat a concitatione. uel a  
 conuenu deriuatum. & id esse. quod cum clamore publice fi-  
 at. item a uito uitupero fit. nihil enim aliud est uituperare. q  
 uito aliquid dare. quod aperte ostendit Ter. nam. cum dixis-  
 set. nunc quae rem uito dent. quae so animaduertite. paulo post  
 subiungit. id est uituperant factum. ab hoc fit uitupero uitupe-  
 ronis pro uitupatore. et uituperatio. quod. si cum uerbo uenio  
 iungatur. & alijs similibus. passim accipitur. Cicero. ut pro-  
 pter eum in sermonem hominum. atq; in tantam uituperatio-  
 nem ueniret. & uituperium. Cicero. uel et a uito dictum uitu-  
 perium. item a uito uitiligo. ut quidam existimant dicta. ut  
 alij a uitulo propter candorem membranae eius. qua nascitur in-  
 uolutus. uitiligo. quamuis per se nullum periculum affert. ta-  
 men feeda est. fit ex malo corporis habitu. eius tres species sunt.  
 alphas uocatur. ubi color albus est subasper. & non continuus.  
 ut quaedam graecae. quasi dispersae esse uideantur. ab hoc Alphe-  
 us nomen sumpsit amnis Pisas. graeciae urbem praeterfluens.  
 Strabo. *φασί δ' ἐκ τῶν ἀλφειῶν ἀπὸ τῶν τῶν ἀλφῶν διεκρίσας*  
*ἰσομάθου.* hoc est. tradunt autem & Alpheum amnem.  
 quod Alphas creet. ita nominatum. ab Alpheus fit alpheus ad

iectiuum. unde Pisea alpheia dicitur Virg. hos parere iubent al-  
 pheae ab origine Pise. urbs etrusca solo. Melas colore ab hoc dif-  
 fert. quia niger est. & umbræ similis. caetera eadem sunt. leu-  
 ce habet quidam simile alphi. sed magis albidæ est. & altius  
 ascendit. in eaq; albi pili sunt. et lanugini similes. omnia hæc  
 serpunt. sed in alijs celerius. in alijs tardius. priora curacione  
 non difficillimam recipiunt. ultimum uix unq; senscit. ite ui-  
 tiare a uito fit. quod proprie est uirginem uiolare. Plau. is pu-  
 ellam uti arat. ponitur tamen aliquando pro sedare. A pile-  
 utroq; oculo uitiatus. hinc corpore uitiatus dicimus. qui caeci. uel  
 manca. uel claudi nati. facti ue sunt. aut aliud huiusmodi uitiū  
 patiuntur. aliquando uitium pro errore ponitur. Plyn. librū  
 uitijs plenum. hoc est erroribus. item pro peccato. Seneca. siquid  
 uitiū commisit. quando uirtuti opponitur uitium. sic defini-  
 tur. uitium est habitus animi naturæ modo rationi repugnans.  
 quemadmodum uirtus describitur animi habitus naturæ mo-  
 do rationi consentaneus. a uito fit uito. & deuito eiusdem  
 significationis. & uita bundus. quod Sallustius pro uitas po-  
 suit. mari uita bundus classem hostium ad oppidum pro-  
 uenit. et uitositas pro ipso uino. & uitiatio uolatio. &  
 secundum quosdam uinum. quod uim inferat uenti. quam-  
 uis alij a graeco dictum malint. quod est *uino*. de-  
 duciturq; ἀπὸ τοῦ οἴνου quod est uino. imagnor. quod.  
 qui copiosius biberit. multa imagantur. quae non sunt. ab hoc  
 fit oenophorum uas uinarium. & oenigena. uino genitus. &  
 Oenotry populi Italiae. quorum regio Oenotria dicitur. q ibi  
 optima uina nascuntur. et oenant he uitis labrusca. flores uina  
 colligitur. cum optime olet. sicutur in umbra substrato linteo.  
 atq; in cados conditur. ex alba labrusca praestantior. quam ex  
 nigra. ab hoc oenant hiniū deducitur. de quo partim diximus.  
 partim dicimus. a uino uero fit uinolentus. hoc est ebriosus. ui  
 no se ingurgitans. & uinosus eiusdem ferè significationis. Plyn.  
 uinosus. iatro uinosos dicit homines. qd soli animalium non sitiē-  
 tes bibunt. & uitis a ferendo uino. a quo uitigineum. quod ex  
 uite fit. ut uitigineum simulachrum. et uiticulum. ca preolus ui-  
 tis. Plyn. frutex folio ederae minus. tamen longis uiticulis. &  
 uitarium. uitiū seminarium. unde est apud Columellam titu-  
 lus de uitiario faciendo. et uitisator. qui uites ferit. unde Satur-  
 nus uitisator dicitur. Virg. uitisator curuam seruans sub ima gi-  
 ne filcem. & uindemia a uino demendo. unde fit uindemia  
 uerbum. & uindemator. qui uindemiat. item uindemator.  
 quod sydus est. tertio nonarum martij apparet. quo tempore  
 flant septentrionales uenti. in primis Caesar notauit. quo tem-  
 pore ubique coeli ratio patitur. terram ad uineae satum. uer-  
 bere bipalio oportet fossas purgare. aut nouas facere. uindemia  
 tamen. & uindematio. etiam ad alia transferunt. nam. et mel-  
 latio. hoc est collectio mellis. uindemia. & uindematio uocatur.  
 quod apud auctores frequentissime inuenitur. Plyn. prima  
 mellis uindemia melior. & uinea locus uitis consitus. ite ma-  
 china bellica a lignis leuioribus. lata pedibus octo. alta septē.  
 longa sexdecim. cuius tectum munitione duplici tabulatis. cra-  
 tibusq; contextitur. latera quoq; uimine se pinnat. ne saxorum.  
 ac telorum impetu penetrentur. extrinsecus autem ne immisso  
 cremetur incendio. crudis. ac recentibus corijs. uel centonibus  
 operitur. quemadmodum superius latius ostendimus. & uine-  
 tum. ubi multae uites. seu multae uinae sunt. et uinitor. rusticus  
 uinearum cultor. Virgilius. iam canit extremos effectus uini-  
 tor anters. et uinalia dies festus. quo uetres nouum uinum Ioui  
 libabant mense Aprili. ab Aenea Ioui uonus. quado Mezentius  
 superauit. et uinarium. quod ad uinum spectant. unde taber-  
 na uinaria. uas uinarium. in quibus aut uenditur. aut tenetur  
 uinum. et uinacea substantiuum plurale. quod significat gra



na uinae iam pressae. et uinaceus adiectiuum. unde uinaceo grano legimus quendam suffocatum, id est acino uinae. etenim in ceus finit nomina materiam significant. ut Herbaceus. Maluaceus. Betaceus. i. ex materia herbae. Maluae. Betae. proprietate materialia sunt, quae in eis desinunt, et haec ab illis ita differunt, quod illa magis totum significant, haec partem, ut puta creteum, et arundineum dicimus, quod ex corpore, ac materia cretae, et arundinis est. cretaeum uero, et arundineum, quod natum, aut positum est in creta, sine arundine. ut cretaeus ager. et arundineus furculus. et creteum uas, atq; arundinea fistula. nomina uero, quae in eis desinunt. descendunt ab habentibus. t. in ultima syllaba, si a nominibus sunt, significant materiam, ut stramentitius. pauimentitius. cratitius. si uero a superioris passionem quamdam. ut fictitius. commentitius. pignoratitius. foeneratitius. conductitius. ascriptitius. dedititius. ratio fictitia. et commentitia, quae ficta, et ad tempus commenta, et cogitata est. res pignoratitia, aut foeneratitia, quae data est pignori, aut ad foenus pertinet. domus conductitia, quae conducta est. homo ascriptus, deditusq; qui ad aliquam rem ascriptus est, et qui ex numero eorum est, qui se in alterius imperium dederunt. aliquando tamen haec omnia ex ceptionem patiuntur, ut puta Bliteum dicimus, non quod ex blito est, sed inutile, ac nullius pretij. Blitum enim herba est uulgo nota. ineri, ac sine sapore, aut acrimonia ulla. unde conuitium foemnis apud Menandrum faciunt mariti, Bliteas illas uocantes, in quo nostri quoq; poet. eum imitati sunt. Pla. blitea meretrix. Laberius, bipedem bliteam beluam. Plau. a seruo seruitritium usurpauit. uir summe populi. stabulum seruitritium. scortorum liberator. item a uis fit uerbum uiuo, quasi uim, et uigore habeo. a quo uiuus, cuius comparatiuum ueteres usurparunt uiuor, et uiuissimus, hoc est magis uiuens, et maxime uigens. iter dum in uiuus ponitur pro naturali. Virgil. uiuo praeteruehor hostia saxo. interdum pro eo, qui uim aliquam habet. unde uiuum lapidem dicimus ignarium, quod uim habet emittendi ignem. ferrum uiuum, quod a magnetis uirus accipit, et aliud apprehendit ferrum, ut supra diximus. item argentum uiuum uocant illam liquoris aeterni ex eo lapide fluentis, qui in argenti uenis reperitur. nonnunquam etiam pro ualido, et uehementi. Virg. paulatim abolere Sicheum incipit. et uiuo tentat peruertere amore. a quo semiuuum, quod modo significat seminortuum, modo debile, et uigoris exigui. item uiuatus, et uiuidus pleni uigoris. et uiuidior, ac uiuidissimus, et uiuax. ualidus. uigorosus, cuius comparatiuum est uinacior, et superlatiuum uinacissimus. et aduerbium uinaciter, et uinacitas nomen, hoc est uigor. et (ut ita dicam) robur, quam et uinaciam ueteres dixerunt, et uiuadix uitis, quae cum radice feritur, quasi uiam radicem habens. Plyn. solo spisso non nisi repastinato, nec nisi uiuadixem feri. id est, in arido solo uiuadix quoq; frustra feritur. Columella sationis autem duo genera. maleoli, uel uiuadix, et in prouincis magis maleoli. neq; enim seminarijs student, nec usum habent facendi uiuadixes. hanc sationem cultores Italiae pleriq; improbauerunt, cum pluribus dotibus praestet uiuadix. nam minus interit. cum, et calore, et frigis, et ceteras tempestates propter firmitatem facilius sustineat, deinde adolescit maturius quo euenit, ut celerius quoq; sit tempestiua edendis fructibus. potest tamen maleolus protinus inuicem uiuadixis conseri, soluta, et facili terra. et uicte frequentatiuum cuius aliud frequentatiuum est uictio, quod significat non frequenter uiuo, sed uicior, et quasi uictus uitor, ut Sarmatae uictuunt lacte uictus uerbo, quod et ipsum a uiuo deducitur, continetur omne id, quod ad cibum, potumq; pertinet, non autem ad ornatum. unde frequenter haec duo co

iuungere solemus. uictum, et uictum. uictus etiam genus uita significat, quantum ad mores. a quo fit conuictor. hoc est simul uiuo. uictum a cibo sic separatur Donatus, ut abibus sit, qui et a de licatis. et abibus, uictus uero in paruis, aridiq; alimonis sic constitutus. Teren. lana, et tela uictum queritiam. Veteres uictus in genituo dicebant. Varro, Primum de refamiliari. Secundo de uictus consuetudine differam. Tertio de disciplinis priscis. Item a uiuo conuiuium. Cicero, bene enim maiores nostri accubationem epularum, quia uita conuictionem haberent, conuiuium nominauerunt, melius, q; graeci, qui hoc ipsum, modo compositionem, modo concatenationem uocant. hoc est modo *επιμαρτοριον*, modo *συνδαιτυριον*. ab hoc conuior, quod est conuiuium facio, et conuiuia. qui ad conuiuium uocatus est. et conuiuator, qui ad conuiuium inuitat. conuisiones uero, hoc est compotiores, non a conueniendo, sed a combibendo dicti sunt, quasi combibiones. item a uiuo rediuuium, quod ex uetusto renouatum est rediuita uero est, cuius iuxta uigores se soluit, nam rediuita solueret est. graece *καρπορυσια* dicitur, nisi *καρπορυσια* ulcus oculi est, qd in digitis nascitur iuxta uigores, et morbus oculi, qui latine uignis uocatur. Item uiuarium, locus in quo uiuae feruae tenentur. uis sunt huiusmodi septis maiores nostri, et a leporibus leporaria quoq; appellatur. Varro, leporaria te accipere uolo, non ea, quae tritum nostri dicebant, ubi soli lepores sunt, sed omnia aedificia. septa. uillas. quae inclusa habent animalia, quae pascuntur haec antiquiores robora- ria etiam appellari uoluerunt a tabulis roboreis quibus septae erant ante, q; manibus angerentur. huiusmodi uinaria duo inter cetera tua immortalia opera tu diue Federice fecisti, muris. aedificijs. inclusijsq; nemoribus. montibus. uallibus. fontibus. am- 30 nibus. cum antiquitate certantia, in quibus omne ferarum genus inclusum, ut quoties fert animus, honestissimo uenationis labore exercere te possis, ubi omnium speciosissimum est cerne- re te asturone insidentem, et cum pi medio non ansicentem fer- ras, sed sine manu, seu uerita go, eas modo huc, modo illuc uertem, et ubi ad piscendi tempus est succurrentem, ac fugam dan- tem spatium, ut canes simul, ac uenatores eludas. loca etiam in quibus uiui pisces pascuntur, uinaria dici possunt. proprie ta- men appellatur piscinae sicut a piaria loca, in quibus aluei a pi- um tenentur, quae mellissones etiam, et mellaria nominantur. ue- 40 a uiuo uiuadix dicitur uitis, quae cura radice feritur, ut supra sa- tis disseruimus. ite a uiuo uiuaria animalia parua quidem, sed ma- gni uigoris et mustellaru genere. haru eni duo genera sunt, alte- rum uulgarium, atq; minoru, quas domesticas dicimus, quia no- biscum in domibus uersantur, et musculos uenatur feliu modo, uenaturq; ijs adolescentes ad extrahendas ex parietum nidis auiculas. haec graece dicuntur *μαστα*. in quo magnus graeco- ru omnium error est, non modo praesentium, sed et oium, qui- iam quingentis annis in literarum studijs sternerunt. quippe omnes existimant *μασταν* felis esse, cum *μασταν* sit mustel- 50 la, qd infiniti pene testimonij probari potest, quoru nos pauca quaedam afferemus. Aristoteles libro nono de animalibus in por- do selenia uia interiacet, cuius ultra alteru latius gignitur gale, citra alterum gigni non potest. Plyn. in pordo selenia. in sula ma- mustella non transfuit. ite Aristoteles in nouo, serpens aequae- gales, ac suis aduersarius est. Gales quidem, quod sub eodem tecto uersantur, uictuq; ex iisdem necessario querunt. suis uero, quia ab hoc animalibus deuoratur. ite gale cornicis inimica est, qd- pe quae oua eius, et pullos uiolat. Plyn. inimica mustella, et corni- x. ite anguis, et mustella. haec certe ad felem referri non pos- sunt, cum nec felis, et cornicis aliquid eode sit, nec ferre multu felis, et serpenti. contra uero mustella, et cornicis uidos saepe diripit, et uisa frequenter est cum serpente pugnare. unde a gale piscis 60 quidam



quidam dictus est Galeus idem, et alios quidem piscis sed Pa  
 stinatus praecipue sicut in terra Mustella serpetes. Aristoteles,  
 Gale quosdam dicitur natura cum serpente est. Plyn. Mustella cum an  
 gubus uisae sunt pugnare, quoties ictae sunt, rutae folium mor  
 su apprehendentes. item Aristoteles, quin et Gale prudenter ca  
 pere auers uideatur. iugulat enim qua ceperit, ut lupus ouem.  
 serpente et i pugnat, eum praecipue, qui mures uenatur, ui  
 delicet ea ca, q. ipse quoq; mures persequitur. Dioscorides, Ru  
 tam uenenis resistere Mustellae docent, quae cum serpentibus,  
 quibus uicinarum gratia infestae sunt pugnatur. cibo eius  
 armantur. praeterea Plyn. basilisco inquit Mustellarum uirus  
 exitio est. interficiunt eos cauernis sola tate, qd certe referri ad  
 felers no pot, quae nec uersantur in cauernis, nec ingredi eas  
 facile possunt, nec uigilant uiculas, ut Aristoteles de Mustel  
 lis dicit, sed dilanitas deuorant. Item Aristoteles, ghyres hie  
 me cubant astate ex pergisuntur. idem faciunt Mustellae. hoc  
 quoq; nemo est, qui ad felers referre audeat, animal quocumq; te  
 pore uigilantissimum. Mustellis uero hoc accidere compertum  
 est, quod ipsi quoq; coem pns in hunc usum utriusq; generis Mu  
 stellis, aliqui ex pnti sumus. Item Aristoteles, alijs inquit osseu  
 genitale est, ut Lupo. V l pia. Ictidi. Gale. nam haec quoq; osseu  
 um het. Plyn. genitale osseum est Lupis. Vulpibus. Mustellis,  
 quoru ueramenta etiam calculo humano remedia praecipua sut.  
 poterat sane hoc unum Aristotelis, ac Plynij testimonium ee,  
 ad refellendam eorum opinionem, qui Galelem felem esse con  
 tendunt, quis enim felem in qua uidit genitale osseum habentem?  
 Est illis quidem genitale carneum, callosumq; ut caernis  
 animantibus. Mustellis uero u l lupis, uulpibus, Ictibusq;  
 osseum est. nam quod dicunt quidam magnum argumentum  
 esse, ut Gale Felis sint, quod foetus suos de loco ad locum ore  
 plerunq; transferunt, quod a felibus fieri quotidie cernimus,  
 certe hoc ipsum dicitur de canibus possit, qm et ipsi ore tra s  
 ferunt fetus. uidimus certe ipsi hoc aequae a Felibus, et Cani  
 bus, et Mustellis aliquando fieri facile etiam hoc ipsum com  
 prehendi, a fabulis poetarum, finxerunt enim Alcmenam. cu  
 Iunonis indignatione, quia Heraclem ex Iouis adulterio con  
 ceperat, parere non possit, iamq; dolores, quos continenter se  
 ptem diebus, noctibusq; perpessa fuerat, a gre toleraret. Luc  
 nam quae praesse paribus dicitur, supplicem inuocasse, hanc  
 uero subornatam prius a Iunone, uenisse eo, et in ara ante fo  
 res regiae constitisse. hic cum nexis manibus Reginae partum ca  
 nendo retardaret, intellexisse regiam ancillam, quae Galan  
 this uocabatur, mironq; astu Dea eluisse. uenisse quippe ad ea  
 nisi, ac latina gesthentem, et soluta iam partu Regnam men  
 tendo confixisse. qua re intellecta, admiratione simul, ac dolo  
 re conata deam re soluta manibus surrexisse, tunc subito Alc  
 menam sine ullo cruciatu Heroclem enixam, Lucnam uero, ad  
 eo commotam, ut mox Galanthidem in animal sui nominis,  
 hoc est in Galen, id est Mustellam transformauerit hac addita  
 poena, ut ore quo praecipue peccauerat, perpetuo pareret. serua  
 re propterea hoc animal colorem ancillae pristinum, cui flau  
 fuerant crines, et in domibus nobiscum, ut ante uersari, eade  
 strenuitate esse, oreq; parere, quod Naso his uersibus eleganter  
 expressit. una ministrarum media de plebe Galanthida flaua  
 coma: aderat. idem, numine decepto risisse Galanthida fama  
 est. ridentem, pressamq; ipsis dea sena capillis traxit, et e ter  
 ra corpus lenare uolentem, arguit, inq; pedes mutauit brachia  
 primos. Strenuitas antiqua manet, nec terga colorem amifere  
 sum, forma est diuersa priori, quae quia mendacia parientem  
 inuerat ore, ore parit, nostrasq; domos, ut et ante frequentat.  
 haec sane omnia mustellae conueniunt. a Felibus autem sunt  
 aliena. his enim nullus est certus color. quaedam albae sunt. aliae

10  
20  
30  
40  
50  
60

nigre. aliae rufae. aliae uariae. Mustellae omnes flauae sunt in i  
 feriori duntaxat parte albicantes. uersantur nobiscum in usde  
 edibus, nullumq; est aequae strenuum animal. postremo, qd de  
 nullo alio legitur, ore pariunt, quod uerum, nec ne sit dubitari po  
 test, quia fortassis parientem Mustellam nemo uidit. de Fele  
 certe falsum esse dubitari non potest, quod animal parere multi  
 saepe conspexerunt. confirmat hoc ipsum Aelianus antiquissimi  
 scriptoris auctoritas, qui in libro de animalibus Gale hoc mo  
 do describit κακόν θηρίον ἤγαλλῃ κακὸν δὲ καὶ ὀδύρι. οὐκ οὖν  
 ὄταν μέλλῃ γαλλῆ ὄφει μάχεσθαι πηζανόν διατραυσσοπρότερον,  
 εἴτα μὲν τοὶ διαβαρροῦσα ἐπὶ τὴν μάχην. pernitiosa inquit  
 belua Gale est, pernitiosa etiam serpens. quia ob rem Gale cum  
 serpente dimittatur primo rutam degustat. deinde intrepida  
 init praelium. enim uero pernitiosum animal nequaquam de Fele di  
 xisset, quo nullum mansuetus. Mustellam uero merito dici per  
 nitiosa potest, cum propter alia multa, tum quia (ut Aristoteles,  
 et Plyn. referunt) Fel duntaxat eorum contra aspidas est ef  
 fiata, caetera sunt uenenum, quod et de felibus dici minime po  
 test, quibus multi hoc tempore pro delictatissimis epulis utun  
 tur. nulla igitur dubitatio est Galen non Felem (ut falso creditum  
 habentis fuit) sed Mustellam esse. alterum genus est sylue  
 strium Mustellarum, quae longe domesticis maiores sunt. a grae  
 cis ictides uocantur. Aristoteles, ictus syluestri Mustellae genus  
 est magnitudine melitenis catelli, sed pilo sae. albedine par  
 tis inferioris, et morum astutia Mustellae simile est, mansue  
 scit maiorem in modum. officit aluearibus (Mellis enim uida  
 est) uers etiam petit, ut felis. Genitale eius osseum est, et medi  
 camento urinae stillationibus esse putatur sed syluestrium quoq;  
 mustellarum duo genera sunt, alterum sub uentre rufesat. Mar  
 tem appellant. Martialis, uenator capta Marte subibus adest.  
 alterum candidius est, et uiuerratio. Plyn. leporum ge  
 neris sunt, et quos hispania caniculos appellat fecunditatis  
 innumeram famemq; balearibus insulis populatis messibus af  
 ferentes. certum est balearicos aduersus prouentum eorum au  
 xilium militare a Diuo Augusto petisse. magna propter uena  
 tum eorum uiuerris gratia est. immutunt eas in specus, q sunt  
 multiformes in terra, unde et nomem animalis, atq; ita cie  
 ctos superne rapiunt. utrunq; genus graeci γαλλὰς ἀγρίας.  
 nostri syluestres Mustellas nuncupant. Strabo. πρός δὲ τὸ  
 μέτριον ἀρῆνται πλείους θύραι καὶ δὴ καὶ γαλλὰς ἀγρίας, ἢ ἡλι  
 βὺν φέρε, φέρουσι πέντε δὲ φρωτῶντες παρῖαν εἰς τὰς ὄδας,  
 αὐδ' ἐξέλιπον ἐξω τοῖς ὄνυξιν ὅς ἀν κταλάβωσιν ἢ φέρειν ἀνα  
 κάσιν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐκπεσόντας δὲ θηροῦσιν οἱ ἐφρωτῆτες.  
 Vbi uero inquit mediocritas ad sit, plures re pte a sunt uenatio  
 nes. itaq; de industria mustellas a gressis afferunt, quas edu  
 cat Africa, quas quidem siniculis capistratas intra foramina  
 dimittunt. illae uero quos capiunt unguibus extrahunt, aut in  
 apertum fugere compellunt et gressos uenantur persequentes. a  
 Mustella fit Mustellinus adiectiuum. Plynius, effectum mu  
 stellum adipis dicemus alio loco. Felis uero proculdubio id ani  
 mal est, quod nobiscum in domibus frequentissime tenemus ad  
 murum uenatum, et a graecis αἰλῆρος dicitur in quo simi  
 liter pleriq; ex latinis errauere, putantes Felem id animal esse,  
 quod supra diximus ictida generali nomine uocari. specia  
 li uero Martem dicit. graeci autem usq; adeo omnes hoc de Aelu  
 ro senserunt, ut nobis merito liceat gloriari, quod primi omni  
 um tam uulgatum in lingua eorum errorem deprehenderi  
 mus. est igitur Felis, quem uulgo catum nominamus, nec meo q  
 dem iudicio inepte. ueteres enim catum astutum dicebant, et  
 quod nos in praesentia catum. a quo Catones primo uolunt  
 appellatos. Cicero, sed homo catus nunquam terminat, nec ma  
 gnitudinis, nec diuturnitatis modum. idem quis igitur pruden  
 m ij



tem, & (ut ita dicam) catum, nō ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet? Astutissimum autem esse hoc animal præclare ostendit Plyn. feles inquit, quā silentio, quā leuibus uestigijs obrepunt auiibus, quā multo speculatu in musculos exiliūt. excrementa sua obruunt terra, intelligentes odorem illum indicam sui esse. sed in finibus penē testimonis probari potest felē apud nos, apud grecos Aeluron id animal esse, quod dicimus catum. Cicero, ipsi quorum uanitas uidetur Aegyptij nullā beluam nisi ob aliquam utilitatem consecrauerunt, uelut ibim, quod maximam uim serpentium conficiat. crocodilum, quod terrore arceat latrones. Felem quod pelle eius scita contegant. Ichneumonem quod non sinat serpetes maximam eius regionis pestem augeri. idem, Aegyptiorum morem quis ignoret? quorum imbuta mentes prauitatum erroribus, quamuis carni fia. nam potius subiret, qui ibim, aut Aspidem, aut Felem, aut Canem, aut Crocodilum uiolent. Herodotus. *πυρκαϊὸς δὲ γινόμενός ἐστι πρῶτα καταλαμβάνει τὴν αἰλουροῦ. οἱ μὲν γὰρ αἰγυπιοὶ διακρίντες φυλακὰς ἔχουσι τῶν αἰλουρῶν ἀμελήσαντες σβενύουσι τὸ καὶ μέγρον. οἱ δὲ αἰλουροὶ διαδόντες καὶ ὑπερβρώσποντες τὸς ἀνθρώπους ἐσάλλονται ἐς τὸ πύρ. τῶν δὲ γινόμενων πένθεα μέγαλα καταλαμβάνει τοὺς αἰγυπιοὺς. ἐν ὅτε σὶδ' ὄν οἰκίρσιν αἰλουροὶ ἀποθνήσκουσι ἀπὸ τῆς αὐτομάτου. οἱ γινόμενους πάντες εὐρέονται τὰς ὄφεις μόνος.* Facto inquit incendio, Feles diuino numine corripiuntur. nam diuisi Aegyptij ignem sinunt arde re, Felesq; obseruant. illæ subeuntes, hominumq; cœtum transilientes conferuntur in ignem, quapropter Aegyptus magno afficitur luctu. cum uero in domo aliqua Felē perire contigerit, domestici omnes sola supercilia radunt. Aurelius, & felis instar exeuntes ē rimulis mures uenatur. Plyn. Pica arborum catuatores sunt scandentes in subreptum felium modo. idem. feles coeunt mare stanti, foemina subiacente idem. feliu & ichneumonem etas ferē, quæ canum. idem, Felium & Canum genera uiuunt anis senis. Aristoteles, Aeluri, et Ichneumones tet numero pariunt, quot Canes, uescunturq; eisdem, uiuunt circiter annos sex. hæc certe de Cato dici dubitari non potest. item Plyn. Nocturnorum animalium maxime Felium, in tenebris fulgent, radiantq; oculi, ut contueri non sit. idem, tradunt sinu ragdi genus uisum implere, quem non admittant, felium, pantherarumq; oculis similes, nāq; & illos radiare, nec perspicere eosdem in sole hebetari. umbris resulgere, & longius, q̄ ceteri nitere. idem felibus lingua imbriatæ asperitatis, & limæ similis, attenuansq; lambendo cutem hominis. Aelianus Aelurorum mas quidem libidinosissimus est, foemina autem amatissima prolis, fugit coitum cum maribus, quoniam semen emittunt calidissimum, & quasi ignem genitalia adurens. hoc cernens mas communem foetum dilaniat. illa uero prolis desyderio mares libidine ardentes adit rursus. tradunt autem Aeluros quæcunque mali odoris sunt aspernari, ac fugere. hinc uē trem exoner aturos primo Scrobem facere, deinde excrementa emittere, terrāq; tegere. Herodotus. Aelurorum foeminae quidem partu edito mares rursus non admittunt. hi uero optato coitu potiri nequeunt. hæc cōmiserantur. eripiunt foeminis, & subducunt catulos, eosq; interficiunt, interfectos tamen non calcant. foeminae catulis orbatæ, & nouæ prolis auidæ, ad mares accedunt. est enim animal prolis studiosissimū. a Cato Catulus dicitur per diminutionem, qui proprie significat Cati, hoc est Felis filium propter sagacitatem. V arro, Catulus a sagaci sensu, & a cato. hinc Canis dicitur tamen, Catuli ferarū omnium, siue immanium siue mitium filij. Virgilius de Colubro. Catulos tectis, aut oua relinquens. Plyn. Simæ gestant Catulos, quos mansuefactæ intra domos peperere. idem, raptor ap propinquante tigridis fremitu abiicit unum ex catulis. idem,

murum quoq; Catuli ostentum faciunt. Idem, Delphinum catulos nominat, quod huiusmodi piscis etiam feras aliquando appellat, quod scæui sint, & non oua, ut ceteri pisces. sed filios pariant. Lacertarum quoq; & cæterorum serpentum filij Catuli dicuntur. a Catulus fit aliud diminutiuum Catellus, et foeminino genere catella, & catulinus. catulinam carnem esita uisse Romanos Plautus ostendit, & Catulos lactentes adeo pueros existimarunt ad cibum, ut etiam ad placanda numina hostiarum uice uterentur. Catulus etiam aliquando pro cane accipitur. Apuleius Catulos secum dicens uenaticos, atq; sagaces. unde Catularia porta Romæ dicta est, quia nō longe ab ea ad placandum caniculae sydus frugibus inimicum rusæ Canes imolabantur, ut fruges flauescens ad maturitatem perducerentur. & catulire uerbum, qd̄ est gestare, & coitum maris appetere. Plau. cum meam uxorem uidi catulientem. Laberius catulientem lupam scripsit coitus appetentem. hinc catulo dicitur, cum canes mariteri querunt, quo tempore etiam terra aperitur, ut V arro testatur. Plynius, catulitionem rusticā uocant gestente natura femina accipere, eaq; animam inferente omnibus satis. est etiam Catulus genus quoddam uinculi, quod interdū Canis appellatur. Plautus, faciam te delicatum, Catulo ut accibes ferreo. Cati fons dicebatur, ex quo Aqua Petronia in Tyberim fluebat, quod in agro cuiusdam erat Cati. Catulus etiam nomen proprium est. a quo fit Catulaster, sicut ab Antonio Antonia ster. sunt autem huiusmodi nomina in aster, & astra, et astrum desinētia non diminutiuā, ut aliqui putant, sed potius imitatio. neq; enim ea ratione dicitur Oleaster Pina ster. Metastrum. Siliquastrum. quod sit parua Olea. parua Pinus. parua Mentha. parua Siliqua. Sed quod syluestria sint. Oleam. Pinum. Mentam, Siliquamq; imitantia. & Filia ster quo quidā pro priuigno ueniunt, non paruus filius, sed qui imitatur filium & Parasitaster, non paruus parasitus, neq; enim dicitur a comico Parasitaster parvulus, sed qui imitatur Parasitum. Cicero, hic nos ter Antonia ster est, idem omnino solet esse Fulua ster, id est Antonij, Fuluij; imitator. & Aurelius Philosophastrum dicit non paruum philosophum, sed quasi imitatore philosophorum, & Filiastram priuignam quasi filia imitantem. duo tamen nomina sunt, quæ diminutionem quandam significare uidentur. Surdaster, & Reualuaster, quorum alterum significat diminutionem surditatis, alterum qui non toto capite, sed sola fronte caluus est, quasi reualuus. Pullastra non paruum pullam significat, sed paruum gallinam, eodem modo Pullaster, quo aliqui utuntur, non paruum pullum, sed ipsum pullum significat. sic etiam Catulaster, non paruum catulum, sed ipsum catulum. a Catulo (ut V arro iquit) Canis dicitur latrabile animal, nū forte ut tuba, & cornua, quod signū canendo dente, canere dicuntur, sic, quia & noctu canis in custodia, & in uenando signum uoce dat, canis dicitur est. quem admodum quod uoce indicant, nocte q; latent, latrare dicuntur. unde & latrans, quod factitio uerbo baubatis dicitur, & baubare latrare. Lucretius. & cum deserti baubabant in Adibus omnes. a Canis caninus dicitur. Plyn. Sanguine canino nihil contra toxicā præstantius est. idem, si quis linguam caninam in calcamento pollicis subditam gesserit, non latrat a canibus. idem, est uermiculus in lingua canina, qui uocatur Lytta, hic si infantibus catulis eximunt, nec rabidi fiunt, nec fistidium sentiunt. canini etiam dentes, qui distinguunt duplices ab acutis dicuntur. & Caninum prandium uocatur abstemium, in quo nihil uini potatur. quoniam canis uinum non bibit. Item a Canis canarius, unde canarij dicti sunt gentes circa Atlantem Africae montem habitantes, quod uictus eius animalis h̄s promiscuus sit, & uiscera ferarum diuidua, & canaria



Lapa genis Lapa exiguae, quae canibus adheret . nam quae aliquando maior est Philanthropos appellatur, quod uestibus hominum adherens eos amare uideatur. eadem uocatur a priu-terium uero genis Personata nominatur, nascitur iuxta riuos, & flumina. graeci enim ἀρτιον nominant. folia habet ampliora cucurbitis, & hirsutiora, nigriora q; & crassiora. hac propter amplitudinem foliorum uti ueteres solebant, ad personatos faciendos, propterea personata dicta est, qd persona sit facies conficta, ut alibi latius differemus. graeci quoque eam simili nomine uocant προσωπίτιδα. Galenus, ἀρτιον ὁ δὲ καὶ προσωπίτιδα καλεῖσθαι. ὁ δὲ τὰ φύλλα τοῖς τῆς κολοκύνθου ἴσθι ὁ μοιότατα, πλὴν ὅσον μείζωτε καὶ σκληρότερα. Arctium inquit, quod & personatam uocant, cuius folia Cucurbitae simillima sunt, nisi quod maiora sunt, & duriora. qui prope πρῶτον graeci personam significat. Vnde prosopeia appellata est figura, cum persona aliqua fingitur, ut puta cum in animatum loquitur ad animatum. Ouid. qui modo nasus fueramus quinque libelli, tres sumus. uel quod animatum ad inanimatum. Horat. quod amplius o mare o terra ardeo. Prosopeia Insula est in delta Nili, in qua est Atyrbechis Oppidum, ut testatur Herodotus. item a canis antiquis, de quo inferius dicemus, qui graeci procyon nominatur. Cicero, anticamem procyon grato qui nomine fertur. item caniculus diminutiui hoc est paruus canis, cuius foeminiuum est canicula. a quo canicularis adiectiuum. canis sydus est leporem fugientem sequens, posterioribus pedibus diuiditur ab hyemali circulo, pedem dextrum orionis pene suo capite contingens, occidens oriente Sagittario, exoriens cum Cancro. habet in lingua Stellam unam, quae proprie appellatur Canis magna quidem, & splendida. in capite autem alteram, quam nonnulli Sirion appellat. Sirius stella est in medio centro caeli, ad quam cum sol peruenerit, duplicatur aestus, & nimio calore languent mortalium corpora, latine canicula dicitur. a qua caniculares dies uocati. Sirius aliquando pro aestate ponitur, ut bruma pro hyeme. Papius, hic Sirius alget, bruma tepet. dicitur ἀπὸ τοῦ σερραίνω, quod est arefacio exsiccō, quia tum maxima siccitas est, amnibus, ac fontibus deficientibus, uel ἀπὸ τοῦ σαρπῶ mutatio ne a litere in i. σαρπῶ enim hiare est, quod per aestu praecipue canes faciunt, quo tempore plerunq; in rabiem conuertuntur. canem hunc dicunt ab Ioue olim Europae custodiae datum ad Minoam peruenuisse, hunc Procrim cephalis uxorem, cum forte in agritudine inuadisset sanasse, & pro eo beneficio canem dono accepisse, quod studiosa erat uenationis, et huic cani concessum fuerat, ne praeteriri ab aliqua fera posset. post eius obitum canem ad cephalum peruenuisse, quem cum Thebas secum duxisset, uulpe cui datum fuerat, ut canes omnes effigere posset, interficere uoluisse, quapropter Iouem consilij ambiguum utrunq; in lapidem commutasse. nonnulli canem Orionis fuisse dixerunt, hunc, quod uenandi studiosissimus fuisse cum ipso cane inter sydera trans ferri meruisse. orion ut Hesi. scripsit neptuni filius fuit ex Euryale Minois filia, alij prodiderunt Hircum quendam senem fuisse, qui cum apud Thebas, ut Aristonicus refert, uel in Chio insula, ut Pindarus placet, Iouem, ac Mercurium hospito accepisset, petijt ab ijs, ut aliquem sibi filium concederet habuisse enim se olim coniugem, cui morienti promiserat, se aliam non ducturum, optare tamen se filium a tebat, quem sibi heredem posset relinquere, hoc ut facilius assequeretur bouem eis immolauit, carnemq; ad uescendum apposuit. illi uero accepto bouis corio, in illud mixere, terra q; inuolutum texerunt. Vnde natus est Hiero filius, quem ab uro (ita enim graeci uirnam uocant) Vriona, dei de mutatione unius litere Oriona nominauit. Ouid. tunc super iniecta texere

madentia terra, iamq; decem menses, & puer ortus erat. hunc Hircus quia sic genis, uocat Vriona, perdidit antiquum littera prima sonum. hic ergo cum adoleuisset, ingens uenator euasit, & a Diana in comitem assumptus est. Idem, ille Deae castos ille Satelles erat. ueruntamen usq; adeo uenandi studio elatus est, ut dicere ausus sit, nullum gigni animal posse, quod ipse non superaret. quapropter uolentibus Dijs, emisit terra paruum animal scorpionem, a quo superatus occubuit. Lucanus, ille minax nodis, & recto uulnere, saeuus teste tulit caelo, uicti decus Orionis. uoluit hic aliquando Pliadibus uim inferre, et ut Callimachus refert, Dianam quoque uitare contendit, propter qd sagittis ab ea confixus est. Horat. tentator Orion Diana uirginea domus sagitta. sunt qui hunc a Ioue. Mercurio, ac neptuno genium uelint eo modo, quo diximus, & immensi corporis uenatorem fuisse, qui cum aliquando a rege hospito susceptus fuisset, uitare illius filiam uoluisse, quapropter oculis ab illo fuisse orbatum. cum itaque caecus Orion cōsuleret quomodo reciperere oculos posset, responsum ei fuisse, ita demum posse luminibus instaurari, si per Pelagus sic contra orientem pergeret, ut loca luminum radijs solis semper offerret, quod ille hoc modo effecit. nam cum audisset strepitum Cycloporum, arma Ioui fabricantium sono ad eos ductus, unum ex his super humeris superposuit, & eo duce Oraculi iussa compleuit, nec immerito fingitur per medium pelagus ire potuisse, qui & uasus corpore, & aliqua ex parte a Neptuno genium erat. Virgilius, quā magnus Orion, cum pedes iacet medijs, per maxima Nerei stagna, uiam scindens, humero supereminet undas, aut summam referens, amosam montibus ornum, ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit. sunt etiam, qui Icarum canem fuisse asseruerunt. Item a canis Cathena (ut quidā putant) quod canem teneat. proprie enim cathenam eē existimant, qua canes ligantur, licet ad alia quoq; transferatur. ab eo diminutiuum fit cathenula, et catheno uerbu, qd est ligo. inuoluo. a quo conatheno compositum. item cathenatum aduerbiu, ad canis similitudinem, sicut suatum ad similitudinem suis, bonatum ad similitudinem bonis. canis etiam, et canicula talaris ludi si grum est, quae admodum superius ostendimus, quidam etiam recentiores fellelem, siue catum, musionem uocant a muribus persequēdus enim graeci pro quo ipse mus dicimus, exiguum animal est, incola domus nostrae, rosor omnium rerum, unde a sono quae rodendo facit, latine etiam Sorex uocatur, quamuis aliqui murem a sorice ita distinguunt, ut Mus domesticus sit, Sorex syluestris. Columella, si Serpens, aut Mus, Sorexq; in mustum ceciderit. Plynus, Sorices & ipsos hyeme condi author est Nigridius. sicut glires mure ueteres praecipua animalia in ostentis habuerunt. arrosis lauiis clypeis argenteis marsicam protendere bellū. Carboni imperatori apud clusium fascis, quibus in calcari utebatur, exitium. oacenus soricis auditis Fabio maximo dicta ueram C. flaminio magistratum equitum deponendi causam praebuit. plura huiusmodi animalis genera sunt. alij lata fronte, alij acuta, alij herinaeorum genere pungentibus pilis. scribit Theophrastus, in Gyaro insula, cum incolas fugauerunt, ferrum quoque rosisse, quod in aurarijs quoque metallis crebro facere inuenti sunt. ob hoc exciduntur alui eorum, semperq; furum deprehenditur, tanta est eis dulcedo furandi. cum candidi prouenerunt latum faciunt ostentum. uendium fuisse Murem ducentis munis constat, obsidente Cassilimum Annibale, eumq; qui uendiderat, fame perijisse, emptorem uero uixisse. a mure Mus Araneus dicitur, exiguum animal, atque leuissimum, quod aranei modo tenuissimum filum, & gladij aciem conscendit. graeci a Mure, & Mustella, quod utriusque similis sit μυρῶν uocant. uenenatus huic est in Italia mor



sus, tradunt equos, & iumenta, si herbas, in quibus hoc animal uirus emiserit, de pascanur. statim exanimari. itē a Murre Mustella quasi longior mus, & Musculus diminutiuum, quō modo paruum murem significat, modo articulum, in quo nervorum capitula sunt. item murinus, unde murinum sanguinem, & murinam carnem dicimus, & muscerda murum stercus, & muscipula laquei genus ad capiendos mures, & muricida ignauius, stultus, a muribus cadendis. Plautus muricade homo ignaue. iners. nam muriginem a mora, & deridendo dictū uolunt. est autem muriginer. desidiosus. & muriginari dare est. a Sorice uero soriceus deducitur, & soricanus, unde soricianos deters dicit Plau. cognatū huic et simile aial Glis est, et ipsum sensiferum, cui uariaria in dolijs, quē admodū et apris Fuluius Lippinus instituit. sed censoria legis princeps. Qu. Scaturus, & Marcus in consulatu suo non alio modo canis ad emere, quā in conchyliis, aut ex alio orbe coniectas auers. in ijs notatum non con. gregari nisi popularis eiusdem sylua, & si musca antur alienigena nisi uel amne, uel monte discreti, interire dimittendo. genitores suos senecta fatigatos in signi pietate alunt. item a uiuo semper uiuum deducitur. herba est, quae graece Anison dicitur. aei enim semper significat. Quō uiuo. huic herbae datum est a natura, ut humidum, uiridēq; semper durare possit folio carnosio, leniatq; oblongo. duo eius genera sunt, maior in fictilibus uasculis feritur, quod aliqui Buphthalmion a similitudine, hoc est bouis oculum uocant. Bous enim bos est. ὀφθαλμὸς oculus. alij Zoophthalmion, hoc est animalis oculum. ambitu enī effigie oculi imitatur. Quō animal est. alij quod amatorijs conueniat erogenucton. Quō enim gigno graeca dicunt. ἔρως est amor. alij Hypogesson, quoniam ferē in subgrundijs nascitur. graeci namq; partes tecti prominentes ἄρα appellat. sunt qui Ambrosiam potius nominant. ideoq; ab aeternitate eius, deorum cibis esse confingitur, & ab alijs uocatur Amerimnon, quasi sine cura, & solitudine. ἀμειψία enim ἡδονῆς dicitur, hoc est quies, tranquillitas, indolentia. & μειψία cura, ac solitudo appellatur. alterum genus est minusculū, quod Erithales uocant, quasi amor florescens. ἑράλιον enim florescō significat. alij Trithales, quod ter floreant. alij Chrysotheles, quod aurum florem producat. quidam ab aequalitate Isoetes. ἴσος enim aequale dicunt, latini primum genus a semper sedendo sedum nominant cubiti altitudinem excedens, crassitudine plus quā pollicari. secundum uero oculum uocant aut Digitellum, utrunq; semper uiuum, quod minus est in muris, parietinisq; nascitur, & tegulis, fruticosum a radice, & sursum usq; ad cacumen. folijs angustis. mucronatis, succosisq; palmo alto caule, capitis dolori praesentaneum remedium est succo, uel folio temporibus illitis. medetur etiam Aconito, & a Scorpione ferri id habentem negant est & aliud genus Ambrosiae fructum unū habens densum. ramosum. tenuem. trium fere palmorum tertia parte radice breuiore, folijs minimis copiosissimo flore erumpente, odore non inuicando, propter quod eam Botryn quidam appellant, quod raecum significat ab odore uinoso. sunt etiam qui ambrosiam uocent herbam aliam, quae ab Artemisia uxore Mausoli nomen adoptauit, cum antea Parthenis diceretur. alij ab artemide uolūt artemisiam cognominatam, quod priuatim foeminarum malis medeatur. ἀρtemίς enim a graecis diana uocatur. aliud quoque ambrosiae genus est latioribus folijs non nisi in maritimis nascens. itaque Plinius Ambrosiam uagi nonnis esse scribit, & arca uarias herbas fluctu. autem. item a uiuo dicitur uita, quod (ut donatus affirmat) significat Quō. mores. animam. alimentum. spatium uiuendi, & fortunam, quae

uiuentibus accidit. Terentius, nam tua quidem Hercle uita haec expetenda. a Vita Romani uulam dixerunt deam, quae Letitiae praerat, unde & uitalari ueteres usurparunt pro uoce Letari, & uitalantes dicuntur letantes, & uitalatio Letna. quoniam eam ueram uitam putabant, quae in summa Letna, ac tranquillitate degeretur. hinc uiuere frequentissime auctores accipiunt pro uitam agere Letam, atque iucundam. Martia. expectant curaeq; cathenatiq; Labores. gaudia non remanent, sed fugitiua uolant. haec utraq; manu, complexuq; asserere toto, saepe fluent imo sic quoq; lapsa sinu. non est crede mihi sapiens dicere uiuam, fera nimis uita est crasina, uiue hodie. uulala quoq; animal brutum est, & uulalus a uulando hoc est lasciuendo dicti sunt. Lasciuia enim ab animi alacritate procedit, haec maxime spectatur in uululis, quos necesse est aliquādo uincere, ne nimia lasciuia rumpantur dicitur autem uululus non modo ex bobus genus, sed etiam ex ceteris quadrupedibus maioribus. Plinius, de Elephantis, atque ita salutato sydere in syluis reuertantur, uululorum fatigatos praeseferentes, tū etiam ex piscibus. idem, de Balenis, irrum punit orca in secretis, & uululos earum, ac foetus lacerant morsu. Uululus & piscis est, siue potius belua maris corio, & pilis tecta, parū in terra pecudum more. canum modo coit, nūquam geminis plures educat mammas factum. non ante duodecimum diem deducit in mare. interficitur difficulter nisi capite eliso in somno migit. a quo praecipue uululi accipit nomen, tenet discipulam, uocemq; pariter, & uisū populium salutat condito frenu, nomen uocatus respondet. nullum animal premitur grauiore somno. Luuenalis, eripient somnum drufo, uululisq; marinis. Delilis eius etiam detracta corpori sensum aequoris retinere dicitur, semperq; aestu maris recedente inhorrescere. item aduersus fulmina remedio esse. Diuus Augustus eam semper, et ubiq; ferre secum solebat, quod tonitrua, & fulgura expauescebat uehementer. praeterea dextra eius pennae uis soporifera. inesse, somnosq; allucere subdita capiti. hic Phocae etiam uocatur. Virgilius, sternunt se somno diuersi in litore Phocae. Phocae uero parua est graecorum regio, in signis Oraculo Apollinis Delphici. in ea enim est oppidum Delphi, in quo Apollinis templum, ab hoc Phocades deriuatur. Phocenses tonum populi fuerunt, quos longis nauibus primum usus fuisse scribit Herodotus. Phocion nomen proprium fuit uiri Atheniensis non minus uirute, quā rei militaris gloria clarus. fuit perpetuo pauper, cum ditissimus ob frequentes ei delato. honores euadere potuisset. huic cum legati Philippi Macedoniae regis ingentia munera offerrent, hortarenturq; ut ea acciperet. quantum enim ipse facile ijs atreuerit, liberis tamen eius essent necessaria, quibus difficile foret in summa paupertate ad paternam gloriam peruenire. si mei inquit similes erunt, idem hic Agellus alet illos, qui me ad hanc dignitatem perduxit, si dissimiles, nolo meis impensis illorū alij, augeriq; luxuriam idem, cum ad annum prope octogessimum peruenisset, in summum suorum ciuiū odiū incidit. Uulula aliquando pro uacua ponitur uiridioris aetatis. Virg. ego hanc uululam, ne forte recuses, bis uenit ad mulcitur, binos alij ubere factus, depono. itē a uita. uitalium, luteum omni, quod ex eo uiuat pullus. ipsam enim animal ex albo liquore omni corporatur, abus eius in luteo, hoc est uitello est. Ouum a graeco dicitur ὄω. Ouum alia candida sunt, ut columbis. Perdiabus. alia pallida, ut Aquaticis. alia punctis distincta, ut Meleagridum, alia rubri coloris, ut Phasianis. Cenchridi, haec auis est, quae a tinnitu uocis Timunculus dicitur ex Acapitrum genere fere in aedificijs nidos faciens. eius pulli singulis fictilibus ollis conduntur, stypantibusq; opercula superponuntur, & gypso lute uasa in angulis columbariorum suspenduntur, quae



duntur, quæ res columbis amorem loci sic conciliat, ut nunquam deserant locum, quod ex naturali uaccidere existimant, quoniam tinnunculus defendit eas ab accipitre, terræque eam auerit naturaliter potentia in trin, ut uisum uocemque eius accipiter fugiat. inuis omne ouum uolucrum bicolor, quæ oblonga sunt oua, gratioris saporis esse existimat Hora. Itacus longa quibus facies. quædam gallinæ tam fertiles, ut sexagena oua pariant. quædam quondam, quædam bis die, aliquæ in tantum, ut effectæ moriantur. Adriani laus maxima, hæc (ut Aristoteles refert) paruo quidem sunt corpore, ferocissimi tamen, et pullos sæpe interimunt, color his uariis. omnibus ouis medio uicelli parua inest ueluti sanguinea gutta, quod esse cor uiuæ existimant, primum in omni corpore id quod existimantes. uigesimo die si moueatur ouum, iam uiuentis intra putamen uox auditur ab eodem tempore plus mescit ut possit, ut caput supra dextrum pedem habeat, dextram uero aliam supra caput. uicellus paulatim deficit. Incubari oua dicuntur, dum fouentur, plus uicena quina incubationi subiacenda non sunt, et impari semper numero, quarto die postquam coepere incubari, si contra solem circumine ouorum una manu apprehenso, uniusmodi purus perluceat color, sterilita oua esse existimatur, proque aliis substituenda. est et aliud ex perimendum, quoniam in fecundum in aqua positum fluitat. astate unde uigesimo die educatur foetus, hyeme uigesimo quito. Excludunt oua dicuntur, cum foetus educitur. aliqui terra tecta excludunt. leguntur quendam uini potorem Syracusis tan diu potare solitum, donec oua ex eo in terra tecta educerent foetum. quandoque et ab homine perficiuntur. cum Liuia Augusta prima sua inuenta Tiberio Casare ex Herone grauida, marem parere admodum cuperet, hoc puellari augurio usata dicitur, ouum in sinu fouebat, et cum deponendum esset nutritia per sinum tradebat, ne intermitteretur tepor. nec frustra augurata prodicitur. genuit n. Tiberium, qui bello Alexandrino classi præpositus fuit. inuenit et nuper, ut oua calido furno imposita modico igne fouerentur, homine nocturno, atque interdum uersante. et statim die illinc eruperent foetus. palumbes quibus tria oua pepererint, nunquam tamen plus duobus educant, tertium, quod irritum est, uinum uocant, quasi potus excremento plenum. græci enim oûpor uinum uocant, oua ex quibus nihil gignitur, a nostris irrita, a græcis Hypenema uocantur, quasi ὑπὸ τοῦ ἀρι μού hoc est a uento concepta, quapropter et Cephyria a latinis uocantur. hæc ferè sine mare nutua foeminarum inter se libidinis imaginatione concipiunt. quidam uento putant ea generari. hoc ab urinis differunt, quod urina sunt incubatione derelicta, quæ alij Cynofura appellant. oua aceto macerata usque adeo emolliuntur ut per annulos transeant. optime seruantur in lomento, hyeme in paleis, astate in furfuribus. Serpentes contexta oua in terra incubant, præter viperam. huic Mas dum coit in os iserit caput, quod illa abrodit uoluptatis dulcedine, oua intra se parit mollia, ut Pisces. tertia die intra uterum catulos excludit, dein de singulis singulis diebus parit uiginti ferè numero. itaque cate ri tarditatis impatientes perempta matre prorumpunt. item a ui uix deriuatur quasi cuius, ac difficultate. Ter. uix retraxi filium ab amore ancille. aliqui tamen ad tempus refertur. Virgilius, et quos sidonia uix urbe reuelli, uix idest nuper. idem, uix est conspectus Sicule telluris in altum uela dabant læti. uix idest mox. item a ui uibex, quod ui fiat, græci ὑπόπιον καὶ ἐν χύμω uocant. sunt autem uibices plagæ uerberum in corpore humano. Cato, ubi societas, ubi fides, maiorum insignitas in uiriarum plagæ. uerbera. uibices. uis. dolores, atque carnificinae perdedicis, ac maximam contumeliam. ite a ui uimco quasi uim facio, proprie enim uincere superare est. Virg. ubi acra uincere summum arboris haud ulla iactu potuere sagittæ. Cæ

far, ueni. uidi. uici. quandoque tamen per metaphoram pro exprimere ponitur, quasi difficultatem rei dicendo superare. Virg. nec sum animi dubius uerbis ea uincere magnum quæ sit. uir dum pro animi compotem fieri. idem, illi uictor ego, et Tyrio conspectus in ostro. ab hoc uictor, uictrix. uictoria. quæ græce νικη, hoc est Nice dicitur. a quo propria nomina Nicander quasi uictor uir. et Nicator similiter, quod fuit Seleucia macedoniae regis cognomen. et Nicarchus quasi uictor princeps. et Nicolaus uictor populi, quod nomen conuenit nobis aduersus sentinatum nostrorum popellum nuper aperte demonstrauimus. et Nicomachus uictor pugnae. fuit hoc nomine Aristotelis Philosophi filius, ad quem de moribus scripsit. et Nicomedes rex Bithynia, et Nicophanes pictoris nomen, quasi uictor illustris, et Nicostrotia, quasi uictorius exercitus. item Niceteria torques, qui donari ludorum uictoribus solebant. Iunio. et Ceromatio fert Niceteria collo. et Olympionices olympia uictor. ite a uictoria uictoratus, genus numi, de quo supra diximus. et uictrix in plurali numero uictricia, sicut ab ultrix ultricia, et uictoriosus, uincere assuetus, et uicturus uictoria potiturus. Sall. Pyrrhus ne, an M. Curius praelio uicturus esset, et uictima, quia post uictoriam immolabatur, et dextra uictrice immoletur. Ouid. uictima, quæ dextra caedit uictrice uocatur. quamuis alij dicant, quod ictu percussa condebat, uel quod uincta ad aras ducebatur. a uictima fit adiectiuum uictimarius, unde uictimarij negotiatores dicebantur, qui uictimas emebant, ut uenderent. Plyn unde uictimarij negotiatores uili macipio. a uinco composita sunt deuinco, et conuincio eiusdem cum suo simplici significationis, et a uictus fit inuictus, hoc est fortis, et qui uinca non potest. Mart. o. dulca inuicti principis ingenium. item a uinco peruicax, hoc est durus. contentiosus nulli cedens quasi peruincere semper uolens. a quo peruicacia, durities. obstinatio animi. contentio. pertinax. item peruicacior. peruicacissimus. peruicaciter. peruicacius. peruicacissime. item a uinco deducitur, quod est ligo, quasi uim inuicco. a quo deuincio, et conuincio eiusdem significationis. Virg. purpureoq; alte suras uincere cothurno. Cicero. maxima mecum familiaritate deuinctus. hinc uincola, et per synocpen uincla dicuntur ligamina, et per metaphoram carcer, in quo noxij uincti seruantur, et uincti captiui, unde uinctus aliqui pro seruo accipiunt.

40 Seneca, qui unus erat e uinctis Casaris, mox libertate donatus est. Item utile quicquid ad uincendum aptum est. Plyn non nullum a salice uilium usu distat. et uittæ ligamenta capitis, quæ græce tænia dicuntur, quibus proprie tænia uittarum extrema dicuntur. Virg. fit longæ tænia uittæ. ponitur tamē aliquando propter similitudinem pro fractarum silicem religis, quæ rupto isthmo sub aquis remanserunt, quod in Silices quasi uittæ quædam tenues uideantur, Plyn. nec profunda altitudo miraculum munuit. frequētes quippe tæniæ candidantis uadi carinas territant. Strabo. ἡ πρὸ ὄτι καὶ τὴν ταινίαν τῆς ὑφοσος διατέτανεν ἀπὸ τῆς ἀρῶπης εἰς τὴν λιβύνην. Item Vitex salicis genus, ex quo uasa uiminea fiunt, odore præstant. duo genera eius, maior in arborem salicis modo assurgit. græci ἀνθόν, hoc est agnum uocant, quod si significat castum quoniam matronæ in Thesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes ipsi folijs cubitus sibi sternunt. minor ramosa est folijs candidioribus lanuginosis, a græcis dicitur λυγός, hoc est Lygus prima albū florē mittit cum purpureo, quæ et candida uocatur, nigra est, quæ tamen purpureū mittit, nascitur in palustribus capitibus. semen potum uini quendā sapore hēt, caput tentant uini modo odor et similis est. Thesmophoria erāt sacra Cereris, quæ nos Cerealia dicimus. Ceres saturni, atque opis filia fuit genuit ex ioue Proserpinā, quæ a plutone clā raptā fuit. eā per or



bem, quæveret, ad Eleusiu regē peruenit, cuius filiū Triptole-  
 num tūc genitū pro nutrice aluit, proinde Eleusiu interfecit,  
 Triptolemo regnū tradidit, & currū draconibus iunctū, præ-  
 terea fruges toto orbe propagandas. Triptolemus oppidiū cōdi-  
 dit, qđ ex patris sui nomine uocauit Eleusiu. & Cereri sacra  
 primus inſtituit, quæ Theſmophoria græci nuncupauerunt, hoc  
 est legifera, quod Ceres legifera dicitur. græci θεομοβίτην  
 legiſſatorē appellant, & θεομοφόν legiferū. ſunt etiā  
 alia ſalicum genera. eſt rubens Salix, quæ Græci dicitur, ē Cā-  
 didi, quæ Amerina paulo ſra grior, ideoq; ſolido ligās nexu,  
 eſt nigra, quæ appellatur uiminea, qđ uulior ſit uiminibus.  
 eſt breuiſſima, quā uocant Helicē. Uimineā ē purpureā uo-  
 cant græci Vitellinā. Helicē gallicam. amerinam etiam qui-  
 dam ſabinam nominant ſalicē. Home. ὄλιον κερρον hoc  
 eſt frugi perdam uocauit, quoniā ocyſſime amittit ſemen ante, qđ  
 omnino maturitatem ſentiat, quāuis aliqui ob id dictam frugi  
 perdam interpretantur, quoniā ſemen ſalicis mulieri ſterili-  
 tatis medicamentum eſſe conſtat. Item Uimen quaſi uimicē om-  
 nne uirgultum molle, & ad ligandum aptum. Columella, nec  
 refert cuius generis uimen ſeras, dum ſit lentiffimum. Plyn. et  
 aliæ arbores uirgēs ſequaces hñt ad iuncturas lentiniæ. aliæ  
 prætenues uiminibus texendis ſpectabili ſubtilitate. Fiunt au-  
 tem uimina ex populorum uirgēs, & vlm, & ſanguineorum  
 fruticum, & betule. Item ex arūidine fiſſa, arundinum folijs,  
 & uite ipſa, & rubis, ſi aculei recidantur, & orylo intorta, ut  
 mirū ſit conuſo. alio ligno, maiores ad ligandum uires eē,  
 quā in te gro. Principatus autem ad uimina faciendū eſt ſalici.  
 A uimine uimicem dicitur, quod ex uimine eſt, unde uafa  
 uiminea dicimus, & uiminalis collis, quod ibi uiminum ſylua  
 fuerit, & uiminalia quæcūq; ad ligandum pertinent. Plyn.  
 hæc eſt uiminalium cultura. Item a uinco uinca per uinca her-  
 ba uulgo nota, quæ in longum creſcit. obuia quæq; uincens, ac  
 perſticiens. ſolia habet lauro ſimilia, ideoq; chamaedaphne,  
 hoc eſt parua laurus appellatur, ſtorem facit uiole ſimile. co-  
 ronamentis adhibetur. Item uitta hoc eſt ſaſciola, qua crines li-  
 gantur, Tænia dicitur. Quidam tamen uolūt tænia uittarū ex  
 tremitates eſſe, ut quæ ab ſiſtulis pendent. Virg. ſit longæ tæ-  
 nia uittæ. Sed proprie Tænia ſaſcia eſt. unde & lapides ſub  
 aquis albianes in longum porrectos Tænia uocamus, a ſaſcia  
 rum ſimilitudine. Plyn. frequentes quippe tæniæ candidantis  
 uadi carinas territant. item a ui uetus. hoc eſt mollis. langui-  
 dus. ſine ui, ſeu naturalibus uiribus priuatus. & uetere uetere  
 uincere dicebant, & uetere uirgæ dicuntur melles, atq; flexibi-  
 les, & uictores, qui uafa uinaria religunt, ſtypaniq; & uino-  
 lus qui ſe molliter, & effæminatè gerit. Vetus etiam dictus ē,  
 quaſi uetus, hoc eſt ſine u. atas eni debilitat uirers. Ab hoc ſit  
 uetulus diminutiuum, & uetulus eiufdem ſignificationis, et  
 uetulus antiquitas. & uetule antique. & ueteranus modo  
 uetus. unde ueterana manapia dicuntur, quæ a nouitijs diſtin-  
 guntur, modo iſ, qui aliquando honeſte militauit, & iam eſt a  
 milita abſolutus. & uetule ſco uetus ſio, capiurq; frequentius  
 in bonam partē, uetera ſco uero in malam. Cic. cum n. nobili-  
 tas nihil aliud ſit, qđ cognita uirtus, quis in eo quem uetera ſere  
 uideat ad gloriam generis antiquitatem deſyderet, & Inuete-  
 ro hoc eſt antiquū reddo, & inueteror uetera ſco. Vnde Inuete-  
 rati dicuntur, qui in malis conſeruauerunt, et ueterator callidus  
 a multarum rerum gerendarum uetustate. Vnde ueterator  
 ſerius dicitur uerſutus, qui a nouito diſtinguitur. & ueterinū  
 morbus perpetuum ſomnū inducens, qđ græcis uōμα dicitur,  
 qui a hic morbus pigros homines facit, & oino ad neg-  
 tia inutilis, torpenſq; quemadmodū ſenectus, & ideo aliqui  
 ueterinum pro pigritia, & ſegnitate ponunt. Virgilius, nec tor-

pere graui paſſus ſua regna ueterno. Aliquando pro nimia  
 dormitione etiā naturali. Plyn. primis diebus bis ſeptenis tem-  
 graui ſomno uirſi premuntur, ut ne uulneribus qdem exat-  
 ri queat. Tunc mirū in modū ueterno pingueſcunt. Quidam  
 falſo putant ueterno ſum eē Hydropicū, quia Cato ſic ſcribit.  
 Veterno ſus, cū plurimū bibit, tunc maxime ſitit. Nā & hic de  
 quo loquimur morbus inducit maximā ſitim. Ter. ideo Eunu-  
 chum ueterno ſum appellat, qđ ſegnus eſt, torpenſq; ſemper qua-  
 ſi ueternū patitur. V. ueterna uero nō a uetustate, ſed a uehen-  
 do dicuntur. V. ueterna. n. animalia dicuntur quæcūq; uehere,  
 quid poſſunt. Plyn. ungula ueterno tm̄ generi reſaſcuntur.  
 Opilius ueternā beluā dictā putat quaſi ueternā. a uetere  
 qđ ad uentrem onus religatū gerat. A ueternis ueternarius,  
 ſi ſignificatq; eū, qui ueternorū curam gerit, & ueterna duat.  
 Columella, nam & arator reperitur aliquis bonus, et optimus  
 foſſor, aut foeniſector, nec minus arborator, & uinitor. tū etiā  
 ueternarius, & probus paſtor. Item a ui ueto ſit, qđ eſt prohi-  
 beo, & quaſi uim, ne quid fiat adhibeo. V. uetere enim proprie  
 contrariū eſt eius, qđ dicimus imperare. Ouid. Nitimur in ue-  
 titum ſemper, cupimusq; negata. item a ui uireo, et uireſco,  
 bus uſi ſunt uetere, pro maiorum uirū ſio. item pro uiride ſio,  
 nam quæ uiridiora ſunt, maiorem uim habent. Vnde uireſco  
 ſit, qđ ſi ſignificat uiriditatem amitto. V. arro, atq; ex ſangui-  
 nibus dolore euireſcat colos. ab his ſunt uireſcens. V. uiride-  
 uiridans. uiridanter uiror. & uiriditas notæ ſignificationis, &  
 uiridarium locus, in quo ſunt herbae, et plantæ uirentes, et u-  
 rera loca uiriditate plena. Item a ui uirga, quod uim gerat li-  
 gando, uerberando ue. A quo uirgula diminutiuum, qđ modo  
 paruam uirgā ſi ſignificat modo lineā. Vnde uirgātū ſeu uirga-  
 latam ueſte dicimus, lineis quibusdā quaſi uirgēs diſtinctā.  
 & uirgultū multitudine uirgātū pullulantiū. & uirgindemia  
 collectio uirgātū ob uerbera, aut ad aliqđ uincedum. V. arro,  
 quod t. i. ſhorē uideo te eſſe? an ideo quia ſcapulae metuit uirgēs  
 demiam. itē a ui uiratus, hoc eſt magnarū uirium. Luclius,  
 contra ſtagnū ne ſare bello uina a barbaro uirato aribale.  
 V. uerū quoq; uetere magnarū uirium dixerunt. Pōpo. homo  
 in uirgē do uertus, qui cū Atlanta contendat. itē uirgo a uiri-  
 diori, hoc eſt ualidiori. etate appellata eſt. uirg. de paſiphæ, qđ  
 trium filiorū mater erat, ah uirgo infelix, quæ te dementia ce-  
 pit. Nunc tñ hoc nomen cōmunis generis eſt, et tam marē, quā  
 foemina ſi ſignificat rei ueneræ ex parte, ſicut mulier a molli-  
 cie dicitur, quæ a plus uirgo nō eſt. V. lpianus, qđ ſi ego me uir-  
 ginē emere putarē, cum eēt mulier, em pto nō ualebit. Cic. ob  
 uirgantibus, qđ ſexagenarius populiā uirginem duxiſſet, etas  
 mulier erit inquit. Mulieris quoq; appellatione (ut Caius uirſi  
 conſulatus iquit) et uirgo uiri potens cōtinetur. V. lpianus, uno i  
 loco utroq; ſi ſignificato uſus ē. Mulierē ita aretā, ut mulier fieri  
 nō poſſit, ſanā nō uideri conſtat. eadē dixit et mulierē, et nō  
 mulierē primū pro ea, quæ foemina ē, ſecundū pro ea, quæ eſt  
 corrupta. uetere ē oē corruptū ſub uirginis uocabulo appellue-  
 rit. Cicero, Philoſophia. caſta. uerecunda. in corrupta uirgo. a  
 uirgine ſit uirginitas. & uirgineus. qđ eſt, aut ſit uirginis et  
 uirginalis dignus uirgine. V. uetere ē uirgūculā pro puā uir-  
 gine uſurparūt. A mulier uero ſit muliercula. i. parua mulier.  
 Et muliebris, modo qđ eſt, aut ſit mulieris, ut muliebre ueſti-  
 mentū, modo mollis. effæminatus, ut muliebris uox. muliebris  
 animus. A quo muliebritas pro mollicie. et muliebriter aduer-  
 biū, hoc eſt molliter. effæminatè. itē mulierofus mulierā appe-  
 tens. Vñ mulierofitas. cupiditas foeminae uoluptatis. Cicero, ſi-  
 mulq; ceteri morbi, & gloriæ cupiditas, et mulierofitas. et mu-  
 liero uerbu, qđ ſi ſignificat effæminatio. V. arro, et rex, et miſtellus  
 ille pauper amat, hēt ignē inus acrē. hic Epebū mulierant,  
 hic ad



hic ad medicam adolescentem traxit. hic cubiculum pudoris primus polluit. Muliebri a uero in multitudinis numero modo pro muliebri natura ponimus sicut Virilia pro pudendis uirino modo pro mensuris. Celsus, ad muliebrium fluxum sedam. Aliquando pro libidine, Quint. nobilis adolescentem a Ceterione muliebriam passus. Itē a uirigo, quasi uirum ago. Est autem uirgo ualidus, ac robustus esse a quo Vigor, hoc est Firmitas. Robur. Vigorofus. Firmus. Robustus. Vigil non Segnis, non Torpens quales sunt dormientes, sed qui in uigore suo est. A quo per uigil non modo qui assidue uigilat, sed qui diligens atque industrius est. A quo Vigilo, quod interdum significat non dormio, interdum custodia. Vn uigiles dicti sunt nocturni custodes, qui et excubitores appellantur. A quo praefectus uigilum, de quo supra diximus, et Vigilia lucubratio. Vn sacrarum literarum scriptores, profestos dies uigilias appellant quod uigilare ante diem festum mos est in sacrificijs faciendis, et sacris hymnis cantandis in plurali uero Vigiliae, nocturnae custodiae, quae Excubiae dicuntur. interdum etiā ipsi custodes. Vigilare et aliqñ est studium, ac diligentiam adhibere. Vn in uigilare dicimus alicui rei incumbere. et Peruigilare, assidue uigilare. Martiana uigilare leue est. peruigilare graue est. A quo Peruigiliū pro uigilia seu custodia. Sicut de calicula. Nec alia de causa uidetur eo die, quo perijt, uigilium indixisse, quod ut initium in scaenam prodeundi licentia temporis auspiciaretur. Eui uigilare uero aliqñ ex p̄p̄ciā est, aliqñ ad aliqd agendum excitari. Hinc Vigilantes dicti sunt p̄p̄ciā. industrii. diligentes. Vigilia, p̄p̄ciā industria. diligencia. unde fit Vigilantior. et Vigilantissimus. et ad uerba Vigilanter. Vigilantius. Vigilantissime. Itē a uir deducitur uir, quod uir, hoc est potentia praestet. robustiores enim uiri sunt, feminae molliores. Significat autem uir aliqñ sexum, ut est uir, an mulier. unde Semuiri dicitur Eunuchi. Itē molles, atque effeminati, et Eurati modo Eunuchati, hoc est quibus amputata sunt uirilia, modo lasciu. p̄diti, atque effeminati. Varro, eurauit omnes ueneri uagā pueros. Plau. adolescēs euratus, ac mollis. Virare etiā ueteres usurparūt pro firmare. fortificare, aliqñ astatem. Plyn. quod non modo in puero, siue adolescente, sed etiā in uiro admiratione dignū uideretur. interdum coniugium, ut uirius uxoris uir. Nec solū de hominibus, sed etiā de bruis dicitur. Uir. uir gregis ipse cap. interdum fortitudinem. Curtius, ex uirgite inquit aliqñ, si uiri estis, atque arma accipite. Terē. Tu ne uirū me aut hoīem deputas adeo esse. nam si uirum uis horū mulier unquā tibi uisus forem, nō sic ludibrio uis factus habitus essem. A uiro uirius derivatur, quae proprie fortitudinem significat, siue quod uiri maxime proprie sit, fortitudo, siue quod uir fortis dicitur. uir. Tunc pudor incendit uirers, et ansā a uirnis, et tunc diffinitur p̄ferendorū malorū fortis, atque inuicta patientia. Quoniam autem Fortitudo ceteris omnibus uirtutibus excellit, factum est ut omnes rectae animi affectiones uirtutes appellerentur. Sic quicquid uitio contrarium est, uirtus dicitur. Diffiniturque, uirtus est affectio animi constant, conueniensque, laudabilis efficiens eos in quibus est, et ipsa per se sponte se parata etiā utilitate laudabilis. Siue uirtus est habitus animi naturae, modo rationi consentaneus. Hora. uirtus est uitium fugere, et sapientia prima. Lucilius. uirtus Albine est pretium p̄soluere uerū. uirtus est homini scire id quod quaeque habeat res, uirtus est homini scire utile, quod sit honestum. Quae bona. quae mala. item quid inutile. turpe. inhonestum. uirtus querenda finem rei scire modumque. uirtus diuitijs pretium p̄soluere posse. Hostē esse atque inimicum hominum. morumque malorum. Contra defensorē hominum, morumque bonorum. Hos magnificere, his bene uelle, his uiuere amicum. Commoda praeterea patriae sibi prima putare. Deinde parentum, tertia iam.

postremaque nostra. uirtutum quatuor genera primaria philosophi constituerunt, prima dicuntur Politica. secunda Purgatoria. tertia Animū iam purgati, quarta Exemplares. Prima sunt hominis curantis res humanas. secunda otiosorum, qui a rerum publicarum actibus se sequestrant. et diuinarum rerum capaces decreuerunt se a corporis contagione purgare. dicuntur a quibusdam contemplatiua. sicut superiores Actiua. Tertiae sunt animi iam purgati, discreti, et ab omni mundi huius aspergine presse, pureque detersi. Quarta quae in ipsa diuina mente consistunt, a quarum exemplo reliquae omnes per ordinem desunt. A philosophis uocantur Ideae, ἀπό τοῦ ἰδέω, quod spectem, formamque significat. a quo idolum cum accentu in penultima simulachrum dicitur, cuius diminutiuū est idolum si militer accentum supra do habens. Ab idolo fit idolatra, hoc est idolorum cultor. a quo idolatria idolorum, hoc est simulachrorum ueneratio, idolothysia immolatio, quae fit simulachris, ἰδωθυσ uero proprius dicitur. a quo idiotēs siue idiotā dicitur indoctus, et inutilis, quasi sibi tantummodo, et non pluribus utilis. Lucilius. Quidni et tu idē illiteratū me, atque idiotam dices. et Idographus propria alicuius manu scriptus. et Idographū chirographū, hoc est priuata scriptura. Idothea propriū nomen est sic enim appellata fuit Praetere regis Arguorum filia. Idomeneus Deucalionis filius fuit Cretensium rex, qui in expeditione graecorum aduersus Troianos strenue militauit. Hunc cretenses quasi deum coluere, postea tamen ex insula expulerunt, qui cum in Italiam uenisset, Petliā urbē super Salentinū montem Calabriae condidit, et licetus dictus est a Licto Cretae oppido, unde fuerat pulsus, Idumaea regio Syriae est a meridie Arabiam habens, a sepetione phoeniciam, in qua est uirbs Idumae finitima phoeniciae palmas abundans. Lucianus. et arbusculo palmarum diues Idumae. uirg. Primus Idumaeas referam tibi mantua palmas. uirtus etiā a Poetis aliqñ pro ope, atque auxilio accipitur. Plau. deū uirtute eundem hospitio accipia. Aliquando pro merito. Quae improba est iners, pretium ei pro uirtute ut ueniat, Graecae autem uirtus ἀπ̄τι dicitur. Vnde Philaretus propriū uiri nomen, hoc est amator uirtutis, et Arete nomen mulieris fuit hoc noie uxor Alcynoi regis pheacum et Arethusa (ut quidā putant) uirgo uenatrix Dianae comes. uir. Et tandē positus uelox Arethusa sagittis ab hac Arethusa etiā fons appellatus est apud Syracusas, in quo redduntur iacta in Alpheum qui per olympiam fluens Peloponesiaco litori infunditur, ita quidā amnes ueluti odio maris amnes subeūt. unde et Syracusae Arethufides dicitur. Ouidius, utque Syracusas Arethufides abstulit armis. Claudiū, fuit et Arethufius fons Smyrnae, tertius in Calchidia, quartus in Itaca. Arethous rex fuit in arna urbe Boeotiae. Itē a uir uirilīs, hoc est fortis. magnanimus. A quo aduerbium uiriliter, et uirilitas nomen. et uiritim, de quo supra diximus. Vn uiritanius ager dicebatur, quod uiritim populo diuidebatur, et uirago mulier fortis, quod uiro similis sit, et uirilia opera agat. Et uirg. propriū nomen. et uirbius Hippolytus. hic Thesei et Hippolytae Amconis filius fuit, quod dū colibē ducēs uitā, sese uenatu exerceret, et constanti animo sperneret mulieres, a Phaedra nouerat absente patre amatus est, cuius turpi desiderio, cum obtemperare noluisset, redeunte patre adulterij ei crimen nouerat obiecit. Quamobrem Theseus in furorem uersus de filij necē cogitauit. Quod metuens Hippolytus consensu Cyris fugam arripuit. Verum dum Phocae, quae tum forte in litus exierant equorum, ac rotarum strepitu perterritae sese in mare repente praecipitassent, exterriti equi currum contemptis habentibus per scopulos, ac saxa traxere, tanto impetu, ut compagibus dissolutis infelicem iuuenem loris implicatum di-



scerpserint. Hunc postea Esculapius reuocauit ab inferis, et  
 pristinae incolumitati restituit. Hippolytus uero ne rursus pa-  
 tris iram experiretur relicta Attica Terra in Italiam uenit,  
 haud longe ab eo loco, ubi postea Roma condita est, et mutato  
 nomine se Virbium iussit appellari, quod Vir bis fuisse. Pri-  
 mo ante, quam ab equis discerperetur. Deinde postquam bene-  
 ficio Esculapij in uitam est reuocatus, ibi oppidum construxit,  
 quod a nomine acceptae coniugis uocauit Aricam. Hippolytus  
 autem dictus est ἀπό τοῦ ἵππου. quod est equus, et ἄλω,  
 dissoluo. Nam (ut Plato scribit in eo libro, qui Cratylus inscri-  
 bitur) hoc nomen, et alia complura haudquaquam uera fue-  
 runt, sed conficta sunt a poetis, et simul cum fabulis initium  
 habuerunt. Sunt qui tradunt Hippolytum a Diana dilectum  
 fuisse, et ob id colubem egisse uitam. hanc Deam cum amato-  
 rem suum perdidisset, praestantissimum medicum Esculapi-  
 um curando iuueni aduocasse, cumq; sanatum secretis recon-  
 didisse sedibus, et Nympha Aegriae, nemoriq; solum reli-  
 gisse, ubi et syluis itelis ignobilis aenum exigeret, uersosq; ubi  
 nomine uiribus esset. Alij Esculapium tradunt non hunc, sed  
 Glaucum Minois filium ad uitam reuocasse, propter quod pec-  
 catum Iouem donum eius fulmine incendiisse, ipsum uero pro-  
 pter artificij excellentiam cum Apolline patre eius inter sy-  
 dera anguem tenentem collocasse. Causam uero cur anguem te-  
 nere dicitur hanc tradunt. Cum de Glauco suscitando cogita-  
 ret, uenisse ante eum anguem, et Baculum quem manu gesta-  
 bat, arripuisse, quapropter ira percutum, baculo fugientem sa-  
 pius percussisse, tandemq; interfecisse, uenisse mox eodem ali-  
 um anguem, herbam ore ferentem, et in caput defuncti posuis-  
 se. quo facto mox utrunq; fugam arripuisse. Sic eam herbam  
 ostensam fuisse Esculapio, et hac Hippolyton sive (ut alij uo-  
 lunt) Glaucum ab inferis suscitasse. itaq; anguem in Esculapij  
 tutela, et inter astra constitutum fuisse, ex qua consuetudine de-  
 riuatum est, ut reliqui medici anguibus uterentur. Esculapius  
 ipse anguem tenens ab astrologis Ophiuchus, hoc est serpenta-  
 rius dicitur. Nam graece ὄφεις serpens uocatur. A quo O-  
 phiusa insula, quae latine colubraria dicitur. et Ophites la-  
 pis, de quo inferius dicemus, et Ophigenae genus hominum in  
 Helleponto, quos Crates pergamenus serpentum ictus scri-  
 psit contactu solitos leuare, et manu imposita uenena extra-  
 here corporibus. et Varro paucos esse ibi affirmauit, quorum  
 saluae contra ictus serpentum mederentur. Quemadmodum in  
 Africa gens Psyllorū fuit, a Psyllo rege dicta, cuius sepulchrum  
 in parte syrtū maiorū fuit, horū corpori ingenitum uirus erat  
 exitiale serpentibus. et cuius odore sopiebantur. Solebant autē  
 liberos genitos obijcere saeuissimos earū, et ita pudicitia cōiugū  
 ex periri, serpentibus eos q; adulterino sanguine nati forent mini-  
 me profugientibus. Haec gens prope ad interuentionē sublata a  
 Nasamonibus fuit. Genus tamen in paucis, qui uel bello aufuge-  
 rant, aut absuerāt, remansit. Simile his Marforū genus in Ita-  
 lia fuit, quos a carces filio ortos putabant, ideoq; inesse uim  
 naturalem contra serpentes. Quint. et omnibus hominibus  
 inesse contra serpentes uenenum existimant, feruntq; ictos sa-  
 lina ueluti feruentis aquae contactu fugere, quod si in fauces sa-  
 lina penetrauerit etiam mori, praesertim humano ieiuno ore.  
 Item ab ophis Ophiophagi, qui serpentibus uescuntur. Te-  
 net autem anguem Ophiuchus manibus. humeri eius ab astra  
 uo circulo diuiditur. ipso autem genuum sine ab aequinoctia-  
 li circulo terminatur pede sinistro oculos premens. dextro au-  
 tem Scorpionis innixus. Anguis autem qui ab eo tenetur, prope  
 extremo ore coronam contingit, mediū praecingens ophiuchū,  
 a cauda breuior, quam superiori corpore, qua manus sinistra  
 ipsius signi figuratur, ita tamen, ut extrema cauda arcuum

aequinoctialem cum Aquilae cauda iungat, occidens ex ortu ge-  
 minorum Cancri et Leonis peruenit ad terram. Exoriens au-  
 tem cum Scorpione et Sagittario apparet. habet in capite stel-  
 lam unam. in utroq; humero singulas. in sinistra manu tres.  
 in dextra manu quatuor. in lumbis duas. in utroq; genu sin-  
 gulas. in dextro crure unam. in utroq; pede singulas, sed cla-  
 riorē in dextro. Anguis autem habet in summo capite duas  
 sub capite tres, uno loco omnes. Ad manum ipsius Ophiuchi  
 sinistram, duas, sed quae maxime ad corpus eius accedit, cla-  
 rior est, et in dorso anguis, ad ipsam coporis coniunctionem  
 quinq; et in prima curuatura caudae quatuor. in secunda uer-  
 sus caput sex. Alius quoq; Virbium Hippolyti, et Ariciae filius  
 fuit, qui, cum delecto Ilio Aeneas in Italiam uenisset, missus est  
 a patre in subsidium Turni. Virgilius, ibat et Hippolyti pro-  
 les pulcherrima bello uiribus insignem, quae mater Aricia mis-  
 sit. Eductum aegriae lucis. Aricia ad decanum lapidem abest  
 ab urbe. In hac Orestes oraculo monitus simulachrum Scythi-  
 cae Dianae, quae de Thaurica regione transtulerat, priusquam  
 argos peteret, consecrauit. solebat ad huius templi magna po-  
 pulorum multitudo confluere, propter quod mendica passim in  
 eo cliuo postulandi gratia iacebant, iuxta nemus erat, quod  
 Aricinum dicebatur. item Aricianus lacus, quod speculum Dia-  
 nae uocabatur, in quo nunc quoq; insula cum proceris arbori-  
 bus mobiles conspiciuntur. in hoc nemore Aegria Nympha  
 erat, cum qua loqui solitum Numam Romanorum regem exi-  
 stimarunt. huic sacrificare mos erat praegnantibus, quod ea pu-  
 tabant facile conceptum alio egerere. item a uiro Leuir mari-  
 ti frater, quasi leuis uir, et Viri potens. Dicitur enim uiripo-  
 tens uirgo, quae annos pubertatis excessit, et iam suscinere ui-  
 rum potest. item Virus, quod propter significat asperitatem  
 odoris in homine iam adulto. quippe talis odor in puero non  
 est, nec ante coitum mulieri. Plyn. prodest et ad uirus alarum.  
 Idem. Signum est uernis temporibus odoris uirus. ponitur ta-  
 men per metaphoram et pro asperitate saporis. idem, aqua ma-  
 rina uetustate uirus deponit, id est amaritudinem illam et sal-  
 sedinem. idē, uirus malimedia, hoc est acor et amaritudo. idē,  
 stannū illitū aereis uasis saporem gratiorem facit, et compesat  
 aeruginis uirus. item pro asperitate coloris. idē de sanguine pur-  
 pure. Tum super additum decoquitur uirus. Aliquando pro  
 genitura, hoc est humore, qui e genitalibus fluit. idem, equarū  
 uirus a coitu in lychnis accensum dentium dolori prodesse exi-  
 stimant. idē, uirus uerrinū e scropha a coitu exceptum prius,  
 quam terram attingat, grauitati aurium prodest. Nonniquis  
 pro ui naturali. idem, de Magnete lapide suo loco dicemus, con-  
 cordiaq; quae cum ferro habet. sola haec materia uirus ab eo  
 lapide accipit. retinetq; longo tempore aliud apprehendens fer-  
 rum. itē uirus pro ueneno accipitur. Vir. ille malū uirus ser-  
 pentibus addidit atris. a uirus fit uirulentus, hoc est plenus  
 ueneno et uirosus modo mali odoris. idem, uirosaq; pontus at  
 storea. Constat enim Castoreū foedi, et execrandi odoris esse,  
 adeo ut praegnantes odore eius eiciant foetum, modo mali sa-  
 poris. Varro, Rancidam carnem apposuit nobis, et uirosam.  
 Virosa mulier non a uirus, sed a uir deducitur. Dicuntur eni  
 mulieres uirosae, quae appetentes sunt uirorum, sicut muliero  
 si uiri, qui appetentes sunt mulierum. Luclius, uenū atq; ui-  
 rosam uxorem cedam potius, quam castrem egomet me. A fra-  
 nus, uigilans ac solers sicut. sana. sobria, uirosa non sum, et  
 si sum non desunt mihi, qui uiro dent. etas in te gra est. for-  
 mae satis. Praeterea a ui Vices dictae, quae nomen ueteres pro pu-  
 gnis usurpabant Plautus. Vices eius memorat, et castris  
 denudat. Item pro panis, quod ui fiant. Horatius, mi-  
 cesq; superbae, te maneant ipsum, quoniam non per uicissim-



audinem pugnare solet, factum est, ut uices pro alternatione capiamus, caretq; hoc nomen singulari recte, et uocativo. Ab hoc fit uicissim aduerbium, quod proprie significat per uices, ut uicissim in umbone oneri, hoc est modo unus, modo alius incumbit oneri. Capitur tamen aliquando pro secundo loco, siue è diuerso. Cicero, sed ego admiratione quadam uirtutis eius, ille uicissim opinione fortasse nonnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit. Item uicissim eiusdem significationis. Neuius, uicissim uolui uictoriam. Et uicissitudo alternatio. Terentius, omnium rerum uicissitudo est. Veteres pro uicissitudine uicissitatem dixerunt. Accius, uicissitatemq; impudèdi tradidit. Item uicarius qui uicem alicuius gerit, Lilius, hunc ego insitutum disciplina mea uicariu pro me recipio, dicitq;. Quintilianus uicariam ei operam impedi. interdum uicem pro loco ponimus. Horatius, fungor uice cotis acutum reddere, quæ ferrum ualet exors ipsa secandi. Vnde inuicem aliquando pro secundo loco accipimus. Plinius, habes res Urbanas, inuicem rusticas scribe. Proprie tamen inuicem significat alterutrum. mutuo. Quintilianus, qui se ardentissimo amore inuicè dilexerunt. Item à uice uero deducitur, quod est moueo, et quasi ui agito. Virg. Sibila lambebant linguas uibrantibus ora. Hinc Vibratio excussio. agitatio. Et Vibris, et pili in naribus hominum dicti, quibus emulsi caput uibretur. Vibrare etiam per metaphoram aliquando accipitur pro eo, quod est uocem in cantando crispare. uis à græco deflectitur. is enim dicitur potentia. robur. præter hæc à uenio (ut quidam existimant) uer dicitur. quod tum uenire incipiunt uirgulae, et frondes, ac flores arborum, atq; herbarum. Virg. Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor. Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus. Sicut tamen qui uer à uiuendo. quasi uiuer nominatum uelint. Alij à uertendo, quod tum se uertere incipiat tempus anni. qui ppe uer nouum anni initium est. Diuiditur enim uer, ut cætera partes anni in partes tres, nouum, adultum. et præceptum. Ver sacrum dicebant ueteres, in quo sacra, et ludos faciebant, quæ quidam quasi religiosum putant dictum. Sifenna, quondam fabini seruus uouisse, si res communis melioribus locis constitisset, se uer sacrum facturos. Alij quasi uitabile, et execrandum, quoniam itali magnis periculis adducti uouebant quæcumq; proximo uere nate essent apud se animalia immolatueros. Sed cum crudele uiderent pueros, ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem uelabant, atq; ita extra finem suos exigebant. Lilius, uer sacrum factum erat priore anno Martio, et L. Valerio consulibus. id cum P. Licinius pontifex non esse recte factum collegio primo, deinde ex auctoritate collegii patribus renuntiaisset, deinde pro faciendum arbitrari pontificum censuerunt, ludosq; magnos, qui unæ uoti essent tanta pecunia quantæ assolerent faciendos. Ver sacrum uideri pecus, quod natum esset inter calendæ Martias, et Iudus Martias P. Cornelio, et T. Sempronio consulibus. Sunt qui uer à græco deriuatum uelint. Græci enim iap uer dicunt, unde Earinus dicitur uernus. A uer deducitur uernus sicut ab æstate æstiuus. Item uernauctum, quod est terra uere proficissa. Plinius, quidam utiq; ab æquinoctio uerno proficandi uolunt, quodq; uere semel aratum est, à temporis argumento uernauctum uocatur. Hoc in nouali, atq; requieto necessarium est. Varro, multum interest in rudi terra, an in ea seras, quæ quotannis obstita sit. quæ uocatur restibilis, an in uernaucto, quæ interdum requiescat. Item uerno, quod est pullulo. Martialis, dum tibi uernarent tenera lanugine malæ, hoc est pullularent, et pilos emittere inciperent. Interdum per metaphoram pro cano accipitur. Plautus, dum auiculae uernant. Quippe uerno tempore omnia læteri uidentur. Item Vergiliæ, quod earum ortus

uer finem facit, uel quod circa æquinoctium uernum sit earum ortus matutinus. Stelle sunt quæ et Plades, et insistor uestis dicitur, ut supra ostendimus. Item uereor, quod significat timere. quoniam timentes pericula, ea quæ proximo uere nascentur, immolatueros se uouebant, quamuis alij uereor dictum uelint, quasi ualde reor, quia ea quæ timemus, nullifacere ac diu cogitare solemus. Proprie tamen uereri liberorum est, qui honesti gratia mouentur, Timere seruorum, qui id non honesti gratia sed pænæ formidine faciunt. unde reuereri honorare est, quod est timor aliquid agendi, quod reprehendi possit, et uerecundari, quod est uerecundia teneri. Cicero, alterum cunctantem, et quasi uerecundam inatabat, et uerecundus proprie, qui uerecundia tenetur. cuius contrariu est inuerecundus. unde fit uerecunde aduerbium, id est cum pudore. Aliquando tamen uerecundus pro audaci, et confidente accipitur. Plautus sic est, uera prædico, nisi etiam hoc falso dici insimulaturus es. nimis uerecunda es. Item uerum hoc est solidum. sincerum. non falsum, quod uerno tempore sole aricem in gressu, omnia uere nascuntur, partusq; ad maturitatem perueniunt, cum alijs temporibus nata sepe deficiant. Hinc ueritas dicta et uerificatio uerbum. A quo uerificatio. et ueri simile, quod licet non sit uerum, ueri tamen similitudinem habet. A quo uerisimilitudo. et uere aduerbium. et uerax qui non mentitur. A quo uera citas pro imitritate sermonis. et ueridicus, qui uera dicit. A quo ueridicentia contrarium mendacitatis. Item uerna seruus domi natus, quod hoc tempus anni ad generandum maxime sit idoneum, et quia domini cum anallis consuetudinem habebant uerno tempore, ideo seruos domi natos uernas appellauerunt. Ab hoc uerna culus fit. dicitur autem uerna culum quicquid domi nostræ nascitur. Vnde uerna culam linguam dicimus uulgarem, hoc est domi natam, et uerna culum morem domesticum. uerna culum etiam pro proprio, et peculiari accipimus. Plinius, potissima nobilitas datur uis peculiariibus, atq; uerna culis Italiae. Uerna culi etiam dicuntur malis moribus homines, et lingua proterua, quod uernarum similes sint, quibus ars est adulari, et maledicere. Hinc ueteres uernilium pro adulate posuere Cæcilius, credo nimis tandem hic sit uernilium. Et uerniliter scurriliter, siue adulate, quoniam hac arte uti uernæ solebant. Quidam etiam uernilium pro scurrilitate usurparunt. A uerna fit diminutiuum uernula. Item a uer uernatio dicitur, quod significat corium uetus, quo serpentes exuuntur, quoniam id uere fit. Plinius, lentes tolluntur adipe canino, uel angibus in cibo sumptis anquillarum modo, aut uernatione, quam exuunt pota. idem, anguinæ uernationis membrana cum oleo, et æq; resina calefacta auribus prodest. Eadem dicitur senectus. idem, anqui mus adeps ærugini mistus, siue earum senectus exuta, si affricetur ruptis oculorum partibus sanat. item a uere uerto, quia uere annus incipit uerti. cuius frequentatiuum est uerso. Virgilius, Gorgona defecto uertentem lumina collo. aliquando tamen ponitur pro fallo. deapio. idem, seu uersare dolos, seu certe occumbere morti. Nam uerso huius uerbi frequentatiuum est, à quo uersipellis dicitur, quolibet faciem commutans, hoc est uersutus, ac dissimulator. Plautus, uersipellem se facit, quando lubet, et uersutus hinc dicitur, qui aliquando ponitur pro perito. Plautus, nec magis uersutus, nec quo careas ægrius. Proprie tamen uersuti dicuntur, qui mentem crebro ad malitiam uertant, siue (ut Cicero inquit) quorum tanquam celer rota mens uersatur. Hinc uersutia calliditas. malitia. et uersute. callide. malitiose. et uersutiloquus. ac uersutiloquax. qui uersute loquitur, et cum uersutia blatterat. Nonnunquam etiam uerto, ponitur pro mutuo. Virg. quæ te gens



tor sententia uerit? Interdum pro traho. idem. Et uersa puluis inscribitur haista. Saepe etiā uerto & uerso pro considero. uoluo. a. gito accipimur. idem, nunc fluctus habent uersantq; in litore uēti. idem, quid iuuenis magnū, cui uersat in ossibus ignem. Hinc fit animaduerto, quod est considero. intueor. & requirit accusatiuum sine praepositione. Plaut. animaduerto hominem subalbidum. tremulu. aliqñ tñ usurpatur pro punio. Sed hoc ab eo differt, qđ punire est quorūcūq; siue iure, siue iniuria. Animaduertere autem est eius, qđ in alterum habet potestatem ordine, ac rite, hoc est cum animaduersione punire, & postulat accusatiuum cū in. Gellius, uerebatur. n. ne nimis ira patius in eū grauius animaduerteret. Hinc fit animaduersio, quod modo considerationem significat, modo poenam. hoc est punitionem. a. uerto deducitur uerū, & uerū de qbus supra diximus. et uertimus deus, qđ in portandis, ac uertendis rebus praesit, & ueratrū elleborū, qđ mentem uertat. Persius, hebra ueratro. herba est cuius duo genera sunt, album et nigrum. utriq; radice fibrata cepariū modo. Nigro, equi. boues. sues necantur, cum candido uescantur sine detrimento. plurimū nascitur in Oeta monte. & in uno eius loco, quē uocant Pyra. nigru purgat per inferna. Alij euchymon a bonitate saporis, alij Polytrichon a radicū multitudine uocant. Nā pīra radice significat, τράδ multum. a quo Polypus. polymita. polymnia. polyphagus. polygramus. polytrichus. Polydectes. polydora, polypodū, de quibus partim superius diximus, partim dicemus inferius. Itē propria nōia. Polycelenus, qui statuarius maximus fuit. Polydorus Priami filius ex Hecuba. Polydamas uir Troianus, qui cum Antenore & Aenea urbē troianam graecis tradidisse dicitur. Polymnestor, rex Thracū cui tempore belli Troiani Priamus de statu Troia dubitans filium Polydorum cum magno auri pondere conseruandum misit, sed ille delecta Troia, nimia auri cupiditate Polydorum interemit. Quod cum mater Hecuba intellexisset, simulauit se in gens adhuc auri pondus uelle illi secreto indicare, qđ pro filio acciperet, qđ auarus rex uerum esse existimans, moxq; ad Hecubam profectus, illius unguibus obcaecatus est. Et Polyphemus neptuni filius ex Thoa filia Phora, ad quem cum Vlysses in Siciliam profectus cum duodecim comitibus puenisset, tres cados optimi uini secum portans admiratus est magnitudinem formamq; hominis unicum oculum in fronte habentis, qui solus sub antro tollebat lapidem, qualē uiginti boū iuga uix mouere possent. Ab eo igitur sciscitatus est Vlysses, qđ genus hominum, qui mores essent, & per Iouē obsecrauit, ut liceret sibi tātō abire. ille uero superbe respondens. non timere se Iouē inquit, duosq; ex comitibus Vlyssis apprehendens, ritu ferā immaniter deuorauit, tandemq; post die absumpsit summo mane. idem etiam uesperī fecit. Quā obrem Vlysses sibi iam, et reliquis timens, cadum optimi uini, qđ secum tulerat Polyphemus obtulit, et ut sibi, ac ceteris parceret obsecrauit, qđ Cyclops facturum se promisit, si rursus sibi uinū offerret. Oblato itaq; tertio poculo mente alienatus, in medio antro immane corpus dormiturus extendit. Hūc igitur Vlysses uino, somnoq; sepultum animaduertens immisso in oculo telo excacauit. Sed exurgens tandem Cyclops, cum aperire antri hostium gregibus cogeretur, immanē exinde lapidem amouit. Veruntamen ex eūtes pecudes manibus palpabat, qđ cū Vlysses cum comitibus animaduertisset, induti pecudum pelles Cyclopi manus effigere. & polytes alter Priami filius ex Hecuba. & Polyssena eiusdem Priami filia, quae post captam Troiam uigulata fuit supra tumulum Achillis, habetq; acenium in antepenultima. Ouidius, placet Achilleos mactata Polyssena manens. & polyotes perithoi, & hippodamiae filius. & Polypoton quasi mul-

torum casuum. figura est cum diuersis casibus sermo uariatur, ut littora littoribus contraria fluctibus undas. Polysyntheton quasi multipliciter coniunctum. alia figura, cum sermo multis coniunctionibus conathenatur. Virg. Tectumq; laemq; armaq; Amyclaeumq; anem, crassamq; pharetram. & Polygonus, qđ ueteres pro eo, quod est facendus usurparunt. et polygonus multorum angulorum, & polydeuces, quem nos dicimus pollucem. & polymorphus multiformis. & polylogus uerbosus. & Polygonaton herba sine folijs asparagi caule, in cacumine aculeū habens, unde et leucacanthā uocant. et Phymion et Isada radice Cyperi, quae commanucata dolore dentium sedat. Nonnulli etiā Scorpiō appellat, quīs et alia herba Scorpius dicitur, semen habens ad similitudinē caudae scorpionis, et folia pauca, quae aduersus animal nominis sui plurimum ualet. & polytrichon, qđ multitudinem capillorū faciat. Lixis enim capilli dicuntur. herba est quā graeci adiantum uocant, quia non madefiat humore ab a primina partia. la, & diacurū qđ significat madefacere. etenim astate uiret, bruma non marcescit, aquas respuit, psummersumq; sicut simile est, et toparijs operibus idoneū. Quidā etiā Callitrichon uocant, quod pulchros faciat crines. Nā in uino coctum cū semine Apij adiecto oleo copiose et defluere prohibet capillū, & crispum densumq; facit, propter qđ nonnulli a luxuria capillorū Trichomanes appellat. Vulgo autem Capilli ueneris dicuntur. caret radice, parietumq; aspergenes, ac fontium maxime specus sequitur, saxiq; manantia. qđ certe mirū est, cum aquas nō sentiat, calcosus ē cor pore mire pellit, frangi q; praesertim qđ nigrius est, quae de causa potius qđ in saxis nascitur, saxi frangi a nobis appellatum existimamus. Biberit ē uino quātum terni decerpunt digiti, urina cat. Serpentū uenenis resistit, capitis dolores corona ex ijs sedat. Folū in urina pueri in pubis tritum cum aphronitro, et illud uentri mulierū praestare dicitur, ne fiat rugosus. dicitur etiā a quibusdā herba haec polythrix, et callithrix. Vlynius, polythrix in uino data morbo regio medetur. Idem, Callithrix deocta in aqua, humidis uulneribus prodest et polyonemon, quasi multarum tibiarum herba cunila similis, semine pulle gy, furciosa, multis gonialis, arimbo odorata, acri, & dula odore. Haec ferro sitis uulneribus comanducata imponitur, quinta die soluitur. Et polygonum a geniculorum multitudine herba, quā nos sanguinariam uocamus folijs rutae, & grammis similis, a terra nō attollitur, succus eius insusus uariis supprimit sanguine, alij hanc calligonon appellat a multitudine seminis, aut densitate fructus. alij halmada, alij caninotro. alij dema, multi myrtopetlon. Item oreon, qđ in montibus nascitur. & polygonon a lactis abundantia. herba est palme altitudine, in caule summo folijs lenticulae, quae pota lactis ubertatem inducit. Et polygenneton, quasi multorum generum. Sic enim Maronites pector insignis uocant frequentia, quam pinxit Athenis. Et Polypostere Baeotiae oppidum. Et polyaeas insula a caprarum multitudine, & polyatrus proprium uiri nomen, quasi multi fructus. Et polymedia troadis oppidum, quae hellepoto adiacet. Et polyceni eiusdem troadis populi, cuius primus locus amaxius dicitur est, deinde creberia, ipsaq; troas antigonā dicta postea Alexandria colonia romana. Scamander amnis nauigabilis, & in promontorio sigum oppidū, dein portus achaorum in quem influit Xanthus simoenti iunctus, stagnumq; prius faciens palaeascamander Granicus diuerso tractu in pondē fluit, est tñ et nūc scamadria urbs parua, ac mille quincentis passibus remota a portu ilij, unde omnis rerum claritas extra sinum fuit. Achilleon oppidum iuxta tumulū Achillis a mylencis conditum, ubi classis eius steterat. In sigo fuit



Acantion à Rhodijs conditum in altero cornu Aiaci ibi sepul-  
to, qui græcè *ἀκάνθιον* dicitur, & ipso inflatione classis suæ  
supra Aeolidas, & partem Troadis tentantia, quam mysi anti-  
quitas tenere, nam æolis quondam mysi dicebatur. Ibi cæcis  
amnis & in regione, quæ amplissima est, longe clarissimum  
Asiæ Pergamum, quod interneat Silenus, Pergamena vocatur  
eius tractus iuri dictio, & Polydora insula propondis, et Po-  
lypodra india oppidum, et polyteba oppidum mesopotamiæ.  
Est etiam nigri generis ellebori, quod melanpodion nominant,  
à melanpode quodam, qui eo uti in diuinationibus artis sole-  
bat, uel à pastore eiusdem nominis, qui primus hanc herbam  
inuenisse dicitur, dum capras eo purgari animaduertit, datæq;  
earum lacte siuereis parotidas sanari. candidum purgat nomi-  
tione, & morborum causas extrahit quondam terribile habi-  
tum, postea tam promiscuum ut pleriq; id studiorum gratia sum-  
pisse memorentur, ad prouidenda acris, quæ componebant,  
ut Carneades, dum Zenonis libris responsurus esset. constat  
Drusum hoc medicamento liberatum comitali morbo fuisse in  
Anticyra insula. In qua ideo tutissime sumuntur, quoniam se-  
samoides admiscant, hoc genus herbe in anticyra nascens simi-  
lis erigeroni, quidam à loco anticyracon uocant. Farina utri-  
usq; ellebori admista radice, qua laneæ lauantur, sternu-  
tamentum fiat. Durare uim eius triginta annis ferunt. Tra-  
dunt etiã si cum albo elleboro cæro coquatur, carnem absumi.  
Antiquorum error fuit elleborum propter metum parcius da-  
re, cum celerius erumpat, quo largius sumitur. Themison bi-  
nas non amplius drachmas donauit, alij quaternas dedere, el-  
leborum fortissimi ducis similitudine æquates, concitatis enim  
intus omnibus constat ipsum primum exire. Muresis potentia ad-  
mixtum necat. Galli sagittas uenenato elleboro tingunt, circun-  
cisq; uulnere teneiorem sentiri carnem affirmant. Muscæ  
quoq; necantur albo trito, & cum lacte sparsæ. Eodem et phthi-  
riasis curatur. Ita enim uocatur morbus pedicularis. Nã græ-  
ci phthira pediculū nominant. unde phthirophazi dicti sunt  
populi iuxta pontum euim solis piscibus uiuentis, à te-  
muitate uictis quasi pediculis uescantur ita appellati. Iidem  
salte à ueteribus nominantur. Sunt & alij phthirophazi,  
quos & soritas uocant. hos arabis fluuius ab indis disterna-  
nat, nullum alium abum noscentes, quam piscium, quos un-  
guibus dissectos torrent sole, panemq; ex eis conficiunt. Item  
à uerto uersus deducatur, quod aliquando est nomen, aliquan-  
do aduerbium, quando est nomen modo carmen significat, à  
quo diminutuum fit uersiculus, modo ordinem siue tractum.  
Virgilius, ille etiam feras in uersum distulit ulmos. idem, tri-  
plia pubes quam dardana uersu impellunt. Aliquando etiam  
cantum. Plinius, cantum imitatur luscinia iuniores, uersumq;  
quem imitentur accipiunt. Quando uero est aduerbium ali-  
quando accusatiuum requirit, & fere semper post ponitur ut  
Italiam uersus. Plau. Ego portum uersus pergem, et perquirã,  
quem si non inuenero domum uersus reuertar. Item quoq; uer-  
sus, quæq; uersus, utroq; uersus. i. in unã quamq; partem, &  
quoq; in utraq; partem. Aliquando adiunctam ha-  
bet aliquam præpositionem, ut ad occidẽtem uersus, ad castra  
uersus. in forum uersus. interdum aduerbium, ut sursum uer-  
sus, siue sursum uersus, & deorsum uersus. reperitur etiam uer-  
sum, unde aduersus, & aduersum deducimus, quæ aliquando  
significat contra. Terentius, nec seruulorum quisquam qui ad  
uersum terant. modo apud uel erga idem, aduersum hunc me  
loqui. idem, & id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam.  
Hinc fit aduersor uerbum, id est repugno & contrarius sum,  
à quo aduersarij dicuntur, sibi inuicem repugnantes. Vterque  
aduersor pro aduersarium dicebant. item controuersia, quæ

est certarum personarum de re propria contentio. à quo res cõ-  
trouersa dicitur, de qua est controuersia, & controuersari est  
contendere. Prorsus quoq; quod & prorsum ueteres dicebant,  
nonnulli, inter quos Marcellus, quasi porro uersus, seu porro  
uersum dictam existimant, si significat autem qm aduerbium est  
modo recte & uere. Terentio eo pacto prorsus illic alligaueris fi-  
lium, modo omnino. Nonius. prorsus et à radicibus emissa est  
arbor. Quando uero est nomen significat rectum. Vnde prorsus  
si limites dicuntur in agrorum mensuris, qui ad orientem dire-  
cti sunt. Item à uerto fit uersura. antiqui uersurã facere di-  
cebant, mutuo pecuniam sumere, quod initio qui mutuabantur  
ab alijs, non ut donum ferrent, sed ut alijs soluerent id facie-  
bant & uelut uertere creditore uidebantur. Donatus uero uer-  
surã facere dicit eum, qui es alienum ex ære alieno soluit. Teren-  
tius, uersurã solues, id est creditorem mutabis, & uerticulum  
cuius diminutiuum est uerticillum, si significatq; instrumentum  
illud, qd fuso adhibetur, ut facilius uertatur. item uertebra, si-  
ue uertibulum, ubi summæ ossium partes non æqualiter fini-  
unt, sed quibusdã crassioribus nodis conglobatæ, & substrin-  
guntur facilius neruis & uertus uertuntur, & Anteuorta et Po-  
stiuorta Dea Romanorũ, qd præterita nosset, et futura prospici-  
erent, & uertigo conuersio. rotatio. Item morbus capitis, cum  
uerti ea uidentur, quæ cernimus, & uertex siue uortex, uento-  
rum rotatione effracta nubes de qua supra diximus. item con-  
torta in se aqua et quicquid aliud similiter uertitur. unde pars  
summa capitis propter flexum capillorum dicitur uertex, ex  
quo natum est illud prouerbiũ. A uertice usq; ad Calcem, hoc  
est à principio ad finem. ab huius similitudine qd in monti-  
bus eminentissimum est, uertex appellatur. itẽ altissimæ par-  
tes cœli quas græci Polos uocant, dicuntur uertices, quod circa  
hos mundus rotetur, propter quod etiam Cardines dicuntur, à  
similitudine eorũ cardinum, circa quos ualuæ uoluuntur. Vir-  
Foribus cardo stridebat ahenis, qd nomen ex eo tractum pu-  
tant, qd sint quasi cor ianuæ. Ponitur tamen aliquando Cardo  
pro opportunitate. idẽ haud tanto cessabit cardine rerũ. Quod  
Seruius inde tractum existimat, qd in prouerbio dicitur. Res  
in Cardine est. idem, circa id uerti cardinem dicimus in quo su-  
ma rei est. Vnde Cardineum siue Cardinalem pro præcipuo  
ponimus. Hinc Cardinea Dea de qua supra diximus. Et pri-  
mi sacerdotes Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales uo-  
citant, quamuis aliæ quoq; Ecclesiæ suos habeant Cardinales,  
ut Rauenas. Aquilegensis, & beneuentana. Carduus uero  
herba est uulgo nota olim rã celebris, ut Carthagini in Hispa-  
nia, Cordubæq; sesteria sena millia redderet. ita aliquando in  
genam uertimus ea quoq; quæ à feris non tanguntur. Sylue-  
strium duo genera sunt. Vnum fruticosius. Alterum unicus-  
le, utriq; folia spinosa mucronatis cacuminibus. Alterum florẽ  
purpureum mittit. inter medios aculeos celeriter atrescentem,  
& abeuntem cum aura. Græci scolymon uocant. utriusq; ra-  
dix ex aqua decocta potatoribus sitim mirum in modũ exa-  
tare dicitur. Stomachum corroborat, & uuluis mulierum pro-  
dest ad gignendos mares. Manducatus hic carduus odorem  
oris mirifice commendat. A carduo carduelis dicta est, qd car-  
duorum semine pascatur. parua auicula est, capite rubro, alis  
luteo. albo, nigroq; distinctis. imperata facit, non uoce tantum,  
sed pedibus, & ore pro manibus. Est quæ bouũ mugitus imita-  
tur, & hinnius equorũ, ob id à quibusdã taurus, ab alijs an-  
thus uocata, qd flore, qd græcè *ἀνθος* dicitur, pascatur. cœli car-  
dines et axes uocantur, quoniam lineæ quæ ab uno mundi Car-  
dine in alterũ tendit, dicitur axis à similitudine axis, qd sty-  
pes te res, circa quæ rota uertitur. à quo axungia dicta, quoniam eo  
genere pinguedinis ungi axis solet, ut facilius circa eũ rota uer-



tatur. Hinc axem aliqui pro plastro, aliqui pro septentrionali parte ponunt, quod hic polus dicitur at nobis notus sit, circa quem orbis uertitur. Assis uero tabula scitilis appellatur. Plyn. uernisq; assibus contabulare pauimenta oportet. Hinc fit coassare, quod est contabulare, et coassatio contabulatio. V. Itrunius. gelicidia, et pruinæ non patiuntur pauimenta integra permanere. Itaq; si necessitas coegerit, ut minime uitiosa fiant, sic erit faciendum. Cui coassatum fuerit super altera coassatio struatur, clauisq; fixa duplici præbeat contignationi loricatione. Plyn. subdialia pauimenta græci inuenere, talibus domos contignentes facili tractu, et tepente, sed fallax ubi unq; imbres gelant. Necessariū binas per diuersim coassationes substermi. Capita earum præfigi, clauis ne torqueantur. coaxare autem factitiū uocabulum est, ac propriū ranarū, ut balare ouium. crocigare coruorum. Barrire Elephatorū. A quo Elephanti ipsi barri dicuntur, et os dentium ebur, quasi e barro. A quo eburneus, quod ex ebore est, siue instar eboris album, ut eburnea faciès. Horatius, quid tibi uis mulier nigris dignissima barris? Item axis fera est in india humli pelle, pluribus, candidioribusq; maculis sacrorum liberi patris. Axem ab agendo dictum quidam putant. Nam ueteres axit pro egerit usurpauerunt. Axis ergo circa quem aliquid agitur, hoc est mouetur, unde actiosi factio si dicebantur. qd una quid agerent facerentq;. Item axes mulieres, siue dii una aliquid agentes. axamenta uocabantur armana saluaria, quæ a salijs sacerdotibus in uniuersos homines componebantur. Nam uersus in deos singulos facti a nominibus eorum appellabantur, ut ianuli. iunoni. mineri. Axare etiã antiqui pro noiare posuerunt. Axius paphlagonum fluiuius est. Axon ionum in minori Asia. axus macedoni ad quæ ducunt, quæ uolunt nigra aut fusca nasci, sicut quæ candida nasci uolunt, ad haliabonem ducunt. Item Axona flumen est in extremis Rhenorum. Sunt qui axem græcam uocem esse existimant. Quippe a græcis ἄξωρ, sed hoc quoq; ἀξὸ τοῦ ἄξω deriuatum esse manifestum est, quod si significat duco. Assis uero ab assidendo dicitur, sicut assis, quod eiusdem est si gnificationis. et ab eo fit diminutiuum assula, hoc est tabella. A quo fit assulatum aduerbium, quod ueteres pro minutum usurpauerunt. Plau. priusquam pulsando exitum foribus assulatum dabo. Idē. nisi dedolabo assulatum uiscera. Item a uerbo siue uerso uersicolor, quod apud iuriconsultos si gnificat id, qd uertit, hoc est mutat colorem. unde uestes, quæ ex lana nō tincta, hoc est natiuo colore factæ sunt, colorie dicuntur, quia naturalem colorem habent, siue albū, siue pullum, siue rufum, quæ uero in aliū colorem uersæ sunt, uersicolorie. Proprie tamen uersicolorie, siue uersicolores dicuntur, quæ uarijs consistant coloribus, quasi eos mutare inuicem uideantur, ut est cauda Pæuonis, et collum columbæ. Linius, punice bello interdictum fuisse mulieribus, ne uersicoloribus uestirentur, qd quomodo accipiendum sit, ualerius Maximus declarat. Quæ femine tollerere cupiebant, quia ijs nec ueste uarij coloris uti, nec auri plus femina habere, nec iuncto uehiculo propius urbem mille passus, nisi sacrificij gratia, uehi permittebat. Idē, corpus alteri magnitudine eximium uersicolore ueste, pictisq; et auro cælati resurgens armis. Plyn. uersicoloribus uiperarum maculis. Idem primū (ut arbitror) uersicolores istas maculas Chlorum lapidiana ostenderunt, cui extruerēt muros. Idem, ingens prætere turba primorum uersicolorum nigra. candida, ordearia appellata, et comitatu frugis eius et eodem colore. illud quoq; Virgilianū uersicoloribus armis exponit Seruius depictis, propter quod bellicosus ostenditur. Item ueruex ab inuersis testibus dicitur, est enim mas inter oues, cui inuersi, siue ad pti sunt testis. nā qui ad generandā jobolem integer teneatur, dicitur

Aries. hoc itaq; differt ueruex ab Arie, qd Cæterius ab equo. maialis a uerre. Capus a Gallo. Caper ab Hirco. Est eni proprie Caper mas inter capras castratus. Martialis, dum iugulas hircum factus es ipse Caper. Nā Virgilius improprie caprū pro hircō posuit, dū inquit, uir gregis ipse caper, sicut etiã improprie brutum animal uirū appellauit. ponitur tamē Caper pro masculo caprarū. et Aries pro masculo ouium, dū sunt adulti, nec tamen coerunt. nam qui minores sunt, inter capras hedi. inter oues Agni dicuntur. Sed qui post cal. Augusti concepti sunt, uocantur Socordes. nā cotus ouium optimus est a III iduū Maij usq; ad Calendas Augusti. Sectarius ueruex a sequendo dicitur, qui gre gem agnorum præcedens ducit, quemadmodum superius ostendimus. Caper et capra a caprendis uirgulis dicuntur. Rodit enim hoc animal omne uirgultum. et in primis uiteris, propter qd Baccho immolari caper solebat. Ouidius. rode caper uitem, tamē hic cum stabis ad aram. in tua qd spargi cornua possit, erit. A Capra caprea dicta, qd quæ dā (ut Varro inquit) capræ similitudinem habeat. sunt. n. syluestres Capræ, unde capreoli dicti. Virg. Caproli sparsis etiã nunc pelibus albo. Capreoli etiam uitium ueluti canani dicuntur, qd arbores. siue pedamenta capiant, qbus inuoluuntur. Item a Capra capricornus cæleste signū, de quo superius diximus, et Capreus, siue Caprinus, qd ex capra est. unde capreū uellus, et caprinum seuū dicimus. et capero uerbu, qd est rugis frontem contraho, et asperitatem multus ostendo, tractum a caprorum frontibus crispis. Plautus, quid illud est? qd ille caperat frontē seruitudine. hinc caperatū rugosum dicimus, siue a cornu caprinorū similitudine. item a capris capreæ dictæ. insula est ultra Surrentū cum pania urbem aracter octo millia passū, Tiberij principis aræ quondā nobilis, nūc coturnicū multitudinem, quæ ex Italia euolantes illic principio aut ueni capiuntur, quo tempore pinguis simæ sunt. Findunt eas a superiori parte, et detracto adipe reliquum corpus sale con diunt, adipem liquant, seruantq; in alabastris, condicis epuly iucundissimum. qd genus Ganæe antiqui ignorarunt. itē a capris alia insula in Africa una ex fortunatis, de qua supra diximus. item alia ultra corsicā capraria, quæ græca Aegimron dixerit insidiosa naufragijs. iuxta quæ alia insula, quæ a specie Planaria uocatur, æqualis freto, ideoq; nauigij fallax, et aliquāto amplior gorgona. Item contra Cossanū litus Iglum et Dianum, quam Artemisiam uocant. et contra magonem Menaria, a piscium, qui Menæ dicuntur multitudinem. Colubraria a multitudinem serpentium, quibus abundat. uenaria a uenis metallorum. et Iliua, quæ clara est fodinis ferri, a græcis Aetalia dicta. ab ea Planasia. et ultra Tiberina ostia in antiano Stura, et mox Palmaria, et Sinonia, et aduersus formias Pontio, et in puteolano sinu Pandataria. De inde Prochyta, quam quidam ab Aeneæ nutrice appellatam falso existimant, quasi prociatim. dicta est autem Prochyta, quia profusa est ab Aenaria insula. nā græci προκίχουα dicunt profusum esse. Aenaria ipsa a statione nauū Aeneæ uocata est, ab Homero. Virgilio. Lucano, Inarime dicta, uirtutum sonitu Prochyta alta tremat, durumq; cubile Inarime Io uis imperijs imposita Typhoeo. Lucanus, cui saxa uaporat conditus inarimes æterna mole Typhoeus. græca Pitheciusam uocant, non a simiarum multitudinem (ut quidam ignari existimauerunt) quia πιθηκός græce Simia dicitur, sed a figulinis doliorum. Fiebant enim in ea insula dolia ex Creta. græce uero dolium πιδος uocatur. in huius similitudine oppidum fuit, quod pluratium numero Pytheusæ dicebantur. Ouidius in arimen, prochytemq; legit, steriliq; locatus colle pytheusæ. inter paussippum et Neapolim megaris. Item



inter Corsicam & Sardiniam insule parue, que cunicularie appellatur. & Pinton & fossæ. Corsicam græci Cynnon appellant. Coloniae sunt in ea mariana a Mario deductæ, et alia a Sylla a dictatore. Sardiniam quidam sandalotin uocant uere ab effigie soleæ, que græca sandalium dicitur. Alij ichnusam a similitudine uestigiij. ἰχθυος enim uestigium nuncupatur. contra pestanum sinum leucasia est, a serene ibi se pulsa sic uocata. contra ueliam pontia, & Isacia, utraque uno nomine oenotrides appellatur, & contra Vibonem parua, que dicitur Itachesia. uersus Africam Pytusæ sunt a græcis ita uocata a frutice, qui ibi frequens pineo. & græce πῖτος nominatur. Colubriam de qua supra diximus, græca Ophiusam nominant. Inter hanc & pytusam ebofus est cuius terra serpentes fugat omnium uenenosorum animalium ex pers, eadem cuniculos gignit, populantes messes duarum propinquarum insularum, que a nostris Baleares uocantur a græcis quæ fundæ belliosæ sunt, dicitur Gymnasia. Ab ijs mare ipsam baleariam uocatur. Item a Capra caprimulgus dicitur, aues sunt merula aspectu aliquanto grandiores fures nocturni interdum non uidentur, nec ipsi uident. intrant pastorum stabula, caprimulgus; uberibus propter succu aduolant. qua iniuria emoritur uber a caprarum, & caprae ipsæ quas muliere cæcæ sunt. Similis hinc est alia auis nomine Platea, que ad eas aduolat que in mari merguntur, & capite earum morfu corripit, donec caprarum extorqueat. Eadem cum se impleuit conchis, calore uentris coctas emouit, atque ita carnem sumit testis excreas. Dicitur autem platea a latitudine corporis. græca πλατὺν latum dicitur, unde plateæ areæ, seu uia latiores appellantur. Sunt qui putent capras non a capendo, sed a crepitu crurum appellatas, propter quod eas prisci crepas dixerunt. Auribus eas spirare non uariis, nec unquam febri carere nonnulli putant. quod anima his animalibus quam ouibus ardentior est, calidiorque concubitus. Tradunt et noctu non minus cernere, quam interdiu, & ideo caprimulgum iecur, si in cibo sumatur resina uestertinam aciem ipsos quos græci nyctilopas, nostri lucosus uocant, qui interdum nihil, uespere satis uident, meliusque sine lucerna quorum morbus lucosus dicitur. Vt arboris plane cæcus non lucosus est. idem, uespere autem uidere, quos appellant lucosus dependet ex caprarum mento uillus, quem aruncum uocant, hoc si quis apprehensum ex grege unam trahat, cæteræ ueluti stupore quodam attonitæ spectant, caprarum barba Sivilum uocatur, et noneolæ appellantur papillæ, que ex earum sinuibus dependent. Morfus earum arboribus exitialis est, Oluas lambendo quoque steriles faciunt, ob quam causam Mimeruæ immolari a ueteribus solebant. Caprone non a capris dicitur, sed a capite quasi a capite pronæ. Sicut enim comæ, que ante frontem dependent. Lucal. aptari caput fluere caprone alius frõtibus immisissus, ut mos fuit illis. ite capricus non a capris, sed a capendo uocata est, quod parietes, ac muros caprat. Est enim Capricus syluestri genere ficus nunquam maturescens, que ferè ruptis saxis aut parietibus solet erumpere. Ab hoc fit Capricor. a quo capricatio. Est autem capricati adhibita capricio, ne fructus propinquæ ficus ante maturitatem decedant prouidere. Quippe capricus quod ipsa non habet, alteri tribuit, quoniam est naturalis casusum transitus, atque e putrescentibus semper aliqd generatur. Nasuntur in capricio parui calices, qui fraudati alimento in matre, hoc est putri eius tube ex qua nati sunt, ad cognatam ficum euolant, morfuque ficorum crebro propter auiditatem cibi aperientes ora eorum, atque ita penetrantes, solem primo secum inducunt. mox lacteum humore absumunt. atque ita maturitatem, quam matres non habent cognatæ arbori in-

ducunt. A capricio caprici appellati sunt cuniculares dies, quod eo ferè tempore mulieres Romanæ liberæ simul atque ancillæ sub arbore capricio sacra faciebant. Erat autem initium capriciorum post exortum canis, qui dies Vulcani lux est ubi luxuria Ouidius, nocte sequente diem canis erigoneus exit. Est alio signi reddita causa loco, proxima Vulcani lux est ubi luxuria dicunt. Lustrantur pure quas facit ipse tubæ. Plyn. æstiuæ melly uindemiæ attici signum dederunt initium capriciorum, die Vulcani sacrum. idem, Chamæconti figura et magnitudo est la-certi, nisi quod crura habet recta, et excelsiora latera uetri uinguntur, ut piscibus & stina simili modo eminet rostrum simile sullo cauda prælonga, in tenuitatem desinens, et implicans se uiperinis orbibus unguis aduocata, motus tardior, ut testudini corpus asperum, ut Crocodillo, oculi in recessu cauo tenui discrimine prægrandes & corpori concolores, nunquam eos operit, nec pupillæ motu, sed totius oculi uersatione circum aspicit. ipse celsus hianti semper ore. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur nec alio quam aeris alimento, et coloris natura mirabilior. mutat namque eum subinde, & oculis, et cauda & toto corpore, reddatque semper quencumque proxime attingit, præter rubrum, cædidumque, defuncto pallor est sanguis in corde. et circa oculos taurum. uiscera sine splene, circa capricos ferus, innoxius alio, quin hyeme latet, ut lacerta. Quod autem hoc sit capriciorum tempus ostendit alibi Plyn. cum inquit. Alterum genus est melly æstiuæ ipso Syrio explendescante post solstitium diebus triginta ferè. Quod uero eodem tempore sub capricio mulieres sacrificarent. Macrobius testatur his uerbis. Nonis Iulij diem festum esse ancillarum tam uulgo notum est, ut nec origo. et causa celebratis ignota sit. Unoni enim Caprotina die illo liberæ pariter, ancillæque sacrificabant sub arbore capricio in memoriam uirtutis, que in ancillarum animis pro conseruatione publicæ dignitatis olim apparuit. Nam post urbem captam cum fedatus esset Gallicus motus, res publicæ uero esset ad temæ ducta, finitum oportunitatem inuadendi Romani nonnullis au-cipati, præfecerunt sibi posthumum liuium fidenatum dictatorem qui mandatis ad Senatum missis postulauit, ut si uellent reliquas sue ciuitatis manere, matres familias sibi & uirgines dederentur, cumque patres essent in ancipiti deliberatione suspensi, ancilla nomine tutela, seu Philonis pollicata est. se cum cæteris ancillis sub nomine dominarum ad hostes iuram, habitumque matrum familias, et uirginum sumpto hostibus cum prosequenti lacrymis ad fidem doloris ingressæ sunt. Quæ cum a liuio in castris distributæ fuissent, uiros plurimo uino prouocauerunt, diem festum apud se esse simulantes, quibus soporatis ex arbore capricio, que castris erat proxima, signum Romanis dederunt, qui cum re pentina incursione superassent, memor beneficii Senatus omnes ancillas manu iussit emitti, dotemque eis ex publico fecit, et ornatum, quo tunc erant usæ, gestare concessit, diemque ipsum Nonas caprotinas nuncupant, ab illa capricio, ex qua signum uictorie ceperunt, sacrificiumque statuit annua solennitate celebrandum, cui lac, quod ex capricio manat, propter eius facti memoriam adhibetur. item a capra caprignum dicitur, quod ex caprarum genere est. & caprarum, quo quidam utuntur pro castode caprarum. & caprile pro loco, ubi caprae tenentur. & rupicapra, de qua supra diximus, capra syluestris. hircus uero non dicitur, nisi postquam coire, fecereque inceperit. quidam ab hirsuto dictum opinantur. Vnde hircapili homines uocantur, qui duos habent pilos. hirsutus autem ab horreo, & seta deducitur, quasi horrens setis, & similiter hirtus & hispidus eiusdem significationis. hoc est fetosus. horridus. Virgilius. cui laterum tenuis hispida nantis frons hominem præfert. ab hircæ fit hircanus adiectiuum. Apuleius, homo sordidus,



& hircina libidine fetens. Item hircuitallus puer, qui tum  
 primum ad uirilitem accessit a libidine hircorum ita ap-  
 pellatus. Hircus enim & per. c. & per. q. scribitur. unde  
 hirci oculorum anguli dicuntur. Virg. transuersa uentri-  
 bus hircus, id est oculis in hircos, hoc est in angulos oculorum  
 retortis. tractum est autem ab oculis hircorum, qui ob libidi-  
 nis ardorem transuersum semper aspiciunt. hira cyniphij di-  
 cuntur a flumine Africae, qui Cyniphos, siue Cyniphos uocat-  
 tur iuxta Oensem ciuitatem. quo nomine etiam regio appella-  
 tur, in qua maximi sunt hira. hinc grex cyniphus, hoc est  
 grex hircorum dicitur. & cyniphia pellis hircana. Martia. de  
 udonibus, non hos lana dedit, sed olentis barba mariti. cyni-  
 phio poterit planta latere sinus. uesit quae ex hircorum, seu ca-  
 pellarum pilis fit, ciliacum uocatur, quod eius usus in Cilicia or-  
 tus sit. ex Phrygia quippe ciliacia, & caetera eius generis sole-  
 bant afferri, sed quod primum ea tonsura (ut Varro scribit)  
 in Cilicia sit instituta, nomen id a ciliacis sumpserit. Ariete qui  
 dam ab ara dictum existimant, quod aris imponi ad sacrifici-  
 cia solet. ab eo fit Arietinus adiectiuum. Plyn. arietinum ie-  
 cur ad id utile est. idem, arietinum acer, quod arietino capiti  
 simile est, unde ita appellatur. & arieto uerbum, quod est per-  
 cutio, tractum ab arietum similitudine, cuius firmissimum ca-  
 put, & solidissima cornua faciunt, ut magno impetu non mo-  
 do se inuicem, sed quicquid obieceris percutiant. hinc arietatio  
 dicitur percussio, & frequens ictus. aries etiam ab huius  
 similitudine bellica machina appellatur. materia, ac tabulatis  
 testudo contextitur, quae, ne flammis exuri possit corio, siue ali-  
 cio, seu centone uestitur. intrinsecus accipit trabem, quae si adun-  
 co praefigitur ferro, falx uocatur ab eo, quod incuruata est, ut  
 ex muris lapides extrahat, si uero caput ipsius ferro tegitur,  
 aries appellatur, uel quod instar arietini capitis fieri solebat,  
 uel quod habet durissimam frontem, qua subruat muros, uel  
 quod more arietum retro caedit, ut cum impetu uehementius  
 feriat. testudo autem a similitudine uerae testudinis uocabulum  
 sumpserit, quia sicut illa modo reducit caput, modo profert, ita  
 huiusmodi machina interdum reducit trabem, interdum ef-  
 fert, ut uehementius feriat. Item aries caeleste signum est. qui-  
 dam hunc existimant esse, quem Hesiodus, & Pherecides scri-  
 pserunt habuisse auream pellem. tradunt Phryxum Athamã-  
 tis regis Thebarum ex Nephelē uxore filium unam cum sorore  
 Helle, cum defuncta matre nouerca, quae uno uocabatur,  
 insidias ferre non possent, consentiente patre de fuga cogitasse.  
 itaque arietem aurei uelleris datum sibi a matre, dum uiueret  
 (ut quidam uolunt) ut alij a patre, conscendisse, & pontum ea  
 parte, qua angustior est, trans fretum cepisse. Hellem puel-  
 lari timore exterritam decidisse in pontum, unde qui prius pon-  
 tum dicebatur, Hellepontus est uocatus. Phryxum uero incolu-  
 mem in Colchos ad Oetam regem peruenisse, hic arietem, quo  
 uectus fuerat, immolasse Iouis, & pellem auream in templo fi-  
 xisse. arietem ipsum in caelum a Ioue translantem, & inter sy-  
 dera locatum pristinam effigiem tenuisse, qui a Phryxo phry-  
 xeus est uocatus. alij hunc esse arietem dicunt, qui libero patri  
 per desertam Libye exercitum ducenti, & siti laboranti, appa-  
 ruit, fontemque amoenissimum ostendit, ut superius diximus.  
 quapropter liber pater templum Ioui Ammoni eo in loco con-  
 stituit, & simulachrum cum arietinis cornibus fecit, arietem in-  
 ter sydera figurauit, ita ut cum sol in eo signo foret, omnia na-  
 scentia recrearentur, quod ueris tempore fit, ea maxime ratio-  
 ne, quod per eum Liber siti pereuntem exercitum liberauerat.  
 duodecim praeterea signorum principem tradunt hunc esse uo-  
 luisse, quod optimus exercitus sui ductor fuisset. sunt etiam qui  
 scribant quo tempore Bacchus Aegyptum tenebat, Ammonē

quendam ex Africa uenisse, & pecudum multitudine ad Li-  
 berum duxisse, quo facilius, & illius gratiam sibi conciliaret,  
 et ipse aliquid inuenisse diceretur. Itaque pro eo beneficio agrum  
 ei a Baccho datum, qui est contra Thebas aegyptias, & qui  
 simulachra eius fecerunt, cornuto capite ea figurasse, ut homi-  
 nes memoria tenerent, hunc primum pecus ostendisse. Bacchum  
 uero memoriae gratia arietem in caelum transiulisse. hoc sy-  
 dus in aequinoctiali circulo constitutum est. caput est ad exor-  
 tum habens a primis pedibus exoriens, et caput pistricis penē  
 contigens habet in capite stellam unam, in cornibus tres. in pe-  
 de priore de primis unam in scapulis quatuor. in cauda unam.  
 sub uentre unam. in lumbis tres. in pede posteriori unam. De  
 Nephelē matre Phryxi, & Helles meminit Lucianus in dia-  
 logo Nephuni, et Nereidum, ubi haec in fine. Νη. οὐκ οὐκ ἔχρην  
 τὴν μητέρα τὴν νεφέλην βοῦθῆεν πρὸς οὐρανόν. πο. ἔχρην, ἀλλ' ἡ μήτρα  
 πολλὰ τῆς νεφέλης δυνάτωτέρα. Ner. Itaque oportebat matrem  
 Nephelen ferre operam cadenti. Nept. oportebat, sed parca mul-  
 to Nephelē ualidior. aries etiam marinus piscis, siue marina bel-  
 ua est candore tantum cornibus assimilatis. hedum dictum pu-  
 tant quasi foedum, Agnum uero a graeco ἀγνός, quod ca-  
 ptum significat, eo quod sit hostia pura & immolationi apta.  
 ab his hedimus, atque agninus deducuntur. a ueruec fit ueruec-  
 cianus. Plyn. & hircanus, ac ueruecianus adeps ei utilis est. Item  
 a uerto uermis, quia sese uertendo hoc est torquendo reptat. un-  
 de uerminari positum est pro torqueri, et uermina dicuntur do-  
 lores corporis cum quodam minuto motu, quasi a uermibus  
 sancti uideatur. Varro, si primo mense uerminari capiti, partum  
 putauit propinquum. Plyn. magi eo uermis, & dysen-  
 teriam curari putant. idem morbus etiam uermis dicitur,  
 praesertim in equis, ac iumentis. Plyn. iumentorum urinae tor-  
 mina uespertione adalligato finiuntur uermis ter arcu  
 lato uerendis palumbo murum dictu palumbus emissus mori-  
 tur, iumentumque liberatur confestim. uermis uero est uer-  
 mes habere. Corne. Celsus, nihil est perniciosius pueris, dum  
 uermis habent, hoc est dum uermes habent. hinc uermisosa au-  
 res dicuntur, quae uermes intus habent. oriuntur enim quor-  
 dam in auribus uermiculi, qui si iuxta sunt, protrahendi ori-  
 culario specillo sunt, si longius, medicamentis euocandi, cau-  
 dumque, ne postea nascantur. Martia. de auriscalpio. si tibi no-  
 rosa prurigne uermis auris, arma damus tantis apta libidi-  
 nibus. a uermis fit diminutiuum uermiculus. a quo uermis-  
 lor uerbum, quod est uermes facio. Plyn. uermiculatur mag-  
 nis, minus uel quaedam arbores, omnes tamen ferē, idque aures ca-  
 ui corticis sono experiuntur. hinc etiam uermiculare ueteres di-  
 xerunt, minuta opera facere, & uermiculata opera paruis  
 testiculis elaborata, qualia sunt quae nunc a muscis musea  
 uocant. musea. n. dicuntur, quae in aedificijs ex pumibus depē-  
 dentia sunt ad imaginem specus arte reddendam. Plyn. uermi-  
 culatis ad effigiem rerum, & animalium crustis. Lucil. arte  
 pauimento, atque emblemate uermiculato, & uermiculatum ad  
 uerbum dicimus minutum. nobis placet hoc genus operis, quod  
 graeci ἀπὸ τοῦ ἰμυβάλλω, quod est inter sero, emblemata uo-  
 cant, trifariam distinguunt, ut quod in parietibus fit uermicula-  
 tum siue museacum dicitur, quod in lignis, se gmentatum, de quo  
 supra diximus, quod in pauimentis tessellatum. constat tamen  
 haec apud auctores saepe confundi. multa sunt autem uermis-  
 genera. est hircudo in aquis habitans, quae & sanguisuga appel-  
 latur, maximum elephantorum malum, etiam in potu hau-  
 sta, ubi in ipso ani canali se fixit intolerabili afficit dolore. Ho-  
 ra. non mussura autem, nisi plena cruoris hircudo. Item in Gan-  
 ge flumine Indiae pisces sunt, qui a facie uermes dicuntur binis  
 branchijs, sexaginta cubitorum, caerulei, quibus tanta uis est,  
 ut elephantos



ut elephantos ad potum uenientes mordicus comprehendere proboscide abstrahant. Terebrantes uermes sunt in ligno nascentes a terendo dicti, siue a graeco nam & graeci τερειδῶρας uocant. quatuor earum genera sunt. primum capite ad portionem grauius. morodunt dentibus. haec tantum in mari, hoc est nauibus sentiuntur. & haec proprie dicitur terebrans. terrestres uero tineae uocantur, & quae culicibus similes sunt, thripes. thrips autem ἀπὸ τοῦ θρῖπεν appellata est, quod significat terere. quartum genus est ex uermiculorum genere, quorum alij putrescente materia gignuntur, alij pariuntur. ex eis, qui uocantur cerastes, cum tantum erofert, ut sese circūagat, generat alium. cerastes autem a corniculis appellatur, quae geminae habet in capite. est & cerastes serpentis genus quadrigena praefertens cornicula, quorum ostentatione ueluti estat illas sollicitas aures perimunt. nam reliqua corporis de industria arenis tegunt, nec ullum indicium sui praebent, nisi ex ea parte, qua immutatis dolo partibus necem uiuum uocantur. dicitur cerastes ἀπὸ τῶν κερῶν, hoc est a cornibus. cossus uermis est, qui in robore nascitur. hoc ueteres pro delictiori cibo ueluti solebat, atque etiam farina sagnare, ut uermiculi quoque aliter fierent ab huius similitudine antiqui cossos uocauerunt homines rugosos, atque asperae cutis. intra hominem tineae gignuntur trientium aliquando pedum, & plurimum longitudine, & in capillo, ac nonnunquam intra uestes pediculi, qui tanta multitudine interdum gignuntur, ut morbum faciant, quae a graecis phthiria sis, a nobis pedicelaris dicitur qua foeditate Sylla dictator & apud graecos Alcmā clarissimus poeta obijisse traditur. Lacedaemonius hic fuit, uel (ut Crates refert) e Lydia sardensis poetae Lyricus filius Damatis, claruit. xxvij. olympiade, cum apud Lydos regnaret. Ardis pater Alitae, & cum nimo amore puellam quandam deperiret, amatorios cantus primus inuenit. e foribus aridi folii pulex gignitur a polluento dictus, salus, & posteriorum crurum lasciuia insigne. tarmes genus uermiculi est, carnem exedens. est & alius uermiculus, quem uulgo non inlegeter pedicillum uocant, quasi paruum pedicillum, qui iter pellem, carnemque pernitio suo morsu hominem ledit. est & aliud genus infixo semper sanguini capite uicinis, cui uni ex omnibus animalibus ceteris exitus non est, sed usque adeo intumescat facietate, ut ipso alimento moriatur, hoc graeci κρότωνα uocant. Latini rediuum a rediundo, hoc est soluendo, quod carnem animalium suctu resoluat. cere quoque uermiculus gignunt, qui animalium omnium minimum existimatur, & ab Aristotele dicitur Acar. Item animalia in esculis nascuntur, quae appellantur galbae mure exilitate, unde qui primus sulphurorum cognomen Galbae tulit, ab exilitate ita uocatus est, quae uis alij e contrario, quod praepinguis fuerit, ita nominatum scripserint. tale enim Galbae uocant Galbam. alij quod oppidum Hispaniae frustra diu oppugnatum illatis demum Galbano ficiabus succenderit. non nulli quod in diuturna ualetudine Galbeo hoc est remedijs lana inuolutus assidue uteretur. in lanis quoque, & ueste puluis tineas gignit, praecipue si araneus una includatur. sicut enim, & omnem humorem absorbens auget ariditatem. hic & in chartis nascitur, habet & canis in lingua uermiculum, quem supra diximus Lyttam appellari. Item aliud peculiare malum uermis alati, qui lanat aures, quae de fendi morsu non possunt. Ricinus a nostris dicitur. Aristoteles κροπῶν uocant. Var. Quidam nuabus graecis in aqua tritis perungunt catulorum aures, quod ricini soleant, si hoc unguine non sit usus, eas exulcerare. Columella, ferē autem per aestate sic muscis catulorum aures exulcerantur, ut saepe totas amittant, quod ne fiat amarum nuabus contritis liniendae sunt. Quod si

ulceribus iam praecipue fuerint, iunctam picem liquidam suillo ad ipsi uulneribus instillari conueniet. hoc eodem medicamento contacti ricini concidunt. Ab huius animalis similitudine Ricinus dicitur herba instar arboris, quae alio nomine Ciccy appellatur. Alij uocant scrotonem. Alij Chibim. Alij Sifamon syluestre. Alij Sifelin cyprion. Nonnulli Pentadactylon. Alij Helioscopium, quia semper ad solem uertitur ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν τὸν ἥλιον. Dioscorides arborosum fructum uocat similem ficu, sed minorem. folia similia Platano, sed maiora. lenia, & nigriora, ex qua ex primitur oleum acynum. semen producat huic animali simillimum. ideoque nomen quoque ab eo sumit. est e genere tithymalli, quam nostri herbam lactariam uocant. alij lactucam caprinam, cuius lacte inscripto corpore cum inaruerit, si cinis inspergatur, apparere literas tradunt, & hoc modo adulteras quosdam alloqui maluisse, quam codicillis. tithymalli multa sunt genera. primum Charatias, quae masculus existimatur ramis digitali crassitudine quinq; aut sex, cubitali longitudine, a radice folijs ferē oleae, semen eius cum melle decoctum in usu est ad catapocia, hoc est pilulas faciendas soluendi alui gratia. ideo medici nostri temporis herbam hanc corrupto (ut i plevisque alij) uocabulo catapociam uocant. alterum quod Myrsinitem nominant. alij Caryotē folijs myrti acutis, & pungentibus, fructus eius nux uocatur. ideo herba ipsa caryotes appellata est, nam κάρυον graeci nucem uocant. tertium quod paralius nuncupatur, siue tithymalli folio rotundo. atule paululum alto ramis rubentibus. quartum simili modo helescopium semine albo columbis gratissimo. quintum cyparissium propter foliorum similitudinem cum cypresso. sextum platyphyllon uocant. alij corymbiten. alij amygdalite, a similitudine, nec ullius latiora sunt folia. septimum dendroides, hoc est ramosum, & codion, & leptaphyllon a tenuitate foliorum, comosissimum ex omnibus, & cauliculis maxime rubentibus, & semine copiosissimum. est & alius uermiculus amex uulgo dictus, odore foedus, ex ligno nascens, charitissque, & paleis. Item alius tunicas suas trabes cochleae modo, sed ita ut pedes eius spectentur. Aristoteles Xylotrophon uocat, & processu temporis transit in chrysalidem, spoliatus statim expirat. cantharides uermiculi ficorum sunt. & pyri, & pinus, & cynacanthae, quae arbuscula est, ueluti acinos uiae producat. Latini caninam sentē. & uulgo unam spineam nominant. rursum culices aciescens unum gignit, quos Aristoteles culices unarios uocat. nam generali nomine & alij uermiculi parui alati dicuntur culices, iter quos sunt qui multos appellatur, arborarum picia rostrum habentes, & plus uno die non uiuentes. culices graeci κρότωνα uocant, unde conopem uocatum est tentorium, ad arcendos culices contextum, quod supra lectum explicari consuevit. quin etiam in niue uermiculi nascuntur, qui niales tineae dicuntur. Aristoteles, uermes in niue uetustiori, quibus hirti sunt pili, & rubidi. & ipsa nix uetustate rubescit, sed in niue mediae terrae candidi, & grandiores inueniuntur, torpent omnes, ac difficulter mouentur. & ignis uermes gignit uolucres maioris muscae magnitudine, qui pyralis, & a quibusdam pyrausta nominatur, uiuens quando in igne est, cum primum euasit, moritur (ut supra diximus) hypanis fluminis in ponto arca solstitium defert tunc membranas acinorum instar, quibus erumpit uermiculus ad similitudinem supra dicti, nec ultra diem uiuit ob id hemerobion uocatur, quod uitam unius diei habeat. ἡμῖπρον enim graeci diem dicunt. πῖρον uitam. est & aliud genus culicium, quos uocant centrinās fici apum similes in gnauia, malitiaque cum pernicie uerorum, & utilium. inter inuenit enim illos, atque ipsi emoriuntur, a pungendo autem nomen sumptere,



quod graeci dicunt *κίρτην*. Conuoluolus uermis est minor Erucæ corrodes pubescentes uinas, quem alij uoluolam appellant, quod uinum frondibus bombicum more sese conuolunt. remedium est falces, postquam exacuta sunt, fibrina pelle detergere, quemadmodum et contra erucam, quæ pusillus et ipsa uermis est, ab erodendo uocata, remedium est uisco uitem ambire. conuoluolum etiam herbam uocant nascentem per fruticem, nullo odore, nec crocis intus habens, sed florem tantum, ac candorem lili referens, ueluti rudimentum naturæ lilia facere condiscens, dicta conuoluolus, quod sese rei, cui adheret inuoluit. Erucæ quoque herba est ita dicta, quod bestias omnes corpori inuascentes erodat, huius in condiendis obsonijs tanta est suauitas, ut graeci eam *κωμον* appellarint, ob bonitatem in ris, et enim bene dicunt *κομὴν* ius, uenerem mirifice stimulat (ut supra diximus) rauca uermes sunt terreni, ra dices arborum lædentes. Plyn. olea, ubi quercus effusa sit, male ponitur, quando uermes, qui rauca uocantur, in radice quercus nascuntur, et transeunt. Multipeda animal est e uermibus terræ pilosum, multis pedibus, arcuatim repens, tractuque contrahens se, a graecis *πυ* uocatur. alij Scolopendram nominant. alij millepedam. alij centipedam. onyscus uero, siue ty-lus uermiculus est pluribus pedibus, colore fusco, sub lapidibus, aut figulinis nasjis uiuens, qui tactus arcuat sese, atque globum contrahit ad similitudinem parue pilæ, hic in cortice punia mali decoctus cum porri succo, dolorem aurium sanat. campe uermiculus est hortensius maxime herbas, et arborum frondes erodens dicta *ἀπὸ τοῦ κάμπευ*, quod flectere est. Columella, nec solum teneras audent erodere frondes impliatius conchæ limax, hirsutaque campe. hinc hippocampe dicti sunt pisces, qui et equi marini appellantur, a flexu caudarum, quæ pisces sunt. Plyn. hippocampinus omnis alopecias tollit. hinc etiam pityoampe uermes sunt e pinu arbore nascetes morsu uenenato, nec dissimili a buprestis morsu, de qua supra diximus. Plyn. usus sapæ contra cantharidas, buprestum pinorum, quas pityoampe uocant. Galenus *πιτυοκαμπεύς* *ἴσθι* *καρπαρίδης* *βουρπίστη* *δουράμω*. Rotundæ tineæ in hominum corporibus dicuntur ad differentiam aliarum, quæ non sunt rotundæ. Plyn. Aisoi succus aluum fistit, et dysenterias, et tineas rotundas pellit. uermes terreni lumbrici appellantur a lubricitate, ut opinor dicti. inter uermiculos, et Locusta poni potest, de qua supra diximus. et Bruchus uermiculus haud dissimilis locustæ herbas erodens, sine alijs tamen. et gryllus, cui magnam auctoritatem perhibent. Nigidius, magis, quod retro ambulat terram terebret, noctibus stridat. Blattæ quoque uermiculi exigui sunt lucem fugientes, et tenebrarum alumina in balneis maxime humido uapore prognata. plura earum genera sunt, molles, quæ in oleo decoctæ uerucas mirifice tollunt. alterum genus mylochon uocant, quod circa molas ferè soleat nasci. graeci enim *μύλον* molam uocant. tertium genus est odoris tædio inuisum. hanc quidam putant a cimice, de quo supra diximus, nõ differre. tauri uocantur scyabæi terrestres riano similes, nomen cornicula dedere. quidam pediculos terræ uocant. Melolitha quoque genus scyabæi est colore uiridis nascens (ut Aristoteles refert) e uermibus fimo bouis, aut iumentis creatis. sunt etiam ex scyabæorum genere grandiores cornua prælonga bisulcis dentata forficibus in acumine habentes, quos Nigidius lucanos appellat. alij e fimo ingentis pilas auersi pedibus uolitant, paruosque in ijs contra rigorem hyemis uermiculos nidulantur. hos Aegyptij loco numinum colunt, quoniam solis operum similitudo quædam huic animali est. est et genus eorum albis guttis distinctum, quod sello appellatur, uolitant alij ma-

gno cum mugitu, alij terram frequentibus foraminibus exantant, crustas habent omnes duxat ad tutelam penarum a natura datus in Thraciæ partibus iuxta Olythium locus est paruos, i quo unum hoc animal necatur, ob hoc dictus cantharoletus. *κάρπας* enim graeci scyabæus uocatur. *ὄλεπος* pernicius dicitur. papiliones quoque inter uermiculos numerant, multa eorum genera. nullum animal imbecillius est solo ferè tactu necatur. is, qui lucernarum luminibus aduolat, inter mala medicamenta a magis præcipue numeratur. lucet ignium modo noctu, laterum, et clunium colore candela, a graecis lampyrus dicta. quidam noctilucam. alij nitedulam uocant, non ante matura pabula, aut post defecta conspiciuntur. nunc penarum hiatus resurgens nunc compressu obumbrata. huius animalis stellantes uolatus maturitatis hordei signum rusticis præbent mira benignitate natura. ab hac lychnus pèsilis, quem uulgo lampadem uocant. candela appellatur, quæ nocte tota seruatur accensa. et lampyridis instar lucet. Marnalis de candela, ancillam tibi fori dedit lucernæ, totas quæ simul exgat tenebras. item uermes sunt aranei. uespæ. stelliones. bombyces. et uespærum genere pèsidospecta, de quibus supra diximus, uermes sunt et muscæ notum animal, alis sonans, cui aculeus in ore pro lingua est, nec ad punctum, sed ad suctum a natura datus, ut culicibus, et quibusdam alijs. muscæ humore exanimatæ si cinere condantur reddunt uitæ, hoc animal graeci *μύια* dicitur. a quo sit anomia, hoc est canina muscæ. muscæ sine memoria esse prodierunt in Creta mons quidam est Carina nomine, nouem milium passuum ambitu, intra quod spatium muscæ non reperiuntur, namque ibi mel nusquam attingunt, quo experimento singulare medicamentis eligitur. e uermium etiam genere sunt tabani, qui et asili dicuntur in extremis fauis aliquando nascentes, ueluti grandiores aperi, gallinarum modo incubant, quod exclusum est primu uermiculus uidetur candidus. graeci hoc malu astrum nominant. Virg. est locus silaris arca, illicibusque uidentur plurimus alburnu uolitans, cui nomen asilo, Romanu est, astrum Graij uertere uocantes. asper acerba sonans, quo tota exterrita syluis diffugiunt armenta. crabrones uestis similes sunt, degant syluestres in arborum cauernis. uita bimatu nõ transit. dictus eorum non ferè sine febris est. sine qui putent ter nouenis punctis interfici hominem. Mitiorum minores opifices uocantur, qui hyeme moriuntur. maiores dicuntur matres, hæ biennio durant. nudos uere faciunt fire quadrifores, in quibus opifices generentur. his educatis, alios deinde nidos maiores faciunt, in quibus matres futuras producant. opifices tunc numerare finguntur, et nascunt eas. et cicada uermes sunt, quarum duo genera. minores quæ primæ proueniunt, et nouissima percunt, hæ mutæ appellantur, nõ quod nihil cantant, sed quod parum cantant. et maiores, quæ cantant, eademque nouissima proueniunt, et primæ intereunt, hæ uocantur achetæ, hoc est argentea *ἀπὸ τοῦ ἠνώ*, quod e sono, crepito, unde echo dicta est uox in nemoribus, et locorum concantantibus resonans. et inter has, quæ minores sunt, uocantur tetragometra, hoc est cicadarum matres. *τίττις* enim cicada dicitur *μήτηρ* mater, sed illæ magis canore sunt. in utroque genere mares cantant, foeminae silent. in oriente ijs homines uisitantur, præsertim Parthi, licet opibus abundent, ante coitum mares præferunt, post coitum foeminas. sola cicada ex omnibus, quæ uiuunt, sine ore est, pro eo aculeatum quiddam in pectore habet lingue simile, quo rorem lambit, et pectus ipsum fistulosum, quo uocem emittit. excitata cicadæ cum subuolant, humorem emittunt, quod argumentum est rore eas ali. quidam duo alia genera earum faciunt, surculariam, quæ grandior est, et frumentariam,



mentariam, quam alij auenariam uocant, quoniam simul cum frumentis arefcentibus apparet. Cicada nō nascuntur, ubi rara arbores sunt. in regno agro silent omnes, in locrensi ultra flumen cantant. formicæ quoque uermes sunt, & ex pusillibus uermibus nascuntur. condunt æstate cibos, qui hyeme sufficiant. si quis onera quæ gerūt, cor poribus earum comparet, iudicabit nulli animali secundum portionem, uires esse maiores. morsu minora onera gestant, maiora auersæ postremis pedibus impellunt. femina condunt semerosa, ne rursus in fruges exeant. madefacta imbre ad solem proferunt, atque exsiccant, deinde reponunt, operantur & noctu plena luna inter lunio cessant. silices itinere earum attriti spectantur, & i opere semitæ factæ, tantum in omni re potest, quantula cunctaque sedulitas. sepeluntur inter se, quod nulli alteri animali præter hominem accidit. aliquando pennæ reperiuntur. Indicæ formicæ cornua habent, egerunt aurum ex cauernis terræ in regione septentrionalium Indorum, qui Dardæ uocantur, colorem felium habent. magnitudinem Aegypti luporum. aurum ab his hyberno tempore eruitur. Indi per æstatem fuerantur illis propter feruorem solis in cuniculis latentibus, quæ tamen odore sollicitæ prouolant, & crebro raptores lacérant, quæuis uelocissimis canelis fugientes, tanta est eius animalis cum amore auri feritas, atque pernicitas. ob eam causam raptores ferinas carnes per diuersa loca disponunt, ut illis distractis, auri strigmenta tuti asportent, quæ fusionis ignari, aduenis mercatoribus uendunt. est & genus formicarum uenenatum, quod a fugiendo solem solifuga nominatur. concitatur enim acrius feruore solis, ideoque cum fugit quantum potest. non nouit eas Italia. Betica solpuga appellatur. Lucanus, quis calcare tuas tuat solpuga latebras. idem genus est leonum in regione Aegypti sub promontorio, quod austru cornu appellatur, qui formicæ dicuntur, & genitalia sursum uersa habent, colorem aureum, glabriores sunt Aegyptiis. scorpium quoque, siue scorpium uermis est uenenosus eo in portuior cæteris, quod grauiore supplicio afficit, lenta morte triduo conficiens. ictus eius foemina letalis est, præsertim uirginibus, uiris tantum matutino tempore, priusquam aliquo fortuito ictu ieiunum uenenum emittat. id in cauda habet, ferit semper obliquo ictu. nec unquam deest uenenum medio die, cum feruet solis ardoribus, nec cum sitit semper in explebilis potu. in Africa pennas, non ferit manus palmam, nec nisi pilos attigerit. ipse suæ plagæ i positus, aut assus in abo sumptus, aut potus in duobus cyathis meri lenit dolorem. factum suum deuorat, unum tantum relinquens solertissimum, qui se in matris clunibus includens a cauda, & a morsu se tutum facit. scorpium quoque celeste signum est. nam cum forte Orion inter uenandum Diane dixisset se quicquid ex terra oriretur facile interficere posse, ferunt terram ea temeritate permotam scorpionem produxisse, quæ necaturus Orionem uidebatur. Iouem autem utriusque audaciam admeratum scorpionem in caelo colloasse, ut documento mortalibus esset nulla re esse nimis fidendum, quæ propter Dianam, cui ob uenationis studium carus erat Orion, ab Ioue postulasset, ut idem sibi petenti beneficium daret, quod terræ ultro tribuisset, quocirca Iouem ita consensisse, ut oriente scorpione Orion occidat. huius scorpionis chela ita premuntur ab æquinoctiali circulo, ut eum sustinere uideantur. chelæ autem scorpionum, & cancrorum brachia dicuntur. Virg. qua locus Erigonen inter chelâsq; sequentes. cauda autem contingit hyemalem circulum. occidit inclinato capite. oritur erectus a chelis. in his stellâs habet binas in singulis, in fronte tres, inter scapulas totidem, in uentre duas, in cauda quinque. in ipso cacumine, quo uidetur percute-re, duas. item scorpium militare instrumentum est, quod uulgo

nunc balistam uocant, ita dictus, quod paruis, ac subtilibus spiritibus inferat mortem, siue quod scorpionis similitudinem habeat, cum arcus hinc, atque hinc chelarum similitudinem præferant. spiculum caudæ. balista uero finibus, & neruis tenditur, & maiora spicula multo longius iactat, emittit etiam in nauali bello sagittas oleo incendiario, stipa. sulfure, & bitumine obuolutas, atque ardentis, quæ tabulas picæ unctas, & resina repente succendunt. Ouidi. quam graue balistæ mœnia pulsat onus. a balista fit uerbum ex balisto, quod est decapio, circumuenio. Plaut. ego hunc communem meum, atque nostrum omnium hostem ex balistabo lepide. item balistarium, locus in quo sita est balista. idem, intentæ balista est probe, quam ego haud multo post emittam e balistario. balista ἀπὸ τοῦ βάλλειν dicta est, hoc est a iactando. scorpionem quædam archabalista uocant. est etiam scorpium herba semen habens ad similitudinem caudæ scorpionis, folia pauca. ualet aduersus animal nominis sui. hanc herbam Theophrastus nepam uocat, quod nepa scorpion apud Græcos significat. quæuis enim aliqui putauerint nepam cammarum esse decepti, eo quod apud Plautum scribitur, retrouersum cadam imitabor nepam. constat tamen nepam scorpium esse, qui & ipse aliquando retro graditur morandi gratia. Cicero, serpere anguere. natære anaticulas. uola re merulas. cornibus uti uidentur boues. nepas aculeis. suâ denique naturam esse ad uiuendum ducem. item scorpium alia herba est, quam etiam heliotropium nominant, a nobis cum de sole differemus, dicenda. est & alius uermis locustæ similitudinis, sine pennis, qui trixalis Græce uocatur. latinum nomen non habet. item tipula uermis est sex pedes habens, sed tanta leuitatis, ut super aqua currens non desinat. Plaut. neque tipula leuius pondus est, quam fides leuonia. quidam etiam leonophonen exiguum uermem esse dicunt, cuius cinis cum carne in abo datus leonem necat, quod falsum esse inferius ostendimus. item gurgulio uermis exiguus, de quo superius diximus, frumenta in horreis, satis uel deuorans, dictas ita ob paruitate, quod nil aliud sit, quam guttur. Virg. populatque ingentem farris acerrimum gurgulio. item gurgulio appellatur uia patens, & ueluti fistula quædam a naribus ad pulmonem constans chartilagine, & carne, per quam spiritus meat, ac remeant. hæc spiritalis fistula dicitur, sicut alia fistula, quæ ab ore ad uentrem transit gula. & ab alis fistula appellatur constans neruo, & carne. ite Salamandra est uermis inter omnia uenenata maximum scelus. cætera enim singulos ferunt. Salamandra populos necare pariter i prouidos potest. nam si arbori irrepserit, omnia poma i facit ueneno, & eos, qui ederint, interimit. idem facit, si in puteum cadat. salua eius quacunque parte corporis, uel in pede imo respersa omnis in toto corpore defluit pilus. est animal lacerti figura stellatum, nunquam nisi magnis imbribus proueniens, & æstate deficiens, cui tantus rigor, ut ignem tactum extinguit, non alio modo, quam glaci es, a suis tamen sine noimento manditur. item uermis est lacerta, cuius duo genera. altera est maior, hæc lacerta uiridis dicitur. altera minor hanc quidam Xignyda. alij chalcaden uocant. in utroque genere mas dicitur lacertus. Virgilius. nunc uiridens etiam occultant spineta lacertos. lacertus etiam brachium in homine dicitur. a quo fit lacertosus, hoc est robustus, ac ualidis lacertis. Lacertus etiam piscis est, de quo inferius dicemus. lacertam ore parere uulguis existimat, quod Aristoteles negat. Constat tamen eas non incubare, oblitæ quo sint loco enixæ, quoniam huic animali nulla memoria est. itaque catuli eorum per se erumpunt. ranas quoque quidam parum inter uermes adnumerat. uulga earum genera. sunt ranæ terrestres, licet in dulcibus aquis uiuant. sunt & marinæ. in mari rana



piscatrix dicitur, quoniam eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit, atq; ita assilantes pisciculos pertrahit, donec eam propè accedant, ut assiliat. mares, dum foeminas ad conium ciant, ololygones uocantur (ut supra diximus) E terrestribus quaedam in uepribus tantum uiuunt, ob id à rubis rubeta appellat. e. græca phrynos uocant. maxime omnium geminis ueluti cornibus, plenæ ueneficorum. tradunt officulo eius, quod est in dextro latere in aquam feruentem deiecto statim uas refrigerari, nec postea feruere nisi exempto. Et contrario aliud esse in sinistro latere, quo deiecto feruere aqua uideatur, id apocynon uocari, quoniam atum in petus eo cohibeantur. alia inter harundines, fruticesq; uersantur, ob id à calamus dicta calamitæ. hæc inter omnes et minime sunt, et uiridissima, et à quibusdam diphithia nominantur. sunt etiam sine uoce, et si hauriantur, uentres bouum distendunt. est et rana parua arborem scandens, et ex ea uociferans, in cuius os si quis ex puat, ipsamq; dimittat, iussi liberari dicitur. tradit Democritus, quod, si quis extrahat ranæ uiuenti linguam, nulla alia corporis parte adhaerente, ipsaq; dimissa in aqua illam imponat supra cordis palpitacionem mulieri dormienti, quæcumq; interrogauerit uera responsuram. Inter uermiculos postremo apes quoq; ponit, et certe uermiculi sunt, dum nascuntur, ideo apes dictæ, quod sine pedibus sunt. Virgilius truncat pedum primo. quamuis aliqui apes ab eo dicitas uolunt, quod se pedibus inuicem tenent. ab hoc fit diminutium apacula, siue apicula, quoniam et apes, et apus dicuntur in nominatio, et apiarium locus in quo apes tenentur, quod et aluearium dicitur, ab alueorum multitudine. et mel larium à melle, et à melissis, hoc est apibus melissis. et apium herba, quam græca selinum uocant, cuius plura genera. quod enim sponte in humidis nascitur, helio selinum uocatur. illos enim dicitur palus, uero folio est, nec hirsutum. rursus in sicca hippo selinum, quo equi libenter uescuntur, pluribus folijs est, simile helio selino, id et petro selinum, et olus atriu, siue olisatrum nuncupant, ut supra ostendimus. tertium orco selinum, quasi montanum apium. acutæ folijs, radice tenui, semine anethi, minutioni tamen, his ferè omnibus apes uescuntur. item ab apibus apiastrum, quod non est syluestre apium (ut ualla scripsit) sed herba, quæ à melissis melisse phyllon appellatur, hoc è apium folium, et à melle dicitur mellitena, nullo magis flore gaudent apes. copia ipsius facillime ex amina continentur, et si ea purgantur aluearia, non fugiunt apes. in sardinia hæc herba uenenata est. item ab apibus apiarius deditur, qui curam apium habet, et alueos tenet. Plinius. prouentum enim sperant apiarum large florescente thymo. et apiana uia prædulcis, quam præcipue insectantur apes. uespæ. muscæq; nunc uulgo à muscis muscatula dicitur. græca stican uocant. item ab ape apiastria cuius apes comedes, quæ merops etiam uocatur genitores suos respicentes pallido intus colore pennarum superne cyaneo, priori subrutilonidi. fixat in specu sex pedum de fossa altitudine. Virgilius. meropes, aliæq; uolucres. manifestus hic seruij error notatur, qui meropem inquit uiridem esse, et uiridiores pennas habere. creantur autem apes ex bobus, sicut crabrones ex equis. sua ex mulis. uespæ ex asinis. conduntur apes à uergiliarum ocafu, nec ante fabas florentes ad opera, et labores exeunt. cum per caelum licet, nullus operi perit dies. primum fauos construunt, hoc è cellulas, domosq; à fouendo dictas, quod in ipsi sobolem fouent, fingunt primo cera, dehinc melle implent. ceram ex floribus faciunt, quæ quanto iucundiore materia composita est, tanto in hac meliorem mella qualitatem capiunt. melligenem capiunt et lacrymas arborum, quæ glutinum pariunt, ut salicis ulmi.

Hir de Apib; triplic; de eoz uocabul; naturis; mirabilib; &c.

arundinis, siue gummi. resina. his primum alueum intus totum, ut quodam tectorio illuminat, et alij amarioribus succis, ne aliarum bestolarum auaritates ipsi nocent. his fores quoq; latiores circumstrunt, mellico hæc uocatur. primum fundamentum operis dicitur metys, hoc est purgamentum cere, ex quo partem aluei priorem apes illuminat. secundum pissaron ex cera, et picæ, siue gummi. siue resina misctam, unde nomen habet. græca enim πικρα picem uocant, κηρ ceram. tertium propolis dictum, hoc modo quasi suburbanum, quod ante alueum sit, propolis uero inquit uocant, quod apes faciunt ad foramen introitus, porrectum in alueum, maxime æstate. quam rem etiam nomine eodem medici uocant in emplastris. propter quam rem etiam cæuis in sacra uia, quam mel uenit. est autem propolis fauorum stabilimentum quæ omnes frigoris, aut iniuriæ aditus obstruntur. odore etiã usq; adeo graui, ut quidam pro galbano utantur. post hæc conuehitur erythacæ, quam alij sandaracham. alij cerinthum nominant. hic est apium, dum operantur, abus, qui sepe in fauorem in anitibus se positis inuenitur saporis amari, sed plenus humoris. gignitur autem rore uerno ex arborum succo. uero erythacem uocant, quæ fauos extremos inter se conglutinant, quod est aliud melle propolis. itaq; in hoc uim esse illinenti, quo arca ex amine, ubi uolunt consistere cum ranam, aliam ue rem oblinunt hoc admixto apiastrum. Aristoteles. aggerunt apes suis cruribus ceram, atq; erythacem. idem, sed recondunt aliud quoq; abarum genus, cui durities cere proxima, quod σαυραχην, hoc est sandaracham nonnulli appellant. Idem, habent etiam quo secundo abo alantur, quod κηρικός, hoc est cerinthum uocatur, uerum hoc deterius est, et dulcedine propolis, nam et cerinthe herba est folio candido. incuruo. orbitalis. capite conuato, mellis succum habente. erythacæ à coloris rubedine dicitur. græce enim ἔρυθρα rubor appellatur. cera ex omnium arborum satorumq; floribus confingitur, excepto rumice. et chenopode herbis, quarum prima uulgo nota est. secunda effigiem habet pedis asserini. Aristomachus Solensis tanto apium amore flagrat, ut duodequadraginta annis nihil aliud fecerit. Hylisus quoq; Thasius usq; adeo has in desertis coluit, ut agrius, hoc est agrestis fuerit cognominatus. apes intra sexaginta passus opus suum faciunt. consumptis autem in proximo floribus, speculatores ad pabula ulteriora transmittunt. noctu deprehensa in expeditione, superne excubant, ut alas à rore defendant. interdum stationes ad portas faciunt more castrorum. noctu usq; ad auroram quiescunt, donec una excitet omnes duplici, aut triplici bombo quasi tuba, aut cornu aliquo. tum caterinam promouant, si dies futurus est quietus. uentos enim, imbrisq; prædiuinant, et nunc continent se tectis. cur ad opera processere, alia flores aggerunt pedibus, alia rorem ore, adolescentiores ad hæc opera exeunt, et supra dicta conuehant. seniores intus operantur, et aduecta disponunt, quæ flores portant prioribus pedibus onerant femora, pedes priores rostro, et onere graues remeant. excipiunt eas ternæ, aut quaternæ, atq; exonerant. singula præterea sua officia habent. alia construunt. alia poliunt. alia suggerunt. alia ex eo, quod allatum est, comparant abum. neq; enim separatim uescuntur, ne operis, aut cibi, aut temporis inæqualitas fiat. primos ferè tres ordines inanes strunt, ne promptum sit, quod inuit furantem. nouissimi maxime melle implentur, dum uehant, secundos captant statim, si procella oriatur apprehensis pediculo lapillis se librant. sepe etiam lapillum in humeros imponunt. laborantes miro studio obseruant. assantium inuicem notant. castigant. sepe etiam morte puniunt. omnium animantium mandidissima



nium mundissimæ sunt, amoluntur e medio cuncta, nullæq; inter opera spuratias relinquunt. excrementa operanti unius unum congesta in locum diebus turbidis, & quando ab opere cessant educunt. cum aduersa sciat minus, ac minus in alveo obstrepunt, donec una circumuolet, eodem, quo excitauerat bombo, quasi somnium iudicem, instar castrorum, tunc repente omnes silent. domos primum plebeijs edificant, deinde regibus. si prouentus largior speratur, etiam fucis, hæc cellarum minimæ sunt, sed ipsi maiores apibus. sunt autem fucis aculeo uelut imperfectæ apes, nouissimeq; a fessis, etiam emeritis inchoatæ, ferotini facies, & quasi seruitia uerarum apium. alimenta non congrunt, sed ab alijs conuecta consumunt. ad procreationem tamen sobolis conferre aliquid uidentur, insidentes seminibus, quibus apes figurantur. itaq; ad fouendam, & educandam natam prolem familiarius admittuntur. exclusis deinde pullis extra tecta perturbantur. Virgilius ignauum fucos pecus a præsepibus arcent. multæ apes singulos fucos aggressæ trucidant. quidam tamen fucos proprium genus esse existimant, quemadmodum ex eodem genere fures, late alio ad furandū pronos, ita appellatos, quia furam deuorant mella. alij fucos ex apibus fieri putant. aculeum enim apibus uetri insertum esse, qui si ad unum ictum infixus fuerit, illas statim emori, sed cum intantum fuerit adactus, ut ictum sequatur, sic fucos ex apibus fieri, nec mella facere, ueluti castratis uiribus, sed sola frequētia foeni prodesse. fucus etiam herba est, quæ græcè *φύκος βαλάνιος*, latine fucus marinus dicitur. tria eius genera, latum, & alterum longius quadamtenus rubens. tertium crispis folijs, quo i Creta uestes tinguntur. a nostris etiam alga dicitur. & tertium genus alga rufa appellatur. ab hoc fucos uerbum deducitur, & passivum eius fucor, quod est coloro. & coloror. unde fucosæ mulieres dicuntur, quæ uel medicamentis quibusdam colorantur, uel uita corporis inductis coloribus tegunt. & fucos color ipse. siue medicamentum dicitur. Plautus, uita corporis fucos occultant. Virgilius fucum pro cera posuit, quæ ex diuersorum colorum floribus colligitur, fucosq; & floribus oris expleat. fucus etiam pro fraude meta phorice ponitur, in qua ueritas occultatur. Terentius. & per alienas regulas uenisse claudum per implurimum fucum factum mulieri. hinc fucalis res falsa dicitur, & quasi fucata. factus quomodo prognerent apes, magna est inter eruditos contentio. nunquam enim uisus est apium coitus. multi existimauerunt compositis floribus aptissime confici. Virgilius. illum adeo placuisse apibus mirabile morem, quod nec concubitu indulgent, nec corpora se gnes in uenerem solunt, aut factus nixibus adunt. uerum ipse e folijs nator, & succibus herbis, ore legit, ipse regē, paruosq; quiritis sufficiant, auræq; & cærea regna refingunt. alij coitu unius, qui rex dicitur, generari apes existimant, hunc esse solum mare præcipua magnitudine, ne fatiscat, ideoq; factum sine eo non ædi, apesq; reliquas, non tanquam ducem, sed tanquam mare feminas comitari. sunt autem reges maiores paulo, quàm cæteræ, & oblongi, rectoribus cruribus sed minus amplius pennis, pulchri coloris & niti di, leuesq; ac sine pilodubium an cæreat aculeo maiestate tantum armatus, an aculeum quidem ei natura dederit, sed usum eius negarit, quod regem decet clementem esse, nec arma, nisi per ministros, ubi ius postulat, exercere, hoc certe constat regem aculeo non uti. mella plebis circa eum obedientia, cum procedit, una est, totum examen circa eum conglobatur, cingit, tuetur. uideri ab aliquo non sinit. alijs temporibus cum plebs in labore est, ipse intus operatur, exhortanti similis, solusq; imunis. satellites quosdam, & quasi lictores circa se continere habet, qui imperata

ficiant, nunquam nisi migratio examine foras exit. in procedendo se quæq; proximam illi caput esse, & in officio conspici gaudet. fessum subleuant humeris, fatigatum ex toto portat. ubi ille confedit, omnes castrametantur. rege defuncto moeret plebs ignauo dolore, non cibos conuehit non exit, tristit tantum murmurare circa corpus conglobatur, tandem fame moriuntur. cum uero alias apes defunctas educunt, tristitiam quandam ostendunt, & funerantium more comitantur exequias. color regis melleus est, quasi electo flore, ex omni copia factus, neq; uermiculus nascitur, ut cæteræ apes, sed statim penniger est. cæteræ, cum formam capere ceperunt. nymphæ appellatur. Aristoteles, *ὄνχάμα δὲ ἐν πᾶσι τοῖς νυμφαροῖς ἐστὶν ὀρόρος. ἀλλ' ἐν οἷς μὲν ἴσθι μετὰ τὴν ἐξοδὴν, ὡς ἐν αἰσθητοῖς. ἐν οἷς δὲ νύμφου. ἐν τοῖς δὲ σκώληκιν ἐστὶ.* hoc est, non æquus in omnibus alueis factus. in quibusdam enim magis iam sunt, ut uolare queant, i alijs nymphæ. in alijs etiam uermiculi. sirenes & cephænes imperfectæ apes sunt, & iuiles operi, nisi quod multitudine, quæ ad calorem multum confert, factus adiunãt. quo enim maior eorum turba est, eo maior sit prouentus. Aristoteles, factus apium sirenum, & cephænum albi quæ diu uermiculi sunt, postquam creuere sũt apes sirenes, & cephænes. clerum abortum apium esse Plinius scribit, cum factum morbo, aut ignauia, aut naturali infæcunditate non eduxere. in quo certe miror uirum alio, quin doctissimum errasse. clerum uermiculi esse constat nocentem aluearibus. Aristoteles. examina infestantur clero. sic enim uocant uermiculos, qui in paumento nascuntur, ex quibus crescentibus uelut aranea abducitur alueo, & sui carie pereunt. hinc morbus quoq; eiusmodi clerum uocatur, hoc est finis cum factu putrefactus. cum uero alia causa, ut puta morbo, aut ignauia, aut infæcunditate naturali factus non peragunt, blapsigonia dicitur, quasi prolis detrimētum, *ἀπὸ τοῦ βλάπτω*, quod noceo est, & *ζόρος* factus. cum deficit alicuius aluei abus impetum in proximos rapinæ studio faciunt, at illæ contra dirigunt aciem, & alijs quoq; causis se penumero dimittant duo imperatores, acies instruunt, utroq; suos euocante commilitones, quæ dimittatio iniectu pulueris, aut fumo tota dirimuntur. Virgilius. hi motus animorum, atq; hæc certamina tãta, pulueris exigui tactu cõpressa quiescent. gaudent plausu, ac innitu aris, atq; euocantur postquam effecto opere, & educto factu, functæ sunt omnimunere, ex erationem nihilo minus solennem habent, spatia atq; in aperto, & gyris in alto æditis, cum denum ad cubum redeunt. Vita eius longissima septem annorum est. alueum nunquam ultra decennium durasse produnt. sunt qui mortuas, si intra tectum hyeme seruentur, deinde sole uerno torreantur, ac sic alueo cinere toto die foueantur, renuiscere existiment. quando uero in tonam amissæ sunt, uentibus bubulis recentibus cum fimo obrutis, uel, ut Virgilius scribit, inuenorum corpore exanimato reparantur. odere fædos odores, & infectos fugiunt procul. itaq; unguenta redolentis infestant. Vna in apibus dicitur, quando examen conglobatum botri instar dependet. Virgilius. hic uero subitum, ac dictu mirabile monstrum aspiciunt, liquefacta boum per uiscera toto stridere apes uero, & ruptis effruiere costis, immensasq; trahi nubes, atq; arbore summa confluere, & densis unam dimittere ramis. Seruius. unam dimittere, id est in morem unæ botryonem desluere, quod græci dicunt *βοτρυδόν*. Columella. deinde cum examen glomeratum in proximo frondentis arbusculæ ramo confederit, animaduertito, an totum examen in speciem unius unæ dependeat. i uenialis. follicatus tanquam lapides effuderit imber, examenq; apium longè confederit unæ. Plinius, tunc ostenta faciunt



privata, ac publica una dependente in domibus, templis ue  
 saepe ex piata magnis eventibus. sedere in ore infantis Pla-  
 tonis, tum etiam summatem illam praedulcis eloquii proten-  
 dentes. graeci quoque hoc ipso loquendi modo utuntur. *Πορφυ*  
*δὲ ἐπιπύρρον τὰς μύμην* Cera est, quae fit expressis fa-  
 nis, et uera purificatis, optima est, quae punicat uocatur, o-  
 mnium candidissima, proxima, quae maxime fulua. nomen  
 a graeco habet *κηρίον* enim graeci fauum uocant, *κη*  
*ρίον* cereum. nigrescat addito chartarum cinere, sicut  
 anchusa admista rubet. cera aliquando pingere maiores  
 nostri solebant. quapropter et tabellae ita pictae ceræ uo-  
 cabantur. Ouidius, perlege dispositas generosa per atria ce-  
 ras. è cera etiam fiebant pugillares, in quibus scribere mos  
 erat. unde ceras aliquando pro libellis, siue epistolis, ac eti-  
 am ipsis pugillaribus capimus. Iuuenalis, non ne libet me-  
 dio ceras implere capaces quadruio? parietum quoque depicto,  
 et armis cera punicat cum oleo liquefacta, candens setis in-  
 ducebatur, iterumque admotis galle carbonibus adurebatur  
 ad sudorem usque. postea candelis subigebatur. deinde linte-  
 is puris, ut sicut marmora nutescerent. Plinius. uariosque in  
 colores cera trahitur ad innumerum mortalium usum, parietum  
 etiam, et armorum tutelam. ab hoc fit cerare, et in-  
 cerare uerbum, quod est cera tegere. Persius. genua incera-  
 re deorum. et cereus adiectiuum, quod aliquando ex ce-  
 ra fit, ut cerea candela, ad differentiam eius, quae ex seuo est,  
 siue alio pingui. aliquando mollem, ac facilem, et tanquam  
 cera tractabilem. Horatius. cereus in uitium, flecti monitori-  
 bus asper. non nunquam pinguem. Accus. pinguem turtu-  
 rem, cereamque fiedulam. a ceræ uidelicet colore. quandoque  
 unctum. Martialis. cerea si pendet lumbis, et trita lacer-  
 na. cereus uero substantiuum fionale significat, quem in sa-  
 ternalibus solebant humiliores potentioribus, cum candelis  
 pauperes, locupletes cereis uterentur. Martialis. hic tibi no-  
 cturnos praestabit cereus igneus. item a ceræ cerinus color  
 (de quo supra diximus). Item syncerum, quod proprie signi-  
 ficat integrum, tractum ab eo, quod qui diuidere fructum  
 communem aluicorum cum socio uolunt, simul cum ceræ mel-  
 partiuntur, quod si mel tantum sine ceræ consignent, frau-  
 dant socium, nec agunt integre. sunt qui tradant societate  
 fraudata alucos mori. syncerum itaque dictam, quasi simul  
 cum ceræ. *ὄν* enim apud graecos simul significat i com-  
 positione, quemadmodum apud nos Con. unde syncræsis di-  
 citur figura, quae diuersa coniungit, ut cum dicimus Antoni  
 gladios, pro Antoni. et derit pro deerit. et synagoge coadu-  
 natio. et synalophe, quasi compressio, cum de fine dictionis  
 uocalis obijciatur, sequenti dictione inapiente a uocali. ut sem-  
 per ego auditor tantum? et syncope conasio, cum litera, uel  
 syllaba, de medio dictionis absconditur. et synategorema-  
 tica consignificatiua. et Synchysis confusio. est enim (ut Do-  
 nauius inquit) hyperbaton undique confusum, ut illud Virgilij,  
 treis notus abreptis in saxa latentia torquent, saxa uocant  
 Itali medijs quae in fluctibus aras. et synechon, continens.  
 et synechoche conceptio, cum a parte totum, uel a toto pars  
 intelligitur, a parte totum, ut flammam cum regna puppis, hoc  
 est nauis. a toto pars, ut quae in multae glomerantur aues, ubi  
 frigidus amnis trans portum figat. et syllepsis figura, quae  
 dici latine conceptio potest, quando pluratiua dictio singulari  
 uerbo cohaeret. Virgilius. socijs, et rege recepto, aut singula-  
 ris plurali uerbo connectitur. idem sunt nobis nutia poma, ca-  
 staneae molles, et pressi copia lactis. aut pro multis unus po-  
 nitur. idem, armato milite complet, aut pro uno multi. idem.  
 uos o Calliope precor aspirate canenti. et synodus conuen-

tus, siue conuenticulum. et synonyma, quae sub diuersis uo-  
 cabus idem significat. et synatracismus figura, quae et singu-  
 lis uerbis, et plurium uerborum coniunctione fieri potest.  
 singulis hoc modo, sed cum ad supplicium sumendum se con-  
 firmaret, multa simul eum renocabant officia. consuetudo. tem-  
 pus. existimatio. periculum. religio. plurium uerborum con-  
 iunctione sic, nemo enim nocens sine summo dolore est iu-  
 dices, sed multa simul eum perturbant, quod adest sollicitudi-  
 nis plenum, quod futurum est formidolosum. lex paraton  
 10 supplicium ostentans, uitia ex uitij coacta, occasionem argu-  
 endi malefici captans inimicus, quae quotidie uehementer  
 eius animum excruciant. et polysyntheton figura, cum sen-  
 tentiae multorum articularum conuenientia copia continen-  
 tur, ut ille hunc poena constrictum traherat, hic autem uoci-  
 ferabatur, concursus uero non mediocris erat, cum tamen o-  
 mnes optulari uellent, sed nemo uideret, neque ibi magistra-  
 tus aderat, nec circumspectantes, quod potissimum confugere-  
 mus, reperiebamus. et synatracosis figura, quae docet diuer-  
 sas res coniungere, et communi opinioni cum ratione aduer-  
 sari, ut nec hominis auari, atque a socii unum, atque idem uitium  
 20 est. uterque enim nescit uti, atque utriusque pecunia de deo est. qua-  
 re merito utriusque pari poena afficiuntur, quos pariter non de-  
 cet habere. et synonyma figura, quae conuincio nominis  
 interpretatur. utitur autem eo genere elocutionis, quoties uno  
 uerbo non satis uidetur dignitatem, aut magnitudinem rei  
 demonstrare, ideoque in eandem significationem plura conse-  
 runtur, ut si dicamus. prostrauit. affixit. percussit. et syn-  
 theton, quod incompositum, siue solutum a Latinis dicitur, cum  
 demptis disjunctionibus, et propositionibus, diuersa profes-  
 runtur. Cicero. ex pectore uim edicti securitatem praetoris. si-  
 30 uero oratori. capio, opto damnari Apronium. et syntaxis,  
 quae latine constructio siue coordinatio inter praetor. et syn-  
 thesis, quae compositio a nostris dicitur, fitque, cum singulare  
 nomen multitudinem significans cum uerbo plurali coniun-  
 gatur, ut pars infrusta secant, et turba ruunt. synthesis eti-  
 am uetus genus est, de qua supra diximus. et Symmachus  
 nomen proprium, quod significat concertatorem, auxiliari-  
 um. et symmachia. auxilium. concertatio. et symmetria  
 commensuratio, cuius tamen latinum nomen in usu non est.  
 40 Plinius. non dum habet latinum nomen symmetria. et sym-  
 pathia uisitatissimum apud Latinos, quod dici compassio po-  
 test. et symbole commissura. et symbolum indicium, quasi  
 simul collatum, de quo alibi diximus. et Symmathetes con-  
 discipulus. et symposium compositio. et syndinium con-  
 coenatio. et sympotes, com potor. et sympotria com potrix. et  
 symphitum herba, de qua alibi diximus. coagulum, siue con-  
 ferua latine appellata, et symphonia consonantia, et sy-  
 naecus cohabitator contubernalis. et systole correptio. et syn-  
 graphum, de quo alibi diximus, et symplegma comple-  
 50 xus, concursus. et symplegades insulae ponti mille quingen-  
 tis passibus ab Europa distantes, Cyanae ab alijs dictae.  
 Symplegades autem ob id appellatae, quod inter se concur-  
 rissse aliquando fabulis traditur. id autem fictum icirco est,  
 quoniam paruo discretæ intervallo, ex aduerso intrantibus  
 geminae cernebantur, pauloque deflexa acae, coeuntium  
 speciem praebant. et sympudearia funera a ueteribus  
 dicebantur, quibus ludos adhibebant, quasi simul pudenda  
 uerum, ut ad propositum reuertantur, quoniam quae inte-  
 gra sunt, etiam in corrupta sunt, ponitur aliquando syncerum  
 60 pro puro incorrupto, immaculato. Horatius. syncerum  
 est nisi uas, quod aequo infundis acescit. ab hoc fit synceritas,  
 hoc est integritas. et syncere, integre, cuius contrarium est  
 insyncerum,



insyncerum, hoc est uitiatum, corruptum. Virgilius. insynceris aperis tulerit cruor. simili quoque modo procerum a cera de ducatur, quod proprie significat prolixum, et in longum productum, quasi ad similitudinem cere extensum. a quo proceritas longitudo, aut prolixitas, et proceriter aduerbium, extense. proceres uero capita trabium proprie dicuntur, hoc est nuti quidam extantes, a quo principes ciuitatis sunt proceres appellati, quod et in ciuitate eminent, sicut illi in aedificijs. quidam tamen procerum a crescendo, quasi procretum, hoc est excrementum dictum uolunt. et Proceris Cephalu uenatoris uxor fuit. Proconessus urbs fuit in minori Asia. item a cera carinthe, herba est folio candido incuruo, cubitalis, capite concavo, mellis cum cera mischi saporem habente cuius florum auidissimae sunt apes. Item a cera cerotum, siue ceratum. graece κηρός, de quibus supra diximus. ceratum a cere priuatione, quod significat lutum cum paleis mistum. et ceroma, quod ceroto simile sit. ceroma enim dicebatur, quo ungebantur athletae, dum ceraturi erant. hoc uero ex oleo, terraque consistabat, nec ex omni quidem terra, sed ex quibusdam eius generibus, quibus robustiora fieri corpora, et ad tolerandos aestus, atque algores firmiora arbutabantur, ut erat albida quaedam terra pertenuis, ex albo a gro, et rubrica, et baiamus puluis, et qui iuxta montem Vesuuium colligebatur, aliaeque huiusmodi terrae complures. adhibebatur qui ppe oleum iam ad agilitatem praestandam, ut corpora lubrica fierent, tum quod natura olei est tepescere membra, et contra algores nutrire. tertia uero ad indurandos magis artus, et ad uersus aestum firmandos adiungebatur. Statius de palaestris. postquam oleo grauisa cutis, petit aequor uterque. pro cursu mediu, atque uisum uelut arena, tum madidos artus alterno puluere sicant, collaque demersere humeris, et brachia late nassa tenent. tanta uero quorundam in imeniendis ad huiusmodi concertationes terris cura fuit, ut tradant Patrobam Neronis principis libertum ex Aegypto aduehi fecisse arenam e Nilo tenuissimam, duntaxat ad corpora palaestrae studijs exercenda. Patrobae huius mentionem facit Martialis. Vexat saepe meum Patrobam consinis agellum. contra libertum Caesaris ire times. Laedemonium ceroma, aqua frigida uocabatur, quoniam Laedemonij pueros suos ad tolerandos aestus, atque algores eiusmodi aqua madefactis corporibus obdurbabant. unde apud Virgilium Seruius, dum locum illum exponit. natos ad flumina primum deferimus, saeuoque gelu duramus, et undis lacorum inquit morem exprimit. Martialis. cur laedemonio luteum ceromate corpus perfundit gelida uirgine, ne coeat. atqui ceroma illud, quod peractis ludis ex athletarum corporibus distringebatur admisto luto, ac sudore, canoque ad uarios medicinae usus utile erat, ideoque magna diligentia custodiebatur. a strigili, siue stringendo stringentium hoc uocabant. tanta in gymnasijs graecorum luxuria, ut aliquando magistratus ludorum octingentis sestertiiis stringentia huiusmodi uendidisse tradantur. Plynus. quin et sordes hominis in magnis fecere remedijs quae iustorum gymnasia graecorum. qui ppe ea stringentia molliunt. calefaciunt. complent. sudore, et oleo medicinam facientibus. efficaciora ad eadem stringentia a balneis, et ideo nascuntur suppuratorijs medicamentis. nam illa, quae sunt e ceromate permisto cano articulos tantum molliunt. calefaciunt. distant. efficiunt. sed ad caetera minus ualent. ponitur etiam aliquando ceroma pro loco, in quo palaestrae ungebantur. Martialis. Si lentum ceroma teris. Plynus. idem palastras athletarum magnis, et ceromata sua exornant. et nullus epi curi per cubacula gestant, ac arcunferunt secum. item a cera

cerium deducitur, quod faui similitudinem habeat. dicitur a graecis κηρός. uelaris genus est, idque duas species habet. alterum est subalbidum firunculo simile, sed maius, et cum dolore maiore, quod ubi maturescit, habet foramina, per quae fertur humor glutinosus, et purulentus, nec tamen ad iustam maturitatem peruenit. si diuisum est, multo plus intus corrupti, quam in firunculo apparet, altiusque descendit, raro fit, nisi in stipulis. alterum est minus super corpus eminent, durum, latum, subuiride, magis exulceratum, siquidem ad singulorum pilorum radices foramina sunt, per quae fertur humor glutinosus, subpallidus, crassitudinem mellis, aut uisci referens. si inciditur uiridis intus caro apparet, dolor, et inflammatio ingens est. Plynus. ramorum sic teneri cauliculi cum melle ulceribus quae cera uocantur illuminantur. idem. grossi illi tae cum melle, et folijs ceria sanant, et canis morsus. item a melle, et cera melliceris mellicerides. ganglia. atheromata. stratomata. tubercula sunt eiusdem fere generis, quae et in ceruica, et in alijs, et in lateribus oriri solent, habent inter se mediocres differentias, quandoquidem neque periculo terrent, neque diuerso genere curantur, omnia autem incipiunt a paruulo, et diu, paulatimque incrementum, ac tunc sua includuntur, quaedam ex his dura, ac renitentia, quaedam mollia, cedentiaque sunt, quaedam spatio nudantur, quaedam tecta capillo suo permanent, fereque sine dolore sunt. ganglia renitentur atheromati, subest quasi tenuis pultracula. stratomati pingue quiddam, idque latissime patere consuevit. melliceridi liquidior humor, idemque pressim arcunferunt, unde a melle, et cera, hoc est a fauo nomen accepit. Plynus. melilotus defertuefactus in uino dulci peculiariter contra melliceridas efficitur. item a cera cerosus, id est ueluti ceram habens admistum. unde de mel cerosum non dum depuratum, et adhuc cera commistum. Plyn. testes fibri non adulterati hammoniaci coloris esse debent, arcundati liquore ueluti mellis cerosi, odoris grauis. gustu amaro, et acri. item cerites lapis, de quo supra diximus a cere colore. mel uero a graeco deductum, quod dicitur μέλι, unde μελίτις mella, et μελίτις, siue μελίτις apes. mel optimum est, ubi optimorum florum copia abundat, hinc mel atticum caeteris praefertunt, quod et hymetium dicitur. Hymetus enim mons est Atticae regionis uicini diffusus, et omnium graecorum montium obtinens principatum, diuersis floribus, et thymo maxime abundans. quapropter in eo repertas primo apes uolunt Erichthei temporibus, quauis alij in Thessalia potius uelint sub Aristaeo, alij in insula Cho, ut Eumenes. nonnulli in Creta temporibus Saturni, ut Maander. Virgilius. semper frondentis Hymeti. Iuuenalis. dulcique senex uicinus Hymeto. Martialis. hoc tibi The sei populatrix misit Hymeti, Pallados a syluis nobile nectar opus. ex hoc monte marmora etiam pulcherrima canabantur. Plynus. L. Crassus orator primus peregrini marmoris columnas habuit hymetias. post atticum mel primum locum obtinet siculum ex hibla. Hic mons est et regio Siciliae, in qua thymi, et salicium copia. idem mons Megra uocatur. Apium ibi magna copia, quae ab eo Hybla dicitur. Virgilius. hyblae apibus florem depasta salicti. Martialis. cum dederis siculis medicae de collibus hyblae, cecropios dicas tu licet esse fauos. Sed melle attico illud praestantius esse putatur, quod ad argentarias gignitur. uocaturque Acapnistum, quod genere quodam compositionis a fumo purgatum sit, quippe a priuatiua particula est, κωνος fumus. alibi faui cera spectabiles sunt, ut in pelignis. Alibi mellis copia, ut in Creta, Cypro. Africa. Alibi magnitudine, ut in septentrionalibus regionibus. Viso iam in Germania octo pedum longitudinis



fauo. Vernum mel anthinum uocatur, quod ex floribus fa-  
 ui constringuntur, quos graeci *ἀνθινόν* appellant. Mel uero  
 aestiuum uocatur horaeum, quod graeci omnes fructus aesti-  
 uos nominant horaeos. quoniam id tempus per excellen-  
 tiam horam uocant, in omni melle, quod per se fluxit,  
 optatum est, appellaturq; tantum. Tertium genus mellis  
 syluestre est, exmuturq; post primos autumnus imbris.  
 Ericaeum id uocant ab Erica frutice, quam & Sifarum  
 nominant. Folia habet tamarici similia. Haec cum her-  
 ba sola floret in syluis, ideoq; melli nomen praebet. Plu-  
 rimum syderiten eam appellant. Athenienses tetraditen. Cum  
 eximenda sunt mella, apes abigi fumo debent, ne uel tra-  
 scantur, uel ipsae auidius uorent. Acraton mel purum,  
 atq; integrum dicitur, quod neq; acrescere incipit, nec ul-  
 lum passum est uinum. Euthymum mel dicitur, quod ex  
 utriusq; thymi floribus collectum est. Duo enim sunt thymi  
 genera. candidum, & nigrum. Hoc genus mellis al-  
 bum non fit, sed est oculis, & ulceribus aptissimum.  
 Tantum autem refert in apibus pabulum, ut mella quoq;  
 uenenata nascantur. Herba est heracle in ponto alba, ue-  
 xatio quidem iumentorum, sed praecipue caprarum, quam  
 aegolethron uocant, a capris interimentis. *αἴζα* quip-  
 pe graeci capram nominant, *ὄλιπιον* pernitiosum,  
 exinale. huius flore concipiunt mella, noxium uirus, cum  
 aquoso uere marcescit. quapropter non fit hoc omnibus an-  
 nis. Aliud quoq; mellis genus in eodem ponti situ, quod  
 ab insania, quam *γῆνιτ* *μαυροῦ* uocant, id exi-  
 stimatur fieri flore rhododendri, qui fructus est, quem &  
 rhododaphnen nominant. & nerium folio similis amy-  
 gdale, sed maiori, pinguiorq; semine patenti, ut cor-  
 nu, intus lana, similis hyacintho, radice oblonga, gustu  
 salsa. angusta folia eius, quadrupedum sunt uenenum.  
 Caprae, si aquam biberint, in qua folia eius maduerint,  
 mori dicuntur, & in Perside, & in Mauritania uenenati  
 faui gignuntur. Item in Corsica. Ouidius. Quam pu-  
 to de gelidae collectam flore acuta melle sub infami consi-  
 ca misit apis. Mel quidam dicunt caeli sudorem esse, alij  
 syderum saluam, alij purgentis se aeris succum. constat  
 sane ex aere decidere, syderum maxime exortu sub lucis  
 temporibus. itaq; cum prima aurora folia arborum mel-  
 le rosada inueniuntur. A melle mellatio dicitur uinde-  
 ma mellis. Plinius. Aestiuam mellatione decimam partem  
 apibus relinquere placet. idem. Haec ergo mellatio idibus fe-  
 re Nouembris includitur. Item meligo, quae proprie signi-  
 ficat succum illum e lacrymis arborum, siue florum,  
 quem apes deuorant. postea ad alueos regressa, euomunt,  
 operatq; componunt. Plinius. primum itaq; fauos constru-  
 unt. ceram fingunt, deinde sobolem, postea mella. Ceram  
 ex floribus. melligenem a lacrymis arborum, quae glutini-  
 num pariunt salicis. Vlm. arundinis succo. gummi, re-  
 sina. His primum alueum ipsum intus totum, ut quodam  
 tectorio illinunt, & alijs amarioribus succis contra alia-  
 rum bestolarum auiditates. Ponitur tamen meligo pro suc-  
 co cuiuscunq; fructus florescentis adhuc, atq; immaturi.  
 idem. omphacium e uite fit psitia, aut aminea, cum sint  
 acini ciceris magnitudine ante canis ortum. In prima lan-  
 guine demittitur uina, eiusq; meligo, & reliquum corpus  
 sole coquitur nocturni rores auentur. In fictili condita  
 meligo colligitur, subinde Cyprio aere seruatur. Item a mel-  
 le Mellonia, mellis dea est. & melleum, quod mellis, ut  
 melleus color. melleus sapor. aliquando etiam dulce, ut  
 mellea uox. melleus puer. & mellitum, quod melle con-

ditum est. & mellissimum, ex quo fluit, aut fluere uide-  
 tur mel, hoc est dulce. iucundum, ut melliflua oratio. mel-  
 lissimus sermo, & melliloquus, qui dulce loquitur (ut Ci-  
 cero inquit) e cuius ore melle dulcor fluit oratio. & mel-  
 limella, mala dulcia, quod sint mellei saporis, eadem mu-  
 stea uocantur a celeritate nascendi. prima enim proue-  
 niunt, uulgo nana uocant, a paruitate arborum, in qui-  
 bus producantur. Martialis. infanti melimella dato, fatu-  
 asq; mariscas. Nam mihi quae nouit pungeret, chia sapit.  
 Et mellis animal, quod sit mellis auidissimum, & aluea-  
 ribus semper infestum. uulgo id taxonem uocant, in ca-  
 uernis uiuens asperum, mordaxq; magnitudine Vulpis.  
 colore felis. capite albus, ac nigris ueluti lineis distincto ro-  
 stro, instar Suis oblongo. pelle aspera, atq; praedura. qua-  
 propter ex ea pharetras, & canum collaria obtegunt.  
 Varro. ne uulnerentur canes a bestijs, imponuntur ijs col-  
 laria, quae uocantur mellium idest angulum, arcam col-  
 lum ex corio firmo cum clauis capitatis. Frontinus. &  
 scuta erant mellium pellibus tecta. Plinius. Hanc esse mel-  
 libus in metu solertiam, ut sufflata cute distincte ictus ho-  
 minum, & morsus canum arceant. ignorauerunt hoc lon-  
 gissimis temporibus latini omnes, Graeciq; alij aliter hoc  
 uocabulum exponentes. Nos primi omnium errorem hunc,  
 ut pleriq; alios e nostrorum mentibus ostensa ueritate di-  
 scussimus. Et melos, cantus suauitas, quod & neutrum,  
 & indeclinabile est, Persius, cantare credas pegaserum  
 melos. Et melodia, quod interpretatur meleus cantus. qui-  
 dam dicunt melos proprie uocari cantum pastoralem, &  
 Mellissus proprium nomen. fuit rex cretensis antiquissi-  
 mus, qui primus dijs sacrificauit, habuitq; filias duas A-  
 maltheam, & Mellissam, quae Iouem infantem caprino la-  
 cte, ac melle nutruerunt. Item a melle Melite insula, mel-  
 le abundans in Africa uersus Pachynum Sicilia promon-  
 torium. unde catelli afferebantur melitenses, siue meli-  
 taei appellati. Errasse in hoc Plinium constat, qui meli-  
 ten insulam, ex qua melitenses catuli feruntur, scribit in-  
 ter Curcuram esse, quae Melana cognominata est, & il-  
 lyrium. Lapsus autem in hunc errorem existimo cogna-  
 tione uocabuli. Nam Melitine insula in Adriatico fuit non  
 longe a Curcura, quae dicitur Melane. Ptholemeus. in-  
 sulae sunt in Dalmatia ista, quae & urbs est. Pharia,  
 quae & urbs. nam Pharus parua Aegypti insula dicta  
 est contra Nili hostia, ita appellata a nauclero Menelai,  
 cui id nomen fuit, ibi ab aspide interempto, & sepulto.  
 in hac Alexander Macedo nouam urbem condere statu-  
 it. Sed cum magnae sedis capax non esset, ex illius ad-  
 uerso condidit Alexandriam. in eadem ingens turris fuit  
 nauigantibus lumen exhibens a Philadelpho rege con-  
 structa, quae inter spectacula orbis numeratur. Hinc tur-  
 res omnes, ex quibus lumina nauigantibus exhibentur,  
 nonnulli pharos appellant. A Pharia insula phariensis de-  
 duantur. A Pharus pharius. Pharisaei sectae quaedam iudeo-  
 rum fuit, religioni indulgens. praeterea insulae in Dalmatia  
 Curcura, Melana cognominata. Meliten uero in Africa fuisse  
 idem Ptholemeus apertissime scribit, & Strabo *τὸ ἄρι-  
 χίνου πρόσκειται εἰς τὸν μέλιτην, ὅθεν τὰ κύνι' δια, ἃ καλοῦσι μελί-  
 ταια.* Hoc est Pachyno adiacet insula Melite, ex qua catu-  
 li sunt, quos melitaeos appellant. Melitinen quoq; a copia mel-  
 lis appellatam arbitrantur. Item a melle melitites potonis ge-  
 nus dulcis, quod fit ex melle & musto, qnq; con eius austeri mu-  
 sti, coggo mellis, & salis cyatho sufferue factis. differetq; a mul-  
 so, quod mulsum eodem quidem modo, sed ex ueteri uino fit,  
 quod facillime



quod facillime cum melle concorporatur. Remocat hoc auiditate  
 tem obi, alium mollit frigidus potus calidus sicut corpora auget.  
 Multi longitudinem senectutis multum tantum potus sine alio cibo to-  
 lerant, cum diuus Augustus Pollionem Romulum centesi-  
 mum iam annum excedentem interrogasset, qua nam ratione  
 nigorem illum animi, corporisq; custodisset, respondisse illum  
 tradunt intus mulsio, foris oleo. A mulcendo autem dictum  
 est mulsio, quasi melle delinitum. Mulcere enim delinire  
 est, quasi melliare, hoc est molle reddere. Pacuuius. Quid  
 me obitu terres, mulces laudibus? Hinc demulceo fit, hoc  
 est delinire. Et mulaber dictus Vulcanus, quod molliat fer-  
 rum, ac mitius reddat. Mulsio etiam aqua, sive hydrome-  
 li dicitur, quae fit despumato in ea melle, praeclearanq; uti-  
 litatem habet, in cibo aegrotantium leui. uiribus recrean-  
 dis, ore, stomachoq; mulcendo ardore, refrigerando. Tra-  
 dunt etiam hunc potum utilem esse hominibus animi hu-  
 milis, atque praeparari, quos micropsycho appellat. Est  
 etiam melitites lapis, qui succum emittit dulcem, mellitumq;  
 tusus. Et cera mistus eruptionibus. pituitae, maculisq; cor-  
 poris medetur, et fructum exulcerationi. Item a melle tha-  
 lassomeli, quod fit aequis portionibus maris, mellis. imbris,  
 fichtliq; nasci, et picato conditur. Et leomeli oleum, quod in  
 Syria ex ipsis oleis manat sapore melleo, non sine nausea, al-  
 ium emollit. bilem detrahit. Et Oxymeli, quod et acetum  
 mulsio appellatur. id hoc modo ueteres temperabant. mellis  
 heminas decem. aceti ueteris heminas quinque. salis marini pon-  
 do. tymbrae quadr. antem. aquae marinae sextarios quinque. pa-  
 riter coquebant de feruente decies cortina, atque diffunde-  
 bant, inueterabantq; item a melle mellaria, de quibus supra  
 diximus, quae et apiaria dicuntur, et aluaria. Et melifones  
 uocantur. Et mellarij, qui opus mellis exercent, et ab apibus  
 dicuntur apiarij, et mellarium uas, quo in sacrificijs Maiae deae  
 ueteres utebantur, in quo non mel, sed uinum inditum erat. Et  
 uinum ipsum sub lactis nomine ferebatur, quod Faunus eius  
 pater in amore illius lapsus, cum uoluntati suae repugnante  
 haberet primo uirga myrtae uerberatam, deinde uino sopi-  
 tam compressit in serpente transfiguratus, propter quod et  
 myrteam uirgam in templo eius haberi nefas erat, et super  
 caput eius extendebatur uitis, qua maxime eam pater decipere  
 tentauerat, et uinum in templum eius non suo nomine sole-  
 bat inferri. item melicaria, de quibus paulo ante diximus, a  
 melle, et cera. item melilotos, quasi dulcis, et mellea lotos, her-  
 ba est nonissima, et ubiq; nascens, apium abus. Laudatissima  
 tamen in Aetia, ubi uero recens, nec candidans. Et croco  
 quam simillima, quamquam in Italia odorator, et candida  
 est. Dicitur Latine fertula regia, a fertis, quae ex ea fiunt. Oui-  
 dius. pars thyma, pars rores, pars meliloton amant. Lotos pro-  
 prie herba est in Aegypto, quam Homerus inter herbas subna-  
 sentes deorum uoluptati primam nominauit. Haec recedenti-  
 bus aquis Nili prouenit similis fabae, in cuius capite fructus est  
 papaueri similis intus grana. ceu milium, ex quo incolae faciunt  
 panem, radicem habet mali cotonei magnitudine operam ni-  
 gro cortice, qualis est, qui castaneas tegit. interius candidum  
 corpus gratum abis et crudum, et coctum. Ab hac sata fit  
 lotometra, ex cuius semine simillimo porri fiunt panes in Ae-  
 gypto a pastoribus maxime aqua, uel lacte subacto. Negant  
 quicquam illo salubrius esse, nam qui eo uiuunt. nec dysente-  
 ria, nec tenesmo, nec alijs morbis uentris infestantur. Est et  
 alia lotos, quam multi trifolium dicunt. item alia lotos agre-  
 sis in Libya nascitur, hasta duobus cubitis longa ramos plu-  
 rimos proferens, folia simillima trifolio, semen minus, quam fae-  
 no graeco gustu uenenofo. Quidam etiam loton milium uoca-

uere. Eadem Africa loton aliam insignem arborem gignit.  
 quam uocant celtin, magnitudine piri. in asura in folijs cre-  
 briores faciunt, ne ilias uideantur. Fructus magnitudine fabae,  
 color croci. Tam dulcis ibi abus est, ut nomen etiam genti dede-  
 rit. Siquidem lotophagi appellantur. Quintili. sunt qui tra-  
 duntur a poetis gustu cuiusdam germis apud lotophagos, et  
 sirenum cantu delinere uoluptatem saluti praetulisse, dum laudis  
 falsam imaginem persequuntur. ferunt uentris non sentire  
 morbum, qui eo uescantur. uinum quoque ex eo exprimitur,  
 simile mulsio, bacaeq; contusa, cum siliqua ad abos in dolijs  
 feruatur. Ligno color niger, quod ad tibias expetit. e. radice  
 cultellorum capuli fiunt. Theophrastus. Lotus nascitur quem-  
 admodum myrtus aduersus inter se densus super germina, gu-  
 statu inter lotophagos praedulcis. suauis. innoctus. ac uentri  
 utilis. idem, multa haec arbor, fructusq; copiosa est. Exeratum  
 itaque Ophelli, cum Chartaginem proficisceretur, uel eo fru-  
 ctu diebus pluribus pastum commeatuum defectu accipimus.  
 Est igitur in insula lotophagia, Pharide uocata, largi copia,  
 sed non minor in continenti. Haec arbor Italia quoque quon-  
 dam familiarissima fuit, sed terra mutata. Plinius. Faba grae-  
 ca, quam Romae a suauitate fructus Syluestris quidem, sed ce-  
 raforum penes natura loton appellat, praecipueq; domibus ex-  
 petitur ramorum petulantia breui caudice latissima ex pati-  
 antium umbra, et in uicinas domos sepe transfiliendum. Nul-  
 li opaatas breuior, nec aufert solem hyeme decedentibus folijs.  
 nulli cortex iucundior, aut oculos excipiens blandius, nulli ra-  
 mi longiores, ualidioresq; aut plures, ut dixisse totidem arbo-  
 res licet. cortex pelles tingunt, radice lanas. item a melle me-  
 licaton, quo aliqui utuntur pro mulsio. Item melculum, hoc  
 est paruum mel, quo uerbo blandiendo utimur. Plau-micum  
 corculum, neuum melculum. Item mellifico, hoc est mel facio.  
 A quo mellificus, et mellificator, et mellificatrix, et melli-  
 ficatio deducuntur. Diocles. panicum mel frugum appellat a  
 frugis dulcedine, et quod dysentericis, et ad tormina pro-  
 dest, quemadmodum mulsio. Item a melle, et oleo, quod  
 graeci ελαιον uocant, Eleomeli oleum est in Syria spon-  
 te ex ipsis oleis manans. sapore melleo. alium mollit. bilem  
 detrahit, qui duos ex eo cyathos bibere, torpescent, excitantur  
 et crebro. Pugnatore, dum certantur sunt, cyathum unum  
 ex eo praesumunt. Item a uerto uerro deducitur, quod aliquan-  
 do significat traho. Virgilius, quippe ferant rapidi secam,  
 uerrantq; per auras. Aliquando idem, quod uerto. idem. Ad-  
 nixi torquent spumas, et caerulea uertunt aequora. Nonnun-  
 quam capitur pro mundo, quod trahendo sordens mundentur.  
 Immenalis. Verre pauimentum, nitidas ostende columnas.  
 Ab hoc fit uerriculum rete piscatorium, quod trahendo e uo-  
 do educatur. et uerricula, quod ueteres pro articulo usurpa-  
 runt. et uerriator, qui iure accepta hereditate iusta facere  
 defuncto debet, quae si non fecerit, seu quid in ea re turbaue-  
 rit, suo capite luat. Ex uerna sunt purgatio quaedam domus, ex  
 qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quae purgatio fit per  
 uerriatorem, certo genere scoparum adhibito, ab extra uer-  
 rendo dicta. et uerruca, quod proprie significat locum su-  
 pereminentem. nam quae supereminent, uerru solent. Ca-  
 to. cenfeo inquit, si rem seruare uis, faciendum ut quadrin-  
 gentos aliquos milites ad uerrucam illam ire iubeas, eam uti  
 occupent, imperes. Hinc uerruca in corporibus dicuntur,  
 supereminentes uelut globuli duriore, quos uulgo por-  
 ros appellant. Plini. ocymum misto atramento sutorio uer-  
 ruas tollit. Huius diminutiuum est uerrucula, hoc est  
 parua uerruca. et uerrucosus homo dicitur uerrucis ple-  
 nus. et uerrucosa loca, inaequalia, et diuersas partes



eminentes habentia. Et uerrucaria herba, quae uerruats tollit, alio nomine heliotropium uocata, de quo inferius dicemus. Item a uerro uerpus, hoc est medius digitus a uerrendo podice iudat enim quia patiuntur haemorrhoidas, hoc est sanguinis fluxum, hoc digito uerrendo utuntur podici. Vnde et ipsi uerpi aliquando uocati inueniuntur. idem digitus et impudicus ob eandem causam dicitur, et infamis, et quando porrigebatur, signum derisionis, et contumelie erat. Martial. O stendit digitum, sed impudicum Alconit Dasioq; Symmachoq; idem. Nam mea iam digitum sustulit hospitibus. Iuuenalis ipse minaci praebet laqueum, mediumq; ostenderet unguem. Persius. frontemq; atq; uida labella infami digito, et lustralibus ante salinis, Ex puit. Primus uero in manu digitus pollex uocatur, quod caeteris potentior sit. Pollex enim posse est, unde pollexia potentia. Et Aequi polleo, pro aequiualeo. Graeci ἀρχήριον nominant, quasi pro manu, quod non minus in officio sit, quam manus, et quasi manus altera uideatur, alio nomine appellatur hallus, ἀπό τοῦ ἄλλο μου salto, quod constricta manu proximum digitum solus scandat. A pollice pollicaris deducitur. Plyn. crassitudine pollicari. Pollici uicinus, index, siue salutaris uocatur, quod eo res, quas uolumus, ostendimus. Qui autem inter minimum, et medium est medicina. siue a gestione annuli, annularis, quod neruis quidam de corde naui ad eum digitum in manu sinistra deriuatur, et desinit. implicatus caeteris eiusdem digiti neruis. Postremus, quod omnium paruissimus sit, minimus, uel auricularis, quod eo ad mundandas aures uti solentur. Item a uerto composita fiunt anniuersarius, quod singulis uertentibus annis fieri solet. Aduerto, quod est conuerto. Aduerto enim, et auerto contraria sunt, aduerto oculos, aduerto animum, hoc est conuerto aliquid. Auerto oculos, animum ue, id est aliunde remoueo. Virgil. Dicit talem terrens auertite pestem. inde aduersus. et auersus. Nam aduersus est oppositus. A quo aduersus, et aduersum praepositiones deducuntur. Auersus est tergez ostendens. Cicero. et aduersus, et auersus impudicus es. Sed auersus ponitur aliquando metaphoricè pro irato, quod a rebus, quas detestamur, auertere oculos solentur. Virgili. laudandum auersa tuetur. Nam, si intuetur, quomodo auersa nisi iratam intelligis. Circuuerto uotè significationis. interuerto, quod proprie est rem aut accommodatam, aut creditam callide, doloseq; ne domino restituatur, efficio. ut Cicero. andelabrum, quod rex Aegypti Ioui capitolino donatulerat, Verre qui illud commodato acceperat, interuersum esse conqueritur. Marcellus iurisconsultus. Si duo haeredes rem apud defunctum depositam dolo interuenterent. Peruerto, modo conuerto, modo deprauo, a quo fit puerfus, quod pro improbo accipitur, hoc est eo, qui mores puerfos hēt, Obuerto, cōtrauerto Virgi. cornua uelatarum obuertimus antennarum. Transuerto, in obliquum uerto. unde transuersi oculi dicuntur. Euerto, conuerto. extruerto. eruo. demolior, a quo euersio, praewerto, praetero, quod etiam praewertor dicitur. Virgi. Veteremq; sigez praewertitur Hebrum. Aliquando reuoco. Plau. flebilis praewertitur metus, accuro, ut sciam quid uelit. Nonnunquam antepono. idem, illuc redeundum est mihi, ne me uxorem praewertisse dicant praepublica. Inuerto, conuerto siue in contrarium uerto. Vnde inuerrere uestem dicimus. Subuerto, demolior. Diuerto, se paro. deflecto. A quo diuersio. remotio. se paratio. deflexus. et diuersus, uariis. et diuerticulum, ubi de uia iter flectitur. Teren. ubi ad ipsum ueni diuerticulum. Diuerticula etiam dicuntur domicilia in uia, ad quae diuertendum sit. Vnde et diuertere pro stabulari, siue hospitari accipimus. A quo diuersorium stabulum. et diuersito frequentatiuum. Celli. Ad ipsa Platonis penetrabilia, ipsarumq; rerum pondera, et digni-

tates pergendum est, non ad uocularum eius amoenitatem, nec ad uerborum uetustates diuersitandum, hoc est deflectendum. Item diuortium se paratio omnium rerum. Cice. sic doctrinaria facta diuortia. V. ir. obijciunt equites sese ad diuortia nota, hoc est ad deflexus uiarum. Proprie tamen diuortium dicitur diuortio matrimonij, differtq; a repudio, quod repudij inter non dum coniunctos sit. Diuortium uero coniunctorum est. Molesti. diuortium intra uirum, et uxorem fieri dicitur, repudium uero sponsae remitti uidetur, quod in uxoris personam non cadit. Paulus. repudiari etiam futurum matrimonium potest. Non recte autem sponsa diuertisse dicitur. Tractum autem repudium est, ut repudiare sit ob rem aliquam pudendam repellere, et diuersor, quod modo diuerto significat, modo cōuersor. Item reuerto, quod et reuertor dicitur, hoc est redeo. a quo reuersio. interdum tamen reuertor, et redeo idem ualent, quod uenio, siue diuerto. Cicero. ad Chrysiippi laqueos reuertamur, cum nihil de Chrysiippo antea dixisset. Item conuerto nota significationis. A quo conuersio, et conuersor, quod est uitor, et consuetudinem habeo. A quo conuersatio pro consuetudine. Item animaduerto, quod ex anima, et uerto componitur, quasi animam conuerto, ideoq; aliquid do hoc uerbum significat inuocor. attendo, quasi animam, hoc est mentem conuerto, et non exigit post se accusatiuum sine praepositione. Cicero. saepe ego animaduerti multos in ipsis rerum primordijs id facere solitos, aliquando punio. uerbero. iram exerceo, nec eius duntaxat, qui in alterum ordinariam habet potestatem (ut Valla sensit) sed cuiuscunq;. Plautus. is, cum in herum. animaduertisset grauius, hoc est iram cōuertisset, ideoq; accusatiuum exigit cum praepositione ne in. Anima enim aliquid do pro mente accipitur. i. pro animo. Macrobius, tunc enim anima libera est, et nulla corporis conuisione impeditur. Aliquando pro ira. Plau. animam comprime. Vnde animosus, iracundi dicuntur, et animati. Accus. ego ne auxilio motus temere hosti me animato offerā. Virgi. quos animi curi assidue franguntq; feruntq;. Cicero. ego uero nihil ita animato homine miserius ducerem. et ea pars animae, in qua irae sedes est, uocatur animosa. Proprie tamen anima spiritus est. Virgi. animas in uulnere ponunt. dicunturq; ἀρά τῶ ἀριμῶν, quod uentum significat. quippe uentus spiritus est. Hinc et prouento saepe usurpatur. Idem, quantum ignes, animaeq; ualent. Plau. ne quid emittat animae dormiens. Nonnunquam ponitur pro alitu oris. nam et ipse spiritus est. Virgi. animas, et olētia Mediora fouent illo, et senibus medicantur anhelis. Plau. an foetet anima tuae uxori. idem. ieiuniatu plenius animam foetidat. idem pro aqua posuit. Ni ego illi puteo si occipso animam omnem intertraxero. Aliquando pro sono. V. irro. et phrygias audire animas. Quandoq; etiam pro ipso homine secundum opinionem Platonis, qui uult non coniunctum hoc est animam, corpusq; sed solam animam hominem esse. Virgi. ite ait egregias animas, quae sanguine nobis, hanc patriam peperere suo. Quidam animam ab animo ita distinguunt, ut anima sit, qua uiuimus. animus, quo sapimus. Macrobius. animus enim proprie est mens, quae diuiniorem anima nemo dubitauit. idem. secundum ergo hoc, cum ex summo deo mens, et ex mente anima sit, anima uero et cōdat, et uita compleat omnia. Frequenter tamen haec duo confunduntur. unde et pro ira tantum animum, quam animam dicimus, sed rectus animum. Plyn. de ira. ergo et haec animi asperitas, seu potius animae dulaore sic committitur. item de ueto utrūq; usurpatum inuenimus. Virgi. mollitq; animos, et temperat iras. Animas in hoie quatuor esse dicunt. Vitalem, quae et in uerbibus est, qui tantum mouentur. Sensualem, ut in nutis animalibus, in quibus est sensus, et timoris, et gaudij. intellectualem, quae est in hominibus tantum,



qui cogitare, et iudicare possunt, quæ infra omnes est phy-  
siam, hoc est naturalem, quæ est in herbis, atq; arboribus, quæ,  
et si non mouentur, vitam tamen habent, cum nascantur, cre-  
scent, et pereant. Quidam existimauerunt animum cor esse.  
Vnde ex ordes uerba, et concordia disti. Empedocles ani-  
mum censuit esse cordi suffusum sanguinem. Alij partem quan-  
dam cerebri animi principatum tenere opinati sunt. Quidam  
nec cor, nec cerebri partem esse animum uoluerunt, sed alij in  
corde, alij in cerebro dixerunt animi esse sedem, et locum.  
Alij animum putauerunt animam. hoc est spiritum esse. Zeno  
ignem affirmavit. Aristoteles ipsius corporis intentionem  
quandam uelut in cantu, et fidibus, quæ harmonia dicitur,  
Zenocrates naturam, cuius uis in natura maxima esset. Plato  
triplicem finxit animam, cuius principatum, id est rationem in  
capite, sicut in arca posuit, et duas partes iram scilicet, et cu-  
piditatem loci disclusit iram in pectore, cupiditatem subter  
precordia locans. Dica archus nihil esse animum scripsit, præ-  
terquam nomen tantum inane, frustra q; animalia, et animan-  
tes appellari, neque in homine esse animum, uel animam, neq;  
in bestia, nisi quæ omnis eam, quæ uel agnus quid uel sentinus  
in omnibus corporibus uisus æquabiliter esse sensam, nec sepa-  
rabilem à corpore esse, quippe quæ nulla sit, nec sit quicquam  
nisi corpus unum, et simplex ita figuratum, ut temperatione  
natura uigeat, et sentiat. Aristoteles, cum quatuor nota illa ge-  
nera principiorum esset complexus, ex quibus omnia oriuntur,  
quintam quandam naturam censuit esse, ex qua fit mens.  
Cogitare enim, et præuidere, et discere, et docere, et inuenire  
aliquid, et tum multa alia meminisse, amare, odisse, cupere,  
timere, angere, lætare, et similia in horum quatuor generum  
in esse nullo, sed quædam genus esse uacans nomine. Itaq; ipsum  
animum *ἰννεύχην* appellant nouo nomine, quasi quæ-  
dam continuatam motionem, atque perennem. Democritus è  
leuib; ac rotundis corpusculis concursu quodam fortuito ani-  
mū efficit. Ab aia fit animula diminutiū. sicut etiā hoc nomi-  
ne urbs paruarum opum in Appulia. et animal, et anima-  
lis adiectiuum, ex quo animales deos dixerunt ueteres, qui de  
animalibus essent facti, ut penates. et animosus, atque anima-  
tus, de quibus supra diximus. et animo uerbum, hoc est uiui-  
ficio animam præsto, à quo ex animo, interficio. neco. et inani-  
mus, qui anima caret. ex animus, siue ex animis, qui sine anima  
est, hoc est, qui mortuus est. Virgil. ex animumq; auro corpus  
uēdebat Achilles. ex animatus uero timens. conturbatus. idem,  
ex animata sequens. impingeret agmina muris. Semianimus,  
qui semiuuus est. unianimus, qui unius animi, hoc est unius uo-  
luntatis est. Pusillanimitis qui paruū animum habet, quem  
græci uocant Micropsychon. et è contrario magnanimitis, qui  
magno animo. est, à quo fit magnanimitas, sicut à pusillani-  
mo pusillanimitas. Item à magnanimo magnanime aduerbi-  
um. item animor, quod modo est uiuificor. modo delibero, et  
quasi in animum induco. Macrobi. Animati sunt ergo ueteres  
ad faciendam discretionem in genitiuo casu, ut ex hac declina-  
tione ex primerent nomen solennis dei. ab animaduerto uero  
fit animaduersio, quod modo attentionem, modo punitionem si-  
gnificat, et animaduersor punitor. Apule. ex ponam breuiter,  
quod animaduersor meus fecit. Quidam etiā ab animali ani-  
malitatem, hoc est ipsam animalis essentiam scripsere. Item à  
uenio composita sunt aduenio, quod aliquando idē significat,  
quod uenio. Cælius. ædopol. senectus. si nihil aliud apportes-  
teum, cum aduenis. aliquando uenire incipio. et ad inanima-  
ta etiā transfertur. Plau. adueniēti morbo succurrere. ab hoc  
fit frequentatiuum aduento, quod si significat ueniendo proxi-

mus sum. Cicero, non dum erat auditum te ad Italiam aduen-  
tare. et aduena, qui nō est ciuis, aut inquilinus, sed externus,  
et ex alieno loco adueniens. et aduentitius, qui casu in aliquo  
loco uenit non morandi gratia, neque consilio. Vnde aduen-  
titij morbi dicuntur, qui forte, et nulla nostra culpa ueniunt.  
item aduentitia bona, quæ non ex recta successione, ut puta pa-  
tris, aut aui, sed aut ex legatis, aut aliter casu aliquo nobis ad-  
ueniunt, in quibus pater uiuens habet usum fructum. et libe-  
ram administrationem, et aduentus, ut aduentus eius latitiano  
cepi. et aui, quod singulis annis adueniat, de qua inferius di-  
cemus. et Auentinus mons intra urbem Romam (ut Varroni  
placet) ab aduentu hominum, qd commune latinorum ibi Dia-  
næ templum fuerit cōstitutum, quamuis sint, qui uel ab auibus  
potius nuncupatum uelint, quod eō se à Tyberi ferant, uel ab  
Auentino rege, qui ibi bello extinctus, atque sepultus fuit. et  
a uena, quod ad fructum non ueniat. Est enim uena frumen-  
ti uitium, quamuis et ordeum in eam degenerat, frumenti ta-  
men est instar. Quippe cum Germaniæ populi edant eā, neq;  
alia pulite uiuant, sole maxime, cœliq; humore hoc uitium acci-  
dit. aliquando etiā imbecillitate feminis, cum diutius terra  
retentum est, priusquam erumpat, uel si cariosum fuit, cum se  
reteret. Est et aliud uenæ uitii, cum granum inchoata am-  
plitudine, priusquam roboretur à flatu noxio cassum, et inane,  
quasi quodā abortiuo à spica euanescit. ponitur aliquando aue-  
na pro stipula, siue calamo, ut superius diximus. Circuuenio,  
quod interdum est circūdo, interdum decipio. Seneca, nō sum  
passus cum ab æmulis suis circuueniri, hoc est decipi. interue-  
nio, quod est in medio negotio superuenio. Terent. interuenit ho-  
mo de improviso, cepit clamare. interdum ponitur pro inter-  
sum. Cicero, quod non esset factum, si ipse interuenisset. Ob-  
uenio. contingo. deuenio, quod proprie est ex editioni loco in his  
nullorem uenio. ut deueni in planum, deueni in uallem. Hinc  
per metaphoram pro redigor usus patitur, ut deueni in miseriam,  
deueni in paupertatem, hoc est redactus sum ad miseriam, et  
paupertatem. Euenio contingo, à quo euentus dicitur, quod non  
ratione, sed casu fit. Item finis rei. Ouidius, careat successibus  
opto, quisquis ab euentu facta notanda putat. Et in singulari ma-  
sculinum est, ac declinationis quartæ. in plurali uero neutrum,  
et declinationis secundæ. Cic. Sæpe enim causæ euentorum  
magis mouent, quam ipsa euenta. Reuenio. reuertor. Prouenio,  
producor. Vt ex bona arbore boni fructus proueniunt. Vnde  
prouentus dicuntur redditus. Vt etes tamen non solum bonarū  
rerum, sed etiam malarum prouentum dici uolere. Plau. cala-  
mitatum, et miseriarum tot prouentus. Præuenio anticipo, à  
quo præuenio anticipatio dicitur. inuenio. comperio, quasi in alī  
quid uenio. Vir. inueni germana uia. Hinc inuentiones, et in-  
uenta dicuntur, et inuentores, atque inuentrices. Subuenio, opi-  
tulor, Plau. qui toties tibi misero subueni. Conuenio, quod pro-  
prie est congregor cœo. Vir. conueniunt, quibus aut odium cru-  
dele tyrāni, aut metus acer erat. Sallustius, postquam unum in  
locum omnes conuenere. Hinc fit conuentus, hoc est congregatio  
hominum, uel supplicationis gratia in templo, uel iudicij cau-  
sa, cū à magistratibus congregatur, uel si qua alia ratione unū  
in locum multitudo con. Ponitur tamen aliquando pro cōiugio.  
Iuuenia. Conuentum tamen, et pactum, et sponsalia nostra  
tempestate paras, et conuentæ condito diebatur, cum primus  
sermo de nuptijs, et earum conditione habebatur. Conuentus  
etiā is dicitur, qui in iudicium ab aliquo uocatus est. Conuen-  
tacula quoq; deducatur, et ferè semper in malā partem, hoc est pro  
conuētu sedicioforū, aut sceleratorū accipitur, et conuena, qd ab  
aduena differt, qd aduena proprie dicitur, q ex uno loco à



quod oppidum ueniunt. Conuenae uero, qui ex pluribus locis. Conuenio etiam accipitur pro in iudicium uocatio. Cicero non dubitat, quin si ipse uerem conueniat, aequitate causae, auctoritate sua commouere hominem possit. Item pro alloqui. Terenti. conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis hominem. Item conuenit pro decens, et conueniens est. Cicero, nam quid ueretur, ne non conueniat nostris aetatibus ista oratio. Itē conuenit hoc inter nos, pro constat. conuenit hoc mihi tecum, pro concordēs sumus. Conuenire etiam statuere est, Apuleius. Conuenimus ad portum quamprimum ire. Conuentionis nomen generale esse scribit Vlpianus, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi, transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agunt. Nam sicuti conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in unum locum colliguntur, et ueniunt, ita ij, qui ex diuersis animi motibus consentiunt in unum, et in unā sententiam concurrunt. AB. A., et Ab, et abs in significatione quidem eandem uim habent, et id significant, quod apud graecos ἀπό. interdum tamen accipiuntur pro post. Plin. et uirus equi a coitu statim collectum, hoc est statim post coitum collectum. in compositione autem modo priuationem significat, ut auens, quasi sine mente, absimilis, dissimilis. Abstemius, sine temetipso. Ab re, hoc est praeter rem, praeter propositum, sine causa. Lilius, haec si omnis diuini, humaniq; iuris memoria aboleuit, noua, peregrinaq; omnia prisca, ac patrijs praefereudo, haud ab re duxi uerbus quoque ipsis, ut tradita, nuncupataq; sunt referre, modo ablationem, ut aufero, abduco. auerto. interdum simplicis significationem non mutant, ut in abduco. Lilius, Flauius supplementum ab Roma abduerat. Hoc autem modo inter se differunt, quod a nunquam uingitur cum dictionibus inaptentibus a uocali. Ab uero cum omnibus ijs coniungitur, et frequentissime cum duabus liquidis. et i. consonante, ut ab lege, ab rege, ab re. ab loue. ab cum te, ut abs te. interdum cum. q. Terent. abs quibus homine beneficium accipere gaudeas. Ab etiam aliquando interiectio est admirantis. Plau. ab quid ais. Interdum dolentis. Virgilius, spem gregis ab silice in nuda commixta reliquit. idem. ab tibi ne teneras glacies fecerit aspera plantas. interiectiones graeci non habent, sed huiusmodi uoces inter aduerbia connumerant. quoniam uel adiunguntur uerbis, uel uerba ijs subaudiuntur, ut cum dicimus, pape quid uideo. Nostri uero, quoniam plerumque non additur uerbum, nec subauditur, sed quodammodo in ijs inclusa est uerbi significatio se paratim hanc partem posuere. etenim, cum dicimus pape, nec uerbum aliquod est, nec subauditur, habet tamen in se affectum huius uerbi, quod est miror, et plenam motus animi significationem. Variā ergo interiectionum significatioes sunt, gaudij, ut euax. doloris, ut hei. heu. Virgilius, hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo Heclore. Cicero, hei mihi non possum hoc sine lacrymis commemorare. Item heheu. ab. aba. pro. quae tria postrema interdum etiam admirationis, aut indignationis sunt quemadmodum pape, et uah, et hem. Plau. pro sancte Iuppiter quod uideo? Terentius, Pape haec su perat ipsam Thaidem. Plau. uah homo imprudēs. Apuleius. Hem hominis audaciam. timoris ut atterisus, ut Aha he. aliquando eadem uox et aduerbium est, et interiectio, et nomen, ut o quando indignationem, uel dolorem significat, interiectio est. aliquando uero optandi est, ut modo ostendimus, aliquando ipsius literae nomen. Item pro aliquando praeposito. Virgi. pro Latino obtestor, pro maiestate tuorum. idem. pro se quisq; uiri depromunt tela pharetris. Modo interiectio. idem. pro si remeasset in urbem. Aliquando etiam aliae partes orationis solent interiectiue proferri. Virgilius, na

uibus infandum amissis unius ob iram infandum pro interiectione protulit. proprie tamen interiectiones primitiuae sunt, ut haec, quas superius memorauimus, et ohe, euhoe, quae exclamationis sunt, et aliae similes. ita exultantis interiectio est. fuit et hoc nomine minor Atlantis filia. HEMO. Monte Thraciae, de quo supra diximus. ORPHEO. Thracio. Orpheus enim hoc loco adiectiuum est, quem admodum alibi. Quicquid in orptheo Rhodope spectasse theatro dicitur, exhibuit Caesar arena tibi. ideo autem Orpheus pro Thracio ponitur, quia Orpheus. Ephorus. Musaeus, Thracas fuisse perhibetur, siue quod Orpheus Oeagri filius unus ex argonautis, Ciconum rex fuit, qui sunt in Thracia. Siue Hemonum Orpheum uocat, quia hic mons ab Orptheo poeta primum celebratus fuit. Orpheus Calliopes musae, et Oeagri filius fuit Ciconum regis, ut alij uolunt. Apollinis. hic Lyræ mirum in modum siue diosus fuit. eam dono a Mercurio habuit, ut supra ostendimus. SARMATA. Sarmatae populi Scythiae sunt, qui a graecis Sauromatae dicuntur ab oculis lacertarum. oiaupos enim lacerta est ομυα oculus. Regio Sarmatia dicitur. Nomina diuersa habent. habitant montes, et salus, cum campos, et plana teneant. Lagyges, uidentur plaustris pro donibus, passanturq; lacte equino, unde quidam eos ιαρομόλους, hoc est equorum mulsores. Alij, γαλακτοφόρους, hoc est lactis phagos uocant. Sunt etiam quidam interius habitantes, qui sanguinem equinum lacte mistum potant, quos uocant Gelonos. Virgilius, Bisaltae quo mare solent, acerq; Gelonus, cum fugit in Rhodopen, atq; in desertis Getarum. et lac concretum cum sanguine potat equino. Item Sarmatae alij sunt, qui cruda farina equino sanguine mista d' cruris uenis aluntur. Alij etiam, qui pro uictibus homines immolant. Alij bellorum, et caedis amatores, quibus mos est bellantibus cruorem eius, quem primum interemerint, ex ipsius uulneribus bibere, et ut quisque plures interemerit, ita apud eos eximius habetur. sunt etiam in Scythiae extremis Sarmatae, qui carne equina uescuntur, alij qui humanae carnis alimento uitam ducunt, propter quod uocantur anthropophagi ἀνθρωποφάγοι τοῦ ἀνθρώπου, hoc est ab hominibus edendis. idem ab usu plaustrorum amazonitae uocantur. interdum nimia hyemis asperitate demersis in humum sedibus specus habitantes totum brachati corpus, et nisi qua uident ora uestiunt. PASTVS. Qui abum sumpsit. pascere enim, et pasci est comedere, et aliquando solute ponuntur. Virgil. pascentes seruabit Tityrus hedos. aliquando habet accusatiuum. Idem, florem depasit salicti, nonnunquam pascere est abum alteri praebere, differitq; (si Marcellus credimus) ab alere, quod hoc fit necessitatis gratia, ut uita seruetur, illud uero ad delicias, ut sit pascere, quasi abo saginare. Vnde per metaphoram pascere aliquando pro delectare accipimus. Idem, atque animum pascitur a pascat inani, et pascere oculos, est uisu alicuius rei gratia eos oblectare. Item aliquando pro augeri, et crescere. Idem. et sacrum tibi pascere crinem. Hinc pastus adiectiuum significat eum, qui abum sumpsit, ut hoc loco. pastus uero substantiuum, significat abum, siue abationem. Cicero. cum oblectatione solertiae, qui est unus suauissimus pastus animorum. idem et pastos significat, sed hoc potius ad brutorum alimenta pertinet. Vnde est Varronis index de uillatis pastionibus. a pasco pabulum quoque deriuatur, quod et abum significat, sed maxime, quod bruta depascent. a quo pabulor uerbum pro pasco. et pabulatio, abatio. illud notandum, quod pasci proprie bestiarum est. uesci hominum, et in utroque potus quoque compre-



henditur, quod Valla negauit, Martia uenit et epoto Sarmate passus equo. Cicero. Carne. Casio. lacte uescor. A pasco compo sita sunt depasco, quod est pascendo absumo, et depastus di- catur agrum bos, qui abum ex agro sumpsit. Item depastus ager passus, hoc est pascendo consumptus. Ex pasco eius- dem significationis. per pasco, satio, siue in torum pasco. compo- sco coerco, quasi intra pascia contineo, nec uagari permitto, et e contrario dispesco, diuido, et proprie pecus a pasione deduco. item a pasco pascia dicuntur, in quibus pecudes pascan- tur, siue ager pascius sit, siue pratium, siue mons, aut collis. pa- sciam syluam appellat Paulus, quae in pasciis pecudum des- tinata est. Item a pasco pascales oues, et gallinae uocantur, quae passim pasciuntur, siue a pasciis, quasi pascales. Item a pasco panis, a quo panifex, panificat panificam, et passillus, et pando cum deriuatis ab eo, de quibus supra diximus. pa- stomis ferreum, siue li gneum instrumentum est, quod ad cohi- bendam equorum tenaciam uariis, uel morsui imponitur. Lu- cilius, pastomides huius de naribus ingentes pendens. EPO- TO EQVO. Ebibito lacte equino. siue cruore. potare bi- bere est. et a graeco deducitur. ποτός enim potio est, ποτός a potio. ποτός, bibax. A potio potus dicitur, et potio, quae inter se differunt, quod potus proprie est uini, similitudinē. potio uero, quae a medicis aegrotantibus datur. in- terdum tamen potio pro potu ponitur. Cicero. Quid quod ne men- te quidem recte uti possumus multo cibo, et potione repleti. Ab hoc fit potio uerbum, hoc est potionem praebere. Cuius passi- num est potior. Suetonius de Caligula. Creditur potioratus a Ceponia uxore amatorio quidem medicamento, sed quod in- ferore uerterit. Item a potio potatio, ipse potandi actus, a quo compotatio, quam graeci συμποσιον dicunt. et Compot- tor, qui συμποσιος et compotrix, quae συμποστρια appellatur, et poculum, quod ab illis dicitur ποτήριον, quorum diminutua sunt pocillum, et ποτήριον, et po- tabile, quod illi ποτήριον nuncupant, et potitius, qui sa- cra Herculi faciebat. Nam, cum Euisder aram maximam Her- culi, ubi nunc Roma est, edificasset, Herculei quae de suo armen- to boues ad sacrificia dedisset, inueniuntur semes duo, a quibus se aequaliter coli uelle ostendit, statuitque, ut mane, et ueperi sa- crificarent. Sed cum peractis matutinis sacrificiis circa solis occi- sum essent sacra repetenda, alter prior aduenit, qui ἀπὸ τοῦ ποτήριου, hoc est a potando potitius cognominatus est. Alteri propter negligentiam iratus Hercules statuit, ut sacrificanti, atque epulanti potio ministraret. Quae propter ἀπὸ τῆς πέρας, hoc est a fame pinarius, quasi famelicus appellatus est. Hoc mo- do haec duo familiae cognomina adeptae sunt, ut illa potiorie, haec pinariorum diceretur, et haec tantum longo tempore Her- culi sacra fecere. Verum cum postea Appio Claudio auctore, qui Censor cognominatus fuit, sacra Herculis gens potitia in manapia transfuisset, qua tempestate duodecim familiae eius gentis erant, puberes omnes ad trigessimam intra annum cum stirpe extincti sunt. item a potio repotia dicta, cum post die nu- ptias apud nouum maritum coenatur, quia quasi reficitur po- tatio. Et ab eodem composita sunt per potio, hoc est ualde potio, siue frequenter potio, et praepotio ante potio, et epoto, potando ex- haurio, cuius passiuum est epotus, a quo epotus, et compo- to, simul potio. EQVO. Equus notum animal est, qui et caballus dicitur. A quo caballinus. Per sius. Nec fonte labra pro- lici caballino. Mira ei docilitas est. Alexander Macedo equum habuit, quae ab aspectu toruo, siue ut aliqui uolunt ab insigne tau- rini capitis armo impressi. Buccephalus, hoc est bouis caput est di- ctus. Hic a nemine alio, quam ab Alexandro, regio instratus ornatus consendi se passus est. Idem Thebarum oppugnatione

uulneratus non est passus regem in alterum equum transfilire. propter quae, et alia multa huiusmodi Alexander de fineto so- lemner ex equis fecit, et urbem ex nomine eius uocata. Bu- cephalon sepulchro circumdedit. Caius quoque Iulius Caesar equum habuit, qui nullum, praeter eum, dorso recipiebat, eius priores pedes facie uestigiū humani tradunt fuisse, et hac facie ante Veneris genitricis aedem locatus fuit. Fecit et diuus Au- gustus equo tumulum, quem Germanicus Caesar carmine lau- dauit. A grigenti cum plurimum equorum sepulchra traduntur pyramides habuisse. scribunt auctores equum a Semiramide usque ad coitum ad amatum. Scythae equis maxime gloriantur. Tradunt casio aliquando ex prouocatiōe eorum regis, cum ho- sus ad eum spolandum uenisset, ab equo eius ictibus, ac mor- su interemptum fuisse. Alium cum detracto oculorum operi- mento cum matre se conisse intellexisset, per praerupta sese praeci- pitem dedisse, atque ita esse exanimatum. Qui ppe affinitatum co- gnitionem habet hoc animal. itaque in grege prioris anni so- rem libentius, quam matrem equus comitatur. Tanta praeterea in iis docilitas est, ut uniuersus Sybaritani exercitus equitatus ad symphoniam cantum quadam saltatione moueri solitus tra- datur. Sybaris urbs est sita in sinu Tarantino apud Cratim am- nem, quae quondam gentibus quatuor imperauit, urbes quin- decim numero subditas habuit, trecenta militum millia contra Crotonatis armauit. Sed mox luxuria, et uoluptati dediti, in tantam lasciuam deuenere, ut omnem suam felicitatem bre- uis tempore amiserint, et a Crotonatis septuaginta dierum spatio usque ad internitionem fuerint deleti. Ex quo uice prouer- bii Sybariticae, et Sybaricae delitiae dicuntur, et Sybaritica lu- di, cum modum excedunt, et sybariticum carmen, et sybari- tica libelli, hoc est lasciuia, improbi, petulantiae. Martialis. Musaei pathicissimos libellos, qui certant sybariticis libellis, et tinctis sale pruriente chartis instanti lege Rufe, sed puella sit tecum tua, ne Thalassidem idicis manibus libidinosis. Et fias sine fo- mina maritus. a Sybari etiam Sybaritanus deducitur. Fuit et aliud oppidum nomine Sybaris, duodecim passuum millibus distans ab urbe. Vix praeterea sunt equi amissos in praelio do- minus lugere, et lacrymas saepe effundere. interfecto Nicome de rege equum eius inedia uitam finisse comperitum est, et Cir- censibus ludis ex casso auriga, cui Ratumenna nomen erat, equos cum palma, et corona in capitolium peruenisse, sed em- ter lustrasse. unde postea ea porta Ratumenna uocata est, Sar- matae longinqua itinera acturi, inedia pridie equos praepa- rant, ex igno tantum potu illos fouentes, atque ita per centena, et quinquagena millia continuo cursu euntibus insident. Vi- uunt annis aliqui quinquagenis, foemina minore spatio. Eae- dem quinquennio crescere desinunt, mares anno addito. qua- lis debeat esse equus praecclare Virgilius ostendit. Continuo pe- coris generosi pullus in aruis, Altius e greditur, et mollia cru- ra reponit. Primus et ire uiam, et si uiuos tentare minaces. Audet, et ignoto sese committere ponto. Nec uarios horret stre- pinus, illi ardua ceruix, Argutumque caput, breuis alius, obesaque terga. Luxuriatque thoris animosum pectus, honesti spadicis, glaucisque color deterrimus albis, Et giluo, tum si qua sonum pro- cul arma dedere, stare loco nescit, micat auribus, et tremet ar- tus, collectumque premens uoluit sub naribus ignem. Densa iu- ba, et dextro iactata recumbit in armo. Ac duplex agitur per lumbos spina, cauatque tellurem, et solido grauius sonat ungula cornu. Partum undenis mensibus ferunt. duodecimo gignunt. generant secundo anno. sed tertio firmior est partus. Item mares generant usque ad annos triginta tres, quosdam etiam ad quadraginta durare tradunt, dummodo iumentum in attollen- da priore parte corporis. Equarum libido tota iuba extinguitur.



Vixisse equum septuagintaquinque annos produnt. inna-  
 scitur equus in fronte caricæ magnitudine ueneficium colore  
 nigro, quod Hippomanes appellatur. id statim ædito partu ma-  
 ter deuorat, aut partum ad ubera non admittit, si quis præri-  
 puerit, habeatque in rabiem aliquando id genus agitur. Amis-  
 sa matre reliquæ foetæ educant orbū. Quo quis acrior, eo pro-  
 fundius nareis bibendo mergit. Scythæ in bellis foeminis poti-  
 us utuntur, quoniam urinam currendo sine impedimento red-  
 dunt. Ferunt in Lusitania iuxta flumē Tagum, uento equas fo-  
 tus concipere Fauonio flante obuersas, et cum partum fieri per-  
 niassimum, sed triennium non excedere. Ego fabulam esse exi-  
 stimo ex equarum fecunditate, et gregum multitudinem natā,  
 qui tanti in Lusitania, et tam pernices uisuntur, ut non ime-  
 rito uento ipso concepti uideantur. In eadem Hispania asturco-  
 nes gignuntur ab Asture oppido, siue Asturia gente, ita appel-  
 latus, quibus non uulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno  
 crurum explicato glomeratio est. Equus Marti immolari sole-  
 bat, siue quod per eius effigiem capti sunt Troiani, quibus Mars  
 fauebat, siue quod eo genere animalis belli deus oblectari puta-  
 batur. Equo uehi flammæ diuini non licebat, ne si longius digre-  
 deretur ne gligi sacra uiderentur. Ab equo equinus deducitur,  
 ut equina atro, equinæ iuba, equinum uirus. Item eques, quod  
 modo hominem equo insidentem significat. unde eges à pedi-  
 tibus distinguntur, modo equum, cui insidetur. Vir. Dorsoque; eg-  
 tem docere sub armis insultare solo, et gressus glomerare su-  
 perbos. Propterea equitare etiam, quod ab equite derivatur, et  
 homo equo utens, et equus sub homine gradens dicebatur. itē  
 eques dicitur, qui equestrem habet dignitatem. Equestre enim  
 ordinem medium fuisse constat inter patricos, et plebē. Prin-  
 cipio equites, iudicesque; ydem habebantur, et gestandi annuli  
 aurei ius eis erat. Postea M. Cicero in cōsultu suo equestre no-  
 men stabiluit, Senatū ei conuolans, celebrans se ex eo ordine  
 prouectum esse. Ab illo tempore planè hoc tertium corpus in  
 republica factum est, cæpitque; adici Senatui, populoque; romano  
 equester ordo. ob quam causam post populum scribebatur, quæ  
 nouissime cæperat adici. imprudenter quidam hoc tempore  
 huius dignitatis uiros, qui gestandi uirius habent, milites uo-  
 cant, cum sint equites iure optimo appellandi. hi olim sub Ro-  
 mulo, regibusque; celeres dicebantur, à Celere Remi interfectore,  
 qui initio à Romulo præpositus fuit, qui primo electi fuerunt  
 à singulis curijs, ideoque; trecenti omnino, deinde à flectendis (ut  
 quidam putant) animis, quoniam iudices erant, siue potius à  
 flectendis equis, flexumines uocati, postea trossili, à Trossu-  
 lo oppido Thusiæ circa Vulsinios nouem millia passuum, quod  
 sine ullo pedum adiumento equites cæpissent. V arro. Nunc e-  
 runt trossili nardo nitidi uulgo attico talento equum. Iunius.  
 Quod ad equestrem ordinem pertinet. antea trossilus uoca-  
 bant, nunc equites uocant, ideoque; quia non intelligunt trossu-  
 lus nomen quid ualeat, multos pudet eo nomine appellari, in-  
 uiti tamen Trossili sæpe uocantur. Item ab equite equester, si-  
 cut à pedite pedester. Vnde equestres copijs, sicut pedestres di-  
 cuntur, et equestres dicebantur, quod equiti dabatur. item  
 eqtatus, pro equestribus copijs, sicut pedatus pro pedestribus.  
 Item ab equo equuleus diminutiuum. Cicero. Vt igitur domi-  
 tores equorum non uerba solum adhibent ad domitandum,  
 sed abum etiam sæpe subtrahunt, ut fame debilitetur equuleo-  
 rum nimis effrenata uis. Et ab equa equila. V arro, nemo est tã  
 ne gligens, quin summa diligentia eligat asinum, qui suam sal-  
 liat equilam. Item ab equo equiria ludi, quos Romulus Mar-  
 ti insituit. In his enim ludis currere in martio campo equi sole-  
 bant. et equitium, quod significat equorum armentum. V lpi-  
 nus. equitij uisus legato uidendum, an et domare possit, et ad

uehendum sub iugo uti. et equiso, equorum domitor. V arro. nã  
 ut equus, qui ad uehendum est natus, tamen traditur magistro,  
 ut equiso doceat ut uoluit incedere. idem, neque; furentem equule-  
 um insanus egso exhibeat maris fluctibus. V teres tamen om-  
 ners, quibus aliquid rei regamen comittebatur, equisones uoca-  
 bant. Item ab equis fit equisetum. herba est, quæ græcæ Hippu-  
 ris dicitur, hoc est cauda equina. Nostri à similitudine setæ eg-  
 næ nomen imposuerunt. Est enim pilus terræ. hæc cursorum  
 lyenes extinguit fictili nouo decocta, quidam ephedron, alij  
 anabasin uocant, traduntque; iuxta arbores nasci, et scanden-  
 tem, eas dependere comis iuncis. multis nigris. ut est equorum  
 cauda geniculatis ramis. Item equire uerbum, quod est canum  
 equæ appetere, sicut suire suis, et catulire canis. Græci equum  
 ἵππον uocant. Vnde ephippium dicitur tegmen, quod equo  
 ad insidendum imponitur, propter molliorem uecturam para-  
 tum, uulgo sella nominant. Cato, mihi puero modica fuit una  
 tunica, et toga sine fasciis calciamenti, equus sine ephippio. bal-  
 neum uon quotidianum, alueus rarus. Ab hoc equites ephip-  
 piati, et equi ephippiarij dicuntur, de quibus supra diximus.  
 Et hippopotamus, quasi equus fluminis, animal è in Nilo præ-  
 cipue nascens binijs unguis, quales sunt bubus. dorso equi, et  
 iuba. et hinnitu. rostro resino. cauda obtorta. dentibus apro-  
 rum aduncis. tergo ad scuta, græcæque; impenetrabili. Depa-  
 scitur segetes, et ex agro ferentibus uestigijs astu dolo, ut sal-  
 lente uestigio, nulla reuertenti insidie præparentur. Primus  
 huc, et quing; crocodilos Romæ adilitatis sua ludis M. Scatu-  
 rus temporario Euri po ostēdit. Ab hoc media eximere in mor-  
 bis sanguinem, quod Phlebotomiam uocant, didicere. etenim as-  
 sidua satietate pinguior factus exit in litus, et recentis aru-  
 dinum caesus specularis, ubi acutissimum uidet stypitem,  
 corpus imprimi, et uenam quandam uulnerat, atque ita pro-  
 flumino sanguinis morbidum aliàs corpus exonerat, plagamque;  
 limo rursus obducit. Mirum quàm multa à bestijs homo didi-  
 cerit. Simile quiddam et auis in Aegypto monstrauit, quæ no-  
 catur ibis, aconia ferè similis. et ipsa quoque; serpentum perni-  
 cies, hæc rostri adunatate per eam partem se perluit, qua red-  
 di aborum onera consueuerit. Hinc chlysterem facere medici di-  
 dicerunt. Dictamum herbam extrahendis sagittis, æui eo te-  
 lo percossi hominibus ostenderunt. idem percossi à Phalago,  
 esu canrorum sanari se posse monstrauere. Est et ad serpen-  
 tum ictus præcipua dictamus, quas se læteri resouent, quoties  
 cum illis pugnam conseruerunt. Chelidonium uisus saluberrimam  
 esse docuerunt hirundines, uexatis pullorum oculis illam  
 adhibentes. Quæ propter inditum huic herbe nomen fiat à τὸ  
 τῶο χελιδόνος, hoc est ab hirundine, Testudo pastu Cunila  
 bubule uireris aduersus serpentes resouet. Cunila herba est,  
 cuius plura sunt genera, quæ bubula appellatur, semen pule-  
 gij habet, quod contra serpentes in uino bibitur. Est et alia cu-  
 nila, quæ satyria appellatur à nostris, à græcis Origani. He-  
 racleoticu, tertia à græcis mascula, à nostris cunilago uocatur  
 odoris foedi, radicis liгноse. folijs asperi. cuius manipulum si-  
 quis in domo posuerit, omnes à tota domo blattas ad eam tra-  
 dunt conuenire. prodest aduersus omnia uenenata. E contrario  
 quæ mollis uocatur, pilosioribus ramis, et aculeatis, mellis odo-  
 rem habet, si digitis teratur. Mustella in anguim uenatu rita  
 sibi salutem querit. Ciconia origano. Apri edera ægritudines  
 suas curant. Anguis ueterem corporis membranam succo fœni-  
 culi facilius exiit, quod si squamæ obtorpuerunt, spinis se iuni-  
 peri scabit. Draco uernam nauisam syluestris lactucæ succo  
 restringit. Panthera excrementis hominis, quorum audif-  
 sima est, aconito sibi in carnibus per dolum porrecto mede-  
 tur. Elephantus chamaeleonte deuorato oleastro salutem quæ-



rit. v. si degustatis mandragora malis formicis lambunt. Pa-  
lumbes. graculi. merulae. perdicis. Lauri folijs annum fasti-  
dium purgant. Columbae. turture; & gallinaei herba, quam  
supra diximus vocari Helxinē. Anates. anseres, caeteraq; aqua-  
tica, herba syderit, quae & asteriscum dicitur, folio similis oci-  
mo, nigrior tamen nascens in tegulis, parietinisq;. gryes iunco  
palustri. Coruus octo chamaeleonte, cuius uenenum etiam in-  
terfectori nocet, lauro infestum uirus extinguit. Item ab hippos-  
fit Hippocampus, hoc est equus marinus, a flexu caudarum.  
10 uō uim enim graecae, latine flexus dicitur. piscis est eq effi-  
ge in piscis caudam desinens. Plyn. leporis marini ueneficium  
restringunt potu hippocampis. Equus (ut quidam putant) ab  
aequalitate dicitur, prima litera detracta, quae diphthongū  
faciebat, quia pares eligebantur, qui bigis, quadrigisq; iunge-  
rentur. Aequus uero ab aqua deducitur, quia summa est aquae  
aequalitas, dum quiescat, ita ut imaginem tanquam speculum  
reddat. Significatq; equus planum proprie. sed per meta pho-  
ram ponitur pro iusto, quia nullā in partem inclinat. Ab aequo  
aequitas dicitur. & aequo uerbum, quod proprie est ex plano.  
Plynus aequato deimē pauimento infunditur oleum. Ponitur  
tamen pro eo, quod est cum aequitate diuido. Virg. operumq;  
laborē partibus aequabat iustus. Aliquando pro continuo. idē.  
Felix, si protinus illum aquasset nocti ludum. Et aequē aduer-  
bium, quod modo iuste significat. Seneca iudex, qui parte inau-  
dite altera aliquid statuit, etiam si aequē statuerit, haud aequus  
fuit. modo tam. Vir. Negant alios aequē serpentibus a gros dul-  
cem ferre abum. & aequor, quod proprie planicem significat,  
unde de campo dicitur. idē, at prius ignotum ferro, quā in scin-  
dinus, aequor, modo de mari. idem. Aequora ponti, modo de flu-  
uine. idem. miratur nemus infuctum, fulgentia longe scata ui-  
rum, flumio pictasq; innare carinas. Olli remi quo noctemq; di-  
emq; fingunt. Et longus superant flexus, uariisq; teguntur ar-  
boribus, uiridibusq; secant placido aequore syluas. Aliquādo nō  
pro planicie maris, sed pro ipso mari ponitur. idem, bis denis  
phrygium ansendi nauibus aequor. ab hoc aequoreus deducit-  
ur, & aequalis, quod modo pro simili accipitur. Plyn. cum &  
ipse aequalem fortunam expertus fuisset, modo pro aetate neo,  
qui & aequus dicitur. & ab eodem aequo equaeus. Cicero-  
nec cum aequalibus solum, qui pauci admodum iā restant, sed  
cum nostra etiam aetate, atq; nobiscum. a quo aequalitas, hoc  
est similitudo, paritas. & aequaliter aduerbium. i. similiter, pa-  
riter. item aequalis, idem quod aequalis in priore significato.  
Cic. Vix reduct in somnum quendam aequabilem, ac constan-  
tem. Aequaeus ab aequalitate aui dicitur, hoc ē aetatis. aui  
enim proprie tempus, & aetatem significat longam, quam se-  
culum dicimus, & per synopē seculum. Virg. magnus ab inte-  
gro seclorum nascitur ordo. a quo seculares ludi, de quibus ali-  
bi diximus. Tractumq; a graeco est aeuum. illi enim aeuū  
dicunt. unde longaeuos dicimus longae aetatis, hoc est senes. idē,  
quem tibi lo gaeuo seruum Launina coniux educet syluis. & pri-  
maeuus, prima aetatis. & grandaeuus, gra dioris aetatis. a quo  
grandaeuitas. Aeuus, quia nec nos, nec illa impune, irrident  
meam grandaeuitatem. Hinc aeternum dicitur (ut Varro sen-  
tit) quasi aeternum. a quo sempiternum, quasi semper aeter-  
num. & aeternitas. & sempiternitas, quo A puleius, et nonnul-  
li alij utuntur. & aeternae, ac sempiternae aduerbia. & aeterno  
uerbum, hoc est perpetuum factio. Varro. literisq;, ac ludibus  
aeternare. Item ab aeuo aetas, quasi aeuitas. aetates uarie ab anti-  
quis distinctae fuerunt. Seruius Tullius rex Romanorum pue-  
ros appellauit eos, qui essent infra decimum septimum annum.  
Ab eo autem anno ad quadragesimum sextum iuniores dixit,  
quos bello idoneos elegit. Supra annum quadragesimum sex-

tum seniores nominauit. Varro autem aetatem diuisit in infan-  
tiam. pueritiam. adolescentiam. iuuentem. senectam, quarum  
tamen singulae trifariam diuiduntur, ut prima pars uiridis sit,  
deinde adulta, postea praecipua. Hinc est, quod Virg. ait, uiri-  
disq; iuuenta. aetas etiam aliquando ponitur pro uno anno.  
Varro. aetatem uix decimam egressus. Aliquando pro trigin-  
ta. Cic. tertiam iam aetatem hominum uisebat. Nonnunquam  
pro centum. Ouidius. annos uixi biscentum, nunc tertia uiui-  
tur aetas. Ab hoc diminutiuum fit aetatula. Plau. aetate aduer-  
biallyter pro diu posuit. Aetate ambo ambobus sint obnoxij.  
idem, aetate uelim seruire, Libanum ut conuiciam modo. item  
ab aeuo coaeuus dicitur, hoc est eiusdem aetatis. Aetatem malam  
ueteres pro senectute posuerunt. Aeuus. an mala aetate ma-  
male multari exemplis omnibus. Turpil. miserum puto, si eti-  
am istuc ad mala aetatem accessit mali. Pacuuius. parum est,  
quod te aetas male habet, ni etiam ad malam aetatem adiunges  
cruciatum retenti. Afranius. si possent homines delinimentis  
atpi, omnes nūc haberent amatores anis. Sed aetas, & corpus  
tenerum, & morigeratio. Haec sunt uenena formosarum mu-  
lierum. Mala aetas nulla delinimenta inuenit. Plau. Consi-  
tus sum senectute, onustus uero corpus, iures reliquere, ut aetas ma-  
la est, mors mala est ergo. E contrario uero bonam aetatem dia-  
mus adolescentiam, uel iuuentutem. Cicero. Quod si ipse uolu-  
ptatibus bona aetas fruitur, libētius primum paruis fruitur  
rebus. Hinc prudentissime Virg. dicit parnēs primas fructis,  
quasi eius aetatem puberem, meliorem dixit. Nunc adeo melior  
quoniam pars acta diei est. Finem secundae aetatis secundū ar-  
ronem, hoc est finem pueritiae, pubertatem uocant. Pubes enim  
proprie dicitur lanugo, quae maribus quartodecimo anno, fo-  
minis duodecimo arca pudenda oriri incipit, quod quia matu-  
ritatis est signum, factum est, ut mas pubes dicitur, siue puber,  
quam primum ad generandum aptus est factus, & femina si-  
militer ad concipiendum. a quo impubes, siue impuber, q non-  
dum eam, quam diximus lanuginem emittere incipit, siue qui  
nondum ad pubertatis annos peruenit. Pubem etiam honeste  
pro parte pudenda usurpamus. Virg. prima hominis facies, et  
pulchro corpore uirgo pubetenus. Itē pro iuuenum multitudine  
interdum etiam pro populo. Vnde pube praesente dicimus,  
hoc est pro populo praesente. ab iis, qui puberes sunt, omnem popu-  
lum significantes. Quando autem pubes pro lanugine, siue  
multitudine, siue parte corporis pudenda accipitur, hoc est, quan-  
do substantiuū est, pubis facit i genitiuo, quādo uero adiectiuū  
est, facit puberis. A pubes pubis fit pubesco, qd est lanuginē il-  
lā emitto. A pubes uero puberis puberesco, qd significat cresco  
et puber fio. Pubes autē a graeco deducitur, quasi βιβος.  
Vnde Ephebus dicitur, qd iam sit in pube, hoc est, qd iam iā ad  
pubertatis annos puenit. Terē. nā is, postquā excessit ex ephe-  
bis sofia, hoc est postq̄ excessit ex ea aetate, qua pubem prio em-  
sit. Hinc ephebia appellata est prima aetas adolescentiae. adole-  
scētia postrema pueritia. e contrario uero de puberem dicimus,  
qui ad pubertatis annos non ponit puenire. Hinc de puberem  
porcū uocamus, quē lactentē occidimus. Præterea ab aequis aq  
uocum, et aequoatio, et aequoet, et aequinoctiū, et aequinoctiale, et  
aegiale, & aequamentum, & aeglibrum, & aegmentū dedu-  
cuntur, de quibus supra diximus, et aequatio, qd ē (ut ita dicā) pa-  
rificatio rei alicuius, siue diuisio eū aequalitate. Item ab aequo  
cōposita sūt ad aequo, ex aequo, et coaequo, eiusdē penē omnia si-  
gnificationis, & aequipolleo, & aequiualeo. a quibus aequipol-  
lenta dicitur, significatiq; parē potestatem. & aequanimis,  
hoc est animi aequi, & sedati. a quo aequanimitas. & aequi-  
melium, locus in urbe, ubi Melij domus fuerat. P. Melius  
ex equestri ordine fuit, qui cum frumenti largitionem in



urbe fecisset, T. Quintus Consul L. Quintium dictatorem fecit. Seruilius Halam magistrum equitum dixit. missus à dictatore Seruilius ad Melium, ut eum ad se duceret. Melius ob pauorem ad suos fugere. fidem populi Romani implorare. operum se consensu patrum dicere. quod plebi benigne fecisset, orare ut opem sibi ultimo in discrimine ferrent, ne uel ante oculos suos trucidari sinerent. hæc uociferantem affectus Seruilius Hala obrunauit. sed non satis esse sanguine eius ex pratum putarunt, nisi tecta, parietesq; intra quæ tantum amentia conceptum esset. dissiparentur. domus igitur diruta est. area æquimelium appellata, & iniquus, qui proprie est non æquus. in iustus. à quo inique aduerbium, iniuste. & iniquitas. quasi iniustitia. aliquando tamen iniquus pro magno accipitur. Virg. iniquo potere rastro. modo pro angusto. idem uerum hæc ipse quidem spatij exclusus iniquus prætereo. BIBIT. Potant. bibere proprie potare est. aliquando tamen pro haurire ponitur. Virg. sat prata biberunt. nonnunquam etiam ad ea transfertur, quæ haustum non habent, & significat trahere. idem. hasta sub exercitum donec perlata papillam hæsit. uirgineumq; alte bibit acta cruorem. à bibo bibas dicuntur nimij potores. sicut ab edendo, edaces, & per diminutionem dicuntur bibaculi. item bibosi. Laberius. non mammosa. non anno sa. non bibosa. non proatx. & Tiberius per derisum, propter nimiam uini auaritatem appellatus est Biberius. sicut pro Claudio. Caldus, pro Nero Mero. Item bibulus, qui facile sorbet, unde bibulorum cognomen inueniunt, & meribibulus, qui unum aqua non miscet. Aurelius, cum temeti uidiore esset quadam die ab irata ancilla per conuitium appellata est meribibula, quæ res tantum ei pudorem iniecit, ut postmodum sobria prorsus fuerit. et bibula papyrus dicitur, quæ sorbet atramentum. & propterea inter paginas adhuc madentes, ne litæ fiat, interponitur. Vterque quondam folijs tantum palmarum scriptis manifestum est. unde folia librorum dicta, quæ à græca uoce Phyluræ etiam appellantur. deinde quarundam arborum libris, hoc est corticibus, ex quo libri appellati, & per diminutionem libelli, & codices, à codice, qui & caudex uocatur ex quo cortex extrahitur. Codex enim proprie prima pars arboris est, cui radices adherent. Iuuenalis pro se de meretricia posuit, quæ frè è truncis fieri solet. horrida quale facit residens in codice pellex. à codice dum pro caudice accipitur, codicaria nauis dicitur, de quibus inferius dicemus. cum uero pro libro codicillus ducatur, quod proprie epistolam significat. postea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox et priuata luteis conficere cœperunt, deinde ceris. etenim pugillarum usum ante troiana tempora fuisse testatur Homer. *ἔπειτα δὲ τὴν πύργον πύργον ἢ μὲν τὸν πύργον*. hoc est cum scriptis in pugillaribus fictis corruptilia multa. sed post Alexandri magni uictoriam, condita in Aegypto Alexandria, inuenta ab eo rege papyrus est Varrone teste, quæ fiebat ex frutice, qui nascitur in paludibus Aegypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi euagatæ stagnant, nec gurgitum altitudo duo brachia excedit. frutex ipse Papyrus, siue feminino genere papyrus uocatur, radicem habens obliquam, triagulis lateribus decem nõ amplius cubitorum longitudine in gracilitate fistigatum, thyrssi modo cacumen includens, semine nullo, nec alio usu, quam floris ad deos coronandos. radiabus incolæ pro ligno utuntur, ex ipso Papyro nauis quæ texunt, & ex libro uela. teges. uestes stragula, fines. aliq; huiusmodi. Lucanus. conseritur bibula Memphis cymba papyro. præparabantur ex eo chartæ diuise ac in præueniunt, ac latissimas philuras, quæ eo meliores erant, quo medio papyro propinquiores, atq; inde secundum scissuræ ordinem hieraticæ appellabantur subtilior, religiosior tã

tum uoluminibus dicta, quæ postea ab adulatione Augusti dicta est augusta. deinde à Liua coniuge eius Liuiana. huic postea in epistolis tantum scribendis auctoritas relicta est. proxima huic erat Amphitheatriæ à loco dicta, in quo conficiebatur, quam postea Fannius miro artificio emendauit. uocauitq; è nomine suo fannianam. ultima, emporietat, inutilis scribendo, & inuolucris duntaxat chartarum, ac mercium usum præbēs. propterea ἀπό τῶν ἐμπορίων, hoc est à mercatoribus emporietat dicta. unde emporiū quoq; appellatum locus, in quo mercatus, & nundinæ fiunt, & bibula, de qua supra diximus sciant. tantum utilis scripturæ. primatum deinde nuntius Claudii. Cæsar, & quoniã Augustæ tanta tenuitas erat, ut uix calanum sustineret, præterea uisu translucida literas emittebat, auxit, et crassitudinem, & latitudinem, mensuramq; ubi pedalis erat cubitalem faciens. à papyro igitur frutice charta est papyrus appellata, quod. s. ex papyro fieret. postea ueroid genus chartæ inuentum est, quo nunc passim mortales utuntur, fitq; ex limtolis cõtritis, et nihilominus pristinum papyri nomen remansit, & distinctio generum. nam subtilis illa epistolaris & augusta uocatur, & altera communis, siue amphitheatriæ. siue fanniana. & grossior illa, atq; inutilis emporietat, & ultima bibula. claudia uero illa grandior, crassiorq; à rege nunc regalis dicitur. hæc dēte propter sabricam, aut cancha leuigatur. propter quod minus sorbet. & ob id caduce literæ fiunt. Quæ causa impulit nos, ut genus aliud chartæ inueniremus, quæ tenuitate. densitate. candore. leuiore. philuræ longitudine & commodior est, & aspectu gratior. hanc opifices è nostro nomine perottam nuncupauerunt. charta uero ab urbe Tyri, cui charta nomen fuit, appellata est, ex qua Dido ducta est. ideoq; urbem à se postea edificatam ab illius nomine Charta genem nuncupauit. græci ab eadem urbe χάρτιον nominant. à quo χαρτογράφον librarium. & χαρτογράφων chartularium nominant. membranas Varro scribit post inuentas ab Alexandro, chartas per emulationem circa bibliothecas Ptolemæi, & Eumenis regum, Pergami inuentas fuisse, unde nunc quoq; uulgo pergamene uocantur. uergemum oppidum est in Asia. Pergama uero dicta sunt arcus troiana, quæ quoniã altissima fuerunt, omnia alta edificia pergamæ sunt appellata. membranæ à tectis membrorum uocatae sunt, proprieq; corum ipsi significat, unde sunt ad se scribendum aptæ. chartam membranãq; sæpenuero auctores pro folijs, siue phylluris usurpant, ut si dicam codicem triginta chartis, siue triginta membranis contineri. Clau. nulla est membrana sine ipso. Quoniã cum a perotto codice chartas explicaret. à membrana membraneus dicitur. à charta charteus, siue chartaceus, sicut à papyro, papyraceus, contra Varronem qui chartarum usum non nisi condita in Aegypto Alexandria fuisse scribit. Cassius hemina contra sentit uenustissimus annalium auctor. tradit enim Cn. Terentium scribam agrum suum in lanculo repastinantem inuenisse arcam, in qua Numma rex situs fuerat, & in ea libros eius repertos, qui è chartis erant in quo certum lud. admiratione dignum est, quod de fossi tot annis incorrupti durassent. à papyro etiam papyrii cognomen deductum (ut quidam putant) à quo Papyria tribus appellata. Item à bibo compositæ fiunt per bibo, quod est usq; ad finem bibo, uel in totum bibo. Ebibo, exhaurio. Plau. Quæ mihi misero totum ebibit sanguinem. Imbibo, haurio. & per meta phoram apprehendo. Aure. Ut poeta optimus maximus teneris mibibus annis non facile memoria aboleretur. Cõbibo, com poto, hoc est simul bibo. PRIMA FLVMINA. Principium fluminis, hoc est fontem, ex quo primum fluit Nilus. Magna laus ludorum Domitiani, quod ab ultimo inferioris Mauritanie monte, ex quo Nilus.



quo Nilus fluit, spectatores ad urbem uenerint. primus aliqui ad numerum referunt, ut primus. secundus. tertius. Nonnunquam ponitur pro Princeps. Virg. prima quod ad Troiam pro ceteris gesserat Argis. Aliqui pro optimus. Idem, Et primos iuuenem tot miserit orco. Et pro precipuus. Idem, Quatos primus patiare labores. interdum et pro eo, ante quem nullus est. Idem, Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. Hic primogeniti dicuntur filii, qui primo nati sunt, et ante quos nullus genitus est, etiam si postea alij orti fuerint. Et apud grammaticos, primitiua, et primogenia uerba dicuntur, quae per se inuenta sunt, nec aliunde derivantur. Primitiuum est, et primogenium dici potest, quicquid aliunde non habet originem. quod est primum uocamus. Vnde primarius lapis appellatur, qui primus in templo, aut alterius aedificij fundamentis imponitur. et primarij Cives dicuntur, qui primi sunt, et ueluti principes in ciuitate, qui et primates, et a quibusdam Summates, ab alijs Optimates appellatur, et primaeus, de quo supra diximus, a primo deducitur, et primigenius sulcus, qui in condenda noua urbe taurus, et uacua designationis causa imponitur. et Primum para mater, quae primo perit. et primordia, quae primo ordinantur, hoc est initia. et Princeps, quasi primum caput. A quo principium et principale, quod primum, atque precipuum est. Principalis castrorum porta nominatur, quod in eo loco est, in quo principes ordines tendunt. et principior uerbum, quod est inchoo. auspicio. et principor, domitor. A quo principatus pro imperio. et principus secundum quosdam, quod prius, quam mater secundo nuberet, est genitus, et primanus Tribunus, qui primae legionis tribunum scribebat. et primores summae quaeque res. Lucil. Cum gallus gallinaceus digitos, primoresque erigit unguis. Turpilius, Sadao innixa digitis primoribus. hinc primores aliquando pro optimis capimus. Sae. Scripta fama, uulgoque aedita, quibus primores uiri, ac facinora notabantur aboleuit. et prime. primo primus. principio. primitus. primitus. aduerbia. omnia fere eiusdem significationis. et apprimere. et in primis, hoc est praecipue, quae ueteres cum primis. et cum primis dixerunt. Qu. Claudius. Nam M. Manlius, quem capitolium seruasse a gallis supra ostendi, cuiusque opera cum M. Furio dictatore apud gallos cum prime fortem respersit, et genere, et uirtute bellata nemini concedebat. A pule. Hic cum primis nobilis, ac facinorosus. Virg. In primis regnum quietum accipit in tucros animi. et priscum, ac pristinum, quae ita inter se differunt, quod priscum sunt, quae superioribus saeculis, aut superiori aetate fuerunt, ut prisci latini, qui proprie hi sunt, qui priusquam Roma conderetur, fuerunt, et priscus Tarquinius Superbus. pristina uero, quae superioribus annis. mensibus. diebus, et nostra memoria fuerunt, ut pristina nostra amicitia. pristina beneuolentia nostra. Aut si de rebus, quae non senescunt, sermo habeatur, non priscum, sed pristinum dicimus, ut Pharos, et Tyrus nunquam in pristinum statum redibunt. Padius post quingentos, et eo amplius annos reuerti solet in pristinum cursum. et pridie, de quo supra diximus, quasi primo die. et primitiae primi fructus. Item primitium, quod primum in aliqua re, et principale est. Ouid. Ecce rapit medijs flammam Rheus ab aris, primitium torret. et primipilus Centurio. Lilius, Centurio erat, quem nunc primipilum appellant. Veteres, quia sciebant commisso proelio acies facile turbari, ut hoc incommodum euitarent, cohortes in centurias diuisere, et in singulis centurijs, singulos centuriones praefecerunt, qui primo centurioni uocabantur, quemadmodum decuriones Decurioni. Centurio a numero centum militum uocatus, quia singula curiae centum militibus constabant. Cohortes in exercitu decem erant in singulis legionibus. Sed prima cohors reliquas, et numero militum, et dignitate praecedebat.

Aquilam habebat, quod praecipuum erat signum in Romano exercitu. Centuriones huius cohortis caeteris centurionibus digniores habebantur. Prima Centuria primum pilum uocabatur, quod circa signa grauis armatura constituta erat, in qua inter caetera armorum genera hastile erat pedum quinque semis, quod pilum nominabant. a quo pilati dicuntur pilo armati. Mart. et pilata redit, id est quod subitque cohors. hinc propilare acie re est. et propilatum acuminatum, et quasi ad pilae formam factum. Centurio ipse primi pili centurio dicebatur, et primipilus uocabatur. hic non modo Aquilae praerat, sed quatuor cohortias, hoc est quadringentos milites in prima acie gubernabat, et tanquam princeps totius legionis merita consequbatur, et commoda. Mart. a. Grata pudens meriti tulerit cum praemia pilum. Mos enim Romanorum laudatissimus fuit, ut centuriones ex decima cohorte promouerentur ad nonam, et sic deinceps meritis poscentibus ad primam, quasi ad palmam, in qua est omni legione infinita penes commoda perapebant. A primipilo primipilaris dicitur. primipilares milites erant, qui signa circumstant. hi postea mutata re militari pilani sunt appellati. pilum, ab eo instrumento nomen accepit, quo pinisunt far. illud uero a pinisendo dictum. pinisere, tundere est. A quo pinisores dicitur sunt, qui nunc pistores nominantur. et pistrinum locus in quo pinisunt. Varro, nec pinisorem ullum nosset nisi eum, qui in pistrino pinisere farinam. A pinso est pilae dicta, quae masa sunt concava, quod antiqui sicata frumenta in pilas immissa piniserebant, et hoc erat unum genus molendi. Item piluus, quod ster corandorum agrorum usum inuenit, et pinisendi frumenti, Iouis (ut putant) filius et Dauni pater, qui Appuliam, in qua regnabat Dauniam appellauit. Hic Ardea traditur condidisse. Item pisonum cognomen. Pila est dicitur, quae parietem sustentat ab opponendo (ut Varro sentit) ita uocata. Itaque pila qua luditur ab id pila ludoria, quod pilis impleri solet. pilae effigies tamen uiriles, quae muliebres ex lana suspendi olim copitalibus solebant in compitis, quae esse deorum inferorum, quos uocabant lares putabantur, quibus tot pilae, quot capita feruorum, tot effigies quot essent liberi ponebantur, ut parcerent uiuis. Pilus uero a pelle, ex quo prodidit uocatus est. A quo et capillus, quasi capitis pilus, quae uis et pro omni pilo ponatur. Virg. quae sunt menula quos habet capilli. et Pileus tegmen capitis, siue quod ex pilis fieri solet, siue quod pilos capitis tegeret. Vnde pileati serui dicebantur, qui pileo imposito uendebantur, quorum nomine uenditor nihil praestabat. pileus enim impositus demonstrabat eiusmodi seruos uenundari, quorum nomine emptori uenditor nihil praestaret, sicut antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta ueniebant. Corona enim signum erat feruorum uenaliuum, ideoque sub coronis uenire dicebantur. Pileum est raso capite accipiebant serui, qui manumittebantur hac de causa, quod uidebantur esse seruitute tanquam a tempore liberati. Plau. Vt ego hodie raso capite caluus accipiam pileum. Pileos est Castori, et Pollicae ueteres dedere, quia lacones fuerunt, quibus cum pileis militare mos erat. Item a pilus uerbum pilo, quod aliqui significat pilos emitto. Accius, tum primum pilabantur genera. Afranius, Meum praeterea corpus nunc pilare primum cepit. Nennius pilantem puerum uocat nunc primum pubescentem. Aliqui pilos detraho. Martialis, Quod pectus, quod crura pilas. A pilo fit compilo, quod est cogo, et in unum condo. et ex pilo, diripio, ac deprador, quasi ne pilum quidem relinquo. Vnde compilare. et ex pilare haereditate dicimus, hoc est fraudare, diripere. et copilati. sicut uis passidicuntur. copilato uero ueteres usurparunt pro eo, quod est corripio, et inuoluo. ex pilate haereditatis crimine apparet eo casu intendi posse, quo casu facti agi non potest, hoc est ante aditam haereditatem, uel post, ante, quam res ab haerede possessa sint. Quidam



tñ hæc non à pilus deducta existimant, sed à græco πῖλος, qđ est ὀπίλω, idest cōplano, qđ qui aut è facie pilos, aut è domo supellectilem detrahunt, æquare, aut cōplanare oia uidentur. A' quo & pilam lusoriam appellatam potius, quã à pilis qđam existimant, qđ forma spherica sit, quæ ex omni parte æqua est. Ab eodem et fit de pilo, qđ aliqñ est pilos detraho. Mart. cum depilatos chreste coelos portes: interdum rarefactio. Lucal. Quid actū est: depilati omnes sumus. Suppilo quoq; pro rapio ponitur. Plau. Hæc cum uideo fieri suffuror. suppilo. & de præda prædam facio. pila etiam capitur pro quacūq; re rotunda in stur pila lusoria. A' quo fit diminutiū pilula. Plyn. Robur præter fructum plurima alia gignit. Nãq; fert et galle utrunq; genus, & quædã ueluti mora, ni distarent arida duritie, plerunq; tauri caput imitantia. Nascentur in eo et pilulæ nucibus nõ ab similes, intus habentes stocculos molles luscernarum luminibus aptos. Nam & sine oleo flagrant, sicut galla nigra. Fert & aliam utilē pilulam cum capillo. Gignit & alij ramorum eius pilulas. Idē, Scarabæus, qui pilulas uoluit, & ea quidem uenens, quæ hac forma summus, unloq; pilulas nominamus, recte dici pilulæ possent, nisi usus obtinisset, ut græco uocabulo Cata potia nominaremus. Aliqñ tamē & pilulas dictas inuenimus. Plyn. Vetus axungia phthisin pilulus sumpta sanat. pila lusoria uaria genera erant, de quibus inferius dicemus. Eo ludo maximi uiri sese aliqñ exercere. Scæuola optime pila lusit, atq; ad hoc diuerticulum aiuum forensibus negotijs fatigatum transferre solebat. Huius pila in uentorem tradunt Pythum fuisse. Cū his similitudinem nominis hēt Pilates lapidis genus candidissimi. Cato. Lapis candidior, qđ Pilates. Pylæmenes dux Paphlagonum fuit, quem in auxilium Troianorū uenisse scribit Homerus. Dicitur et aliqñ do à poetis Pylæmenes. Pylæus sine Pylæus nomen est proprium. Pylartes uir Troianus fuit. Pylene Aetoliæ oppidum. Pilētum uehiculū genus, quo ferri matronæ solebant. pylos oppidū fuit iuxta Thessaliā a Neleo conditum. Vnde Nestor dictus est Pylus. Ouidius, illius attractu Pylus inuenescere possit. φίλος græce amor dicitur. Hinc philosophus. philosophia. philosophicus. philosophice. Philomela nomen proprium. Philippus equorum amator. Philargyria argenti cupiditas auaritia. Philolæus proprium nomen, quasi amor populi. Philortium proprium nomen mulieris. Páphilus propriū uiri, quasi totus amor. philtia amatoria. Iuue. Hic thessala uēdit philtia, quibus ualeat mentem uexare mariti. Oui. philtia nocent animis, uimq; furoris habent. philoponus amator laboris. Philadelphus amator fratris. Philocletes propriū nomen, quasi amoris possessor, Pæantys filius, et Herculis comes fuit, cū in Octa monte defunctus est. Huic enim mandauit Hercules, ne cui corporis sui reliquias indicaret, idq; iurare eum adēgit, deditq; ei pro munere sagittas hydræ felle intinctas. Adueniente uero tempore cum Delphico Oraculo moniti essent græci ad expugnationem Troiæ sagittas Herculis opus esse, inuentus Philocletes negauit se primo aliqd de Hercule scire, tandē uero mortuum esse confessus est, & cum grauius ad indicandum se pulchrum cogereur, ne iusiurandum uiolaret, ictu pedis locum ostendit. Sed cum ad bellum Troianum duceretur, quia solus ipse lerneis sagittis uti poterat, unius sagittæ casu, in pede quo Hercules tumultum indicauerat, uulneratus est. Troia uero deuicta, ne æger in patriam rediret, in Calabriam uenit, ubi Petiliam, & Turmam urbem condidit, & apud Turmam sepultus est. Philagathus nomen proprium, benignus. philargyrius, auarus. philarchus amator imperij ambitiosus. philema osculum. philetus, amator. osculator. philetus amabilis. philodulus, amator seruorū. philemus amator uini, uinosus. philocalus, in

dus. politus philologus amator uerborū. philonicus iurgiosus, contentiosus, uictoriae amator. philoxenus hospitalis. philoxenia hospitalitas. philopæes puerarius. pædico. primus à pridem deducitur, & est superlatiuum, sicut prior nomen, & prius aduerbium comparatiua. Notandum autem qđ aliud est, prius te uocauit, & aliud prior te uocauit. Nã prius te uocauit te pus significat. i. prius, qđ nunc uel tunc. prior te uocauit significat psonã. Siqdem ego, et hic te uocauimus, sed ego prior, hic aut posterior. Vocauit ergo te prior, si nos sumus duo, uocauit te priorem, si uos estis duo. Eadem ratio est superlatiui. Vocauit te primus, si nos sumus multi. Vocauit te primum, si uos estis multi. Nonnunquam ex neutra parte sunt duo, sed utrinq; singuli, & tñ comparatiuo utimur, ut percussi te prior, supple, qđ tu me. Nonnunquam hinc unus est, illinc plures, ut uocauit uos prior, supple qđ uos me. Vocauimus te priorē, supple qđ tu uos. Idem de superlatiua, ubi multa membra sunt, ut primi nos uenimus, uos posteriores, ille ultimus. primus ego intrauit uallum, tu senior, illi tardissimi primus. græce πρώτος dicitur. A' quo deducuntur propria nomina Protegoras. Protefilæus, quorum alter Rhetor sine philosophus, siue astrologus fuit alter ex Phylæa oppido Thessaliæ Ispiphyli filius, uxoremq; habuit Laodomã Acasth filiã. Oui. Vix soer Ispiphylus, uix me gradēmus Acastus, Vix mater gelida maesta refecit aqua. Hic imo belli Troiani ab Hectore interfectus fuit. & proteus Oceanus filius, de quo diximus. & Protogenes, quasi primi generis. Iuue. non est Romano cuiquam locus hic ubi regnat Protogenes aliquis. & Protheus unus ex duobus græcis, qui ex Magnesia uenit ad Troiam. & Prothænor unus ex Bæotiorum duobus, et Protogenia Deuæ alionis, & pyrrhæ filia. præterea protomus, de quo supra diximus. protomedicus primus medicus, qui et archætrus dicitur. protomartyr primus testis. protonotarius prius notarius. protologia primus sermo, anloguū, et protocolū, quasi prima concinnatio. Est n. proprie protocolū, quod breuiter & succincte notatur à tabellione, ut extendi deinde, atq; absolui possit. κόλλα græce glutem, siue colla dicitur κόλλασι glutinatura, κολλῆτις concinnator, glutinator. κόλλα μὲς concinnus. κολλῶ glutino. κολλῶμαι hæreo. prototypus quem supra diximus Archetypus dicitur, & protoplastes primo formatus. Item ἀρχῆ græce à nobis principium dicitur. A' quo ἀρχῶ impero præsum. Hinc præter ea, quæ superius diximus, deducuntur propria nomina Archander, quo nomine fuit Alexander. Archemolus Rhoeti filius Marubiorum regis in Italia, qui cum pater sibi noueram superinduxisset, stu prauit eam, propter quod cum pater eum persequeretur, ad Turnum confugit. Virg. Et Rhoeti de gente uetusta Archemolum thalamos ausum iastare nouerca. Archemorus Lycurgi filius, hic Hypsipylum nutricem habuit, quæ cum sitientibus græcis, qui ad Thebaicam expeditionem proficisabantur, Langiam fontem ostenderet, Archemorum puerum super uiridi herba deponit, qui à serpente uulneratus perijt. Vnde fons ille Archemorus uocatus est, & annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœpit. Archelaus Antenoris Troiani filius, quem Homerus scribit rei militaris peritissimum fuisse. Item alius Atheniensis philosophus, siue ut alij uolunt Milesius, qui patrem habuit Apollodorum, & fuit auditor, successorq; Anaxagoræ, ac primus ex Ionia physican Athenas inuexit, ob id physicus dicitur. Alius fuit geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragrata descripsit. Alius de rerum naturis carmine scripsit. Alius oratoriam docuit. Archeptolemus filius Iphiti, auriga Hectoris Eneipeo interfecto à Diomede suffectus. Archias poete, de quo extat præclara illa Ciceronis oratio. Archigenes medici nomen, in quem



in quem saepe inuehitur Calenus. Tunc corpore sano ad uocat Archigenem idem si significat Protogenes, de quo paulo ante diximus. Archilochus Nestoris filius, de quo inferius dicemus. Alius fuit Sicilius, qui Ariciam urbem condidit. Alius poeta Lacedaemonius Tullio hospitio Romae regnante, in quo summus eloquentionis fuit, cum breues, uberrantesque sententiae plurimum sanguinis, ac neruorum huic Licamber Neobolen filiam sponderat se conuicio iuncturum, quam cum postea alteri tradidisset, adeo id moleste Archilochus tulit, ut inuenit metrum iambicum, quo Lycamben, et filiam, atque uxorem usque adeo infectatus est, ut praenimo angore laqueo se suspenderet. Horat. Archilochum proprio rabies armauit iambo. Hunc socii sumpserunt pedem, grandesque coturni. Hos libros propter inuerecundiam, atque obscenitatem uerborum iussit Lacedaemonij ex urbe tolli, authoremque eorum in exilium misere Ouid. Vtque reperiuntur pugnantis iambi, Sic sit in exilium lingua proterua tuum. postremo Archilochum constat interfectum fuisse in bello a quodam, cui nomen erat Corax. Hic cum forte sacratum Apollinis oraculum uenisset Delphos, ab eo tanquam impius, ac sceleratus est reiectus. Verum cum ille nullis uerbis sese excusare conatus culpam omnem in fortunam, et uarios bellorum euentus reiecit, ueniamque a Deo postulasset, flexit numen, ac petiitque ab Apolline responso, iussu eius Taurum profectus est, ac manibus Archilochi parentauit. Tanta erat eo tempore uatum, ac poetarum auctoritas, atque maiestas. Archimedes Syracusanus fuit, eximius Mathematicus, et in primis geometria insignis. Hic quomodo quadratum circulus posset primus inuenit, quod Aristoteles ignorare confessus est. Et cum ex pugnae a M. Marcello Syracusae fuisent, adeo in contemplandis quibusdam liniamentis, oculis studio, cogitatione intentus fuit, ut non discurrerentur Romanos. non capiam urbem senferit. Cum uero repente miles quidam astitisset, et ut sese ad Marcellum sequeretur iussisset, moram paululum rogauit, donec rem propositam inuestigaret. Quamobrem ira percussus miles stricto gladio eum perfodit immemor, quod Marcelli interdicto cautum fuerat, ne unus uiolaretur. Hic primus sphaerae inuentor fuit (ut Cicero testatur) quauis alij id Anaximandro attribuant. Archytas Mnesagorae, siue (ut alij uolunt) Aesthei filius, patria tarentinus, eximius pythagoricus philosophus fuit. floruit quo tempore Plato ad Dionysium, in Siciliam uenerat, Platonemque per literas monuit, ut inde abiret, si quidem Dionysius, de eo nec ad cogitabat. summa in ois uirtutis genere admirationis fuit. praeter hunc alius quoque Archytas Mytilenaeus in musica floruit. Item alius, qui de agricultura scripsit. Et quartus epigrammatum scriptor. Item quintus architectus, qui librum de mechanica scriptum reliquit. FLVMINA. fluorem, cursum. Non enim pro amne hoc loco accipitur. Siquidem flumen cum genituo adiungitur, fluxum ipsum, cursumque significat. Plyn. Ne flumini eius riuus esset in pedimeto. Cu uero nominatiuum habet, seu similem alium sibi casum significat amnem. Idem, priusquam ad flumen rhodanum perueniret. Flumen a riuo magnitudine discernendum Vlpianus scribit, aut estimatione circuloletum. Item flumina dici, quae praenuntia sunt, hoc est continue fluunt. Quae uero astate siccantur, a torrendo uocari torrentia. Graeci est contrario ab hyeme, quae χειμων dicitur, χειμαρρον ποταμων uocant, hoc est flumen hybernium, quoniam astate non est flumen. Torrendo proprie urere est. Vnde sit torrens participium, quod est adurens. Virg. Ita rapidus torrens sitieters Sirius indos. Aliquoniam tamen pro ignesce re usurpatur. Lual. Vt arida saepe torrent ad solem. Aliquando in pro uerto misce. Lucanus. Ingentes fato torrente ruinas. Hinc torrum, et torridum pro arido accipimus. Vnde est stus tor

rida dicitur. et torris fax appellatur. A quo torridare. et torrefacere comburere dicimus. Accius, Regina erit tempus, cum hic torris quem amburi uides. Idem, Eum suae uitae finem, ac finem interitionem fore Meleagro, ubi torris est inter fluctus flammis. Quidam torrem pro titone usurpant falso. Nam torris ardet. Titio est torris (ut ita dicam) extinctus. Firmianus. Titonem enim uulgus appellat extractum foco torrem semiuictum extinctum. A torreo fit supinum tostum, hoc est torrefactum. a quo Testa opus figulium, de quo inferius dicemus. et testis quarta declinationis. tegmen testaceum, sub quo placenta spirae, et alia huiusmodi coquuntur. Cato. in foculo calido sub testis coquito leuiter. Quidam torreye ἀπό τοῦ τοράγν deductum, quod est scalpere, caelare. A quo uasa caelata dicuntur torreymata. Sall. Signa torreymata emunt, quoniam quae caelantur, torreye prius, hoc est ignefacere, et candentia reddere oportet. Graeci quoque τοράματα dicunt uasa caelata, et τοράτιν caelatore. et τοράτιν tudiculam, hoc est instrumentum, quo uasis signa imprimuntur. Vnde tudiculare imprimere, ac scalpere dicimus, quod graeci dicunt τοράτιν. Vnde etiam Torrum appellatum est instrumentum fabrilis, quo ligna ebura. et reliqua huiusmodi signantur. a quo fit torno uerbum, hoc est τοράτιν, cuius passiuum est tornor. et tornatile opus torno factum. Vbi notandum est, quod mediocri longitudinis lignum rotundum, quod loro circumuolutum circumagunt fabri in operibus tornandis Mymphur appellatur. Aliquando tamen per metaphoram tudiculare pro commouere usurpamus. Varro. Heuine nobis cernis hanc mala tudicula esse uenula? Tudicare uero est negotium agere lucri gratia. Ennius, Nec tuditates rem cessant extrinsecus ullam, tractum a fabris, qui malleis saepe patienti operam faciunt. Tudites enim mallei a tundendo appellantur. Vnde et quidam cognomen tuditano fuit, quod caput malleo simile haberet. Tundere percutere est, tractum a sono, quem percussores faciunt. Hinc fit tus secundum quosdam, quod glebae tunduntur, ut inferius dicemus. et retundere, hoc est percutere. et contundere, frangere percutere. friare. unde contusum, confractum, ac friatum dicimus, ac contus sudes est, siue hasta longior, duriorque, et acuta, sine ferro ad percutiendum apta. Virg. Ac duris detrudere contus. Idem, Assueti loquuntur defendere conto. Item obtundere, quod est uoce, uel sono, uel strepitu aliquo aureis hebetare, translato facta a fabris, qui saepe tundendo aliquid malleo offendunt, atque hebetant. Teren. Obtundis tamen si intelligo. Hinc obtusum ingenium, et obtusa acies dicitur, hoc est hebes, et sine acumine. et pertundere, percutiendo frangere. a quo pertusa uasa dicimus, quae non sunt inter gra. pertusum etiam dolium cum dicimus, uentrem significamus. A flumine fit adiectiuum flumineus. unde fluminem arenam dicimus, quae ex fluminis ripa colligitur. et flumentana porta Romae appellata est, quod Tyberim ea parte fluxisse affirmant. et fluminosus, hoc est fluminibus abundans, ut fluminosa regio. A fluo autem flumen appellatum est. Fluere proprie de currere est. Virgilius, Haec eadem argenti riuos, aerisque metalla ostendit uenis, atque auro plurima fluxit. Quoniam uero, quae fluunt latius diffundi uidentur. Fluere interdum accipitur pro latius, atque uberius excrescere. Idem. Tundentique dura exerce imperia, et ramos compescere fluentes. Item denique dura exerce imperia, et ramos compescere fluentes. Item denique dura exerce imperia, et ramos compescere fluentes. Fluere aliquando pro deficere accipitur. Idem, Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri. Spes Danaum. Hinc fluxa dicimus, quae instabilia, ac momentanea sunt, et cito peritura. Idem, Nos ne tibi fluxas phrygiae res uertere fundo, conamur. item a fluo fluius dicitur eiusdem cum flumine significationis. A quo fluuiatilis, qui in flumine uiuit, ut fluuiatilis equus. fluuiatilis pin



scas item flumialis, ut flumialis aqua. Et fluentum, paruum flumen. Et fluonia Iuno, quam mulieres colebant, quod sanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. Et fluxus, fluxor, fluxio, profluuium, eiusdem fere significationis. unde profluuium sanguinis. Et profluuium narium dicimus. Et fluctus aqua in unum collecta, quam superius undam appellari diximus. unde fluctuare, agitari est. et fluctuatio, agitatio. et fluctuatum, iactanter, solute. A franius, Volo fluctuatum ire ad illum. Accipe hoc te gmentu, et sustine. Et fluctuagus, qui fluctuando uagatur. Et fluctuosum undosum. procellosum. inquietum. Et per translationem, fluctuantem animum dicimus, quemadmodum aestuantem cum ira, aut curis, aut libidine, alio ue morbo agitur, et flustrum, quod est statum maris, cum nullis fluctibus agitur. Et stemna, quasi fluomina cum ex labore uiae sanguis effluit circa talum. Et flutæ angullæ, siue murenae dicuntur, quas greci plotas, quasi nauigabiles uocant, quod in summa aqua fluitantes mergi non possunt. Murena piscis est longitudine, haud dissimilis anguille. in sicco litore elapsam, uulguis coui serpentum prægnatam fieri putat. Aristoteles marem qui generat Myrinum uocat, et Murenam scribit nariam, atque infirmam esse. Myrinum unicolore, et robustum, detersque extra os habentem. Varro. in sicca quoque manu capi murenas flutas constat. Et hæc in summa aqua pinguitudine fluitant. Macrobi. Acersebantur murenae ad piscinas, ab usque freto siculo. illa enim optime esse creduntur, præsertim quæ grecæ plotæ. Latine flutæ dicuntur, quæ in summo supernatantes sole torrefactæ curuare se posse, et in aquam mergere desinunt, atque ita faciles capiu sunt. Iuu. V irromi murena datur, quæ maxima uenit gurgite de siculo. Mart. Quæ natat in siculo grandis murena profundo Non ualet exustam mergere sole uitam. in Gallia septentrionali murenis omnibus dextera in maxilla septena macula sunt ad formam septentrio nis aureo colore fulgentes, dum uiuunt, et cum anima colorem simul pendentes. V edius pollio eques Romanus unus ex diui Augusti amicis hoc animali ad seuitiam usus est uinarijs earum immergens dâ nata mancipia, quæ mox ab eo pisce in totum absumi cernebantur. Ferunt eas aceti gustu in rabiem præcipue agi. His tenuissimum tergus est, sicut e contrario angullis crassius, propter quod uerberari eo prætextati solebant, et ob id multa eis non erat instituta. Acersebantur autem murenae ad piscinas urbis ab usque freto siculo, quod Rhegyum a Messana diuidit. illic enim optime esse putantur, tam murenae, quæ anguille, et utraq; ex illo loco plotæ a grecis, flutæ uocantur a latinis, quod in summo supernatantes sole torrefactæ curuare se posse, et in aquam mergere desinunt, atque ita facile capiuntur. Mart. Quæ natat in siculo grandis murena profundo Nô ualet exustam mergere sole uitam. murenarum uinariu priuatum excogitauit Chirrus, qui canis triumphalibus Cesaris dictatoris sex nulla murenarum mutua appendit, nam uendere eas, aut alia merce permutare recusauit. huius piscine causa fuerunt, ut nulla eius quadraginta millibus uenderetur. Hortensius orator apud baulos piscinam habuit, in qua murenas usque adeo dilexit, ut extinctam fletu, ac lacrymis fuerit profectus. in eadem uilla Antonia Drusi murenae, quam diligebat in aurers addidit, cuius fama pmon nonnulli Baulos uidere cõcipuerunt. Qui primus murenae cognomen meruit, a neuo corpore ita appellatus est item a fluo composita fiunt affluo, hoc est abundo. a quo affluentia, abundantia. Et affluenter, abundanter. Circûfluo quod significat circum aliquid decurrere. Plyn. id oppidum arcûfluuit annis. Mò concurro. Idè. postquam uarie undiq; gentes arcûfluxere. Hinc arcûfluxus pro concursu accipitur. Et arcûfluus dicitur, qui arcûfluuit. interfluo in-

terlabor. interluo. Perfluo, spargor. non contineo. Terè. Plenus rimarum sum, huc, atque illuc perfluo profluo, et abundo. Et emitto. a quo profluuium, de quo supra diximus. Et profluus, hoc est facile fluens. Præfluo, antefluo. a quo præfluxus. Et præfluuium, pro fluore alicuius rei antefacto. in fluo in fluo. a quo influxus. Superfluo superabundo. a quo superfluum. superfluitas. Et superflue, et superfluio aduerbia. subterfluio, inferius fluo. Et refluxo, retrofluo, siue rursus fluo. Hinc fluxus, et refluxus maris. Confluo, conuenio. Et simul fluo. Apule. plerique qui ad mercatum confluerant, interuenere. Hinc confluentium dicitur, et confluuium, ubi multi riuus, aut amnes simul fluunt. Et confluui simul fluentes. et confluges loca in quæ riuus diuersi confluunt. Defluo, deorsum fluo. a quo defluxus, et defluuium. defluere etiam dicitur, quod etate, aut uenustate morbo ue soluitur. unde defluere capillus dicitur, et qui ita defluit uocatur defluus. Et defluuium fluxus ipse capillorum. Effluo, extra fluo. effundor. diffluo. luxurior. prodigius sum. ite consumor, ac deficio. item mellifluus, de quo supra diximus, quasi fluens mel. Prætere a fluo fit fluidus, quod modo fluentem significat, modo humectum. Et fluio uerbum, superlatiu. Aliquando soluor. relaxor. Quidam etiam a fluo ueluti detracta aspiratione fluo deductum arbitrantur. Nihil. n. aliud est fluere, quæ perfluere. Ab hoc fit pluuia, quæ grecæ uocatur ομβρος, a nobis imber. a quo imbriferus uocatur, quod ibrens hoc est aquas ferat. unde Nilus a poetis imbrifer dicitur. Et imbrex canale curuū, atque obtortum, quod ite uo ponitur, ut per id defluat aqua. itaque ab imbre recipiendū dicitur imbrex, a quo fit imbricium eiusdem significationis. Martia. Cum sint curua tibi, similes quæ cornua lune, imbricio poterat Sexte lauare pedes. Ab hoc imbricatus, hoc est saber admodum imbricatus. Est autem imbrex masculini generis, sed et femini aliquando reperitur. Plautus, Fregisti imbrices meas, dum te dignam sectaris simiam. Licet uero imber proprie pluuia sit, ponitur tamen pro omni aqueo humore. Virg. ipse feraces figat humo plantas, et amicos irriget ibrens. Lucre. Ex igni, terraque animæ nascuntur, et imbri. Hyems autem αὐροῦ τοῦ ὕω, quod est pluo deriuatur, quod id tempus anni pluuiosum sit. Significat autem modo quartam anni partem, quæ est inter autunnum, et uer. Virgilius, Atque hyemes optare serenas. Agricola. modo uim uenti. Idem, et qua uentus Abas, et qua grædæus Aletes, uicet hyems. Ab hoc fit hyemalis, hoc est hybernus. Et hyemare, quod est stationem hyeme facere, quod et hybernare dicitur. Vnde hyberna plurali numero dicitur locum, in quo milites hyeme stationem faciunt. Cesar. Post hæc legionibus in hyberna deductis in Italiam profectus est. Et hybernacula, loca ad hybernandum parata. Linius, in eo loco milites hybernacula sibi constituerunt. Item ab hyeme hyematio, hoc est traductio hyemis. Priscianus hyemem ab imbre deductam existimat. Varro. Ab hyatu hybernium non ab imbre, sed ab hyeme deduci aspiratio indicio est. Quidam putant et hyberniam ab hyberno tempore uocata propter hyemis magnitudinem. insula est inter septentrionem, et occidentem solem, dimidio minor, quam Britannia, Eui propinqua, et inter utraq; alia insula est, quæ Mona appellatur. complures prætere minores, inter quas Manapia. Riæna. V. celsus. Silimius. Andros. infra Siambis, et Axanthos, de quibus insulis scribunt dies continuos triginta sub bruma esse noctes. Britannia quondam ab Albione Neptuni filio Albion dicebatur, cum britaniæ oēs istæ, quas diximus insule uocantur Britannia omnis in circuitu uices centum nulla passuum continet. iteriores plerique non multo ante tempore frumenta ferere non solebant, sed lacte uiuebant, et carne, pellibusque inducebantur, inficiebant



fiabant se gladio, quo in pugna aspectu horridiores uiderentur. Capillo erant promisso, atq; omni parte corporis rasa præter caput, & superius Labrum, uxores habant deni, duodeniq; inter se communes, & maxime fratres cum fratribus, parentes cum liberis. Qui ex his nascabantur eorum filij habebantur, à quibus uirgo primo deducta est. & post has insulas ultima omnium est Tyle, in qua nullæ solstitio noctes sunt. Sole cancri signum transiunt, nullosq; è contrario per brumam dies. A Tyle unius diei nauigatione mare concretum est, quod à nō nullis Cronium appellatur. Ab hibernia hibernicus deriuatur. unde Mare hibernicum dicimus. & hybernice aduerbium, quod significat secundum ritum eius gentis. Similiter à Britānia britānicus. & britānice. Item britānus pro homine eius insule. Virgilius, Et penitus toto diuisos orbe britānos. A pluuia fit pluuiofus, ut pluuiofum tempus, hoc est aptum ad pluuiam. & pluuiofus annus, in quo fuerunt frequentes pluuia, & pluuiofus, ut pluuia aqua. & pluuialis eiusdem significatio nis. Item impluuium. & compluuium, de quibus supra diximus. & impluuus, pluuia madefactus. & impluuuatus color pullus, quasi fumato stillitio implutus. **NILI DEPREHENSUS.** Nilius ab ultimis Aethiopiae sinibus recta fluens ad septentrionem longo tempore incertus ortus est fontibus. Tandem uero Neronis tempore, cum Paulinus dux exercitus quartus castris fere usq; ad cacumen Atlantis montis peruenisset, origo eius inuenta ab aliquibus traditur. Hic est nilus nobile illud flumen, quo pleni sunt doctissimorum uirorum libri, nascens in monte inferioris mauritaniae non longe ab Oceano, stagnante ibi lacu quem uocant Hildem, deinde condit se itinere aliquot dierum, rursusq; erumpit alio lacu maiore in Mauritaniam Caesariensi, iterumq; arenis receptus per desertum uiginti dierum feruor ad proximos Aethiopas, & denuo proficit fonte qui niger dicitur. inde Africam ab Aethiopia disternans medius fecit Aethiopas cognomine. A strabus, quod gentium illarum lingua significat aquam è tenebris profluentem, sic plerasq; insulas facit, quarum clarissima est meroe, cuius metropolis etiam meroe uocatur condita à Cambise, & à matris nomine ita uocata, forma sacro similis, caeterarum Nili insularum maxima. patet enim longitudine stadij tribus millibus, latitudine mille. Effodiunt in ea aurum, argentum. & ferum. Hebenum præterea fert, & lapidum multiplex genus. distat à Siene quinque milibus stadiorum. A strabones leuo alueo nominatur, hoc est ramus aquae uenientis è tenebris. dextro, A strabus, quod latentem significat. postquam se aquis omnibus auxit, Nilus appellatur, & inclusus montibus. tanta aliquandiu celeritate feruor, ut nouissimo cetera cetera uere potius, quàm fluere uideatur. Deinde leniter fluens multis hostijs feruor in mare Aegyptium, Aegyptijq; inferiorem partem dextera, laeuaq; diuisus amplexu suo determinat. Canopico ostio ab Africa ab Asia pelusiaco, propter quod aliqui Aegyptium inter insulas posuere, ita se diuidente Nilo ut triuerram terrae figuram faciat. Itaque multi Aegyptium Δ graecè litera si multitudine Delta uocauerunt. Alterum quoque eius ostium Sarticum dicitur, quod in eo urbs sit, quae Sais uocatur. Alterum Sebeniticum. Alterum Mendesium. Augetur certis diebus Nilus mirum in modum, & per totum spatium Aegyptium fecundissimus innat. Fontem eius Phialam appellari Timaeus tradit. Causa incrementi uarias doctissimi uiri prodidere, siue quod solutæ magnis aestibus nubes ex immanibus Aethiopiae iugis largius, quàm ripis contineri possit defluunt, siue quod sol per hyemem propinquior terris, & ob id fontem eius exsiccans, nunc altius abit, et plenissimum, integrumq; sinit effluere, seu quod per ea tempora flantes uenti, quos uocant Etesias, aut actas à septentrione in meridiem nubens super fontem eius in imbreis præcipitant, aut uenienti obuiae contrario flatu eus descendens impediunt, aut arenis quas cum fluctibus litori applicant, ostia claudunt, sitq; maior, uel quod nihil ex se perdit, uel quod plus, quàm solet accipit, uel quod minus, quàm oportet emittit. Quod si est aliud (ut quidam existimant) orbis terrarum, suntq; oppositi nobis Antipodes, nec illud quidem parum ueri simile uideri debet, apud illas gentes ortum hoc flumen ubi caeco alueo subter maria penetrauit, in nostra terra rursus emergere, & ab hoc solstitio augeri, quod eo tempore hyems sit apud Antipodas, ideoq; maior copia imbrium. Quidam huius rei rationem subtilius inuestigantes communem cum caeteris aquis causam adducunt. quemadmodum tertiana, & quartana febres ad certum diem ueniunt. quæ ad modum ad tempus podagreae rident. quemadmodum purgationes in mulieribus, si nihil obstitit statutum diem seruat. quæ admodum præsto sunt ad mensum suum partus, sic aquas internalla habere quibus retrahant se, & quibus exhibeant. Ex ijs interualla quaedam minora esse, & ideo magis notari quaedam maiora, propterea minus certa. Existimandum esse quicquid supra terram uernimus, etiam infra terram esse, patere illis uastos specus, ingentes extendi recessus spatia maxima suffisis hinc & inde montibus trahi. Abruptos esse in infinitum hiatus, qui sepe illas terras motu urbes deuorant, hæc spiritu plena esse tum nihil in rerum natura detur inane, stagnis quoq; & fluminibus abundare. inde (ut Theophrastus scribit) pisces quibusdam locis erui, & quod uix credibile uideatur, aliquando non cum hamis, & retibus. sed cum dolabris iri piscatum. Cui crescit Nilus, reges nauigare, siue præfectos, nefarium putatur, iustum eius incrementum est sexdecim cubiterum. minores aquae non omnia rigant, maiores tardius abeunt. ideo hæc ferendi tempus impediunt madente solo. illæ sitiente non præbent, in duodecim, & tredecim cubitis famem Prouincia sentit, quatuordecim cubita hilaritatem. quindecim securitatem. sexdecim delicias afferunt. Maximum omnium incrementum sub Claudio principe decem, & octo cubiterum fuit, minimum Pharsalico bello, quasi prodigium quoddam fuerit mortis Põpei magni. Recedentibus Nili a quibus feritur tellus. Mirum hoc unum ex omnibus flumen nullas auras emittere. A Nilus Niliacus deriuatur. Martialis, Niliacus primum puer hic sit natus in oris. & Niloticus. Unde nilotici pisces dicuntur. Dicitur autem Nilus quasi reos Nilus hoc est nouus limus à fecunditate quam facit. Virgilius, Et uiridem Aegyptum nigra fecundat arena. Antea melo uocabatur. à quibusdam etiam Geon appellatus, quasi terra. Graeci enim γῆν καὶ γῆν terram nominant. A quo geographia terrarum descriptio. & geometria terrae mensura. & georgus, colonus. Georgia, agricultura. Georgita, quæ ad agrorum culturam pertinent. **DEPREHENSUS.** Tandem inuenti. Proprie enim deprehendi dicuntur, quæ latent. A quo deprehensa uocata est genus animaduersionis in milites, qui certo in errore deprehensi fuissent. castigatione maior, ignominia minor. Aliquando tamen deprehensus pro periclitari ponitur, quod in crimine deprehensi sæpe periclitari solent. Virgilius, Deprehensis olim statio nitissima nautis. deducitur autem à prehendens, quod est capio. A quo apprehendo eiusdem significationis. Reprehendo, arguo. increpo. Comprehendo, similiter capio. Sed apprehendo, & comprehendo, aliquando ad mentem referuntur, si significatq; perapio. intelligo. Ab his reprehensio, comprehensio, apprehensio deducuntur. **ET QVEM SUPREMAE TETHY**

10 ortum hoc flumen ubi caeco alueo subter maria penetrauit, in nostra terra rursus emergere, & ab hoc solstitio augeri, quod eo tempore hyems sit apud Antipodas, ideoq; maior copia imbrium. Quidam huius rei rationem subtilius inuestigantes communem cum caeteris aquis causam adducunt. quemadmodum tertiana, & quartana febres ad certum diem ueniunt. quæ ad modum ad tempus podagreae rident. quemadmodum purgationes in mulieribus, si nihil obstitit statutum diem seruat. quæ admodum præsto sunt ad mensum suum partus, sic aquas internalla habere quibus retrahant se, & quibus exhibeant. Ex ijs interualla quaedam minora esse, & ideo magis notari quaedam maiora, propterea minus certa. Existimandum esse quicquid supra terram uernimus, etiam infra terram esse, patere illis uastos specus, ingentes extendi recessus spatia maxima suffisis hinc & inde montibus trahi. Abruptos esse in infinitum hiatus, qui sepe illas terras motu urbes deuorant, hæc spiritu plena esse tum nihil in rerum natura detur inane, stagnis quoq; & fluminibus abundare. inde (ut Theophrastus scribit) pisces quibusdam locis erui, & quod uix credibile uideatur, aliquando non cum hamis, & retibus. sed cum dolabris iri piscatum. Cui crescit Nilus, reges nauigare, siue præfectos, nefarium putatur, iustum eius incrementum est sexdecim cubiterum. minores aquae non omnia rigant, maiores tardius abeunt. ideo hæc ferendi tempus impediunt madente solo. illæ sitiente non præbent, in duodecim, & tredecim cubitis famem Prouincia sentit, quatuordecim cubita hilaritatem. quindecim securitatem. sexdecim delicias afferunt. Maximum omnium incrementum sub Claudio principe decem, & octo cubiterum fuit, minimum Pharsalico bello, quasi prodigium quoddam fuerit mortis Põpei magni. Recedentibus Nili a quibus feritur tellus. Mirum hoc unum ex omnibus flumen nullas auras emittere. A Nilus Niliacus deriuatur. Martialis, Niliacus primum puer hic sit natus in oris. & Niloticus. Unde nilotici pisces dicuntur. Dicitur autem Nilus quasi reos Nilus hoc est nouus limus à fecunditate quam facit. Virgilius, Et uiridem Aegyptum nigra fecundat arena. Antea melo uocabatur. à quibusdam etiam Geon appellatus, quasi terra. Graeci enim γῆν καὶ γῆν terram nominant. A quo geographia terrarum descriptio. & geometria terrae mensura. & georgus, colonus. Georgia, agricultura. Georgita, quæ ad agrorum culturam pertinent. **DEPREHENSUS.** Tandem inuenti. Proprie enim deprehendi dicuntur, quæ latent. A quo deprehensa uocata est genus animaduersionis in milites, qui certo in errore deprehensi fuissent. castigatione maior, ignominia minor. Aliquando tamen deprehensus pro periclitari ponitur, quod in crimine deprehensi sæpe periclitari solent. Virgilius, Deprehensis olim statio nitissima nautis. deducitur autem à prehendens, quod est capio. A quo apprehendo eiusdem significationis. Reprehendo, arguo. increpo. Comprehendo, similiter capio. Sed apprehendo, & comprehendo, aliquando ad mentem referuntur, si significatq; perapio. intelligo. Ab his reprehensio, comprehensio, apprehensio deducuntur. **ET QVEM SUPREMAE TETHY**



OS V NDA TEGIT. Sensus est. Veniunt ad spectacula tua etiam habitatores extremi oceani, ut sunt morini. & britanni. Virgilius, Extremiq; hominum Morini. idem, Et penitus toto diuisos orbe Britannos. S V P R E M A E. Extrema. Supremum enim aliquando extremum significat. Virgilius, Qui supremum comitentur honorem. aliquando summum. maximum. Idem, Clamore supremo implerunt fontes. & a supra prepositione deducitur. Supra uero a super, quod derivatur a graeco ὑπέρ. Veteres super, & super dixerunt, sicut e contrario sub, & subter ἀπὸ τοῦ ὑπὸ graeco. Super aliquando uocatur a significationis est. Plautus. Hinc atque hinc super, subterq; premor angustis. Aliquando ponitur pro de. Virgilius multa super Priano rogatus, super Hectore multa. Nonnunquam pro insuper. Idem, Super infensi poenas exposcunt. Quandoq; pro ualde uehementer. Idem, His accensa super iactato: aequore toto Troas reliquias danai, atque immittis Achilli, Arcebat longe latio. Idem, O mihi sola mei super Astianactis imago. hoc est ualde mihi imago. Item pro de super. Idem, & super euallo prospectat, & pro super est. Idem, Nec fugit iam super. & pro ultra. Apuleius, iam insuper oppidum profectus, nos citra reliquerat. Ab hoc fit supernum, quod supra est, ut superna regio. & superne aduerbium, quod significat de super, & supero uerbum, quod proprie significat super gredior, & quasi supra eo ascendendo. Virgilius, superant montes, et flumina tranant. Per metaphoram tamen modo proninco accipitur. Terentius, Haec superat ipsam Thaidem. Modo pro abundo. Virgilius, si superant fetus, pariter frumenta sequuntur. Quandoq; pro uiuo, & quasi superstes sum. Idem, Quid puer Ascanius superat ne? & uescitur aura atheria. Nonnunquam pro occido. Idem, Clam ferro incautum superat. Aliquando pro resto. Sallustius, is plerunq; a rege exercitum ductare, & omnes res exequi solitus erat, quae in gurgite fesso, aut maioribus astricto superauerant. Cicero, Deq; eo quod ipsis superat alijs grati fieri uolunt. Ouidius, Parce precor, minimamq; uo de fulmine partem, Deme, satis poenae, quod superabit, erit. Ab hoc fit profupero, quod est superabundo. A quo prospiciat longitudo generis dicta, quod profuperet, hoc est super sint, & super abundant liberi. Cato, Veteres prospiciat, & multa alia apud multos. & exupero, a quo exuperantia, pro abundantia. & exuperanter, abundanter. Ab eodem fit superior comparatiuum. & supremus superlatiuum, quorum aduerbia sunt superius. & supreme. superiorem, & inferiorem dicimus fere, quando de malis loquimur, ut Dionysius superior, & Dionysius inferior. Cum uero de bonis loquimur, si tempus denotamus superior, & posterior dicimus, ut Cyrus superior, & Cyrus posterior. Si uero dignitatem, maior, & minor, ut maior & minor sapio, & haec dum de duobus loquimur. Nam si de pluribus loquamur, utimur superlatiuo, ut Alexander maximus, Fabius maximus. Nonnunquam positiuo, ut magnus Pompeius. item a super superus, unde caelestis deos, superos nominamus. Item supus, ita enim ueteres dicebant, quem nunc supinum uocamus, ab eodem deductum. Est autem supinus proprie, qui corpore in alium conuerso, & erecta facie cubat. Iuuenalis, Cubat in faciem mox deinde supinus. Quoniam uero otiosorum, ac mollium est uentre ita porrecto iacere supinus, interdum pro molli, ac lasciuo siue delicato accipitur. idem, Et multum referens de meenate supino. Martialis, Nusquam delitiae supiniore. Persius, latio quod honore supinus. Ab hoc fit resupino uerbum, quod est inuerto. peruerto. interdum etiam a proposito reuoco. diffiro. Accus, Quid agi? perturbas rem omnem, ac resupinas sorori. Iuuenalis. Aulam resupinat amica. Idem, Et resupinati cessantia tympana

gelli. Hinc grammatici supinum uocant partem orationis, quae cum uocem habeat participij passiuu, resupinatur tamen, hoc est conuertitur in actiuam significationem, & rursus cum alterum ex supinis in um desinens actiuam habet significationem. Alterum resupinatur, quod in u desinit, & est passiuae significationis. Sallustius, Legatos ad Iugurtham de iniurijs questum misit, hoc est qui quererentur. Idem, Non mea culpa saepe ad uos oratum multo patres conscripti, hoc est qui orant. Item do filiam nuptum dicimus, hoc est, quae nubat. do ueniam uendo. Spectatum admissi sumus, hoc est ut spectemus. E contrario uero Virgilius, Miserebile uisu, hoc est miseratione dignum, si uideatur. item, Nec uisu facialis, nec dictu effabilis ulli. id est quod nec uideri, nec dici facile possit. Plyn. Accipenser piscis rarus in uentu, hoc est, qui raro inuenitur. Nam quod imperitum uulgus grammatorum uenio lectu dicunt. & uenio uisu, et reuerto auditu, plane barbarum est, nec apud probatos scriptores unquam inuenitur. Sed his tantummodo modis hoc supinum usurpatur, dignum siue indignum relatu, quod referatur. impium factu, si fiat. horrendum a spectu, si aspiciatur obscenu uisu, si uideatur. iucundum cogitatu, si cogitetur. & alijs similibus modis. item a super fit de super, hoc est superne. quod & deinsuper dicitur. Sallustius, Ad medium quasi murum deinsuper stantium manibus attollitur. & insuper, quod significat praeterea. A superius uero per synopen fit sumus, de quo supra diximus. supra morem. supra modum. supra iustum, pro ualde saepenumero usurpatum inuenimus. Virgilius, Rara sit, an supra morem, sit densa requirit. illud notandum, quod licet haec duae praepositiones super & supra, in eodem loco sedere possint, tamen in hoc plerunq; differunt, quod illud continuum est, hoc interiectum spatium habet, ut sedeo super lapidem potius, quam supra lapidem. Rursus aquila uolat supra, nos potius, quam super nos. Luuius, Vbi citra muros supra, subterq; terram per dies quindecim pugnatum est. Aliquando tamen confunduntur. intra etiam, & infra differunt, quod intra ad numerum, & ad spatium refertur. infra uero ad dignitatem, & ad locum, ut intra uiginti dies. intra muros. infra dignitatem. infra tectum hoc est subter tectum intra habet relatum extra. infra uero supra. subter habet super. id est rectum fere rei significat. ut hic inuicem natat, duratq; subter aquam. TETHYOS. Maris. in enim Tethyn, quae dea maris est, sicut Neptunum, quod deus est, poetae pro mari frequentissime ponunt. Haec secundum quosdam Caeli, & uesiae filia fuit, conuux Neptuni, & nymphyarum mater. Ouidius, Titani filia uidetur ostendere, qui frater fuit Saturni, nam maior. Dixerat Oceani quondam Titanida Tethyn, huius enim Doris filia fuit, una ex nymphis maris, quae similiter pro mari accipitur. Virgilius, Sic tibi dum fluctus subterlabere scianos, Doris amara suam non intermiscet undam, Declinatq; Tethys tethys, siue tethyos. Nam thetis thetidis cum prima aspirata, & secunda exili, & per i non per y scripta mater fuit Achillis, filia Chironis centauri, uxor Pelei regis thessaliae. ARAB S. Qui ex Arabia ad spectandos ludos uenerunt, ultra pelusiacum. Arabia est ad rubrum mare pertingens odoribus diuisa, & beatae cognomine incluta, quamuis triplex Arabia est. felix. petrea. & deserta. hecatabanum, & estonitarum, & semitarum sterilis uocatur, praeterquam ubi syria colonia contingit. A Pelusio usq; Arsinoen rubri maris oppidum desertam esse scribit Agrippa. Arabia, Iudaeam ab Aegyptio distinguit. Ab eo arabs. & arabus deducuntur. item arabicus. & arabice aduerbium. Arabice dare ueteres dicebat pro eo, quod est odoribus arabicis dare. Dictam autem Arabiam uolunt ab Arabo, qui fuit Apollinis ex Babylone filius. Quiddam arabiam



dam arabiam panchaiam, & sabaeorum gentem eandem esse existimant, in qua thus nascitur. Virg. Solis est thurea uirga sabaeis. Idem, Totius thuris Panchaia pinguis arena. ab arabis etiam sic compositum arabarches, hoc est arabum princeps. Iune atq; triuphalers inter quas ausus habere Nescio quis titulos Aegyptius, atq; arabarches. **FESTINAVIT.** Properare enim properare est, dictum (ut M. V. arro sentit) quasi festum esse, quemadmodum superius diximus. Differunt autem festino, et propero ab eo, quod dicitur maturo. Quippe maturare dicitur, qui aliquid neque citius, neque serius facit, sed medium quandam seruat modum, ac temperatum. Unde matura poma dicuntur, quae neque cruda, hoc est immatura sunt, neque caduca, et nimis decoccta, sed tempore suo adulta, maturataque. hoc uerbum diuus Augustus duobus graecis uocabulis elegantissime exprimit solebat. *καὶ δὲ βραδύως*, quae significant accelera tarde, quibus (ut A. M. Gellius refert) admonebat, ut ad rem gerendam adhiberetur et industriae celeritas, et diligentiae tarditas. Virgilius haec duo uerba maturare, et properare quasi contraria separauit. Frigidus agricolam si quando continet imber, Multa forent, quae mox caelo properada sereno, Maturare datur. Et cum idem inquit, Maturate fugam, significat cum lentitudine, et ueluti quadam maturitate discedit. alioquin nimis festina celeritas maiorem seuitiam maris excitasset. a maturo fit maturus, hoc est matris. Unde matura fitis. et maturum pomum dicimus. a quo praematurum, praecox dicitur, hoc est quod praeter morem ceterorum citius maturescit, quod praecoquum appellatur. Immaturum immite, non dum maturum. item per translationem maturus homo. senex. Matura aetas, senilis item maturus, grauis constans. A quo maneritas, quod grauitate, moderationemque significat. Cicero iam constantis aetatis, et senectutis maturitas. et mature aduerbium, quod aliquando celeriter, aliquando grauius significat. A quo immature, et praemature. Vterque est maturiter usi fuere. et maturese, quod significat incipio maturare, hoc est mitescere. Unde maturesecentia poma dicuntur, non quae matura sunt, sed quae iam maturantur, hoc est fiunt matura. et maturese homo, cum non dum grauis est, sed iam incipit esse grauis. Maturescere etiam suppurationis, siue (ut graeci uocant) Apostema dicitur, cum non dicitur, hoc est dissoluitur sed perditur ad maturitatem, ut uel frangi per se, uel ferramento aperiri possit. et maturari, ac matura esse ipsa suppurationis dicitur. Plyn. Vitis nigrae suppurationes incipientis discunt. ueteres maturat, et purgat. A festino uero festinus, hoc est celer. et Festinatio, ac Festinatio, celeritas. et Festinatio celeriter. quod ueteres et festine, et festinatim dixerunt. Et ab hoc ultimo perfestinatio. Si enim idemque perseveraret, uti lex perueniret ad quae storem, ac iudices, quos uellent instituerent perfestinatim, et cupide. **SABAEI.** Populi qui felicem arabiam incolunt. Arabum enim metropolis Saba est in monte sita, ita appellata *ἀπό τοῦ σάβου*, quod sacrificare est. quia thus mittit, quo in sacrificijs utuntur. Quidam etiam affirmant sabam arabum lingua mysterium significari. Hinc sabaei populi dicuntur felices arabiae. Sabate uero locus est. a quo Sabatinus (ut Pompeius testatur) Sabbatum dies est septimus a pud Iudeos festus, quorum lingua saba septem significat. saba syrorum lingua mensis februarius appellatur. **CILICES.** Cilicia provincia est Asiae, iuxta Taurum montem. Haec olim usque ad pelusium Aegypti protendebatur. Lidus. medis. Armenis. paphilia. Capadocia sub imperio Cilicum constituta, Mox ab Asyrijs subacta in breuiorem modum circumscribitur est. magna pars in Campis iacet. Nomen trahit a Cilice, quem aetas pri-

sa pene ultra aeuum memoriae abscondit, phoenice ortum, qui antiquior Ioue de primis terrae alumnis habetur. Metropolis habet Tharson, quam intersecat Cydnus incerto ortu (ut quidam putant) ut alij originem habens in monte Taurus, cuius aqua podagris medetur. Sunt qui hunc amnem derivari putent ab alueo Coaspis, cuius aqua tam dulcis est, ut persici reges, quid intra ripas perfidis fluit, solis sibi ex ea aqua pocula uendicauerint, et cum eundem peregre foret, aquam eius secum uecturum. Gentili lingua syri, cydnium candidum dicunt. unde anni huic nomen datum, tunc, cum niues soluntur. Reliqua parte anni tenuis est, et quietus. in Cilicia oppidum est nomine Corycum, ubi etiam specus est, qui montem impositum mari auat, a summo uertice patulus hiatu amplissimo. in eo est sacrum Iouis fanum, in cuius recessu intimo typhonis gignitis cubile impositum incolae credebant. Circa Corycum oppidum crocum nascitur plurimum, et hoc ex omnibus praestantissimum habetur. spirat fragrantius, colore plus aureo est, succoque citius proficit ad medelam, et ab oppidi nomine crocum, corycum appellatur, siue a monte potius, qui et ipse corycum dicitur. Corycus etiam portus est appellatus. Croci herba est notissima, folio angusto, pene in capillamentum modum, feruntur radices bulbo, floret uergiliarum ortu pauca diebus, folioque florem ex pellit, gaudet calcatu, et atteri pede, pereundoque melius prouenit. ideo iuxta fontes, et semitas latissimum. Vnus eius in coronis nunquam fuit. Prima nobilitas alicio croco semper fuit, ibique in coryco monte. a quo corycum appellatum deinde Lycio in monte olympe, mox centuripino, hoc est quod nascitur in agro urbis Sialiae, quae dicitur Centuripe. Quidam phlegraeo secundum locum dedere. A croco derivatur croceus, et croceus lutei coloris. et Crocota, ac Crocotula uestis, de qua superius. A qua crocotarij dicti eius generis uestium infectores. et crocinum unguentum. et crocinegma, de quibus mox dicemus, et epicrocum genus amictuli croco tinctum. A Cilicia uero alix adiectum pro eo, qui ex Cilicia est, et alicium uestis genus, de quo superius diximus. et alicia uestis, quae ex ipso alicio, uel illi similis est. **MADVERE.** Pleni fuere. Madere proprie est humidum esse. Unde madentia loca humida dicuntur. et madescere est balneare, madescere, balneari. Madidus, balneatus, humidus, infectus. Hinc madere, seu madidi esse unguento dicuntur, qui unguento illiti sunt, et ex toto uncti. Item madidi uino pleni sunt, et quasi sepulchri. Sicut madidi ibre dicuntur, quae pluuia ex toto balneati sunt. Notat hoc loco liberalitatem Domitiani, qui ita hoc unguento theatra spargebat, ut maderent eo, hoc est undique perfunderentur spectatores. **NIMBIS SVIS.** Vnguetis continens pro contento. Nimbis enim modo repentina, et praecipitem pluuiam significat. Interdum uasis genus, quo uina, ungenta. et alij liquores funduntur. Martialis, A Ioue, qui uenit miscenda ad pocula largus Fundet nimbis aquas, hic tibi uina dabit. Ponitur tamen aliquando nimbis pro uento. Virgil. Nimbosum in patriam loca foeta sientibus austris Aeolia uenit. alij pro nube diuina, qua dii solent in terras descendere. Lucretius. Cum nimbo caelitus descendit Iuppiter. Ab hoc fit nimbosus, hoc est uentosus, siue pluuosus. Virg. Nimbosus orion, et nimifer, hoc est ferens nimbos. Vtebantur autem alicae crocino unguento, quod crocinegma appellatur. id ita fiebat. Terebat crocum, et uino praecipue dulci miscebatur. hoc Romani didicere non modo corpora sed pulpitae et, et tota theatra madescere. Martialis, Hoc rogo non melius, quam rubro pulpitae nimbos, spargere, et effuso praedidisse croco. id est, Lubrica corycio quae uis sint pulpitae nimbos. Propterea, Pulpitae solenes non oliuere crocos. Croco Troianis quoque temporibus honorem fuisse constat.



Tres enim præcipue flores laudauit Home. *λωτόν δ' ἰπὸν ἔρα*, ἢ δὲ ἠποκόν, ἢ δ' ἰπὸν ἔρα, hoc est, Lotonq; roscedum, crocumq; atq; hyacinthū. SIC AMBRI. Populi sunt Germaniæ menapii finiani, q; ad utranq; ripā incolunt & heni. hi criues habēt naturā flauos, quos crescere sinunt, et artificio quodam intorquent, atq; in nodos emanant. CRINIBVS INNODVM TORTIS. Habentes capillos in nodum flexos. Tortus enim flexus dicitur. Torquere proprie inflectere est. Ter. V ide ut ille sibi os contorsit carnis flex. Hinc aliquando ponitur pro gyro celeri, rotæ ue. Virg. Ast illā ter fluctus ibidē torquet agens circum. Aliqñ pro torquēdo iacere, ac mittere. Idem, in medios telum torsisti primus achuios. nonnunquam ēt per metaphorā pro regere gubernare. Idē, Cælum, & terras qui munere torquet. & pro sustinere. Idem. Vltimus athiopum locus est, ubi maximus Atlas, Axē humero torquet. Et pro trahere. Idem, Torquetq; sonantia saxa. Ab hoc fit frequentatiuum torto. cuius passiuum est Tortor, hoc est uehementer torqueor. Pompo. ibi insilui in cocleatum eculeum, ubi tollutum tortor. & Tormentū, qđ significat oēm machinā ad torquēdum saxa, qđ ueteres ēt tortū appellauerunt. Itē qua sione, hoc est dolores corporis ad eruendā ueritatē. Pacu. Nam te in tenebras sæpe lacerabo fame clausum. & fatigans artus torto distraham. Tormentū ēt pro quo cuiq; cruciatu ueteres posuerūt. a quo tortor, qui torquet, hoc est cruciat, uel ad quōnem ponit, uel lapidem tormento iacit. & tormen, qđ est genus morbi, cum dolore torquentur intestina, uel exulceratione secuta. Ci. Quā uis idē forticulū se in torminibus, & strāguria sua præbeat. Plyn. Mentistrum torminibus cholericis efficacissimum. Tortura cholericā uocat dolores, qui in intestinis ex bili, seu cholera fiunt. Cholera enim cōestomachi, atq; intestinorū uicium uideri potest. Nam simul & deiectio, & uomitus est. præterq; hæc inflatio est intestina torquentur, bilis supra, in frāq; erumpit. primū aquæ similis, deinde ut in ea recens caro lota esse uideatur. interdum alba. Nonnunquā nigra uel uaria. A tormine torminosus uocatur, qui patitur eum morbū, quem et grauidinosum appellant. Cic. itaq; dianus grauidinosos quosdā torminosos. & torus lectus ab intortis herbis ita uocatus. Virgil. inde toro pater æneas sic orsus ab alto. Aliqñ tamen torus pro pulpa accipitur. Idem, Luxuriatq; toris aiosum pectus, honesti. & torus, terribilis. a torto aspectu, quāuis aliq; a feroa taurorū deductum uelint. A quo toruitas dicta, & torue, siue torua aduerbium idem, Talibus æneas ardentem, et torua tuentem Lenibat dictis. & Torcular instrumentū ad premēdas uinas, de quo supra diximus. & torques, siue torquis, (utroque enim modo dicitur) ornamentū collī. a quo bulla pendebat in pectus. Hinc T. Manlius summo loco natus dictus est torquatus, qđ Gallū quēdam immani corpore, q se ad singulare certamen pronocauerat, occidit, eiq; caput præcidit, torquem detraxit, eamq; sanguinolētum sibi in collū i posuit. Hæc igitur ex auro torquis iduuiæ, ei, posteryq; eius Torquati cognomē indidere. hic est Manlius ille, cuius iniussū cum filius aduersus hostē, a quo pronocatus fuerat, pugnaisset, eoq; cæso equestris spolia uictor ad patrē tulisset, subito eū, qđ aduersus edictum suum, & rei militaris disciplinam fecisset, iussit occidi. A quo manliana iperia dicta sunt aspera, atq; immitia. A torque ēt torquati palumbi dicti sunt, siue torquæ palumbes. Multa n. sunt huius uolucris genera, quorum noiā longissimis temporibus ignorata sunt. Sed nos, ut pleraq; alia, in lucem restituumus. Columba a Palumbis differunt, quippe cum scribat Plynus palumbes ad trigessimū annū uiuere, aliquas ad quadragesimum, Columbas uero uix octonis annis. in quo Aristotelis sententiā est secutus. Sunt igitur columba quæ in turribus, aut

domibus nidificant. Earū duo genera. Vnū a grege distat ab agris, in quibus pasuntur, siue saxatile, qđ in turribus habitant, siue culminibus uillæ. A quo V arro columbas appellatas esse affirmat, siquidem pp naturalem timorē summa loca in tectis capiunt. quo fit ut a greges maxime sequantur turres, in quas ex agro euolant suapte sponte, ac remeāt. Hoc genus græci *πελάσας* nominant, a liuore, cum *πελάσας* corū lingua significet liuidum. uarij. n. sunt coloris, ac liuidi. propter qđ e nostru quoq; nonnulli eas liuias appellauerunt. Paucæ inter eas albæ sunt, uq; color i probatur, qd eum facillime spectantur accipitres. pedes hnt plumis nudos, eosq; rubidos, sabrososq;. Alterū genus illud colūbarū est elementius, qđ abo domestico contētū intra limina ianua solet de pascēdo domestica, siue callares columba uocatur, a græcis proprie *πελασπία*. quo in genere color albus nō i probatur. Superat magnitudine Liuias, pedibusq; sunt ita plumatis, ut uix aliqñ ingredi possint in utroq; genere mares, colūbi dicuntur. Ex colūbo a grege, & colūba domestica, siue ex domestico masculo, et Liuia femina, dū simul coeunt, nascitur genus tertium colūbarum, quæ magnitudine inter utraq; columbā sunt, natura ad blādiendum nata, pronæq; ad lasciuia. Corruunt qdpe alias, sicutq; commutatiores domū reuertuntur. Vñ publico edicto uentur alimiscellæ a nostris ob duarū generū cōmitionē appellantur Magnitudo colūbis pro locorū diuersitate uaria est. in campis grandissima nascuntur, & in Terzane, cū alioquin Spoletis sint perexigua. Mirū inter duodecim millia passū tantā eē differentia. V uiuunt oēs huiusmodi colūba octonis annis, quæ admodū turtures. A columbis colūbaria dicta, in quibus colūba a greges tenentur. Domestici uero quæ græci *πελασπία* dicuntur stationes peristerones appellantur. Ab eodē colūbinis deducitur Ply. Et colūbinus simu in aqua deactus. Itē colūbatim aduerbiū hoc est ad similitudinē colūba. Cn. Martius in mimābis. Simūq; amicā recipere frigidā calido columbatim labra conferens labris. Palūbes aut sunt, quæ in arboribus, sepius uel nidificāt. Palūbi ēt masculino genere dicti, et foeminino palumbæ. Duo horū similiter gēa sunt. Alterum omnium huius generis maximū, qđ Aristoteles *παύλα* uocat, a nostris de torque, quo insignitur, torquata appellatur, siue torquatus palūbus. Mart. Inguina torquati tardat, hebetantq; palumbi. Nō edat hanc uolucrē, q caput esse salax. Proptius, Sed cape torquata Venus ò regina palūba. Traditur caro eius ob glādiū ejsm uenerē hebetare, cū colūba potius simulent. alterū genus est, qđ græci dicūt *διώλα*. Latini uero gñē interpretati sunt ab usu, ut puto labruscæ, qua uescitur. Hæc utroq; colūbarū gñē maior, Torquata minor ē. V uiuūt palumbes ad uicesimū quintū, & trigessimū annū, quāsdā ēt ad quadragesimū uixisse Aristoteli. author est. V nguūt in incommodū patiuntur, q. argumētū ē senectæ, sed citra pnicē recadi possunt. Antiq; quoq; has callares hēbant, quas pascēdo saginabāt nostris tibus aucupij dūtaxat gratia aluntur. A palumba palūbula. & palūbinus deriuantur, sicut colūbinus a colūba. Itē a torque cōposita fiūt itertorqueo, qđ ē in medio torqueo. Ob torqueo, cōtra torqueo. Abstorqueo, torqueo aufero. Extorqueo, tormento ueritatē, ut aliud huiusmodi elicio. Intorqueo, distorqueo. & contorqueo eiusdem ferē cū suo simplicia significationis. CRINIBVS. Capillis. Crimes a discretionē, hoc est *ἀρότον* *ἀριεπ* appellatus esse Pompeius testatur. A crime fit crinitus. Virgilius, Cithara crinitus Iopas. INNODVM. Ad modum nodi. Nodus proprie est ligatura, quæ non facile soluitur. A quo nodare ligare est. e contrario enodare soluere, & innodare, & commodare, idem quod nodare. ad huius similitudinē nodus in arbore dicitur, grossior ille



or ille quasi callus, ubi ueluti caligati simul rami esse appare-  
 bant. Hinc est uetus illud prouerbum nodū in scirpo queris,  
 de quo superius diximus, et nodosa res dicitur, quæ nodos ha-  
 bet frequentes. e contrario uero enodis, quæ nodos non habet.  
 Vir. Enodes truci. Nodus etiā aliqñ per metaphora pro ani-  
 gnate, seu quæstione aliqua difficili ponitur. Vnde enodare,  
 explanare, ac declarare est. Cic. Hæc igitur nobis explanan-  
 da sunt, sed si enodatis uos ignoscetis. Nodus etiam in exercitiis  
 dicitur densa pedum multitudo, sicut turma equitum, quod nõ  
 facile possit resolui. Turmam uero dictam existimant, quasi ter-  
 mæ, quod ter deni equites ex tribus tribubus Tarentiū Ranni-  
 um, & Lucrum eligebantur, itaq; primi singularum decurari-  
 rum, decuriones dicti, ex eo quod singulis turmis præerant trini.  
 A turma fit Turmatum, de quo supra diximus. Nodus Hercu-  
 lis dicitur, in quo neq; principium, neq; finis conspicitur, quasi  
 indissolubilis sit, qualis erat in caduceo, de quo supra diximus,  
 ATQVE. Et atq; enim interdū coniunctio copulatiua est,  
 ut hoc loco. Interdū ponitur pro aduerbio quā, ut non aliter  
 ego feci, atq; tu, hoc est quā tu, et si geminetur, auget, itenditq;  
 rem, de qua agitur. Ennius. Atq; atq; ascendit muros Romana  
 iuuenis, quasi dicit sedulo, diligenter. intrepide. Nonnūquam  
 etiam significat statim. Vir. Non aliter quā qui aduerso uix  
 flumine Lembi Remigis subigit, si brachia forte remisit. atq;  
 illū in præcipio pronō rapit alucis amni. Fit autem atq; ex at,  
 et q; coniunctionibus. At interdum copulatiua coniunctio est,  
 ut in atq; interdum aduersatiua. Vir. At regna graui iandū  
 dum saucia cura. differentiam n. rerum significat, sicut cum  
 dicimus, Scipio bellator est. At M. Cato orator. quādoq; pro sal-  
 tem accipitur ut supra ostendimus. interdum pro uerbum, sicut  
 est. sed autem. Quod si ita duplicatur at at fit interiectio ex pa-  
 nesantis. AETHIOPE. Aethiopia duplex est Asia,  
 & Africa, Altera ad orientem uergit. Altera est sub ipso me-  
 ridie. Aethiopes cura Petronij, qui Aegypti præfectus erat  
 sub Augusto principe in potestate Romanorum uenerit. Plyn-  
 scribit Aethiops ab aethiope uulcani filio ite uocatos. Nos  
 utrosq; potius a dō rō aēw cremo uā bōtis facies appella-  
 tos existimamus, quod facie atq; a spectis exusti sint. ab aethio-  
 pia sit aethiopicis adiectiuum, ut aethiopica lingua aethiopica  
 mores. ALITER. Alio modo, natura. s. non artificio,  
 ut erant Sicamborum crines. Quippe magnitudo æstus quasi  
 candens ferrum aethiopicum crines intorquet, redditq; nigerrim-  
 mos quæ admodum e contrario candificat dentes. Nigredo cri-  
 nium ex cute, quæ nigra est, prouenit. Dentium aut candorē  
 facit detractio humoris a sole nihil superficiali, quomodo  
 etiam ceram candificari uidentur, quæ cum uita careat, su-  
 perinfia non potest. Cutem certe superficiali calor, dentes ue-  
 ro uimine, sed totus eorum humor in uaporem a calore con-  
 uertitur, atq; exhalat. VOX DIVERSA SONAT,  
 POPVLORVM VRBS EST TAMEN VNA,  
 CVM VERVS PATRIAE DICERIS ESSE  
 PATER. Sensus & ordo est, quando omnes uocant te pa-  
 trē patriæ, quod facere in spectaculis mos erat, lingua, quidē  
 diuersa sentuntur, & tamen una urbs est. Tāgit autem poeta  
 historiam. nam Domitianus (ut Sucto. refert) imani uoce dele-  
 ctabatur populi clamantis in theatris. domino feliciter, &  
 non solum pater patriæ, sed dominus & deus noster dia uo-  
 lebat. DICERIS. Pronuntiaris affirmaris. Dicere  
 proprie loqui est, ut si quis me ita roget, quid dicis? ego ita  
 respondeam nihil dico. Oratores tamen ita dico a loquor  
 distinguunt, ut loqui sit, qualiacunque uerba profundere.  
 Dicere uero sit eleganter, & facunde loqui quem admodum  
 superius latius ostendimus. Hinc dictio uocata oratoria, &

facunda oratio. Nam ab illo generali huius uerbi significa-  
 to fit dictio, quæ est uocabulum, siue uerbum. Aliquando ta-  
 men per translationem dicere ponitur pro uocare. nominare.  
 Virgilius. Est locus hesperia grai cognomine dicunt. Martia.  
 Dior ab indoctis lingua grammatice. Aliquando pro constituere.  
 Terē. Hic nuptijs dictus est dies. interdū pro denuntiare.  
 Idē. Dico ne temere facias. Nonnunquā pro indicare. Virg. Dic  
 mihi Damocles, cuium pecus, an Meliboei? plerunq; pro dicere.  
 idē. iunoni infernae dictus sacer. item pro promittere. A fra-  
 10 igitur quiesce quoniā inter nos nuptiæ sunt dictæ. Et pro dare.  
 Cic. Comode autem quinq; dixit pecuniā, & pro intelligere.  
 scire ab eo, qd præcedit id qd sequitur, ut memorē me dices.  
 Teren. Dum cū idē faciunt sepe ut possis dicere hoc licet ipu-  
 ne facere huic, illi non licet. & pro affirmare. pronuntiare, ut  
 hoc loco. Hinc licet proprie dicere sententiā dicatur, cum tenq;  
 consiliarij qd nobis uideatur, pronuntiamus. Ferre uero sniam  
 iudiciū sit, qd est litē per sniam definire. Reputatur tamen aliqñ  
 dicere sniam, pro ferre sniam, hoc est pronuntiare. determinas-  
 re. Quint. Apud iudices quidem secundū legem dicturos sen-  
 20 tentiam de confessis, præcipue ridiculū est. Dicere leges aliud  
 est quā ferre leges. etenim feruntur leges ad suos, dicitur fe-  
 re ad uictos, ut dicere leges, sit in perare. Linius. Quis do per  
 inde ac uicto iam sibi leges dicebantur. Dicitur ueteres pro di-  
 xerit usurpabant. A dico duo frequentatiua oriuntur, dicto,  
 & dictio, sed posterius potius frequentatiuum est. siquidem  
 dictare est frequentibus temporibus, ac frequentibus locis di-  
 cere. Dictare autem est dicere, quod alter scribendo excipi-  
 at, ut Cicero, ad Atticum quadam epistola testatur, se illam  
 non scripsisse sed reparandi lateris gratia deambulantiem di-  
 30 ctasse. A quo dictamen, quod dicitur. item dictario, quod  
 est iam dicere in apio, siue dicere molior. Macro. Sed perge  
 Auiene, ne ultra te dicturiētem retardem. Item a dico dictū,  
 qd licet de oī sermone intelligatur, specialiter tñ facias si signifi-  
 cat. item dicta. dictaculus. dictaculus, de qbus supra diximus. Et  
 aduerbia dictaciter, ac dictacule. item dicteria, quæ proprie signi-  
 ficant breuiter, & acute dicta. Præterea dictator, qd a consu-  
 le dicebatur, cuius dicto audientes oēs essent (ut M. Varro testa-  
 tur). Erat autem dictator extraordinarius magistratus, quem  
 habuisse Albanos priusq; Romanos cōpertum est, ut de Metio  
 40 sufficit T. Lium. testatur. Primus Romæ dictator factus est T.  
 Larius Latino bello. Summa hæc potestas erat, huius ius ad aduer-  
 tendi in cuiusq; cuius Romani caput, nec ab ea prouocandi ius  
 erat. Lictores. et uniuersa regū insignia habebat. nec alio pa-  
 cto creari solebat, qd cū uis aliqua maior repēte ab orta ingen-  
 tē urbi cladē munitari uideretur. Dictatori ceteros magistra-  
 tus eligere licebat, a qbus dicta dis qd i uolūt dictatorē appel-  
 latū. magistratus eius sex tātū mensibus durabat. Dicebat sibi  
 magistrū equitū, qui talis apud dictatorē erat, quales apud re-  
 ges tribuni equitū, celerūq; et ut dictatori ius summū in popu-  
 50 lū erat, ita magistro equitū in omnes milites atq; accēfos. Pri-  
 mus magister equitū Cassius fuit, a T. Lario primo dictato-  
 re creatus. Principio nõ nisi ex patribus legi dictatorē fis fuit.  
 postea bello romanorū cū phaliscis. Primus de plebe dictator  
 creatus est C. Marius Rutilius, qui et ipse magistrū equitū et  
 de plebe hoīem L. Plautū dixit. Magistratus eius dictatura  
 appellatur. itē ab hoc dico fit aliud uerbū dico dicit, qd primū  
 syllabā correptā habet. Est autē dicere offerre, cōserare. Vir-  
 60 gilius. Atq; hic mea sacra quotannis, Vrbe uelit posita tēplis  
 sibi ferre dicitis. Aliquando tradere. Cic. Balbum quāti faci-  
 am, quāq; me totum dicitur ex ipso scies. Hinc dicitur dicitur,  
 in alicuius obsequium datus. a dico dicitis composita fiunt  
 addito, quod est destino, deuoueo. Cicero. Et is qui mor-



ti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulasset. idem. Qui certis quibusdam, destinatisque; quasi addicti, et consecrati sunt. iuris consulti tamen addicere capiunt pro eo, quod est per licitationem uendere, et quod in uenditione huiusmodi dicitur liberare. Nam liberationis uocabulum Paulo placet eandem habere, quam solutionis, hoc autem fit cum multi sunt emere uolentes, et alius alio maius pretium offert. Plyn. Tabulas inde omnes ex publico propter aem alienum ciuitatis addictas Scauri aedilitas Romam transtulit. Addictas, hoc est publice uenditas. Hinc titulus est de in diem additione. Vlpianus. Si res eius uenerit, et existat, qui plus liceatur, an in integrum propter lucrum restituendus sit. Et quotidie praetores restituunt, ut rursus admittatur licitatio. Paulus. Si uenditor simulauerit meliorem allatam conditionem, cum minoris, aut etiam tantidem alij uenderet, uterque emptori in solidum erit obligatus. Sed si emptor alium non idoneum subiecit, eius fundus addictus est, non uideo quem admodum priori sit emptus, cum alia conditio, et uera subiecta est. Sed si neuter subiecit emptorem, maiore autem pretio addictum est praedium ei, qui soluendo non est, abutum est a priore emptore, quia ea melior conditio dicitur, quam uenditor approbauit, cui licuit non addicere. Quint. Omnes facultates in pretio collegimus. seruulos, et omnia utiliora propter festinatione parentis addixi. Addicti etiam dicti sunt a ueteribus, qui praetoris pronuntiatione, cum soluendo non essent, creditoribus uidebantur. Interdico, prohibeo. In quo notandum quod dicitur interdico tibi aqua et igni non autem interdico tibi aquam et ignem neque interdico te aqua et igni. Et in passiuo, tibi interdicitum est aqua et igni, uel aqua et ignis tibi interdicitus est, uel tu interdicitus es aqua et igni. Ab hoc fit interdicitum, quod a iudice non in perpetuum, sed ad tempus dicitur. saluo iure partium. Abdico, quod proprie est ex familia abijctio. et ab exhaeredo ita se paratur, quod abdicare est expellere a bonis filium dum uiuit pater. Exhaereditate uero post mortem. Sed abdicare grauius est. tum exhaereditationem quoque in se continet. At praeterire testatores dicuntur, cum testamento non nominant eos, qui uiderentur inter haeredes connumerandi, cum exhaereditate sit nominare quidem, sed priuare hereditate. Abdicare etiam generaliter pro amouere, et priuare ponitur, ut abdicauit se consulatu. abdicauit se gratia principis. Ab hoc fit abdicatio pro priuatione. Dedico, dico consecro. offero, et (ut Festus inquit) quasi dicendo desero. Edico. Iubeo. pronuntio. de cetero aliquid literis. unde edicta consilium sunt literae, quibus consules aliquid imperant. et aedilita edicta, iussu aedilium de quibus supra diximus. Item aediliti iudices dicuntur, quos una pars elegit. Cicero. neque enim quid est aliud in hac lege non aedilitios iudices seruans. Praedico tertiae coniugationis, hoc est futurum aliquid ante denuntio. Praedico uero primae coniugationis dico. celebros. diuulgo a quo praedictio. dictio celebris. laus. Et apud logicos decem praedictamenta, quae de omnibus praedictantur. et praedictum, quod grammatici appositum uocant, quod praedictatur, hoc est dicitur de subiecto. et praedicator, non conuocator (ut uulgus accipit) sed laudator. et diuulgator cuiusque rei. indico tertiae coniugationis. nuntio, ut indictum est bellum. Livi. indico deinde finitimus spectaculum iubet. Virg. Templis indico honorem. Ab hoc indictum finis dicebatur, ad quod per praeconeum aduocabantur. et indictio, spatium quindecim annorum, quod indicebatur, ut tribus lustris, tributa toto orbe Romanae reip. soluta essent. et indico primae coniugationis, quod proprie est ostendo. a quo index dicitur, qui conspurationem crimen ue, aut aliam rem secretam detegit. et indicium ipsa detectio. Index etiam secundus in ma-

nu digitus, quia per eum res indicamus. indicasse reum scribit Vlpia. est detulisse. arguisse. accusasse. conuicisse. Donatus indicat inquit is, qui de se aliquid uolens, atque etiam alijs prodit. confitetur qui de se tantum, et ob hoc inuitus aliquid promulgat. unde et index pro accusatore accipitur. Martia. indico non opus nostris, nec iudice libris. Et indicatiuus modus a grammaticis dicitur, quia eo indicamus, hoc est ostendimus quid agatur. Indigo quoque ab indico derivatum quidam existimant, quasi indico. Est uitem indigere uocare. nominare. 10 et quasi finem ostendere. Macro. Namque uirgines uestales ita Apollinem indigant. Apollo medica. Apollo paeon. idem. Nam ita ab incolis indigantur. Indicare etiam aliquando pro addicere, hoc est liberare rem emptam usurpator. Cicero. Scauola publici filius cum postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor esset, semel indicaretur. Redico rursus dico. Codigo simul dico. simul determino. a quo conductum dicimus, quod in communi dictum est. et conductio, de qua supra differimus. Benedico. laudo, bene loquor. a quo benedictus. et benedictio. Maledico, male loquor. a quo maledictus, et maledictio. et ad uerba benedice, et maledice. Plautus. Cum illicebas me ad te blande ac benedice. Vindico. uindex. uindicta. uendico. uendicatio, de quibus supra diximus. iudico quasi ius dico. a quo iudex. iudicium. iudicialis. Item adiudico, quod est per sententiam, et iudicium tribuo. Diudico idem, quod iudico, et iuridicus, quod secundum ius est. unde iuridicus dies, quo rite ius dici potest, et iuridica actio, quae secundum ius est. et res iudicata, quae finem controuersiarum pronuntiatione iudicis accipit, quod uel absolute, uel condemnatione contingit. et praedico, quod est ante iudico. et praedictum, quod in eadem causa uel simili prius est latum, et alibi dicitur iudicium. alibi per appellatur. Quint. Praedicta autem sunt a rebus iudicatis, quae pares fuerunt, aut ex iudicij ad ipsam causam pertinentibus, aut ab eiusdem causae pronuntiatione. Confirmatur praecipue duobus, auctoritate eorum, qui pronuntiauerunt, et similitudine rerum de quibus queritur. Refelluntur autem raro per conuentionem iudicium. Vlpia. interdum uenit, ut praedictum iudico publico fiat. sicut in actione legis aquiliae, et furti, et in bonorum raptorum interdico. et abiudico, quod est per sententiam aliquid ab aliquo aufero. Aliquando tamen iudicare pro existimare accipitur. Item a dico iuridico, facultas atque potestas iuridicandi. Nam ius dicere est praesse iuridicando, et legibus gubernare, ac iustitiam ministrare. Quidam tamen uolunt iurisdictionem defini, iudicis a diuinitate. Item a iudicis, qui causas agit. Veridicus qui uera. Falsidicus qui falsa consuevit. VERVS. Non fictus, non simulatus. Verum enim et falsum contraria sunt. a ue particula, quae uehementiam significat, et res deducatur uerus, quasi non uerborum sonitus inanis sed solida res. A uerus uerax deducatur, quod mendacis contrarium est. et ueritas, et uero uerbum, ac uerifico eiusdem significationis, et uerificus. et uere aduerbium, id est certe. et ueridicus, qui uerum dicit, et ueriloquus, qui uerum loquitur. A quo ueriloquentia. et ueriloquax, qui licet multa loquatur, tamen non mentitur. et uero coniunctio, quod proprie significat uere. Poniturque; fere in principio orationis. Virg. Egrege uero laudem, et spolia ampla referis. Tuque; puerque; tuus. Cuius. Ego uero Serui uellem (ut scribis) in meo grauisimo casu affuisses. Ponitur tamen saepissime pro coniunctione aduersativa, et idem significat quod autem. et in eodem loco utraque; haec coniunctio poni potest antecedente semper aliqua dictione. nunquam enim ab ipsa sententia inapit. Seneca, honestam tibi prouinciam delegaueram, tu uero tanquam turpe recusasti. Est quaedam nusquam referantur, sed tantum a sententia sententia



distingunt, ut ego scribo, tu uero legis. interdum nescio quid dif-  
 ferentiae habent in utendo. & auribus duntaxat seruiunt. Et  
 enim, neque uero eleganter dicimus. Quint. neque uero lae-  
 demonij atque Atheniensis magis nouerunt quam populus Roma-  
 nus, apud quem summa semper oratoribus dignitas fuit. Itē  
 cum propter hoc, tum uero propter illud, Latine dicimus. Sed cū  
 propter hoc, tum autem propter illud non dicimus. E' contrario  
 non uero non dicimus, at non autem, recte dicimus. Ut an-  
 nuncius Caesaris sum, non autem assentator, quod si illud aduerbi-  
 um matres, habebit locum uero, hoc modo. annuncius Caesaris sum,  
 assentator uero non. Praeterea non dicimus age autem. sane au-  
 tem. iam autem. enim autem. At autem. sicut age uero. sane ue-  
 ro. enim uero. at uero. Ad haec quemadmodum in quibusdā  
 locis haec duo, & cetera similia gratiam habent, si ponan-  
 tur, ita in quibusdā non habent. Quod accidit cum idē uer-  
 bum repetitur, hoc modo. Quint. pro patre mori possum. co-  
 ram patre non possum. Cic. tu cum principem senatorē auun-  
 culum domi habebas, ad eum non refers. Ad eos refers qui su-  
 am domum non habent, tuam exhauriunt. hoc poetae non ser-  
 uant. Virgil. non erit auxilio nobis Etholus, & Arpi, at Mes-  
 sapius erit. Ouidius, non formosus erat, sed erat facundus uel  
 lysseus. Verum autem semper in principio orationis ponitur. &  
 aliquando cum tamen. aliquando cum enim uero. ut uerumta-  
 men. uerum enim uero. **PATER PATRIAE.** Ma-  
 gna laus est principis, ut pater patriae uocetur, quasi populos  
 suos non terrore. non armis. non praesidijs militarijs tanquā  
 subditos, sed humanitate. beneuolentia. pietate, tanquam filios  
 regat, & moderetur. Primus omnium hoc cognomen M. Tul-  
 lius Cicero meruit, Catilinā coniuratione detecta, & urbe in-  
 cendio liberata. Tunc enim ciuitas omnis, & uniuersa turba  
 Ciceroni quacunq; iter faceret gratulantes, illum seruatorei uel pa-  
 triae illum conditorem urbis. illum optimum consulem uel cita-  
 bant. quod uiuerent. quod filios. quod uxores. quod liberta-  
 tem. quod ciuitatem haberent, uirtuti eius acceperunt ferentes.  
 per uiam ignes. fustasq; lucebant. Matres familias nuper pau-  
 de pro depulsi periculis, gaudio exultantes ad tam egregium  
 consulis spectaculum ē fensistis, tectisq; cateruam pende-  
 bant. Deniq; M. Cato uir seuerus, & summae grauitatis Cice-  
 ronem ob eas res gestas patrem patriae perpetuo uocandum cen-  
 suit, quod ei primum contigit, & quod gloriosius existiman-  
 dum est, in libera ciuitate. Iuuen. Primum Roma patrem pa-  
 triae Ciceronem libera dixit. Post hunc idem cognomen Diuo  
 Augusto uniuersa ciuitas repente, maximoq; consensu deu-  
 lit. Primo plebis legatione Antium missa, sed cum id praemo-  
 destia non recepisset, inuenti paulo post Romae spectacula, nō  
 decreto Senatus, neq; acclamatione populari, sed per Valerium  
 Messallam, id mandātibus cunctis rursus delatum est. Quod  
 bonum inquit, fustisq; sit tibi, domuiq; tuae Caesar Auguste.  
 Sic enim nos perpetuam felicitatem reip. & lata huic prece-  
 ri existimamus. Senatus te consentiens cum populo Romano cō-  
 saluat patriae patrem. Cui Lacrymans Augustus his uerbis re-  
 spondit. Compos factus uotorum meorum patres conscripti,  
 quid habeo aliud deos immortalēs precari, quam ut hūc con-  
 sensum uestrum ad ultimum finem uitaē mihi perferre liceat?  
 Multis praeterea imperatoribus hoc cognomen, sed adulatione  
 potius, blanditijsq; quam meritis, & uera gloria inditum  
 est. Tandemq; cōdecensum fuit, ut semper in theatris impera-  
 torem populus & dominum, & patrem patriae appellaret.  
 Sed tu omnium maxime dignus hoc cognomento haberis.  
**FEDERICE** Princeps, qui semper omnem tuum Labo-  
 rem. studium. uigilantiam in id unum contulisti, ut a ciuitati  
 bus tuis omnem calamitatem propulsares, eorum felicitatem

seruare, & ex paruis demum amplissimas faceres, ornasti eas  
 mœnibus. palatijs. templis. cultu. moribus. armis. literis. uirtute,  
 ut nihil iam ijs ad perfectam felicitatem deesse uideatur. hoc  
 ueri patris officium est, & qui talia praestat ueris patriae pa-  
 ter & haberi, & dici potest. patris nomen a graecis est sum-  
 prum, apud quos dicitur πατήρ ἢ πατέρα τρεῖς, hoc est om-  
 nia seruat. Atq; hoc nomine quidam iurisperiti putant nō  
 modo genitores contineri, sed auos. proauos. abauos. atauos.  
 tritauios. Hinc patrum nostrorum memoria dicimus, hoc est  
 10 maiorum nostrorum, quāquam maiores intelligi possunt  
 quicunque etiam ante Tritauos nostros fuerunt, sicut mi-  
 nores, qui etiam post trinitates nostros futuri sunt. Pa-  
 tres itaq; usq; ad tritauios extenduntur, maiores in infinitum.  
 Cic. Ego meis maioribus uirtute mea praeluxi. ut si prius noti  
 non fuerunt, a me incipiunt habere initium memoriae suae. Tu  
 tuus uita, quam turpiter egisti, magnas effidisti tenebras, ut eti-  
 am si fuerunt egregij ciues, certe uenerint in obliuionem. Vir-  
 glius. Hunc laetum, tyryq; diem, troiaq; profectis esse uelis,  
 nostrosq; huius meminisse minores. Non solum minores hi di-  
 cantur, sed etiam posteriores & posteri, & nepotes. Sicut hi  
 20 qui ante nos fuerunt, maiores, & superiores, & patres, &  
 uari appelluntur. Patris etiam nomen aliquando religionis est.  
 unde deos omnes patres uocamus. Item reuerentiae. propter  
 quod Romulus centum Senatores, quos ad rep. curam elegit,  
 siue quia is numerus satis erat, siue quia soli centum erant,  
 qui ad id idonei essent patres ab honore appellauit. siue (ut  
 quidam uolunt) ab aetatis uel aetate similitudine, seu quod te-  
 maioribus a graecorum partes attribuerunt, perinde ac liberis  
 proprijs, ab ijs eorum progenies patricij appellati. & patri-  
 30 cius uicus Romae dicitur, quod ibi patricij habitauerunt, iube-  
 te Seruio Tullio, ut siquid aduersus ipsum molirentur, ex lo-  
 cis superioribus opprimi possent. His centum patribus alij po-  
 stea ex equestri genere additi. ac simul scripti fuerunt usq; ad  
 trecentos, quos Bruus, quo plus uirum in Senatu frequen-  
 tia ordinis caedibus regis deminuti faceret, elegit. a quo patres  
 conscripti uocati sunt. A patre patrinus dicitur, qui patrem  
 adhuc uiuentem habet, & pater patrinus, qui cum ipse pater  
 sit, adhuc uiuentem habet patrem. & opiter, cuius pater auo-  
 uo mortuus est, aut quod obitu patris genius sit, aut quod  
 40 auum post patrem habeat, id est pro patre. Item patrinus pro  
 eo qui patris est, sicut auus pro eo qui est auus. Cicero. patri-  
 tam illam, & uitam (ut ait Theophrastus) philosophiam.  
 & patria quae proprie urbs est, siue oppidum unde orti, si  
 ue oriundi sumus, quod patria communis omnium parens sit.  
 Aliquando tamen & prouincia ipsa, ex qua orti sumus, pa-  
 tria uocatur, sed improprie. Vnde Sallustius Hispaniam sibi  
 antiquam patriam dixit. Hinc patrinus dicimus, quod patriae  
 est, ut mos patrinus. consuetudo patria. Item a patre paternus,  
 ut paternus amor. paterna pietas. paternum officium. & pa-  
 50 trinus frater patris, quod quasi patris loco sit. Hinc patrinus  
 magnus frater aui dicitur. et patrinus maximus frater proauis  
 & abauis, qui & propatrinus. & abpatrinus dicitur. & pa-  
 truelis a patruo, quippe patruelis dicuntur patruorum filij,  
 hoc est duorum, aut plurium fratrum filij. Nam sororu dua-  
 rum, aut plurium inter se sobrini, quasi sororini appellantur.  
 & patriarcha nomen quidem graecum, ueruntamen ele-  
 gans uocabulum, qui princeps est patruū, hoc est pontificum pri-  
 mus. hi quatuor principio fuerunt. Romanus. Antiochenus. Ale-  
 60 xandrinus. Hierosolymitanus. Postea translata Byzantiū ipe-  
 rij sede, additus est et Cōstantinopolitanus. A patriarcha patri-  
 archatus appellatus, sicut a pōntifice, pōntificatus, et patrimonium  
 bona paterna, hoc ē haereditas a patre relicta. et paterfamilias



qui primus est, & imperium habet in familiam. & patro-  
 nus. à quo patrocinator. et patrociniū, de quibus supra diximus.  
 & patricida, qui patrem interficit. à quo patricidium. Nam  
 patricida is est, qui uel cognatum, uel auem aliquem uel alium  
 interficit, uel aduersus patriam machinatus est. et patronymum  
 cum apud grammaticos, quod sub patris nomine significat fi-  
 lium, ut Priamides, hoc est Hector Priami filius. & patrisso,  
 patris similis sum. & patro, facio, capiturq; frequentius in ma-  
 lam partem. Plau. postquam foedum facinus patratum. Hic pa-  
 trator, qui facinus aliqd fecit. per petro. per ago. perficio, quod  
 similiter in malam partem accipitur. à quo perperi dicuntur  
 indocti. stulti. prauī. mendaces. et perperam aduerbium, pro  
 prauē. peruerse. & im petro, obtineo, & quasi id, quod capio  
 facio. Vnde im petraso pro im petro ueteres dixerunt. Plaut. &  
 istuc confido à fratre me im petrasse. & per petro, quod si-  
 gnificat mando quid perfici. Accius. Age uero per petra, quod  
 capisti fieri. Ab his etiam im petratio. & per petratio. et pro  
 petratio deducuntur. Item à patre, patroq; pater patratu ap-  
 pellatus. Erat autem pater patratu, qui Romae ad iusurandū  
 patrandum, hoc est ad foedus sancendum eligebatur. Feccialis  
 eum faciebat uerbena caput, capillosq; tangens. Primus Romae  
 Feccialis M. Valerius patrem patratum spurium fufum fecit.  
 Item à pater Iupiter & die spiter appellati, de quibus supra  
 diximus. V O X. Sermo hoc loco, proprie tamen uox di-  
 citur quicquid sonat, ἀπὸ τοῦ βοῶν, quod est uocō. Virg.  
 Fractasq; ad littora uoces. Ab hoc fit uocula diminutiuum.  
 & uocō uocatis. cuius frequentatiuum est uocato. Si significat autē  
 clamor, inuito appello. à quo uocatores dicuntur, quibus inui-  
 tandi negotium datum est, siue qui per se uocant ad cenam. et  
 uocifero, siue uociferor, quod proprie est, cum dolore siue indi-  
 gnatione maiorem uocem emitto. Interdum tamen sine affectu  
 uehementer ex clamo. Ab hoc uociferator, & uociferatio dedu-  
 cuntur. Item à uoce uocalis, hoc est sonorus. Vnde et quinq; uo-  
 cales literae dictae, quia per se uoces faciunt, & sine ijs litera-  
 lis uox proferri non potest. Item semiuocales, quae quasi dimi-  
 diatum uocalium sonum habent, et uocatiuus casus, quod per  
 eum uocamus. & uocabulum, quo res singulae nominantur. &  
 inuocum, atq; equiuocum, cum suis deriuatis, de quibus su-  
 pra diximus. & uocalitas, hoc est consonantia, quam graeci eis-  
 phoniā uocant. Priscianus in epite sonoritatem interpretatur,  
 & uocator, qui alterius nomine, interdum etiā suo conuincas  
 inuitat. Plyn. Non fuerat A pelli gratia Ptolemæo, quo regnan-  
 te Alexandria ui tempore statim expulsus subornato fraude emu-  
 lorum planoregio, inuitatus ad regis cenam uenit. Indignā-  
 tiq; Ptolemæo, ac uocatores suos ostendenti, ut diceret, à quo eo-  
 rum inuitatus esset, ille arrepto è foculo carbone extincto, ima-  
 gnem in pariete delineauit. A gnoscēte rege uultum planore-  
 gij ex inchoato protinus. Hic obiter dicendum est hunc Ptole-  
 mæum à graeco nomen traxisse, qui ppe graeci πτολεμαῖον uocē  
 πτολεμαῖον pugnare dicunt. Sic igitur à πτολεμαῖον Ptole-  
 mæus dicitur sicut a τιμῶν, quod est honoro, Timæus. Hic  
 Lagi Gregarij militis filius fuit, maximae apud Alexandrū  
 Macedonem auctoritatis & gratiae. Post cuius mortem Aegy-  
 pto, & Africa & magna Arabia parte potitus regnauit an-  
 nis quadraginta, omnesq; deinceps Aegyptij reges Ptolemæi  
 appellati sunt. Hic filios duos reliquit, Ptolemæum philadel-  
 phum, & Ptolemæum Ceraunum. Philadelphus illi in re-  
 gno successit, uir doctissimus, Stratonis discipulus, qui biblio-  
 thecam illam celeberrimam fecit, quae usq; ad primum Alexā-  
 drinorum, & Romanorum bellum durauit. Regnauit annis  
 XXXVIII. Cui successit Ptolemæus, cognomine Euergetes, qd  
 latine dici beneficus potest. Hic sex & uiginti annis regno po-

titus moritur. Cui successit Ptolemæus philopater decem & se-  
 ptem regnans annis. post eum Ptolemæus Epiphanes regnat  
 quatuor & uiginti. Tum ptolemæus philomater cognomina-  
 tus quinq; & triginta. Deinde Ptolemæus Euergetes uiginti no-  
 uem. postea ptolemæus phiton, qui & Soter cognominatus est,  
 decem & septem. postremo Ptolemæus Dionysius, qui per se-  
 lus magno Pompeio caput, ut Caesari uictori mitteret abscedit,  
 qui omnium ultimus regnauit. Fuere & alij hoc nomine, ut  
 Pyrrhi regis filius, & Cypriorū rex ille, qui suis diuitijs Ro-  
 manum locupletauit aerarium. Item celeberrimus ille astrolo-  
 gus, natione Aegyptius, quem Traiani, & Adriani tempori-  
 bus floruisse constat. Praeterea à uocō composita sunt aduo-  
 cō, quod modo uocō significat, modo in subsidium uocō. À quo  
 aduocatus dicitur, de quo supra diximus. & aduocatio, pro pa-  
 trocinio. Circū uocō undecūq; uocō. Per uocō, omnes uocō. Auo-  
 cō, remoueo. alieno, ut uoluptates auocant à studijs animum.  
 Deuocō, deorsum uocō. Eucō, extra uocō, siue conuocō. à quo  
 euocati dicuntur, non qui iusti milites sunt, sed qui repentina  
 aliqua necessitate ex agris in bellū tumultuarie uocantur, qua-  
 les erant de quibus scribit Virgilius. Mittitur & magni Ve-  
 nulius Diomedis ad urbem, qui petat auxilium. Hi non mili-  
 tes sed pro militibus uocabantur. Sallust. Neui q; miles, neu pro-  
 milite. idem. Ab his omnes euocatos, & centuriones. Martia-  
 Lassi Bardiacus, quod euocati. Prouocō, quod modo in malam  
 partem accipitur, & significat incito. laesso. Plyn. Quamuis  
 enim multis prouocatus iniurijs nunquam tamen ab amata  
 recessi. modo in bonam, & idem fere est, quod cohortor. Cic.  
 Tuis literis amantissimis sum prouocatus. Ponitur etiam pro uo-  
 cō pro appello, & tunc accusatiuum requirit, cum praepositio-  
 ne ad idem. Cum alter ad Senatum prouocasset, alter uero ap-  
 pellaasset tribunos. Aliquando tamen & sine praepositione in-  
 ueniuntur. Apuleius. Nihil prodest praetorem, aut potestatem ali-  
 am prouocare. hinc prouocatio appellatio dicitur. Inuocō, sub-  
 sidium peto. & proprie ad deos refertur. Adorando enim fe-  
 re, aut sacrificando inuocamus. Reuocō, per uices mutuo uocō.  
 Varro. Quod nobis ministrare pueri diebus festis Cicerni de,  
 qui nos prouocare cum audeat, nos illos reuocare timemus.  
 Aliquando reuocō retraho. unde & reuocare pedem dicimus,  
 non modo de animalibus, sed etiam de summis. Virgilius.  
 Cunctatur & annis rauca sonans, reuocatisq; pedem Ty-  
 berinus ab alto. Conuocō, simul uocō. caneo, con grego. Ab his  
 omnibus uerbalia nomina deducuntur. ut uocator. uocatio. at  
 cū uocator. at cū uocatio. per uocator. per uocatio. auocator. auo-  
 catio. deuocator. deuocatio. prouocator. prouocatio. inuocator. in-  
 uocatio. reuocator. reuocatio. conuocator. conuocatio. SONAT  
 DIVERSA. propter diuersitatem salicet linguarum di-  
 uersos sonos emitte, hoc est diuersa uocabula. Sonus omnis  
 uox dicitur, & quicquid auribus percipi potest. Eius tria ge-  
 nera sunt, aut enim uoce constat. ut per fauces, aut flatu, ut  
 per tubam, aut pulsu, & per Lyram, ut omnia crepitan-  
 tia. Ab hoc fit sono uerbum, cuius frequentatiuum est sonito. à  
 quo sonitus, hoc est uehementior sonus. dicimus aut sono sonas.  
 & sono sonis. Accius. clamore & gemitu templum resonit. En-  
 nius, Sonit. frangimur hastae, madet terra sanguine. à sonus  
 sonorus dicitur graue sonans. Estq; proprie Epitheton tempe-  
 statis. Virgilius. Luctantes uentos, tempestatesq; sonoras. Ab  
 hoc sonorus, & sonore aduerbium. Sunt qui fontem quoque  
 à sonando dictum putant, quasi sonantem. Est enim proprie  
 sons, cuius culpa iam sonat, hoc est, qui conuictus est erroris. à  
 quo insons, qui innocens reperitus est, et fonticus qui chiq; rei no-  
 cet. Venuleus. Quoties morbus fonticus nominatur, eū signifi-  
 cati Cassius ait qui nocet. nocere autem intelligi, qui per pe-



tuus est, non qui tempore finitur. Marcus. Quæsitum est, cum alter ex litigatoribus febricitans decessisset, & iudex absente eo pronuntiasset, an iure uideretur pronuntiasse. Responsum morbus fonticus etiam inuitis litigatoribus, ac iudice differret die. Fonticus autem morbus existimandus est, qui cuius rei agendæ impedimento est. Porro quod magis impedimento est, quam morbus corporis contra naturam, quem febrem appellant. legitur si rei iudicandæ tempore alter ex litigatoribus febrem habuit, res non uidentur iudicari. Potest tamen dici esse aliquam etiam febrium differentiã. Nam si quis sanus aliàs, ac robustus, tempore iudicandi leuissima febre correptus fuit, aut si quis tam ueterem quartanam habet, ut in ea omnibus negotijs suis superesse soleat, poterit dici morbum fonticum non habere. Plinius. Gagates lapis nomen habet loci & amnis gagatis Lycae, niger est. planus. punicosus. non multum a ligno differens. leuis. fragilis, odore si teratur grauis. fictilia ex eo inscripta non de lentur, cum uiritur, odorem sulfureum reddit. Eugat serpentes. deprehendit fonticum morbum. & uirginitatem sufficit. Deprehendit inquit fonticum morbum, hoc est utrum perpetuum sit, an interualla habeat, & in ueteri militum iure iurando milites iurabant se assuetos, nisi sumus familiare esset, ferre uindemiales. Calendæq; morbus fonticus auspiciu ue, quod sine piaculo præterire non liceret, sacrificium ue anniuersarium. Quoniam autem fonticus morbus est iusta causa absentie, ponitur aliquando fonticus pro iusto. Neuius. Fonticam esse oportet causam, quam obrem perdas mulierem. Item a sono composita fiunt absonum, hoc est parui, & fere nulli us soni. Cia. Sed sunt quidam aut lingua ita hæsitantes, aut ita uoce absoni. Circa sono, unde cuq; sono. inter sono, in medio sono in sono, sonitum reddo. Dissono, discordo. dissentio. a quo dissonantia, discordia uocum. Sicut è contrario consono. concordo. consentio. a quo consonantia, concordia uocum quæ, & uocalitas latine, græce ἀρμονία dicitur. Ab his etiam dissonum. et consonum deriuatur. Vnde consonantes literæ a græmaticas dicte, quod non per se, sed simul cum uocalibus sonet. Resono, sonando aliquid represento. Virg. Formosam resonare doces Amaryllida syluas. Resonare etiam sonum reddere. Apuleius. Et acardarum cantu a gri resonarent. Item a sono arnissonum. et alnissonum dicimus nota significationis. et bombisonum, hoc est bombum resonantem. Bombus, & bombitatio proprie sonus est, quem faciunt apes. sicut crocatio. & crocittatio. & croatus, quem faciunt corui. Vnde crocare uerbum. Plautus. Simul reddeb at pedibus terram, & uoce crocabat sua, a quo crocare frequentatiuum deducitur. EST VRBS TAMEN VNA. Magna laus urbis Romæ, quod intra uis mania tantam populorum uarietatem habeat. Sed hoc datur gloriæ spectaculorum, quod illorum gratia tantus sit in urbem omnis generis hominum concursus. TAMEN. Nihilominus. Hoc enim proprie significat tamen. Sed aliquando pro statim ponitur. Virg. Hic hedos deponere, tamen ueniens in urbem. Aliquando pro tandem. Plautus. ita faciam ita placet, quid tum tamen? Ab hoc composita fiunt attamen. & ueritamen eiusdem fere significationis.

#### IN DELATOREM EPIGRAMMA QVARTVM.

**T**VRBA GRAVIS PACI, Laudat Domitianum, quod & delatores castigat, & tamen cum ijs clementer agit, non mortis sententia, sed exilio eos puniens. Sumptumq; ex historia. Nam Domitianus initio principatus sui acriter delatores compescuisse dicitur, uoce etiam illa addita,

Ad Cæsarem quod expulerit delatores.

Turba grauis paci, placidæq; inimica quieti, Trachita Getulus, nec cepit arrena nocentes, Exulat Ausonia profugus delator ab urbe.  
Qua semp miseris sollicitabat opes Et delator habet, quod dabit exilium. Impensis uiam principis annumeres.

Principes qui delatores non castigat. irritat. TVRBA GRAVIS PACI PLACIDAE QVE INIMICA QUIETI. QVAE SEMPER MISERAS SOLLICITABAT OPES. Descriptio pulcherrima est delatorum. Homines hostes pacis. inimici quietis. Ditiorebus semper infestis. Hi enim leuissima saepe de causa, & nonnunquam ficta ditiores accusabant, quoniam ex fisco eis dabatur pars pæne, qua accusati multabantur. idcirco calumnia eorum fiscales calumniae uocabantur. TVRBA. Multitudo. Turba, et rixa proprie idem significat. Proprie enim turba perturbatio est. Sed quia multitudo fere non uacat perturbatione, factum est, ut eam quoq; turbam appellerent quemadmodum homines uiles, & abiectos aliquando dicimus fecem ciuitatis, non quod homines sint sordes, sed quod uitam agunt sordidam, atq; abiectam. Teren. Sed si tu denegaris ducere, culpa in te tibi omnem trãsferet, tum illæ turbæ fient, id est perturbationes fient, inter Simonem & te. De rixa, Liuius, eo anno Romæ, cum per ludos a Sabinorum inuentute per lasciam sortis raperentur, concursu hominum rixa, ac proprie prælium fuit. idem. Cum cõuersus in patres impetus esset, consulum inter cursu rixa sedata est. Iuue. Misera cognosces præmia rixæ. Est autem factitium nomen a ringendo. Ringere, siue ringi, est rostrum torquere, quod canes faciunt, dum latraturi sunt. Hinc ringi pro irasci capitur, & tacitum stomachari. Teren. ille ringitur, tu rides. Hinc rictus, quod nonnulli ferarum tantum esse uolunt, dum rostrum quasi indignabunde intorquent. Sed de hominibus quoque dicit Titinius ostendit. Caue frontem hanc et semper patentes rictus. Rictus etiam rostra ipsa dicuntur. Vnde nonnulli a græcis deductum uolunt apud quos pizos rostrum dicitur. Ringo autem siue ringor, a nariu tortura dicitur, quippe piz a græcis dicitur naris. Ringi ergo dicitur, quasi narrem agi, hoc est narrem torquere. Quapropter mirandum est Festum Pompeium scripsisse rictum. rixam. ringi ab eo dicta uideri, quia in diuersum rumpantur, contrariãq; sint recto, quasi hæc omnia a regendo deriuentur. A rixa rixor deducitur, quod est iurgor. contendo. A quo rixosus, contentiosus. A turba uero fit turbella diminutiuum. Plautus. Hanc mihi ancilla turbellam fecit. & turbatio. & turbidus. conturbatus, confusus. A quo turbide aduerbium. & turbulentus. commotus. iratus. turbidus, contentione plenus. A quo turbulentia, et turbulenter aduerbium. & turbo uerbum, quod est confundendo. moueo. impedio. Denurbo, deorsum uolenter deijcio. Virgil. Puppi denurbat ab alta. Exturbo similiter è loco deijcio. Disturbo. dissipando, diruendoq; deijcio. Cicero. Ut dicere in hoc ordine uideret se publicis operis disturbaturum publice ex Senatus sententia ædificatam domum. Conturbo, idem quod perturbo. Ab ijs interturbatio. perturbatio. denurbatio. exturbatio. disturbatio. conturbatio deriuantur. et interturbator. perturbator. denurbator. exturbator. disturbator. conturbator, et aduerbia perturbate. denurbate. exturbate. disturbate. conturbate. item a turba deducitur turbo uenti genus, de quo supra diximus, cum fragore maximo obiecta quæq; denurbans. instrumentum ludicrum, quod turbinis in ginituo facit, non ut rudes quidam grammatici tradiderunt turbonis. a cuius similitudine formam acumine fistigato turbinatam in modum ligni illius, turbinatam uocamus. Plinius. Turbinator pyris figura quam malis. inuenimus èt turbinem uocari quicquid turbinata est forma. Plyn. de Aloe. Scyllæ similitudinē habet aloem maior & pinguioribus folijs. Caulis eius tener est. rubens mediis, non dissimilis Antherio. radice una, seu palo in terra demissa. graui odore, gustu amara, in turbinibus cadorum eã ferunt, ut Alizonum maius, in turbinibus cadorum inquit.



hoc est in parte turbinata. Ouidius. *Cava bucina sumitur illi. Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo. Repertur tamē Turbo pro nomine proprio uiri. Hora. Turbonis in armis.*  
**GRAVIS.** Molestia. Graue suapte natura ponderosum significat, ut graue saxum. grauis sarcina. grauia arma. Virg. *Vomis et inflexi primum graue robur aratri. Teren. Huiusmodi grauis hor quæso, quæ. s. grauent nos, ægræque, ac cum molestia ferantur. Hinc per abusum ad senectutem transferimus ad morbum, ad dolorem, quoniam hi qui molestia ex senectute, morbo, cæterisque huiusmodi sentiunt, quasi onere intolerabili premuntur, quod cupide uelut graue pondus a se uellent deponere. Neque solum ad molestias animi, ut grauis conuulsio. grauis iniuria. grauis mæror. grauis iactura, quæ animi genere quodam ponderis premunt. itaque unus modus est, quæ corpori, aut animo molestia sunt ea grauia appellare, eoque molestia a mole. i. a re magna, magnique ponderis uocatur est. Alter modus est, quod quemadmodum grauia, et grandia saxa, ac grandes trunca, non facile loco mouentur, sed ad omnem temporum mutabilitatem hærent, ita homines constantes, ac præditi sapientia merito per figuram graues nominantur, qui nec precibus, nec iniuriis, nec uanitate, nec promissis ab æquo, et iusto submouentur. ut ij faciunt, quos leuiter uocamus, qui in similitudinem pulueris, ac palearum ad omnem auram uentilantur. Hinc grauitas dicta est infirmitas, ac constantia animi, et in uultu. moribus. uerbis. rebus agendis quædam seueritas. aliquando etiam grauitas pro molestia, et magnitudine accipitur, ut grauitas odoris. grauitas doloris. grauitas somni. Grauitate quoque aduerbium, modo pro multum accipitur. Cælius. *Placere hoc cepit grauitate. Cicer. Nec uero audiendi grauitate, qui inimicis irascendum putant. Virg. Grauitate spirantis copia thymbræ. modo pro asperere, male. idem. graue olentis auerni. modo pro moleste. Cicer. Grauitate, et iniquo animo tuli. Nonnunquam pro sapienter. Idem. Siquid prudenter, sed grauitate factum est, hoc est non leuiter, ac insipienter, sed mature, sapienterque. Marcellus scribit graue molestum esse. Cicer. Quod nunquam senectutem tuam tibi graue senserim. Hinc Grauedo capitis dicitur. graue perniciosum. nocens. acerbum. Cicer. Magnam illud bellum. et grauem aduersarium imperij sustulisse. Idem. Facilius etiam in morbos incidunt adolescentes. grauis ægrotant, difficiliusque curantur. Graue, forte. robustum. Vir. Ferit ense grauem Tymbræus Osirim. Graue, solidum. firmum. constans. plenum auctoritatis. seuerum. Cicer. Ut iam sint alia grauiora, atque meliora, tamen nos studia nostra nature regula metimur. Idem. Vnde ad agendum, ut dicendum copia depromi maior grauiusmodum exemplorum, quasi in corruptorum testimoniorum potest. Graue ponderosum. Vnde graue æs dictum, quia demum asses singula pondere efficiebant. Vnde etiam pro pleno ponitur. Virg. Donec regina sacerdos Marte grauis. Idem. Non insueta grauis tentabant pabula factis. Idem. Tum pietate grauem, ac meritis si forte uirum quem conspexere, silent. Item pro faciendo, et frugifero. idem. Quid labor, aut bene facta iuuant? quid uomere terras inuerti se grauis? et pro grandæuo. idem. Hic grauis Entellum dicitur castigare læstes. Et pro multo. Sallust. Cæpit per omnem prouinciam graue pretium fructibus esse. Varro. Vbi graues pascuntur, atque alantur pauonum greges. Graue, amarum. idem. absinthium, ut bibam graue, et castoreum. Ab hoc graueolentia dicitur pro malo odore. Plyn. Et oris graueolentiam tollit. Et grauida mulier, quæ iam conceptu factu grauior, quemadmodum prægnans, quæ iam occupata est in generando quod conceperit. et incans propinqua partu, quod incitatus sit fetus eius. Grauidus etiam pro pleno ponitur. Vn**

de et grauidare ueteres usurparunt pro implere. Cælius. *Mysteria hic honeste grauidauit, probo. item a grauis graue stellus deducitur, hoc est senex. Plaut. Quis est grauestellus iste, qui aduenit. et grauedinosus, torminosus, de quo supra diximus et grauo uerbum, quod est premo. onero. A quo a grauo. præ grauo. A quibus deducitur agrauator. agrauiatio. præ grauator. præ grauiatio. grauator. grauiatio. et aduerbium grauate, quod significat cum labore, siue cum molestia. item a grauis grauiolus, sicut a grandis grandiloquus. et grauiolentia, sicut grandiloquentia. et grauesco. grauis fio, hoc est ponderosus. P A C I. Tranquillitati ciuitatis. Pacem esse quidam definiunt tranquillam libertatem. Virg. *Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni. Metaphorice tamen interdum pro uenia accipitur. idem. Sed uotis, precibusque iubent exposcere pacem. interdum pro propitiatione. idem. Exorat pacem Diuum. idem. Pacemque per aras exquirunt. Dicta est autem Pax a pacione. Est enim pacio (ut Vlpianus inquit) duorum pluriumue placitum. et consensus. Antiqui pacionem dicebant. Nunc pacio dicitur, a uerbo pacor, quod significat conuenio. Vnde pactus mercedem dicimus, id est dum de mercede conuenisset. Hinc fit Pactum, quod significat conuentionem. A pace fit paco uerbum, quod significat mitigo. lenio. placo. et Pacifico, quod est pacem facio. a quo pacificatio. Quidam hæc tria ita separant, ut pacificatus sum, pacem faci significat. Pacificus sum, in pace sum. ab armis desit. Pacificus sum ab indignatione animi, ad lenitatem redij. uel animo leni sum. item a pace fit pacifer, quo nonnulli uentur, hoc est ferens pacem. A pace uero pacate aduerbium, id est tranquille. sedate. Quidam etiã a pacifior pacificatorem deducunt. item pacificatorium. Cicer. postquam nos pacificatoria legatione implicatos putant. Veteres in plurali Paces usurparunt. Varro. *Animaduertendum primum quibus de causis, et quæ admodum constituerunt paces. Secundum, qua fide, et iustitia eas coluerunt. Pacificor a pango deducitur, de quo inferius dicemus. A pacifior uero fit compositum de pacifior. A quo depectus, quod significat (ut Vlpianus sentit) iurper pactus. Sed falsum est. Nam et in bonam et in malam partem accipitur, et idem significat, quod pactus. Terent. ita me Di bene amant, ut mihi licet tandiu, quod amo frui, iam depecta morte cupio. Cicer. Quidam cum circumferebantur, neque effigere ullo modo posset, depectus est cum hostibus, ut arma et impedimenta relinqueret. milites educeret. Pax græce ειρηνη, hoc est irene dicitur. a quo fit compositum irenarches, siue irenarcha, hoc est qui ad tollendas discordias, et pacandos ciuium animos in ciuitate perficitur. Martianus tamen iurison eos irenarchas appellat, qui disciplina publicæ et corrigendis moribus præficiuntur. INIMICA. Aduersa, hostis contraria. Amicus dicitur qui amat. et indissolubili familiaritatis iure coniunctus est. Eius contrarium est inimicus. Ab amando autem amicus appellatus. et honesta quidem res est, significatque eum, cum quo uera amicitia coniuncti sumus, cum amica quando ad uirum refertur, inhonesta res sit, ut hæc amica mea est, hoc est concubina, ego uero eius non amicus sum, sed amator. Amator qui ppe dicimus, qui ad tempus, et uenerere amat. Vnde amor eius modi amatio dicitur. Plaut. Nimis penè inepta, atque odiosa eius amatio est. et ab eo fit diminutiuum amatorculus. Plaut. Nam cum sedulo munditer nos habemus, uix ægre amatorculos inuenimus. Amicum uero, qui pudice, ac perpetuo amat. Si uero hæc cum re inanimata iunguntur, significant utile siue gratum, ut amicus pratis humor. amica frugibus æstas. amicum plantis sydus. Ab amica fit Amicula diminutiuum. Plynus. Miserat etiam epistolas Romam ad amiculam***



quandam. Amare aliquando in bonam partem accipitur, & plus est, quam diligere. Cicero. quis erat, qui putaret ad eum amorem quem erga te habeam, posse aliquid accedere? tantum tamen accessit, ut mihi denique nunc amare uidear, antea dilexisti. Aliquando amare est captum amore esse. Plau. Amat filiis certum est. Seneca. Eleganter mihi uidentur Panetius respondisse adolecentulo quidam quarenti an sapiens amaturus esset. De sapiente inquit uidebimus. Mihi et tibi, qui adhuc longe a sapiente absumus, non est commutandum, ut incidamus in rem commotam impotentem alteri emancipatam, uilem sibi. Siue enim nos respicit, humanitate eius irritamur, siue contemnit, superbia acrindimur. Aeq; facilitas amoris quam difficultas nocet. facilliter capimur cum difficultate certamus. Ita q; conscy nobis imbecillitatis nostrae quiescimus, nec uitio in firmum animum committimus, nec formae. nec adulationi. nec ullis rebus blande trahentibus. Ab amo Amor derivatur, qui similiter modo in bonam partem accipitur pro sobrio, casto q;. Cicero. incēsus sum amore incredibilium uirtutum tuarum. Senecrinus. O felix hominum genus, si uestros animos amor, quo caelum regitur regat. Modo in malam partem accipitur, atq; uenero. Virg. Sed nonnulla magis uires industria firmat, Quam uenerem, & caeca stimulos auertere amoris. Idem. Omne adeo genus in terris, hominum q;, ferarum q;. Et genus aequoreum. pecudes, pieta q;, uolucres, in furias, in grem q; ruunt, amor omnibus idē. Hinc amor etiam pro cupidine, quem ueteres amoris deū esse dicebant, frequentissime ponitur. Papinius de Venere. Tenero mater amorum. Propertius. Qui cumq; ille fuit, puerum qui finxit amorem. In plurali uero numero amores semper pro uiribus, atq; ueneris accipitur. Item amans dum participium est, frequenter pro eo, qui honeste amat, accipitur. Cicero. Magnū opus omnino, & arduum conamur. Sed nihil difficile amanti puto. Amo autem, et semper amari ingenium, studia, mores tuos. Quando uero est nomen, accipitur pro eo, qui est amore captus. Ouid. Militat omnis amans, & habet sua castra cupido. Quandoq; etiam quando est participium. Plautus. Tu es, quae mihi misero amanti obibis sanguinem. Item ab amo fit amabilis, hoc est di genus amari. Plau. Compara labela labellis. bella es, atq; amabilis. Cuius contrarium est inamabilis. Martial. inamabilis Saurus, & frequens Phoenix. Ab amico amicitia derivatur, quae definitur studiorum omnium, uoluntatumq; consensus. Cuius contrarium inimicitiae sunt plurali numero, quamuis ueteres etiam singulari aliquando protulerunt. Ennius. Amicitiam, atq; inimicitiam in fronte promptū gero. Item ab amo amatorius, hoc est ad amorē pertinens. Vnde amatorij uersus dicuntur. & amatoriae epistolae. Item amatorium poculum, ueneficium, quod conciliandi amoris gratia porrigitur, quod etiam substantiue amatorium dicitur. et amatorie aduerbium, hoc est ad similitudinem amantis. Est etiam Amatorie nomen proprium Nymphae, & (ut quidam putat) una ex musis, quae graece Erato dicitur. Ouidius. Vilis Amatorie, nulli mihi candida Clio. item ab amo amita, patris mei soror. quia a patre amata est. Nam plus sorores a fratribus, q̄ fratres diligunt solent. Sunt tamen qui amita a dictam putent quia si a me ternam. Amites uero perticā sunt aucupales, primogenium nomen. maior amita dicebatur, cui & auia amita. sicut maior auunculus, cui & auia auunculus, maior socer, uxoris meae. Proauis, maior socrus, uxoris meae proauia. item ab amans fit amantior comparatiuum. & amantissimus superlatiuum. & aduerbia amanter. amantius, amantissime. item ab amico amicior amicissimus, & aduerbia amice. amicis. amicissime. Sicut ab inimicus inimicior. inimicissimus. inimice. inimicis. inimicissime. Item quo ueteres usi fuerunt inimiciter, ut

est in epistola C. Fabritij, & Aemilij consulum ad Pyrrhum regem, pro qua ille gratias Romanis egit, captiuosq; omnes, quos tum habebat, restituit. Consules Romani. Sal. d. Pyrrho regi. Nos pro tuis iniurijs continuo animo strenue commoti inimiciter tecum bellare studemus. Sed communis exempli, & si dei gratia uisum est, uti te saluum uelimus, ut esset quem armis uincere possimus. Ad nos uenit Nicias familiaris tuus, qui sibi pretium a nobis peteret, si te clam interfecisset, id nos negauimus uelle, ne ue ob eam rem quicquam commodi expectaret, & simul uisum est, ut te certiores faceremus, nequid eius modi si accidisset nostro consilio ciuitates putarent factum, & quod nobis non placet pretio, aut praemo, aut dolis pugnare. Tu nisi caueas tacebis. Vale. Antiqui pro amico, & amica amicum, & amecam dicebant. Laberius, in laeta ueruo mulierem fuisse amebundam scripsit hoc est amantem. & amasso pro amauero. & Aemulus, qui aliquem imitatur, & sequitur, quod non nisi amore fieri potest. Cicero. illo emulo. A contrario sensu emulus pro inuido ponitur. Virgilius, emula nec dum temporibus geminis canebat sparsa se nechtus. idem, emulus excepit Triton (si credere dignum est) inter saxa uirum spumosa immererat unda. Ab hoc fit emulor uerbum, quod modo imitor significat. modo in uideo, a quo Aemulator. emulatrix. emulatio. & amussis regula fabrorum ad quam aliquid exequatur. a quo fit amussim aduerbium. & ab eo composita Adamussim. & ex amussim. id est recte. castigata. regulariter. Hinc Emussitata dicuntur, quae adamussim facta sunt. Sunt etiam qui amaram ab amo per antiphrasin deductum uelint, quasi minime amandum. Nos potius ab amaritudine maris derivatum existimamus. Est enim proprie amarum in suaue, & contrarium dulci. Virgil. Et amaris intyba fibris. idem. Et amara passia bacca. Aliquando tamen ponitur pro acerbo. idē. isq; amēs animi, & rimore accensus amaro. Aliquando pro saeuo. crudeli. nocente. idem. Hostis amare qd increpitus, mortemq; minaris. Amaritudo, hoc est insauitas. asperitas. et per metaphoram anxietas animi, & solitudo. & amare aduerbium. & comparatiua, & superlatiua eorum. & amator pro amaritudine. Lucre. Dilutaq; contra committimur miseris absinthia tangit amaror. Vir. A. Sapor indiaum facit manifestus, et ora Tristia tentantum sensu torquet amaror. Mare autem primogenium uocabulum est, & significatio eius manifesta est, quamuis aliquando pro quancunq; grandiori aqua usurpatur. aqua maris salsa est, & bis quotidie affluit, ac refluit. Mirum est, quod scribit Arist. Nullum animalium est in recedente ex pirare. causam putat, quod sydus lunae spiritus sit, et hoc esse, quod terras saturat, accendensq; corpora implet abscedens inanit. ideo cum incremento eius uidentur conchyliā augeti, cui etiam sanguini est hominum cum lumine eius crescere, ac minui. Hinc solis sydus masculinum esse philosophi scribunt torrens cuncta, sorbensq; sic mari late patenti sapore incoqui salis, quia exhausto inde dulci, tenuiq; quod facillime trahit uis ignea, omne asperius, crassiusq; liquatur. E contrario lunae faemineum, ac molle sydus esse, nocturnumq; soluere humorem, & trahere, non auferre. Altissimum mare quindecim stadiorum esse nonnulli tradiderunt, ex aduerso coraxorum gentis uocant bathea ponti, hoc est profunda trecentis a continenti stadijs, ubi uada nunq̄ reperiuntur. A mari marini dicimus, qd mare incolit, uel ex mari est, ut marinum piscem. marina aquam. & maritimum, quod ad mare incolit, uel ad mare est, uel ad mare fit, ut ora maritima. gens maritima. bellum maritimum. Transmarinum autem dicimus, quod trans mare est. Vnde transmarinum triumphum uocamus. & Transmari-



nas mercens. Maris fluvius est Agathyrarum in Histrum de  
fluvius. Maris mons Thracie. Cōposita ab amo fiunt peramo,  
quod est uehementer amo, uel usq; ad finem amo. De amo, de pe  
reo. Ad amo, similiter amatorie amo. Sed quando cum a aspira  
tione scribitur, Adhamo, idē est, quod obligo. Cic. Qui enim  
serius honores adhamauerunt, uix admittuntur ad eos, nec sa  
tis commēdati multitudini possunt esse. deduciturq; ab hamus,  
quod cithenam significat. Virg. Hamus, auroq; trilecem, hoc  
est hamus aureis. Vnde et pro eo instrumento ponitur, quo ca  
piuntur pisces. A quo hamotæ a ueteribus piscatores diceban  
tur. Vatro, Cohortes cocorum, atq; hamotarum, aucupumq;  
item hamotrathones, modo piscatores, modo qui uncas cadauera  
traherant, præsertim pestilentie tempore. Hamum quidā a  
græco deductum putant. Nam græci ἀμματα dicunt li  
gamenta. unde amentum dictum, quod quidam esse id existi  
mant, quo iacula, ut miti possint, iunguntur. ideoq; sic appel  
latum, quod ad mentum id aptantes trahant, sed falsum est.  
Nam amentum omne ligamen significat. Plyn. Sedes enim hu  
ic posita, soleisq; sine amento si ignis in Metelli publica porticu.  
ideo autem aspirationem assumpsit hamus, ut in datiuo, et ab  
latino singulari ab amo uerbum distingueretur. ab amento (ut  
quidam putant) Examen dictum, quasi examentum. est enim  
filum, quod in trutina regitur, de quo superius diximus. a quo  
fit ex amino uerbum, quod si significat scrutor. inuestigo. ex qui  
ro. ex ploro. a quo examinatio. exquisitio. Examen etiam pro  
ipsa examinatione accipitur. interdum etiam significat apum.  
uestigiarum, aut locustarum, aliorum uel simulum congregatio  
nem, quod hæc ita uniantur, ut simul uideantur ligata. P L A  
C I D A E. Mitis, sedatæ, epitheton quietis est placida, et a  
placere deriuatur, quod quæ quieta sunt omnibus placent. Pla  
cere est gratum esse. Cuius contrarium est ab eo compositum  
displicere. aliquando tamen per metaphoram placere, accipitur  
pro efferi, et quodammodo gloriari, cum alterius contemptu,  
ut ego nimis placeo tibi. Tu nimis places tibi. Ille nimis placet  
sibi. Quintilia. Placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues.  
Si tibi idem inuidere non expedit, pares sumus. a displicere  
fit displicentia. Apuleius. Displicentia quadam rerū, quas au  
dierat, affectus. item a placeo per placeo, quod est uehemen  
ter placeo. Plautus. Ver placeo. et complacere, idem, quod placeo.  
item placitum, quod significat consensum, et quasi decretum  
plurimorum, et ueluti pactio quædam firmata. Plyn. Tibe  
rio Claudio principe ante hos quadraginta annos institutum,  
ut ieiuni biberent, potuq; uini antecederent cibos, exterris et  
hoc artibus, ac medicorum placis nouitate aliqua sese commē  
dātium. idem. Eadem ætas Neronis principatu ad Thesalium  
transiuit delentem cuncta maiorum placata, et rabie quadā  
in omnes æui medicos perorantem. item a placidus placere de  
riuat, quod est mitis, ac placidum facio. propitio. a quo pla  
cator propitiator dicitur. Placatio, propitiatio. Placabilis pro  
pitibilis. et placenta libum farinaceum, quod fit ex farina,  
caseo. melle, uel quod nobis placeat, uel quod ea solerent deos  
placare. SEMPER. Continuus, sine intervallo. A quo cō  
posita sunt semperuiuum herba. et semperiternus. et semperit  
erne aduerbium, de quibus supra diximus. sēpiternum ab æter  
no ita distinguunt, quod semperiternum dicunt deū esse, qui sem  
per fuit, eritq; æternos homines, qui principium quidem ha  
buerunt, et tamen animo sunt immortales, atq; perpetui. Te  
ren. Ego deorum uitam propterea semperiternam esse arbitror,  
quod uoluptates eorum sunt propriae. SOLLICITA  
B A T. Inquietabat, molestia afficiebat. Sollicitare. n. est uel  
spem, metumq; ostendere, ut solciato plebem, uel inquietare, et  
curam iniicere, ut hoc loco. Ab hoc fit sollicitatio, quæ ab altero

fit. et sollicitudo, quæ mentibus inhaeret, hoc est cura, et inquie  
tudo mentis. Teren. Tum nuptiarum sollicitudo. et solicius, in  
quietus, ac curis plenus. Solciato autē a solo deductum est, qua  
si solo ato, hoc est loco dimoueo. Solum. n. neutro genere dicitur,  
quicquid aliam rei subiacet. Vnde nauis solū est mare. Virg.  
de mari, subtrahiturq; solum. Hinc solum pro loco ponitur.  
Item pro terra, quod pedibus nostris subiecta sit. unde natale  
solum dicimus patriam, hoc est terram, in qua nati sumus. et  
exulem, qui ex patria eiectus est, quasi extra solum, quæ ad  
modum idem extorris appellatur, quasi extra terram. a quo  
exulo uerbum, hoc est patria priuatus sum. et exilium ipsa  
priuatio. item ab hoc solo solidum dicitur, quod modo signifi  
cat continuum, ac iugum. Plau. Decem annos solidos errauit pu  
er. Modo plenum. integrum. nihil uacui, aut concui habent.  
Virg. Solidoq; adamante colūna. Hinc fit solido uerbum, qd  
est roboro firmo. a quo consolido. et solidatio. a quo consolda  
tio. et solide aduerbium. et consolda herba, quæ et confer  
ua. et coagulum dicitur. et græce σπυραι. Quidam  
etiam strimum appellant, quod strumis illita sanandis pecu  
liaris est. alij conferuam uocant aliam herbam, a conferuans  
do, quæ in aquis dulcibus nascitur. Spongia uerius aquarum,  
quæ muscus, aut herba uillosa densitatis, ac fistulosa. Cura  
tum ea legitur prolapsam ex alta arbore putantorem quendā,  
omnibus fere ossibus con fractis circumdata uniuerso corpori,  
et aqua sua inspersa, quoties inaresceret. item a solidum in so  
lidum dicimus aduerbialiter, hoc est in integrum, ut omnes pro  
miserunt in solidum se satisfacturos, hoc est integrum unusquisq;  
per se, et non omnes simul. item a solo fit solistimum, quod so  
li est. ita. n. a solo solistimum dicimus, sicut a medio media sti  
mum antiqui non modo balnearū, sed adium quoq; ministros  
medicatos uocabant, quod medij essent ad præstanda offi  
cia. de tripudio solistimo dictum est a nobis superius. et soli  
dus numi genus, quo in præsentia utimur. Vngenti solidi librā  
constituunt, et solitaurilia, quæ immolatio erat trium hostia  
rum diuersi generis. Tauri. Arietis. ueris, quia omnes solidi,  
integriq; sint corporis. Alij solidum non a solo, quod terram  
significat, sed ab osorum uocabulo dictum uolunt. Osa. n.  
solum totum uocant. unde soliferreum genus teli appellatum,  
quasi totum ferreum. et solers in omni re prudens, quasi totus  
ars. A quo solertior. solertissimus, et solertia industria, quo  
rum contraria sunt inerti, quasi sine arte. Inertior. Inertissi  
mus. Inertia. et solene, quod omnibus annis præstari debet.  
a quo solēnitas appellata. et solor, quasi solidū redimegro.  
a quo solatum, et quo poetæ potius utuntur, solamen. Vir.  
Solamenq; mali de collo fistula pendet. et consolor. et conso  
latio. et consolabundus. et consolamen. et consolatorium. un  
de consolatoriā epistolam dicimus. et consolatorium carmē.  
Quidam solatum a consolatione ita distinguunt, ut solatum  
re fieri dicant. consolationem uerbis. et consolari, oratione so  
lari. et solium armarium est ligno factum, in quo reges ob ar  
poris sui tutelam sedebant, dictum quasi solidum. Ponitur ta  
men abusiue pro sella regali, et pro nase, in quo uel balnea  
mur, uel condimur. Quidam tamen solium a sedendo dedu  
ctum putant, ut supra ostendimus. unde et solisternia. et so  
laria appellata. et solox lana crassa, quasi solida. Item pons  
lana contextum. Titinnius. Lana soloci ad purpurā data. Lu  
cilius. Montano hirc, atq; soloce sicut e contrario ones, quæ ue  
trem lana nudum habent, apicæ dicuntur. Item a solon, quod  
osorum lingua totum significat, solus deriuatur. Nam qui  
unus est, totus est. Aurelius. etenim cum unus erat in mundo,  
unius error omnium fuit, et omnes errauimus in eo uno. Ab  
hoc solitarius dicitur, qui solus uiuit. Vnde solitaria uita, et so  
litaris passio.



literius passer. & soliloquus, qui solus loquitur. & soliloqui-  
um, quod per nos contemplando loqui solentur. & solitudo,  
quam veteres etiam solitatem dixerunt, & solea, quod sola pedi-  
bus subijciatur. Genus calceamenti est plantis subiectum. nam  
caetera prope nuda teretibus corrigijs necluntur, quae dican-  
tur amentia, eo quod aptantes ea ad mentium trahunt. Plyn.  
Corneliae Gracchorum matri sedes statua posita fuit, soleusq;  
sine amento insignis in Metelli publicae portica. Amentia etiam  
dicuntur, quibus vincuntur iacula, ut mitti possint. unde a-  
mentatas soleas, & amentata iacula dicimus. Quidam putant  
hoc uocabulum a graecis accepit, qui haec ἀμυατα uo-  
cant. Soleas uero uox graeca crepidas nominamus. & per di-  
minutionem latinam crepidulas, earumq; sutores crepidarij  
dicuntur. Cicero hoc calcaemētū genus gallicis uocat. Cum gal-  
lias, & lacerna curiis. Solea etiam piscis est, de quo supra  
diximus. ite materia roborea, si per qua paries crantius ex-  
truitur. Quidam etiam putant Crepidas latinum uocabulum  
esse, a crepitu, hoc est a sono, quem ambulando reddunt, ap-  
pellatas. Crepare enim proprie sonare est. Unde crepitus di-  
ctus est. Teren. sed hostium concrepuit. Est autem crepitus so-  
nius uolentis, ex impulsu resultans. A quo increpare est cū  
impulsu uocis, & imani sonitu reprehendere. in casare, in sal-  
tare, a quo fit increpitare frequentatiuum. Virg. Hostis ama-  
re quid increpitus, mortemq; minaris? Idem. Aestate incre-  
pitans feram. & increpatio huiusmodi reprehensio. a crepo  
fit frequentatiuum crepito, quod proprie est ambalorum, tym-  
panorumq; & aliorum huiusmodi. a quo fit crepitaculum,  
quod sistrum dicitur, frequens in sacris Isidis. Est enim sistrū  
aeneum crepitaculum, cuius per angulum laminam in mo-  
dum balnei recuruatam tr. uectae mediae paucae unguae, cri-  
spante brachio trigeminus ictus, reddunt argutū sonum. Vir-  
gilius. Regna in medijs patrio uocat a gmina sistrō. Martia-  
de crepitaculo, si quis plorator collo tibi uernula pendet, Haec  
quatrat tenera garula sistrā manu. & crepitulum ornamen-  
tum capitis est, quod in capitis motu crepitum facit. Crepitus eti-  
am uirpis uentris sonus appellatur. Concrepo quoq; a crepo  
deducitur eiusdem cum eo significationis. Sifenna. Congloba-  
ti, & collecti concrepant armis. & percrepo. Lual. percrepa-  
pugnam Pompili factam, Corneli cane. Aliquando tamen per-  
metaphoram capitur pro cōqueror, uel doleo. Idem. Et crepat  
antiquum genus ut pietate repletū. Plaut. Qui crepat desin-  
ctum patrem. Hora. Qui posthuma grauem molliciem, aut  
pauperiem crepat. Aliquando pro imato. Turpi. Age tu, Hy-  
menaeum increpa. Nonnunquam pro frangere. Virg. Et a cito  
murtā rem obnixi crepere. a quo crepido deriuatur, quae  
proprie est praerupti saxi altitudo, & moles. Idem. forte ratis  
caeli commicta crepidine saxi, Ex positis stabat scalis, & ponte  
parato. quādoq; pro ferio. Ennius. Sed sonitus aureis meas pul-  
su pedum increpat. Cicero. itaq; uir bonus habeat hanc umi,  
ut si digitis concreperit, possit in locupletum testamenta no-  
men eius irrepere. a crepo etiam a pra, & a principio cre-  
pe sunt appellata, quod cruribus crepēt, ut supra diximus.  
& crepi lupera a crepitu pellicularum, quem faciunt uerbe-  
rantes. Mos enim Romanis erat i Lupercalibus nudos discur-  
rere, & pellibus obuias quasq; foeminas ferire. Crepera res  
(ut Nonius scribit) dubia dicitur. Unde & crepusculum, lux  
dubia. & decrepiti senes, i dubio uitae constituti, uel quod nec  
mouere se propter senectutem, nec ullum facere crepitum pos-  
sunt. & creperum bellum anceps, & dubium. inde increpia-  
to quidam dictum putant, quia male dicta fere i certa & du-  
bia sunt. Item a crepo crepor, pro crepitatione deducitur. &  
crepundia, puerilia ornamenta, de quibus supra diximus. So

lū quoq; aliquando pro deserto usurpant poetæ. Vir. Heu ma-  
le tum Libyæ solis erratur in aruis. & a solus deducitur sol,  
quod t̄tam claritatē solus obtineat. Unde Assyrii quoq; huic  
nomini ad ad nomen addiderunt, quod eorum lingua signifi-  
cat solum. Ab eo fit solaris. unde solaris radius dicitur. & so-  
laris annus, cū sol ex pleto per omnia signa circuitu ad id, un-  
de digressus fuerat, redit, quod fit ferē trecentis sexaginta quq;  
diebus. Sicut lunaris annus dicitur, qui mense uno suum confi-  
cit cursum. & Magnus annus, cum omnes planetae in unum  
10 locum recurrunt, quod fit (ut scribit Hortensius) spatio duo-  
decim millium & noningentorum annorum. & solaris her-  
ba, quam graeco nomine heliotropium dicimus, quod se cum  
sole circumagat, etiam nubilo die, tantus est eius syderis amor,  
& nocte contrahat caeruleos flores. Magnus ē mīdicorum no-  
stri temporis error, qui cicorium putant heliotropium esse, cū  
cicorium sit intybum erraticū, cui radix longa, & lenta, qua  
ad uincula etiam utuntur, estq; herba frigidissima, cum helio-  
tropium temperata sit, & aliquid habeat caliditatis. Cicori-  
um quidam ob singularem salubritatem chreston appellant.  
20 Graeci enim χρεσόν utile uocant. Alij pancration, quod  
παραπάριον omnipotens sit. Magi putant huius succo cū oleo  
perunctos fauorabiliores fieri, & quae uelint facile imetra-  
re. Solaris quoq; lapillus est, quem similiter graeco uocabulo he-  
liotropium nominant porracei coloris, sanguineis uenis distin-  
ctus, de quo supra diximus, sicut solis gemma. Alius lapillus  
est candidus, qui ad speciem solis i orbe fulgentes radios spar-  
git. Item a sole solanus. unde subsolanus uentus, de quo supra  
diximus, quod sub sole oriente nasci uideatur, & solanū her-  
ba, quam alij strichnium, alij haliacabum. alij quod uesciae  
30 medeatur, & calculus uescariam uocant, hac coronarij utun-  
tur in Aegyptio, quod ederae folio similis sit. Siquis eam dra-  
chmae folio sumpserit, uariae species, ac lactia plena animo  
obscurantur. Duplicatum pondus i sanā facit. ideo μακρόν  
quidam e graecis, e latinis Furialem herbā nominant. Quic  
quid ponderi adijciatur, mortem repraesentat. Sunt qui dori-  
on appellent, quod cuspides ea in praelys tingentur. Strych-  
nis etiam, & haliacallos, & erythros, & neuris nuncupatur.  
Xenocrates nullum esse corporis malum scribit, cui haec her-  
ba non sit salutaris. Item a sole solarium horologium, locus i  
40 quo horae ad solem conspiciuntur. Primus Romanis hoc statu-  
isse dicitur L. Papyrius cursor ad eadem Quirini, cum eam a  
patre suo uotā dedicaret ante duodecim annos, quā m cū Pyr-  
ro bellatum est. Nam prius ortus tantum, & caesus solis no-  
minabantur, adiecto etiam post aliquot annos meridie, quem  
Acaenus consulum pronuntiabat, cum e curia iter rostra, &  
graeo stasi prospiciebat solem. Curiae quippe duorum gene-  
rum erant, & ubi sacerdotes res diuinas curabant, ut curiae  
ueteres, & ubi senatus humanas, ut curia hostilia, quam pri-  
mam edificauit Hostilius rex. Ante hanc rostra erant dicta  
50 a rostris nauium, quae ex hostibus capta, ibi fixa sunt. Liui-  
us. naues antiatum partim in naualia Romae subductae, par-  
tim incensae, rostrisq; earum suggestum i foro extructū ador-  
nare placuit, Rostraq; id templum appellatum. sub dextra  
horum a comitio locus erat, ubi nationum legati subsiste-  
bāt, qui ad Senatum mittebantur. Is a graecis propter nationis ex-  
cellentiam graecostasis, hoc est statio graecorum est nominatus.  
Acaenus praeco erat ita dictus, quod ad censum solitus esset uo-  
care. Consul enim, qui exercitū imperaturus erat, dicebat A-  
cēso, Calphurni uocat illicium omnes quirites huc ad me. A-  
census dicebat sic. omnes quirites ite ad conuentionem huc ad  
60 iudices. dehinc consul loquebatur ad exercitū. Impero qua cō-  
uenit ad comitia centuriata. Censor uero sic Acaenus i perabat,



ut populum uocaret. Quod bonum, fortunatum, felix, salutaremque sit populo romano Quiritium. Reique publicae populi romani Quiritium, ubique, colle, quaeque meo fidei, magistratuumque nostro omnes quiritis, pedites, armatos. Prunatosque curatores omnium tribuum si quis pro se, uel pro altero rationem dari uolet, uocat Illicium. Praetor autem Acaenso iubere solebat, ubi ei uidebatur meridiem esse, ut inclamaret meridiem esse erat muros ire solitus, ut illiceret populum in eum locum, unde uocare posset ad concionem. Hinc est uersus ille ueteris Comediae. Vbi primum acaensus clamarat meridiem. Illicium est, cum circa muros iur, ut populus allicatur ad magistratus conspectum. Qui eos uocat ascendit in locum. Unde uox ad concionem uocantis exaudiri possit. Marcellus scribit, Acaensos genus militiae esse administratibus proximum, dicti quod ad necessarias res sepius acciuntur, ueluti acaensi. Pompeius uero Acaensi inquit dicebantur, qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur, dicti ita, quia ad censum adijcebantur. Manifestus est error utriusque. Item a sole solstitium dicitur, quasi solis statio, cum sol ultra non progreditur, sed retrocedere incipit. Singulis qui per annis duo solstitia sunt. Vnum aethiunum in principio aeterni, cum sol ad inferiores incipit circulos comere. Alterum hyemale in principio aeterni, quando sol ad nos incipit reuertitur. Virgilius. Humida solstitia, atque hyemes orate serenas. Praeterea a sole solstitia, quae et solpuga dicitur, de qua superius diximus, et in solo uerbum, quod si significat ad solem factum, sicut in summo, sicut ad summum. ab hoc insolatio dicitur, quemadmodum a fumo, Insumatio. Plynus. Ceram uinaceo crate sub diuo sicant sole, Lunaque: hoc enim candorem facit, si sic sicantur, et ne liquefiant, protegunt tenui limbo. Cui didissima uero fit post insolationem, etiam humi recocta. Plinius. atque hillas in fumatas, et sume. Hillas hoc est Farta intestina tenuissima. Vt ceteris enim hillas intestina tenuiora dixerunt, unde Bonilla oppidum uocatum, quasi bonis hille non longe ab urbe, et eo uulnerata bos sua trahens intestina demerit. Laberius. Ne sic aliter hunc praedicabis, quomodo uideo adolescenti nostro caedis hillas. insolare quoque puellae crines dicuntur, dum faciem tectae passos ad solem tenent candidandi gratia, et ipsi exines insolati dicuntur. Item. solati dicuntur qui sole correpti sunt, quemadmodum syderati, qui sydere. Plynus. Sic et solatis profunt. sol graece hlios dicitur. a quo Helius proprium nomen. et Helioabalus, qui Antonij Caracallae filius fuit natus ex Semiamura formosissima foemina apud Phonicas, quo tempore pater eius cum Parthis bellum gerebat. Hic matris ingenio apud Antiochiam ad imperium assumptus est, in petra uicque a Senatu, ut mater in ordine senatorio locaretur, quod nunquam antea fuerat mulieri concessum. et Heliochrysolos, de qua diximus. et Heliochrysolos herba aureum florem producat. Solus graece ueros dicitur. a qua monas monadis deducitur, quod significat unitatem. et monachus solitarius. et monarcha, unicus omnium princeps. A quo monarchia unius principatus. et Monacris Arcadiae mons, quasi solus uertex, sive sola summus. et Monachus proprium nomen, quasi ueros ueris hoc est solus unguis, quod pedem instar equi habuerit. et monomachia singulare certamen. et monosceli homines india singulis cruribus mira pernicitatis ad saltum, ouilos. enim crus dicitur. Iidem. Sciopodes uocantur, quod in maiore aestu humi iacentes ouia pedes, hoc est umbra pedis se protegant. et monoptoton unius casus. et monoxylum, quod ex solo est ligno. et monacrus, de quo inferius dicemus, quasi sola aedes. et monoceros, unicornis. et Monodos Prusiae filius, qui dentium loco os unum continuum habuit, quemadmodum Pyrrhum Epirotarum regem ha-

buisse Plynus refert. *δσδς* enim dens dicitur. Itaque monodos dicitur, quasi unicus dens. et monophthalmus, unius oculi. Solidurus, non a sole, seu solido, aut solo deriuatur, sed ita uocatur lingua gallica deuotus. Caesar cum sexcentis deuotis, quos galli soliduros appellant, quorum est conditio, ut omnibus in uita commodis una cum ipsis fruantur, quorum se amicitiae dederunt. Si quicquam per unum accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant. Item a solus solinagus dicitur, qui solus uagatur. et soleo, quod si significat consueui, quasi solus, hoc est totus eo. Cuius praeteritum est solitus sum. a quo insolitus pro insuetus. et insolens proprie eiusdem significationis. Terentius. Quid tu Athenas insolens? Aliquando tamen per metaphoram pro arroganti ponitur, hoc est eo, qui non solita agit, sed excedit legem humanam, et naturalem. Cicero. Nec erat uertendum, ne uera praedicans sese nimis uideatur, aut insolens, aut audax. Hinc insolentia pro arrogantia dicitur. et insolenter aduerbium, arroganter. Vt ceteri insolui pro insoluium usurparunt. Afranius. orbitem senectuti tuae malum metu, quod insoluium non uenit caeco, ac dementi. id est. ne ueniret, quod non agitur insoluium. a soleo fit compositum affoleo. Plinius. oppido sic affoleo. *OPES MISERAS*. Miseros diuites. opes enim pro epulentis posuit (ut mos est poetarum) Miseros autem ideo diuites uocat, quia continuo delatorum calumnijs infestabantur. *OP* dea est, quae Cali ex uesta filia fuit, et soror, ac coniux Saturni. Graeci Rheas uocant. hanc quidam putant terram esse, ab opere ita uocatum, ut supra diximus, quia ex operibus terrae, humanae uitae alimentum quaeratur, fructusque et fruges ex ea nascuntur. ab hac opes, hoc est diuitiae dicitur, quia diuitias omnes in agris esse, ueteres existimabant. Hinc locupletes dicebantur loci id est agri plenos. et pecunia ipsa a pecore appellabatur. et passua censo rii tabulis dicebantur omnia, ex quibus populus reddens haberet, quia diu hoc solum uelut fuerat. Multatio quoque non nisi ouium, bouumque impendio dicebatur. Maxima multa erat trium millium, et uiginti assuum, quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, et duabus ouibus quinquam multari. existimabaturque bos centissibus, ouis decussibus. Minima autem multa unius ouis erat. et ouis quando multa erat, masculino genere proferebatur. Varro. Quando citatur neque respondit, neque excusatus est, ego ei unum ouem multam dico. Multa poenam si significat, quod *OP* poenam uocant multam. Vt autem uero poenam multam dici existimat, quod olim singula ob peccatum exigebantur. ut ouis, aut bos. postea multa simul exigi coeperunt, et uinum, atque oleum addi. in hoc autem multa differt a poena, quod poena generali nomine dicitur omnium delictorum coertio, multa uero est specialis poena, cuius animaduersio pecuniaria est. poena autem (ut uelut in *OP* non ratio peccatiaria, sed capitis, et existimationis irrogari solet. Et multa quae ex arbitrio eius uenit, qui multa dicit. poena autem non irrogatur, nisi quae lege, uel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est, quum in multa ibi dicitur, ubi specialis poena non est imposita. ite multa is dicere potest, cui adiudicatio data est. Magistratus enim solos, et praesides prouinciarum posse multam dicere permissum est. Poenam autem unusquisque irrogare potest, cui huius criminis sive delicti executio competit. a multa fit multo uerbum, quod est punio, condemo. Vt ceteris tamen aliquando pro augere usurparunt, et uoti copotem reddo. Nouius et uobis quidem gratias ago, cum uotis me multatis meis. ab hoc multatio, hoc est condemnatio deriuatur. Multantia pecunia uocatur, quae ex multa papitur. Ex his apparet, quam ridicula sit opinio eorum, qui multa per scribi debere, et a mulgeo uerbo deriuari scripserunt. Est enim mulgere lac emam ex primere. unde



unde mulctra dicitur ipsa extractio lactis. Virg. Bis uenit ad  
mulctram, binos alit ubere factus. a quo mulctrale uas appel-  
latur, in quo lac colligitur. idem. i plebunt mulctralia uaccæ.  
item a mulgeo Caprimulgi dicti, quos Aristoteles a caprarum  
mammas Aegthelas uocat. Aues sunt grandiores, merula a-  
spectu, fures nocturni. interdum enim uisu carent, intrant pa-  
storum stabula, caprarumque uberibus aduolant ob suctum  
lactis, qua iniuria uber emoritur, caprisque ita mulctis oboritur  
cæcitas item emulgeo, quod significat sine labore tollo. Teren-  
t. Emulsi argento senē. Præterea a mulctus sit multitudo, quod si-  
gnificat frequentiam, ac copiam. Ci. Sed ut pontifices ueteres  
propter sacrorum multitudinem tres uiros epulones esse uolue-  
runt. et multifariam, ac multita idumenta, de quibus supra  
diximus. et multum, ac multo aduerbia. et multesima pars  
pro quantitate infinita. Lucal. Quam paruula pars, quæ mul-  
tesima consistet. et multitudus, multz uidens. et multipes, mul-  
torum pedum, ac uermis, de quo supra diximus. et multi-  
plex, inuolutus. narius. multas plicationes habens. et multi-  
plico. a quo multiplicatio. et multifacio. magni existimo. et  
multiuolus, qui multarum rerum desiderio tenetur. et mul-  
tiloquus, qui multa loquitur. et multifidus, multis modis fi-  
dens. multum, et satis hoc distans, quod multum infinitum est.  
satis finitum. uariis illud, hoc parcas, et se continentibus appli-  
candum est. Lucal. Nam si quod satis est homini, id satis esse po-  
tisset, hoc sat erat. Nunc cum hoc non est quid credimus por-  
ro diuitias ullas animum mihi ex plere potesse. Ludos præte-  
rea celebrantes Bibeos appellabant. Seruius Rex, ouium,  
bouumque effigie primum æs signauit, frugem aratro quæsi-  
tam si quis nocte depastus esset, aut se casset, puberi quidem ca-  
pitale erat, suspensusque Cereri grauius necabatur, quam ho-  
m. adio conuictus. in pubes prætoris arbitratu uerberabatur.  
ques sonuusque in stramentis erat. Dona amplissima impera-  
torum, ac forum auium erant, quantum quisquis uno die plu-  
rimum arauisset. cognomina hinc erant Pulummi, qui pulum  
in pistrinis inuenerunt. Pisones a pinendo. Fabij. Lenui. Ci-  
cerones, ut quisquis aliquod huiusmodi genus optime fereret.  
in sacris nihil religiosius consarrationis uocabulo erat, nouæ  
nuptæ firrem, de quo supra diximus, præferebant. A grū  
male colere censorum probum iudicabatur. Virum bonum  
non alium, quam qui bonus colonus esset, iudicabant. Cato.  
Maiores nostri uirum bonum cum laudabant, ita laudabant  
bonum agricolæ, bonumque colonum. amplissime laudari exi-  
stimbatur, qui ita laudabatur. Imperatorum manus colebat  
agror, et sancti se laureato uomere terra gaudebat. ferentem  
inuenit data dicitur a L. Quintum Cincinatum tria iuge-  
ra terre trans Tyberim, quæ postea præta quinta appella-  
ta, ore adhuc pulueris pleno, cum uiator uela corpus inquit,  
ut proferam senatus, populi que romani mandata. unde Serani  
cognomen adeptus est. Gloriam denique a farris honore adori-  
am ueteres appellauerunt. Ador enim farris genus est. Etor quom-  
dam ab edendo appellatum, uel quod adoratur, ut fiat tostum.  
ex hoc mola salsa in sacris fiebat. ideo ergo adoriæ gloriam  
uocabant, quod gloriosum eum putabant esse, qui farris copia  
abundaret. Id genus farris adorem quoque far nuncupatur.  
ab opibus opulentus dicitur diues, quasi diuitiarum plenus. a  
quo opulenta, quam ueteres etiā opulentitatem dixerunt. Plau.  
Quasi quæ eius opulentitatem reuereris. Cæc. timet, ne opu-  
lentia nostra sibi iniuriam faciam. Hinc etiam opuliscere  
pro ditescere accipiebant. Ennius. quo magis in tantis possunt  
opuliscere campis. Item opimus diues. pinguis. Unde opima  
spolia dicitur, quæ dux duci detrahit. Virg. Aut spolijs ego  
iam raptis laudabor opimis. et opime aduerbium abundan-

ter. et opiparum, magnarum opum. unde opiparum conui-  
uium dicimus. a quo opipare aduerbium abundanter. copio-  
se. ops quoque aliquando pro opibus a ueteribus usurpatur. a  
quo inops pauper dicitur. et inopia paupertas. aliquando ta-  
men inops, et inopiosus non ab opibus, sed ab ope deduci ui-  
dentur, significantque sine ope. Unde inopem animi. inopē cō-  
siliij dicimus, hoc est sine ope animi, sine ope consilij. Virg. Sæ-  
uit inops animi. Plau. Sæpe ego res multas tibi mandauit dubi-  
as egenas inopiosas consilij. Item ab ops opis dicta, hoc est auxi-  
lium. opem quippe ferre in rebus dubijs dicimus. Teren. In-  
no Lucana fer opem, serua me obsecro. ab hoc fit opitulor uer-  
bum, quod est adiutor, subuenio. Teren. Sin opitulor, huius mi-  
nas. ab eo opitulatio. et opitulor Iupiter. et opitulor. Item  
ab ope Opigena Iuno, quam matronæ colebāt, quod ferre eā  
opem in partu laborantibus credebant. et opifer, opem fe-  
rens. et oppidū, quod opis causa edificatur. Item ab ops Opa-  
lia dicta festa eius deæ, quæ eodē die, quo Saturnalia celebra-  
bantur, quoniā opē Saturni coniugem esse crediderunt. Rhea  
dicta est ἀπό τοῦ πέω fluo, quod terra affluens sit omnium  
rerū, eadem Cybele appellatur, uel a monte, atque oppido Phry-  
giæ Cybelo, ubi sacra eius primo instituta sunt, uel ἀπό τοῦ  
κύβαλον, quod et κύβαλον dicitur, atque instrumen-  
tum est, quo in sacris eius utebantur, propter quod aliquando  
per simplex. l. scribitur, corripiturque a poetis. Martia. hic Cy-  
beles iudæ illinc sacraria Vestæ. aliquando duplex. ll. et  
produciatur, ut apud Propertium, et Lucanum frequenter. et  
terra, quod dea sit telluris, propter quod curru uehi fingitur  
a poetis, quia terra pendet in aere, et rotis sustineri, quia ro-  
tatur, semperque uoluitur mundus, et curritam coronam gēsta-  
re in capite, quoniam terræ subditæ sunt urbes, in quibus tur-  
res esse manifestum est. et mater deum, quia omnia gēgnit. et  
mater alma, ab alendo. et mater Phrygia, a monte Phrygiæ,  
quem pluratuo numero Dindyma uocant. Vir. Ite per alta  
Dindyma. in eo sacra sibi per Corybantes instituit. a quo Din-  
dyne, et Dindymene a nonnullis uocatur. et Bercynthia  
a monte Phrygiæ, qui Βερκινυρβος appellatur. et Pales,  
quod sit pabulorum dea. unde eius festa parilia dicta sunt, qua  
si palilia (ut Varro sentit) ut alij, quoniā pro partu pecoris ea  
sacra fiebant parilibus conditam a Romulo urbem Romam  
fuisse manifestum est, quæ diem festum præcipue minores ha-  
buere. TRADUCTA EST GETULIS. Trās  
lata ad getulos, hoc est in Africam missa in exilium. Traduco  
ex trans, et duco compositum est, sicut traicio ex trans, et ia-  
cio. Ducto manifestæ significationis est, differtque a traho, quod  
duamus eum, qui sponte sequitur. Trahimus autem nolentem  
sequi. Seneca. Fata nolentem ducunt, nolentem trahunt. Virg.  
Ducatur infelix æuo confectus Aletes. Per metaphoram tamē  
duco aliquando accipitur pro auoco, et delectatione quadam  
demulceo. Ci. Dantque se ad ludendum, fabularumque audito-  
ne ducuntur. Aliquando pro ago, siue patior. Vir. Nate dea po-  
tes hoc sub casu ducere somnos? Nonnunquam pro educo, extra  
ho. Idem. Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem ibat,  
et auxilium ducto mucrone petebat. Nonnunquam pro exci-  
to. Cic. Quod si quem statuæ magno pere delectant, si quis ca-  
rum honore, aut gloria ducatur. Quandoque pro allicio. idē.  
postremo pretio, aut mercede ducuntur. est etiam quando pro  
erigo, atque extollo accipitur. Virg. Pars ducere muros, moliri que  
arcem. Et pro existimo. Apule. Ego sic animo duco mox me in-  
ter meos futurū. Et pro contraho, siue auerto. Martia. Qui du-  
cis multus, et nō legis ista libenter. A duco dux deriuatur, qui  
alios ducit. unde et ducem gregis dicimus, et ducē belli, qui  
etiam ductor appellatur, cuius foemininum est ductrix. Item



ducto frequentatiuum, cuius aliud frequentatiuum est ducti-  
to. veteres quoq; a ducendo dubenim dicebant, quem nunc do-  
minum dicimus. Item a ducendo ducatus pro ipso ducendi officio.  
Iustinus. Cum uarij; frustrationibus non sine risu deferretur,  
& honoratum in super ducatu aduersarium cernebat, iram in  
ipsum philippum uertit, ultionemq; quam ab aduersario non  
poterat, ab iniquo iudice exegit. & ductus pro ipsa ductione.  
Vnde aqueductus dicuntur deductiones aquarum. & du-  
ctile, quod facile ducitur, attenuaturq; vnde aes ductile appel-  
latur, quod malleis obsequitur, tenuaturq; i lammas, cuius co-  
trarium est aes caldarum, quod funditur tantum, & malleis  
fragile est. Composita quoq; a ducendo fiunt adduco, quod pro-  
prie est inuitum, & quasi renitentem ducio. Teren. Si illum pro-  
test, qui alicuius rei est, etiam eum ad nequitiam adducere. Po-  
nitur tamen aliquando pro suo simplici. idem. Adducimus tu-  
am Barchidem. aliquando pro cogno. Cic. Nullo imbri, nullo fri-  
gore adduci, ut capite aperto sit. Interdum pro contraho. Virg.  
Vbi ignea uenis omnibus arcta suis miseros adduxerat artus.  
Hinc adductam frontem irati, hoc est contractam dicimus. No-  
nunquam pro torqueo. roto. idem. Ipse ter adductas arcum at-  
put egit habenas. plerumq; etiam pro produco, extendo. Idem.  
Ocyus adducto torquens hastile laerto. Circa ducendo nota si-  
gnificationis. introduco, immitto, & intra aliquem locum du-  
co. item instruo doceo. a quo introductio appellatur instructio,  
doctrina. & ipsum (ut ita dicam) principium eruditionis, quam  
graeci *εισαγωγη*, hoc est isagogen uocant. Vnde Porphy-  
rius opus suum, quod de dialecticis principijs scripsit isagogen  
uocauit, quam obrem & isagogicon introductorium dicimus.  
Obduco modo tegeo. idem. Obducit pascha iunco. modo e con-  
trario detego, aperio. Luc. Vos interea lumen afferte, atq; au-  
lam obducite. Nonnumquam etiam facio. contraho. Plyn. Iam cal-  
lum obduxerat. perduco usq; ad finem ducio. Apule. Iamq; fa-  
miliam ad stabulum perduxerat. Abduco. aufero. abigo. Cur-  
tius. Armenium omne abductum. interdum tamen pro suo sim-  
plici accipitur. Li. Flauius supplementum ab Roma abduxer-  
at. Subduco, deduco. reduco, de quibus supra copiose disserui-  
mus. Educo extraho, quasi extra ducio. Virg. hoc dicens eduxit  
corpore telum. ponitur tamen aliquando pro erigo. idem. Aramq;  
se pulchri, cogere arboribus, caeloq; educere certant. aliquan-  
do pro nutrio, proueho, quod modo prima, modo tertia coniu-  
gationis est. Vnde liberorum educio, seu educatio dicitur. Te-  
ren. Eduxi a parvulo, habui. amaui pro meo. produco, modo  
extendo, & quasi longius ducio. Virg. Abnegat excisa uitam  
producere terra. Hinc producta syllaba dicitur longa. & pro-  
ductio elongatio. & producte aduerbium longe, modo pario  
instruo. facio. ut bona arbor bonos fructus producat. Teren. Se-  
ni animam primum extinguerem ipsi illi, qui illud produxit  
saelus. Aliquando pro prosequor usurpatur. Virg. Nec te tua si-  
nera mater produxi. Aliquando pro extraho, & foras ducio.  
Teren. Produxi, ac uendidi. induco, quod proprie est introdu-  
co. Plau. Induc eam in domum, & quid agat obserua protin-  
us. Aliquando tamen induco ponitur pro immitto, fingo. Ci.  
Hinc ille Giges inducitur a Platone. Aliquando pro persua-  
deo. Luc. Huius ego animum si induco, ut ab amore meretri-  
cis desistat. Nonnumquam etiam inducere est quibusdam ueluti  
fallacis decipere. idem. Miserrum senem sirenum cantu indu-  
ctum. Hinc Rhetores inductionem uocant argumenti genus,  
cum per interrogationem simulum cogimus aliquem aliquid  
fateri, ueluti manu in id, quod uolumus eum ducentes. Vt si fi-  
at interrogatio talis. Quod est pomum generosissimum, nonne  
quod optimum? concedetur. Qui equus generosissimus, nonne q  
optimus? & plura in eundem modum, tum id subiungitur, cu-

lus rei gratia rogatum e. Quid homo nonne is generosissimus,  
qui optimus? Fateri hoc illis concessis proculdubio oportebit.  
Quidam inductionem ita definiunt. inductio est oratio, quae  
rebus non dubijs capiat assensionem eius rei, quae instituta est.  
Alij inductionem dicunt esse orationem, p qua fit a particu-  
laribus ad uniuersalia progressus. Diduco. diuido. separo. Co-  
lu. Equitum, qd tripartito diducatur. Reduco, interdum retro ducio,  
ut superius diximus. Curti. Reductisq; in castra copijs corpo-  
ra curare iubet. interdum libero, & sine piculo recipio. Apule.  
10 Meq; oppido in arcem reduco. Hinc reduces dicuntur, qui picu-  
la euaserunt. Virg. Vt reduces illi ludunt stridentibus alis.  
Aliquando etiam reduco pro replico accipitur. a quo reductum, re-  
plicabilem dicimus. idem. inq; sinus scindit sese unda reductos.  
Seduco, quod proprie significat seorsum ducio. Accipitur tamen  
frequenter in mala partem, pro eo, qd est a recto ad uinum tra-  
ho. Vnde seductores dicuntur, qui ad uitia homines hortantur.  
Traduco, modo traicio, ut traductus i Africa copijs. Modo ad  
ulteriora ducio. Plau. Traducit adhuc lineam plusculu. aliquan-  
do trasfero, ut hoc loco. Traducta est Getulis, hoc est traslata  
ad gentes. Vnde etiam traducere librum ex una lingua in aliam  
qd dicitur, hoc est interpretari. ab hoc traduces dicuntur, qui ali-  
unde tracti, ac propagati sunt. Conduco, qd modo significat  
colligo. co grego. V arro. Mane suscitatur rostra, populi in foro  
conducit. Modo locum accipio. Ci. Vt saepe in nostra repu-  
demus mercede conduci. Hinc deriuatur conducho, sicut a loco  
locatio. interdum emo. Plau. Caedendum conduxi egallu. Aliquan-  
do conuerto. Luc. Et uirtute tua, & claris conducere chartis.  
Modo profum. Ci. Potest autem, qd reip. inutile sit, id nunquam  
conducere. idem. Facillima autem in ea repu. esse posse coor-  
di. in qua idem conducatur omnibus. Vnde conducibile dicimus  
30 utile. Plyn. Quo nihil comodius nihil rei, de qua agimus, con-  
ducibilis cogitari potuisset. GETVLIS. ad Getulos.  
hi Africae populi sunt. Africae initio Libyes habuerunt, deinde  
Afric, postea genti, postremo Mauri, & Numida. Mitti autem  
nocentes grauiore exilio in Africae solebant, aut in pontum,  
uel in insulas remotiores. mitiore uero Tybur, Praeneste, uel in  
i insulas Capanae. V el Getulis dixit, ut remotiore Africae par-  
tem, ac magis infesta nominaret. Africa una est ex tribus or-  
bis terrarum partibus. Quicquid terrarum iacet a freto ad Ta-  
nam Europa dicitur. Quicquid a freto ad Nilum Afri-  
ca. Vltra quicquid est Asia est. Africa ab orientis parte Nilo  
terminatur, a ceteris partibus cingitur mari. breuior est, quam  
Europa, & ubi flumen attingit latior, unde in iugis exurgens  
pugit incurua ad occasum, fastigatq; se molliter, & fit paulu-  
tim adductior. Vbi finitur angustissima est. quae uel i colitur fer-  
tilitate praestat, uerum maxima pars inculta est, & uel arenis ste-  
rilibus obducta, uel ob situ caeli deserta, uel multo, ac melefico  
genere animalium infesta. Mare, quo a septentrione cingitur, Li-  
bycum uocatur, a meridie aethiopicum, ab occidente atlanticum.  
50 Ea pars, quae Libyco adiacet, Cyrene dicitur a Cyrene urbe,  
qua ibi Battus Cyreni regis filius condidit, & a Cyrene uirgi-  
ne ita nominauit, quae Penei regis Arcadiae filia fuit, sicut  
poetae dicunt) Penei fluminis, quae ob formae praesentiam e Pe-  
lio monte Thessaliae rapta fuit ab Apolline, & in Libya di-  
citur, ex qua quatuor filios suscepit. Aristaeum. Nominum. Auctonem.  
& Argem. Proxima totius prouinciae nomine Africa dicitur,  
postea Numidia. deinde Mauritania. Sed Mauri in Atlanticu  
pelagus expositi sunt. Vltra eos sunt Troglodytae, & Cam-  
sij usq; ad Aethiopas. hi & reliqua huius, & totu latu, qd  
60 meridie spectat, usq; in Asiae confinia possident. At super ea,  
quae libyco mari abluuntur, sunt Libyes & Leucoaethiopes,  
& natio frequens, ac multiplex Getuli, quorum regio Getulia  
uocatur,



nonitur, quæ proximos habet Garantes, de quibus supra diximus. Genulus prius duas syllabas correptas habet. Qui-  
 Quid dubitas uinctam Getulo me tradere Hiarbæ. Sed ab  
 hoc fit Genulus adiectiuum, quod easdẽ syllabas productas  
 habet. Virg. & Getulæ urbes, genus insuperabile bello. Vir-  
 uera cui dederint getula in ualle lænæ. Iuuenæ. Cũ getula  
 ducẽ portaret belua luscũ. Hiarbas Iouis filius fuit ex Gara-  
 mæte nympha, & Getulorũ rex, quẽ Virgilius scribit i cõnu-  
 biũ petiisse Didonem. Libyã a græco dictam putat, uel a Li-  
 bya uxore Epaphi Iouis filij, uel quã pluuia egeat propter ni-  
 miã siccitatem, hoc est quã λιβη ὕδρ, hoc est desinit plue-  
 re. A Libya libyous deducitur unde libycũ mare. & libyes.  
 & libi uentus. & libanotis, de quibus diximus. & libyssa  
 libyca. Itẽ quãdo substãtium est, oppidũ Bithiniæ, in quo  
 Annibals tumulus fuit, & libyssa libyca. Virg. Et pelle libys-  
 sidis ursæ. & libyssa Martianus. Graui, ac libyssa ca-  
 lore exustus. a quo libyssa dictus est Apollo ab ijs, qui Pa-  
 chinũ Sicalie promontoriũ i colebant, quemadmodũ superius  
 differimus. Item libycus cãpus in agro argeo appellatus est,  
 quod in eo fruges ex Libya allatæ sunt. Quã ob causam &  
 Ceres ab Argis libyssa uocata est. Africa uero dicta est, quod  
 sine frigore sit. qpe græci πρῖον horrorem dicunt. Asia  
 autem ab Asia nympha Oceani, & Tethios filia Iapeti con-  
 iuge, siue ab Asia Cotyi filio (ut Lydi affirmant) est etiã Asia  
 palus quædam, sed tunc primã syllabam productam habet.  
 Virg. Iam uarias pelagus uolucres, & quæ Asia circum. Cum  
 uero prouiciam significat, correptam idem. Europa atq; Asia  
 pulsi. Europa a Nympha Europa nomen habet, Oceani simi-  
 liter, & Tethyos (ut quidam uolunt) filia, siue ab Europa filia  
 Agenoris, quã Iupiter sub specie Tauri rapuisse fertur, quam  
 uis alij a prædonibus rapta dicant, quorũ nauis Tauri effi-  
 gem habebat. GETULIS. Ad Getulos. Veteres da-  
 tium frequenter pro accusatiuo posuere. Teren. Interea mu-  
 lier quædam ab hinc triennium ex Andro cõm graui hu-  
 miciniæ. Titimi. Vbi Ambitioni uirtutem uideas antecedere.  
 Var. Tanta porro inuasit cupiditas honorũ plerisq; ut uel cœ-  
 lum rueret, modo magistratũ adipiscantur exoptet. NEC  
 CEPIT ARENA NOCENTES. Sensus est, non  
 sunt puniti delatores in amphitheatro, sed acti in exiliũ, in  
 quo præponit tempora Domitiani temporibus Titĩ. Nã Titus  
 quemadmodũ Sucto. refert, licet aliquando in asperrima insu-  
 larũ delatores miseret, frequentius tamen in foro flagellis, ac  
 fustibus caesos nouissime traducebat p amphitheatri arenam,  
 & aliquando subijci in seruos, ac uenire i perabat. Domitia-  
 nus uero, ut eã pestem omnino ex urbe tolleret, eos ad Getulos  
 usq; & Syrtiũ loca relegauit. ARENA. Amphithea-  
 trum. Contentum pro continente. Arena enim spargi amphi-  
 theatrum solebat, ne uel pugnantibus sædarentur cruore occi-  
 sũ uel cruor sparsus spectantibus esset horrori, præsertim in  
 gladiatorũ dimicatione, propter quod parata semper erat iuue-  
 num multitudo cũ scopis, qui arenam uerteret, cruoremq; ob-  
 tegerent. stulte quidam ætate nostrã p arenam putarunt thea-  
 trum intelligi, in quo nec beluarum, nec gladiatorum ludi ce-  
 lebrabantur. Sed stultius arenæ amphitheatralis causam lon-  
 ge aliam, quam nos diximus augurati sunt. Arena puluis est  
 minutissimus, aridus. ideoq; ab ariditate dictam nonnulli exi-  
 sumant, & sine aspiratione scribunt. Alij ab hærendo appel-  
 latam putant. & iacris addunt aspirationem, uel quod sibi  
 inuicem propter tenuitatem cohereret, uel & per eam cum cal-  
 cẽmstam, & cements inter se, & tectoria parietibus hæreãt,  
 hæc si grossior est, sabulum appellatur. a quo saburra dicta  
 arena imunda, qua naues onerari usq; ad certã mensurã quo

stabiliores sint, consueuerunt. Virg. & Cimbæ instabiles flu-  
 ctũ iactante saburra. Glarea uero minutissimos lapillos si-  
 gnificat, qui in flumiorum ripis, uel maris litoribus reperiun-  
 tur. Ab arena arenarius derinatur. unde Iupiter arenarius,  
 de quo supra diximus. item arenosus, sicut a sabulo sabulo-  
 sus. & a glarea glareosus. Plyn. Litus non arenosum, sed  
 Alga, & flumiorum sordibus plenum. item arenula diminu-  
 tiuum sicut a glarea glareola. Plau. Glareolam manu effin-  
 dens. Arena tria genera sunt. Fossitia, cui quartam partem  
 calcis addi i edificijs iustum est. siuuatilis. & marina cui ter-  
 tia pars addi debet. ab arena quoq; arenatum dicitur composi-  
 tio ex calce, & arena facta, sicut marmoratum ex marmore.  
 Plyn. In Græcia tectorijs etiã arenatum quod i ducturi sunt,  
 prius in mortario li gneis uestibus subigunt. idem. Experimẽ-  
 tum marmorati est in subigendo donec rutro non cohereret.  
 a sabulo quoq; sabuletum dicitur locus, in quo sabulum abundat.  
 CEPIT. Accipit. Capere enim proprie accipere  
 ẽ. Virg. Tu pater cape sacra manu, patriosq; penates. Per me-  
 thophoram tamen pro diuersitate rerum, cum quibus iungitur,  
 diuersa significat. Capere manu cõprehendere est, capere oca-  
 10 lĩ, uidere. capere auribus, audire. capere mente, intelligere. ca-  
 pere consilio, eligere. Teren. cum illum gnatum cepimus. Cicæ.  
 Ob eam credo causam, quod insit aliquid probi, quod capiãt  
 ignaros. Virg. Ante locum capies oculus. Capere, astũ, uel do-  
 lis decipere. idem. Capti q; dolis, lacrymisq; coactis. Capere,  
 numeribus, aut beneficijs propitiare. Lucil. Non bene pro me-  
 ritũ capitur, nec tangitur ira. Capere, cantu, aut uoluptate, dele-  
 ẽtare. Virg. Carmine quo capta. interdum etiam capere pro  
 facere metaphoricè usurpatur. Teren. Non si capti uos mihi scẽ-  
 30 am inimicos omnes homines. Et pro pati. idem. Dum abs te  
 absũ, omnes mihi fuere labores, quos cepi, leues. & pro acci-  
 pere temere. Virg. Cape saxa manu, cape robora pastor. &  
 pro continere. Apule. Cum id uasculum uix femina iam ca-  
 peret. a quo capax dicitur, quod continet aliquid. Cuius com-  
 paratiuum est capacius. & superlatiuum capacissimum. &  
 contrarium eius icapax. itẽ caput, quod i de (ut Varro inquit)  
 40 initiũ capiãt sensus, & nerui, de quo, & eius derinatus infẽ-  
 rius dicimus. & capulũ qe qd aliquã rem itra se capit. Vnde  
 id, quo morua effruntur, capulũ uocatur. Plaut. Perij miserã,  
 ut osculatur carnifex capuli decus. a quo capularis senex dici-  
 tur iam morti pro pinquis, & mox capulo effrendus. Capu-  
 lum etiã manubriũ ensis appellatur, sed hoc, qã manu capiã-  
 tur. Apule. Ensemq; capulo tenuis i fixit. & catinũ (ut Varro  
 ni placet) qd pulũ, & iurilenti qd capet. Et capunculũ uas fi-  
 ctile, non qd ansis capiãtur, sed qd capax sit. in eudẽ sensum  
 hoc uerbo usus est Teren. Dũ boni, qd turbæ est? Aedes nostræ  
 uix capient scio, hoc est uix sufficiant ad tantã turbã capiẽdã.  
 50 iterdũ etiã capere accipitur pro occipere, & suũ facere. Virg.  
 Certãtq; illudere capto. Varro. Quid hic uenator non cepit?  
 Cicero. Nauẽ quãdã pyratarũ præda omniã cepe, hinc capi  
 uirgo dicitur, qã apud ueteres pontificis maximi manu prehẽ-  
 sa ab eo parente, i cuius potestate erat, ueluti bello capta abdu-  
 cebatur. Hic etiã uincti captiui dicuntur, quod nõ sui iuris sint,  
 sed in potestate nostrã redacti. & captiuo uerbu, quo nonnulli  
 iuniores sunt usi. & captiuitas pro ipsa uedicatione. Quoniã  
 autẽ, qã ita capti sunt, non sunt amplius sui iuris, sed libertate  
 priuati sunt, ideo captos aliquando pro priuatos, siue i peditos  
 accipimus. Hinc mente capti dicuntur amentes, hoc est qã mentis  
 60 cõpotes nõ sunt. & capti oculis, qã officio oculorũ, hoc est uisu  
 priuati sunt. Virg. Aut oculis capti fodere cubiula talpæ. Et  
 pro amore accendere. unde capti amentes dicuntur. Lucilius.  
 At metuis porro, ne aspectu, & forma capiãre altera. Et pro



suscipere, siue id sponte, siue iuui faciamus. Vnde et pe dolore. et pe solitudine. et pe molestia. et pe uoluptate dicimus. i quo non dicitur est, quod hoc uerbu reciprocum quendam sensum habet, ut idem sit cepi uoluptatem, et cepit me uoluptas. Cicero. Magna cepi ex literis tuis uoluptatem. Quint. Nec me tanta capiebat uoluptas, quod fluentia caris mella corderem. No tamen in omnibus habet hunc usum. Capere consilium est deliberare. Cic. Cu autem consiliu hoc princeps cepisset. Capere ratione est modu iuenire. Plau. Rationem cepi, ut et amati obsequerem, et patrem no offenderem. A capio fit capso, qd significatprehendo. a quo capsa, qd res in ea recoditas capiat. Cuius diminutiuu est capsula. Pompeius tamen a graeco potius deducit hoc uocabulu putat. Graeci enim capsas nauibus appellant. A capsula fit capsarius, qd (si Vlpiano credimus) significat eu, qui mercedis gratia seruanda in balneis uestimenta suscipit. Item a capiendo capunculu uocatum uasis fictilis genus. Itē capto, cuius aliud frequentatiuu est capto. Verum haec non significat frequenter capio, sed blanditijs quibusda, et illecebris, obsequijs aliquid (ut ita dicam) uenior, ut hic obsequedo captat auram popularem. id est querit uenatur. Martia. Capto, tu u pudet heu, sed capto maxime coena. Tu captas alias, iam sumus ergo pares. Declarat hoc idem Martia. alibi, cu iquit. Laudantem seliu coena du retia tendit. hoc est enim coenam capere, laudationibus quibusdam, et blanditijs coena retia tendere, hoc est uenari. Hinc huiusmodi uenatores captatores dicuntur. et uenatio ipsa captatio. Cic. Captator ille popularis auras. Item captus substantiuum, hoc est deceptio, cuius diminutiuum est captiuicula, quae et captio dicitur. Aliqua do tamen capto pro capio accipitur. Martia. Si capere feras aucupis arte placet. Locus captus uocatur ad sacrificandu legitime constitutus. item captus perceptio. Seneca. Quod capiu quidem difficile e, sed facile memoria retinetur. Aliquando etiam captus pro delectatione accipitur. Cic. Non possum adducere suscipere e pecunia captum. Item a capio captiuu (ut Varroni placet) quod pectus capiat id est comprehendat, quamuis alij ob id potius appellatum putent, quod sit captus tegmen. Et captis poculi genus, cuius diminutiuum est capidula. et capula uas uinarium, quo ueteres utebantur, ansatum, quod facile capi posset. et calpar, quo nomine ueteres doliu significabant. Varro. Quia ante, quam nome doliu prolatum esset, id genus uasoru calpar diceretur. et capulum. a quo capularis, de quibus supra diximus. Et capso uerbum, qd proprie significat capio. Apule. Du simul illi et gratias agerem, et dona capesserem. Aliquando tamen ponitur pro perficio, i pleo. Virg. Mibi iussa capessere fas est. interdum pro imito. Plau. Quo magis te in altum capessas, aestus te in portu refert. Nonnunquam pro recipio. Idem. Nunc pergam heri i perium exequi, et me domu capessere. et caplu nodi genus in fine, quo indomita uumenta capiuntur. et capedo spatiosum aliquid, et alicuius rei capax. a quo inter capedo pro spatio, atq; intervallo, qd inter aliqua iterspositum est. item a capio nonnulli copiam dictam putant, quasi capiam, qd multa capiat. Est autem proprie copia facultas, potestus, ut faciam tibi copiam spectandi ludos. id est dabo tibi facultatem, uel faciam tibi potestatem. Nec fere apud oratores cum alio uerbo iungitur. Apud poetas uero etiam cu alijs uerbis, et praepue cum do. Virg. Postquam introgressi, et coram data copia fandi. Sine his autem duobus uerbis copia plerumq; pro abundantia accipitur. Vnde copiam orationis dicimus, quemadmodu ubertatem, copiam pecuniaru, copiam frumenti. in plurali uero pro eode significato quandoq; accipitur, ut noui copias tuas, et omnium rerum copias habeo. peculiariter tamen i plurali multitudinem copias appellamus, ut Copiae Pompeij.

Copiae Caesaris, pro quo multi nostri temporis Latinae linguae parum periti gentes usurpant, quemadmodum etiam copiam in singulari ponunt pro exemplari. Sed pro multitudine multum etiam in singulari aliquando reperitur. Pompeius ad Domitium, nec solus cum ista copia tentam multitudinem sustinere poteris. Idem. Etiam, atq; etiam hortor, ut cum omni copia quam primu ad me uenias. a copia copiosus deducitur, hoc est abundans, et copiarum castrense uerbum, hoc est copias cogere, quemadmodum lignari. pabulari. aquari. et copiose aduerbium, abundanter. ueteres copie pro copiosum dixerunt. Pacuuius. O multis modis uarie dubiu, et prospere copem diem. Plau. Atq; ego nunc, ut gloriosum faciam, et copio pectore. Hinc copona primo. deinde Caupona, taberna uinaria propter copiam rerum, quae ibi uenduntur. Item mulier ipsa, quae tabernae praest, sicut copo, et caupo ipse tabernarius. Vlpia. Caupones, et stabularios a quae eos accipimus, qui cauponam uel stabulu exercent, institutores uel eorum. ceterum siq; opera mediastini singunt, non continentur hoc nomine. A caupone fit cauponor uerbu, qd est lucri causa, quasi ad cauponem uendito. Ennius. No cauponantes bellu sed belligerantes. Ferro non auro uitam cernamus utriq; item cauponaria, ars cauponandi, sicut coquina, ars coquendi item a capio copositi sunt capto, qd a capio Vlpia. ita distinguit, ut capere sit, quando cum effectu accipitur. Accipere uero, si quis non sic accipit, ut habeat. ideoq; no uideri quempiam capere, quod sit restitutorius. Paulus tamen iuriscon. etiam eum cepisse existimat, qui alteri acquisit. accipere etiam aliquando pro audire usurpat. Virg. Accipe nunc Danaum insidias, et crimine ab uno disce omnes. Ci. Accipe nunc aliud uis ficanus nobile. et pro sentire. Apule. Negtuitus accipis, ut res se habet. et pro tractare, accipitq; et in bona, et in malam partem. Cic. Rogo ipsum, quemadmodu ego eum Arimini accipi. Terent. Ego abs te miseru sum accipis modis. et pro conuerti. idem. Accipit homo nemo melius profusus, atq; prolixius. Aliquando etiam pro decepte. Luc. Sic inquam ueteratorem illum ueterem lupu Annibalem accipiu. Quid sit accipere conditionem. accipere fidem. accipium ferre. et acceptilatio, supra demonstraui. ueteres accipso pro acciperim usurparunt. Pacuuius. haud sinam quicquam profari, priusquam accipso, quod peto. ab accipio accipitem quidam deductum putant, ab accipiendis malo modo alijs auribus. est enim auium rapax. plura eorum genera. Circo. claudum alatro pede nominant, Triorchon a numero testiu Romanu huc butonem appellant a saloa graeci uocant, qui solus omni tempore apparet. ceteri hyeme abeunt. Nocturnus accipitur cymindis uocatur, rarus etiam i syluis, de hoc Aristo. sic scribit. chalcis raro apparet, montes incolit, atro colore est magnitudine accipitris, quem palumbarium nominant, forma longi, ac tenui. Iones cymindim appellant, cuius Homerus etiam munit, cum inquit, chalcada diu perhibent homines dixere cymindim. Haec hybris est quam alij non alia esse, quam ptyogen uolunt, die minus apparet, quae no clare uidet, sed nocte uenatur more aquilae, pugnat etiam cu agra adeo acriter, ut sepius ambae i plexae deferantur in terra, et uiuae a pastoribus accipiantur. i Thraciae parte super amphipolim homines, atq; accipitris societate quadam aucupantur. hi ex syluis, et arundinetrextant auers illi superuolutes deprimunt. Rursum captas aucupes cu accipitribus diuidunt. Ii enim missas in sublime accipiunt unguibus. nec desunt qui accipenserem piscem ab accipienda deriuat existiment, qd frequens mensis accipiat. a quibusda dicitur Elops pisciu apud antiquos nobilissimus habitus, unius omnium squamis ad os uersis. Ci. Na cum esset apud se ad lauernium Scipio, unaq; Pontius, allatus est forte Scipioni accipenser, qui



penser, qui admodum raro capitur, sed est piscis (ut ferunt) i  
 primis nobilis. cum autem Scapio unum, & alterum ex ijs, q  
 eu saluatum uenerant, inuississet, pluribusq; etiam iuitaturus  
 uideretur, in aurem Pontius. Scapio inquit uide quid agas. Ac  
 capser iste pauorum hominum est. Martia. ad palatnas. Ac  
 capsera mittit mensas, Ambrosias ornant munera rara da-  
 pes. ite ab accipio praecipio. a quo praecipio deducitur. Est  
 enim praecipio figura, quae & praesumptio a nostris dicitur,  
 a graecis prolepsis, cum poeta aliquid praecipit, ad eaq;  
 subsequitur qualitatem, ut Virgilius, Cum dicit panchaia  
 tellurem stensisse Eurydice Orphei uxorem, quae cu Aristaeu  
 Apollinis filiu, a quo amabatur, a serpente calatneo lesa oc-  
 cuberat, dixit panchaia Rhefi, quae scilicet ille longe Post Or-  
 pheim tenuit, fuit & alia Eurydice Climeni filia, uxor Nesto-  
 ris, ex qua septem filior, & filia una suscepit. Aristaeus e Cy-  
 rene filia Penei Arcadiae regis ab Apolline genitus est. Hic pri-  
 mus apiu, ac mellis usum, coagulum lactis, & alia multa iue-  
 nit. accipio quod significat incipio. Terentius. Siquid narrare  
 occipi. Nec mihi probabile uidetur, quod Donatus scribit, occi-  
 pere ab occipite deductum, qd sit quasi rei caput institueret. ue-  
 teres quoq; occipio usurparunt pro incepero. Plau. Ni ego illi  
 puteo, si occipio, animam omnem itertraxero. occipio etia ex ob,  
 & capio coponitur. est autem occipare ui aliqd capere. Livi-  
 us. Na & ijsis uocantibus urbe hanc accipi, no occipui. pro-  
 prie tamen occipare est, qd in comune positu erat ante cete-  
 ros capere. Quint. Multa nihilo minus, quae libera fuerant,  
 tra seut in ius occipantia, sicut uenatio uacupatio. Hinc occi-  
 patitus ager dicitur, q desertus a cultoribus proprijs ab alijs  
 occupatur. & occupatus homo, q ante negotio aliquo detentus  
 no potest alteri operari dare. Cice. Nemo me conuenire uoluit, cui  
 esse occupatus, hoc est, cui me excusare, qd qbusda alijs nego-  
 tijs esse praesentis. Hinc occupatio uocata, cu necessaria rei,  
 & cui ante omnia dare operari debemus, cum diligentia uaca-  
 mus. Ab occipio fit copositu praecipio eiusdem significationis.  
 a quo praecipio, siue occupatio apud rhetores schema  
 quoddam, cu aliqd nos reticere dicimus, & tamen tacit u intelli-  
 gitur, qd sit uel cu rem nota esse putamus auditoribus, uel cu  
 suspicionem excitare maiorem reticendo possumus. a graecis pa-  
 rasiopesis uocatur. Quale est illud, in praesentia iudices inuis-  
 su populi quae i probissime gesserit reticabo. De falsis eius lite-  
 ris, quas ad senatum miserit, nihil dicam, qd illi sepe iterminati-  
 sitis, omittam. Na & haec uobis nota sunt, & quae nouissime  
 multo idigniora com sit, quae primu cognoscenda. Item illud,  
 cogis me iniuriae tuae causam proferre, nihil agis, no dicam, sed  
 ipsum tempus ea patefaciet. item a capio papio, qd est intelli-  
 go. sentio. A quo papatio & decapio. deludo. de fraudo. a quo  
 decapio. & decapula, qd genus laquei est ad decapiendas, ac ca-  
 piendas feras. item excapio, qd interdum pro suscipio capitur.  
 Virg. Heu qd te casus deiecit, coiuuge tanto excapit interdum pro  
 separo. seiuuo. idem. Clypeu, cristatq; rubentis excapit for-  
 ti. Aliquando pro colligo. Martia. Ventrus onus misero, nec te  
 pudet, excapit auro. Item pro caelo, abscondo. Plau. Neq; par-  
 tem tibi ab eo idipiscer, neq; suem excapies. Nonnunquam pro  
 capto, id est a quo. Ci. Quaedam dari ad praestandos animos homi-  
 num, & ad excapiendas eoru uoluntates. Quandoq; pro sub-  
 sequor uerba loquentis. Virg. Tum sic excapit regia Iuno. Est  
 etiam quando pro arcuuenio, & dolo capto reperitur. idem.  
 Non ego te uidi Daemonis pessime capru excapere insidijs. &  
 alibi. Sacleru fierij; agnatus Horestes Excapit incautu. Hic ex-  
 apula deriuatur, sicut a decapio decapula. Est autem septu ex  
 harundinibus contextis ad capiendos pisces. Plyn. Hyemato  
 lacu fluctibus glomeratae uoluntur anguille, in tantu mira

bili multitudine, ut in excipulis eius fluminis ob hoc ipsum fa-  
 bricatis singuloru nullu globi reperiantur. Item excapio. &  
 excipuum, qd excapitur sicut praecipuum, qd ante capitur. ex-  
 ceptionem appellat Vlpianus, quasi quandam exclusionem,  
 quae iterponi actioni cuiuslibet rei solet ad excludendu id, qd  
 in intentionem, condemnationem uel deductu est. replicationes  
 nihil aliud sunt, quam exceptiones, & a parte actoris ueniunt,  
 quae qdem ideo necessariae sunt, ut exceptiones excludat. sem-  
 per enim replicatio iactura obijatur, ut exceptionem oppugnet.  
 illud tenendu est omnem exceptionem, uel replicatione exclu-  
 soria esse. exceptio actorem excludit. replicatio reu. Item a ca-  
 pio anticipo, hoc est praenitio. praecipio. a quo anticipatio.  
 & Interapio, qd est aliquo iter aliqd agendu or capio. aliquo  
 do etia capio. Et praecipio, qd modo significat, ante uideo. Vir-  
 gi. Omnia praecipit, atq; animo mecu ante peregi. praecipit, hoc  
 est ante uidi. modo praenitio. idem. Exultatq; animis & spe-  
 iam praecipit hostem. A quo praecipiu, de quo diximus. &  
 aduerbium praecipue, quasi ante omnia, siue praesentis omni-  
 bus. Aliquado iubeo. unde praecipit pro iussis accipimus. id  
 10 Ipsi numerumq; modumq; carinis praecipiat. Aliquando mo-  
 nere, instruere. idem. Nanq; ita discedens praecipit optumus  
 armis Aeneas. Hinc artium magistri praecipitores appellatur.  
 & placita eorum praecipit, & praecipiones dicuntur. Virgi-  
 lius praecipit pro responsis posuit. Nam sine ui no ulla dabit  
 praecipit. & Reapio. qd modo significat admitto, accipio. Ci-  
 cero. Quenda suadentem, ut in urbe manerent, Xerxesq; re-  
 ciperent, lapidibus obruerunt. Martia. Tu magnus, qd das,  
 imo ego, qd recipis. modo reuoco. Cice. Qui cum ad diem se re-  
 cepissent, admiratus eorum fidem Tyrannus. Vir. Sic ore effra-  
 ta recepit ad sese. Aliquando promitto, quam significationem  
 graeci usurpant. Ceanna ad Ciceronem. Sed tamen ego filio di-  
 xerit librum legret. & ea conditione daret, si reciperes te cor-  
 rectorum. Nonnunquam in tutum reduco, libero. Virg. Frugesq;  
 receptas. idem. Medioq; ex hoste recepi. Hinc receptus, redu-  
 ctio. & receptui tenere dicimus, cum tuba exeratus e praelio  
 reuocatur. & receptaculum uocatur locus, in quem se tuto reci-  
 piunt. Ci. Omnium bonarum artium receptaculum. Et recepe-  
 re feruum Vlpianus esse dicit refugium abscondendi causa ser-  
 uo praestare, uel in suo agro, uel in alieno loco, edificio uel, qd  
 40 receptu dare siue receptu praestare uulgo hodie dicitur. Quae  
 doq; etiam pro prosterno accipitur. Vir. Totum cui cominus en-  
 sem Condidit assurgenti, & multa morte recepit. Sed mihi ma-  
 gis placet recepit, hoc loco pro accipit exponere, ut ita sit dictu  
 recepit multa morte, sicut dicimus accipit crudeliter, accipit  
 malis modis. Est etiam quando recipio pro excipio usurpatur.  
 Plau. ubi nunc adolescens habet posticum, hoc recepit, cum  
 aedes uenderet. recepit inqt hoc excipit. Hinc receptus ser-  
 uus appellatus est, nuptae mulieris proprius, quem scilicet cu  
 dotem marito daret, sibi reseruauit. Quoties enim mulier in-  
 50 danda uiro dote aliqua ex suis bonis retinet, neq; ad uiru tras  
 mittit, recipere ea dicitur, quemadmodu in uenditionibus fit,  
 cum quid uenditor sibi reseruauit. Seruus ergo receptus mulie-  
 ris proprius, quem cum reliqua pecunia recepit, hoc est non de-  
 dit dote, sed retinuit. A recipio recipero deriuatur, hoc est re-  
 amissam rursum acquirere. Recuperata a ueteribus dicebatur,  
 cum inter ciuitates peregrinas lex conuenit, ut res priuatae red-  
 dantur singulis, recuperenturq;. Receptus mons dicitur, quem  
 sua sponte ciuitas, cum alienus esset, asciauit. Item a capio, inca-  
 pio, quod est inchoo. auspicor, quamuis inchoo aliquando pro  
 perficio accipitur. Virg. Tum Stygio regi nocturnas inchoat  
 aras. Ab inchoo fit inceper. inceptrix. inceptum. quod & ca-  
 60 ptum dicitur, hoc est initium. Ab inchoo inchoator. inchoatrix.



inchoamen. inchoatio. item a capio suscipio, quod interdum pro accipio ponitur, et tam ad animum, quam ad corpus refertur, ut suscepi onus. suscepi dolorem. suscepi uoluptatem. interdum pro gigno. Plautus. Qui geminos ex ancilla suscepi liberos. item concipio, quod proprie significat apprehendo. unde concipere mulieres dicuntur, cum genitale semen apprehenditur ad foetum faciendum. et herbae concipere, cum coalescunt. et coeptus factus, dum genitura coaluit. et conceptio ipsa apprehensio. Item conceptio apud grammaticos schema, cui unum genus concipit, hoc est simul apprehendit aliud genus, uel una persona aliam personam. Aliquando tamen concipio significat desino. delibero. Seneca. Iandudum animo conceperat quod esset acturus. unde conceptum dicimus praedestinatum. Virgilius. Aut tu bella cie, conceptumque ex crite foedus. hinc concepti uae feriae a ueteribus dicebantur, quae certis diebus obseruabantur quotannis, ut sementinae, et compitalitiae. Quandoque etiam concipio pro comprehendendo, et contineo accipitur. Quintilianus. Nec tantum concipere animo salus potui. Hinc conceptus mentis dicuntur, quae comprehendimus, et imaginamur. et apud geometras communes animi conceptiones uocantur, quae omnes tanquam uera, et indubitata profitentur, ut omne totum maius est sua parte, et si ab aequalibus aequalia demas, quae remanent inter se aequalia sunt, et cetera huiusmodi. Concepticulum etiam dicitur, quod aliquid continet, atque comprehendit, ut uena est concepticulum sanguinis, hoc est in qua sanguis continetur. item a capio usucapio componitur, de quo superius copiose differuimus. Ab eodem etiam deducitur Caepio, quo ueteres utebantur pro incipio. Cato. Caepiam se ditiosa uerba loquitur. Nunc praeteritum tantum eius uerbi est in usu caepi, cum suis derivatiuis caeperam. caepissem. caepero. caepisse. caepium ire, et caepitum caepiti. hoc est principium. Ouidius. Diu caepit, nam uos nutritis et illas. Aspirate meus. Item auceps, et aucupium, de quibus supra diximus, ab auibus capiendis. et aucupor uerbum. et aucupator. Item forcaps, de quo inferius dicimus, quod forum caput. Item irapes (ut quidam putant) genus rastorum ferreorum, quod plures habet dentes, ad extirpandas herbas in agris. Iracus uero genus est sarcaminis. Iracundi generis, et indeclinabile uolam significat, hoc est manus concuuitatem, et pro ipsa manu accipitur. NOCENTES. Delatores. Nocentes enim proprie dicuntur, qui iniuriam, aut maleficium commiserunt, a noceo uerbo, quod est obsum. et a maleficio non abstineo. Unde e contrario innocentes dicuntur, qui ab omni iniuria, et maleficio abstinent, et innocentia ire gratus est. Sallustius. Vbi quae Metellus agebat, ex nuntiis accipit, simul et de innocentia sua certior Roma factus, diffidere, at tum demum ueram ditionem facere conatus est. Ab hoc fit aduerbium innocenter. Dicimus etiam innocuum. et innocue. Sed hoc aliquando actiue pro innocente accipitur, Virg. Littusque rogamus innocuum. idem. Sic grandine tecta innocuo pousa sonant. Aliquando passiuè pro eo, cui non nocetur. idem. Et sedere atrinae. Omnes innocuae, hoc est sine detrimento. A noceo etiam noxius derivatur pro nocente. et innoxius pro innocente. et noxia pro culpa, quod uir alioquin doctissimus Valla Festum Pompeium hoc asserentem reprehendens negauit reperiri. Non legerat opinor Plautum, aliosque antiquos multis in locis, hoc uocabulum in eum sensum usurpantes. Plautus. in mercatore, nihil magis manifesto teneo innoxia es. Quia noxia idem in eodem uacuum esse istate aetate hic dicebat noxijs. et noxa, quod modo similiter culpam significat. Virg. Vnius ob noxam, et furias Aiacis Oilei. Modo poenam. unde noxae dedere dicimus aliquem propter noxam, hoc est culpam poenae tradere. est autem hoc ge-

nus poenae, uel seruorum, uel brutorum, cum domini malunt haec ad poenam tradere, quam multam soluere pro maleficio, quod admissum. unde noxales actiones (ut Paulus inquit) appellantur, quae non ex contractu, sed ex noxa, atque maleficio seruorum aduersus nos instituantur, quarum actionum usus, et potestas est, ut si damnati fuerimus, liceat nobis de ditione ipsius corporis, quod deliquerit euitare litis aestimationem, dādo scilicet corpus uiuum. Quintilia. Alebat deuonum corpus grauior omni fama sagina, et inter dedita noxae mancipia, contempitissimus tyro gladiator, ut nouissime perderem calamitatis meae innocentiam, discebam quondam scelus. Ouidius. Verba fides sequitur, noxae tibi dedimus hostis. Spargitur effuso cornua Bacche mero. Hinc obnoxius fit qui proprie est aliqui ob noxam datus, siue is, qui noxae datus est. Sed quoniam qui noxae datur, in eius potestate est, cui datur, fit ut aliquando obnoxius pro obligato ponatur. Plautus. Adeo ut aetate ambo ambobus nobis sine obnoxij, nostro deuincti beneficio. Virg. inuat arua uidere non rastris hominum, nonnulli obnoxia cura, hoc est arua, quae non egent rastris, nec cura hominum, propter quae deuincta, ac obligata illis esse uideantur. Aliquando pro obediēte, atque morigero. Sallustius. Minari etiam ferro, nisi sibi obnoxia foret, hoc est nisi pareret. nisi morem gereret. Nonnunquam tamen non a noxa, sed a noxijs hoc uocabulum deducitur, et idem si significat, quod suum simplex. unde obnoxius, et innoxius sunt contraria. Ennius. Sed uirum uera uirgine uiuere animatum adiecit fortiter, cumque innoxium uocare aduersus aduersarios. Ea libertas est, qui peccatum purum, et firmum gestat. Aliae res obnoxiae nocte in obscura latent. Quandoque obnoxium pro obscurum ponitur, et tunc non a noxa, uel noxijs, sed a noxa deducitur, factique aduerbium obnoxie. Plautus. Nunc ego hercle perij plane no obnoxie. Hic enim plane, et obnoxie contraria sunt. Aliquando etiam noxa pro damno accipitur. Suetonius. Spurnamque irridens, et ut falsum arguens, quod sine ulla sua noxa Idus martiae adessent. Ouidius. Nocte nocent potae, sine noxa luce bibuntur. Noxitude apud ueteres pro noxa in usu fit. A noceo etiam nux dicitur, quod dentibus, dum frangitur, nocet, ut multi sentiunt, ut nos existimamus, a nucis in glandis noxamento, uel quod satis nocet. Ouidius. Quoniam facta ledere credor, Cuius in extremo margine fundus habet. Vel imitatione graecorum, qui eam κούπος uocant a gra uedine capitis κούπη enim caput significat. Constat sane arborum ipsarum, foliorumque uireis in cerebrum penetrare. Nuclei quoque eius perniciosi sunt. stomacho inuitiles. difficiles contactu. dolorem capitis inferentes. Inuentibus minima. solo tenasmo apti, quia trahunt pituitum. Putamen nucae combustum, tritumque in oleo, aut uino infantium capite peruncto nutrit capillum. in serinjs Mithridatis maximi regis deuicti Cn. Pompeius inuenit manu illius scriptam in peculiari commentario compositionem antidoti, e duabus nucae sicis, totidem sicis, et rutae folijs uiginti simul tritis, addito salis grano, quam qui ieiunus sumpsit, nullum uenenum ei illo die nociturum. iuglandem magno errore haecenus putauerunt auellanam esse, sed nos huc errorem, ut pleurosque alios susculimus. iuglās ea est, quae communi nomine nucem appellamus. nam nucis nomen omnibus commune est, quae duo operimento teguntur, ut sunt castanea, amygdala, auellana. et similia. Virg. Castaneasque nucis, mea quas Amyrillus amabat. Macro. Nucis a malis ita distinguit, ut nucis sint omne pomum, quod foris duro tegitur, et itus habet quod est sui est. Malum uero quod foris habet, quod esui est, et durum inuis includit. Sed hoc falsum esse manifeste deprehenditur in malis punicis, quae



nucis, quæ foris dura sunt, & quod esui est intra se continens, nec tamen mala esse ab aliquo negantur. Quis præterea ficius mala esse affirmet? & tamen foris habent, quod esui est, & quod durum est intus includunt. Seruius hæc aliter distinguit nucis: inquit generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore, ut sunt auellane, amygdale, iuglandes, castaneæ. Poma uero e contrario omnia molliora. Sed hoc quoque falsum esse manifestum est, cum etiam ea, quæ corticem duriorum habent, poma dicantur. Martialis de pinis: Poma sumus Cybeler, procul hinc discede uiator, Ne cadat in miserum nostram ruina caput. Et Cato prænestinas nucis poma appellat. idemque facit Varro, Columella. Plinius alijque permulti. Dicendum igitur poma generale omnium fructuum, quæ ex arboribus esui apta proueniunt nomen esse, siue mollium, siue durorum. Nucis ea duntaxat poma uocant, quæ duro operimento teguntur. Mala autem non quodcumque pomi genus tenuioris, atque carnosæ, sed ea tantum dicit, quæ sui nominis arboribus producuntur, id est, quas malos uocamus, quem admodum pira, quæ pirus producit, hoc modo mala citrea, siue medea dicimus: mala cotonea, mala punica, & quæ uulgo generali uocabulo appellantur mala, de quorum generibus inferius dicemus. Quod si aliquando persica quoque mala uocari animaduertimus, improprie hoc fieri constat, nec quia ex malorum genere sint, cum nucleum habeant, sed quia inferi malis ceperunt genitricis sibi nomen assumptum: inter nucis autem primum locum obtinet iuglans, quæ & per excellentiam nux appellatur. Hanc nonnulli à iugando, & glande appellatam putant. Alij quasi Iouis glandem existimant uocatum, quod hæc arbor nucis habeat sua uiori sapore, quàm iuglandes. Vnde Cloacius uerus iuglandem primo uocatum scribit, quasi *σῆς βλάκωρ*. Postea detractio primæ litteræ iuglandem. Constat sane præstis illis temporibus ante, quàm mortalium genus ad delicias sese, luxuriamque conuerteret, maximo in honore glandem fuisse, ut quæ sola simpliciter, atque innocua præbebat alimenta. Quapropter cum hunc, de quo loquimur, fructum ueteres illi egregium existimarent, decorare eum digna appellatione uolentes, iuglandem, quasi Iouis abum nuncupauerunt. Nullum præterea nunc genus est, quod huic uel magnitudine, uel pulchritudine præstet, quamuis enim pineis uniuersitate minores sint, nucleum tamen portione sunt multo ampliores, hinc uarijs in ludis celebrantur. & nuptialium fesceniorum comites esse apud ueteres solebant. Cuius rei causam nonnulli putauerunt esse, quod adendo tripudium, ac sonum facerent, sed illa uerior est, quod genuo operimento proteguntur, puluati primum ciliis, mox lignei putaminis, tum leui corticula, lignea nucleum intercurrente membrana. Quoniam enim tot modis munim factum habebant, merito nuptijs religiofas esse uoluerunt. Græci hanc nucem ob excellentiam Basilicam appellant. Plinius. Et iuglandes e perside à regibus translatae indicio sunt græcæ nomina. Optima earum genera sunt, quæ persica, atque basilica uocant. Persica quidem intantum augentur, ut putamen rumpant, ideoque moluscæ nucis à putaminis mollicie uocantur. Ridiculus est Macrobij error, qui nucem moluscam esse Persicam scribit, motus autoritate poetæ, quem adducit, ita scribens, Adde persicæ, quod nomen sic denique fertur. Moluscæ hæc nux est, nequis forte inscius erret. Neque animaduertit poetam non de persico pomo teneriori scribere, sed de nucis persicæ, quandoquidem horiulanum describit facientem morem, in quo non poma tenera, atque carnosæ, quæ persica uocantur, sed persicæ nucis poni solent. Taceo quod Plinius, ceterique auctores de naturis rerum scribentes, postquam de

persicis scripsere, sermonem de nucibus facientes, Moluscam inter eas numerant. Putamen præ magnitudine nuclei rompentis, easque persicæ nucis appellari affirmant. Est & aliud nucis iuglandis genus, quæ Tarentina dicitur, fragili putamine, & ita mollis, ut uix attrita frangatur. unde quidam Tarentum appellatum putant, quod nucis iuglandes, & pineas molles habeat, ac similiter oues. Tarentum autem Sabini uocant molle, Ad quod alludens Horatius scripsit. Et molle Tarentum. A iuglande iuglam ueteres dixerunt stellam, quæ alio nomine appellatur orion, quod amplior sit cæteris, quasi nux iuglans. Secundum inter nucis locum obtinet Pineæ, exilis nucleos habens, quamuis totius corporis magnitudine alias superet. Est genus earum, quod tarentinum uocatur, putamen habens fragile digitis, & auium ferto semper expositum. Hæc syluestris pinus dicitur, ad differentiam alterius, quæ uocatur urbana. Est & tertium genus, quæ pinus picea uocatur, quod pice potius, quàm pino similis sit, itaque etiam apinam uocant, quasi minime pinum. Nucleum autem uerius, quàm putamen adeo mollem habet, ut simul mandantur. Nucis quoque eius apinæ à ueteribus nominabantur. Apina etiam, triasque duo Appulia oppida fuerunt, quæ rex Dionedes euerit, tanta ignominia, ut in prouerbijs ludibrium transierint. Quoties enim rem uilem, & nullius pretij ostendere uolumus, apinas, & trias nominamus. Martialis. Quæcumque lusi iuuenis, & puer quondam apinasque nostras, quas nec ipse iam noui idem sunt apinæ, triasque, & siquid uilius istis. Trigam uero antiqui humum uocabant & trigare stringere, à quo obtrigare, iureiurando asstringere. Quartum quoque genus pinastrum appellant. Tertio loco numerantur auellane, quas antea abellinas patrio nomine constat uocatas, ab Abellino campaniæ oppido, ubi abundant. Nam proprium arboris nomen est corylus, à quo colurna opera dicuntur ex corylo arbore facta. Eadem & prænestina dicuntur, quod ijs prænestini abundant, & pontica, quod in Asiam, Græciamque primo è ponto uenere. quidam per diminutionem nuculas prænestinas dictas existimant, uel quod exiguae sint, uel quod inclusi olim à Ponijs prænestini famem nucibus tolerauerunt. Dehinc sequitur amygdala nucleum habens dissimilem latitudine. Hæc & nux græca uocatur, & thasia à Thaso insula Thraciæ, olim Etria dicta, cuius populi Thasijs uocantur. Postea nux castaneæ armatae echinato calice, quæ et heraciotica uocatur. Varia eius genera sunt. Quædam triangulari forma in aqua nascuntur. Nigræ, quæ magis in usu sunt, coctiæ dicuntur. patria laudatissima castaneorum Tarentum, & in campania Neapolis. A nucis nucleus deriuatur, quod tenerum in nucis includitur. Plautus. Qui e nucis nucleos esse uult, frangat nucem. A quo fit enucleo uerbum, quod proprie est aperio, & nucleum extraho. Per metaphoram uero accipitur pro declaro, ex plano, à quo enucleate aduerbum, hoc est aperte manifeste. & enucleatio declaratio. Item à noceo nox deducitur, quæ est umbra terræ, quod noceat oculis. Quæuis aliqui à græco deductum malunt, quod est *νύξ*. à quo Nyctilicus dictus est Bacchus, quæ eius sacra noctu celebrantur, & Nyctimene puella, quæ, quoniam cum patre concubuerat, facinus reo gnoscens in syluam aufugit, & in noctuam conuersa lucem odit, nocte tantum uoluitans, à græcis *νύξ* appellatur. Quæ auis quoniam Athenis maxime abundat, factum est prouerbijs *νύξ* *αἰς ἀθῆνας*, hoc est noctuam Athenas, de ijs quæ uel inuiti le meratur, uel exercent, uel laborat in aliqua re inuiti, aut ea uerbis exaggerat, quæ notissima sunt audiendi. Itē aliud simile prouerbijs *νύξ* *αἰς ἀθῆνας*, hoc est noctuæ ouis, & ny-



Et corax alia avis noctu similiter volans, quae nocturnus cor-  
 nus iterpretatur. A nocte nocturnus derivatur, sicut a die diur-  
 nus. Claudianus. Omnia, quae sensu uoluntur, uota diurno  
 Tempore nocturno reddit amica quietes. Et noctu, quando est  
 aduerbium, quod significat per noctem, sicut interdiu per di-  
 em, quod etiam interdiu dicitur. Plau. Sic interdiu cum corol-  
 la ebrium incedere. Et pernox, qui tota nocte aliquid agen-  
 do perseverat, sicut perdius, qui tota die. Gellius. Stare solitus  
 Socrates dicitur pertinaci statu perdius, atque pernox a sum-  
 mo lucis ortu ad solem alterum orientem inconnuens, immobi-  
 lis, isdem in uestigijs, et ore, atque oculis eodem in locum di-  
 rectis, cogitabundus, tanquam quodam successu mentis, atque  
 animi factio a corpore. Seneca. Id perdius, pernoxque agebat. Li-  
 uius, Praelium ante lucem. Sed luna pernox erat commissum  
 est. Luna pernox erat, hoc est tota nocte lucebat. Et pernocto  
 uerbum, quod est noctem uniuersam ago. Apuleius. Cum fre-  
 quens apud eum pernoctarem. Pomponius. Pernoctare extra  
 urbem dicitur, qui nulla parte noctis in urbe sit. Et noctua-  
 gus, qui nocte uagatur. Et noctua avis, de qua diximus, quae  
 in Creta insula non est. et si qua inuebatur, non multo post mo-  
 ritur, nimia paruarum auium, et ut Aristoteles refert, Corni-  
 cis. Haec graece *μαύξ* dicitur, a quo glaucus color. Et ny-  
 cticorax, hoc est coruus nocturnus. Et noctesca, quod est obte-  
 nebror. Eurius. Omnia noctesca tenebris caliginis atra, et  
 noctiluca luna, siue nitidula, de qua superius scripsimus. No-  
 cti pugna. Lucretius uocauit obsecra, quod noctu pugnant, atque  
 exant uenerem. Vterque noctu pro nocte nominaliter ute-  
 bantur. Ennius. Haec noctu filo pedebat Ethruvia tota. Claudi-  
 us Quadrigarius, conuenit Senatium noctu multa domum di-  
 mitti. Decem uiri quoque in duodecim tabulis nox pro noctu  
 dixerunt. Si nox fuerit factum sit si in aliquis occidit, iure  
 caesus esto. in quibus uerbis hoc etiam notandum est, quod ab  
 eo, quod est is, non eum accusandi casu, sed a iure ueteres dixere.  
 Et occidit pro occidit. Item a nocte binoctium. trinoctium, qua  
 drinoctium. pro duae. tres. quatuor noctes. Sicut biduum tridu-  
 um, quatrinduum. pro duo. tres. quatuor dies. Noctem, diemque  
 ita distinxere antiqui, ut primum tempus diei diceretur mediae  
 noctis inclinatio, deinde gallicanum, quod tum Galli cantent.  
 Postea aurora, ab auro ita uocata, quoniam tunc splendescere  
 aer incipit. Auro enim splendorem significat. Virgilius. Disco-  
 lor unde auri per ramos auro resusit. Horatius. Tuae ne retinet  
 auram maritus. Hinc aurum deducitur propter splendorem  
 eius metalli. Aliquando etiam auro pro uento ponitur. Virg. At  
 illi dulcis compositis spirabat cruibus auro. Interdum etiam  
 pro afulatu, et fauore. idem, nunc quoque iam nimium gaudens  
 popularibus auris. Unde aurarij fautores dicuntur. Auram  
 uero ab aere dictam existimant, quod motus aer, et splendo-  
 rem faciat, et uentum. Aurum tamen sunt qui a graeco dictum  
 putent, quasi *ωρα* hoc est pulchrum, decorum. Alij quia  
 praecipue custoditur. Graeci enim *ορᾶν*, custodire dicunt.  
 a quo et thesaurus dicitur. nam *θησαυρῶν* pono significat  
*ορᾶν* custodio. Hippocrates medicus a nomine inuentoris au-  
 rum appellatum existimat, qui *αυροπιο* uocatus est. nonnul-  
 li ab auertendo deductum arbitrantur, quod mentes hominum  
 auertat. Virgilius. Quid non mortalia pectora cogis, auri sa-  
 cra fames? Ab hoc fit auro uerbum, a quo in auro, et de auro.  
 unde auratum dicitur, et inauratum, et deauratum, et au-  
 recum, quod ex auro est, et aurifex. faber aurarius. a quo au-  
 rificana taberna aurificans. et auraria, fodina auri, et aurife-  
 rum, quod fert aurum. unde aurifera flumina dicuntur. Ta-  
 gu in Hispania. Padus in Italia. Hebrus in Thracia, ex oea gyro  
 flumine ortus patre Orphei. a quo oea grius dicitur. Virgilius.

Tum quoque marmorea caput a ceruice reuulsum, Curgite  
 am medio portans oea grius Hebrus. Pactolus in Asia. Gan-  
 ges in India. Et auricomus, quod aureos crines habet, siue au-  
 ream comam. Et oratu dicitur quasi aurata, quod uulgo orum  
 pro auro dicitur, sicut oriculum pro auricula, piscis genus a co-  
 lore auri, et auripigmentum, de quo supra diximus. Et auri-  
 chalcum, quod ab auro, et aere appellatum est. Graeci enim  
*χαλκόν* nominant, hoc et orichalcum a nonnullis uo-  
 catur. Et auripigmentum, quod in Syria foditur ad pictorum  
 usum, in summa tellure, auri colore, sed fragile, lapidum specu-  
 larum modo. Ex eo fieri aurum posse manifestum est, inmix-  
 uitque ea spes Caurum principem auidissimum auri. Quamob-  
 rem iussit excoqui magnum pondus, et plane fecit aurum ex  
 cellens, sed ita parui ponderis, ut detrimentum sentiret. Propter  
 quod a nullo poste a tentatum est. Et aurigo regis morbus, de  
 quo supra diximus, a calore luteo. a quo aurignosis, qui eum  
 morbum patitur. Auroram etiam diluulum nuncupauere,  
 quod tum dies luce scire inaperet. hinc mane, cum dies clarus  
 est ab omni boni nominis. Manum enim ueteres bonum dice-  
 bant. unde dii manes appellati, hoc est boni, quos etiam metu  
 mortis supplices uenerabantur, quae admodum e contrario im-  
 manes dicimus crudeliter, ac minime bonos, et immania saxa  
 aspera. horrenda. a quo immanitas, saeuitia. Et immaniter,  
 crudeliter. Sunt tamen qui manes a manendo potius dicitur  
 existiment, quod manibus plena sunt omnia. Alij a manando,  
 quoniam dii manes per omnia manare existimabantur. ideoque  
 ab aueribus uocari solebant. Qui sunt dii manes dictum e  
 superius. A manibus maniae dicitur, ut pes, de formaeque perso-  
 nae. ite Mania Dea mater larum, cui humano capite aliquan-  
 diu sacrificatum fuit, sed postea auctore Iunio Bruto Consule  
 alij, et Papaueris capitibus sacrificari coepit, ut Apollinis re-  
 sponsum seruarietur, quod fuerat, ut capitibus pro capitibus sup-  
 plicaretur. Sunt qui Maniam laruarum matrem, aut auri pu-  
 tent. Alij manias ipsas laruas appellant, quas nutrices pueris  
 nutitari solent. Manias etiam ueteres appellabant ficta que-  
 dam ex farina in hominum figuris, quae deforme sunt, quas et-  
 iam maniolas appellabant. Manare proprie dicitur, cum ali-  
 quid ex inter gyro quidem, sed non satis solido per minutissimas  
 partes stillat, tractum a graecis illi eum *μαρῶν* rarum,  
 et quod sine densitate est, appellant. Hinc manalem fontem  
 dici existimant, quod aqua ex eo perpetua manet. item mani-  
 lem lapidem, quod ex eo manare aqua uideatur. Erat enim  
 petra quaedam extra portam Capenam iuxta aedem Martis,  
 quam temporibus nimis aridis in urbem trahebant, statimque  
 pluuia sequebatur. Sunt etiam qui manalem lapidem dicitur  
 existimant hostium orti, per quem anime inferorum ad su-  
 peros manant. Alij manare a mane tractum uolunt, et de so-  
 le proprie dici, cum orientes radij splendorem iactare incipi-  
 unt. Manius praenomen est, ab eo, quod mane sit natus, sicut lu-  
 cius ab eo, quod luce. Quidam manum quoque a manando ap-  
 pellatum existimant, quod ex brachijs manet. Est autem mem-  
 brum corporis decentissimum, ex quo manant digiti. Aliquan-  
 do tamen pro multitudine accipitur. Virg. Hic manus ob Patri-  
 am pugna do uulnera passi. alij pro potestate, ut cum dicimus,  
 haec res mihi in manu est, non modo significat in promptu, sed etiam  
 in potestate. Inde testis Iuliano manumissio dicitur a dato liber-  
 tatis. Nam quandiu quis in seruitute est, manui, hoc est potestati  
 subditus est, et manumissus liberatur a potestate. Erat au-  
 tem mos in manumissione, ut dominus caput, aut membrum  
 eius serui, quem liberaturus erat, manu tenens, ite diceret, hinc  
 hominem liberum esse uolo, statimque emitteret eum e manu.  
 Item manus est instrumentum nauale, quo naues harpagibus



rapte tenentur, ut inferius ostendemus. Item elephantum proboscis, quod ea in decerpendo pabulo pro manu utitur. Plin. Elephantum tanta narratur clementia contra minus ualida, ut in grege pecudum occurrentia manu dimoueat, nequid obterat imprudens. Manum conferere est praelium incipere, et contendere. Sed apud iuriconsultos, cum de aliqua re disceptatur in iure praesenti praetore, siue ager, siue quid aliud sit, manum conferere dicitur, cum manus apprehedit rem, de qua agitur, quod manus correptio, et uindictio, et uindicta dicitur, quod tantum praesente praetore fieri solebat. sed postquam praetores propagatis Italiae finibus, multitudine negotiorum occupati uindictarum dicendarum causa longius ire grauantur, institutionem est, ut litigantes non ex iure apud praetorem manum confererent. Sed ex iure manum conferentem uocarent, id est alter alterum ex iure ad conferendum manum in rem, de qua ageretur, uocaret. Atque profecti simul in agrum, de quo litigabatur, ter re aliud ex eo, ut puta unam glebam in ius in urbem ad Praetorem deferrent, et in ea gleba tanquam in toto agro uindictarent. Ennius. miscent inter se inimicitias agitantes, non ex iure manu conferentem, sed magis errore res percunt, regnumque petunt, uadunt solida ui. item Ad manus uenire similiter est praelium, siue contentionem incipere. Quo modo loquendi doctissimi iuri usi fuerunt, licet rabula nescio quis id negotio ausus fuerit, ut est in omnibus imperitus, ac rudis. Plautus. uir ad manus, arma sumuntur. Marcus iuriconsultus libro quadragesimo octavo de Pœnis, delinquentem autem proposito impetu, aut casu, proposito delinquentem latrones, qui factionem habent, impetu autem cum per ebrietatem ad manus, et ad ferrum uentur. Casu uero, cum in uenando telum in feram missum hominem interficit. A manu manipulus deducitur, quod proprie significat manualem herbae fasciculum. Ponitur tamen pro exigua militum manu, quae unum si gnum sequebatur. erat enim pars centuriae ita dicta, quod sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus manipulos hastis alligatos pro signis gerebat. Hinc manipulares milites dicti, et manipulatim aduerbium, hoc est per manipulos. Ouidius, perit a suspensos portabat longos manipulos. unde manipularis nomina miles habet. Item a manu manubrium, quod significat capulum, et manica pars uelut, qua manus teguntur. Virgilius. Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae. hinc manicata uestis dicitur, quae manicas habet. Manica etiam uincula manuum. idem. manicas, atque arcta leuari uincula iubet Priamus. Plautus. Vix manus manicae complexae sunt. item manicae thecae ex ferro, quibus brachia, et manus contra hostium iniurias manuantur. Iuuenas. Quale deus rerum si coniugis auctio fiat, balteus, et manicae, crurisque sinistri, diu diu te gmen. item mansuetus mitis, quasi manu affluens. et mansuesco mitesco. et mansuescit. et mansuetudo, et mansuete aduerbium. item quod ueteres pro mansueto usurparunt mansues. et mallunium, uas, quo manus lauantur, sicut Pellunium, quo lauantur pedes, quod etiam peluis appellatur, et foeminino quoque genere malluniae, et pelluniae uocantur. et maniceps, qui aliquid a populo emit, conduit ue, quia manu sublata significat se authorem emissionis esse, qui idem praes dicitur, qui tam debet praesistere populo, quod promittit, quam is, qui pro eo praes factus est, et emptio mancipi, quae solennitate quadam fiebat adhibitis non minus quinque testibus Romanis ciuibus puberibus, et alio eiusmodi conditionis, qui libram aeneam teneret. Emptor ita dicebat, hoc ego ex iure quirium meum esse aio, hoc quod emptum est hoc aere, aeneaque libra, deinde libram aere percutiebat, idque aes dabat ei, a quo rem emptam accipiebat, et haec mancipatio uocabatur. Hinc feruus, equus, ouis, aliisque huiusmodi mancipia

diciuntur, quod manu accipiuntur, siue mancipi emptione acquirantur. et mancipare, quasi manus accipere, a quo emancipare, hoc est manumittere, et liberare. Emancipati autem duobus modis intelliguntur, aut ij, qui ex patris iure exeunt, aut qui aliorum sunt domini. qui emancipat, dicitur emancipator. Aliquando tamen e contrario emancipatus ponitur pro dedito, et ueluti in mancipium ascripto. Cicero. ita senectus nimis honesta est, si se ipsam defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur in suos. item a manibus mando. manduco. mandones. manduca. manducos. mansus. mandibula. maxilla. mando. mandatum. mandataris, de quibus supra diximus. et manarius, ad manum pertinens. Gellius, hoc aere quasi manuario collecto caenula parabat. et manuarie tunicae dicitur, quae manicas habent. item manuos, quod est furor, acutus, manuatus uestem amicae. et mantile, quod manibus tollatur. Sunt enim mantilia, quibus manus teguntur. Virgilius. Tonstrisque ferunt mantilia uillis. item quibus mensae teguntur. Martia. de mantilibus, nobilior uillosa tegunt tibi linthea citrum, orbibus in nostris arcibus esse potest, et manubiae, quod manu accipiuntur ab hostibus. Est enim praedia ab hostibus capta, quamuis aliqui praedia, et manubias ita distinguant, ut praedia sint corpora ipsa rerum, quae capta sunt, Manubiae uero pecunia, quae ex uenditione praedia percepta est a quaeritoribus, uel aerarij praefectis. Manubias etiam in libris Etruscorum legimus fulminum iactus appellari. et mancus propro, qui sine manu est, quasi manu carens, ponitur tamen pro debili, et ad res etiam inanimatas transferitur. Cicero. Sed etiam aliter tribus, qui mancam fore putauerunt, sine aliqua accessione uirtutem. et minister quasi minister, de quo, et eius derivatus inferius dicemus. et contamino, quod proprie significat manibus luto plenis aliquid attingo, et ob hoc pro foedo, et maculo usurpatur. a quo contaminator. contaminatrix. contaminatio. Terentius. Contaminari non deare fabulas. idem. Ne hoc gaudium contaminet uitam aegritudine aliqua. et Manlius proprium nomen, quod manu promptus est. Neminem autem patriciae familiae hoc nomine uocari licuit post eum Malum, qui gallos a capitolio depulit, quod is regnum occupare conatus, necatusque sit. et Manlius similiter proprium nomen. item Mancinus. a quo Mancinati dicti sunt damnati. Quod Mancinus insignem donum habuit, quae eo interfecto publicata est. et mantissa additamentum, quod manu fit rei, quae uenditur, hoc est paucillum illud, quod additur poderi. Quidam hoc uocabulum ex Etrusca lingua sumptum putant. Lucilius. Mantissa obsonium uincit. et mappula, quod manibus pendeat, dum sumus in mensa. Cuius diminutiuum est mappula. Mappula etiam in neutro genere legimus, et mantica, quod manu geratur. Est enim perula uiatoria, cuius diminutiuum est mantica, cuius pars ante pectus, pars post tergum, dum geritur, pendet, et modo dextra, modo sinistra manu tenetur. Hinc manticulari dicitur, qui manticalas atrectant, ut furentur. unde poetae manticulari pro dolose agere usurpant. Pacuuius. Ad manticalandum astu aggreditur. et manticalato pro astu, et fraude ponitur. Item manifestum, hoc est clarum, perspicuum, quasi ad manus foris statum. a quo manifesto uerbum, hoc est a perio, detego. et manifeste, clare, aperte. et centimanus, centum habens manus, et mango proprie uenditor hominum, a manu agendo. Martialis. Millia pro puero centum me mango poposuit. A franius. mercas appellatio non mercatores, sed uenaliarij appellandi sunt. Solent enim mangones pueros, puellasque, quo facilius uendi possint, artificio quodam componere colorem ( ut Quintilianus



inquit) fisco, ac uerum robur inani sagina mentientes, & quia sciunt trita, ac ueterana mancipia difficile posse corrigi, & ad suos mores formari, propterea q; de curri ad nouitiorum emptionem, iaculo interpollant ueteratores, & pro nouitijs uendunt. Græci hos ab equis componendis Hippocanios uocant. Nec mares tantum, sed etiam foemina mangones uocantur. Plyn. Mago obstetrix erat. Suetonius de Domitiano. Castrari mares uelut spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est. Plyn. Resina corporibus illinitur mangonum maxime cura ad gracilitatem emendandam. Idem. Ne sint male hirsuta formicarum oua pueris infricata præstant. Item mangonibus ut lanugo tardior sit pubescentium sanguine agnori qui castrantur. Idem. Thynni sanguine oblitos pueros pubescere negant mangones. Aliquando tamen per metaphoram, & ad uenditores aliarum rerum mangonis nomen transfertur. Plyn. His addidere mangones, quod isocinnum uocant. Idem. Decissi fragmenti paululum, quod in lamina ferrea teratur, efficacissimum experimentum excusant mangones gemmarum. Mangone fit mangonicus ad mangonem pertinens. Idem. Ra dix hyacanthi bulbacea est. et in mangonicis uenalijs pulchre nota, quæ in uino dulci illita puberutem coercet, nec sinit erui pere. Sucto. Necessarioq; ad mangonicos quæstus sustinenda dignitatis causa descendit, & mangonium, quod significat artificium, quod ad res facilius uendendas adhibetur. Plyn. Dedere & Parthi cocis suis mores. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, hic clune, alibi pectore tantum gallinarum laudans. & mangoniæ, quod est orno, & compono rem ad allicendos emptores. Idem. Succis radice uitæ nigra cum eruo, letiore quodam colore, & cutis teneritate mangoniæ corpora. Idem. Primus L. Crassus pensilers inuenit balneas ita mangoniæ uillas subinde uendendo. Maneo quoque à manu ductum nonnulli existimant, quasi manuum teneo. Est enim proprie manere continere se, & firmum stare. Teren. Quam super mox irruamus. Mane, omnia prius experiri consilio, quam armis sapietem decet. Aliquando tamen pro per stare accipitur. Virg. Manet imperterritus ipse Hostem magnanimum operiens. Interdum pro expectare. Plautus. Ego hic te manebo. Virgilius. Te Turne nefas, te triste manebit supplicium. Cicero. Sin autem me aliud fatum manet. à maneo composita fiunt per maneo, quod est perseveranter maneo. Ommaneo, diu maneo. Emineo, quasi extra alios, hoc est præ alijs maneo. Is enim emnere dicitur, qui ceteris altior est. Item emaneo extra maneo. A quo emanator (ut Modestinus inquit) dicitur, qui diu uagatus ad castra regreditur, sicut desertor, qui per longa tempora uagatus reducitur. Promineo, ultra aliquid emneo. Vnde Promontorium quasi prominens mons appellatus est. Immineo, impendo. Remaneo, quasi retro maneo. Veteres manere pro frequenter manere plerumq; usurparunt. Post mane, meridies sequitur, quasi medidies. hoc est diei medium. Inde iam tempus occiduum nominatur tamen serum diei. Lilius. Erat iam diei serum. Vnde saluantes eo tempore, bonum serum recte possimus dicere. Siquis autem bonum sero dicat, ut uulgus ignarus solet, execratio non salutatio est. Nihil enim aliud significat, quam ut sero, hoc est tarde ueniat, quod bonum est. Mox suprema tempestas, hoc est diei nouissimum tempus. Hinc in duodecim tabulis legitur. Solis occasus suprema tempestas esto. Hinc uespera, siue uesper, de quibus supra diximus. Postea prima fax noctis, quod tum primum fit, hoc est lumina ferre incipiunt. Dehinc nox concubia à cubando, siue concubium. siue conticinium à tacendo, quod tum omnia tacent, siue silentium noctis, siue (ut Plautus uocat) tempus conticinium, siue nox intempesta, quod tum tempus agendi est nullum. Postre-

mo à nocte æquinoctium deducitur. à quo æquinoctiale, de quibus superius differuimus. DELATOR. Calumniator, de quo supra diximus. HABET. Habere aliquando significat. Quod græci dicunt ἔχειν, ut hoc loco. & apud Virgilium, ille meos primus, qui me sibi iunxit amores. Absit illi, ille habeat secum, seruetq; se pulchro, & hæc propria est huius uerbi significatio. Per metaphoram tamen aliquando ponitur pro occupare, tenere. Idem. Hostis habet muros. Lucretius. Hæc tum ille habebat, & ferè omnem Appuliam. Aliquando pro habitare. Sallustius. Credo silsa existimans ea, quæ de inferis memorantur. diuerso itinere malos à bonis. loca tetra. inculta, fœda, atque formidolosa habere. Virg. Quæ loca, qui ue habeant homines. Nonnunquam pro intelligere. Teren. Habet omnem rem, perquam quod capi hoc iter. Interdum pro scire. Cicero. Nam cum quaereretur ab eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum uno myoparone, eodem inquit quo tu orbem terræ. Præterea habere iter, est proficisci. Habere uerba, est loqui. Habere rationem, respicere. Habere rem. uire. Item habere rem cum duro aduersario, litigare. Bene habere, inolumè esse. Male habere. & grotare siue bene habere, integrum esse. Male habere pati aliquid aduersi. Sed hoc in tertia persona duntaxat, ut bene habet, id est bene se res habet. & male habet, id est male se res habet. Vlpianus hoc uerbum dupliciter accipit. Nam & eum habere dicit, qui rei dominus est, et eum qui dominus quidem non est, sed tenet, unde et rem depositam dicimus habere. Illud præterea notandum, quod habeo conuenire, & habeo polliceri, & alia eiusmodi elegantissime dicimus, pro eo, quod est conueniendum mihi est, & pollicendum mihi est. Cicero. Neque solum eos conuenire habeo. Idem. Tantum habeo polliceri. Licet etiam dicere, habeo conueniendum, & habeo pollicendum. Quintilianus. A deoq; ludibrijs miser sum aduersitatis implicatus, ut impetrandum à uobis habeam odij mei fauorem, id est ut impetrandum mihi sit odij mei fauor. Augustus. Quid aliud habeo deos immortales precari. Solet postremo hoc uerbum in extremo materiae elegantissime poni, cum pro intelligere accipitur. Cicero. Habes, quæ sentias Brute de ratione dicendi. Idem. Hæc habui de amicitia quæ dicere. Idem. Hæc sunt, quæ hoc tempore commemoranda habui. Quintilianus. Habes Marcelle Victori quibus præcepta dicendi adiunari posse per uos uidebantur. Idem. Nihil habui amplius, quod in uniuersum præciperem. Ab habeo fit frequè tantummodo habito, quod modo significat colo, & quod alio modo dicimus inhabitare. A quo habitaculum. habitatio. habitator, habitatrix. Cohabito deducuntur. Varro. Vtrunq; locum mulieres, & uiri pariter habitauerunt. Modo habeo. Idem. Hoc modo antiquos secundis rebus Cumas habitasse. Item ab habeo habentia, sicut à sapio sapientia. significat autem ipsam habere, & diuitem esse. Ennius. Verebar enim, ne animos eorum inuisaret habentia, & Habilis, hoc est pro uiribus aptus. Virgilius. Nanque humeris de more habilem suspenderat arcum uenatrix. à quo habitas, hoc est aptitudo. & habiliter, apte. & inhabilis, ineptus. & debilis, infirmus, quasi parum habilis, hoc est malæ habitudinis. Ab hoc fit debilitas uerbum, quod est infirmo rem facio. item debilitas. debilitatio. & ad uerbum debilitate. Pacuuius. Miseret me lacrymarum. lingua debilitate stupet. Veteres pro debili, debilonem dixerunt. Ennius. Debilo homo. item habena retinaculum equi, quod ea equus teneatur. item habitus, qualitas ipsa, & forma corporis, & cuiuscunque rei. Plautus. Quales habitus oris. Item cultus corporis, & uestimenta. unde habitum scenicum. habitum exoticum. habitum militarem dicimus. Plautus. Quis habitus iste est proluxus. Plyn. Quid ad nos lugubri habitu ue-



nerat, & capillator solito. Virg. Ventos, & uarium coeli praediscere morem cura sit, & patrios caelus, habitusq; locorum. item habitus, qui a philosophis ita definiuntur. Habitus est aliquid rei siue in animo, siue in corpore a natura conceptus, sed usui corroborata, & plena perfectio. Ab hoc Habitus deducitur pro ipso corporis habitu et Habitior, quod ueteres pro pingui uisurparunt. item ab eo composita sunt Adhibeo, quod est a commodo, adyto. Perhibeo, quod est dico. loquor. affirmo, quasi pro comperto habeo. Exhibeo, profero, & in publicum deduco, ut uidendi, tangendiq; facultas sit, quasi extra secretum habeo. Paulus iurisconsultus. Exhibere inquit est facere in publico potestatem, ut ei, qui agit ex periti sit copia. Exhibentur apud praetorem testamenta, ut auctoritate eius signatores admoniti ueniant ad recognoscenda. Exhibere negotium est molestum esse siue molestiam inferre. Cicero. Quod cum audisset adolescens negotium exhiberi patri, quo modo loquendi etiam graecum uerbum dicentes *πραγματα παρὶ χειρ*. Plau. Enim uero *πραγματα παρὶ χειρ*, hoc est negotium mihi exhibes, nam *παρὶ χειρ* graec exhibere est, *πραγμα* uero negotium. Hinc pragmatica dicitur, qui in foro, ac iudicij uersantes litteris dirimunt. Iure inde cadunt partes in federe pragmaticorum, hoc est a iudicio discedunt, & litem arbitrio forensium dirimendam permittunt. Hinc pragmatica sanctio dicta est, quod per eam a supremo, atq; ordinario iudice discedatur, & omnia pragmaticorum arbitrio terminentur. Praxis uero terminatio dicitur, a quo propria nomina Praxiteles, qui marmorum scalptor nobilissimus fuit, scalpsitq; inter caetera Venerē Gnidī, quae in toto orbe terrarum praecipua habita est, multiq; ut eam uiderent, Gnidum sunt profecti. & Praxis spes nobilis persae, qui Smerdum Cambysae fratrem iussu regis occidit, ut scribit Herodotus. item ex de, et habeo componitur Dubius, quae si habens, hoc est non intelligens. a quo dubito. & abdubito. & subdubito, & indubius, quasi minime dubius. & subdubius, parum dubius, & dubitatio, & dubietas, & quo ueteres utebantur, dubio. Plau. Dubitat quid agit. & dubitabundus. & dubie, subdubie, atq; indubie aduerbia. Item dubitantes et dubitatis. Caesilius, imperator clamat de medio, ut uelites a sinistro cornu remoueant, & nullis non dubitantes immittant. Sifenna. Quod hostem non dubitatis cum pluteis, & scalis, iter facere cerneat. Item ab habeo prohibeo, quod si significat nego, uerto. Virg. Prohibe infandos a nauibus igneis. & inhibeo, quod est renneo. a primo. hoc enim differt a prohibeo, quod prohibeo generale est etiam ante rem inceptam. inhibeo autem rem iam inceptam. illud uetat, ne quid facere incipias, hoc ne pergas, sed potius desistas. Virg. Quod genus hoc hominum, quae ne hunc tam barbara morem Permittit patria? hospitio prohibemur arenae. Idem. Parate iam Rutuli, & tela inhibete Latini. Hinc nauis et inhibere remis dicitur, cum nauem reuertente uolentes currentis impetum remorum impressione retardant. Iustinus, ut cessum, inhibete remis, & a bello discedite. Debes, quod obligatus sum, & omnis actio hoc uerbo comprehenditur (ut Vlpianus sentit) siue civilis sit, siue oneraria, siue fideicommissi prosecutio. Ab hoc fit debitor, qui, ut Modestinus ait, is proprie dicitur, a quo inuito exigi pecunia potest. & debitum id quod debetur. & debitio, ipse actus. Cicero. Perquam dissimilis est pecuniae debitio, & gratiae. Nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id, quod reddidit, qui autem debet, res retinet alienum. Gratiam autem et qui refert habet, et qui habet. in eo ipso, quod habet, refert. Praebeco, exhibeo. tendo. a quo praebito. Varro. Quod eo die mea erat praebito. Hinc ueteres praebita remedia dixerunt, quod a grotanibus praebantur. Plautus. Praebitere pro perire usurpauit.

Redhibeo, quod proprie est (ut sentit Vlpianus) facio, ut rursus habeat uenditor, quod habuerat. Unde redhibitum definiunt, quod redditum est, in probatumq; & qui reddidit, rursus contractus est habere id, quod habuit. & redhibitio, dicitur actus ipse restitutionis. Postremo cohibeo, quod est a primo. re freno. Plyn. Et impetum sientis blanda oratione cohibuit. Ab hoc cohum deductum, lorum, quo temo buris cum iugo colligitur. Cohum etiam poetae caelum dixerunt a chaos, ex quo putabant esse formatum. Varro autem cohum pro loro a cauo, quasi cauum dictum existimat, dicitq; esse sub iugo medio cauum, quo buris extrema iugo copulatur. EXILIVM. Relegationem. Exul enim dicitur, qui extra solum natale, hoc est extra patriam eiectus est. Hinc fit exulo uerbum, quod est extra patriam eiectus uiuio. & exilium ipsa exulatio. & exilita causa, quae aduersus exules agitur, & exulabundus in exilio uitam agens. PROFCVVS. Procul a finibus suis uigans quasi porro fugatus. Fugare enim expellere est, & in fugam conuertere, quod a fugio deducitur. Fugio autem a graeco *φύγω*. Est autem fugere cum cursu, & celeritate relinquere. Virg. Nos patriam fugimus. Diciturq; etiam de nauigantibus. idem. Non fugis hinc praecipis, dum praecipitare potestas. Idem. Tēdūt uela noti, fugimus spumantibus undis. Plau. Remigio. uelq; quantum potes festina, et fuge. Item de aubus. Virg. Celeriq; fuga sub sidera lapsa. Semisam praedam, & uestigia foeda relinquunt. A fugio fuga deducitur, quae modo si significat actum ipsum fugendi, modo pro cursu ponitur. Virg. uel qualis equos threissa fatigat Arpalice, uolucremq; fuga praueuertitur Hebrum. modo pro impetu. idem. ille uolat simul arena fuga simul aequora uerrens. Item a fugio fugax, qui propter timiditatem facile fugit. Ponitur etiam pro celeri, & uelocitate. unde fugacem equum dicimus uelocem. Ab hoc fit diminutuum fugaculus, & comparatiuum fugacior, ac superlatiuum fugacissimus. & nomen fugacitas. & Fuga dea Letitiae, a fugans hostibus, & fugitiuus feruus, qui a domino ea mente discedit, ne ad eum redeat, etiam si inuito consilio ad eum reuertatur. Nemo enim tali peccato poenitentia sua nocens esse desinit. Fugitiuae uero aquae dicuntur, quibus ex publico riuo fluentibus fertur quis, ac non suo iure utitur. Praeterea a fugio composita sunt per fugio, quod est auxiliij gratia ad aliquem confugio. unde per fugium dicitur locus, siue persona, ad quam confugimus. Apule. Per fugium facinorosorum hominum. & confugio eiusdem significationis. a quo confugium. Virgil. Ad te confugio, & supplex tua numina posco. Veteres pro confugium confugulam frequentissime usurparunt. & refugio similiter. a quo refugium. & aufugio, atque effugio eiusdem cum suo simplici significationis. a quibus aufugium. & effugium, & faeminino genere effugia. & profugio, longe fugio a quo profugus. Virg. Italiam fato profugus, lauinia uenit Littora, & transfugio, quod proprie significat ad partem hostium fugio. Hinc transfugium, hoc est fuga ad hostes facta, & transfuga, qui ad hostes fugit. Sallu. Modo harum, modo illarum partium leuissime transfuga. Item solifuga animal, de quo supra diximus a sole fugendo. & lucrifuga, qui lucrum fugit. Plau. Cum hos huc adij lucrifugas damni cupidos. item noctifuga, qui noctem fugit. lucifuga, qui fugit lucem, & alia quaedam huiusmodi. item a fugio fit frequentatiuum fugito. Apuleius. Huc, atque illuc fugitando ad stabulum tandem perueni. AB VRBE AVSONIA. Ab urbe itala, hoc est ab urbe Roma, quae non modo Italiae, sed terrarum caput est. Ausonia eadem uoce et substantiuum, & adiectiuum est, hoc loco adiectiuum. Dicta est autem principio Ausonia ea pars Italiae, duntaxat, in qua



sunt urbes Beneuentum, & Cales ab Ausone Vlyssis, & Calypsonis filio. Postea tota Italia, quae Apennino finitur Ausonia uocata est ab eodem duce, a quo urbem etiam conditam Arimam ferunt. Ab Ausonia populi Ausonij uocati, & mare ausonium, pars maris tyrrheni, a campania Sialia uersus.

**IMPENSIS VITAM PRINCIPIS ADNUMERES.** Ad caetera inquit beneficia principis illud adnumerandum est, quod uitam nobis dedit, quoniam delatores eiecit, qui uitae nostrae continuae insidiabantur.

**ADNUMERES.** Adas, & numero caeterorum beneficiorum adiungas. Adnumero, & connumero, a numero componuntur. si significant autem addo, & ad numerum adiungo. Item simul numero, hoc est simul com puto. Numero autem a numerus fit, qui definitur collectio unitatum. unde unitatem dicant non esse numerum, sed principium numeri. numerum autem a numero deductum existimant, cum propter numeros in primis inuentus sit numerus. & Numerare proprie sit numeros computare. Numerus autem a numismate appellatus est. Graeci enim numum *νόμισμα* uocant, quo uerbo & latini eodem modo uentur. Horati. Regale nomisma Philippos. Nomisma autem *νόμισμα*, quod est lex derivatur, quia cum per mutatione uti homines solerent lege, numi usus introductus est. Quae propter nostri numum monetam appellauere, quod signum numismatis monebantur, cuius pretij esset. A numo numosus fit, sicut a pecunia pecuniosus, & numatus in eodem significato apud Plautum, & numularius, campfor pecuniarum. Item qui numos audit, ac monetarius etiam appellatur. Sed proprie campfor pecuniarum, a nostris argentarius dicitur. A graecis *τραπέζιτα*. Numularij, & mensarij sunt minores non tenentes libros, in quibus data, acceperatq; scribuntur, quos graeci Colybiastas appellant. Numerus uero non modo de ijs, quae numerantur dicitur, sed aliquando de ijs, quae mensurantur. Cicero, si exempli gratia uir bonus Alex. andria Rhodum magnam frumenti numerum adduxerit. interdum etiam pro ordine metaphorice accipitur. Virgilius. Digerit in numerum, & quoniam omnis concentus, & omnis harmonia numeris constat. Frequenter etiam pro ratione harmonica ponitur. Quam graeco uocabulo *rhithmos* appellamus. Virgi. Numeros memini, si uerba tenerem. Idem, tum uero in numerum, fauorisq; ferasq; uideres ludere. id est in rationem, & rhithmum. Quintil. sunt rhithmi, ut & ipse Cicero constituit, & secutus eum Virgilius dixit. Numeros memini, si uerba tenerem. idem rhithmi, ut dixi, neque finem habent certum, neq; in contextu uarietatem. Hinc oratio, quae numeris caret. soluta dicitur, quae uero numeris constat, numerosa. Numerosum etiam dicimus, quicquid magno numero constat, ut numerosus grex. numerosus populus. A quo fit numerose aduerbium, id est magno numero. Innumerum uero quod sine numero est, hoc est infinitum. Innumerato esse dicitur, cum pecunia est in promptu, ut habeo pecuniam innumerato, hoc est non ualorem, sed pecuniam ipsam promptam, paratamq;. Vnde de actore dicente ex tempore, dictum est ingenium cum innumerato habere, hoc est semper promptum, paratumq; ad omnia, sicut de Pollione Asinio serijs, iocisq; pariter accommodato. dictum est esse eum omnium horarum. Item a numerus Numerius praenomen deducitur. & numerabile, quod numerari potest, sicut innumerabile, quod non potest numerari, & numerarium, quod ex numero est. sicut supernumerarium, quod supra numerum additum est, & numeratum aduerbium hoc est per numerum, & unum compositum se penumero, quod significat frequenter. item numerale, quod ad numerum pertinet. Vnde numeralis scientia, quae de numeris est. Graecae Arithmetice uocatur.

nam a *πῶς* numerus est, & apud grammaticos numeralia nomina dicuntur, quibus utimur in numerando, ut unus. duo. tres. singuli. bini. trini. & numeralia aduerbia, ut semel. bis. ter. atque alia eiusmodi. in quibus notandum, quod ut maximus quisque numerus, ita primo loco ponitur, ut uiginti. quinque. triginta. sex, sed si copula intercedat, is numerus praepositus ponitur, qui minor est, Quoties infra centum, & supra uiginti loquimur, ut unus, & uiginti. duo, & uiginti. Cicero. Plato uno, & octogesimo anno scribens est mortuus. Iocrates quarto, & octogesimo eum librum, qui pane gyriacis inscribitur, scripsisse dicitur. iuxtaq; quinquennium post, cuius magister Leontinus Gorgias centum, & septem complerit annos. Ex quibus Ciceronis uerbis manifeste colligitur ante centum praeponi numerum minore. Post centum uero postponi. Eodem modo loquimur supra uigintimillia usq; ad centum millia, ut milites nostri sex, & uigintimillia erant, uel milites nostri erant uiginti sex millia, uel milites nostri erant uicies, & sexies mille. uel militum nobis erant uiginti sex millia. Etenim haec nomina, dum copula carent, composita uidentur, ut undecim. duodecim. septendecim. uiginti duo. uiginti tres, quemadmodum illa undecim, quasi uno dempto de uiginti, & significat decem, & nonem. & duodecim, quasi duobus demptis de uiginti, & significat decem, & octo. eodem modo undeciesimus. duodeciesimus. undetricesimus. duodetricesimus. undecentesimus. duodecentesimus. undemillesimus. duodemillesimus. & reliqua similiter. Haec enim nomina secundus. tertius. centesimus, & reliqua huiusmodi significant ultimum ex eo numero, ut secundus, id est ultimus ex duobus. Tertius ultimus ex tribus. Centesimus ultimus ex centum. Et ceti primus non significat ultimum ex uno, sed ipsum unum in ordine, tamē ad multos sequentibus. Aliquando tamen non pro ultimo ex eo numero usurpantur, ut centesimam partem bonorum patris affectus est. hoc est unam ex centum. Aliquando pro bis tantum tantum. ut ager hic centesimum fructum attulit, hoc est centes tantum, quātam sementis acciperat. Plyn. admiscetur huius sari, ut mitiget amaritudinem eius, & tamen sic quoque in gratissimum uentri est, nasatur qualitercunq; solo cum centesimo grano ipsumq; pro laetamine est, cum centesimo grano inquit, hoc est cum centum granis, siue cum centuplo grano. hoc modo appellata est quadragesima, quod quadragesima dies contineat, quo uocabulo eloquentissimi nostrae religionis uiri utuntur. Hanc significationem habent nomina illa numeralia, simplicius. duplus. triplus. decuplus, & similia, hoc est semel tantum. bis tantum. ter tantum. decies tantum. Sunt praeterea numeralia. unarius. binarius. ternarius. uicenarius. centenarius, & similia, quae denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum, quae non nominantur, ut lapis centenarius. nō quod sit centum geminus, sed quod habeat centum annos. Grex centenarius, non quod sint centum greges, sed grex centum capitum. Dicimus etiam binarium. ternarium. centenarium numerum, quia numerus omnia complectitur, propter quod recte dicimus centenarium numerum annum ingressus est. non autem centenarium annum, et millenarium numerum pondo uehit. non autem millenaria pondo. itē singulum. binum. trinum. siue ternum. quaternum. quintum. sennum. octonum. nouenum. denum. undenum. duodenum. ternundenum. quaternundenum. quinundenum. senundenum. uel denunquaternū. denunquinū. demunseptenū. demunseptenū. demunmoctenū. demunmoctenū. uiceniū. uiceniū singulū. uiceniū binū. uiceniū ternū. siue singulū, et uiceniū binum, et uiceniū ternū, et uiceniū. et ita deinceps, tū tricenū. quadragenū. qu



quagenum. sexagenum. octogenum. nonagenum. centenum, quibus oratores utroque numero utuntur, sed frequentius plurali, praesertim ubi substantiuum nomen, cui adduntur, tantum pluraliter declinatur, ut binae litterae. binae nuptiae. bina arma. bina castra. Neque enim recte dicemus duae litterae. duae nuptiae. duo arma. duo castra. Poetae uero frequentius singula utuntur. Sed oratores ferè propriam usurpant si significatio nem horum nominum. Binus enim siue bini significat singulis duo. Ternus, siue terni singulis tres. Quaternus, siue quaterni singulis quatuor, ut creabantur olim bini consules. id est per singulos annos, siue singulis annis duo, & accipiuntur omnes à Caesare bina talia, hoc est singulis nobis data sunt à Caesare duo talenta. At poetae non ita accipiunt, sed pro suis ferè primitiuis haec nomina usurpant. Virg. Gurgite septeno rapidus mare submouet amnis, septeno gurgite, hoc est septem gurgitibus. Idem. Per duodena regit mudi sol aureus astra. pro duodecim astra. Verum non modo poetae, sed alij quoque scriptores nonnunquam hoc modo accipiunt. Plyn. Prodigiola sunt quae circa hoc tradit Theophrastus. author alioquin grauis, septuagena coitu durare libidinem contractu eius, septuagena coitu inquit. hoc est septuaginta coitibus. Sed in his nominibus notandum est, quod à triginta tricenum dicimus. g. littera in. c. mutata, sicut pro uigento uicenum. Tricenum uero à trecentum dicimus, quia haec nomina supra centum quidem synopantur, infra uero non synopantur, quippe ducenti dicimus pro ducenteni. Trecenti pro trecenteni. Quadragesimam quingenam. sexagenam. septingentim. octingentim. Nonngentim, uel nonngentim, pro quadringentim quingentim. sexcentim, septingentim octingentim. nonngentim. uel nonngentim. Centeni autem, & milleni propter dictionum breuitatem non synopantur. Sunt item nomina numeralia simplex. duplex. triplex. quadruplex. decuplex. centuplex. & similia. A quibus simplicitas. duplicatas. triplatas. & reliqua. item simplicitas. dupliciter. tripliciter. & alia huiusmodi aduerbia. Veteres etiam simplicitas pro simplicitate dixere. Numeralia praeterea aduerbia sunt semel. bis. ter. quater. decies. centies. millies. & similia. in quibus notandum est, sicut superiora illa, quae diximus supra centum synopantur, infra centum uero minime, ita haec e' diuerso infra centum synopari, ultra uero non synopari, ut uicies pro uiginties. Tricies pro triginties, & similiter. quadragies. quinquages. sexages. septuages. octogies. nonages. Caetera uero non synopantur. Quinquies. sexies. septies. octies. nouies. decies. centies. ducenties. tricenties. quadringenties. quingenties. sexcenties. septingenties. octingenties. nonngenties. millies. bis millies. termillies. quinquies millies. decies millies. uicies millies. & deinceps. Mille substantiuum nomen, & neutri generis aliquando est, cuius pluralis numerus est millia. Declinaturq; hoc mille, huius mille. Et in plurali haec millia, horum millium. ideoq; cum genitiuo iungitur. Cicero. Ante fundum Clodij, quo in fundo propter insanas illas substitutiones facile mille hominum uersabatur ualentium. idem. Qui unquam in illo inuenit est, qui L. Antonio mille numum ferret expensum. Quadragesimus ibi occiditur mille hominum. Quinetiam de declinatum hoc nomen à ueteribus inuenitur. Lucil. Hunc milli passuum qui uerit, atque duobus campanis sonipes sub assor nullus sequetur maiore spatio, ac diuersus uidebitur ire. idem. Tu milli nummum potes uno quereere centum, uno milli nummum inquit, hoc est mille numus, hoc est quod graeci χιλιάδα uocant, dicuntq; unam chiliada, et duas chiliadas, hoc est unum mille, & duo millia. Aliquando mille adiectiuum est, itaque mille homines dicimus. mille uiros. mille propugnacula. Nec licet dicere millia homines, quia substantiuum non co-

herent sine copula. Dicimus tamen decem millia, & ducenti homines, quod ita intelligitur, decem millia hominum, & ducenti homines. A mille (ut quidam putant) Millus deriuatur, collare canum uenaticorum, factum ex corio multis clauis ferreis emunctibus aduersus impetum lupoꝝ. à multitudine ergo clauorum, hoc est à mille clauis millum appellatum uolunt. Sapius Aemilianus ad populum. Nobis inquit respu. praesidio eritis, quasi nullus canis. Nos millum potius quasi mellinum dictum existimamus, quod ex pelle animalis quod melis, dicitur ferè haec collaria fiant. Varro. Ne uulnerentur canes à bestijs, imponuntur ijs collaria, quae uocantur melium, id est angulum circum collum, ex corio firmo, cum clauis capitatis. Quod autem animal sit melis, nos primi hac aetate, ut pleraq; alia, tenebris ignorantiae obducta aperuimus. Taxonem id uulgus uocat. Plynus. Frontinusq; tegi scuta melium pellibus scribunt, eamq; esse huic animali in metu solertiam, ut sufflata a te distente ictus hominum, & morsus canum arceant. item à mille millies aduerbium. & milliarium, hoc est mille passuum spatium. & millenus, à quo millenarius numerus, sicut à centum centenarius. & milium frugis genus propter multitudinem aenorum. Adhibetur hoc neruorum doloribus in sacco feruens, quoniam est caloris atq; pacissimum. itaq; talis usus eius est ad omnia, quibus calor profuturus est. ab hoc miliaria auis uocata, quod milio pinguescat. Item à mille miles appellatus, quasi millesimus quisque, hoc est quisquis ex millenario numero fuerit. Legio enim primo (ut Varro inquit) trium nullum fiebat, & singulae tribus Tatiensium. Ramnium. Lucerium mille militum mittebant. Hinc militaris dicitur ad militem spectans, ut militaris panis. militaris toga. res militaris. & militia, pro bello, & re militari. & milito uerbum, hoc est militiam exerceo. & milititer aduerbium, hoc est more militum, uel more militiae, & commilito commilitonis, qui simul militat, hoc est socius in bello, & commilitum ipsa belli societas. Militaria apud ueteres tria genera erant. Alij euocati dicebantur, qui non milites, sed promulites erant. Alij tumultuarij, qui necessitate aliqua electi ad unum duntaxat bellum militabant. Alij sacramento religati, qui post electionem in rempu. iurabant, quod militare sacramentum dicebatur. hi plenam militiam habebant, erantq; quinq; & uiginti annis obligati. Mileus autem urbs fuit Ioniae, eius regionis caput. A qua Milesij dicti. alia eiusdem nominis fuit in Creta. Alia in Lesbos insula. à quamilesia uelleria dicta, quod ibi optime lana tingereetur. Milo proprium nomen uiri est. Fuit hoc nomine Athleta Crotoniensis, qui taurum in olympico certamine ictus iuda dextrae occidisse dicitur, & sine faticatione studij spatium supra humeros portasse, totumq; eo die comedis. hic tamen exitum uitae miserandum habuit. nam cum aetate grandaeuus relicta palaestra, per syluestria Italiae loca iter faceret, uidit quercum proxime uia patulis in parte media ramis hiantem, ut creditum est, uolens an ulla sibi reliqua uires adessent experiri immisis in caernas arboris digitis, deducere, & rescandere quercum conatus est, ac mediam quidem partem discidit, diuellitq;. Quercus autem, cum ille quasi perfectus, quod erat conmixtus, manus laxasset assante ui, redijt in naturam, manibusq; eius retentis, inclusisq; stricta denno, & cohaesa dilacerandum hominem feris, atque alitibus praebuit. A milone milonius dicitur. unde miloniana Ciceronis oratio dicitur pro Milone acta. Milo etiam Indiae mons est, in quo homines nascuntur à uersis plantis octonos digitos in singulis pedibus habentes. IMPENSIS. Beneficij. meritis. ut supra diximus. PRINCIPIS. Domitiani, qui delatores castigans, iura ciuium consuluit.



## CAD DOMITIANVM EPIGRAMMA QVINTVM.

**I**VNCTAM PASIPHAEN. Laudat Domitianum, quod ita fabulas veterum representet, ut possint, quae ficta sunt, videri vera fuisse. Pasiphae Solis filia fuit, et uxor Minos regis Cretae. Minos, cum pulchriorem tauro sacrificare Neptuno solitus esset, deteriore aliquando apposuit, quia propter indignatus deus uxorem illius compulsi in tauro amore. Alij hoc a Venere factum tradunt, quod omnem solis progeniem insectaretur, quia sol omnia cernens compertum eius cum Marte adulterium dijs immortalibus indicauerat. Pasiphae igitur amoris impatientia sibi fabricari a Daedalo bouem ligneam fecit, sub qua latens cum tauro concubuit, ex quo praegnans facta genuit Minotaurum, qui partim homini effigiem habebat, partim tauri. Quare comperta, indignatus Minos in Daedalum, qui bouem fabricauerat Labyrintho eum cum tauro filio includi iussit, quod metuens Daedalus, alis sibi, et tauro aera fabricatis e Creta insula euolauit. Tauros alis, quod nimis alta peteret, calore solis liqua factis in mare decidit, quod est inter Myconem, et Cyarum, ob id Ictreum dictum. Nam Ictrius Oebali Laconum regis filius fuit pater Penelopes. Item mons e in Attica regione Ictri non uero sanctissimus pirata fuit. Daedalus in Sicilia peruenit, ubi tum Coraculus imperabat, quem persecutus Minos a Coraculi filiabus (ut Aristoteles refert) iuxta Camerinam urbem interfectus est, et apud inferos iudex animarum factus. Vergil. Quae sitor Minos urnam mouet, ille silentium, Conaliumque uocat uitamque, et crimina discit. A Minos fit Minosius. Idem. Daedalus (ut fama est) fugiens Minosia regna. Hanc igitur fabulam ita praesentauit Domitianus, ut fuerit historia uisa non fabula. hoc ipsum spectaculum Nero prius ediderat, ita ut omnes ligneo iuuenae simulachro abditam mulierem uire conspexerint. Icturum primo statim conatu iuxta cubiculum eius decidere, ipsumque Nerone cruore respergere. Daedalus patria Atheniensis Mitronis filius fuit, nobilis architectus, fabricam materiam primus inuenit, et in ea ferram, a sciam, perpendicularium, terebram glutinum, lithocollam. Quidam falso scribunt Talaum sororis filium, ab eo interfectum inuidia ingenij, quoniam figuli rotam, et ferram primus inuenisset. Nam figulinam primus inuenit Choraculus Atheniensis. Rotam Anacharsis Scythes, uel (ut alij uolunt) Hi perbios Corinthius. Daedalus cum Athenis ab Ariopagitis expulsus in Cretam nauigasset, primo bouem ligneam fabricauit deinde Labyrinthum, in quo minotaurus includeretur. Portentosissimum hoc humani ingenij opus fuit, itinerum ambages, occursum, ac recessus inexplicabilibus continens crebris foribus, ad fallendos exitus, redeundumque in errores eosdem. Quatuor hi fuisse memorantur. Primus in Aegypto, qui (ut aliqui sentiunt) regina Mothae rudis priapis fuit, ut alij, se pulchrum Meridis. Plures honori solis extructum suis se existimant. Hinc Daedalum sumpsisse constat exemplar eius Labyrinthi, quae fecit in Creta, sed centesimam tantum eius portionem imitatum. Secundus hic ab Aegypto Labyrinthus fuit. Tertius in Lemno. Quartus in Italia, omnes lapide polito fornicibus tecti. Italicum Labyrinthum fecit sibi Porsena rex Etruriae sepulchri causa, simul ut et externorum regum uanitas quoque ab Italis superaretur. Var. Sepultus est Porsena sub urbe Clusio, in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato. Singula latera pedum lata trecentum, alta quinquagenum, inque basi quadrata intus Labyrinthum inextricabilem, quod si quis inproperet sine glomere lini, exitum inuenire nequeat. Supra id quadratum Pyramides stant quique, quatuor in an-

gulis, et in medio una, in uno latere pedum septuagenum quinum, alta centum quinquagenum, ita fistigata, ut in summo, orbis aeneus, et petasus unus omnibus sit impositus, ex quo pendet excepta cathenis tintinabula, quae uento agitata longe sonitus referant. Supra quem orbem quatuor pyramides insuper singulae extant altae pedum centenum, supra quas uno solo quinque Pyramides tantae altitudinis, ut reliquae totius molis altitudinem superent, Daedalo autem impositum nomen existimant a τὸ τοῦ δαδάλου, quod est uariare. Alij hoc uerbum potius a Daedalo derivatum putant, ob multiplex uarietatemque ingenium hominis, propter quod graeci Daedalon uariu dicunt, et Lucre. terram ob rerum, artificiorumque uarietate Daedalam nominat. En simili modo Mineruam. Virg. Circe. Plato. Logodaedalos uocant, qui dolium colunt sermonis ornatum. CREDITE. Vos scilicet qui Domitiani ludos spectatis. Credite, fidem habete. Credere enim aliquando est diffisus, uel factis fidem habere. Virg. Ora dei iussu nonnumquam credita tenetis. A quo creduli dicuntur, qui quae cumque facile credunt. et credulitas ipsa facillitas credendi. Sicut e contrario, Increduli, qui non facile credunt. et incredulitas credendi difficultas. Aliquando credere est fidei committere. Cic. Vitam, ac fortunas cui crediderim meas. Interdum seruandum committere. Plau. Vbi uis obijt mortem, qui mihi id iurum credidit. plerumque etiam pro confidere usurpatur. Virg. O formose puer nimum ne crede colori. Sallust. Virtuti satis credebant. Item pro mutare. Martial. Dimidium donare lino, quam credere totum Qui manult, manult perdere dimidium. Hinc creditores proprie dicuntur, quibus mutuae pecuniae debetur. Vlpianus tamen creditores dicit eos esse, quibus debetur ex quacunque actione, uel persequutione, uel iure cuius, sine ulla exceptionis perpetuae remotione, siue honorario siue ordinario siue extraordinario siue pure siue in diem siue sub conditione. Creditum etiam a credo deducitur, significatque id quod nobis debetur. et hoc differt a mutuo (ut Plau. sentit) quo genus a specie. Nam creditum consistit extra eas res, quae pondere, numero, mensura uel continentur, sicuti si eandem rem recipere sumus creditum est, non autem mutuum. Item mutuum non potest esse nisi pecunia, aut alia res proficiatur. Creditum autem fit interdum, etiam si nihil proficiatur, ueluti si post nuptias dos promittatur. Vt et res pro credas creduas usurpabant. Plau. Ipsus nec amat, nec tu creduas. Item a credo fit credibile, quod ita uerisimile est, ut facile credi possit. Cuius contrarium est incredibile, quod non est credendum, et credibiliter aduerbum, quasi uerisimiliter et incredibiliter contrarium. **I**VNCTAM. Coniunctam, copulatam hoc est cum tauro coeuntem iungere, copulata est, quasi in unum agere. Hinc iunctura dicitur, quod significat coniunctionem. et iunctim aduerbum sine intervallo. Suetoni. Magistratus et maturius inchoauit, et penes iunctum percurrit. et iugum, quod modo est arduitas montis, et ut supra diximus, procliuus, ac prona supinitas, quae arden, simulque iungatur. Vnde dicitur iugosus, hoc est procliuus. Virg. Dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit. Modo instrumentum rusticum, quo colla bouum siue aliorum animalium arando, currum uel aut aliud onus ducendo teruntur, quod eo colla iunguntur. Hinc iugerum dictum, quod est mensura terrae ducentorum, et quadraginta pedum in longitudinem, et dimidium in latitudinem, quod tantum spatij arari uno die ab uno pari bouum consuevit. Item iugo uerbum, quod est coniungo, et quasi ad unum iugum alligo. Vnde iugatum dicitur, coniunctum. Cic. Hoc quidem est commune uirtutum, omnes enim inter se iugatae sunt, et adiungere pro coniungere accipimus. Plau. Mater est terra, ea parit corpus. Mater anima adiungit uoluntatem, et iuges



et iuges eiusdem iugis pares. A quo iuges boues, qui nunquam  
 ad iugum adhibiti sunt. et coniuges uirum, atque uxorem. et  
 coniugum matrimonium. Virg. Coniugio iugam stabili, pro  
 priamque dico. et coniugalem torum in quo nuptiae fiunt.  
 et coniugis, a, um, quod coniungit. et coniugatio a pud gram  
 maticos, quod per eam multa uerba ad unam formam, quasi ad  
 unum iugum coniunguntur. et apud rhetores coniugata, quae  
 ab uno genere ueluti iugo flectuntur, ut a iustitia iustus. iusta.  
 iustum. Hinc locum a coniugatis dicimus, cum ita argumenta  
 mur, si visus gaudium est. et ridere gaudere, et iugis Iuno, quod  
 matrimonia coniungat. a qua iugarius uicus Romae appella  
 tus est, in quo ara fuit Iunonis iugae, et iugalis nodus, siue iu  
 gale uinculum, copula matrimonij. Virg. Cui uincula iugalia  
 care. idem, Si cui me uinclo uellem sociare iugali. et iuge as  
 sistu est, cum uinctum iumentum steruus facit. et iugis assi  
 dum. continuis, quasi semper, et sine aliqua intermissione iu  
 go affixus. a quo iugiter aduerbium, hoc est continue. et con  
 iugatio apud grammaticos hoc est declinatio uerborum, quod  
 paria sunt, et uno iugo quasi astricta. Bigae quoque et quadri  
 gae a iugo dictae, quod ille duorum, haec quatuor equorum iugo agetur.  
 illi biuges, siue biuges equi dicuntur, hi quadriuges siue qua  
 driuges, quod bini, siue quaterni ad unum iugum alligati sunt, et  
 quoniam sex aliqui equi ad unum currum adhibebantur, quod  
 primum a duo Augusto factum legimus, hi seiuges, siue seiuges ap  
 pellati sunt. Nam qui soli sine curru ad cursum adhibentur, Grae  
 ca uoce uicantes, hoc est caletes uocantur. Plyn. Antiqui ce  
 leitas tantum dicebant in sacris. postea uero et qui bigis, uel qua  
 drigis uicissent, latine dicuntur de sulcorum, a desiliendo, quod ex  
 iis facile desiliatur. Suet. de Caesare. Quadrigas, bigasque, et  
 equos de sulcorum agerunt nobilissimi iuuenes. A quadri  
 ges quadriugum cognomen deductum. iugum est a ueteribus id  
 dicebatur sub quo in gnominae gratia uicti hostes mitti solebat.  
 Id hoc modo fiebat, fixis in terra duabus hastis, super eas ligabatur  
 tertia, tum uicti hostes disungebantur, et ita distincti sub  
 illa transire cogebantur inermes. Hic subiugare dictum de bel  
 lare, atque in perio suo subiugere. item iugum in uinea dicitur,  
 cum duabus, aut pluribus perticis, harundinibus uel in terra de  
 fixis, aliae supra eas alligantur, in quibus uites coniunguntur,  
 et quasi iugum, hoc est summam partem quandam faciunt. a quo uites  
 ipsae seu uinea iugatae dicuntur, quod si hastilibus in terra de  
 fixis singulae transuersae perticae in unam tantum partem ordi  
 nis adnectantur, uinea uinea dicuntur, et genus ipsum iug  
 gaterium rustici uocant. Plyn. Salices quaedam in procerita  
 tem magnam emittunt iugis uinearum perticas. Idem, Serio  
 ra fere anno ad fructum arbutina, qua uites iugatae. Idem, et  
 si luxuriauerint palmites, intorqueri debent, ut quatuor mate  
 rias, uel duas, si uniuersa erit uinea, emittat. Idem, Simpliciter iu  
 go constat uniuersa, porrecto ordine, quem canterium appellant.  
 Hinc iugari uinea dicitur, quae in iugum constituitur. Colum  
 mel. Sequitur a administranda, iugandaque uinea cura. Quae  
 uero uinea quadrupla ordine perticarum instructa sunt, com  
 pluitate dicuntur, a canis aedii compluuij. Quippe in qua  
 ternas partes totidem iugis diuisa est. Sex certe uinearum genera  
 memorantur. unum cum sparsi per terram palmites sunt. Secun  
 dum cum per se uitis subiecta est. Tertium cum administrulo conti  
 netur sine iugo, quae si longum extendatur, et ad quartum  
 usque pedamentum sic enim administrulo uitis uocantur perueni  
 at, Draco dicitur siue iuuculus a iungendo. Ex quo sunt quae  
 masculata uocantur. Quartum genus est, cum pedata uinea est  
 simpliciter iugo, quae diximus uniuersam uocari. Quintum cum  
 quadrupla, quae uocatur compluitate. quoniam uero iugum, aut per  
 tat, fit siue harundine, aut crine, funiculo uel, ut in Hispania,

atque Brudusio, aut cum breuiore palmites sunt sarmentis ipsis  
 inter se uinctis finium modo. hoc genus in arcus specie forma  
 tum, Funetum dicitur. Sextum genus est, cum uites arboribus ma  
 ritantur, idque dicitur uitis siue uinea arbutina. Iugata etiam dicitur  
 tabula nauium, in quibus sedet, quae transtra dicuntur. et  
 hoc ad graecorum imitationem. qui haec *ζυγά* appellant.  
 Virg. Inde alias animas, quae per iuga longa sedebant. detur  
 bat, laxataque foros. Item a iungo iunctus deducitur, quoniam usus eius  
 ad uincturas, et omnia uirilia utilissimum est. Alterum genus  
 eius Marimum uocant, et graeci oxychaenon, hoc est acutum  
 iuncum. Tria huius genera sunt. acutus, et sterilis, quem Ma  
 rem appellant. Frugifer quem graeci melancranim, nos atrise  
 rum uocamus, quoniam semen nigrum ferat. Et tertium magni  
 tudine, carnositateque insignis, qui Mariscus appellatur. Com  
 modior autem ad texendum mariscus est, quem etiam holoschaenon,  
 hoc est totum iuncum uocant. Ex eo tegetes fiunt, et mariscus  
 nasse, et elegantium lucernarum lumina praecipua medullae  
 amplitudine hoc est materiae, quae lucernis adhibentur, quae di  
 cuntur ellychnia, ut stupa. palea. et similia, quae oleo. seu. ce  
 ra. aut alio huiusmodi liquore tecta comburuntur. *ελλυχνιον*  
 graecum uocabulum est. Unde nimium studium in orationi  
 bus componendis Demostheni quondam obijcens *τα τοῦ*  
*ἐνέρου ἐλλυχνιον ὄλεον* dicebant, hoc est opera illius ellychni  
 um redolere. Est et aliud iunci trianguli genus, quod cypere  
 uocant iuxta terram candidus, caeruleus niger, pinguisque, ra  
 dix oliuae nigrae similis, quae cum oblonga est, cyperida uocatur.  
 Haec psilotrium habet. se ad caudum, ne affinitate nominis de  
 cipiamur. Nam ciperus quidem iunca genus est (ut dicimus) Cyp  
 perus uero alia herba est, quae Gladiolus dicitur radice bul  
 bosa. et odore uicino Nardo. Apollodorus tradit barbaros sus  
 fitum huius herbae ore exapietes consumere lyenes. et non egre  
 di domibus, nisi hoc suffitu peraceto. uegetiores enim, firmioresque  
 hoc modo fieri. Est et per se india herba, quae cypereis uocatur,  
 gingiberis effigie commanducata crocolum reddens. Est et  
 aliud iunca genus, quod tropicem uocant, huius semine allicitur  
 somnus. Sed seruare modum oportet, ne sopor fiat. Est et odo  
 ratus iuncus in Syria caele nascens, sed laudatissimus ex naba  
 thea affertur cognomen theuatis. Est aut rotundus uinosa mor  
 dacitatis ad linguam. In conficiendo odorem rosae emittit ru  
 bentibus fragmentis, reliquo aspectu nihil fere a ceteris sui  
 generis differens. A iunco iunctum dicimus, quod ex iunco est.  
 Item a iungo deducitur iugulus anterior colli pars, unde uox,  
 aliusque procedit quod per eam pectori caput iungatur, et quia in  
 Iugulo mortifera statim plaga est praeter ceteris membris. ideo ue  
 teres petere iugulum, et ferire iugulum dixerunt, pro eo quod est  
 petere mortem, uel inferre mortem. et iugulare pro interficere.  
 Item a iungo composita fiunt adiungo, quod est addo. et ad  
 iugo etiam dicitur, quasi ad unum iugum appono. Abiungo. se  
 paro. alieno. hoc et abiungo dicitur. Pacu. Quae res ab stabu  
 lis abiungat, certum est loqui, Circa iungo nota significatio.  
 inter iungo subsisto, tractum a curru cuius rotae interiecto su  
 de iunguntur, ut quiescat. Mart. Et cum currere debeas boui  
 las inter iungere quae res ad amenas. in iungo demando. sub iun  
 go addo. unde subiunctiuus modus a grammaticis dicitur quae  
 subiungitur alteri uerbo. ut respondebis mihi, cum ad te uene  
 ro. Martialis, Ne ualeam si non totis Deciane diebus, et tecum  
 totis noctibus esse uelim. Virgilius, Si me fata meis paterentur  
 ducere uitam Auspicijs, et sponte mea componere curas, Ur  
 bem Troianam primum, dulcesque meorum, reliquias colere.  
 et subiunctiuae coniunctiones, quia ceteris partibus subiun  
 guntur, ut rex, hominumque, deumque. Disiungo se paro. a quo di  
 iunctiuae coniunctiones appellatae, quia res, uel personas dis



iungunt, ut hoc uel illud, meum, uel tuum erit, hodie uel cras.  
 Et disiunctio separatio, ut cum alter ab altero absumus. Cicero.  
 Neque enim nō potest mihi molestissima esse disiunctio no-  
 stra, in tanta rerum omnium uarietate. Seiungo, eiusdem signi-  
 ficationis, ut seiunctos bonos a malis, fortes a timidis, iustos ab  
 iniuris. coniungo, simul iungo. a quo coniunctura. coniunctio.  
 Et coniunctiuus modus pro subiunctiuo. et coniunctim aduer-  
 bium, sicut a disiungo quidam usurpant disiunctim. T A V  
 R O. Taurus proprie bos est. ad procreandum sobolem refer-  
 uatus, sicut in capris hircus in ouibus aries. in pullis gallus. di-  
 citur autem a graeco, quod est ταῦρος. Hinc animali in aspe-  
 ctu generositas est. Toruus est fronte. auribus factosis. cornibus  
 in protracta dimutationem poscentibus. iugens prioribus in pe-  
 dibus comminatio. Gliscenie ira alternis replicat, spargensq;  
 in altum arenam eo stimulo mirifice ardescit. Minora huic, q;  
 boui cornua, tenuiorq; Generationem quadrimus implet.  
 Singulis tauris denas boues eodem anno tradunt. Si post coitu  
 in dextram partem abeunt tauri, generatos mareis esse existi-  
 mant, si in leuam foeminas. Conceptio uno intuitu pficitur. Tauri  
 non sepius, q; bus die inuicunt. Boues animalium soli etiam re-  
 tro ambulantes pascentur. Vita foemina XV annis longissi-  
 ma, maribus XX. Robur quinto anno. Quibus minimū ar-  
 poris, plus laboris. Lauatione calidae aquae traduntur pingui-  
 rei fieri, et si quis incisa cute spiritum uiscera per harundinem  
 adigat. Syriaci bobus non sunt palearia, sed gibber in dorso.  
 Domitua bouem in trimatu optima, postea fera ē, ante praema-  
 tura. Aptissime cum domito inueniens instruitur. Hoc animal  
 tanquā laboris, et agriculturae socium quodammodo uenera-  
 mur. Quapropter dānatus olim Romae fuisse legitur, qui con-  
 cubino prociā ruri se omasum edisse neganti bouem occiderat,  
 nec aliter in exilium actus, quā si colonum suum iteremisset.  
 Thessalorum gentis inuentum est equo iuxta quadrupedan-  
 tem cornu intorta ceruice tauros necare. Primus hoc spectacu-  
 lum Romae Caesar dictator exhibuit. Est frequē in prodigijs  
 prisorum bouem locutum, quo nūntiato senatum sub diuo haberi  
 consueuisse. Bos in aegypto pro numine colitur apim uocat,  
 in signi in dextro latere candidante macula, quae cornibus lun-  
 nae similis est iam crescere impientis. Nodum sub lingua hēt,  
 quē cantharum appellant. Nō est fas eum certa uita spatia ex-  
 cedere. mersum in sacerdotum fonte enecant, aliumq; multis la-  
 crymis, et luctu quem substituant querunt. Et donec inuene-  
 rint de aesis etiam capitibus moerent. Inuentus deducitur a sa-  
 cerdotibus Memphim, ubi gemina ei delubra sunt, quae thala-  
 mos denominant. Alterum intra se mortiferum est. in altero  
 dira portendit. responsa priuatis dat. et de manibus consulenti-  
 um accipit abum. Germanici Caesaris manus auersatus est, q;  
 haud multo post extinctus fuit. Cum se prorumpit in hominum  
 caetus, sine strepitu incedit. Licetorum iussu, et puerorum ca-  
 terua comitatur concanens armen honori eius, ille intelligere ui-  
 detur, et adorari uelle. foemina bos semel in anno ei ostendi-  
 tur, semperq; eodem die et inueniri eam, et extinguī memo-  
 rant. Memphi locus est in Nilo, quem a figura uocant phialā.  
 ibi singulis annis aureā pateram, argenteamq; demergunt die-  
 bus septem, quos apis natales habet. Traduntq; neminem p-  
 eos dies a crocodilis attingi. octauo autem die post horam sex-  
 tam redire beluae feritatem. Hinc apim, quidam serapim. qui-  
 dam osyrim nominant. Tradunt enim Osirim Iouis filium fu-  
 isse ex Niobe filia Phoronei. Hunc cum phoroneo uo in argi-  
 uorum regno successisset, et plures annos arguis i perasset,  
 Aegialum fratrem regno achaiā praefecisse. ipsum uero glo-  
 ria de syderio trans freta ad Aegyptios, quos cum ditioni  
 suae subiugisset, Inachi primi Arguorum regis filiam. a quo ip-

sa Inachis et Inachus achaiā flumini. et Inachia regio dicta,  
 quae Io uocabatur in aegypto fugatam sibi matrimonio coniu-  
 xisse. Sic utriq; diuinos honores meruisse, cum illa literas Osi-  
 ris uarias artes aegyptios docuisset. Tibul. Primus aratra ma-  
 nu solerti fecit osiris, et teneram ferro sollicitauit humum. Pri-  
 mus in experte commisit semina terrae, Pomaq; non notis legit  
 ab arboribus. Hic docuit teneram palis adungere uentem. Hic  
 uiridem dura caedere falce comam. Verūtamen Osirim a Ti-  
 phone fratre per fraudem occisum fuisse, ac dilaniatum, eiusq;  
 10 membra ab uxore diu quaesita. Quae cum non inueniret, in  
 maximos fletus prorumpere solitam. Quae re commoto aegy-  
 ptios tandiu ea quaesuisse, quoad iuxta Syene inueniret. Haec  
 urbs est in confinibus Ethiopiae, atq; Aegypti supra Alexā dri-  
 am, uersus meridiem quinquaginta millia stadiorum, quae di-  
 recte locata est sub tropico aestiuo, hoc est sub cancro in extre-  
 mo torridae zonae. unde cum sol ad cancerū uenit, in medio sol-  
 stitij die supra uerticem urbis candens nullam prorsus umbrā  
 facit. Luca. V mbras nusquā flectente Syene, Eo in loco philoso-  
 phi effodisse puteum dicuntur nimiae altitudinis, quem sol recto  
 intuitu irradiauat octauo calē darū Iulij cū sol in cancro erat.  
 Inuenta igitur hoc loco membra Io, quae postea Isis uocata ē,  
 20 collegit, ac se puluere mandauit. Locumq; pro sepulchro elegit  
 tutissimum, nec facile peruium, hoc est insulam Abaton, quae in  
 accessibilis interpretatur, quoniam in palude est iuxta Mem-  
 phim, limosa, ac papyrus obsita. Valudem ipsam stygē, hoc est  
 tristitiam nominant. Voluitq; neminem in eam insulam tra-  
 cere nisi certis diebus. Si quis in ea palude perisset ei sacra cen-  
 tum annis soluebantur, quod tetragisse uidetur. Virgilius, Centū  
 errant annos. Cum uero post haec bos aegyptus iuxta hunc lo-  
 cum apparuisset, existimant hunc osirim esse, et ut deum  
 30 adorare ceperunt, mutatoq; nomine, Apim uocauerunt, qd lim-  
 gua eorum bouem significat. deinde dictus est serapis. Ouid.  
 Et comes in pompa corniger apim erat. Idem. Nunquamq; satis  
 quaesinus osiris. Tibullus. Te carit, atq; suū puber nurrat Os-  
 rim, Barbara memphitem plangere docta bouem. Mart. Non  
 illam mille castris uincebant, nec quae turba serapim amat.  
 Ergo in sacris Isis imitatio est inuenti osiridis, quem a Tiphone  
 fratre dilaniatum toto orbe quaesuisse narratur. Alij ideo  
 haec sacra instituta existimant, quod Isis paruulum filij Os-  
 40 iridi patri su perstitem, nomine Horum, cum semel amisisset, si-  
 mens, ne id filio cōtignisset, quod patri euenerat, in maximos fle-  
 tus prorupit. Sed illo tandem inuento moerorem in lenitiam cō-  
 uertit. Hoc igitur imitari sacerdotes aegyptij, et de glabrato cor-  
 pore pectora sua tondere, lamentariq; ueluti amissum filium,  
 deinde quasi inuentum producere, et moerorem omnem in la-  
 titiam uertere. Inue. Plangens populi carrit deuor Anubis.  
 Erat aut Romae templum Isis iuxta campū martium. Idē,  
 Si candida iusserit Iobit ad aegypti finem, calidāq; petitis a  
 Merae potabit aquas, ut spargat in aedē isidis, antequam quae pro-  
 xima surgit ouili. in hoc templo sacra ei. Deae quot die celebra-  
 tes, deinde cum cantu redeuntes, qd circa octauā diei horā fi-  
 50 ri solebat. Mart. Nūntat octauā phariae sua turba inuenca. Et  
 pilata redit iamq; subitq; cohors. Bos a graeco deducitur, qd ē  
 βός, hoc ē τὸ τοῦ βόσκω, qd est pascō. Cuius sonus est  
 βόσκω. a quo detractioe s litera bos fieri scribit Aristar-  
 chus. Hinc boarium forū Romae appellatū, q in eo boues uen-  
 derentur. Et bubulcus, q uel bobus arat, uel boues fundi arato-  
 rios pascat. A quo bubulatare uerbū. Pl. Deat me amare, et te  
 60 bubulatare. Inuiciorū familiae bubulcū nominauerūt, q boues  
 optime utebantur. et bosphorus a bouis meabili transitu, pp an-  
 gustiam freti. Duo aut bosphori sunt. Alter iuxta Byzantium,  
 qui bosporus



qui bosphorus thracicus dicitur. Alter in introitu meonidos palu-  
dis de quo Ouid. Bosphorus, & tanais superat, scythiaq; pa-  
ludes. Hic bosphorus cimerius appellatur, a cimerijs populis, q  
frigidissimam eius partem involunt. unde quicunq; terras fri-  
goribus occupatas habitant, Cimerij appellantur, quales fue-  
runt inter baias, & cimas in ea regione, in qua conuallis satis  
eminenti iugo arcudata est, quae neq; matutino, neq; uersper-  
tino tempore sole contingitur. & boeonia a quo boeotij populi re-  
gio Europae, a boue, quae cadmus Agenoris filius Thebaru co-  
ditor inuoluit ante, q urbem edificaret. Ouid. Moenia fac-  
condas, boeoniaq; illa uocato. Eadem urbem Amphio muris or-  
nauit, Bacchi & Herculis clarissimam patriam qua tandem  
Alexander magnus euerit, cuiusq; omnes sub corona uendidit.  
Haec urbs aliqna poens Draconigera nominatur, quia a Cad-  
mo cum quinque uiris ex dracone ab ipso interfecto natis costru-  
cta fuit. Dicitur aut haec thebe, & thebe thebaru. Fuit et alia  
urbs hoc nomine in aegypto, quae Busiris Aegypti rex condidit.  
Creca heliopolin, hoc est solis urbem uocauerunt. Huius ambitu  
centum quadraginta stadiorum fuisse scribit Herodotus, urbe  
in signem publicas, priuatisq; adificijs, & caeterarum omniu  
urbium felicitissimam. Vlynius tradit totam pensile fuisse, sub-  
ter qua reges soliti erant maximos exercitus armatorum edu-  
cere, nullo ex oppidanis id sentiente, & qd est mirabilius, me-  
diam stimus inter se abbat. Centum portas habuisse ea tradunt.  
Iune. Atq; uenas Thebe centum iacet obruta portas. Ab hac the-  
be Thebei dicuntur. A Thebe uero Boeoniae Thebani. Sed The-  
bei graecum est. Nam graeci et Thebani uocant Thebaeos. Fu-  
it & alia Thebe (Homero teste) in Cilicia patria adromaches,  
quae Hectoris uxor fuit. Ouid. Nec cruciare manus, q cu The-  
bana cruentum, Hectora Thessalico uidit ab axe trahi. Item  
alia Thebe (teste Vlynio) in Lucania, quae regio est inter Appuli-  
am, & Calabria, cuius populi Lucani dicuntur, siue qd eor-  
u regio sita est ad partem luciferae stellae, siue qd loca aetheria  
sint, & ob id multae lucis, siue a Lucilio duce, seu qd primo  
in loco confederint. Item a boue graecae uoce bootis, qd latine  
dicere possumus bubulcu. Est autem caelestis sydis, quod arcto-  
phylax uocatur, & more bubulae sequi palustru uidentur. Ouid.  
Arctophylax formam terga sequentis habet. Neq; enim re-  
cte sentit Arctus bootem non a palustri similitudine uocatum,  
sed qd palustri instar arcti polium, quem boreum diamus, uer-  
sari uidentur. Duo sunt caeli uertices, quos latini mo axes, mo-  
do atridines, qd arca eos rotari orbis uidentur, appellant. Graeci  
poli nunc uertere unus australis, siue antarcticus, hoc est  
arcti oppositus, qui terrae obiectu a nobis cerni non potest.  
Alter septentrionalis, siue arcticus, siue arcticus, siue boreus, q  
numquam occides semper conspicitur. Virg. Hic uertex nobis sem-  
per sublimis, at illum sub pedibus Styx atra tenet, manesq; pro-  
fundi. Nostri tamen temporibus Lusitanu oceanum ingressi,  
& ad sinistram nauigantes intantim processere, ut septentrio-  
nalem arctum non cernant, uideant autem stellam eodem fere  
semper loco sita, qua sibi ductuum praehente, per plures nau-  
gent dies. Ex quo coniecturam faciunt australem hunc polium  
esse. Mira res, comperit aetate nostra, qd tot ante secula cerne-  
re non potuerunt, & scire iam nos uideri antarcticum posse,  
quod maiores nostri excellenti ingenio, ac doctrina uiri pror-  
sus ignorarunt. Duae etia arcti sunt, quae septentrionali polo-  
nix uehuntur. Arctus circulo clausa, et ita collocata, ut utraq;  
resupinata alterius contigit caput, sed caput eius, quae superior  
est, ad caudam inferioris contendat. Altera maiorem ursam si-  
ue elicem. Altera minorem ursam, siue graecorum lingua cy-  
nosuram, hoc est canis caudam nominant. Illam populi grae-  
cae notare soliti. Hanc sidonii aspicientes continue nauigant.

10

20

30

40

50

60

Ouid. esse duas arctos, quaru cynosura uocatur sidonius. Elicem  
grata carina uocat, Elicem scribit Hesiodus calistona lycatonis  
Arcadiae regis filiam fuisse. Hanc studio uenationis inducta  
relicto patre sese in syluis contulisse, factamq; uiam ex comiti-  
bus Dianae, a qua cum mirifice amaretur, quadam die solam  
in syluis inuentam Iouem compressisse. Quod sidonius cu ali-  
quandiu caelasset, tandem iussam cum caeteris uirginibus lana-  
ri, timore utri crimen detexisse. Quamobrem indignata de-  
am, in urse effigiem illam commutasse, quae graece *apuros*  
appellatur. In ea specie non multo post filium peperisse, quem  
arada nominauit. a quo postea dicta est Arada Peloponnesi  
regio. & Achaiae pars undiq; a mari remota, initio drymo-  
dis, mox pelagis appellata, a quibusdam etiam parrhasia, cu  
parrhasie oppidum Arcadiae sit. Parrhasio dictum panis de  
monte Lyciae. ab hac arades populi, & arcadia mores. Alij  
tradunt Iouem in Dianae specie, cum remotam a caeteraru uir-  
ginum consorto comperisset, cum ea concubuisse. Cumq; Dia-  
na usq; timore uentris eius rei causam scrutaretur, responso ac-  
cepto, quod id culpa eius euenerat, ira percutam, in eam quam  
diximus effigiem illam commutasse, & dum forte in syluis (ut  
mos est ferarum) uagaretur, Ab Aetolis captam ad Lycionem  
simul cum filio ductam fuisse, & regi dono datam. Vbi cum  
patris moris, & legum ignara sese in Iouis Lyciae templum  
coniecisset, moxq; eam filius esset subsecutus aradibus eos in-  
terficere uolentibus, a Ioue exceptos, & in caelo collocatos fuis-  
se, matremq; arcton, hoc est ursam, filium uero arctophylax,  
hoc est urse custodem uocatum. Sunt etiam qui affirmant Iu-  
nonem cum Iouis concubium cum Calistone intellexisset, accen-  
sam ira, illam in ursam conuertisse, eandem mox Dianae obuia  
factam a dea fuisse interfectam, deinde inter sydera collocata.  
Nonnulli Iouem ferunt, ueritum, ne iuno quod minata fuerat,  
pellicem eo in loco deprehenderet, Calistone in urse effigiem  
commutatam ibi reliquisse, Iunonem dolo percepto hanc uena-  
ti Deae ostendisse. a qua confectam fuisse sagitta, & a Ioue in-  
ter sydera relata. Proptereaq; hoc sydus non occidit, qd The-  
tis Iunonis nutrix ab ea rogata e uia cum caeteris maris dijs,  
ne factum ex pellice caeleste signum in mare paterentur occide-  
re. Ouid. Gurgite caeruleo sepiem prohibete triones, Syderaq;  
in caelum stupri mercede recepta, Dellite, ne puro tingatur in  
aequore pellex. Cynosuram uero minorem ursam esse manife-  
stum est. Hanc unam ex Iouis nutricibus, et nymphis idaeis sic  
isse tradunt inter caereis uersari solitam, qui Iouis fuerunt nu-  
trici. Nonnulli etiam elicem, & Cynosuram nymphas Iouis  
nutrices dixere accepti beneficij gratia in caelo a Ioue colloca-  
tas, & utranq; arcton nuncupatam, a nostris etia septentrio-  
nes. a graecis uero *αμείξας* hoc est carrus nominatas.  
Var. Triones rusticorum uocabulo boues uocatos scribit, &  
quasi quosdam terriones, hoc est arandae terrae, ac colendae ido-  
neos, quod ergo antiqui graecorum *αμείξας*, hoc est plau-  
strum dixere, nostri ueteres a bubus iunctis septentrio-  
nes uocantur, a septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurat-  
ur. V el ideo magis ha septem stelle triones appellatae, quoni-  
am ita sitae sunt, ut ternae quaeq; stella proxima iter sese tri-  
gonam, hoc est triquetram figuram constituent, qua recentio-  
res uocant triangulum. Quippe maiores nostri, cum ab im-  
tatio rationem syderum scrutarentur, pro numero, ac si-  
tu, posituraq; stellarum uarias animalium, aliarumq; rerum  
effigies figurabant. Quoniam ergo ex his septem stellis duae  
pariles uno in loco uiderentur, pro bubus eas accipere. Reliqs  
uero quinque palustri figuram designarunt. itaque & proxi-  
mum huic sydus bubulcu, hoc est bootem appellauerunt, qd mo-  
re bubulae carrum sequitur. At qui ad formandam maioris ur-



se effigiem, non septem istas duntaxat, sed quinque & uiginti stellas quidam astrologi adnotarunt. in capite septem. in singulis auribus binas. in humero duas. in pectore unam. in pede priore claras duas. in summa cauda claram unam. inter scapulas unam. in crure posteriore duas. in extremo pedis duas. supra caudam tres. Arctophylax nomen post Homeri tempora (ut opinor) inuentum. Nam ille & plaustrum, & arcton, et bootem nominat, Arctophylax nunquam facit mentionem. Cynosuram constituunt, in humero stella una splendida. in pectore clara una. inter scapulas clara una. in ventre clara una. super cauda clarae tres. Sed harum trium quae infima est, polus appellatur, in quo totum orbem circūagi existimant. Aratus, Certior est cynosura tamen sulcatis aequor. Quippe breuis totam fido se cardine uertit. Minorem arcton etiā phoenicem uocant, quod Thales, qui de ratione astrorum diligentissime scripsit, & hanc primus nouit, uocauitque minorem arctō. Phoenix fuit, quae causa est, ut phoenices eā obseruent, quā ab suo inuentore acceperunt, & ex illius nomine uocarunt phoenicem, cum ij, qui peloponnesum incolunt, proprie duntaxat arcto utantur, quāuis sub minore certius nauigari compertum sit. Aratus, Hic Iouis alterius elice, cynosuraque fulgent, Dat grauis elice curfus maioribus astris. Phoenicis cynosura regit, sed candida tota. Sunt qui scribunt elicem nomen oppidi primo fuisse in Peloponneso, in quo natus sit Calisto, & ab eo hoc sydus elicen uocatum. Ab arcto arcturus dicitur, quod uersa cauda interpretatur, hoc est ἀρκτου οὐρά. Stella quaedam est arctophylax, siue bootes, quem maioris uersae terga sectari supra diximus. Habet enim arctophylax in manu sinistra stellas quatuor, quae dicuntur nunquam occidere. in capite stellam unam. utroque humero singulas, sed clariorem quae in dextra, et sub ea alteram obscuram, & in cubito dextro claram unam. in zona unam longe caeteris lucidiorē, in utriusque pedibus singulas. Quae in zona est arcturus appellatur. Oritur aut ueni tempore. De arctophylace huiusmodi etiam recitant fabellam. Cum Lycaon Calistonis pater Iouem hospiti suscipisset, tentandi nimis gratia arcadem Iouis, & Calistonis filium nepotem suum inter alias concisum carnis illi in conuiuio apposuisse, propter quod indignatum deum, delecta in terram mensa, donum fulmine incendisse, ipsum in lupi effigiem transmutasse, filio autem collectis, ac compositis membris uitam restituisse, & aetolo cuidam tradidisse educandum. Hunc cum adoleuisset, & uenator factus matrem aliquando, quae in uersam conuersa fuerat, insylvus esset conspicuus, studio conficiendi eam usque in Iouis Lycaei templum persecutum fuisse, quod in gredi arcadem lege capitale erat. itaque cum utriusque necare ex lege oporteret, misericordione (ut supra diximus) Iouis in caelum fuisse translatus. Ab arcto arctous deducitur, hoc est septentrionalis. & arcticus, et oppositum eius antarcticus. Itē a boue bucephalus dicitur, quia si bouis caput, equus Alexandri & urbs, de quibus supra diximus. item bupraestis. & buphthalmus. & buglossus herbae, de quibus similiter dictum est. item bumastus genus uuae grossioris, quod tunc ad similitudinem mammarum bouis, bouis enim graece bos dicitur, μάστος mamma sicut, a similitudine digitorum, Dactylus uocatur aliud uuae genus in longum porrectae, quod graece δάκτυλος digitus appellatur, & quae paruos acinos habent, sed mites, ac suauitate certantes dicuntur Leptorogēs. λιπρός enim subtilis a graecis dicitur ῥώξ acinus. item bucardia lapillus bubulo cordi similis, babylone tantum nascens, de quo supra disseruimus. & bouillae oppidum quasi bouis hille. & buberij ludi, quos ueteres a bobus, πεωρέξ appellarunt, de quibus similiter dictum iam fuit. & buentes, qui graece βουκέντης dicitur, hoc est taba-

nus a pungendis bobus. κεντήν enim pungere est, et bucentrum stimulus. Graeci enim βούκέντρον nominant. et eriboea uino, quasi lis bouis. Eris enim graece lis dicitur quia Isidem in bouem mutatam nimia indignatione persecuta est. & bucolicum carmen a custodia armentorum hoc est ἀρκτοῦ βουκόλων, qui dicuntur armentarij, quod praecipua animalia apud rusticos sint boues. hoc autem carmen humile est, & rustica simplicitate gaudet, rusticaque in eo persona introducitur. Cuius originem quidam hanc referunt. Quo tempore Xerxes persarum rex graecā inuasit, cum omnes intra muros laterent, nec possent Dianae sacra persolui, puenisse ad motus Laconas rusticos, & in eius honorem hymnos cecinisse. unde natum bucolicum carmen posterior aetas elimauit. Alij Horrestem tradūt, cum Dianae fascelidis simulachrum ex scythia raptum aduheret, in Siciliam tempestate delatum fuisse, illic completo anno Dianae festum hymnis celebrasse nautis suis collectis, & pastorum multitudine conuocata. Sic eam consuetudinem apud rusticos postea permanisse. Sunt qui non Dianae, sed Apollini Nomo consecratum hoc carmen uelint, quo tempore Admeti regis pauid armenta. Nonnulli rustici numinibus a pastoribus dicitur, ut panis fauus, satyrusque. bucolicum etiā genus est panax, haec herba est ferule similis, quae in ipso fine Arcadiae, & circa erymanthi fontes, et in Africa, et in Macedonia nascitur quinque cubitorum folijs. primo quaternis, mox senis in terram iacentibus, ampla magnitudine rotundis, in acumen uero oleagineis, semine in muscarij dependente, ut ferula. Excipitur succus in aso caule messis radice in Autumnio, qui opopanax appellatur. Herba haec ipso uomine omnium morborum remedia promittit. dicitur enim ἀρκτοῦ πικρὰ αἰκίρ, hoc est a sanando omnia, ideo inuentio eius dijs ascripta est. Vnum genus a sclepiō cognominatur, quoniam is Filiam Panaciam appellauit. haec euulsa serobē repleri uario genere frugum religio erat, ac terrae piamentum. Succum igitur quae ex Macedonia affertur bucolicum uocant, quod βουκόλον, hoc est armentarij hunc succum sponte erumpentem excipiunt. Alterum genus heracleon uocant, & ab Hercule tradunt inuentum. Alij origanum heracleoniam syluestre, quoniam est origano simile. Tertium panaces chironem cognominatur ab inuentore, folium lappato simile, flos aureus, radix parua. Quartum genus ab eodem chironem repertum centauro cognominatur. Chiron enim centaurus fuit, Saturni & philyrae filius Oceani filiae. Nam cum Saturnus Iouem filium quaeeret, in Thracia cum Philyra Oceani filia in equum uersus dicitur concubuisse, ex qua Chironem centaurum genuit, dimidio hominem reliqua parte equum, quae a matre Philyrides est dicta. hic non modo centuros sed uniuersos suae aetatis homines bonitate, & iustitia superauit. Aratus, Hic erit ille pius Chironis stissimus omnes, iter nubigenas, et magni doctor Achillis. Na uigruit cum argonautis, quorum medicus fuit, medicinam, & herbarum uires inuenit. Medicinā Esculapius. Citharā Achilles. Astrologam Hercules ab eo didicerunt. Ad hunc cum aliquando Hercules diuertisset, ipseque sagittas illius, sanguine hydrae tinctas manibus contrectaret, & se cum miraretur, quomodo illis immania centaurorum corpora interfecisset, una e manibus forte delapsa pedem uulneruit, propter quod doloris magnitudine prodiur extinctus. Sed post nouem dies misericordione deorum ad astra sublatus est, & sagittarum signum constituit. Ouidius, Nona dies aderat, cum tu iustissime Chiron, Bis septem stellis corpore iunctus eras. Quidam tamen sagittarium non Chironem sed Crocum esse dixerunt Euphenes musarum nutrias filium, hunc domicalium in monte Helicone habuisse, & cum musis cantu, ac cithara delectari solitum, sepe etiam



etiam studio uenationis exerceri, quapropter magnam laudē  
 & laboris, & ingenij affectum. Hinc musas à Ioue petiisse,  
 ut cum inter astra collocaret. itaque Iouem, ut omnia illius arti  
 ficia in uno corpore referret, curuæ eius equina fecisse, quæ equo  
 multum uenando usus fuisset, sagittas ei addidisse, ut aciem, ac  
 celeritas indidatretur. Satyri autem in corpore fixisse, quæ non  
 minus hoc musæ delectarentur, quæ Satyris liber. Figuratur ad  
 oca sum spectans, & uelut mittere sagittas incipiens. Præcep  
 occidit. exoritur directus. habet in capite stellas duas. in arcu  
 duas. in sagitta unam. in dextro cubito unam. in manu priori  
 unam. in ventre unam. inter scapulas duas. in cauda unam.  
 Præterea ante pedes coronam habet septem stellarum. Item  
 bucula parua bos. Plinius, Eidem morbo buculæ iecur  
 contrarium prodest. Idem, Mironem ageladis discipulum bu  
 cula maxime nobilitauit celebratis uersibus laudata, quando  
 alieno plerique ingenio magis, quæ suo laudantur. Extant nunc  
 quoque de ea uersus ausonij poetæ. Bucula sum caelo genitoris  
 facta Mironis, Nec puto me factam, sed puto me genitam. Bucula  
 la uero cum gemino. cc. si significat paruam buccam. Bucula os è  
 Cic. Et quicquid in buccam uenerit, ad te scribam. in quo no  
 tendum est, quod os, & bucca, siue in plurali buccæ, non exteri  
 rem partem, hoc est labia significant (ut uulgus existimat) sed  
 interiorem. Quintil. Ore magis, quæ labris loquendum est. Est  
 ergo bucca interior illa concanitas unde uox prodit, & qua cõ  
 cipitur flatus. Iuue. Notæq; per oppida buccæ. Horat. Ut Iup  
 piter ambas i flatus buccas. Ambas buccas iquit, hoc est utruq;  
 latus oris. Plau. Nescio utrû maiores buccæ, an mammæ fieret.  
 Plyn. Intra oculos malæ homini tantum, quas prisci genas uo  
 cauere XII tabularum interdicto radi eas uentente, pudoris  
 hæc sedes. Intra eas hilaritatem, risumq; indicantes buccæ. So  
 nus ille, qui ex inflatione buccarum erumpit factio nomine  
 Sceloporus appellatur. Persius, Nec scelopos timidas intendis rum  
 pte buccas. Bucula etiam pars cassidis est, per quæ mittitur  
 spiritus. Iuuenas. Lorica et fracta de casside buccula pendens  
 à bucca etiam Bucula fit, hoc est frustulum alicuius rei est ut ap  
 tæ, quantum s. bucca commode capit. Cuius diminutuum est  
 bucella. Augustus in epistola ad Tiberium. Ne iudæus quidē  
 mi tiberi tam diligenter sabbatis ieiuniū seruat, quæ ego hodie ser  
 uauit, qui in balneo demum post horam primâ noctis duas buc  
 ceas manducati prius quæ ungi i caperem. Quidam Bucinam  
 quoque à bucca deductum existimant instrumentum, quo si  
 gnium datur in hostes ad pugnam. Ouid. Caua buccina sumi  
 ner illi Torulis in latam. a cuius similitudine bucinum cõchæ  
 genus, de quo supra differimus. & ideo per duplex cc scri  
 bendum censent. Nos a bou potius, uoce deductum putamus,  
 & per simplex c. scribi debere, quod ueluti boum quidam  
 mugitus sit. Siquidem et græci βουκκισπιον bucinam no  
 minant, & βουκκισπιον bucinatorem. Verum hæc nomi  
 na illi à latinis (ut arbitror) quemadmodum pleraq; alia sum  
 ptere. Nam bucinam ipsi proprie βουκκισπιον nominant. Tri  
 tonis inuentum fuisse bucinam tradunt. Hunc eni, cū conchâ  
 inuenisset, tulisse eam ad gigantes, & ibi sonitum quendam in  
 auditum per concham misisse, quo audito ueritos hostes, nequa  
 immanis fera ab aduersarijs adducta fuisset, primo fugæ sese  
 dedisse, deinde uictos in hostium peruenisse potestate. Triton  
 maris deus Neptuni, & Salaciae marinæ deæ filius, quod pri  
 mum in tritonide palude uisus fuerit. Est etiam fluminis triton  
 in Libya defluens in paludem tritonidem, deinde in mare Li  
 bycum. in hac palude insulam esse scribit Herodotus nomine  
 Pbla, in qua signa extant aduentus Iasonis, quin ad eam tem  
 pore Ogygi regis apparuisse Palladem uirginali ætate, ex cui  
 us nomine & ipsa tritonida uocata est. Quapropter quosdâ

10  
 20  
 30  
 40  
 50  
 60

minervam Neptuni, & tritonidos paludis filiam esse scripsis  
 se, sed patrem dedignatam dedisse se Ioui, et à Ioue in filiam  
 receptam, Rursusq; cum galeas, et scuta Aegyptijs inuenisset,  
 ea postmodum ad græcos transtulisse, qui iuxta Tritonidē in  
 colunt diem quem putant natalem minervæ, ludicris uirginū  
 inter se decertantium celebrant. Sic boere quoq; nō ἀπὸ τοῦ  
 βοῶν, quod est uoce, sed à boum mugitu deductum opinan  
 tur. P. a. Clamore & sonitu colles resonantes bouunt. Var. Ex  
 eunt citi, strepunt, bouunt. dicitur etiam boe boas. à quo boas  
 genus piscis, qui uelut mugitum quendam emittit, & reboo re  
 boas. Virg. Reboant syluæq; & magnus olympus. Item à bo  
 ue Bucerum pecus, quod de bobus dicitur. & buccæ, hoc est  
 boum armenta. Lucil. Lanigida pecudes, et equorum duellat  
 proles, buccæq; greges. Item bubulus à boue derivatur. et bo  
 uillus. Plyn. Bouillæ carnis ure facile curatur. Idem, Stomachū  
 exulceratum lactis asinini, & bubuli potus reficit. Item à boue  
 bubalus, syluestris bos, colore niger, quo nunc passim ducēdo  
 currui, & uehendis oneribus, ac etiam terræ arandæ utuntur.  
 Apud ueteres non erat in usu. Ex Africa primum id animal al  
 latum proditur. im peritum uulgo uros quoque bubalos uocat,  
 à bouis quadam similitudine, excellenti & ui, et uelocitate ani  
 mal. In Herania id sylua germaniæ nascitur, magnitudine pa  
 rum infra elephantum, specie, & colore, et figura tauri. Neq;  
 homini, neq; feræ, quæ conspexerit, parat. hos studiose foues ca  
 ptos interficiunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testimo  
 nio. Magnam ferunt laudem qui plurimos interfecerint. A m  
 plitudo cornuum, & figura, & species multum à nostrorum  
 boum cornibus differunt. hæc studiose exquisita ab labris ar  
 gento arcucludunt, atq; in amplissimis epulis pro poculis utū  
 tur. Item à boue bubona boum Dea, sicut mellonia mellis. &  
 bauli, qui uicus est inter Baias, & missenum, ubi boues quon  
 dam Herculis, dum iuxta Cumas hospitatus esset, stabulati esse  
 dicuntur. Hinc boalia primum locus appellatus est, deinde ue  
 rustate corrupto uocabulo bauli. Symmachus, corrupta boalia  
 baulos nunc pat hæc ætas. Mart. Dum petit à baulis mater ce  
 sellia baias, Occidit insani crimine mersa freti. Corne. Tacitus,  
 Nero matrem elicit ad baias, ubi quinquarium celebrabat, ex  
 cipitq; manu, & complexu, ducitq; baulos. Id uille nomen est  
 inter Missenum promontorium, & baiarum lacum, flexo ma  
 ri abluatur. & Melibæus proprium nomen pastoris, quod cir  
 ram boum habeat. & Melibæa litoralis urbis magnesiæ pro  
 pinqua Thessaliæ. A quo fit adiectiuum melibæus, a, um.  
 bupleuron quoq; à boue nominatum existimant, quod in spon  
 te nascentium herbarum numero græci habent. caule cubita  
 li folijs multis, lōgq; capite anethi. Laudatū in cibis ab Hip  
 pocrate medico, & glaucone, & Nicandro. radix eius in uino  
 urinae cendæ contra serpentes datur. Item buphonon alia her  
 ba, quæ alij chameleontem, alij Ixiū uocant. Cuius duo ge  
 nera. Candidior asperiora folia habet, serpitq; in terra echini  
 modo spinas erigens. radice dulci. odore grauissimo. Quibus  
 dam in locis uiscum gignit album. unde & Ixia, siue Ixiū  
 uocatur. Nam græci ἰξίω uiscum nominant chameleon a  
 foliorum uarietate appellatur. Mutat enim cum terra colores  
 ad similitudinē chameleontis animalis, de quo alibi dicemus.  
 huius succus occidit canes, suesq; in polenta addita aqua, & o  
 leo. contrahit in se mures, ac necat, nisi protinus sorbeat aqua.  
 Radicem eius quidā decoquunt in uino contra fluxiones, quas  
 græci reumatismos uocant. Ex nigris aliqui marem dixerunt, cui  
 flos purpureus esset, & foemnam, cui uioleus. Radices rici  
 nos canum necant. Item inueniatis anginae modo. quare quidā  
 buphonon eam nominant ἀπὸ τοῦ φόνος, quod est mors,  
 & βούς bos. Alij cynon quia factore ricinos à canum



auribus expellit, *uov* enim *catnis*, *ō* *cor* olens dicitur. Item a boue bona, siue boa (utroque enim modo dicitur) serpentis genus, uel quod primo bubuli lactis succus alatur, uel quod instar bonis iurget. in tantam enim aliquando magnitudinem excreuit, ut diuo Claudio principe occise in uaticano solidus in aluo spectatus sit i fans. Hinc bona etiam siue boa morbi genus est, cum corpora papularum multitudine rubent ad similitudinem eorum qui boa serpente icti obiurgescunt. *i gno* ruit hoc festus Pompeius, qui boa scripsit esse crurum tumorem uia labore collectum. Plyn. Ebuli folia contrita, et ueteri uino imposita boam sanant, id est rubentes papulas. Papularum duo genera sunt, altera in qua per minimas pustulas cutis exasperatur, et rubet, leuiterque roditur, medium habet paxillo lenius, tarde serpit, idque uitium maxime rotundum incipit, eademque ratione in orbem procedit. Altera autem est, quae agriam, hoc est feram graeci appellant, in qua similiter quidem, sed magis cutis exasperatur, exulceraturque, ac uehementius erodit, et rubet. interdum etiam pilos remittit. Virg. Ar dentes papulae, atque immundus olentia sudor membra sequebatur. Hinc papillae capitula mammarum uocata, quae papularum sint similes. Papi aut duorum flores dicuntur. Lucre. Vestem nec plumas uiuum, papiosque uolantis. Papius scitharum lingua Iupiter appellatur. Hoc genus morbi, quod boa a nobis dicitur, a graecis appellatur *ū* *spaiou* ab Hydro (ut quidam existimant) cuius ictus huiusmodi papulas excitat, cum tumore, hoc pulcherrimum in orbe terrarum genus anguui est in aqua uiuens, a qua nomen habet. Graeci. n. *ū* *spaiou* aquam uocant. unde hydrops. et hydropticus (de quibus supra diximus) et hydroia urna. et hydromeli aqua mulsae. et hydro potes, aquae potior. et hydrargyrum, pigmenti genus in uicem argenti uiui. aliquando dilatum fit duobus modis. uel aere mortarijs, pistillisque trito minio ex aceto, uel patinis fictilibus imposito ferrea concha calice cooperto, argilla superilluta, deinde sub patinis accensio folibus continuo igni, atque ita calicis sudore deterso, qui fit argenteo colore, et aquae liquore. Hydra gyro optime inauratur argentum. et hydrocele, herniae genus. Hernia dicitur cum pondere, aut ictu aliquo rupta tunica, quae ab inferioribus partibus intestina deducit. omentum, aut intestinum in scortum descendit. Scortum enim uocamus cutem testiculos ambientem, quod *ōxiu* graeci appellant. Id uicium a graecis enterocoele, siue epiplocoe, hoc est interaneorum, siue omenti descensus dicitur. nostri communi nomine herniam uocant. Martia. Enterocelarum fertur podalirius hermes. Idem, In gēs iratis apparuit hernia sacris. Quod si intestinum usque ad inguen dumtaxat eruperit, aut deieuerit, non enterocelen, sed bubonocelen uocamus. Quippe *βουβων* dicimus inguen. Hydrocele uero est quoties copia humoris in scorto collecta tumorem simul, ac dolorem facit. Ab hernia herniosi dicuntur, quod id uicium patiuntur, a graecis uocantur *κλιβου*. Idem ramiocosi quoque a nostris appellantur. Nam ramex hernia est, dicta autem hernia est a duritie pellis, quae fit post intestinorum descensum. Hernium enim durum dicimus et asperum. Virg. Hernia saxa. tractum est autem a sabinorum lingua, quod herniam saxum uocant. Hinc hernia dicti sunt populi in Campania saxa incolentes, ut anagnini. uerulani. alatrij. frusinonij. Quidam tamen hos a quodam Sabino ibi regnante hernicos appellatos uolunt. et Hydrua in sula una ex cycladibus ob aquarum abundantiam (ut Aristoteles scribit) Hydra foemina est hydri. poete finxerunt hydram multorum capitum in Lerne palude fuisse, quorum aliquot excisis tondē continuo renascantur. quod monstrum, cum totam eam regionem deuastaret, tandem ab Hercule claua primo ictum, deinde pro-

pter pestiferum afflatum sagittis petiit, postremo cum sese solitis cauernis condidisset, lignorum congesta, strue igne consumptum est. Virgilius. Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra. Seneca. Quid scena Lerne monstrum numero sum malū? nō igne demum uicit, et docuit mori? Hoc ideo factum quidam existimant quia cum Lerne palus frequenter siccaretur, ac denuo impleretur aquis, Hercules deprehendit uenas terrae iandio posse praeccludi, atque ideo postquam exhauserit eam, ignem adhibuit, et si qua unda prorumperet, obstruxit. Hinc monstro hydrae nomen fabulae impositum, quoniam *ū* *spaiou* aquam significat. unde enhydri quoque deducitur, hoc est coluber in aqua uiuens. et hydrocephalea morbus capitis, ubi humor caeterum inflat, eaque intumescit, et prementi digito cadit. Nam cephalaea acutus, ac pestifer morbus est. Cuius notae sunt horror calidus, neruorum resolutio. oculorum caligo. mentis alienatio. uonitus. suppressio uocis sanguinis e naribus cursus, sic ut corpus frigescat, anima deficere uideatur. et hydroapaton Lapatii genus, quod in aqua nascitur. Lapatum herba est uulgo nota, plura eius genera, syluestre quod alij oxalidem appellant, satiuo proximum, folijs aquosis, colore betae candida, et dice minima. Nostri rumicem. alij Lapatum cantherinum nominant. Item oxylapaton satiuo similis, et acutiora habent folia, ac rubriora. Item hypopataton maius satiuo, candidiusque, ac spissius. Postremo bulapaton hoc est Lapatii bouinum, quod radice tantum altitudine ab hoc differens est. Hydri quoque hydruntis urbs est in litore Adriaticae maris inter Leucas, et brundisium. Distans a Leucas centum quinquaginta, a brundisio quadraginta stadia. Plato Hydrum acutissimam sophistram scribit fuisse. Cuius mos erat cauillari, et quae stiones ita proponere, ut uno soluto dubio multa uenascerentur. Ego inde datum huic fabulae locum existimo, quod anguuium genus, sub quo hydra continetur, omnium fertilissimum sit, et nisi incendijs semina exurerentur, non esset fecunditati eorum resistere. Lerne argui, et Mycenae agri locus est, a Lerno rege (ut quidam putant) cognominatus, supra quem fuit argos oppidum. a quo graeci argui dicti. et argolis sinus ad scyllen tractu quinquaginta millium passuum. Et argolicae ductae. et Argolica regio, sicut a megra Megarida. et argolicae argui. A Lerne fit Lerneus, unde Palus Lerneae. Argos in singulari neutro genere dicitur, et in plurali argi masculino, et argis aliquando aduerbialiter usurpatur. Est et in Thessalia, quod pelagicum uocat Homerus, et in acarnania Argos Amphiloichium. Nam quod in Achaia est Hippium dicitur. ab hoc Argea loca. Romanae appellabantur, quod in ijs se pulsi essent quidam arguorum illustres uiri. Item Argeos appellabant scirpeae effigies, quae per uirgines uestales singulis annis iacebantur in Tyberim. Argileum uero ab Argo dictum, quod is eouenerit, ibique sepulchrum sit. Virgilius, Et laeum docet hospitis Argi, quamuis aliqui ab Argilla potius deductum uelint, quod id genus Cretae ibi esset. Erat autem Argileum locus in urbe prope palatium, ubi tabernae opificum erant, praesertimque bibliopolarum. a quo Argiletanae dicebantur. Martialis, Argiletanas manus habitare tabernas. Argilla Cretae est, quae figuli utuntur. Inuenalis, Argillam, atque rotam citius properate. Sunt tamen, qui morbum hunc papularum rubentium iactō Boam appellari existimant, quod bubulo fimo soleat curari. Bua uero potio est puerorum infantium. Cato, Cum abum, ac potionem pappas, et buas docent, et matrem mammam, et patrem Tatam. Item a boue buceras, hoc est faeno graecum, quoniam semen corniculorum bubulorum simile habet. et lappa boaria uulgo nota, cuius radix e uino potat, articulis myrsice prodest, et boia torquis damnatorum, quod qua si iugum in boue sit. Nam nūmella non



mella non torquis est (ut nonnulli sentiunt) sed uinculi genus lignum ad discutendos noxios paratum, quo & collū, et pedes immittuntur. Plautus, Qui aduersum stimulos. laminas, eruasq; compedesq; neruos. cathenas. catenas. numellas. pedes. botas. Et butyrum, quod interpretatur Bous Caseus, quia plurimum fit ē bubulo lacte. Laudatissimus est barbarorum gentium abus, & qui diuites a plebe discernit. Pinguisimum fit ex ouibus, fit & ex caprino. Sed hyeme calefacto lacte, & strate diuitaxat ex presso, crebro iactatu in longis uasis, angusto foramine spiritum accipientibus, sub ipso ore aliās praeligato. Ad dicitur paulum aquae, ut accescat. Quod est maxime coactum in summo fluit, id exemplum addito sale oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis, ubi quod super natat butyrum est, natura oleosum, quod pluribus compositionibus misceatur inueteratam. Natura eius astringere. mollire. replere. purgare. Oxygala fit & alio modo acido lacte addito in recens, quod dum accescit, stomacho utilissimum ē. Oxygala autem dicitur quasi acetosum lac. Nam gala graecae lac uocatur. ὄξος, acetum a quo oxybaphum, acetabulum dicitur. & oxymel, potionis genus, quod ex mellis heminis decem a ceteri ueteris heminis quiq; salis marini pond. rhybrae quadrante. aquae marinae, sextarū quinque, pariter coctus fieri solebat decies defervescente coryna. & oxyhalme aliud genus potionis, quod ex sale, & aceto recenti fieri a ueteribus solebat, aduersus seipetores, & oris, ac gutturis desiderij. & oxyporopole, qui abos uendunt aceto confectos. Plyn. in eos usus & oxyporopole seruant, addito dulci acementū aceti temperantes. & oxyfacaron potionis genus ex sacaro, & aceto oxymelli simile. Nihil enim aliud est sacaron, quam mel in arundinibus collectum gummiū modo candidum, ac fragile. Mittebat hoc quondam Arabia, et in dia, usq; eius tantum in medicina erat. Nunc passim etiā reperitur, non medicinae tantum, sed cibus omnis generis expetunt, ita ut locum proverbio dederit, nullum cibi genus sacaron non condiri. ὄξυ etiam aliquando acutum significat. Vnde oxia a graecis dicitur acutus acetus. & oxychaeron acutus iunctus, de quo diximus. Item celer. a quo oxypora, remedia dicuntur praesentanea, hoc est celeriter inuatiua. Plynus de Iunipero. Misceatur & antidotis oxyporis. Ex lacte casei fiunt non modo bubulo, sed etiam equino, hos hippocren uocant. Reantes stomacho utiles sunt. Vterque aluum sistunt, corpusq; minuunt, passillis casei in uino austero decoctis, rursusq; in patina tostis cum melle tormina sedantur, saprum id uocant, quasi putridum. graeci enim σαπρὸν uocant turpe. Casei fere ad metē similitudinem fiunt, ideoq; metē lactis saepe uocatur. Martialis, Fert ille ceris cana cum suis mella, metamq; lactis sassinatē de sylua. Caseus nō fit ex animalibus, quā utriq; dentate sunt, quia lac eorum non coit. Cameli lac suauissimū existimatur ad unam mensurā lactis tribus aquae additis. Lac primum post partum in omnibus animalibus in pumias modum coit, colostrum id uocatur, ideo infantibus nutritis non matris lac exhibere conuenit, quia matris exitiosum est. hi sunt enim infantes, qui colostrati appellantur, densato lacte in casei speciem. Lac humanum maxime omnium alit, mox caprinū, propter quod poetae Iouem ita nutritum finxere, dulcissimum post humanum est camelinum. stomacho accommodatissimum caprinum, quoniam fronde magis, quam herba uescuntur, Probatissimū, quod in ungue haeret, nec defluit. Innocentius decoctum praecipue cum calculis marinis, alius maxime soluitur bubulo. Quidam asininum bibendo podagra, chira grae ue prorsus liberati fuisse leguntur. Est & una species lactis, quā uocant schiston, quasi diuisum ἀπὸ τοῦ χιζῆς, quod diuidere est. Facto caseo serum decoquitur ad tertias partes, dein

de refrigeratur. Sic discedit serum a lacte, & lac ipsum schiston appellatur. serum aqua lactis est ad multos utilis morbos. Virgilius, Pafce sero pingui. Significat etiam extremam diei partem, de quo supra diximus. Serus uero adiectum modo tardum significat. Plautus, Quid tam sera aduenis. Modo pro graui accipitur. Virgilius, Seraq; terrifica ceanerunt omnia uates. Sallustius, Serum bellum in angustiis futurum. Ab hoc fit sero aduerbium, quod aliquando significat post tempus opportunum. Cicero, Cum accusator Milonis identidem interrogatus praestaret, quo tempore Clodius esset occisus, urbane respondit, sero, quasi post id tempus, quo debuisset occidi. Proprie tamen sero idem est, quod tarde. Seneca, Sero nos illo referat senectus, Nemo ad id sero uenit, unde nunquam, cum semel uenit potuit reuerti. Hinc fit serotinus, ut hora serotina tempus serotinum. poma serotina. Bubuli serum ante omnia orthopnoicas prodest addito nasturtio. Orthopnoica dicuntur, qui eam anhelitus difficultatem habent, ut nisi recta ceruice stent, spirare non possint. Est enim circa fauces malū, quod apud graecos aliud, atq; aliud nomen habet, prout se magis, minusq; intendit. omne tamen in spirandi difficultate consistit. Sed difficultas haec, dum modica est, neque ex toto strangulat. δύσπνοια hoc est dyspnoea dicitur. cum uehementior est, & spirare aeger sine sono, & anhelatione non potest ἀσπνοια, hoc est asthma uocatur. Cum accessit id quoque, ut spirare non possit nisi recta ceruice spiritus trahatur ὀπὸσπνοια, hoc est orthopnoea appellatur. Ab his Dyspnoica asthma. & orthopnoica dicitur, ὀπὸσπνοια enim rectum graeci dicunt πνοια spiro. A latinis uero uno uocabulo suspiriosi elegantissime appellantur. Quādo uero difficultas spirandi a pulmone procedit nō ἀσπνοια, sed ἀσπνοια μωρία, hoc est non asthma, sed peripneumonia est. Eius morbi haec est conditio. Pulmo totus afficitur. nunc casum eius subsequitur tussis, bilem, uel pus trahens praecordiorum, totiusq; pectoris grauitas. spiritus difficultas. magna febres. continua uigilia. cibi fastidium. tabes. Qui hūc morbum patiuntur, peripneumoniae appellantur. Plynus, Mellis quidē natura talis est, ut putrescere corpora non sinat, fauibus tonsillis. anginae, omnibusq; oris desiderij utilissimum, arescentiq; in febris lingue iam uero peripneumoniae, pleureticae; de coctum. Pleuretici dicuntur, qui pleuresim patiuntur, hoc est lateris morbum. πλευρὸν enim graeci lacus appellant. morbus est lateris acutus, cui febris, & tussis accedit, et per hanc excreatur si tollerabilis morbus est, pituita, si grauis sanguis. interdum etiam siccata tussis est, quae nihil emollitur, idq; primo uitio grauius. Secundo tolerabilius est. Tenuissimum lac camelis est, mox equabus. A sine uero usque adeo crassum, ut coaguli uice eotantur. Conferre etiam candori mulierum in cute existimatur, propter quod Popea Neronis coniux quingentis as p omnia loca se cum foetas asinas traxisse legitur, & balnearum etiam solito totum corpus illo lacte macerasse, extendi quoq; eodem modo cutem existimans. bubulum lac ad faciendum caseum fertilius est, quam caprinum, cum ex eadem mensura pene duplum fiat. Caseus a coacto lacte uocatus est (ut Varro testatur) inter caseos laus olim fuit gabalico. Gabaliū populi sunt finitimi Narbonae Provinciae in sine aluerniae. Auximati ex umbria, & ex musto Thusciae, Liguriaeq; confinio. Lunensi qui & magnitudine conspicuus erat, cum ad singula nullia modo premeretur. Martialis, Caseus hetrusca signatus imagine lunae, Praestabit pueris prandia mille iuis. Post hunc uestino. idem, Si sine carne uoles ientacula sumere frugi, Haec tibi uestino de grege massa uenit. V estni populi Italiae erant inter mauricanos, sabinosq;. Deinde crustumino. crustuminum oppidum fuit iuxta ueios. a quo crustumini appellati. & cru



sumina tribus. & crustumina pira, ex parte rubentia, hi omnes ex ouillo, aut bubulo lacte erant, sed non minor gratia caprino, immo si in urbem ad summum stetit, omnibus præferendo idem, nec quæcunq; forum, nec sumum caseus omnem, sed uelabrensem qui bibit, ille sapit. Trans maria uero bythinius in gloria erat inesse pabulis salem, etiam ubi non deur, ex eo maxime intelligitur, quod omnis caseus, si inueterascit salis habet saporem. Constat autem caseum omnem in musto uaporem reuerti si aceto & thymo maceratus fuerit. Tradunt Zoroastem in desertis solo caseo uixisse annis uiginti, ita temperato, ut uetustatem non sentiret. item a boue bouinari deducitur quod est conuitari, & quasi in aliquem mugire, unde boui natores appellati, quos nunc derisores dicimus, & bouinatio conuitium. Item ab eodem bubona Dea bouum, quemadmodum pomona pomorum, & mellona mellis, itemcut quidam existimant) bubo à bouis quodam mugitu, quem non uocati causa, sed genuis potius reddit, siuebris auis, & maxime abominata. Virgilius, ignauius bubo dirum mortalibus omne. Ab hoc nonnulli buteonem quoque dictum existimant, quod in ijs locis, quæ intrauerit, uiri omnis est, quemadmodum bubo, ex acipitrum genere hæc auis. Græci à numero testium triorchon uocant *τρεις* enim apud eos testiculus appellatur. Sunt etiam qui putent *βούβορα* à græcis, hoc est bubona à boue appellari, quod significat ingen ob tumorem scilicet, qui in igne facile nasci solet. Ab hoc fit bubonocæle, quod est genus agritudinis, de quo supra diximus. Solebant etiam ueteres magnis, & amplis rebus bu particulam præponere, à magnitudine scilicet bouis. Hinc *βυπῆδας* magnos pueros. *βυπόδας* magnos pedes. *βυπνάμι* magnam famem dixere. *μῆδος* enim à græcis fames appellatur. & *βυμῆστος* magna mamma. *μῆστος* enim græce mamma dicitur. Est uitem *βυμῆστος* uine genus, quæ mammarum modo iunet, sicut *δακτύλος*, quia ad digitum similitudinem longis porrigitur acinis. & *λεπτοροξ*, exiguos habens acinos alioquin *μυρα* sua uitate prædulcis *μῆδος* græce tenuis, ac *græcalis* dicitur. *βυβὸς* acinus, & *βυβὸ* rana terrestris nimis magnitudinis. Virgilius, inuentusq; auis *βυβὸ*. & *βυβενταυρος*, nauis magna uenatorum, dicta quasi magnus centaurus. bouem, & aratrum tradunt brigem Atheniensem inuenisse, alij Triptoleum. Taurus similiter à græco deducitur. Græci enim *ταύρος* taurum nominant, & est cæleste signum. ideo enim in cælum translatus fuisse taurus existimatur, quod europam in Cretam insulam transiit in columen. Europa Agenoris filia fuit, cuius pulchritudine captus iupiter Mercurio iussit, ut armenta omnia ex Phœnicum montibus in litus compelleret, quod ijs sciebat europam oblectari solere. ipse uero in candidum taurum transformatus se se armentis immisit. Cuius pulchritudine simul, ac mansuetudine oblectata uirgo, primo manibus eum tractare cepit, deinde dorso insedit. ille paulatim undas in gressus. Postquæ territam uirginem, & dorso, ac cornibus nuxam sensit, manurato cursu transiit in insulam Cretam, ubi pristina forma resumpta cum uirgine concubuit, quæ prægnans facta Minorem. Rhadamanthum. & Sarpedonem peperit. Minos, et Rhadamanthus, quia uiri iustitia, ac seueritate insignes fuerunt, finguntur à poetis nocentium apud inferos explorare peccata. Virgilius. Quæstitor Minos urnam mouet idem. Cnosius hæc Rhadamanthus habet. Sarpedon rex Lyæ fuit, & troianis aduersus græcos tulit auxilium. Homerus hunc iouis filium non ex Europa, sed ex Laodonia Bellophontis filia contra aliorum opinionem fuisse commemorat. Sunt qui scribant iouem hunc Taurum à Neptuno fratre habuisse, cui in figura Tauri sensus esset humanus. Eum à Ioue Sidonem mis-

sum ut Europam Agenoris filiam ad se portaret. Venisse igitur Sidonem per pelagus, ubiq; Europam inter æquales suas ludentem in templo Esculapij conspexisse, et repentino arrepta dorso suo collocatam uexisse ad iouem insulam Cretam. Erat isthenes uero tradit hunc esse Taurum, qui cum Pasiphæa concubuit. iupiter honori Europæ hoc tribuit, ut tertia pars orbis terrarum eius nomine deinceps uocaretur. Tauri uero, quo uicta in Cretam fuerat, effigies in cælo constituerent. itaque eius prima inter astra apparet, ut tauri. Reliquum corpus obscurum uideatur. Spectat autem ad exortum solis, cuius oris effigiem, quæ continent stellæ hyades appellantur. Sydus uehemens, & terra, mariq; turbidum, quod xiiij Calendarij maij occidit. Dicitur autem sunt hyades, quod cum hyas earum frater à Leæna interfectus uenando fuisset, diuurno lactu, lacrymisq; contabuerunt. itaque ob tam eximiam pietatem, et in nomine fratris, quem tantopere dilexerant, uocari hyades meruerunt, & in cælum à Ioue transferri, cum Atlantis, et Acthæe filia essent, quæ fuit Oceani, & Tethyos filia, propter quod & Atlantides appellantur. hæc septem dicuntur fuisse, Ambrosia. Eudora. Pasithoe. Coronis. Plexaura. Pitho. Tythe. Pherecydes hæc liberi patris nutrices fuisse scribit, quæ dodonides nymphæ uocantur, à Dodona ciuitate Epeiri, quæ nemus habet propinquum Ioui sacrum, quærneum tonum, et glandibus semper abundans. Virgilius, Et uictam Dodona negaret. Hæc cū à Lycorgo captiuitatem timentes fugerent Thebas, iouem ne aliquid à iunone paterentur, in cælum translatus, inter sidera collocasse tradunt. Ouidius, At simul induant obscura crepuscula noctem, Pars hyadum toto de grege nulla latet, Orant tauri septem radiantia flammis, Nauita quas hyades graius ab imbre uocat. Pars Bacchum nutrisse putat, pars credit esse Tethyos hæc neptes, oceaniq; senis. Alij hyades à *ἄρδ τῶν βῶν* dictas existimant, quod est plueri. Nam & orientes, & occidentes tempesitates, ac pluuias ciunt. V eteres Romani ob linguæ græcæ imperitiam similitudine nominis decepti, quod græci *βῶν* sues uocant, suculas nominauerunt. Quamuis Aulus Gellius non à *ἄρδ τῶν βῶν* dictas, à nostris suculas putat, sed quemadmodum illi *βῶν* dicunt, nos primo Symnum, deinde per y græcæ, et o latine literæ cognationem somnum. Sic quod ab illis hyades, à nostris primo Syades, deinde suculas appellatas. Fuit autem hoc sydus uulgo Pariliacum appellatum, quoniam xi. calen. Maij urbis Romæ natalis est. tunc enim parilia celebrantur, quod xi. calendarum maij Romulus urbem condidit. quæ diem festum præcipue habuerit. Dicitur autem parilia sunt, uel à Pale Dea pascuorum, quasi Parilia, quæ ei tum sacra fiebant, uel quod pro partu pecoris sacrificabatur, uel quod is dies, quoniam in eo serenitas reddebatur lucem parere uideretur. Habet autem taurus in cornibus singulas stellas, sed in sinistro clariorem. in utriq; oculis singulas in fronte media unam, & quibus locis cornua nascuntur singulas stellas quæ septem hyadas constituunt. & si nonnulli quas nouissimo loco posuimus stellas negauerunt esse, & quinq; in totum hyadas esse uoluerunt. Præterea inter scapulas tres stellas habet, quarum nouissima cæteris clarior est. in pectore unam, in utroque genu singulas, & supra unguam duas. in palcariibus duas. in collo unam in uentre splendidam unam. in nare unam, quæ omnes decem, & octo stellarum numerum complet. præter pnyadas. VII quæ sunt inter finitionem huius corporis, & arietis caudam, quas quidem astrologi tauri caudæ appellauerunt. De ijs à nobis iam dictum superius fuit. A tauris fit adiectiuum taurinus. unde taurinum glutinum dicitur, quod est oium præstantissimum, fitq; ex auribus miororum, & genitalibus, nec quicq; efficacius prodest ambustis, sed facillime adul-



terator quibus nis pellibus iueteratis, calcamentisq; decoctis. Gluten, & glutinum latini dicunt, quod graeca collam. unde sunt duo uerba glutino, & conglutino, hoc est coniungo. ferummo item Fel taurinum, quod in aere, pellibusq; colore aureo tingendis praecipuum est. item taurinus sanguis, qui omnium celerrime coit, atq; durefcit, ideoq; pestifer est, praesertim potu. Themistocles ab ingrata patria exul factus, et a Xerxe princeps exeratus aduersus Athenienses magno cu honore creatus, cum uideret patriae suae ingentis cladis periculum imminere, hausto tauri sanguine seipsum interemit, ne aut regi de se merito infidelis esset, non pugnando uiriliter, aut patriae suae hostis atq; oppugnator uideretur. item a tauro fit minor taurus, qui Pasiphates filius fuit, media parte homo, media taurus. Pasiphates ut supra diximus, a Tauro, quem deperibat, Dae dali arte inuicta hunc genuit, cui fabulae datum locum existimant, qd absente Minoe, Pasiphates cum scriba eius, qui Taurus uocabatur, rem haberet, foetumq; ex eo conceperit. Et tandem geminos peperit, quorum ex Minoe genitum formae similitudine apparebat, de altero cum certa fides non esset utriusq; parentis, misto nomine appellandum censuerunt. Hunc Labyrintho a Minoe clausum fuisse finxerunt poetae. Eius effigie inter signa militaria usi sunt Romani, quia non minus occultaducum consilia esse debent, quam fuit domus eius Labyrinthus. item a tauro tauromeniu mons Siciliae multis bobus abundans. & supra eum urbs eiusdem nominis. a quo taurominiatus ager, & taurominiatani ciues, & taurominiatani muli, qui in eius urbis litore optime capiuntur. item toruus, hoc est aspectu seuerus, terribilis. a taurorum acerbitate. a quo toruitas. acerbitas. & rusticitas quaedam naturae. Plinius. Extat M. A. grippa, qui uir rusticitati quam delictis propior fuit, oratio magnificata de tabulis omnibus, signisq; publicandis, quod fieri satius fuisse, quam in uillarum exilia pelli. Veruntamen eadem illa toruitas duas Aiacis, & Venereis mercata est. a cytaenis XIII. millia pondo. item torue, & torua aduerbia. Virgilius. Talibus Aeneas ardentem, & torua uentem leuabat ductis. Trux quoq; quasi taurux dictum existimant, hoc est ferox crudelis. a quo trucatus, crudelitas & truatiter, crudeliter & truculentus & truculentia, quae & truculentitas dicta est, & truculente aduerbium. Et comparatiua, superlatiuaq; eorum, truculentior. truculentissimus. truculentius. truculentissime. & trucidum uerbum, quod significat crudeliter neco. a quo trucidator. trucidatrix. trucidatio. et obrucido uerbum, hoc est auide trucidando. a toruus fit proteruus, hoc est petulans. procaz. haec enim tria multam similitudinis habent, et libidinem quandam, atq; iniuriam declarant tam in factis, quam in dictis, de procaz diximus supra, quod ita a procaz, hoc est postendo dicitur, sicut petulans a petendo. proteruam, petulantemq; eodem loco de inhonesta famina apud Cicaronem legitur. Si uidua libere proterua. petulanter diues, effisse libidinosa, meretricio more uiuere. Hinc si quis ambulans per impotentiam mentis obuium cubito feriat, aut cum contumelia sibi credere cogit, proteruum nunc dicimus. Hinc a Virgilio Hedi petulci a petendo dicuntur, quod in alia loca penetrando iniuriam faciunt. a proteruo proteruia fit, hoc est petulantia. et proterue. ac proteruiter aduerbia, hoc est petulanter. & proteruio uerbum, quod est lasciuio, imobedio, petulanter ago, de quibus rursus inferius dicemus. Proteruia etiam sacrificium apud ueteres fuit, in quo mos erat, ut siquid ex epulis superfuisset, igne consumeretur. Hinc est iocus ille Catonis. Nam cum Albidius quidam bona sua comedisset, & nouissime donum, quae ei reliqua erat, incendio perdidisset, proteruia eum fecisse dicebat. Quod n. comesse non potuerat, id combussisse. Item a tauro

tauram uacantem sterilem dici existimant, hac de causa, quod haec non magis pariant, quam tauri. Taurus ueteres graeca italos uocaberunt. unde italia a principio dicta est. erat. n. tuc haec provincia armentosissima. Dicta etiam hesperia est. ab hespero stella occidentali, quod ortus subiecta sit. item oenotria uel a bonitate uini, quod in italia nascitur, nam graeci oinos uinum dicunt, uel ab Oenotrio rege sabinorum in ea regnante. Qui dam tamen italiam ab italo rege Siculorum uocatam uolunt. Hunc enim uenisse quondam in eam partem, in qua regnabat Turnus, eamq; a suo nomine Italiam appellasse. haec & Ausonia aliquando uocatur ab Ausonio Vlyssis filio, siue qd eam omnem partem, quae ad tyrrhenum uersa est, inuoluerent opici, qui ausones, siue ausoni nominabantur. Dicitur autem nunc Italia, quicquid inter adriaticum, et thursum mare ab alpiibus in Siciliam usq; crurus modo protenditur. Nam prius rubiconem amnem pro termino habuit. inde enim ad alpers non Italia, sed Cisalpina Gallia dicebatur. Italia omnium provincia ru. & totus orbis pulcherrima est. meritoq; principatum obtinet. uictrix populorum. rectorix parensq; mundi altera uir. foemina. diuabus. multibus. seruitijs. artium praesstantia. ingeniorum claritate. situ. temperie. ac salubritate caeli. facili cunctarum gentium accessu. litoribus portuosiss. benigno uentorum flatu. aquaru copia. nemoru salubritate. montiu iugis. feroru animaliu innocentia, soli fertilitate. pabuli ubertate. frugibus. uino. olea. uellere. lino. uestibus. iuuencis. equis. metallis. argenti. aeri. ferri. plumbi. aluminis. melle. pomis. omnibus deniq; rebus quibus carere uita non debeat, nulli cedens. Federico feretrio illustri duce insignis, quem merito, quibuscumq; corporis, ingenij. animi dotibus. et reru domo, forisq; gestaru gloria. cum quouis ueteru principu liceat comparare. Ab Italia italus. et italicus, et italiae aduerbium deducuntur. Ab hesperia hesperius. Ab ausonia auson. et ausonius. ab oenotria oenotrius. Vir. oenotrii coluerunt, et hac maxime tempestate tauri et, et taurilia ludi erant in honorem deorum inferorum facti, qui hac de causa instituti sunt. Regnante Tarquino superbo cum magna inuidisset pestilentia in mulieres grauidas, existimantes Romani eam factam ex carne taurorum diuini populo uendita, prohibuerunt ne amplius uenderetur, & ob hoc ludos dijs inferis instituerunt, quos & boalia, & bupetios aliquando uocatos inuenimus, sed proprie hi ludi sunt bouum gratia celebrati. Solitaria uero immolatio erat hostiarum trium. Tauri. Arietis. Verris, de quibus supra diximus. Itae tauri scabraei terrestres sunt rano similes, de quibus supra diximus. item taurij Thraciae populi Sarmatis finitimi, quorum regio taurica dicitur & ipsi etiam taurica immanes moribus, immanemq; famam habentes, quod soleant pro uictimis aduenas credere. Iphigeniae, et Horesis aduentu maxime memorati. Iphigenia Agamemnonis. et Clytemnestrae filia fuit. haec dum Agamemnon in Aulide regione Boeotiae, ubi classem in portu habebat. Ceruam Dianae ignarus occidisset, & ob id irata Dea uetos abstulisset, eeq; graecis ransum Agamemnonio sanguine Deam esse placandam, ipe traxit astu Vlyssis a matre Clytemnestra sub uelamine facti cum Achille matrimonij, imolari parabatur, sed miseratione numinis superposita, ac Deae oblata pro ea cerua, in Tauricam regionem uentis deportata est. ubi a Thoante rege sacris eiusdem Deae praefecta fuit, quae humano sanguine fieri solebant. interiecto deinde tempore cum Horesis Iphigeniae frater maclata matre Clytemnestra, et aegystho Patruale adultero ob uindictam patris exul factus, ac regno pulsus esset, & ob raptam sibi a Pyrho Hermionem coniugem in insaniam uersus, ductus est a Pyrlade socio Strophij filio in Tauricam regionem liberandus ad aram Dianae. Ouid. A fuit insano iuuenis Phocensis horesis.



Verum cum gentes illae eum cepissent, quod aduenas pro hostijs immolare ei deae solebant, Ab iphigenia sorore cognitus, liberatus est. Quae non multo post occiso Thoante cum fratre aufugit ablato se cum simulachro Dianae in sica lignorum abscondito, propter quod eam Faeclidē uocauerunt. Tandemque uenerunt in Italiam, et in Aricia urbe Romae propinqua sinus lachrum locauerunt aedificato Deae insigni templo, quod sylua arcandae, cui lacus instar pelagi fluctuans adiacet, ad quam maxima populorum multitudo, religionis gratia confluere solebat. Unde mendici, ut a subsidia a populo postulant in Aricino cliuo se debant, per quem ad templum conscendebatur. Martia de Vaceria paupere, qui cum supellectile sua ex urbe abibat. Tu non recenti pallidus magis buxo. irus tuorum temporum se quebaris mi gratie cliuum crederes arianium. cliui arianium inquit, hoc est multitudinem pentorum in cliuo ariano morari solitam. Aricia ab Archilo siculo condita fuit, et ita nominata ab Aricia Atticae regionis puella, quam amauit Hippolytus, propterea quod Hippolytus ea loca cum Diana habitauit, translatus ab ea in eam regionem, et in uirum acceptus. Ab Aricia arianius dicitur. Iphigenia apud Tauricos pro dea habitauit (teste Herodoto) Item taurus mons est qui ab indico mari exurgens uaste satis attollitur. Dein dextro latere ad septentrionem, sinistro ad Meridiem uersus it in occidentem relictus, et perpetuo iugo, magnarumque gentium, qua dorsum agit, terminus, sed pro gentium, ac linguarum uarietate diuersa habet nomina, mons ei oppositus Auriuerrus dicitur ubi in excelssissimam sublimitatem confurgit. Caucasus appellatur, quem admodum inferius latius differemus. Sunt etiam qui a boue bubinare uerbum tractum existimant, quod est menstruo mulierum sanguine inquinare. A quo fit compositum imbubinare. Lucil. Haec inquit imbubinat. at contra te imbulbitat. Nam imbulbitare est pueri stercore foedare, tractum a fino, quod βιλβιτωρ nominant graeci. Butubatta ueteres usurparunt, pro eo quod nugatorium est, et nullius ualoris. DICTAEO. Cretensis fuit, Saturni, atque Opus filius, et eodem partu cum Iuno ne genitus, qui ne a Saturno occideretur, quod cum Titano fratre pactus fuerat, se omnem prolem masculam interempit, missus est ab Opit in montem et Curetis populis traditus educandus. siue (ut quidam uolunt) Creti regi cretensium. Hinc in Cnoso urbe illum seruasse, ubi Matris est templum, a qua fit adiectiuum gnosius. qui a Curetis nutritum affirmant, addit in antrum montis idae ab eis delatum, et ne forte uagus deflentis audiretur, cymbala illos, et tympana, et clypeos, atque alia arma pulsasse, ad quorum sonitum conuenisse apes, et in fantis ori mella instillasse, cuius beneficij gratia Iouem postea coeli imperium adeptum indulgisse apibus, ut sine cotu generarent. Curetes sacerdotes fuerunt cybeles, qui primo Italiam habitauerunt, dicti ἀπό τῆς κυβέλης, hoc est a tensura capilli, quod deonisi erant siue ab eorum principe cyro, siue a core, hoc est puella, quoniam instar puellarum prolixis uestibus utebantur. idem corybantes dicuntur, et caberi. et idae. et Telchines. et dactyli, filij fuerunt Minerae, et Solis, uel (sicut alij uolunt) Saturni, et Aliopes. Nonnulli dicunt ministros Heccates fuisse, et ante diluuium in Samothraciam insula magna, in qua sub cybele cerimonias et ritus factorum didicere, et inde cum ipsa dea in Phrygiam uenere, et confedere in monte Phrygiae idae. Postea in cretam nauigarunt, et occupato monte, hunc quoque idam a nomine montis Phrygiae uocauerunt, iuxta quem lacus est quem garygeron uocant. unde Scamander et Simois flumina maiora fama, quam natura defluunt. Gargyra uero cacumen idae montis appellant, et oppidum sub eo

dem monte, ac tota misia. idalius autem mons est in cypro, quondam ueneri sacer in quo breue oppidum fuisse memoratur. Unde uenus idalia dicitur. hi saltationes et choreas primi instituerunt uarijs coloribus se pingentes, fueruntque (ut multi putant) numero nouem. interiecto deinde tempore emulsis testibus curati sunt. Quidam uolunt corybantes a galea dictos, quae graece νόψος dicitur, quod galero quodam capitis testibus insaniendo luderent. Diodorus corybantium scribit Iasonis, et Cybeles filium fuisse, ac simul cum Dardano sacra matris deum in Phrygia deuulisse, eosque qui in sacrificijs eius Deae incubere uoluerunt, de suo nomine appellasse. Alij corybantes uocatos existimant, quod inter saltandum capita iactarent, hoc enim νόψοτες dicitur a graecis. Homic. Betarmonas uocat. Graeci νόψοτῶν eos dicunt, qui ad similitudinem leporum oculis patentibus dormiunt, quod etiam quidam nostris corybantē dixerunt. Strabo autē eos scribit νόψοτῶν a graecis dici, qui capita saltando iactant, et numine afflati, quasi ferijs agitantur. caberi a cabero mote uocati sunt. Alijs placet ionē nymphis alendum datum Amaltheae, et Melissa, quemadmodum superius ostendimus. Sunt etiam qui non in idam, sed in dictaem montem a matre transmissum, et ibi nutritum uelint. Quod sensisse uidetur Columella. Nec sanē rustico dignum est piscari fuerit ne mulier pulcherrima specie Melissa, quam Iupiter in Apem conuertit, an ut poeta Homerus dixit, crabronibus et sole genitas apes, quas nymphae educauerunt, mox dictae specu iouis exstitisse nutritas, easque pabula munere dei sortitas, quibus ipsae paruulum aluum educauerant, et Virgilius. Dictae coeli regem pauere sub antro. Curetes etiam populi fuerunt Aetolis uicini. item alij curetes in dalmania. Lucretius. Quos alit adriaco tellus circūflua ponto. illic bellaci confisus gente curetum. Adulter lupiter bellum ob captos parentes, cum Titano gessit, ac eos liberauit. Mox patrem regno ex pulit, quia eum comperit uitae suae insidiari. Hinc gesto cum gigantibus bello, usque superatis, ac montibus subiectis, totoque orbe subactis cum fratribus partitus est imperium, Plutoni inferorum, Neptuno maris principatu dato, coeli imperio sibi reseruato. Dicitur est autem Iupiter quasi iuuenis pater. Quippe physici Iouem dicunt aetherem esse, nulla autem res sic fouet omnia, quam admodum calor. item Iouis dies pater appellatus est. i. diei, et lucis pater. et ueiouis. et uediouis, de quibus supra diximus. et iouis se compositum ex ioue et iuste. Dicitur una est ex quatuor praecipuis urbibus Cretae icarō dictae insulae pro cretensis. creta insula est in medio ponto altero latere ad austrum, altero ad septentrionem uersa inter ortum, occasumque porrigitur, centum urbium clara fama, propter quod hecatompolis a graecis appellatur. Virg. creta iouis magni medio iacet insula ponto. Mons idaeus, ubi et gentis amabula nostra, centum urbes habitant magnas, uberrima regna. cretae nomen inditum putant a creta nymppha Hesperidis filia. Alij a creto rege curetum. Nonnulli acriam primo uocatum tradunt. Postea curetum, et a temperie caeli maximae hoc est beatam insulae Latitudine nunquam quinquaginta millia passuum excedit. circuitu circiter sexcenta stadiaque se in creticum pelagus, ab ea ita nuncupatum. Crinos etiam aliquando pro iudicant, siue arguens accipitur ἀπό τῆς κρινῶν delibero iudicio. Iuuenalis. crinice pelluces. et media dies creticus uocant iudicarios, in quibus scilicet de aegritudinis ratione ferri iudicium potest. Eleganter a nostris decretorius dicitur. Decretorium etiam dicimus quicquid constitutum, ac firmatum est ad aliquid arguendum, iudicandum ue. Quam nec immerito quidam, quamquam in dicendo mediocres, tamen altercandi praestantia meruerunt nomen patronorum. At quidam li-



tigationibus suis illum modo ambitiosum declamandi sūdo-  
 rem praestitisse contenti, cum turba laudantium deservunt sub-  
 sellis, pugnamq; illam decretoriam imperitis, ac saepe pul-  
 latae turbae relinquunt. Plyn. Circa uergilias quidem plueri  
 innumissimum uiti, & oleae, quonia tunc coitus est eorum, hoc  
 est illud quadriduum oleae decretorium. idem. Res summa uir-  
 tum agitur decretorio uinis sydere illo, quod caniculam appel-  
 lamus. idem. item aquila exoritur uesperis decretorio die storē  
 tibus oleis. item a creta cretensis deditur, & foeminino tan-  
 tum genere cresta luue. Nec Stenobaea nuntius quam cresta ex-  
 canduit. Stenobaea proprium nomen est mulieris. Haec Praeti  
 regis Ephyræ uxor fuit, filij Abantis. in cuius regia cum esset  
 Bellorophonos Glaua regis Ephyræ filius ab hoc, de quo loq-  
 mar. Praeto regno spoliatus forma, ac moribus conspicuus, Ste-  
 nobaea, quae ab Homero Antea uocatur, amore eius murum in  
 in modum exarsit. Cumq; eum promisso etiam coniugis re-  
 gno trahere in desiderium suū nō potuisset, merita ne se apud  
 regem criminaretur, Prima Bellorophonem marito accusauit,  
 quasi uim sibi inferre uoluisset. At rex illum ad Hecuriem Ly-  
 corum regem Stenobaea patrem cum literis misit, quibus nū-  
 tiabat uim filiae inferre uoluisset. Hic ut clam muriam ulasce-  
 reur, diuersis eum periculis obiecit, quae semper forti, atq; in-  
 uicto animo superauit. Postremo aduersus Amalones regnū  
 suū instantes eum cum exercitu misit, quas cum bello supe-  
 ratas, intra suos fines sese recipere coegisset, Hecuriem uirtutem  
 eius admiratus, non modo iniuriā, de qua ulasceda aliquan-  
 do cogitauerat, ei condonauit, sed etiam alteram filiam Steno-  
 baea sororem cum parte regni illi dedit uxorem. Quae re co-  
 gnita Stenobaea sibi mortem consciauit. Alij nō criminatum ab  
 Antea, siue Stenobaea, sed ne precibus eius aliquando flecte-  
 retur, sua sponte profugisse dixerunt. Quidam etiam Belloro-  
 phonem scripsere ab Hecurie regem Chimære obiectum fuisse,  
 tunc Lyciorū a gyro: flamma uastanti quas uoluptates in coe-  
 lum uolare contenderet, neq; longe iam abesse despiciendo ter-  
 ras timore permotum deadiisse, ubiq; perisse, e quom uero sub-  
 uolasse. & inter sydera a Ioue constitutum esse. Sunt qui a  
 Creta in sula Cretam quoq; tenacioris terrae genus deriuatum  
 existiment, sed hoc falsum est. A crescendo enim creta dicitur,  
 quoniam proprietates eius est ut in maerando crescat, quod in  
 primis creta umbricæ accidit, quam uocant saxum, haec pon-  
 dere em solebat maiorum nostrorum temporibus, cum caetera  
 mensura emerentur, nec nisi poliendis uestibus adhibebatur,  
 duntaxat candidis coloribus. n. erat inimica. Erant & amo-  
 lia cretae duo genera, candidum unum, & alterum ad pur-  
 purissimum inclinans, utriusq; uestibus aptum, et colorem earum  
 quodam nitore exhilarans, hac et medici aduersus uarios mor-  
 bos uariantur. Laudatur & creta thessalica. item quae argenta-  
 ria appellatur, nitorem argenteum reddens. Est postremo uilis-  
 sima creta quam circumducere ad uictoriae notam, pedesq; ue-  
 nalium trans mare aduectorum notare mos erat. Plyn Hoc  
 est insigne uenalitys gregibus, obprobriumq; insolentis fortu-  
 nae, quos adeo potiri rerum uidimus, ut praetoria quoq; orna-  
 menta decerni a Senatu iubente Agrippina Claudij Caesaris  
 uiderimus libertis, tantumq; non cum Laureatis fasibus remit-  
 ti illo unde cretatis pedibus aduenissent luue. Nuper in hanc  
 urbem pedibus qui uenerat albis. Quidam in hoc dedecoris  
 genere pro creta gypso utebantur, praesertimq; in graecia tym-  
 pario. Ouid. Nec tu si quis erit capitis mercede redemptus, De-  
 spice gypsat nomen inane pedis. Sunt etiam qui lutum uene-  
 tum inter cretarum genera connumerant, abolēdis ē ueste ma-  
 calis utilissimum, et pustulis, ac uimis corpore tollendis. Mar-  
 tia. Refina, ueneto nec referare luto. A creta cretaū dicitur,

quod ex creta est & cretatam creta infectum. Sicut a gypso  
 gypseum, quod ex gypso est. & gypsatum, gypso infectum,  
 uel gypso tectum. Gypsum res nota est, multis in locis e lapide  
 cognitur. Alibi e terra foditur, ut in Cypro. in Syria coquit  
 fimo bubulo, ut celerius uratur, gypso madido statim utendū  
 est, quoniam celerime coit, ac sicatur, tamen rursus tundi, &  
 in farinam resolui potest. V sus gypsi in albarijs, sigillis aedifi-  
 corum, & coronis gratissimus. C. Proculium Augusti Caesa-  
 ris familiarem constat in maximo stomachi dolore gypso po-  
 to sibi moriē consciauisse. interdū gypsum pro signo, siue statua  
 ponitur, quoniam ex gypso fiebant luue. Quāquā plena oia  
 gypso chrysippi inuenias. **ACCEPTIT FIDEM** Meruit  
 credi, quia nostris id oculis conspeximus. Diximus superius,  
 quid sit fidē dare. Fides proprie est dictorū, et conuentorū con-  
 stantia, et ueritas dicta qd fiat, qd dictum est. Ter. Sed ijs quas  
 semper in te intellexi sitas fide, et taciturnitate. Hinc dare fidē  
 dicimus aliquid sancte promittere. Virg. Accipe daq; fidem.  
 Aliqñ tamē fides pro credulitate ponitur. Vñ bone fidei posses-  
 sor dicitur (ut supra diximus) qui ignoraui re, quā emt. Alie-  
 nam esse, aut putauit eū qui uēdidit, uis uendēdi habere, ut pu-  
 ta procuratorē, aut tutorē esse. item Bonae fidei homo uocatur,  
 cui res tuto creditur, uel qui rem sibi creditā fideliter seruat.  
 Suet. Augustus populo promissum congruū reposcenti bonae  
 se fidei esse rēdit. Hinc habere fidem, credere est. et accipere  
 fidem, est credi, ut hoc loco. Accipit fabula prisca fidem, hoc est  
 creditā est. Ab hoc fit fido uerbum, qd est fidem habeo, credo,  
 spem pono. Cuius cōtrariū est diffido, hoc est credulitatem de-  
 pono, siue despero. Seneca. nec secundis rebus nimis fidēdum,  
 nec aduersis diffidendū est. Hinc fit fidentia, hoc est audacia,  
 & temeritas. item fiducia, qd similiter audaciā significat ferē  
 in bonis rebus, quāuis aliqñ in malam partem accipitur. sed  
 perraro. Virg. cernis, quae rutilos habeat fiducia rerū. i. teme-  
 ritas. item a fido confido, quod significat audeo. Capiturq; in  
 terdum in bonam partem. Vir. Et afflicti melius confidere re-  
 bus. interdum in malam. Cicero. Qui fortis est, idem fidens,  
 quoniam confidens mala consuetudine loquentium in uitio po-  
 nitur. Vir. Nam quis te iuueniam confidentissime nostras iussit  
 adire domos? confidentissime inquit, hoc est impudentissime,  
 & maxime temerarie. Vnde confidentia, pro temeritate ponit-  
 tur. Terē. O' ingentem confidentiam. Confidēter simili modo,  
 aliqñ in bonā partē accipitur pro cōstanter. Plau. Quae nō de-  
 liget decet audacē esse cōfidēter. Aliqñ in malā pro temerarie.  
 Acaus. Qui in puellae domū tam confidenter irrupit. qñq; in  
 confido pro credo accipitur. Cic. Quonia probatā rationē offi-  
 cij mei uobis esse cōfido. itē a fido fidus, quē qdam a fideli ita  
 distinguunt, ut fidum amicum dicimus, fidelem feruum, uel fi-  
 dum in maioribus. Fidelem in minoribus negotijs. Virgilius.  
 Fidumq; uehebat Orontem. Teren. Seni fidelis dum sum. Ve-  
 runtamen saepissime haec duo pro eodem accipiuntur. Sed fidus  
 a fido fit. Fidelis a fide. A' fidus fit infidus, cui non est fiden-  
 dum. Luuius. infida regni societatis. A' fidelis uero fit fideli-  
 tas. infidelis. et infidelitas. Item a fido fit perfidus, hoc est uio-  
 lator fidei. ideoq; mediam syllabam correptam habet. A' quo  
 perfidia fidei uolatio. Et saepenumero pro uino, & in pro-  
 bitate accipitur. Fides etiam aliquando genus atharae est ita  
 dicta, quod tantum inter se chordae eius quantum inter homi-  
 nes fides concordet. item chordae ipsae fides dicuntur. Ab hoc  
 fit diminutiuum fiducula pro parua athara, siue pro chorda.  
 Nam chorda graecum est, & fidem significat. Cordum uero  
 sine aspiratione uocatur faxum, quod aut uino secatur. & cor-  
 da, frumenta, quae sero maturesunt, sicut secordes agni, qui  
 post debitum tempus oriuntur, de quibus alibi diximus. item



fiduciam in plurali tantum instrumentum est torquēdi, dicta, uel ab extorquēda fide, ac ueritate. uel a neuuis finibus, uinculisq; quibus eo modo torquendi homines alligabantur. Fidelity, sanium uas ad plurimos usus. Plau. Mulsi conglalem ple nam faciam tibi fideliā. NE MIRETVR. Non miretur. Ne aliquando prohibendi aduerbium est. Vir. Tu ne cæde malis, sed contra audentior ito. Aliquando est coniuñctio adiunctiua. Martia. Lex hæc armibus data est iocosis, Ne possint, nisi pruriant, iuuare. Nonnunquam rationalis, & pro ergo accipitur. Virgilius. Me ne in cæpto desistere uictam. interdum causalis. idē. Ne recipi portis, aut duci in moenia possit. Quandoq; copulatiua. Teren. Non eam ne nunc quidē cū acer for ulro. Plerumq; dubitatiua. Virgil. Qui teneant nam inculta uident, homines ne, ferat ne. Reperitur etiam confirmatiua. Teren. Nunc ne denuum istuc uerbum incidit? Virgilius. Tanta ne me tenuit uiuendi nate uoluptas, ut pro me hostili paterer succedere dextra? item diminutiua habet significationem. Sallu. Qui ppe secunda res sapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus uictoria temperarent. item interrogandi aduerbium est. Teren. Ego ne? Tu ergo. Quando uero næ cum diphthongo scribitur, græca dictio est, & pro utiq; ac profecto accipitur. Teren. Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant. idem. Næ illa illum haud nouit. A ne aduerbio negandi composita fiunt neq; nec. nequā cum eius derivatiuis. nolo. neuolo. nego. nefas. nemo, nullus. nunquam. nusquam. nihilum. ne gligo. De quibus, eorumq; derivatiuis partim diximus, partim inferius dicemus. item nequaquam, quod negandi aduerbium est. Nequicquam, qd significat frustra. nequico, quod modo accipitur pro non eo. Modo pro non possum. Nā qui re posse est. a quo ueteres quentiam pro eo, quod est ens, siue entia dixere, & nequunt, pro nequeunt. & neutquam, quod non est omnino negatiuum, sed aliquid assensionis habet, quasi non ualde. Teren. Nam de re ducenda, id uero neutquam honestum esse arbitror. & neutiq; pro nequaquam. & necubi, pro ne alicubi. Semper. n. duplex uerbum postulat. ut uolo necubi mihi obuiam fias. & neuter, de quo diximus. A quo fit neutrale. quod neutrius partis & negotium, quasi non otium. Cic. Et si negotijs familiaribus impediti, hoc est operibus. Poniturq; pro labore. idem. Dii nec habent negotium ipsi, nec alteri exhibent. A quo negotari dicimus, negotijs exerceri. item exercere mercaturam. unde negotiosus, plenus negotijs. negotiatio, ipsa exercitatio. & negotiatores, qui in aliorum negotijs se exercent. Labeo. Negotiatores serui uidentur, qui præpositi sunt negotijs exercendi causa, ueluti qui ad emendum, aut ad locandum, et conducendum præpositi sunt. Cubicularij autem uel obsonatores non uidentur negotiationis appellatione contineri. & ne frendes arictes, quia dentibus fremere non possunt. & nedum, quod significat non solum. Sed duobus tantum modis usurpatur. Vno cum utranq; sententiā eodem claudimus uerbo. ut funderem pro te sanguinē, nedum pecuniam. Altero, cum suum utriq; sententiā uerbum accommodamus. Ut funderem pro te sanguinem, nedum tibi pecuniam crederem. item negatiue sic. Non funderem pro te obolum, nedum pro te sanguinem non funderem. ueteres necim pro nec eum dixere. & necunquam pro necunquam quenquam.

QUICQUID FAMA CANIT DONAT ARENA TIBI. Quicquid fabulæ finxerit, quæ non modo a ueritate, sed etiam a forma ueritatis remotæ sunt, tu in amphiteatro fieri potuisse ostendis. CANIT. Prædicat, diuulgat. Canere proprie est uoce modulari. & cantare, quod eius frequentatiuum est. Hinc canere poeta dicitur, quoniam uersus rhythmicæ ratione compositi sunt. & cantando pronuntia-

vi consueuerunt. Virgilius. Arma, uirumq; cano. in quo tamē animaduertendum est, ne pronuntiatio nimis in canticum dissoluta sit, ne uel plasmate, ut a plerisq; sit efformata. De quo genere optime Caius Cæsar adhuc prætextatus dixisse fertur. Si cantas male cantas, si legis cantas. Quoniam uero & laudare ueteres et uaticinari uersibus solebant, factum est ut aliquando canere pro laudare usurpentur. Virgilius. Regemq; canebant. Aliquando pro diuinare. idem ipsa canas oro. Quandoq; etiam canere pro prædicare accipitur, & cum quodam, ut exaudiri possit, canore proferre. Virgilius de fama. Hæc nam multiplici populos sermone replebat. Caudens & pariter facta, atq; infecta canebat. sic Martialis hoc loco. Quicquid fama canit, donat arena tibi. A cano fit cano, hoc est ad aliqd cano. cuius frequentatiuum est accento. A quo accento, qui a græcis profodia dicitur. Quidam animam uerborum, alij uocem syllabæ esse desinierunt. Tres autem sunt accenti. Grauis, acutus. et circumflexus. quos ueteres nunc moderamenta. nunc accentuiculas nunc uoculationes appellabant. Item octino. et oacento. & oacento. Est autem octinere, siue oacintere conuictu facere, & quasi contra canere, quod hoc cum canore quodā fieri consuevit, ut procul possit audiri. Item suacno, quod est submissa uoce cano. a quo suacento. & suacento. & suacento. Sicut qui cantorem. oacntorem. et suacntorem ita disingunt, ut cantores sint, qui maxime eleuant, atq; a uocem uocem. Suacntores, qui minimum. Oacntores, qui inter utriq; mediū tenent, quæ uarietas mirabilem seruata musica ratione conueniam reddūt. Item a cano concano. a quo frequentatiuum concanto. & concanto, quod est diuersarum modulatio uocum. Concanere, conuenire est, ut cū multis diuersis uocibus unus efficitur sonus. Ab hoc fit aliud uerbum concanno concannas, quod est apte cōpono, & quasi conuenire facio. Plau. Aucaeps quando concannauit aream, escas effudit. Ci. Cum ijs cum quibus cōcannabatur uerbis discrepare. Hinc concannus dicitur compositus, ut concanna oratio, hoc est compta, & apte composita. & concanne aduerbium compta. ornate. cōposita. Quidam concanno et concannum a canno deductum uolunt. Cinnu uero a canno. Erat autem annus potioris genus ex multis liquoribus compositum. A canno etiam recanno fit, quod est uersus canno. et ar cananno ar cancanto. in canno. Celli creditū hoc est a plerisq; ischiadica cū maxime doleant, nam si modulis leuibus tibicen in canno, multum dolores. inter canno, inter aliquid agendū canno. Percanno, cantando perseuero. Pro canno cantā do profero. Præ canno, præ dico. præ diuino. interdum etiam antecanno. Vnde præcentio dicitur modulatio illa uocum quæ ante initium cantus fieri solet, quasi præludium. Cel. Ea ibi præcentratione tranquilla, & uenerabili quadam quasi militaris musicæ disciplina uis, & impens militum cohibeatur. Quæ propter & exordium. siue initium. siue principium. siue proloquium. siue anteloquium quidam præludium, alij præcentrationem uocauerunt ad similitudinē græcorum, qui id proœmium nominant, propterea quod & præ cantus est. Nam sicut Citharædi pauca illa quæ ante, quam legitimum certamen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, proœmium cognominant. Sic oratores ea, quæ priusquam causam exordiantur, ad conciliandos iudicium animos præloquuntur, eadem appellatione signantur. Sunt tamen qui proœmium iatro appellatum uelint, quod græci δῖμωρ uicā nominant, quod proœmiū ante rei ingressum ponatur. idēq; cū aspiratione putant esse scribēdū. A quo fit proœmiari uerbum, quod est exordiri. A præcanno etiam præcentor, qui canēdo præcedit, sicut præfultor, q saltantiū choreā ducit. et præco, q iussu magistratus populum uocat, aut aliquid obseruandum iubet, aut gesta diuulgat, aut aliquid publice, uel private nē



ditioni proponit, aut ferias, dies ue festos indicit, aut supplicat-  
 ones pronuntiat, quāuis hor curiones quoq; uocatos inuenimus.  
 Hic accensus quoq; præco dicebatur, de quo supra differuimus.  
 A quo præconium, uox ipsa præconis. Et quoniam a præcone  
 res gestæ etiā pronuntiantur solent, ac palam omnibus fieri, ideo  
 præconium aliquando pro fama, & gloria usurpatur. et præ-  
 cones laudum nostrarum dicimus, qui res a nobis gestas lau-  
 dādo diuulgant. Vt tunc tubis, uel cornu. Sed hoc quon-  
 dam proprium erat classicorum. Hi enim iussu magistratu-  
 um ex aræ, & arcum muros tuba populum, siue alios magi-  
 stratus, & Senatum, & comitia uocabant, dicti a cælādo, hoc  
 est uocando, siue a clangore, hoc est sono tubarū, quibus utun-  
 tur. unde & tubæ ipse classica dicuntur. classica etiam dicti  
 sunt non omnium classicum, sed primæ tantum classis homi-  
 nes: qui ceterum millia aris, amplius ue cenſi erant. iſta classem  
 autem appellabantur ceterarum omnium classicum, qui nuno  
 re summa aris cenſebantur. Quippe urbs in quinque clasſes a  
 Seruio Tullio diuisa fuerat, qui primus cenſum inſtituit, rem-  
 tanto imperio saluberrimam, ex quo belli, pacisq; munia non  
 uirum ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent. Tum clas-  
 ſes, centuriasq; & hunc ordinem ex cenſu deſcripſit. Ex his  
 qui ceterum millium aris, uel maiorem cenſum haberent, octua-  
 ginta fecit centurias, quadragenas ſeniorum, ac iuniorum. Pri-  
 ma clasſis omnes appellati ſeniores ad urbis cuſtodia, ut præ-  
 ſto eſſent. iuuenes ut foris bella gererent. Arma iſs imperata-  
 galea. clypeus. ocreæ. lorica. omnia ex aræ hæc ut tegumenta  
 corporis eſſent. Præterea tela in hoſtem, haſtaq; & gladius.  
 Additæ huic duæ fabrum centuriæ, quæ ſine armis ſtipendia  
 facerent, datum munus, ut machinas in bello ferrent. Secunda  
 clasſis uſq; ad quinque & ſeptuaginta millium cenſum inſtitu-  
 it, & ex iſs ſenioribus; iunioribusq; uiginti conſcriptæ centu-  
 riæ, arma imperata. ſicutum pro clypeo, & præter lorica om-  
 nia eadem. Tertiæ clasſis in quinquaginta millium cen-  
 ſum eſſe uoluit, totidem centuriæ, et eodem diſcrimine ætatum  
 factæ, nec de armis quicquam mutatum, ocreæ tantum ademp-  
 tæ. in quarta clasſe cenſus quinque & uigintimillium, totidem  
 centuriæ factæ arma mutata, nihil præter haſtam, et uerutum  
 datum. Quinta clasſis aucta centuriæ triginta factæ, fundas,  
 lapideiq; miſſiles iſ ſecum gerebant. in his accenſi. cornucines.  
 tibianeq; in tres centurias diſtributi. Vnde cum millibus hæc  
 clasſis cenſebatur. Hinc minor cenſus reliquam multitudine  
 habuit. inde una centuriæ factæ eſt immenſa uulnita. Hi prole-  
 tarij, & capiteenſi appellati. Proletarij, qui ſupra mille quin-  
 genta aris in cenſum deferbant. Capiteenſi, quibus cenſus  
 erat non amplior trecentorum ſeptuaginta quinque. illis nomen  
 impoſitum a munere, officioq; prolis adenda, quod cum re ſi-  
 miliari parua munus poſſent remp. iuuare, ſobolis tamen ge-  
 gnendæ copia ciuitatem frequentarent. Ii uero capiteenſi ap-  
 pellati, quod ob tenuitatem rei familiaris non ære, ſed capitibus  
 cenſerentur. Proletarij tamen ordo honeſtior aliquan-  
 to & re, & nomine, quàm capiteenſorum fuit. Nā & aſpe-  
 ris reip. temporibus, cum iuuentutis inopia eſſet in militiam  
 tumultuariam legebantur, armaq; iſs ſumptu publico præbe-  
 bantur. Capiteenſor uero primus C. Marius bello Iugurtino  
 ſcripſiſſe traditur. Salluſtius, ipſe interea milites ſcribere non  
 more maiorum, nec ex claſſibus, ſed ut libido cuiuſq; erat.  
 Capiteenſor pleroſq; id factum ab inopia bonorum, alij per  
 ambitionem conſulij memorabant, quod ab eo genere celebra-  
 tus, auctusq; erat, & homini potentiam quaerenti egentiffi-  
 mus quiſq; opportuniſſimus. Sic pedeſtri exercitu ornato, diſtri-  
 butoq; Seruius Tullius ex primoribus ciuitatis duodecim equi-  
 tum centurias ſcripſit. Ad equos emendos dena millia aris ex

publico data. & quibus equos alerent, uidiuæ attributæ, quæ  
 bina millia aris in annos ſingulos penderent. Hinc equitum  
 quoq; interdum claſſes dicuntur. Virgilius. Sao me danais e'  
 claſſibus unum. idem. Claſſibus hic locus. Et claſſes clypea-  
 tas antiqui dixerunt quos nunc exercitus uocamus. Claſſem ue-  
 ro proactam extructum exercitum. item claſſici teſtes uoca-  
 bantur, qui ſi grandis teſtamenti adhibebantur. Claſſis etiam  
 collectio nauium dicta ἀπὸ τῶν κλαῶν, hoc eſt a lignis.  
 unde & calones appellati, qui ligna militibus portant. Ali-  
 quando tamen pro una nauis ponitur claſſis. Virgilius. Et ly-  
 cæ ductorem claſſis orontem. A claſſe claſſarius deducitur,  
 quod ſignificat aſſiduum. diligentem. quia omnium claſſium  
 ciues ſemper parati erant ad omnem reip. neceſſitatem. Pro-  
 pter quod ab aſſe dando etiam aſſidui dicebantur. Apuleius. Et  
 laudum eius claſſarius, atq; aſſiduus præco. At qui prima-  
 tum quoſcunq; in iudicium uocabant iuſſu magiſtratum, quæ  
 uiliſſimorum hominum officium erat, dicebantur liburni, quæ  
 ferè eſt Liburnia eſſent, quæ regio eſt inter Dalmatas, atq; illyri-  
 cos, in qua ſunt Salona urbs inſignis. Iuuenia. primus claman-  
 te Liburno Currite, iam ſedit, raptæ properabit abolla. Mar-  
 tial. Procul horridus liburnus, & querulus cliens. Liburnum  
 uero neutro genere genus eſt nauis uelociffimum a liburnis  
 primo inuenti. Ad cuius ſimilitudinem uehiculum quoq; con-  
 ſtructum fuit, quo romani principes uehi ſolebant. Iuuenia. Di-  
 ues & ingenti curret ſuper ora liburno. De nauigio. Hora-  
 ibus liburnis ſuper alta nauium amica propugnacula. Hæc  
 & liburnicæ appellantur. Suetonius. Vtrobique parte libur-  
 nicarum demerſa, ſimulq; eius, qua uehebatur ſiſis arma-  
 mentis, & gubernaculo diſtracto. Quidam etiam liburnas ſœmi-  
 nino genere dixerunt. Liburni etiam uiatores appellati a uia,  
 quod ſæpe ex agris homines iuſſu magiſtratum uocaret, fre-  
 quensq; eorum uia eſſet ab agris ad urbem. Egregij prin-  
 cipi, mox uile hominum genus, de quibus ſic Plinius ſcribit.  
 Ciannato uiator attulit dictaturam aranti, & quidem nudo,  
 oreq; adhuc pulueris pleno, cui uiator uela corpus inquit, ut  
 proferam Senatus populiq; Romani mandata. Tales tum eti-  
 am uiatores erant, quibus idipſum nomen inditum eſt, ſubin-  
 de ex agris Senatum, ducesq; acerſentibus. At nunc eadem il-  
 la uincti pedes, damnatæ manus, inſcripti uultus exercent,  
 Apparitores autem, & ſtatores erant, qui magiſtratus ſemper  
 aderant ad iuſſa capeſſenda, & interdum tabellariorum offi-  
 cio ſungebantur. Lictores a legendo dicti, qui prætores, & con-  
 ſules præcedebant cum ſiſibus uirgarū. Item a cano (ſi V ar-  
 roni credimus) canis latrabile animal. Sicut enim tuba et cor-  
 nu, quod ſignum canendo dent, canere dicuntur, ſic quia et no-  
 ſtru canis in cuſtodia, & in uenando ſignum uoce dat, dicitur  
 canis. De cuius deriuatiuis abunde ſuperius diximus. Præ-  
 terea a cano carmen, quaſi canimen appellatum. Dicitur au-  
 tem carmen quicquid pedibus continetur. unde Virgilius uer-  
 ſum unum carmen uocauit. Et rem carmine ſigno. Aeneas  
 hæc de danais uictoribus arma. & duos ſimuliter. Tumulo  
 ſuperaddite carmen. Daphnis ego in ſyluis hinc uſq; ad ſyde-  
 ra notus, Formoſi pecoris cuſtos, Formoſior ipſe. Totæ præ-  
 terea Aeneis Virgilij Heroicum carmen dicitur. Totus georgicorum  
 liber, carmen georgicum. Totus liber bucolicon, carmen bucolic-  
 um. Aliquando etiam carmen pro incantatione accipitur, quæ  
 admodum inferius oſtendemus. A carmine dictæ ſunt amœ-  
 næ (ut Pompeio placet) uel a canendo, quod canant antiquorū  
 laudes uel quod ſint caſtæ mentis præſides. Alij amœnas quaſi  
 canentes amœne, uel cantu amœnas exiſtitant appellatas. A-  
 mœnum enim ab amando iucundum dicimus. & amœne, iu-  
 cunde. & amœnitas, iucunditas. Virg. De uenere locus lator, &



amœna uireta, hoc est suauia, iucunda, & ad se amandum al-  
 licentia. Seruius Amœnum dictum putat ab a. quæ priuati-  
 ua particula est, & mœnio, quod est munio, hoc est fructum  
 capio. unde qui nihil præstant immunes uocamus. Amœna. n-  
 proprie dicuntur, quæ iucunda sunt, sine aliquo fructu. Ca-  
 mœna autem sunt quæ & musæ dicuntur. Musa græcum uo-  
 cabulum est, & significat cantum. unde musice appellata est  
 scientia, quæ tractat de ratione canendi. et musicus, musicæ pe-  
 ritus. Musam pro cantu Virgilius posuit. Pastorum musam Da-  
 monis, et Alpheisibœi. Hinc poetæ musas finxerunt deas esse ma-  
 gni Iouis, & memoriæ filias, quæ poetis, et musicæ præessent.  
 Quippe poësis pars musicæ est. Tria enim genera sunt, quæ  
 circa artem musicam uersantur. Vnum genus est, quod instru-  
 menti agitur. Aliud quod fingit carmina. Tertium, quod in-  
 strumentorum opus, carmenq; diuidit. Secundum illud genus  
 profecto poetarum est, quod non potius speculatione, ac ratio-  
 ne, quam naturali quodam instrumento fertur ad carmen. Eas-  
 dem dixerunt in Helicone habitare, qui mons Bœotiæ est phoci-  
 di affinis. à quo heliœniades appellantur, nec procul distat à  
 Parnaso Phocidis monte, æmulus illi & altitudine & ambi-  
 tu, uterq; niuosus, & rupes amborum saxea est. Parnasum  
 quoq; habitare musæ dicuntur. à quo dicuntur parnasides. et  
 quoniam phocidi confinis Aonia est, etiam aonides appellatur.  
 Aonia regio Thraciæ ab Aone rege dicta est. Aon filius fuit,  
 (ut quidam putant) Iouis, ut alij, Neptuni quem fatione suo-  
 rum ex Appulia pulsus in Bœoniam tradunt uenisse, Neptu-  
 num patrem querentem, ac de suo nomine montanam regio-  
 nem Bœotiæ uocasse Aoniam. tandemq; ibi diem suum obijit  
 se Dymante filio, ac regni suæcessore relicto. Aones quoq; eius  
 regionis montes dicuntur ab Aonia uero aonius dicitur. Ouid.  
 Separat Aonios atque phocas ab aruijs. Dicuntur etiam cythæ-  
 riades, à saltu, qui cythæron uocatur, in quo similiter habitare  
 musæ dicuntur. initium habet à Megarijs, & Atticis monti-  
 bus. Finitur prope Thebas Bœotias, iuxta fluit Asopus amnis,  
 inferiora eius alluens. Item sub eo pagus est Scolus nomine in-  
 iucunda sedes, atq; aspera. Vnde natum est prouerbium. Ad  
 scolum neq; ipse accedes neq; aliterum comitaberis. Ex hoc etiã  
 loco deductum pentheum, disceipulumq; memoriæ prodide-  
 runt. Est etiam uicus quidam in Heracليا trachinua, qui Sco-  
 lus uocatur. quam præterfluit Asopus amnis, & est in Sicyo-  
 ne alius Asopus, & finitima plagæ Asopia nuncupatur. Pie-  
 rides à Pieria, quæ regio est macedoniæ, Emathia ante dicta.  
 hæc musarum parens, domusq; est à nemore ita appellata, cui  
 nomen est Pieris. & Pieres populi dicti sunt, quibus extinctis  
 Macedones ea loca incoluere. À pieria Pierius deducitur. unde  
 Pierium carmen dicimus. Item dicuntur Thestides à Thestia  
 oppido Heliœni propinquo, patria Thestidis, quæ musarum  
 nutrix traditur fuisse. Item patria Argo, qui nauem Argo fa-  
 briauit, à qua Iason, ceteriq; qui in ea nauigauerunt dicti sunt  
 Argonautæ. Quippe primum Iasonem longa nauisum sic  
 isse (Philostephanus author est) Thestie proximum Ascræ op-  
 pidum est Hesiodi patria, quam ipse Rius miserum uocat. ab  
 ascræ ascræus deducitur. item dicuntur pegasides, & Hippocri-  
 nides, ab Heliœnis pulcherrimo fonte, qui à græcis Hippocri-  
 ne dicitur, hoc est equi fons. ἵππον enim equum uocant  
 κρήνην fontem. à nostris appellatur caballinus. item pegas-  
 feus, quod Pegasus eo loco saxum ungula feriens fontem ape-  
 ruerit, quem admodum inferius latius dicemus, Persius. Nec  
 fonte labra proliu caballino. Hunc equum putant esse qui in  
 cælo inter sydera collocatus est, quamuis alij, ut supra dixi-  
 mus, Bellorophonis equum esse dicant. Alij Hippen Chironis  
 Centauri filiam Theam antea appellatam, quæ cum in mon-

te Pelio sese uenando exerceret, grauida facta, et ob id patris  
 indignationem timens deorum miseratione in equam conuer-  
 sa est, & in cælum translata. Propterea posteriores corporis  
 partes non uidentur propter foemine sexus pudorem. Nonnul-  
 li uatem eam dixerunt fuisse. Sed quia deorum conalia homi-  
 nibus patefecerat in equam esse conuersam. Callimachus scri-  
 bit à Diana in equam esse conuersam, quod uenari, & deam  
 pro more colere desisset. Habet autem stellas in facie claras du-  
 as. in capite claram unam. in singulis auribus singulas claras.  
 in maxilla unam. in ala proxima capiti claram unam. in hu-  
 10 mero alæ dextræ unam. in mediâ alâ unam. in extremis pen-  
 nis unam. in armo unam. in umbilico claram unam. in singu-  
 lis genibus singulas. item Musæ Libethrides appellatæ à fonte  
 Macedonia in ea regione, quæ Magnesia dicitur. à qua Ma-  
 gnesi siue Magnetes, quamuis eodẽ nomine alia urbs in Asia  
 sit, iuxta quam Scipio Anthio cum regem profugit. Hic fons  
 Libethros nomine, musis est sacer, & spelunca eodem in loco,  
 quæ Libethra appellatur. item Piperides, siue Pipleæ à pipleo  
 Macedonia fonte, seu uico, uel à pipleo monte Orcomeniorum,  
 uel à peplo genere uestis, de quo supra diximus. uiam Mnemo-  
 20 synides à matre Mnemosyne hoc est memoria. Græci. μνη-  
 μουσῶνν memoriam dicunt. Ouidius de Ioue. Aureus ut Da-  
 naen Asopida luserit ignis Mnemosynen pastor. item Castali-  
 des à fonte castalio in radiabus parnasi musis sacro, quia à  
 Castalia nympha nomen assumpsit. Nouem autem esse musæ  
 finguntur. Nouem noctibus, hoc est singulas singulas à Ioue, et  
 Mnemosyne, hoc est memoria procreatas. Sed principio (ut  
 Varro scribit) tres tantum musæ fuerunt. Quia omnium sonum  
 natura triformẽ esse constat, aut enim uoce æditur, ut est eorũ  
 qui Bucas canunt. Aut statu, ut tybiarum. Aut pulsu, ut lyre  
 30 & catharæ, quæ percussione sonora sunt. Ob id autem po-  
 stea nouem esse finxere, quod quædam græciæ ciuitas apud  
 tres artifices terna quondã simulachra musarum faciendã lo-  
 cauerat, eo consilio ut tria, quæ pulchriora essent emeret, &  
 in templo Apollinis collocaret. Contigit autem ut opera omnes  
 æque pulchra formarent, propter quod cum musæ omnes ci-  
 uitati placuissent, omnes pariter emit, & in templo Apolli-  
 nis dedicauit. His postea Hesiodus, uel, ut alij uolunt, alij no-  
 mina imponere. Primam à bonitate uocis dixere κλλιόσην,  
 hoc est Calliopẽ κλλιόν enim bonum dicitur ὄψ, uox.  
 Secundam κλειώ, hoc est Clio à gloria & celebritate re-  
 rum gestarum, quas canit. κλειών enim celebrare est.  
 Tertiam ἑρατώ, hoc est Eratō, uel à canendis amoribus,  
 uel quod canus ab omnibus desideretur. Ouid. Nunc erato,  
 nam tu nomen amantis habes ἑρῶ enim est amo. αἶρῶ  
 desidero, eligo. à quo hærefes, hoc est sectæ philosophorum di-  
 ctæ sunt. Hinc sacrarium literarum scriptores hæreticos uo-  
 cant, qui cum nostræ religionis sint, à fidei tamen ueritate de-  
 clinant. & hæresin, hoc est sectam non recte sentientium am-  
 50 plectuntur. Quartam à uoluptate ac lasciuia canus θλητήν,  
 hoc est Thaliam. θάλλειν enim uirere. germinare. flore-  
 re est. Quintam μέλοποιον, hoc est melpomenen à ca-  
 nendo. μέλοποιον enim significat canto, me dulcor, di-  
 ctum ἀπό τοῦ μέλος ποιῶν, hoc est à concantu faci-  
 do. μέλος enim ueteres græci μελωδίαν, hoc est mo-  
 dulationem dicebant, quod latini nunc quoq; obseruant. Sex-  
 tam τερψιχόρον, hoc est terpsichoren. ἀπό τοῦ τέρ-  
 πειν τοὺς χοροῖς, hoc est à delectandis choreis. ideo à qui-  
 busdam Cytharistria dicitur. Septimam ὀϊτιανήν,  
 hoc est euterpen à suauitate concensus. ὀῖ enim bene si-  
 60 gnificat τέρπειν delectare. ὀκτανάμ πολυ-  
 μνίαν, hoc est polymniam à multitudine carminum, siue

hic incipit de Musis. usq; ad  
 signum 7

epilou



Laudationum. τὸν .n. multum significat ἰμῶν can-  
 te, laudo, nam ἴμῶν cantum est, quē nos quoq; Hymnū di-  
 cantis, a quo Hymnetem cantorem. ἴμῶν ἐκ τῶν ποί-  
 νηδῶν, quos cantus est, quem nostrī veteres nemias uocauerunt. Noniam  
 ἴμῶν, hoc est Vraniam, quasi caelestem, uel a caelestiu  
 rerum cantu, uel a cantus diuinitate. οὐρανῶν. .n. caelum  
 graeci uocant οὐρανῶν caelestem. Quidam a musis Mu-  
 seum appellatum uolunt. Vtissimus apud graecos poeta sic  
 it tempore Hesiodi, fuitq; unus ex Argonautis, filium fuisse  
 Apollinis quidam uolunt. Alij Euphrosini. Extat nunc quoq;  
 incandissimum poema eius de amore Leandri & Heris. item  
 a carmine carmina deducitur. Hæc filia fuit Ionij Arcadium  
 regis, & uxor Pallantis, qui Euandri uisus fuit, genuitq; Eu-  
 andrum ex Mercurio, qui uir summus fuit, & rebus gestis inter  
 Hercules, qui plurimi fuerunt, connumeratus. Carmina grae-  
 carum literarum doctissima fuit, et uates. Cumq; Euander ui-  
 rum eius, quem patrem existimabat, siue casu, (ut quidam uo-  
 lunt) siue orta inter suos seditione occidisset, propterea q; ex aui-  
 to regno esset expulsus, magna ei uaticinando promittens, ut  
 in Italiam ueniret, persuasit. Ambo igitur mare in gressi ad ho-  
 stratyberis puenerunt, indeq; per tyberim progressi ad mon-  
 tem palatinum, unde ex pulsus ab originibus ea loca tenuere,  
 in quibus postea Roma condita fuit, paruum quoq; oppidulu  
 in Palatino monte findauerunt, in quo Herculem superato  
 Geryone ex Hispania redeuntem ex cepere, qui eos a metu Ca-  
 alatronis infestissimi liberauit. Hinc post Troiae euersionem  
 Aeneam nouas sedes querentem in bello aduersus Turnum  
 inuenit Pallante Euandri filio cum copijs in eius subsidium  
 misso, quem mox interfectum misere fleuit. Carmentis igitur,  
 quod siuera carmine praedicere soleret, ita appellata est, cu pri-  
 us Niostriata diceretur. Hæc gentem illa rudem antea, ac plane  
 syluestrem, & uoces, & literas docuit. Propter quod uete-  
 res graecæ literæ penè eadem a principio cum latinis fuere.  
 Cuius rei indicium est delphica tabula uetusti ævis quæ in bi-  
 bliotheca palatii Romæ dono principum diuata Palladi fuit,  
 in qua sic erat scriptum, ΝΑΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΤΙΣΑΜΕ-  
 ΝΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ. Postea edax omni-  
 um rerum uetustas, mutauit literarū formas praefertim apud  
 graecos, apud quos linguarum quoq; magna uarietas est. Hinc  
 carmentis adhuc uiuentem diuinis celebrarūt honoribus. Mor-  
 tua uero sub infima parte capitolij, ubi uiuere habitauerat, Sa-  
 cellum dicunt, & Carmentalia instituire. Portam quoq; car-  
 mentalem ex eius nomine dixerunt. inuentricem etiam litera-  
 rum fuisse praedicantes. Sed de literarum inuentione uariae  
 sunt opinionēs. Quidā Assyriorum literas semper fuisse exi-  
 stimant. Alij apud aegyptios a Mercurio inuentas, ut Gelli.  
 Alij apud syros repertas. Nonnulli Theutē quendam remmi-  
 sendi non memorie gratia earum inuentorem fuisse prodūt,  
 ut Thamus ille apud Platonem refert illud inter omnes constat  
 Cadmum. XVI. literas e phœnice in graeciam deuulsi. A B  
 Γ Δ Ε Η Κ Ι Λ Μ Ν Ρ Ο Τ Υ Ξ Σ. His Palamedē troiano bello  
 quatuor adiciisse, Ξ Θ Φ Χ. quas uolunt simul cum ordine  
 aciei a gruibus didicisse. Cōstat enim grues miro ingenio, quē  
 sequantur eligere, in extremo agmine per uices, qui accla-  
 ment, disponere, & qui gregem uoce contineant, ex cubis ha-  
 bere nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes qui som-  
 no fatigatis decidēs sono indiligentiam coarguat. Ceteras dor-  
 mure capite sub alijs condito alternis pedibus insistentes. Ducem  
 solum erecto collo prouidere necessaria, ac praedicere. Hinc a  
 gruere, quod proprium gruū est, factum in gruere, quod est  
 simul, & gruuum modo inuadere. Vir. in gruit Aeneas italij,  
 & praelia miscet. Et congruere, quod est conuenire. a quo con-

gruum conueniens, & congrue. conuoluerit. Et gruūa di-  
 cuntur loca media, in quæ directa quatuor congregantur & cō-  
 ueniunt uiae. item garūma mensura quædam, qua fixa uiae  
 ad lineam diriguntur, ut est a grimensorum, & similitum. A  
 quo fit de gruūmor uerbum, quod est dirigo. Luclius. Viamq;  
 de gruūmaris, ut in castris mensor facit olim Enni. Gruū-  
 mam dirigere se, & de gruūmari dixit. Gruūnre uero propri-  
 um non gruuum, sed suum est. Varro. Gruūnit lepido lacte sa-  
 tur mola maclatus porcus. Cic. Aut grūnuit cum iugulatur  
 sus. Laberius. Gruūnientem aspexi scropham. Hinc grūnuli  
 lares dicuntur Romæ constituti ad honorē porcæ, quæ triginta  
 pepererat. Easdem grues mansuefactas lasciuire, gyrosq;  
 quosdam inde uero cursu etiā singulas peragere pontum trās  
 uolantur Saburra stabiliri, quæ est arena immunda qua nau-  
 ues usq; ad certam mensuram onerari consueuerunt. Virg. Et  
 cymbæ instabiles fluctu iactante saburrā. a quo fit uerbum  
 saburro. Cuius passiuum est saburror. Solinus, Grues uolatu-  
 ræ arenas deuorant. sublatisq; lapillis ad moderatam gra-  
 uitatem saburrantur. Diuersas praeterea literarum formas  
 uolando tradunt grues efficere. Propterea obiectum ab Vlyse  
 se Palamedi, quod non ipse literas, ut gloriabatur, & belli-  
 cum ordinem inuenisset, sed a gruibus didicisset, unde apud  
 Philostratum graecum authorem sic loquitur Palamedes  
 ἐγὼ γὰρ μάταια οὐ χυθῶρον, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν ἀρέβην. πάλαι γὰρ ταῦ-  
 ται ἐν μουσῶν οἴκῳ κείμενα ἰδέειτο ἀνδρὸς τοιοῦτος. θεοὶ δ' ἐ τοιοῦτα  
 δὲ ἀνδρῶν σοφῶν ἀναφάνουσι. γέραναι μὲν οὐν οὐ μεταποιοῦνται  
 γραμμῶν, ἀλλὰ τὰξιν ἐπαινοῦσαι, πέτονται. πορεύονται γὰρ  
 ἐς λιβύην εὐνάφουσαι μικροῖς ἀνθρώποις. Ego inquit literas nō  
 inueni, sed ab ipsis inuentus sum. Nam cum iandiu in aedibus  
 musarum latuissent, eiusmodi uiro egebant. Dij enim talia  
 per sapientes uiros in lucem profertunt. Grues quidem lite-  
 ras nesciunt, sed ordinem probantes uolant, dum aduersus  
 Pigmæos dimicaturæ in Libyam transeunt. ob hanc causam  
 grues a poetis aues Palamedis dicuntur. Martia. Turbabis  
 uersus, nec littera tota uolabit. Vnam perdideris si Palame-  
 dis auem. Palamedes NauPELLI regis Eubœæ filius fuit, qui  
 Vlyssi, ne in bellum aduersus Troianos proficere uideretur, stulti-  
 tiam simulanti, & cum diuersis animalibus litus aranti, The-  
 lemachus filium ex Penelope susceptum ante aratrum appo-  
 suit, ut simulationem eius hoc modo detegeret. quo uiso, Vlysses  
 subito suspendit aratrum. praeterea cum comparandi frum-  
 menti gratia profectus aliquando in Thraciam esset Vlysses,  
 nauisq; reuersus, nihil se frumētū reperisse affirmaret, mox  
 eodem profectus Palamedes maximam frumenti copiam ad-  
 duxit. Quibus rebus, & alijs plerisq; indignatus Vlysses Pa-  
 lamedis gloriam graui, & iniquo animo ferebat, & ubi cum  
 que poterat honori, saluti, uitæ illius insidiabatur. Tandemq;  
 cum Palamedes in bello aduersus Troiam ductum esset ade-  
 ptus, Vlysses quibusdam seruis illius subornatis ingens auri  
 pondus sub tabernulo eius sepeliri iussit. Deinde uenisse nū-  
 tium cum literis finxit, quibus scribebatur Palamedem cum  
 Priamo consilium iniisse prodendi exercitus Graecorū, iamq;  
 ingentem pecuniam a Priamo habuisse. Misi sunt illico, qui  
 tabernaculo eius diligenter perquirerent, inuentq; auro, qd  
 sub tabernaculo erat sepultum, habita est sceleri fides, & Pa-  
 lamedes tanquā sors lapidibus a multitudine obrutus fuit. Hic  
 est praeter literas, et ordinē aciei fertur datonem signi tesseras,  
 hoc est symbolū bellicū, de quo supra diximus, et uigilias Tro-  
 iano bello inuenisse, sicut signū ē specula, qd specularē signū  
 dicitur, inuenit Simon. iducas Lycion. Foedera Thefeus. Augu-  
 ria ex auiibus Caras. a quo Caria appellata. ex cæteris aiali-  
 bus Orpheus. Quidā etiā uolūt mēsuras, et pōdera, nō Phi-



donem arguunt. Sed hunc ipsum Palamedem inuenisse. Totidem etiam literas repperisse Simonidem melitum ferunt, ζ. κ. ω. Quarum omnium uis in nostris literis recognoscitur. Aristoteles. XVIII. prius fuisse commemorat. Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Κ Λ Μ Ν Ο Π Ξ Σ Τ Υ. Et duas ab Epicharmo, nō a Palamede additas. Θ X. Alij has in Aegypto inuenisse quendam nomine Meriona affirmant, quindecim annis ante Phoroneum uenustissimū græciæ regem. E pigenes grauis author syderum obseruationes septingentorum uiginti annorum, apud Babylonicos cœtilibus laterculis inscriptas fuisse affirmant. in Latium eas attulit Nicostatus, propterea Latinorum quoque literæ ab initio. XVI. tantummodo fuerunt, quem admodum Græcorum. Sed uelto postea apud illos usque ad quatuor, et uiginti literarum numero, nostri quoque ab illis aliquas alias sumptere, quibus in nostra lingua, præsertimque in Græcarum dictionum scriptione uterentur, sexdecim, quibus primo usi in Latio fuerunt, has Remius grammaticus fuisse commemorat. Α Β C D E G I L M N O P R S T V. Postea H. addita est, quam non literæ sed aspirationis notam esse uoluerit. Item F. ex duobus r. compositam. Q. literæ uim habentem, aspiratione detracta, K. eiusdem cum c. litera potestatis, Q. quo carent Græci, X. ac Z. quas a Græcis sumptas esse manifestum est, alteram CS. Altera gemini SS. uim habentem. Claudius Cæsar aliam addidit simplicem figuram, quam pro PS. hoc est. T. Græca litera scribi uoluit. Sed nemo uisus est ueterem scripturam post Claudij imperium commutare. Aegyptij uarijs animalium figuris pro literis utuntur. Quod adhuc Romæ in ueteribus obeliscis conspici licet. Singula autem literæ singula nomina ex primane ut puta uelut naturam rerum significat, quod nullis mares inter eas uicis inueniri commemorant. Apis regem, quia moderatorum populorum oportet cum iustitiæ acieo clementiæ mel habere commistum. Item a cano fit tubicen, qui tuba canit, quod instrumentum uulgo notum est. Tuba autem a tubo canali ligneo, de quo supra diximus. Nam ex lignis tubæ fiunt, et ex cornibus, et quæ ex ære sunt Tubæ ductiles appellantur, quæ uero ex ligno, uel cornu, lignæ, uel corneæ. A tuba uero tubulistrum dictum (ut Varro sentit) quod eo die in atrio Sutorio sacrorum tubæ lustrabantur. Aeneam tubam primus Piseus thyrrenus traditur inuenisse. Item a cano tubicen, qui tibijs canit, et scæmmino genere tibiana. Martia. de Tibijs. Ebraia nos madidus rumpit tibiana buccis. varia tibiæ genera erant. Quædam enim serane dicebantur, quæ pares erant, et æquales habebant cauernas. Aliæ phrygiæ, quæ erant impares, et inæquales cauernas habebant. Vir. Biformem dat tibia cantum, hoc est bisonum, et dissimilem. nam (ut Varro inquit) tibia phrygiæ dextra, unum foramen habet, sinistra duo, quorum unum acutum sonum habet, alterum grauem. Dicebatur hæc et obliqua tibia ob eam rationem. phrygiæ autem dicta est, quia in Phrygiæ primum reperiata est a rege Mida. Item aliæ tibiæ simplices erant, et id genus monaulos uocabatur. uicior enim Græci solum dicunt αὐλὴν tibiæ. Huius inuentor Mercurius fuit. Aliæ geminæ, quarum author Marsias fuit. Erant et præcentoria tibiæ, quarum locus erat ad puluina præcentendi, et uasæ, quæ foraminum numero præcentorias antecedebant. et Gimgriæ, quæ licet breuiores, subtilioribus tamen commodis insonant. et miluina, quæ in acutus exeunt acutissimos. et Lydiæ, quæ et thurariæ dicuntur, et ægyptiæ, omnibus clariorem uocem habentes. Lydiæ ideo appellata, quod ijs in sacrificijs, et inter thura uti solerent. Lydios modulos inuenit Amphion, Dorios Thamyrastrax, phrygios Marsias phryx. Cum tibijs uocem canere Trægenius Dardanus

instituit. Est et genus exiguarum tibiæ, quæ a uoce anserum gngrina dicuntur. Etenim gngrire anserum uocis proprium est. a quo gngritor tibiæ appellatur. Gngria uero ex multis obsonijs decerpta dicuntur. Gindes uero fluuus est in Mantianis montibus nascens, et per Dardanos fluens ingreditur Tigrim. Hic, cum secundæ post Euphraten magnitudinis, Cyri impetum uenientis contra Babylonicos interceptet, et quidam ex militibus summe dilectus regi, eius molis transitum rapacitate fluij absorptus esset, iratus rex ulsati animo statuit, iurans eum, qui nunc præclarum equitem uorauisset, mox uix genua mulieris abluturum. Nec peragendo se gnior bellum hosti indictum cum flumine gessit, et anno in te gro Gindem per magnas deductum fossis in quadraginta sex alueos partitus est. Tibiæ primo ex gryum tibijs, a quibus nomen habent, tum ex harundinibus factæ sunt. unde tibialis calamus dictus est, quem auleicon uocant. Item Zeugites a paritate, quod ex eo duplices fiebant tibiæ, postea sacrificæ Thysorum tibiæ ex buxo fieri cœptæ. Ludicræ uero ex loto arbore, deinde ex ossibus asininis, postea ex argento. Tibicines et dicuntur trabes, quibus ædificia sustentantur. Iuuenæ. Nos urbem colimus tenui tibiæne fulcra, quod a tibijs carentium similitudine tractum uideatur. Hi enim cantantes sono tibiæ inuuant, et quem sustentant, ne fatigentur cantando, quod usque adeo uerum est, ut non modo cantantes, et musici, sed etiam oratores adhibendos sibi aliquando tibicines existimauerint. Notum est C. Gracchi præcipui suorum temporum oratoris exemplum, cui concionanti consistens post eum musicus tibia, quam tonarion uocant, modos ministrabat, quibus deberet intendi. Eadem ratione et uersus quidam tibicines dicuntur, qui ad sui sustentationem dictiones aliquas inueniri superuacuas habent. Virg. A spectans syluam immensam, et sic forte præcatus. For te quantum ad sensum nihil facit. sed ob id duntaxat positum fuit, ut uersus constaret. Thysorum lingua tibicines, subulones uocantur, a subulæ, uel potius subulonis cornu similitudine, de quibus supra diximus. Item a cantu cornicem, qui cornu canit. item litæen, qui canit lituo. Est autem lituus proprie tibiæ incurua dicta a sono. Home. λιβὴ βίος, hoc est insonuit neruus. Vir. Et lituo pugnas insignis obibat, et hasta ab huius postea similitudine lituus appellatus est auguralis uirga breuis, in latere, qua robustior est, incurua. idem ipse quinquaginta tuo, paruaque se debet succinctus trabea, leuæque anole gerebat. item sitæen, qui apud sitos canere solitus est, hoc est uita sanctos, et sepultos. Hi proprium genus tubæ, quæ canerent, habuerunt a cæterorum tubicinium proprietate distinctum, quos sicannistas uulgo appellat, qui rectius loquuntur Sicannistas. n. litera geminata. Sicannium. n. genus ueteris saltationis fuit. saltabundi autem canebant, quæ postea stantes canere consueverunt. Actus appellari sicannistas ait nebuloso nomine. credo propterea nebuloso, quod sicannium cur dicebatur, obscurum est. Nos sicannium quasi sitæannium, hoc est cantum apud sitos, hoc est sepultos appellari existimamus, quem admodum a canendo dicimus gallicanum, de quo supra differuimus. Saltatione funebrem, ac funebres ludos Actus in tolecho inuenit, sicut saltatione armatam Curetes docere. Pyrrhicem Pyrrhus. Suet. de Cæsare. Pyrrhicem saltauerunt Asia, Bithyniæque principum ludus. idem de Nerone. pyrrhicas quasdam e numero ephëborum, quibus post æditam operam diplomata ciuitatis Romæ singulis obulit. inter Pyrrhicarum argumenta taurus Pasiphaen ligneo iuuecæ simulachro abditâ inijt. Quod etiam armatæ saltationis genus apud Lacedæmonios inuenisse legimus Lycorgum, quam horum uocari Lincianus in libro, quem de saltatione ædidi, refert. Cōstituebatur id genus ex adulescentibus,



ex adolescentibus, & uirginibus alternatim ad choream dispositis. Ducebat chorum adolescens militarem exercens peritiam, qua postea in inuadendis hostibus uti possit. sequebatur uirgo modesta quadam insignis, & foemineum saltum decenter agebat. ex quo intelligebatur Horum constitui ex duabus illis uirtutibus temperantia, ac fortitudine. item ab ore, & canendo osanes dicte, quae aues sunt augurium ore facientes. unde osanum augurium, qui cantu auium sit. Plinius tamen osanes aues omnes dici existimat, quae canunt. Tria enim genera auium facit. Primum earum, quae unguers, ac digitos habent. secundum osanum, quibus catus est oris. Tertium alitum, quae in magnitudine a ceteris differunt, ut sunt puerones, gallinae, & similia. item a cano gallicanum tempus, quo galli canere consueverunt. & uaticanium uatum carmen, quapropter & uates ipsi a uincendis carminibus sunt appellati. item a canendo luscinia dicitur, quod lugendo canat. Auis est, quam graeci philomelam uocant, lugere haec auis canendo dicitur. Martia. Flet philomela nefas in castris Tereos, & quae muta puella fuit, garula ferunt auis. Causa fletus haec est. Philomela, & Progne filiae fuerunt Pandionis Atheniensium regis. Hic cum Erithoe patri in regno successisset, auxilio Terei Thracum regis profligauit regem pona, qui Athenas obsidebat. propter quod meritum Progne filiam Philomelae sororem illi dedit uxorem. Ouidius. Quem sibi Pandion, opibusque, uirisque potentem, Et genus a magno ducentem forte gradino, Conuulso Progne iunxit. ex hac Tereus filium Ityn suscepit. sed cum desyderio uidentis sororis uxor Terei teneretur, exorauit uirum, ut Athenas profectus Philomenam ad se duceret. Qui mandata peragens aduentum Philomelae a Pandione impertrauit. Verum dum in itinere essent, in libidinem mulieris exardens, quamuis repugnantem compressit. post haec, ne exprimere facti obscenitatem posset, linguam ei abscedit, & seruo in uinculis custodiendam tradidit, reuersusque ad uxorem maris nauis a defunctam simulauit. Philomela tunc adit carceris affecit, rem omnem uti gestu fuerat, ac in tenuissima tela descripsit. hanc analle Progne clam deferendam tradidit. Progne reintellecta, ac dissimulato ad tempus dolore, postquam orgorum tempus aduenit, ehyris, & pellibus pro more instructa sororem adit, eamque eodem indutam habitu ducit ad regem. Hic conuulcato consilio ueluti furis agitata Ityn paruulum filium inter facit, uirosque donum redeuntis epulandum apponit, qui re tandem ob delatum iussu Prognis in fine caenae pueri caput, comperta, dum fugientem uxorem furibundus persequitur, mutatam decorum miseratione in hirundinem uidit, quae consuetudinem habitandi intra hominum tecta semper seruauit, ipse in upupam conuersus est, ideoque militarem cristam adhuc in capite gerit, & quasi adhuc filium querens clamat πού πού, quod significat ubi ubi. Mutare autem hanc pennarum colorem Aeschylus scribit, osenam alias pastu auem, ut quae filium sumperat in abum, sed cristam uisendam insigni, quam contrahit, subrigitque per capitis longitudinem. Aeschyli quidem tragodia de upupis non extat. Sed hoc uersus eius adducit Aristoteles in libris, quos de historiis animalium scriptos reliquit.

Quin & sui spectantem affert Epopem mali

Colore pingens speciem multimodo.

Saxicolam, improbum, arma gestantem militem,

Adulm, & infantem uaria se gerit forma,

Nam uere candidans ubi diu fuit nouo,

Aestate tum deinde, ubi candiduit, seges

Variis alas maculis guttatas mouet.

Vagatur quoque semper, appetens loca

Deserta, quarens nemora, atque inuias rupes

Itys uero in phasianam mutatus est, quae auis picturatarum uestium colores seruat, quibus uti regii pueri solebant, geminasque ex pluma aureis submittit, subrigitque. Haec auis in colchis frequens est, praesertim iuxta flumen Phasim, per quem argonautae in Colchos peruenere. unde ad nos allata nomen habet. Martia. Argona primum sum transportata carina, Ante mihi notum nisi Phasis erat. At Philomela in auem conuersa est sui nominis, nec cessat deslere cantu dulcissimo inuerriam, quam paulo ante elinguis promere non poterat. ideo a nostris a lugendo, canendoque luscinia uocata est. Mirum est tantum uocem, & tam pertinacem spiritum in tam paruo corpusculo esse, ut nisi uisa fuerit, uix credi possit. Sonum aedit perfecta musicae scientia modulatum, qui nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc uariatur in flexo, nunc distinguatur conciso, copulatur in torto, promittitur, reuocatur. in suscitatur ex inopinato, plenus. grauis. acutus. creber. extensus. Vbi uisum est (ut Plinius inquit) iubrans. summus. medius. imus, breuiterque omnia tam paruulis in faucibus, quae tot exquisitis tibi arum tormentis ars hominum ex cogitauit. Singulis etiam sunt cantus, & non iidem omnibus, sed cuique suus, certantque inter se palam animosa contentione. Victa morte saepe uitam finit, spiritu potius deficiente, quam cantu. Meditantur cantum iuniores, uersusque quos imitentur, accipiunt. Audit discipula intentione magna, & reddit, missimque retinent. intelligitur emendatae correctio, & in docente quaedam reprehensio. Ergo seruorum illis pretia suere, & carius aliquando empta sunt, quam armigeri. candida Romae empta fuit temporibus Claudij principis, & Agrippinae eius uxori dono data. uisum etiam saepe fuit iussas canere coepisse. & cum symphonia alternasse, quemadmodum homines quoque reperiti sunt, qui sonum earum addit in transuersas labias fronte harundinea, quasi foramine inspirantis linguae redderent. Verum uicto aestu in totum alia uox fit, nec modulata, ut uaria. mutatur & color. postremo hyeme ipsa non cernitur. Luscinia a poetis aliquando Attis uocatur, quasi attica. Martialis. sic ubi multifona feruet sacrae attide lucus. Extatque apud graecos tragodia Philochori de philomela, quae Attis inscribitur. Attis filia fuit Cranai Athenarum regis, qui Cecropi in

10 regio successit. a quo inquilini cranai sunt uocati. Haec nomine suo regionem, quae est inter Achaiam, & Macedonia. Atticam. & Attidem nominauit, cum Achaia prius ab Actaeo ne diceretur, siue ab Acta, quod litus significat, cum ea regio magna ex parte litoralis sit, qua uoce utimur etiam latini. Virgilius. At procul in sola secretae Troades acta. in hac sunt Athenae, & Marathon cum pus cum oppido eiusdem nominis. ab hoc atticus adiectiuum nomen deducitur. & atticis fo uerbum. sicut graecis. & aduerbium attice, hoc est lingua attica, hoc est attice loquor, & graece loquor. & sialisso, sicut la lingua loquor. Plautus. Non atticissat, sed sialissat. Athenas primus condidit Cecrops, a quo urbs Cecropia uocata. postea a Mopso Mopsopia. a filio Xuthi Ione Ionia. A Neptuno, qui a graecis Posidon dicitur, Posidonia, siue Neptunia. a Minerva Athenae, quippe graeci Minervam Athenam uocant. ab hoc uero Athenienses, & Athenaei dicti. Tradunt enim qua tempestate Cecrops eam urbem condidit, apparuisse illic oliuae arborem, & alio loco aquam erupisse. Tunc regem duplici prodigio motum ad Apollinem Delphicum scissatum oracula misisse. Responsum oleam quidem Minervam

20 significare, undam uero Neptunum. Nunc in eorum potestate esse, utriusque potius nomen urbi imponerent. utque Cecropen aues omnes utriusque sexus ad ferendum suffragium conuo-

30

40

50

60







Belliger inuictis quod Mars tibi fecit in armis  
Non satis est Casar, facit & ipsa Venus.

Prostratus Nemces et vasta in ualle leonem,  
Nobile et Herculeum fama canebat opus.

Pisra fides taceat, nã post tua munera Casar  
Hac iam feminea iudimã acta manu.

Constat sane Domitianum (ut refert Suetonius) non modo uirorum pugnas, sed etiam foeminarum adidisse. Hanc muliebrem i uenando lasciuam carpit Iuuenalis. Cum Neuiã thysiam si get aprum, & nuda teneat uenabula mamma. Item Papi. in syluis. Stat sexus rudis, insciusq; ferri, ut pugnas caput in probus uiriles. Credas ad Tanam, ferumq; Phasim Thermodonãtis calere turmas. MARS. Belli deus, de quo supra diximus. BELLIGER. Martis epitheton a gerendo bello, & per martem intelligit uirilem sexum, sicut per Venerem muliebrem in quo animaduertendum est, quod Venerem non Palladem nominauit, ut ostenderet lasciuie potius muliebri, quam uirtuti tribui uenationem, & recte sane Martem pro uirili sexu ponit, cum Mars a mare appellatus sit, quamuis aliqui a graeco deductum malint, quod est æpus, & acantani, hispana gens simulachrum eius rãdis ornatum maxima religione colentes, Necum uocabant, quod eorum lingua marem significat, putabãtq; Martem feruorem esse, quo animus exardescit, exardetq; aliã ad iram, aliã ad uirtutes, nonnunquam ad teporalis furoris excessum, per quas res bella nascuntur. unde Mars frequentissime pro bello accipitur. BELLIGER. Mars, & Minerua a bello gerendo belligeri dicuntur, quemadmodum quod bello polleant, dicuntur Bellipotentes. Bellum proprie est dissentio, per quam arma mouentur. Vnde sociale bellum dicimus, & bellum Romanoru cum Ethruscis, aut Sannitibus, differtq; a prælio, quod prælium est ipsa in bello hostium congressio. Virg. Infantem fugiens media iter prælia belli. Aliquando tamen bellum pro prælio ponitur. Sallustius. In eo bello trecenti milites desiderati. Hinc & bellari pro pugnare usurpamus. Vir. Et pietis bellantur Amãones armis. bellum etiam bonum significat, estq; eius diminutiuum. Vir. Item cum eis bellum geras, ut bella omnia domum auferas, id est bona omnia. Et quoniam bonum aliquando pulchrum significat ut apud Terentium, forma, bona fortasse. bellum quoq; aliquando pro pulchro accipitur. Martia. Bellæ, nouimus & puella, uerum est. Hinc belli homines aliquando boni, & prudentes. aliquando formosi, atq; elegantes dicuntur, unde Virg. belliores pro meliores posuit. uenio nunc ad ultimum testamennum, quod dicitur Physicon, in quo graeco belliores, quam Romani nostri, & Virg. bellitudinem pro pulchritudine (ut Pompeius affirmat) a bellus fit etiam aliud diminutiuum bellulus, hoc est pulcherrulus. & bellulus blandientis uocabulum i eodem significatu. Plur. Cuius ergo habitum bella bellatula. bonum proprie est, quod malo opponitur, generale nomen, & honesta simul, atq; utilia complectens: ut bonum animi. bonum corporis. bonum fortune. Hinc si bonum uirum diximus, probum intelligimus. Si bonum militem, fortem. si bonum imperatorem, prudentem. si bonum grammaticum, literatum. si bonum oratorem, facundum. si bonum iudicem, iustum. si bonum mercatorem, diuitem. si bonam faciem, pulchram. sic e contrario malum generale nomen est, & turpia simul, ac detrimentosa complectens. unde malum uirum dicimus, flagitiosum. malum militem, imbellem. malum imperatorem, im prudentem. malum grammaticum, rudem. malum oratorem, infacundum. malum iudicem, iniustum. malum mercatorem, inopem. malam faciem, deformem. Teren. Mala mens. malus animus. Cic. Auaritia magnum malum est. A bono bonitas fit, quod pro uirtute accipitur. Idem. Cui enim fidem alicuius hominis, bonitatemq; laudant. A malo malitia, quam graeci nauiax dicunt, hoc est peruersitas. Seneca. In hoc summa bonitas, in illo extrema malitia. Sed bonitas frequentius pro benignitate, & quadam ingenij simplicitate accipitur. Plyn. bonitas, ac simplicitas uxo-

ris. malitia e contrario, pro uersutia. unde malitosum, callidum, ac uersutum uocamus. Ci. Virtus contraria est uitiositas. Sic enim malo, quam malitiam appellare, quam graeci nauiax appellant. Nam malitia certi cuiusdam uitij nomen est, uitiositas omnium. Est & alia bonitas non ex industria, sed ex natura proueniens. Cic. Quae & bonitate naturae multum affequuntur, & progressionem discendi. id est excellentia, & dote naturae. huic similiter contraria malitia est. Plyn. Quod modo caeli, modo terrae malitia facit. Varro. Id saepe malitia accidit soli. Itã a bono benignus dicitur liberalis. beneficus. clemens. Vnde benignam terram dicimus, fructus abude reddentem. Plyn. de Aegypto. Nulla est benignior tellus, nullus ager feracior. A quo benignitas liberalitas. clementia. & benignè aduerbium, liberaliter. clementer. a malo uero deducitur malignus, hoc est asper, difficilis inuidus. auarus. Plyn. Homo malignus, & inuidus. Teren. Maligna multo, & magis procaz illico facta est. hinc maligna uia, quae angusta, atq; ardua est. Vir. Aditusq; maligni. Maligna lux, quae subobscura est. Idem. Quale sub incertam lunam, sub luce maligna. Malignus ager agricolis illiberalis, ac minime ferax. idem. Difficiles primum terrae, collesq; maligni. nonnunquam bonum pro bonitate accipitur. Nam cum dicimus de æquo, & bono, nõ de iustitiae rigere loquimur, sed quasi de bona æquitate. item malum pro malignitate. Seneca. imbecillum, infontemq; damnare summum est malum. item aliquando malum loco iteriectio nis ponitur, perinde ac si diceremus, Pro nefas. Gellius. Quae malum ratio ista est? A bono bene fit. a malo male. Bonus quidam pro magno accipitur. & bene pro ualde. Sal. Bona pars multum inde discesserat. Cic. Habetis orationem bene longã. Sic malum pro paruo nonnunquam ueteres usurparunt, sed frequentius male pro paruo. Virg. Heu male tum metes defendit Pamphius uuas. plerumq; tamen & pro ualde accipitur, sed semper in malam partem. Cicero. Addebat etiam, idq; ad rem pertinere credebatur scriptores illos male multatos. Idem. Quo neminem poenis oderunt. male multatos iquit, hoc est magna multa affectos, & poenis oderunt. Bona etiam rerum substantiam dicimus, non (ut Pompeius existimat) quod bonis conueniat, sed quod utilia sint. bonum quippe utile dicitur, ut bonum est pecuniae parcere, bonum est festum, ac defatigatum grescere. Paulus iurisconsultus bona uocari affirmat, quae deducto ære alieno supersunt. prauum uero a malo sunt qui ita distinguant, ut prauum sit, quod ipsum quoq; lædit facientem. malum autem, quod alios tantum. Teren. Inepta leuitas patris, & facilitas praua. Sallu. L. Catilina nobili genere natus fuit, magna ui animi, & corporis ingenio malo, prauoq;. A prauum fit prauitas. peruersitas. & prauè aduerbium. & uerbum de prauo, hoc est contumuo. prauum facio. At mala aliquando poma uocantur, & arbor ea producaens foemino genere malus. Nam cum masculino genere profertur, arbor e nauis, ita uocatus, quia in summitate similitudinem mali habet, uel quia malis quibusdam angitur, quorum mobilitate facilius uela leuantur. foramina uero, quae i summo mali finis recipiunt, hã dicuntur. Mala autem faciei pars est, de qua supra diximus, quod rotunda speciem mali præ se ferat. a quo malitia, quasi maluctia cognominantur homines malorum magnarum, quiq; ora patientia habent. item maxilla, quasi parua mala, de quibus superius. Malea uero promontorium est Laconiae, neq; a malo deducitur, sed a Maleo rege Arguoru, qui in eo templum Apollini construxit, quod Maleoticum nominauit. Malea urbs fuit Thessalia, a qua populi Malices dicitur, & mare uicinum maliacum. Malimnus Siciliae mons est. Deducitur autem malum, quando pomum significat a gra-



ais, qui malum μῆλον dicunt. Vnde melimela appellata, de quibus superius diximus. Et ueteres malum cotoneum, melum dixerunt. Et chamæmelon ab odore mali herba uulgo nota, quam medici recentiores barbære chamomillam uocant. ab Asclepiade anthomis uocatur. aliqui leuchanthenida nominant. alij leuchanthenium. alij earanthenida, quoniam uere floreat. Nonnulli melanthon. genus eius, cuius flos purpureus, non candidus est, et foliorum, ac fruticis amplitudo mascula. Hieranthenis uocatur, ad calculos omnium efficacissima. bonæ fidei possessorem iurisconsulti dicunt, qui rem possidet non suam, quam tamen putat suam esse, et eum, qui uendidit ius uendendi habuisse. contra uero malæ fidei possessorem dicimus, qui nec rem suam possidet, et eam scit suam non esse, uerum tamen possidet, ac si sua esset. bene habeo, et male habeo, nec non bene habet, et male habet, quid si significant, supra ostendimus. bene uertere est in utilitatem uertere. et male uertere, in perniciem uertere. Teren. Dii bene uertant. Vir. Hos illi, quod nec bene uertat, mittimus hedos. nec bene uertat, inquit, hoc est male, et in perniciem uertatur. Tractum hoc putant ab Hectore, et Aiace. quia circa muros Troie de dicitur Aiace gladium Hector, quo se postea Aiace interemit. Hector uero baltheum accepit, quo postea circa moenia urbis tractus fuit. Item bene iudico. cæseo. opinor. existimo dicimus, et e contrario male iudico. cæseo. opinor. existimo, quæ ad me ipsum referuntur, rectumque consilium, aut erroris meum ostendunt. bene autem, uel male cogito referuntur ad alterum, si significatque beneficium. aut perniciam. non consilium, aut erroris. Plyn. Hoc tuo studio bene de te cogitantem liberalior reddes. Cicæ. Chartaginem diu male cogitantem non prius timere desinam, quam excusam cognouero. ad hæc benedico tibi dicimus, et maledico tibi. a quibus benedictus. et maledictus, et benedictia, et maledictia. item bene opto tibi. et male opto tibi. bene precor. et male precor. bene de te iudico, et male de te iudico. in quibus omnibus non consilium, aut error noster, sed uitium eius de quo agimus intelligitur. bene audio idem est, quod laudor. male audio, idem, quod infamior. item bene de te mereor bene tracto te. male de te mereor, male tracto te. beneficio quoque, et malefactio. unde beneficus liberalis dicitur. maleficus, perniciosus. unde maleficia mulieres dicuntur incantatrices, et ueneficia. et maleficia arbores. maleficia herba. maleficia serpentes, uenenosæ. item beneficentia, liberalitas. et beneficium, meritum. a quo beneficiarij uocabantur milites, gmuneris beneficio uocabant. sicut e contrario munifices appellabantur qui non uocabant, sed munus reip. faciebant. et maleficientia, ac malefactum. non in gratitudo, sed damnum, iniuria. ficinus. Cæsar finitimus imperauit, ut ab iniuria, et maleficio se, suosque prohiberet. idem. Legati sibi dicunt esse in animo sine ullo maleficio per provinciam iter facere. Eodem modo benefacta, malefacta dicimus. et benefice, ac malefice aduerbia. item beneuolo tibi dicimus, hoc est amo te. et maleuolo tibi, odi te. A quibus beneuolus. et maleuolus. et beneuolentia, ac maleuolentia. De finitur autem beneuolentia inclinatio animi cum desiderio beneficiendi, et maleuolentia uoluptas ex malo alterius sine emolumento suo. maleuoli Mercurij signum, hoc est statuam appellabant, quia in nullius tabernam spectabat. bonum quoque, aliquando pro otio, et quiete ponimus. malum pro labore. Seneca. Delicatus homo, et bono semper assuetus. Virg. Assuetumque malo ligorem. Beneuentum campaniae urbs cum eo colonia deduceretur, boni omnis gratia uocari coeptum, nam antea Maleuentum nunciabatur. hic Sannites habitare, omnemque eam regionem tenuerunt, quæ est inter picenum. Campaniam, atque Appuliam, ita appellati, a

sannio colle, in quo e sabinis uenientes confederunt, et eiusdem nominis oppidum edificauerunt. Est quando bene pro commode, et male pro incommode capiuntur, ut bene habito. et male habito. A bellus fit belle aduerbium. et aliud diminutuum bellulus. cuius aduerbium est bellulle. Plau. Nam nurus bellulle se habebat. a bello ergo, quod bonum si significat, bellus, hoc est hostilis dissensio secundum aliquorum opinionem deriuatur, quod boni gratia bella olim susciperentur, nec ad inferendam, sed ad propulsandam iniuriam, pacemque paradam. 10 Quapropter hostes etiam ab æquando dicti sunt. Hostre eni licet aliquando pro comprimere ponatur. Pacu. Nisi coercero proteruitatem atque hostero ferociam. Et aliquando pro offendere, cædere. Idem. Nunc id mihi molestum est, quod hostis uoluntatem tuam. proprie tamen æquare est. Plau. Cum promitto inquam hostre, ut contra memineris. Hostre inquit, hoc est æqua reddere. a quo hostimentum, æquamentum. Idem. Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. et hostorum baculus, cum quo modius æquatur. Hinc hostem etiam peregrinum nominabant, quod suis legibus uiuens nobis æquus uideretur. 20 Ideo in duodecim tabulis legebatur, aut statusus dies cum hoste. sed hoc nomen a peregrinis iam recessit, et in eo qui contra arma ferret, remansit. a quo hosticus. et hostilis deducuntur, ut hostica arma. hostilis rabies. hostile odium. a quo hostiliter aduerbium, hoc est ad modum hostis. et hostica pax. id est hostium cæpax. et hostia, quæ dijs immolatur ob deuictos hostes, quæ et uictima a deuictis hostibus dicitur. eiusdem enim significationis sunt. Nam quod quidam asserunt hostias dici pecudes, quæ dijs immolantur, cum exercitum in hostes duamus. uictimas uero, quæ post uictos hostes sacrificantur, falsum esse manifestum est. Ouid. uictima quæ dextra cecidit uictrix uocatur, hostibus a domitis hostia nomen habet. Duo autem hostiarum genera erant. unum in quo diuina uoluntas per exta disquirebatur, de quo Virgilius. Mactat lectis de more bidentes. Idem. Pecudemque reclusis pectoribus inhians spirantia consilii exta. Alterum in quo sola anima deo sacrabatur. Idem. Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis persoluo. et hæc animalis hostia dicebatur. illa consultoria, in his duobus hostiarum generibus, quædam hostiæ iniuges uocabantur, quæ nunquam domitæ, aut iugo subditæ fuerant. idem. Nunc grege de intacto septem mactare iuuenos præstiterit, totidem lectis de more bidentes. Quædam eximia, uel quod eximerentur e grege, uel quod eximia specie, quasi offerenda numinibus eligerentur. Idem. Quattuor eximos præstanti corpore tauros. a quo eximum sacrificium constat appellatum fuisse. Erant et ambarnales hostiæ, quæ re diuinæ gratia arcum arma ducebantur ab ijs, qui pro frugibus faciebant. idem. Hæc tibi semper erunt, et cum solennia uota reddemus nymphis, et cum lustrabimus agros. Nihil enim aliud erat lustrare agros, quam arcum ire. unde nomen hostiæ acquisitionem est ab ambiendis aruis. Idem. Terque nouas arcum felix eat hostia fruges. Alij bellum per antiphrasin dictum existimant, quasi minime bonum. nonnulli a bellus deductum putant, quasi beluinum, quia beluarum sit perniciosa certatio. Nos bellum quasi duellum dictum existimamus. ita enim antiqui uocabant, quod duabus partibus deuictoria contententibus dimicatur. a quo perduelles hostes dicti. et perduellio, crimen læsæ maiestatis. item qui id crimen commisit. a bello uero fit bello uerbum. et depones bellor. et bellator. et bellatrix. et bellis, unde rem bellicam, et tumultus bellicos dicimus. et bellona, quam duellonam quoque appellabant, hæc belli dea erat et Martis soror, cuius templum fuit exigua columna, super quam hastam iacebant, dum indi-



abatur bellum. & duello duellas, pro bello bellas. Item belliger. a quo belligero belligeras. Ennius. Non cauponentes bellum sed belligerantes ferro non auro uitam certamus utriq; bellipotens. & bellicrepa, genus ueteris saltationis a Romulo instituta, i qua cum armis saltabant. & bellicosus, ferox, quē ueteres etiam bellosum dixerunt. Cæcilius. Tatum bellum suscitare conari aduersarios contra bellosum genus. Belli portæ dicitur annor, quæ erant in templo Iani, & dum gesturi bellū Romani erant, aperiebantur, bello uero confecto, & rebus pacatis claudebantur. Vnde ianum claudere pro pacem facere ueteres dixerunt. Ouidius. Sanguine lentifero totus miscbitur orbis, ni tenent rigida condita bella feræ. Bellaria etiam aliquando ueteres dixerunt res bellis aptas (ut Pompeius testatur) ut pote arma sagittæ & similia quasi instrumenta bellica. item bellaria, siue quod ut illa belli, ita hæc mensarum instrumenta essent, siue a bonitate uocitarunt, omne mensæ secundæ genus, quæ græci ξίμουα, uel τραχηλουα dixerunt, quæ ferè mellita esse consueuerunt. Vnde uina quoq; dulcora in antiquis comædijs liberi bellaria appellata sunt. Tanta autem fuit affinitas inter hæc duo nomina duellū & bellum, ut Quintilianus scribat quosdam pro bellis ausos fuisse dicere duellos. & ueteres duonum pro bonum scripsere. A bello composita sunt imbellis, hoc est timidus. ignauus. infirmus, quasi bello minime aptus. a quo ibellia pro ignauia. Macrobius, ostendebat Antiochus Annibali in campo copias igenters, quas bellum populo romano facturus comparauerat, conuertebatq; exerant in signibus argenteis, & aureis florentem. inducibat etiam currus cum falabus, & elephantos cum turribus, equitatumq; frenis & ephippijs. monilibus, ac saleris præfulgentem. atq; ibi rex ontentatione tanti, ac tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem aspiciat. & putas ne inquit satis esse Romanis hæc omnia? Turni Pœnus eludens ignauiam, imbelliamq; militum eius pretiose armatorum, Plane inquit satis credo esse Romanis hæc, & si auarissimi sunt. & debello, quod expugno. unde debellato: hosters dicimus uictos. et rebello, quod proprie significat repugno. unde rebelles dicuntur, qui i fide nõ permanent, & iussis potestatum repugnant. & rebellio, repugnantia. Rebelle uulnera, ulcera siue alia uita dicuntur, quando se uel curata, repululant. Plyn. strumea herba est, quarursus sata, rebellare credunt herbarii, quæ curauerit uina. idem. im petigo casticis curabatur, nec nisi usq; in ossa corpus exustum esset non rebellante tædio. & bellua. immanis fera. quasi bellum geyens. a quo belluinus adiectiuum. unde belluinam rabiem. & belluinum furorem dicimus. item belluus, quo ueteres usi sunt, pro eo, quod est bellua similis. SÆUIT. Fortiter facit. Sæuius enim a seuius deducitur, quod proprie significat durum, & horridum. Et dicitur a græco σκωός, quod est importunus. Virgil. Cum seuius scopulo multa uix arte reuulsus. per metaphoram tamen aliquando pro irato accipitur. Idem. Et sæui ambobus Achille. & sæui accipitur pro irascor. Pacuuius. Quid commerus? quid in me seuis pater? Aliquando pro forti. Virg. Sæuis ubi æacide telo iacet Hector. & seuius, pro fortiter facio. Martialis. belliger inuictis quod Mars tibi sæuit in armis. nõ nunquam sæuis pro inimico crudeli. Virg. Sæuæ memorem Iunonis ob iram. & seuius, immanitatem exerceo. Linius. Cū post uictoriam quoq; i hosters sæuiret. Hinc fit seuitia, hoc est crudelitas, quæ & seuitudo dicitur Plau. Vmola. uirgæ. mole seuitudo mala fit peior. & sæue creduliter. itē sæuis pro magno. Virg. Non illi imperium pelagi. sæuimq; tridentē, sed mihi forte datum. idem de Aenea quem ubiq; piū induat, Maternis sæuis in armis. seuius uero sine diptongo pin-

quedo est cornigerorū dūtaxat, quæ in una parte dētata sunt, & quæ in pedibus talos habent. Bisulca uero, quæq; scissos pedes in digitos habent, & carent cornibus, non seuius, sed adpemp habent, qui concretus est. & cum refrixit ficale frangitur, semperq; est in fine carnis sine sensu, quia nec arterias habet nec uenas. contra pingue inter carnem, cutemq; est succo liquidum, quod etiam in aliquibus sine sensu esse manifestum est, unde sues uiuentes a muribus iradunt rosas. & L. Apronij cōsularis filio detractos adipēs fuisse, leuatumq; immobili, ac molesto onere corpus. Id pingue in sue laridum uocatur. A se uo seuosum dicimus, quod in star seui ungt. ab adipe adipatum, quod addito pingui factum est succosum, & pingue. unde adipatæ dapes dicuntur. Cic. Ascuerunt suis artibus opimum quoddam, & tanquam adipatæ dictionis genus. a pingui pinguo uerbum. pinguesco. pinguefacio. pinguitudo. & pinguedo, quod miror Seruium scripsisse non esse latinum, cum eodocissimū uiri usi fuerint. Plyn. Omni pinguedine detracta i olla caro decoquitur. Quidam etiam impinguare scripserunt pro signare. pingue aliquando pro facundo deponitur. Virg. Et pinguis hortos. Aliquando pro impedito, & inepto. Cic. Quod ipsi Antiocho pingue uidetur, & sibi ipsum contrarium. item a seuius detracta a, & prima syllaba correpta fit seuerus, quod modo significat grauem, atq; censorium. Virg. Romulus, Tatioq; seni, curibusq; seueris. Modo a speru truem. Idem. Qui tericæ horretis rupeis, montemq; seuerum. Aliquando tristem uitabilem. idem. inuidia infelix furias, amnemq; seuerum. Ab hoc fit seueritas, hoc est grauitas. & quedam toruitas naturæ, quæ & seueritudo dicitur. Plautus. Quid illud est quod illi caperat fons seueritudine, & seuerē aduerbium grauius asperere. Item asseuero, quod proprie est inter ipsa argumenta, probationesq; um animi, motumq; quæ si quandam seueritatem admisceo. Quintil. Altera rex asseueratione probatio est. Ego hoc feci. Tu mihi hoc dixisti. & o facinus indignum. ponitur tamen aliquando pro affirmo. item perseuero, quod est cum constantia animi, & quasi quadam seueritate continuo. ab illo asseueratio fit. Ab hoc perseuerantia. & perseueranter aduerbiū. NON EST SATIS. Non sufficit. Satis aduerbium est. & significat abunde, quantum opus est, & per apocopen sit dicitur, facitq; ex se comparatum satis, quod significat melius, quasi ultra id, quod opus est. Virg. Non ne fuit satis tristis Amyllidis iras, atq; superba pati fistidia? Facit etiam ex se compositum satini hoc est satini ne. Teren. Satini sana es? Item cum pleriq; uerbis componitur, ut satisdo, satisfacio. sati præsto. a quibus satisfatio. satisfactio. sati præstatio, de quibus supra diximus. item satisfaccipio. a quo satisfaccipio. satisfaccipionem appellat Pomponius stpulationem, quæ ita obligat promissionem, ut ex promissores quoq; ab eo accipiatur. id est qui idem promittant. Satis autem accipere dictum est eodem modo, quo & satisfaccere, nam quia id, quo quis contentus erat, ei præstabat, satisfaccere dicitur est, ita quia tales, quibus contentus quis futurus esset, sic dabantur, ut uerbis obligarentur, satis accipi dictum est. Sata go quoq; a satis, & ago compositum est, significatq; proprie anxius sum, & qd uulgo dicitur satis habeo, qd agi. Teren. Nam hic Clinia, & si is quoq; suarum rerum satagit, attamen habet bene & pudice eductam. ignaram artis meretricæ. Affer uenuste Malium suram multum in agendo discursantem. salientem. manus iactantem. togam deiacentem. & reponentē non agere dixit, sed satagere. Quintil. Est hoc dictum per se urbane satagere, etiam si nulla subsit alterius uerbi similitudo. Satagitæ barbara uox, sunt autem populi in Asia scythica (ut testatur Herodotus) Satnois flumius est phrygiæ. item a



satis, siue sat satio. saturo, quod est ex pleo, neq; ad gustum solū, sed ad omnes sensus attinent. Apulei. sed ille libidine exaturatus iacebat in grabatulo. Cicero. Iracundiam meam saturo tuo sanguine. Ab his sunt exatio. & exaturo, & satier. & satietas, ac saturitas. & satullo uerbum. Varro. Neq; in puluere coquam carnes, quibus satullem corpora. Veteres etiam pro satietas satias scripsere. Acius. Quorum crudelitatem nulla unquam explet satias sanguinis. Sallustius. Hi saltibus occupatis externorum a gros inuaserē frumentiq; ex inopia graui satias facta. Lucretius. Quid mihi iam proderit, satias iam me omnium rerum tenet. Terentius. Nam ubi me forte satias cepit, commuto locum. Lucretius. Quam tibi iam nemo fessis satiate uiuendi. a saturo satoreia uocata, quod nullum ferē condimentum sine ea fiebat, propter quod saturitatem inducere uidebatur. Herba est, quae & cunila dicitur. & origanum heracleoticum. Origano emula est, ita ut nusquam utrunq; in condimentis addatur. Plinius Satoreiam a thymbra non distinguit. Columella diuersas putat, sic enim scribit. et satoreia thymi referens, thymbrāq; saporem. testudines, ut supra diximus, cum serpentibus pugnat, & cunila, quae bubula dicitur, sese munire traduntur, propterea quidam in hunc usum panaceam uocant. Dioscorides secundum genus agreste origanum uocat. tertium othimin. Plinius quoq; origanum esse scribit, quod in sapore cunilam emulatur, pluraq; eius esse genera othimin, uel prasiori appellari non dissimile hyssopo. tra gorigano similis esse serpillio syluestri. item a saturo quidam satyram quasi saturam appellatam existimant ob carnis uarietatem, seu propter copiam rerū quae ibi tractantur. Est enī satyra carmen maledicum, & ad carpenda hominum uitia compositum, quale scripserūt Lucretius. Horatius. Iuuenalis. Persius. Alij a lege satyra dictam putant, quae uno rogatu multa simul comprobabat. Alij a satyra lanca, quae referta multis, uarijsq; primitijs dijs offerebatur. nonnulli a satyra cibi genere, quod uarijs rebus erat conditum. Quidam a satyris, quod in hoc genere carminis res ridiculae, pudendaq; scribantur, quae admodum proferri a satyris solent. sed illud uerius est satyram ideo hoc nomine uocatum, quod in antiqua satyra itro ducebantur Satyrorum persona, aut si quae erant ridiculae similes satyris, quemadmodum in attellana obscena, uerpesq; personae. Duo quippe satyrarum genera fuisse constat. Alterum antiquius, tam a graecis, quam a latinis celebratum, quod sola carminum uarietate constabat, comediae pene par, nisi plus lasciuiae habuisset. Alterum satyrarum genus recentius, quod soli latini excoluerunt, a pertam hominum reprehensionem continens, & acrem uitiorum obiurgationem. satyri autem quod in libidinem semper proni sint, a uirili membro nomē sumpserunt, quod ueteres graeci σατυρ appellabant. Hi in desertis aethiopiae sunt, quos aegyptios uocant, sed praeter figuram nihil habent moris humani. Aegyptios autem tales sunt quales pinguntur, hoc est nudi. leues. caprinos pedes habentes. ueteres huiusmodi monstra pro semideis, siue pro syluestribus dijs coluerunt, quemadmodum faunos, siluanosq; faunos, ac satyros nemorum deos esse dicentes. Panas agrorum. Siluanos syluarum. Confunduntur tamen haec omnia a poetis. Virg. Et uos a greslum praesentia numina fauni. Ouidi. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina nymphae. & Fauni, Satyriq; & Monticola siluani. Quos quoniam caelo non dum dignamur honore, quas dedimus certe terras habitare sinamus. Pomponius Mella ultra atlantem mauritaniae montem scribit noctra persepe uisa lumina, & crepitus cymbalorum, ac fistularum cantus auditos, nec die repertum quenquam. Icaro pro constanti habitum hos faunos esse, ac satyros, & eius generis ani-

malia. A satyra sit derivatum satyrus, pro eo qui satyram scribit. & satyricus. Vnde satyricum carmen. & satyria aduerbum, hoc est acriter, & cum conuicio. Satyrum uero urbs calabriae fuit non longe a Tarento, quamuis aliqui agrum in quo Tarentus condita est, satyrum uocari affirmant a satyris, quoniam lasciuī, & in libidinem propensi esse dicuntur, siue potius a uirili membro, quod σατυρ uocari a ueteribus graecis diximus. Satyrion herba uocata est, folijs lilij rubri aliquanto minoribus, tribus non amplius a terra exeuribus, caule leui. cubitali. nudo. radice gemina. cuius inferior pars, et maior mares genere dicitur. superior, ac minor feminas. Alij duo eius genera esse prodiderunt. Vnum longioribus folijs, quam olea, caule quatuor digitorum. flore purpureo. radice gemina, ad formam hominis testum. alternis annis intumescente ac residente. Alterum, quod orchis cognominatur, & femina esse creditur ramosiore frutice cum internodijs radice fascinis utili. Est & aliud genus satyri quod crategon appellatur, semine lini maiore, dura radice. cortice rubro. sapore subdulo. quod in montosis traditur inueniri. Radix eius etiam si tantum manu teneatur uenerem stimulat, multo magis si bibatur in uino austero. arcticibus, & hircis in coitu se grioribus a uiribus datur in cibo. sarmatae etiam equis, qui ob assiduum laborem pigriores ad coeundum fiunt, quod uinum profedanum uocant eam dare coeuenere. Arsenogon quoq; & thelygonon sub satyri nomine comprehenduntur. herbae sunt habentes unās floribus olea similes, sed aliquanto pallidiores. semen uero ad similitudinem papaueris album. Thelygoni potu feminam gigni existimant, arsenogoni marem. ideoq; altera a foeminis, altera a maribus gignendis est dicta. quippe graeci ἀρσενον mare, θήλειον foeminam, ἄρσενον uinum dicunt. Alij utraq; oculo similem tradunt. Arsenogoni autem semen geminum esse testibus simile. Est & aliud genus crategoni spicae triticeae simile multis calanis ex una radice manantibus, multorumq; geniculorum, quod in opacis nascitur, semine mulij, asper primo gustu, id si bibant ex uino ante coenam tribus obolis, in totidem aquae cyathis mulier, ac uir quadragesima ante coeptionem diebus uirilis sexus partum affirmant futurum item altera thelygonos est sola gustus lenitate, ab hac crategono differens, qua feminas simili modo procreari dicunt. sunt etiam qui scribant cyno forchin, uel cynosarcinam dia herbam folijs olea mollibus ternis. semipedis longitudinis in terra stratis. radice bulbosa. longa. duplici ordine. superiore, quae durior est, & inferiore, quae mollior. eduntur, ut bulbi colchi in uineis forte inueniunt. ex ijs. radiabus si maiorem edant uiri, mares generare dicuntur. si foeminae eam, quae minor est, alterum sexum. In Thessalia molliorem in lacte caprino uiri bibunt ad stimulandos coitus. duriores uero ad inhibendos. Haec graeci eodem satyri nomine appellant, & in totum omnem herbam, quae huiusmodi canitricem uim habet. Vnde compositio quoq; medicorum ad excitandam libidinem excogitata diasatyrion uocata est. & satyriasis morbus, quando genitalibus dolor, ac pruritus ex nimia tentigine accidit. sed ne forte, quod de satyrio scripsimus, aliquid mirum uideatur, Tithymalli quoq; ramorum medullam habentes ad uenerem proniores fieri manifestum est. & Theophrastus grauissimus author scribit indum quendam in graecam genus herbae secum tulisse, cuius miratus erat ad uenerem excitandam. Neq; enim edentibus solum sed etiam tangentibus, tantum libidinis ardorem iniiciebat, ut duodeno, & ultra, coitu sine intermissione uterentur. indus uero ipse qui magno, atq; robusto corpore erat, auditis sit publice affirmare, septuagena coitu aliquando se in libidine durasse. sunt qui sa-



turnum quoque a Saturno deductum existiment, quod saturretur  
 annis, uel quia se in deuorandis liberis saturauit, quamuis alij  
 a saturo potius saturnum appellatum uelint, quoniam peritiam  
 ruris, et saturo omnium primus edocuit, rudemque ante fru-  
 ges cognitas uictum in melius commutauit, alij a uirili mem-  
 bro, quod ueteres graeci οὐρανὸν uocauerunt, quoniam saturnum  
 cœli patris pudenda abscondisse commemorant. tradunt  
 enim hunc cœli et Vestæ, siue cœli, et Terræ filium fuisse,  
 et opim sororem suam sibi conuulso iunxisse, ex qua cum  
 plures suscepisset liberos, omnes deuorasse, et mox euomuisse,  
 abscondisse cœli patris uirilia, quibus in mare deiectis uenerem  
 esse procreatam, quæ a spuma unde coaluit, Aphrodi-  
 tes nomen accepit, quippe graeci ἀφροδίτην uenerem uo-  
 cant, ἀφροδὶς spumam. Cere præterea in manu sal-  
 tam, hanc ei aliquando in Siciliam exadisse, unde oppido no-  
 men dedit, quod drepanum uocatur. quippe graeci drepanon  
 falcē nominant. Ouidius. Quisq; locus curuæ nomina fal-  
 cis habet. ad hæc pulsus fuisse a filio de regno, uictumque  
 esse in compediibus, quæ omnia licet fabulosa sint, tamen sunt,  
 non sine ratione conficta. Cœli filium fuisse tradunt, quia pa-  
 ter eius Uranus dicebatur. graeci autem οὐρανὸν cœlum  
 uocant, siue quod Saturnus, cum regno potius potentissimus fa-  
 ctus esset, mutatis parentum nominibus, patrem cœlum, ma-  
 trem terram appellauit, ut hac nominum mutatione fulgore  
 suæ originis ampliatet. Liberos autem ideo aiunt deuorasse,  
 rursumque uomitu eiecisse, quoniam Saturnus tempus est, ideoque  
 a graecis ἄπορος uocatur, cum ἄπορος significat. Unde Chronica  
 appellantur, quæ de temporibus scribuntur. et chronica qui de  
 temporibus scribunt. Plynius. Quod et ipsius Timagoræ carmine uetusto apparet. chronicorum  
 errore non dubio. et chronismus temporalitas, et quo non-  
 nulli utuntur synchronus, cōtemporaneus, et Cronos uero cro-  
 nia Saturni fuisse appellata. A tempore autem per uices cun-  
 cta gignuntur, absumunturque, et ex eo denuo renascuntur.  
 Opim sororem in uxorē duxisse, quia ops terra est,  
 ex qua fruges omnes gignuntur, quarum ipse inuentor fuit,  
 et quasi genuisse ex uxorē uidetur. Abscondisse patris uirilia,  
 eaque in mare proiecisse, et inde ortam uenerem, quoniam cū  
 Chaos esset, non erant tempora, siquidem tempus certæ dimen-  
 sio est, quæ cœli conuersione colligitur, tempus igitur cœ-  
 pit, cum uasus est Saturnus, qui ideo ἄπορος, hoc est tem-  
 pus dictus est. cum igitur semina rerum omnium post cœlum  
 gignendarum de cœlo suerent, et uniuersa elementa, quæ  
 non dum constituta erant, ex illis seminibus sunderentur, post  
 quam mundus omnibus suis partibus absolutus est, orto iam  
 tempore, quod Saturnus est, finis est factus procedēdi de cœlo sa-  
 minum ad elementorum conceptionem. quippe quæ iam ple-  
 ne fuerant procreata. Ad animalium uero æternam propaga-  
 tionem facultas generandi ad uenerem ex humore translata  
 est, ut per uitium maris, foeminaeque cuncta deinceps gignerentur.  
 Falcē ideo in manu gere, quod tempus omnia metit,  
 et secat, siue quod isertionem, et surculorum, et pomorum  
 disciplinam tradidit, hanc ei in Siciliam exadisse, quia sit ter-  
 ra illa maxime fertilis. pulsus a filio de regno, quoniam tem-  
 pora senescētia ab ijs, quæ postea nata sunt depelluntur. Vinctum  
 ideo esse, quia certa naturæ lege inter se connexa sunt tē-  
 pora, uel quia omnes fruges quibusdam uinculis, nodisque al-  
 ternantur. Apollodorus tamen scribit Saturnum laneo uinculo  
 per annum alligari solitum, et mense Decembri in die sibi  
 festo solui, unde ortum esse prouerbiū. Deos laneos pedes ha-  
 bere. significari uero per hoc decimo mense semen in utero ani-  
 mam, in uitam augeri, quod donec in lucem ueniat mollibus

naturæ uinculis detinetur. Tradunt præterea tritonas cū bu-  
 canis fistigio Saturni ædis suppositos, quoniam ab eius memoria  
 usque in nostram ætatem historia clara est, et quasi uocalis, an-  
 tea uero muta, et obscura, et incognita erat, quod ipsorum tri-  
 tonum caudæ testantur humi mersæ, atque absconditæ. Saturnū  
 Romani etiam stercurum uocauerunt, quod omnium primus fec-  
 unditatem agris stercore comparauerunt. A Saturno saturnius  
 dictus, unde Iouem saturnium. et Iunonem saturniam, et  
 regia saturnia dicimus. et saturnia oppidum. Virg. Ianiculū  
 huic, illi fuerat saturnia nomen, et regio. item saturnalia di-  
 es saturno festus. a quo saturnalium, quod ad saturnalia per-  
 tinet. Martialis. saturnalia ligulam misisse felibræ. saturna-  
 lia a ueteribus mense Decembri uno die celebrari solebant.  
 Is erat ad. XIII. cal. Ianuarij. Postea uero i triduum pro-  
 pagata sunt adiectis primum a Cæsare huic mensi diebus, de  
 inde ex edicto Augusti, quo trium dierum ferias saturnalibus  
 instituit, hoc est a. XVI. ad. XIII. cal. Ianuarij. sed sigilla-  
 riorum mox adiecta celebritas in septem dies discursum pu-  
 blicum, et lætitiæ religionis extendit. hinc rursus detractis  
 duobus diebus ad quinque dies saturnalia redierunt. erant au-  
 tem saturnaliorum dies lætitiæ pleni. Nam primo die ad ædē  
 saturni conuiuio dissoluto saturnalia clamabantur. Bellū his  
 diebus sumere nefas habebatur, quoniam regni eius tempora  
 felicissima fuerant, nullis bellis uexata, nullis infestata latro-  
 nibus. quæ causa fuit, ut Romani ædem saturni ærarium esse  
 uoluerint, quod nullum sub eo furtum in Italia fuisse com-  
 missum, siue quia sub illo nihil erat cuius, quàm priuati, nec  
 signare solum, aut partiri limite campum fas erat, non dum  
 quisquam seruitio, aut libertate discriminebatur. unde et poe-  
 nas a nocentibus iisdem diebus sumere piaculare erat, et tota  
 seruis licentia permittebatur. Hic et pileos, quod signum, ut  
 supra diximus, libertatis erat, capitibus gestabant, et cū do-  
 muis epulabantur, quamuis hoc quidam institutum potius ue-  
 lint, quia cum saturnus, et uxor eius ops, tam frugum, quàm  
 fructuum repertores fuisse, dignum uidebatur, ut facti a-  
 grorum iam ab hominibus coacto, et saturnalia atque opalia  
 celebrarentur, et domini passim cum seruis uescerentur, cum  
 quibus patientiam laboris in colendo rure tolerassent. sume-  
 bant præterea omnes his diebus togis depositis synthesium bre-  
 uem, ut supra diximus, uestem, et negotijs aptam. Martialis.  
 Dum togæ per quinque gaudet requiescere lucas, Hos poteris cil-  
 tus sumere iure tuo. Item pileum quo uti aliàs duntaxat ruri,  
 et militiæ solebant. Idem de pileo. si possem totas caperem  
 misisse lacernas, Nunc tantum capiti munera mitto tuo. Mitte-  
 bant præterea sibi inuicem munera, et quæ primo mitteban-  
 tur, Xenia, quasi hospitalia, hoc est ad hospites missa uocaban-  
 tur. Quæ uero remittebantur, Apophoreta. Hinc Martialis  
 duos postremos libros epi grammatum Xenia atque apophore-  
 ta appellauit, quod in ijs singulis distichis descripta sunt mu-  
 nera, quæ saturnalibus mitti solebant. et disticha ipsa pro mu-  
 neribus, hoc est pro Xenijs, atque apophoretis missa, quemadmo-  
 dum superius latius disseruimus. Ratio autem mittendorum  
 saturnalibus munerum hæc erat, ut uiderentur sibi inuicem  
 gaudere, ac gratulari, et Saturno atque Opi gratias agere.  
 quod fruges, fructusque ad uitæ cultū necessarios percipissent.  
 Solebant autem inter cetera munera Cerei, et sigillaria do-  
 nari. Sunt autem sigillaria paruæ imagines fictilibus descri-  
 ptæ, dicta a sigillis, hoc est paruus signus. Nam a signum fit  
 diminutiuum sigillum. Est autem signum opus sculptile, et  
 ad alicuius animalis effigiem formatum, unde signa et ta-  
 bulas dicimus pro cælatis operibus, atque depictis. Proprie ta-  
 men signum est paruæ quædam significatio indicans totius rei,



qualitatem. Terentius. Num eius color pudoris signum usquam indicat? Hinc literarum notae signa dicuntur. Item nota genituae, & quae peccidibus inuruntur. Hinc duodecim signa caelestia, & quae in Zodiaco sunt appellata, quia notae quorundam animalium sunt, quae ad naturam solis iure referuntur. Quippe Aries mensis sex hybernos sinistro incubat latere. Ab equinoctio uero super dextrum latus. Sic sol ab eodem tempore dextrum, reliquo sinistrum ambit hemisphaerium propter quod Ammonem, quem Libyes occidentem solem esse existimant, Arietinis cornibus figurant, quibus maxime id animal pollet, ut sol radijs. Taurus uero ad solem triplici ratione uidetur referri, uel quia apud Heliopolim taurus soli consecratus erat, uel quia bos apis in ciuitate Memphis instar solis excipiebatur, uel quia in oppido Hermuthi magnifico Apollinis templo consecratus soli taurum colebant. Gemini autem, qui alternis moribus uiuere creduntur, profecto solem unum eundemque significant modo descendentem ad mundi infima, modo in summam altitudinem resurgentem. Cancer obliquo gressu nil aliud, quam solis iter ostendit, qui nunquam rectus incedit, sed semper obliquus, quia in se signorum uerteret ordo, maximeque in hoc signo a cursu superato incipit obliquus inferiora iam petere. Leo quidem non minorem cum sole similitudinem habet. Quemadmodum enim Leo impetu ac calore praestat caetera animalia, sic Sol caetera sidera. Leo pectore, ac priore corporis parte ualidus est, posterioribus partibus degenerat, sic solis potentia prima diei parte ad meridiem increstat, & prima parte anni a Vere in aestatem mox elanguescens deducitur, uel ad ortum, qui diei, uel ad hyemem, quae anni uidetur pars esse posterior. idemque etiam oculis patentibus, atque igneus semper cernitur, quemadmodum Sol patenti, atque igneo oculo terram perpetuo cernit, insitigibilique conspectu. Virgo quae manu aristas fert, solis potentiam significat, quae fructus curat, & ideo iustitia creditur, quae sola facit nascere fructus ad usus hominum peruenire. Scorpius totus, in quo libra est, naturam solis representat, qui hyeme torpescit, & ea transacta aculeum rursus erigit, ut sua nullum naturae damnum, ex hyberno torpore perperisset. Sagittarius ex homine in feram per membra posteriora degenerans, quasi postremis partibus suis a superioribus in inferna detrusus, & tamen sagittam iacens, indicat tunc quoque uniuersorum constare uitam radijs solis, uel ab ima parte uenientibus. Capricornus ab infernis partibus ad superna solem reducens caprae naturam imitari uidetur, quae in pastu ab imis partibus semper prominentium scopulorum alta depascit. Aquarius ex eo maxime uim solis ostendit, quod non caderet imber in terras, nisi a calore solis humor ad superna traheretur, cuius refusio est aqua pluuialis. Pisces certe non aliquam solis similitudinem representant, sed duntaxat potentiam eius ostendunt, a quo uita non modo aereis, terrenisque animalibus datur, sed ipsae quae in aquis ab illius conspectu semota sunt, tantaque est uis eius, ut abstrusa quoque penetrando uiuificat. signum etiam uexillum dicitur, ab effigie animalium, quae in uexillis ferri consueverunt, ut puta aquilae, lupi, minotauri, equi, apris. Huius enim uti Romanae legiones consueuerunt. Sed C. Marius in secundo consulatu suo quatuor posteriora in totum abdicauit, solum aquilae signum retinuit. A signo signiferi dicti sunt, qui signa ferunt, hoc est uexilliferi. Signifer etiam a Latinis dicitur circulus, in quo duodecim signa sunt, qui graeco Zodiacus appellatur, ab effigie animalium, quae in eo sunt. Graeco enim *ζώα* animalia dicuntur. Item a signo antesignani dicti sunt milites, qui ante signa in acie constituuntur. Ab hoc fit uerbum signum, quod modo significat ostendo. Plautus. Hic meretricem

deperit. signat tamen se eam non amare. modo scribo. unde & subsignare, subscribere dicimus. modo im primo. Virgilius. Et summo uestigia puluere signent. unde signare epistolam dicimus, hoc est annulo signum imprimere. et resignare, deletis signo aperire. a quo signatores. & resignatores, & signatio. ac resignatio testamentorum appellata. Dissigno, idem quod signum facio. & interdum cum nota ignominiae aliquid facio. A quo dissignatores dicti, qui ludis sinebribus praesunt, & in ipsis ludis multa noua, ac spectanda fieri solent. Hinc dissignatio pro contractione, siue conductione populi in unum accipi solet, quod contingit ei, qui aliquo flagitio omnium in se oculos uertit, & quasi designator in ludis sinebribus multitudinem continet. Terentius. Modo quid dissignauit. Resignare etiam ueteres dicebant pro resignere. & resignatum a muliere dicebatur, cum ob delictum iussu tribuni militum, ne stpendium ei daretur, in tabulas referrebat. item resignare pro claudere. Virgilius. Et lumina morte resignat. hoc est claudit. Quamuis physici, hoc aliter exponant. Dicunt enim pupillas quas in oculis uidemus, mortuos ante triuuium non habere, quibus non uisus est summa desperatio uitae. Resignat ergo dixisse Virgilius, hoc est aufert signa luminibus. Quandoque etiam signo accipitur pro eo, quod est peccora signis noto. unde signata pecora dicuntur, quae notam habent iniustam, ab hoc uerbo composita sunt assigno. & assigno eiusdem significationis. Obsigno idem, quod signo. De signo notae significationis. item a signo fit insignis, quod modo accipitur pro magnus, ut insignis clades. Lucretius. Coccyus non curat caudam insignem esse, modo pinguis fiet. modo pro clarus. praestant. Virgilius. Insignem pietate uirum. Hinc fit insignitas, claritas. & insigniter aduerbium clare. aperte. summe. Apuleius. Homo insigniter malus. Item ab insignis insignia deducuntur, hoc est signa, & ornamenta ob uirtutem adepta. Unde insignia laudis, & insignia gloriae dicimus. Hinc fit insignire uerbum, quod est ornare, & aduerbium insignite, quod significat cum iudicio note. Cicero. Nec improbum notari, aut uituperari insignite possit. Item a signo sigillo, quod est signum imprimi. Hinc sigillatae litterae dicuntur, hoc est clausae & annulo impressae. Propter quod ueteres sigillare pro claudere usurparunt. Varro. Contra lex nimis impta est, ne filij patribus luci sigillent oculos. Sugillare uero est percussu carnem maculare, a sugendo dictum, quod succus, hoc est liuor deducatur. Hinc sigillati dicuntur qui ex percussione tumorem, maculamque contraxerunt. Plinius. Media taspian permissam alij sugillatis, ac liuentibus auxiliari debent. Nero Caesar claritatem ei dedit initio imperij grassationibus conuerberatam faciem illiensi sibi cum thure, ceraque, & sequenti die contra famam cutem synceram arcumferens. Idem, Cinis alij ex oleo, & gero illius, sugillata, aut liuentia ad colorem reducat. Ab hoc fit sugillatio, quae modo percussione significat, modo densationem. Nam & sugillare aliquando pro deridere accipitur. Linius. Legati grauiter ferentes se sugillatos esse, propter quod nonnulli deductum hoc potius existimant a graeco *συγγιλαν*, quod corridere significat. Quippe & de ipsis, qui signa percussione in facie gerunt, ridere solemus. item a signo signaculum, quod proprie significat signum alicui rei impressum, ut lateat quousque referentur. Item significo, quasi signum facio. a quo consignifico. & significanter. & significantius, hoc est exprimo. expressi. expressus. Item significatio, ac consignificatio. Cicero. Huius quae significatio doloris. Apuleius. Ea furoris consignificatione perterriti



territi omnes. Quidam etiam significantiam pro significatio-  
 ne usurparunt. Si gnatam ueteres uirginem dixere, quasi insi-  
 gnem uirginitate. Plau. Negat se puellam donum si gnatam re-  
 uersuram. Sed, ut ad propositum reuertar, mittendorum cereo-  
 rum, ac sigillariorum consuetudinem hinc ortam fuisse existi-  
 mant, quod Hercules occiso Geryone, cum uictor per Italiã ar-  
 menta duxisset, Ponte qui nunc subicius dicitur, ad tempus in-  
 structo, hominum simulachra pro numero sociorum, quos casu  
 peregrinationis amiserat, in flumiũ demisit, ut aqua secunda  
 in mare deducta pro corporibus defunctorum ueluti patrijs se-  
 dibus redderentur. inde ergo usum talia simulachra fingendi  
 inter sacra mansisse, sed mihi illa uerior origo uidetur. Pelasgi,  
 cum sedibus suis pulsati diuersas quondam terras petiissent, Ple-  
 riq; eorum dodonam uenerunt, et incerti quibus tandem locis ad-  
 haerere, huiusmodi acceperunt responsum. *σειχατε μαιδμα  
 νι σικαλωι σατυριου αλχι, τιδεσ α βορειθεντων κοτυλιου, ου νυ-  
 εος, ο χαρτα, ος αναμιχθειςτες δεκατιν ε κτι μεριτε φοβω, και  
 κρηλας αδρ, και τυ πατρι τι μεριτε φωτα.* Ipsi ita interpre-  
 tati sumus. ite querentes siculorum saturniam terram. Hãc ab  
 ortu ueniunt cotylen, ubi insula uehitur. Quibus commisit deca-  
 mam committite phæbo Et capita inferno, et patri transmitti  
 te lumen. Acceperuntq; responsũ, cum post multos errores tandem in  
 latium peruenissent, in laca cotylensi, enatam insulam depre-  
 henderunt. Amplissimus enim cæpes coacta compage uirguli-  
 tis, et arboribus in insula licentiam compitis iactantibus per  
 omne mare fluctibus nauabatur. Hoc igitur quasi omne susce-  
 pto has sibi predictas sedes esse didicerunt, pulsatisq; in desolatis  
 sibus incolis, atq; direptis regionem ipsi tenere decima prædæ  
 secundũ responsum Apolline consecrata, crectisq; Diti sacello,  
 et Saturno ara, illum humanis capitibus, hunc uirorum uicti-  
 mi placare se existimabant, propter oraculum, in quo erat,  
*και κρηλας αδρ, και τυ πατρι τι μεριτε φωτα.* Saturni fe-  
 stum saturnalia nominantes. Post hæc Herculem ferunt cum  
 Geryonis pecore per Italiam redeuntem suasisse illorum poste-  
 ris, ut faustis sacrificijs in fausta mutarent offerentes Diti non  
 hominum capita, sed oscilla ad humanam effigiem formata, et  
 Saturni aras non mactatis uiris, sed accensis cereis excolentes,  
 quia φωτα non solum uirum, sed etiam lumen significat.  
 inde ergo inualuit consuetudo, ut et Cerei Saturnalibus missi-  
 terentur, et sigilla arte fictili fingerentur, ac uenalia exponen-  
 rentur, quæ homines pro se, ac suis piaculis Diti, ac Saturno sa-  
 crificarent. Si gilla ipsa Oscilla dicuntur. De cuius uocabuli si-  
 gnificatione malita in præp. à lingue Latine interpretibus dispu-  
 tata sunt, cum luce clarius sit oscilla, quasi parua ora dicta eẽ.  
 quippe osculum proprie paruum os significat. Ouidi. de Da-  
 phne. Videt oscilla, quæ non est uidisse satis. Hinc osculum etiã  
 pro basio ponitur, quia in basiendo labia constringuntur, et os  
 paruum fieri uidetur. Ab osculum fit diminutiuum oscillum,  
 sicut à tantulo, tantillum. Ponitur autem oscillum, sicut os, pro  
 hominis effigie, hoc est pars pro toto. Martialis de effigie Camo-  
 ni pueri. Hæc sunt illa mei, quæ cernitis ora Camoni. Hæc pue-  
 ri facies, primaq; forma fuit. Sunt tamen qui de cereis hæc ra-  
 tionem tradant, ideo saturnalibus mitti, quia hoc deo principe  
 à rudi, et tenebrosa uita, quasi ad lucem, et bonarum artium  
 scientiam editi sumus, siue quia à quibusdam scriptum inue-  
 nitur, quod cum multi occasione saturnaliorum per auaritiã  
 pro clientibus munera ambitiose exigere, idq; tenuiores su-  
 pra modum grauaret. Publicus Tribunus plebis legem tulit,  
 nequid præter cereos diuitibus mitteretur. Fictũ uero, ac pla-  
 centarium in saturnalibus mittendorum consuetudo à Cyrenen-  
 sibus sumpta est, qui dum rem diuinam saturno faciunt, fias re-  
 antibus coronantur, et placentas sibi mutuo missitant. Mellis

et fructuum reuertorem existimantes saturnum fuisse. Cete-  
 rum de saturnaliorum origine diuersæ eorum, qui scripserunt,  
 opiniones sunt. Quidam enim à pelasgis, ut modo scripsimus,  
 ortum habuisse existimant. Alij sacra hæc ab Atheniensibus sum-  
 pta affirmant. Quod Actius in annalibus hys uersibus uide-  
 tur sensisse. Maxima pars graium saturno, et maxime Athe-  
 næ conficiunt sacra, quæ cronia esse iterantur ab illis, Eumq; di-  
 em celebrant p agros urbersq; ferè omnes. Exercent epulis  
 leti famulosq; procurant Quisq; suos, nostriq; itidem et mos  
 traditus illinc iste, ut cum dominus famuli epulentur ibidẽ. Sũt  
 qui saturnalia à Iano primo instituta opinentur. Hunc. n. regio-  
 nem istam, quæ nunc uocatur Italia, regno obtinuisse, et cum  
 Camese, qui simili modo indigena erat, ita partipata potentia  
 possedisse, ut regio Camefene, oppidum ianiculum uocaretur.  
 Post hæc ad Ianum solum redactum esse imperium, qui cre-  
 ditur geminam faciẽ prætulisse, ut quæ ante, quæq; post tergum  
 essent, intueretur, qd̄ certe ad prudentiam, ac solertiam regis re-  
 ferendũ est. Hunc igitur Ianum, cũ Saturnum eo classe puectũ  
 hospitio suscepisset, et ab eo pitiam ruris edoctus ferum illum  
 ac rudem ante fruges inuẽtas, uictum in melius cõmutasse, re-  
 gni eũ societate donasse, et cũ primus ara signaret, i hoc quoq;  
 Saturni reuerentiã seruasse. ex una. n. pte capitis sui effigiem,  
 et altera nauim, qua ille fuerat aduectus expressisse, quapro-  
 pter longis postea t pibus durasse consuetudinem, ut in alexa lis  
 su pueri denarios in sublime iactantes capita, aut nauim ex-  
 clamarent. Oui. At bona posteritas puppim formauit in are,  
 Hospitis aduectum testificata dei. Hos summa cõcordia unã re-  
 gnasse, uicianaq; oppida cõmuni opa condidisse. Propterea duos  
 eis continuos mensers à posteris dicatos, ut december Saturni sa-  
 crum, Ianuarius alterius uocabulũ possideret. Cũ interea Sa-  
 turnus subito nõ comparuisset, excogitasse Ianum, quõ gloriã  
 eius auerget, ac primũ terrã oẽm, quæ sub ditone sua erat, Sa-  
 turniã nuncupasse. tum arã eũ sacrũ tanq̄ deo erexisse, et sa-  
 cra ipsa saturnalia noiãsse. Iano uero regnãte ueteres tradide-  
 runt oium domos religione, ac sanctitate fuisse nunitas, et ob  
 id eũ diuinos honores meruisse, introitusq; atq; exitus ædiũ ei  
 fuisse cõsecratos. Sunt q; Ianum eũdẽ esse, atq; Apollinem, et  
 Dianã, et utrũq; in hoc exprimi numerũ. Quippe apud græ-  
 cos Apollo colligatur, qã θοπαϊος, hoc ẽ ianitor uocatur, eiusq;  
 aras ante fores suas celebrãt exitus, atq; introitus potestatem ei  
 tribuẽtes. idẽ Apollo apud illos ἀγυας nũcupatur, quasi ur-  
 banis uijs præpositus. Nã uias, quæ intra pomeria sunt ἀγυας  
 græca appellant. Dianæ uero uiarũ oium ydem tribuunt po-  
 testatẽ. Sed apud nos Ianũ oibus præesse ianuis ostẽdit. Cum  
 clauis uero, et uirga figuratur, quasi portarũ oium custos, et re-  
 ctor uiarũ. Scribit Nigidius Apollinẽ Ianũ eẽ, Dianãq; Ianũ  
 appositã. D. litera, qd̄ sæpe decorus cã fieri solet, ut i redhibetur  
 redinte gratatur, et similibus. Ianum præterea quidam scribũt  
 ideo geminum ostendi, ut solem significet utriusq; ianue cœle-  
 stis potentem. Nam exoriens aperit diem, occidens claudit, inuo-  
 cariq; primum, cui cunq; deo res diuina celebretur, ut per eum  
 uia pateat ad eum, cui immolatur quasi preces supplicium per  
 portas suas ad deos transmittat. Hinc simulachrum eius fingi  
 solebat manu dextera CCC, et sinistra LXV numerum te-  
 nens ad demonstrandam anni dimensionem, quæ præcipua est  
 solis potestas. Alij Ianum uoluerunt mundum, hoc est cœlum  
 esse, Ianum quoq; ab eũdo dictum, quod mundus semper eat-  
 unde et cornificus (ut Cicæ memorat) nõ Ianum, sed Eanũ ab  
 eundo noiãuit. Hinc et phœnix in sacris imaginem eius, ex-  
 primentes, draconem finxerunt in orbem redactum, cau-  
 damq; suam deuorantem, ut appareat mundum et ex seip-  
 so ali, et in se resoluũ. Quapropter et apud Romanos in

10

20

30

40

50

60



quatuor partes spectasse constat. Et C. Bassus in libro, quem de dijs composuit, Ianum bifrontem fingi ait, quasi superum, ac inferum ianitorem, eundemq; quadri frontem, quasi uniuersa climata maiestate sua complexum. in sacris quoq; saliorum carminibus deorum deus anni solebat. Præterea inuocabatur Ianus geminus ob eam, quam diximus causam. Ianus pater, quasi deorum deus, Ianus Iunonius, quasi non solum mensis Ianuarij, sed mēsum omnium in gressus tenens. Quippe in Iunonis ditione omnes calendæ esse existimabantur, propter quod Varro scribit Iano duodecim aras pro tot mensibus esse dicatas. Ianus consilius, à conseruendo, hoc est propagando genus humanum. Ianus quirinus, quod sit bellorum potēs. Ab hastâ, quam Sabini curim uocant. Ianus Patulcius, et Clusinus, quia bello Ianua eius patens, pace clauduntur. A Iano Ianua cum deriuatis ab ea deducatur, ut supra ostendimus, et Ianuarius, et Ianual libi genus, quod Iano tantummodo delibabatur. Sunt etiam qui Ianum ab hiatu dictum existimant, quem admodum superius diximus, Aliam saturnaliorum causam huiusmodi tradunt. Hercules ex Italia discedens nonnullos ibi reliquisse dicitur siue iratus, quod ab ijs incustoditum fuisset armentum, siue prudēs, uolensq; ut aram suam, atq; eadē ab incurfionibus tuerentur. ij ergo cum à latronibus infestarentur, occupato edito colle saturnios se nominauerūt, quo ante nomine idem collis uocabatur. Et quia huius dei nomine senserunt se tatos esse, saturnalia ei instituisse feruntur. Sunt etiam qui scribant Tullum hostiliū, cum bis de albanis, de sabinis tertio triumphasset, Fanum saturno ex uoto consecrasset, et saturnalia tunc primum Romæ instituta. Constat etiam habuisse saturnum aram senaculum, ubi græco ritu capite aperto res diuina fieri solebat, quia primo à Pelasgis, deinde ab Hercule ita putant institutum. saturno Titani, et qui Titan dicitur frater fuit, qui cum maior natus esset, et ideo regnare ipse uellet, uelut eorum mater, et Ceres, atq; Ops sorores suasisse saturno dicuntur, ne regno cederet fratri, quia facie deformior erat. Quod cum Titani intellexisset sponte regno cessit, hoc tamen cum saturno pactus, ut omnem masculam prolem, siquam haberet, interimeret, quo saturno mortuo regnum ad suos liberos perueniret. Itaq; primus saturni filius necatus est. Postea Ioue cum Iunone genito sola Iuno saturno ostensa est. Iupiter saturno ignorante clam fuit educatus. idē post de Neptuno factum. et cum deinde Pluto, et Glauca simul orti fuissent, Glauca ad saturni conspectum ducta, Pluto cælatus fuit. Glauca dein de parua moritur, interiecto deinde tempore cum Titani esse saturno tres filios iam adultos intellexisset, filijs qui Titani dicebantur, secum ductis saturnum, et Opem comprehendit, et mœnibus diurnas, ac nocturnas custodias apposuit. Quod cum ad Iouis aureis peruenisset, Cretensium nō parua manu collecta, Titanum, et filios expugnauit. Parentes exemit uinculis, et regnum patri restituit, ipse in Cretam redijt. Verum ut est infida regni societas, Suspirari saturnus cepit, oraculo ēt (ut qdam uolunt) monitus, ne regno à Ioue expelleretur. Itaq; moliri filio insidias cepit, quod sentiens Iupiter patrem fugauit, regnum sibi uendicauit, misitq; armatos, qui illum per omnes terras persequerentur, et uel comprehensum ad se ducerent, uel necarēt. saturnus cum diu errasset, uix tandem in Italia locum, in quo lateret inuenit. Sed postea à Iano benigne, ut supra diximus, ex aptus regionem à latendo latinum appellauit. Viri genus indoale, et dispersum montibus alis composuit, legesq; dedit, latinumq; uocari Maluit, ijs quoniam latinusset uetus in oris. Verum quia Italia ipsa inferior ē, quā Græciā in qua est mons Olympus, ubi regnauerat, feliū est illum ab ætherio, Olympo ad Italiam deuenisse. idem. Pri-

mus ab ætherio uenit saturnus Olympo Arma Iouis fugiens, et regnis exul adeptus. Sunt tamen qui latinum ideo dictum uelint, qd̄ inter præcipua Apēnini lateat. Varro autem à Latino latinum appellatum affirmat. Verū nos qdem à Latio potius latinum propriū nomen, quē admodū etiam Latinos dictos existimamus. IPSA VENUS. Ipse muliebri sexus. ipse pronomen est aliquādo relatiuū. Vir ipse arduus, altiq; pulsat sydera. Aliquādo demonstratiuū, quādo. sc̄. cū alijs pronominibus iunctum eorum, accipit si gnificationem. idem. ipse ego paulisper pro te tua munera timbo. inuenitur tamen sepius me absq; alijs per eclipsum prolatū. et tamen eorū habens si gnificationem, quā cū eo subaudiuntur. idem. Quāq; ipse miserima uidi. interdū ἔμφορον, hoc est ex pressionem alicuius rei latentis habet, ut hoc loco ipsa Venus. Ponitur enim ipsa maioris expressiōis causa, p̄inde, ac si diceret, et ipsa de qua minus credendum esset, Venus. Est enim Emphasis, cū ex aliquo dicto latens aliqd̄ eruitur. Duoq; eius genera sunt. Alterū qd̄ plus si gnificat, quam dicit. Alterū qd̄ etiā, id quod non dicit. iungitur hoc pronomen frequentissime cū tribus personis, ut ego ipse. tu ipse. ille ipse. Quod si ei addatur hæc particula me, quā apud gr̄maticos syllabica adiectio dicitur, discretio si gnificatur, ut ipsemet, hoc est ipse solus, et non cū alijs. uel ipse per se, et nō per alios. quomodo et egomet. et tunc. et semet dicimus. Cum pronome aut̄ secundæ personæ idem fiat. Te syllabica adiecta, ut tute id fecisti. in obliquo uero casu pte quoq; particulam, idem facere manifestum est in quibusdam pronominibus. ut meapte. tua pte. sua pte. nostra pte. uestra pte. Ce quoq; syllabica adiectio est, sed cum ijs ferē iungitur, quæ in. C. uel. s. desinit. ut hinc. siue hucane. siac. seu sicane. hisce. hocce. hæcane, et similia. ipse aliquādo pro similis usurpatur. unde et comparatiuū habet ipsior, et superlatiuum ipsissimus, hoc est similor, et simillimus. Apud ueteres pro ipse ipsus scriptum frequentissime ad aduertimus. Teren. Ipsus est. item sapia pro ipsa. Enni. Quæ res sapia loco sese ostendat. Et ipsi ppe ipsi neq; alijs. ipsulces bratea dicebantur in muliebrem, uirilem uel speciem expressa. PROSTRATVM NEMES, Ordo est fama canebat nobile, et herculeū opus. s. Leonē Nemes prostratū fuisse, et in uasta ualle. NOBILE. Notū, et per omnū ora uulgatū. Nobile enim aliquando ad dignitatem generis refertur. Cic. Neq; ego, si seriphus essem, neq; tu si Atheniēsis essem, nobilis unquam fuisses. Sallu. Nobili genere natus fuit. unde pro digno, atq; excellenti in quacunq; re ponitur. Martia. Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus. Nobilis inquit, hoc est excellens, et digna notitia. Aliquādo si gnificat notū. Teren. Mea est potens. proca. magnificat. sum puosa. nobilis. Virgil. Est locus Italie medio sub montibus alis, nobilis. Ab hoc nobilitas deducatur, hoc est generis, uel alterius rei excellentia, et dignitas. et nobilito uerbum, quod modo si gnificat decoro, dignitatem addo. nobilem, ac generosum facio. Apule. Quem non excellentia generis, sed mores uirtutesq; nobilitauerunt, modo notū facio. Cic. Ne eam male factis nobilitarem. idem. Nanq; eius uxor proca, ac petularis illius nobilitauit miserias. Ab hoc fit comparatiuum nobilius. et superlatiuum nobilissimum. item aduerbia. nobiliter. nobilius. nobilissime, et quæ contrariam si gnificationem habent, ignobile. ignobilius. ignobilissimum. ignobiliter. ignobilius. ignobilissime. et ignobilitas. Nobilis uero à nosco deducatur. à quo notus, hoc est cognitus. et notitia cognitio, quæ et notio dicitur, et notificatio, notum facio. à quo notificatio. Pomponius Nunc, te oro sirpem, ut euoluas, meorūq; genus notificas mihi. Præterea à nosco fit frequentatiuū noscator, a quo noscatabundus. et eorū passiuus noscor. et noscator. itē noticius diminutiuum est notula, si gnificat autem modo singularis



literas, aut Binas. ut. C. pro Caius. C. N. pro C. Neus. J. iuer  
 sa litera pro Caia. Vnde per notas scribere dicimus uti fuerit  
 nis scriptis, de quibus inferius dicemus. Vt qui continuoque notas,  
 et nota gentis inuenerunt. Aliqua do maculam. idem. Cœruleæ  
 cui terga notæ. Vnde genitua notæ dicuntur signa, cū quibus  
 ex uero matru infantes e grediuntur. Hinc nota nonnunquam  
 pro ignominia ponitur. Suet. Vt aris affectus notis. in quo si-  
 gnificatio etiam signa usurpamus, quod apud græcos notam,  
 hoc est signum significat. idē. Vt aleriu Catulum a quo sibi uersu-  
 culis de Mamurra ppetua signa imposita non dissimulaue-  
 rat, satisfactentē eadē die adhibuit cœnæ. A nota fit uerbum  
 noto, quod aliquando pro signo ponitur, hoc est signum siue no-  
 tam appono. Aliqua do pro eo quod est ab alio dictate, seu luca-  
 bratis conscribo. Vnde quod dicitur scriptor. quod uero scribit notari-  
 us appellatur. Aliqua do pro ai. aduerto, unde adnoto. et sub-  
 noto. Mar. Et non sobria uerba subnotasti. item Conoto, quod est  
 simul noto. hinc notator. adnotator. subnotator. notatio. adno-  
 tatio. subnotatio. connotatio. itē a nosco nomen, quia per id quod  
 nominamus, agnoscat. Est enim nomen propriū uocabulū sin-  
 gulorū. Vir. Cui nota mille, mille nocendi artes. idem. Nomen  
 aut refertur Priamus. Aliqua do tñ ponitur pro decore, et di-  
 gnitate. idem. A uulsum; humeris caput, et sine noie corpus.  
 Interdum pro generositate. idē. Aut pomis sua nota seruant.  
 Quis do; etiā pro gloria. idē. Et nos aliqñ nomenq; decusq;  
 gestimus. item nomen apud grāmaticos pars orationis, quæ et  
 appellatio dicitur. Nota etiā credita dicuntur, præsertim quæ  
 fuerunt animus, quoniā nomina eorū, qui usuras soluturi erant,  
 in calendario feneratoris scribebantur. et simili modo quicq;  
 aliqñ debebat. Quin. Nā siqs argentū oē legauit uideri potest  
 signatam quoq; penūā reliquisse. idē. et quod est in nomi-  
 nibus, dari uoluisse credunt. Iustitia. iii. institutionum. O lmi  
 scriptura fiebat obligatio, quæ fieri noibus dicebatur. Ea hodie  
 nota non sunt in usu. Proprie tamē nomen, cū de homine lo-  
 mur, est propriū gentiliū nomen hoc est, quod originē gentis, uel  
 familie declarat, ut Porcius Cornelius. Vnde per metaphorā  
 nomen aliqua do pro gente ponitur. Vir. Nostrumq; in nomē  
 itas. Hinc fit prenomen, quod noibus gentilijs præponitur,  
 ut est M. Publius. Cognomen, quod unius cuiusq; propriū est, et  
 noibus gentilijs subiungitur, ut Cato. Sapiens. in. n. ordinantur.  
 M. Porcius Cato. P. Cor. Sapiens. A gnomen ē, quod extrinsecus ali-  
 qua rone, uel cā quæ sitū ē, ut Africanus. Numantinus, et simi-  
 lia. id aliqua do et cognomenū dicitur. Cic. Scipio ille cogno-  
 mēto Africanus. A noie etiam cognomines dicuntur, quæ eiusdē  
 sunt nois, sicut ignomines, quæ laude, et gloria carent, quasi in-  
 glorij, et illudati. a quo ignominia, hoc est nois nota. idem.  
 Censens iudiciū nihil ferre dā nato nisi ruborē, itaq; cum ois ea  
 iud. no uerferetur, tantummodo in noie ai. aduersio illa igno-  
 minia dicta est. Ab ignominia fit ignominiosus, hoc est dede-  
 coris, et ignominie plenus, et ignominiose aduerbiū, hoc est  
 turpiter. Sunt tamen quæ cognomines a cognomine potius deduci  
 existunt. item a noie fit noio uerbiū, quod est appello. et a co-  
 gnomine cognominio. et apud grāmaticos noiatuus, quod et  
 rectus dicitur, et noiatim aduerbiū, quod modo significat per  
 nota singulorū. Plyn. Cum uillio omnes noiatim assignati es-  
 sent. Dicitur tamen et de uno. ut Tenens cruētum pugionē Brus-  
 tus noiatim Ciceronē inelamauit. Et nomenclator a noie calā-  
 do, hoc est uocando. is. n. dicitur nomenclator, qui per nota sin-  
 gulos appellat. ut puta in foro reos, aut in conuiuiis, conuiuias.  
 Apu. Et ad nomenclatorē mox citati uenerunt. Sunt tamen qui  
 nomen quasi notamen dictum uelint, uel a græco, quod est  
 ἰστορία, a quo ὀνομαστικός, hoc est onomatopœia, hoc  
 est nois fictio, dicta est, cū a sono aliquo, seu uoce nota fingi,

quæ latine fictitia dicuntur, ut balatus ouiu. mugitus boum.  
 barruus Elephantorū. grunitus suū, et similia. Itē a nosco fit  
 notesco, quod est notus fio, a quo inotesco. Præterea a gnosco, quæ  
 ita a plerisq; distinguuntur, ut a gnoscare dicuntur, olim notos.  
 Cognoscere, prius in cognitos. Vir. Et ueterē Anchisen a gno-  
 uit amicu. Vt. Vt creor ne me quoq; dum reuetero, præter ca-  
 nem a gnoscat nemo. Vir. Vt enatu assiduo. et totū a gnomimus  
 annē. Sæpe tamen confunduntur. idē. inape parue puer risu  
 cognoscere matrē. Terē. ita miserimus sui fugtando, neq; me  
 cognosceret. Aliqua do tamen cognosco pro audio ponitur. Vir  
 g. Ni refugis tenueris; piget cognoscere curas. Aliquando pro  
 intelligo. Terē. Eo pacto et gnati uitā, et consiliū meū cogno-  
 sces. Cic. Vnde autem sciatis, quā ex animalū monimētis,  
 aut bellicæ res, aut ois reipu. disciplina cognoscatur. Ab a gno-  
 sco fit agnitor, qui agnoscit. A quo agnitio. A cognosco uero  
 cognitor, qui cognoscit. Vnde cognitio. Proprie tamen cognitor  
 dicitur, qui litem alarius suscipit corā ab eo, cui datus est, sicut  
 procurator, quod absens noie actor fit. A cognosco fit recognosco,  
 quod est opus cōpositum emendandi, aut limandi, aut reprehendē-  
 di cā reuideo, et actus ipse recognitio dicitur. item a nosco fit  
 ignosco, quod aliqua do significat ualde nosco, et disco. Nam  
 in præposito auget, ut in im primo. im pugno. Vt. Vt. Vos qui  
 in theatrum uoluptatem auribus aucupatum concurrissis do-  
 mo adeste, et a me quæ feram, ignoscite, domum ut feratis et  
 a teatro literas. aliqua do ueniam do. Nam in priuatiua præ-  
 posito est, quasi non agnosco errorem. Virg. ignoscenda qui-  
 dem, scirent si ignoscere manes. Ab hoc fit ignosus, quod ali-  
 quando significat incognitū, aliquando inscium. Neni. ignota  
 uiris sumus, ut te scis. Nosco autem a græco deductum est, quip-  
 pe græca γνώσκω dicitur cognoscere, γνώσις cogno-  
 scitum γνώσις cognoscitorem. γνώσις notitiam, et γνώσις  
 σιωτόν. nosce teipsum et προγνώσκω, prænosco. a quo  
 προγνώσις præcognitio uocatur, et προγνώσις, id est  
 prognoscit signa, per quæ aliquid futurum præcognoscatur.  
 Hinc latini quoque ueteres non nosco, sed gnosco dixere, et  
 gnatum cognatum. unde agnosco. cognosco. et ignosco de-  
 fluxerunt. Sunt qui a gnosco gnoro quoque deductum pu-  
 tant, quod ueteres pro scio usurparunt, ego a græco potius,  
 quod est γνώρις deriuatum existimo. Ab hoc fit gna-  
 rus, hoc est sciens. peritus, et gnare aduerbiū perite, quam-  
 uis aliquando pro aperte reperitur. Apule. Qui gnare id  
 nostris oculis contemplati sumus, et gnaritas scientia. Sallu-  
 stius. Namq; alij fiducia gnaritatis locorum occulta fugi spar-  
 si, alij globis eruptionem tentauerunt. Lilius Gnariognit pro eo  
 quod est narrauit, et gnariuisse pro narrauisse usurpauit. item  
 ueteres gnariter pro gnare scripsere, a quo fit cōpositum pro  
 gnariter, quod significat audacter, strenue. Plautus. Aggrindi-  
 ca prognariter. A gnoro fit ignoro, hoc est nescio, a quo igna-  
 rus, quod proprie significat nescius. Cic. Neque enim tantæ  
 difficultatis eram ignarus. Virgilius pro immemor posuit.  
 O socij, neque enim ignari sumus antemalorum, et alibi  
 pro eo, quod est aliud disponens. Aut quis, nam ignarum no-  
 stris deus appulit oris, item di gnoro, quod est signa im primo,  
 ut fieri solet in pecoribus, ut di gnoscantur. HERCVLE  
 VM OPVS. Ab ipso Hercule factum, quo nihil dia ma-  
 ius potest, Hercules Iouis, et Alcmena filius fuit. Alc-  
 menæ Electronis filia ea lege Amphitryoni nupsit, ut  
 fratris sui occisi mortē ulcisceretur. Hic igitur cū aduersus Te-  
 leboas Aetoliæ populos pro Thebanis in expeditionem profec-  
 tus fuisset, Iupiter sub specte amphitryonis, quæ Alcei Thebani  
 filius fuit Alcmenā oppressit. Hæc igitur ex Ioue quæ Hercu-  
 lem septimo (ut aiunt) conceptum mensē. ex Amphitryone uero



Iphicium nono ante mense conceptum uno partu enixa est, licet uterq; dictus sit Amphitryonides. Iphicium Iolauum genuit, qui Sardiniam in gressus pallāteris dissensione incolas ad cōcordiam reduxit. Et e' noie suo celeberrimos in ea insula populos Iolēses appellauit. Nā ipsi in insula nomen dedit Sardus Hercule procreatus, cum antea sandaliois appellaretur ab effigie soleæ, ut supra diximus, quam græci σαρδάλιοι uocāt, Et ichnusa à similitudine uestigiū, quod græce dicitur ἰχνοσ. insula est in Ligustico mari ab oriēte patens clxxxviii. M. passuum, ab occidente clxxij. Circuū celxij. à Sardinia sardous deducitur adiectiuum nomen, unde Sardoum mare dicimus. Et Sardoniam herba quæ in fontium defluuijs prouenit largius iusto Apiastrō similis. Ea siq; uestitur, neruos contrahit, et rictu deducit ora, ut qui moriuntur, ueluti ridētium facie intereant Sardanis uir Liduus fuit, qui Cræso suadere conatus ē ne persis bellum inferret. Sardana palus Assyriorum rex ultimus fuit, oīs generis luxuriæ deditus, in cuius sepulchro inscriptum est. Hæc habeo quæ edi, quæq; ex aurata libido hausit. Sardare ueteres pro intelligere usurparūt. Neui. qd̄ Bruti nec satis sardare queunt. Conceptioni uero Herculis nolūt unam noctem sufficisse, sed protractum à Ioue tempus, ut plus spatij ad nasciendū haberet. Luc. Thebas Alcunē, qua dum frueretur Olympi rector Luciferum ter iusserat Hesperon esse. Scribit Homer. cum Iupiter diē, quo proditurus in lucem erat, qui ceteris imperaret, caliculis prædixisset, cogitasse Iunonē id de Hercule dici. Quapropter in petra sse primo à Ioue, ut id ireuriando firmaret, dein in insula Lucina, quæ dea parturituum erat, distulisse Herculis ortum, Et uxoris Steleni, quæ se primo iam mēse prægnās erat partum accelerasse, ex quo natus est Eurystheus, q̄ Mycenis xly annis imperauit, sem p̄ infestus Herculi. Et ob id frequēter eū impellens ad congregiendū cum monstris facile se periturū Hercule sperans. Hercules tamen in tantam fortunā, gloriāq; euasit, ut Et in deos se relatus, Et merito id nomen consecutus uideatur. quippe Hercules dictus est, quasi ἥρας κλιος, hoc est Iunonis laus, qd̄ Iunone persequente, maximam gloriā sit adeptus. Hoc autē ideo fictum à ueteribus constat, quia Hercule solē esse existimauerunt, qui uere heras, hoc est acris cleos dici potest. quæ enim alia acris gloria est, nisi solis illuminatio, cuius recessu penitus occultatur. Hinc apud Aegyptios creditur gigantes interuenisse, cum cælū expugnaturi uiderentur. Quippe gigantes nihil aliud fuisse credendū est, quam hominum quandam impiam gētem deos negantem, Et ideo creditam deos è cœlesti sede pelere uoluisse. Horum pedes in draconum uolumina desinebāt, quod significat nihil eos rectum. nihil supernum cogitasse. totius uitæ eorum gressu, atq; progressu in inferna mergente. Ab hac gente sol pœnas debitas ui pestiferi calorē exegit. Hinc etiam memorant, cum Theron rex Hispaniæ aterioris ad expugnandum Herculis templū ageretur furore, exeratu nauium instructus uenisse ex aduerso Gaditanos longis nauibus prouectos, cōmissosq; prælio, cum adhuc æquo Marte pugna consisteret, nauers regias subito in fugam uersas fuisse, et mox improuiso igne correptas conflagrassē. A paucissimis, qui super fuerunt hostium, indicatū apparuisse sibi leones prioris gaditanæ classis superstantes, Et radios, quales in solis capite pinguntur emittentes, ab ijs subito nauers suas exustas. Alexā dri ni præterea, quamuis Serapin atq; Isim summo cultu uenerentur, omnem tamen illam uenerationem soli se sub illorum nomine testantur impendere, uel dum Calathum capiti serapis infigunt, uel dum simulachro signum triacipitis animantis ad iungunt. medio enim eodemq; maximo capite effigies leonis exprimitur, dextera parte caput canis exoritur mansueta specie

blandientis, pars uero leua ceruicis rapacis lupi capite finitur. hæc omnia Draco cōnectit uolumine suo capite redeūte ad dextram dei, qua monstrū compescatur. Leonis capite monstratur præsens tempus, quia conditio eius inter præteritum futurūq; actū præsentis ualida, ac feruens est. Sed Et præteritum tempus lupi capite signatur, quod memoria rerum transactarū rapitur, Et aufertur. Canis blanditijs effigies futuri t̄pis euentū significat, quo nobis spes licet incerta blanditur. T̄pa autem cui potius quam proprio obsequantur auctori? cuius uertici imprefsus Calathus altitudinem syderis monstrat, Et uim capacitatis ostendit. Isis autem proculdubio, uel terra est, uel natura rerū subiacens soli. Hinc est, q̄ continuatis uberibus corpus Deæ omne densatur, q̄a uel terræ, uel rerū naturæ alimento nutritur uniuersitas. Hercules magno, ac procerō corpore fuit. Quippe Plutarchus in eo libro quē inscripsit. Quāto inter homines animi, corporisq; ingenio, ac uirtutibus intersit, Pythagorā philosophum tradit in re pienda longitudinis eius præstantia hūc modum seruasse. Animaduertisse enim curriculum stadij, quod est Pisis apud Iouem olympium, et Hercules pedibus metatum constat, pedes ducentos longum esse, Et simili modo cetera quoq; stadia in terris græcæ ab alijs postea instituta, pedum quidē esse ducentorum, sed tamen aliquanto breuiora. Ex hoc ergo argumentatum esse Pythagoram Hercules corpus tanto alijs procerius fuisse, quanto olympicum studium ceteris pari numero factis esset excelsius. Quāto uero robore, ac fortitudine ceteris hominibus præstiterit, in primis prouerbū illud indicium est, ultima quidem parte recens, ceteris antiquissimum. Quatuor hæc ex æquo impossibilia esse, uel Ioui fulmen, uel Herculi clauam, uel uersum Homero, uel Federico feretro gloriæ rei militaris auferre. Primo quidem dum adhuc infans esset, et in cuius cum fratre iaceret insidijs Iunonis, quæ eū omnibus modis persequabatur, duo serpentes utroq; parente soporato ad eū deuorandum reptarunt. Quibus uisus perterritus Iphicium. stetit parentes exatuit, qui ex pergefacti Herculem uidere manibus cepisse serpentes, atq; eos occidisse. Senē infantis ætas monstra sup̄pauit prius, quā nosse posset. gemina cristati caput, Angues ferebāt ora, quos contra obuius reptauit infans, igne os serpentū oculos remisso pectore, ac placido intuens arctos ferens uulnibus nodos tulit. Et tumida tenera guttura elidēs manu. Hinc Teumisium leonem adhuc penē puer occidit, eiq; pellem detraxit, qua postea semper pro pallio usus est. Teumisius à teumeso bootiæ exiguo monte dictus est, quem Antimachus græcus poeta multis uersibus ornauit. Flusius etiam, Et regio est eodem nomine, Et paruum oppidum in Thebanis finibus, ubi cum leo inaudita magnitudinis terrori omnibus esset, ab Hercule extinctus est. Stantius, illius in speciem, quem per Teumisia tempe Amphitryonides fractum iuuenilibus armis, Ante Cleonæi uestitur prælia monstri. Hic Leo à Ioue in cælum dicitur translatus, ut gloriæ Hercules consuleret, qui eum inermis occiderat, et qd̄ hæc prima Hercules iam adolescentis certatio fuerit. Eius simulachrum uirgini proximū est, ad cuius caudā septem aliæ stellæ ueluti in triangulo collocatæ uidentur, quas Berenices crines appellāt. Nā cū Ptolemæus berenicē Ptolemæi, et Arsinos filij sororē suā duxisset uxore nec multis post diebus in Asiā cū exeratu profectus fuisset, uouisse Berenicē tradūt, si uictor Ptolemæus redijset, se crimē detorsurā, atq; eo uoto dānatā crinem in ueneris tēplo cōsecrassē, q̄ cū postridie nō appuisset, ægre id ferenti regi Conon mathematicus gratiam regis captans, dixit Ptolemæo crinem iter sydera uideri collocatum, Et quasdam uacuas figura septem stellas ostendit, easq; crinem esse confinxit. Hanc Berenicem Callimachus scripsit equos alere solitam, Et ad olym-



piā mittere. Alij Ptolemæū Berenices patrem tradunt aliquādo multitudine hostium terrarum fugā salutem quāsisse, filiam uero ascendisse equū, et addito suis animo profligasse hostes, & multos interfecisse. reliquos aut cepisse uiuos, aut in fugam conuertisse. Eratosthenes scribit hāc uirginibus lesbjjs, dotem à parentibus relictam, quam nemo soluebat, iussisse reddi. Nigridius hunc Leonem tradit à Luna iussu Iunonis in terra Arca dia, & regione Nemeæ educatum, & deinde in exitium Herculis dimissum, quē Hercules iussu Eurysthei cum claua, quam à Molorcho hospite accepit, interfecit. itaq; postea claua pro gladio, pelle pro scuto usum Herculem fuisse. Leonem uero à Iunone inter sydera relatum, qui ad occasum spectans supra caput hydrae constitutus est. habet in capite stellas tres. in cruribus duas. in pectore unam. inter scapulas tres. in media cauda unam. in extrema alteram magnam. in uentre clarā unā, & infra alteram grandem. in lumbis unam. in posteriore genu unam. in posteriore pede clarā unam. Hic aestiuo circulo diuiditur medius. Aratus. Horrentisq; iubæ, & fuluum cerne leonem. Hunc ubi contigerit Phoebi uolentior axis, Accensa in caetero iam tunc geminabunt aetas. Tunc lymphæ tenues, tunc est tristissima telus. Post hæc Hydram apud Lernam paludē, de qua superius abunde disseruimus, extinxit. Sene. Quid sena lerna monstra numero sum malum Non igne demum uicit, & docuit mori. Leonem deinde, qui à nemeæ sylua nemeæus est dictus omnem eam regionem deuastantem, à Molorcho patre iuxta eam syluam habitante hospitio suspectus interfecit. Qui. His clisa iacet moles Nemeæ lacertis. Nemeæ sylua inter Cleonas, & Phliumtem, in qua Argui ob Herculis memoriam Nemeæ facta celebrare consueuerūt. Hinc regio omnis Nemeæ dicitur, eademq; Thēbina clia uocatur. Nemeæ etiam fons est, & mons. Virg. Et uastum Nemeæ sub rupe leonem. Sunt autem Cleonæ mediocre oppidum in uia situm, quæ ex argo Corinthum duat, distatq; ab Argo stadjs cxx à Corintho uero lxxx. Eius mania ab Homero celebrata sunt. Ab hoc Cleonæum dicitur. unde Leo nemeæus etiam cleonæus dicitur. Sui. Ante cleonæi uesitum prælia monstri. Lucā. ille cleonæi proiecit terga leonis. Phlius uero in medio Syconia, arguæq; terra est, ubi Diæ, sic enim Heben uocant, fanum religiosissime colitur. De qua hanc tradunt fabulam, Apollinem olim Iunonis nouerca in patris domo parasse conuiuium, eiq; lactuatis a gressibus apposuisse, quibus gustatis Iunonem, quæ ante sterilis erat subito concepisse, & postea peperisse heben. Hanc cū pulcherrimæ præstaret assumpsum fuisse à Ioue ut ei pocula ministraret, & iuuentutis deū effectam. Tandem uero cum Iupiter, ac Iuno cum caeteris dijs apud Aethiopas cōmessarentur, hebe pocula ministrantem forte concidisse, & quia remota uesibus obscæna corporis ostendit, apud omnes deos habitam fuisse ludibrio, ob quam causam expulsam fuisse à Ioue, & loco eius suffectum Ganymedem Laomedotis filium. Tandem uero cum Hercules in deorum numerum relatus esset, cōnubio ei iunctam fuisse. Hom. hāc ex Ioue conceptam opinatur. Latini solius Iunonis filiam tradunt. Huiusmodi autē signemtorum hæc ratio traditur, Ioui, qui Apollinis pater est, duo signa in zodiaco tributa sunt, quæ ab astronomis domalia eius dicuntur. sagittarius & piscis. Atqui Apolline, hoc est sole in sagittario, quæ patris domus est, manente, & imminente iam hyeme, Iunoni hoc è aeri syluestres lactucae apponuntur, hoc est frigidi mensum. Quippe lactucae syluestres constat esse frigidissimas. A frigore igitur occupata terræ superficies calor omnis per naturæ contrarietatem, quæ græce Antiparistasis dicitur, in interiora se condens, calefacta terræ humiditate radices germinum, atq; plantarum humore replet. & hoc modo sole

sagittarium intrante efficit prægnans, quæ ante, hoc est autumni tempore sterilis uidebatur, deinde adueniente partus tempore nouo, heben parit, hoc est iuuentutem. Tunc enim arbores. germina. frondes. flores renouantur. & omnia reuerefcunt. Sic uere adueniente, quod humidum, ac callidum esse constat, dijs, hoc est caelestibus corporibus, quæ ut nonnulli opinantur, ex uaporum à terra surgentium humiditate pasuntur pocula, hoc est humores porrigere dicitur. Tandem uero ueniente Autumno, in quo sol incipit uersus hyemale solstitium tendere, hoc est ad Aethiopas, quæ uersus antarcticum circulum constituta sunt. dea iuuentutis cadit, hoc est deidunt frondes, & uirentia oia cessant. & sic Hebe dum deteguntur, quæ occultauerant frondes, nudari dicitur, et corporis obscæna monstrare, remoueturq; à ministerio, & sufficitur Ganymedes, qui ut supra diximus, Aquarij signum est, quia eo tempore pluuiosa est hyems, et humidos uapores syderibus abunde ministrat. Postremo ideo Herculi conuicta dicitur, quia iuuentus hoc est perpetuus uigor clarorum uirorum operibus semper iunctus est, quæ nec pereunt unquam, nec senio debilitantur, sed ut ad Herculem reuertantur, Dum forte cum hydra prælium cōmississet, Cancer magnitudinis à Iunone missus est, qui hydrae suppetas ferret. Hic pedem Herculis mordicus apprehendit, cuius uulneris dolore permotus Hercules cancerum interfecit. Eum Iuno trāsstellisse in cælum dicitur, & inter sydera colloasse, ut unum ex XII signis esset, quæ maxime solis cursu continentur. Hic medium diuidit circulus æstiuus ad Leonis exortus spectantem, paululum supra caput hydrae collocatum occidentem, ex orientemq; posteriore corporis parte. habet in pedibus dextris singulas stellas obscænas. in sinistro pede primo duas, in secundo duas obscænas. in tertio pede unam. in quarto primo unam obscæram. in ore unam. i. ea, quæ chele exterior dicitur, tres similes nō grandes. in sinistra similes duas, supra testam duas, quæ asini, siue aselli dicuntur. De quibus hæc fabula narratur. Liberum patrem, cum ei à Iunone furore obiecto mente alienatus esset, fugasse per Thesprotiam dicunt cogitantē ad Dodonæi Iouis oraculum peruenire, & quomodo ad pristinum mentis statum redire posset sciscitari. Sed ei intereundū occurrere paludē quandam magnam, quæ trāsiri pedibus non poterat. E' duobus itaq; asellis, q sibi forte obuiam processere, cepisse alterū, & ita esse trāsfectum, ut aquam oino non tetigerit. Sic ad Dodonæi Iouis templū ppuenisse. et mox liberatū, ut pro accepto beneficio gratus esse uideretur utrūq; Asellum inter astra collocasse. Quid à etiā tradunt asino illi, quo uectus fuerat, humanam uocē dedisse. itaq; mox de mēbri uirilii magnitudine orata iter ipsum, et Priapum fuisse, propter qd interfectum ab eo esse asinum, et à libero patre in cælo collocatū. Verū ut ostēderet se hoc tanq; deum non tanq; hoīem timidum, Iunonem fugientem fecisse. supra cancerum constituit, qui Iunonis beneficium inter astra fuerat collocatus. Sunt tamē q de asellis aliter sentiunt. Scribit enim Eratosthenes, quo tempore dij cum gigantibus cōfluxere, omnes deos à Ioue fuisse conuocatos. Venisse itaq; liberum patrem. Vulcanos. satyros. silenos. omnes asinis insidētes, qui cum hostibus appropinquassent, uisu gigantum mole perterriti, rudium oēs emisere. Quia uocis nouitate perterrefacti gigantes sese fugæ cōmississe dicuntur, et sic à dijs facile uicti fuisse. Quidam tradiderunt quādoq; omnia sydera, quæ nūc diuersos agunt cursus, à cancerū conuenerint, sic sub eodē posita uesigio, ut recta linea exire per orbem omnium possit, arsura terrena omnia, & orbis cōsagratiōne futurā, sicut diluuiū futurum, & generalem orbis inundatiōne, cū eadem syderum turba in capricornum conuenerit, illic solstitium, hic brumam confici. Cancer a græco dicitur, quippe græci uapni' rōt



uocant, hoc est *carcinum* qua uoce etiam Latini uentur. *Lucta*.  
 & *caranus* ardens. à quo *caranias* gemma, de qua supra dixi  
 mus. & *cancer*, quod et *carinoma* dicitur, à rubore *cancri*, siue  
 quod ut *carnem* paulatim exedit, hoc plurimum per ignorantia  
 idem esse cum *cà greca* existimant, cum maxime inter se differe  
 rant, hoc solo conuenientia, quod utrumque *carnem* exedit. *Cancer*  
 uirtu est, quod non solum id corrumpit quod occupauit, sed etiam  
 serpit, deinde alijs si gnis discernitur. Nam modo propter inflam  
 matione rubor ulcus ambit, usque cum dolore procedit in *prioribus*  
*græca* uocant, modo ulcus nigrum est, quia caro eius corrupta est,  
 idque uehementius est putrescendo intenditur, ubi uulnus humi  
 dum est, et ex nigro ulcere humor pallidus fertur, malique odo  
 ris est, *carunculæque* corruptæ. Interdum etiã nerui, ac membra  
 nae resoluuntur, specillumque demissum descendit, aut in latus,  
 aut deorsum, fit maxime in superioribus partibus *arcti* faciem,  
 nares, aures, labra, *mamas* foeminarum. in utero autem, ac sple  
 ne hoc nascitur. *Arcti* locum aliquod quasi puncta sentiuntur,  
 usque inæqualis tunc, interdum etiam torpet, *arcti* eum inflatæ ue  
 ne, quasi reuertuntur, hæcque pallent, aut liuent, nonnunquam etiã  
 in quibusdam delitescunt, ractusque is locus, alijs dolore affert,  
 in alijs eum non habet, & nonnunquam sine ulcere durior, aut  
 mollior est, quam esse naturaliter debet. interdumque nulli ha  
 bet proprietatem. interdum simile ijs est asprede quadam,  
 et magnitudine, quã uocant *græca* *νοσθώματα*. Est eni  
 condyloma genus tuberculi, quod ex quadam inflammatione na  
 sci solet, color etiam rubor est, aut leucula similis. Quibusdã  
 etiam si id pressum est, quæ *arcti* sunt incenduntur, & intume  
 scunt, ob quæ pessimum id genus est, ferèque primum, quod  
*uocant* à *græcis* dicitur. Deinde ex eo id *carinoma*, quod  
 sine ulcere est, deinde quod *thymum* appellatur, id supra corpus  
 quasi uerrucula eminet, ad cutem tenet supra latus, subdurum,  
 & in summo per asperum, idque summum colorem floris thymi re  
 præsentat, unde ei nomen est, ubique facile finditur, & cruen  
 tatur. *Thymus* herba est uulgo nota, gratissima apibus, in At  
 ticæ regione præstantissima. unde nullis *attici* toto orbe summa  
 laus existimatur. *Thymus* lapideos campos in provincia *Narbo*  
 nensi refertos fuisse constat, hoc penè solo reddito è longinquis  
 regionibus pecudum millibus eò conuenientibus, ut thymo uescan  
 tur. A *carano*, hoc est *cancro* *caranodes* dicitur, quando uirtu  
*canceri* naturam sapere incipit, quasi *cancrum*. *Cangrena* uero  
 non in omnibus partibus corporis fit, ut *cancer*, sed in promi  
 nentibus membris. in inter ungues, et alas, & in *inguna*, ferèque  
 in senibus, uel in his quorum corpus mali habitus est. *Caro* in ul  
 cere, uel nigra, uel liuida est, sed *siccæ*, & arida, proximaque  
 cutis plerumque subnigris pustulis impletur. Deinde ei proxi  
 ma pallida, uel liuida, ferèque rugosa sine sensu est. Vltior in  
 inflammatione est, oiaque simul serpunt. Vltus in locum pustulo  
 sum, pustulæ in eum qui pallet, aut liuet, pallor, aut liuor in id  
 quod inflammatione est, inflammatione in id quod inter *grum* est tran  
 sit. inter hæc deinde febris acuta oritur, ingensque sitis quibus  
 dam, & delirium accedit. Alij quamuis mentis suæ compotes  
 sint, balbutiendo tamen uix sensus suos explicant, incipit affici  
 stomachus, spiritus ipse fit foedi odoris, atque uirtuum quidem  
 eius mali recipit curationem. Vbi uero penitus insedit insana  
 bile est, plurimoque, & sub frigido sudore moriuntur. *Can*  
*ceri* etiam dicebantur ab antiquis, qui nunc *cancelli* per dimi  
 nationem uocantur, hoc est opus subtili materia in trasuer sum  
 compacta ad similitudinem retis factam, quod frequenter forami  
 na habeat, qualia sunt, quæ in corpore efficiunt morbus. qui *canc*  
*er* uocatur. A *cancellis* fit *cancello* uerbum, quod est conado,  
 dilatio. & aduerbium *cancellatim*, hoc est ad similitudinem  
*cancelli*. *Hercules* aprium *nuræ* magnitudinis *arctici* a *græ*

uastantem occidit (uel ut quidam sentiunt) uinum cepit, & de  
 tulit *Eurytheo*. *Seneca*. Solitumque densis hispidum *erymanthi*  
 iugis *arctici* quaerere nemora *manalium* suum. Dicitur è hic  
 aper *manalius* à *Manalo* *arctici* monte, quamuis & oppi  
 dum sit eiusdem nominis, quod & *manala* dicitur. Motes in *arcti*  
*dia* nominati sunt *pholoe* cum oppido *cyllene*. *lyceus*, in quo  
 licet *Iouis* delubrum. *manalius*. *Artemisius*. *parthenius*. *lam*  
*pheus*. *monachus*. *erymanthus*, quamuis, & *stinus* sit eiusdẽ  
 nominis in *alpheu* defluens. A *Manalo* *manalius* deducitur,  
 hoc est *arcticus*. unde *manalius* aper dicitur. & *manalium*  
*arctem*, hoc est *magica* artes, et incantationes, quibus uti in *Ar*  
*ctici*, ac tota *Thessalia* maleficæ mulieres consueuerunt. *Virg.*  
 Inape *manalios* mecum mea tibia uersus. Qui ppe in ea *aclo*  
*ga* imitatus est *Theocritus*, quæ *acloga* scripsit *pharmacuriam*  
 appellatã, in qua mulier induitur maleficis artibus puerens  
 mentem amatoris, à quo spernebatur. Ad hæc *erua* aeneos pe  
 des habentem, & aurea gerentẽ *cornua* eiusdẽ *manali* nemo  
 ris *incolam*, quam *curys* æquare nemo poterat, ipse currendo,  
 & su pauit, & cepit. Tum *stymphalidas* auers, ab ipsi nubi  
 bus sagittis petijt, enectasque deiecit. *Seneca*. *Manali* *pnix* fera  
 multo de core proferens auro caput deprehensa *curys* est. Idẽ.  
 Solitasque penes condere obductis diẽ. *Petit* ab ipsis nubibus *stym*  
*phalidas*. *Marti*. *Aripedẽ* *stymphalidas* *erua*, *stymphalidas* *undis*,  
 abstulit. *stymphalidas* quidam parum docti *harpayas* esse existi  
 marunt. Sed id falsum esse, si quis *tragædiã* *Seneca* legerit faci  
 le, deprehenderit. *Harpayæ* monstrata fuerunt, qualia describit *Vir*  
*gi*. *Tristis* haud illis monstrum, nec scenior ulla, pestis et ira deũ  
*stygij* sese extulit undis, *Virginei* uolucrum uultus, foedissima  
 uentris *Prolymies*, uncaque manus, & pallida semper *Ora* si  
 me. Hæc *arcti* *stymphalidas*, hoc est à diripiendo dicta sunt  
*harpayæ*. *Neptuni*, & terræ secundum quosdam filia fuisse. *Sec*  
*undum* alios *Thaumantis*, & *Electræ* oceanii filia. Tres autem  
 fuisse memorantur. *Prima* *Celano* à nigredine dicta *uocant*  
*uocant*, quippe *græca* *uocant* *arctum* dicunt. *Secunda* *Aello*,  
 à *arcti* *uocant*. uoluo. uerto, quod foedo uolatu oia peruer  
 tat. *Tertia* *Ocytete* quod *uocant* uelox est, *uocant* *uocant* *uocant*  
 lo, quod. s. alarum uelocitate nurum in modum polleat. *Hesiodus*  
 in libro, quẽ *Theogoniã* inscripsit, duas tantum *Harpayas* me  
 morat *uocant* *uocant* *uocant* *uocant*. *Home*  
 rus unam addit, quam uocat *thyellam* *uocant* *uocant*, quod  
 est impetum facio, & *uocant* uoluo, quod cum impetu om  
 nia uoluat. Tradunt autem *harpayas* in insulis habitare, quas  
*strophadas* uocant. *Vir*. Accipit *strophades*. *græcio* sunt noie  
 dicta in insula *Ionio* in magno, quas *dira* *Celano* *Harpayæ*que  
 colunt alia *phineia* postquam clausa domus, mensesque metu li  
 quere paratas. *Phineus*, à quo *Phineus* rex *arctici* fuit, qui  
*Harpalices* coniugis suæ filios occæcit, cuius scelere magni  
 tudine permoti dij, oculis eum priuarunt, atque illi *harpayas* ob  
 iecerunt autum genus dirum, ac rapax, quæ et dapes, et reliqua  
 omnia faciebant. *Vir* enim cum *Lasone* per ea loca cum *argenteis*  
 transiens benigne ab eo exceptus fuisset, ut ei gratiam referret,  
*Zetum*, & *Calain* *Boreæ* ex *Orithyã* coniuge filios inuenes  
 alatos, & sagittandi arte præstare aduersus *harpayas* misit,  
 qui eas persequerentur, & à *Phinei* regno prorsum abigerent. Hi  
 igitur cum illas usque in insulas *Plotas* percuti foret, ab inde ad  
 moniti sunt, ne ulterius *Iouis* canes insequerentur. itaque retro co  
 uersi duabus insulis, in quibus *harpayas* reliquerunt. *Stro*  
*phados*, hoc est conuersionis nomen in posuere cum ante  
*plotæ* uocarentur. *Orithyã* autem *Boreæ* coniux, filia fu  
 it *Erythei* regis *Athenarum*, quam cum *Boreas* ob pulchri  
 tudinem adamasset, & frustra iungi sibi conuubio postulas  
 set, ui raptã detulit in *Thraciã*. Eodẽ nomine uocata è regna

10

20

30

40

50

60



Amazonia, quae Marpesiae matri successit in regno. Ori-  
 ebor vero urbs fuit inter Macedonia, atq; Epeirum. Oryx ue-  
 ro animal, quod in Aegypto nascitur, ex orientisq; contra stare,  
 ac contueri solis radios fertur, ex caprarum genere. à quibus-  
 dam solus uocatur, ac contrario uesitur pilo, & ad caput uer-  
 so. Stymphalides autem aues erant aquaticae in Stymphalo pa-  
 lude tantae magnitudinis, ut solis radios obubrare dicerentur,  
 omnem Arcadiam deuastantes. Stymphalus Arcadiae lacus est,  
 ex quo Erasimus flumen erumpit in aruam terram. Quon-  
 dam uero exitu non habebat, quoniã uadi foramina quaedam,  
 quae Arcades terra uocant, obstructa erant, proptereaq; exitum  
 non habebat. itaq; urbs ipsa, quae Stymphalum uocatur, et  
 in lacu ripis quondam sita erat. postea ad quinquaginta stadia  
 à lacu iussa est abesse. Iphicratem tradunt, cum Stymphalum  
 obsidione circumdedisset, & frustrari conatus suos intelligeret  
 exitum fluminis è lacu obstruere conatum innumerabileis spò-  
 gas aduexisse, sed Iouis oraculo admonitum desistisse. à stym-  
 phalo lacu Stymphalides aues appellatae. à Stymphalo oppido  
 Stymphalium deducitur, sicut à Lacedaemone Lacedaemonius.  
 Egdè quae de harpyis, ac Stymphalidibus scribuntur, ficta es-  
 se arbitror, ut de plerisq; alijs auibus. Quis enim uera esse pu-  
 tet, quae de Pegaso equo capite uolucris scribuntur? quae credat  
 Cribphas auritos, & tantam rostri aduicacitatem hentes in Asia  
 hinc Scythia, in qua auris, ac gemmae affluunt, habitare, tantaq;  
 rabie deseuire in hoies, ut terram ipsam inhabitabilem faciant,  
 & quasi geniti esse uideantur ad plectendam auaritia temeri-  
 tatem, cum quibus arimasi dimicare dicuntur, ut lapillos iter-  
 cipiant. Hos ueteres Romani picus uocabant. Plauti Picus diuites  
 qui uere: moters colit. eos solos su po. cum proprie picus sit, q  
 cognomente Martius dicitur, parua quidem auis, sed in auspi-  
 cii magna, uncoru unguis, arboru cauatrix, & scandens, in  
 subrectum felu modo. Tradunt si clauus, uel cuneus adactus  
 quanta uilibeat in arbore fuerit, in qua nidu habeat picus,  
 statim exilire cum crepitu arboris, cum clauo, aut cuneo inse-  
 derit picus. huic auis nomen dedit Picus, què Saturni filium fie-  
 isse finxerunt. Ouidi. Picus in Ausonijs proles Saturnia terris.  
 Virg. Fauno Picus pater, isq; parentem Te saurue refert. fer-  
 nor Pomonam deperisse pomoru dea, propter qd à Circe, quae  
 amore eius ardebat, in picum auem esse conuersum. Cuius fi-  
 gmenti ratio est, qd Picus rex latinoru, Fauni pater, & latini  
 regis auis, augurioru peritissimus fuit, & in primis, hac auis  
 usus est auspicijs, eiq; nomen dedit, & ideo postea sem p princi-  
 palis lato in augurijs fuit. Martiu ideo appellatu constat, qd  
 Marti sacer est, sigdem proficiscentes in bellum non nisi auspi-  
 cato urbem egrediebantur. Legimus in historijs Picum olim in  
 capite L. Tuberonis praetoris Urbani iura pro tribunali red-  
 dendis cõfediisse tam placide, ut manu prehenderetur. Respon-  
 disse uates exitu in pio portendi, si dimitteretur. At si exani-  
 maretur praetori. illum aut hoc audito protinus cõcepisse, nec  
 multo post impleuisse prodigiũ. à picus picenũ deducitur, regio  
 Italiae, in qua est Asculũ, quod Sabini, cũ Asculum proficisce-  
 rentur, in uexillo eoru picus confederit. Hinc picenus possessi-  
 uum nomen deducitur, & picens gentile. à quo picentinus. Vi-  
 ca licet femininũ uideatur huius nois picus, longe tamen diuer-  
 sam significatione habet. Est enim auis magnitudine paluba, et  
 alis uario colore, et praesertim caeruleo depictis uerba proferes  
 ad similitudinẽ humanæ linguæ. Mar. picia loquax certa dnm  
 te uoce saluto, Si me non uideas eẽ negabis auem. Est & alia pi-  
 ca sub uentre alba. su pius ni gra, quae uaria appellatur, longitu-  
 dine caudae insignis, haec Vespasiani tpe ab Apennino uersus  
 urbem terni uix coe pat, tam rara erat. nũc frequentissima est  
 per omnem Italiam. Ea uero, quae de Tragopanade dicuntur,

quis facile uera esse sibi persuadeat. Maiorem Aquila esse, cor-  
 nua in t pibus curuata habentem ferrugini coloris, capite dun-  
 taxat phanico, multo minus, quae de Sirembus feruntur, auis  
 in india esse quarũ annu hoies mulcantur, quos somno grana-  
 tos laceret. Minime uero, quod Democri scribit auis esse quis  
 nonnat, quarum confuso sanguine, serpens gignatur, quem q-  
 cunq; ederit, alitum colloq; intellecturus sit. Home. gignus au-  
 um Scopos nonnat, quarũ Satyricos motus, cũ insident à ple-  
 risq; memoratos, fidem mereri non arbitror, nec auis ipsas un-  
 10 quam genitas esse existimo, sed ad Herculem reuertimur. Tau-  
 rũ ferocissimũ, & oem Atticam regionem deuastantẽ, pemt.  
 Sene. Taurũq; centum non leuẽ populis mitũ. Ouidi. uos ne  
 manus ualidi pressis cornua tauri. Acheloum praeterea sin-  
 20 gulari certamine su paut. hic Oecani, & terra filius fuisse di-  
 citur, Genino olim cornu in signis, sed superatus ab Hercole,  
 quamuis in uarias sese figuras transformasset, uno cornu pri-  
 uatus est. Certaminis cam hanc tradunt fuisse. Deianira filia  
 fuit Oenei Aetoliae regis, cuius urbs regia Calydon erat, haec  
 adeo forma, pulchritudineq; praestabat, ut multos procos heret  
 tandẽ Acheloo desponsata est primo, deinde Herculi. itaq; nu-  
 ptiarum gratia ortũ inter eos est certamen, et superato Achelo-  
 lo Herculi cessit. Haec aut de Hercule, & Acheloo hac ratioẽ  
 ficta esse affirmant, qd Achelous flumen est è Pindo monte flu-  
 30 ens, atq; Aetolianã ab Aetolia dirimens, & Arternicam insu-  
 lam assiduo terrae inuictu cõnenti adnectens. à quo para-  
 chelous uocatur regio finitima flumio, quam amnis inundat.  
 haec inundatio cũ prisca t pibus limites agroru saepe confunde-  
 ret, contentiones de terminis inter uicinos frequenter exatabat,  
 cumq; nulli essent arbitri nõ legibus, sed armis lites dirimeban-  
 tur. Hinc ergo datus fabulae locus. Hercule singulari certami-  
 ne Acheloum su passe, & uictoriae praemiu re portasse, Deiani-  
 ra nuptias cornu praeterea alterũ eius confregisse, qd. f. Heros  
 les Oeneo affinitate conuictus factus aggeribus, & aquaru  
 ductibus erectis flumiuum agros prius non sine graui detrimẽ-  
 to sternentem com pesuit, & ex duobus alueis, quorum flexus  
 cornua à poetis dicuntur, statuit alterum, quod qdam Copiae  
 cornu esse dixerunt, quẽ admodum superius ostẽdimus, dona-  
 uitq; Oenio regi socero suo. Sophocles Deianiram sic loquentẽ  
 40 introduxit. procius sanẽ mihi amnis fuerat Achelous. Qui me  
 tri formis à meo petijt Oeneo patre. primo enim manifestus in-  
 cessit taurus, deinde per uarias se flectens spiras draeo appa-  
 ruit. Tum mole ualida bouis praese tulit frontem. Achelou cer-  
 te ac reliqua flumina Tauru comparant ob mugitus, flexusq;  
 alueorum. Draconi propter torquentem se longitudinem. Boui  
 similiter, propter boatum, & cornua. ab Acheloo achelouis de-  
 ducitur, quod modo possessiuum est nomen, modo pro aqueus  
 ponitur. Vir. Poculaq; inuentis Acheloua miscuit uuis. Qui po-  
 50 pe ueteres aqua oem generaliter Acheloum nũcipauerẽ, qd à  
 graecis sum ptum manifestum est, qui Acheloum pro aqua fre-  
 quentissime usurpant. Cuius rei ratio est, quod Achelous in  
 graecia, ubi tot ingenia floruerunt, omnium flumiuorum celeberrimus  
 fuit, ob eas quas supra diximus causas. Quod autem  
 Virgilius dixit, poculaq; inuentis Acheloua miscuit uuis. mi-  
 scuit inquit, hoc est miscenda posuit. Nam aquam uino miscere  
 Staphilus Sitheni filius primus dicitur inuenisse. Praeterea  
 Hercules Diomedẽ Thraciae regem dirum, ac sanguinarium  
 hominem, qui equos suos aduenarum carne in Tyrida Thra-  
 60 CIAE oppido pascebat, occidit, eumq; iumentis suis epulan-  
 dum apposuit. Sene. Quid stabula memorem diri Bistonij re-  
 gis. Bistones eni Thraciae populi sunt, Bistonis stagnũ, et regio.  
 A Bistone Thraciae rege cognominata. Ouidi. Et tuta à bello  
 Bistonis ora fuit. Hic bistonius deducitur, qd thracẽ significat.



fuit, & alter Diomedes rex Aetoliae Thidei, & Deiphila filius, qui fortissimus Danaum à Virgilio dictus est, quod Aeneam apud Troiam uicerit, & cum Hectore singulari certamine pugnauerit, martemq; ipsum (ut Home. tradit) uulnerauerit, et ut Virg. Venerem-hic cum post Troiae expugnationem in patriam reuersus, Aegialeu uxorem comperisset rem cum Cylleboyo stheleni filio habuisse, pudore ductus in Appulia secessit, ubi regni partem cum Dauno sortitus est, & regio. quae in diuisione ei cecit, Campi Diomedis appellati. item in insula, quae in propinquo mari iacet Gargano monti opposita Diomede a nuncupata. Condidit in Appulia urbem, quam Argyrohi pppium uocauit, deinde dicta est Argyrrippa. à qua argyrippini nominati. item Sepiuntem à multitudine eiectionum fluctibus septiarum uocitatem, postea mutatis literis Sipontem. dein de etiam Sipontum dictam. ipse uero non longe post diem obiit in insula, quam supra diximus Diomedeam uocari, & in deorum numero est relatus, templumq; ei aedificatum, & sacra instituta. Socij uero marore defuncti regis absumpti, in auersu mutati sunt, quae ipse quoq; Diomede a dicta sunt. Iuba catarractis appellat. dentes eis esse dicuntur, oculiq; igneo colore. cetero corpore candida sunt. Duos semper duces habet. Alter dicit agmen, alter cogit. Scroberis exatuant rostro, inde erate conseruunt, & terra, quae ante fuit egesta, cooperiunt. Altera orientem spectant, quibus exeunt in pasua. altera occisum, quibus redunt. Alium exonerat uae semper contrario flatu subuolant, & in sola diomede a insula uisuntur, fulicatum similes. Aduenas barbaros clangore dicuntur infestare. Graecis uero adulari uelut generi diomedis hoc tribuentes. Aedem quoq; eius quotidie pleno gutture madentibus pennis perluere, ac purificare cõsuetas tradunt. post haec Hercules Busirim Aegypti regem Nepaui, et Libya filium, qui oram omnem Nilo adiacentem latrocinijs infestabat, hospitesq; euectos dijs sacrificabat, occidit, & dijs suis immolauit, prouinciamq; omnem paratam, ac tranquillam reddidit. Ouid. Ergo ego foedatam peregrino templa cruore Busirim domui. Quidam uolunt hoc confictum esse. nec Busirim aliquem regem siue Tyrannum fuisse, sed terram ipsam esse inhospitam, atq; imporuosam, quãuis enim portum habeat, eum tamen nequaquam patere, sed à bubulas custodi solitum, praedae semper, ac latrocinio indulgentibus, qui peregrinos quosq; ad ea litora appulsos soleant adoriri. In ijs locis est Busiris oppidum, à quo busiritica praefectura uocata est. Omnis qui ppe Aegyptus primo in praefectura diuisa fuit, quas illi Nomos uocant. Thebaica quidem in decem quae uero in Delta est, in totidem. quae est in medio, in sex decem. propter quod quidam scripserunt tot fuisse in Aegypto praefecturas, quot aulias Labyrinthus habebat, quae circiter sex, et triginta fuisse memoratur. Rursus praefecturae in toparchias diuidebantur. Item toparchiae in alias partes. Minimae portiones arua erant. ideo autem necessaria fuit tam diligens, & subtilis locorum diuisio, quia assidue Nili inundationes limites confundeant. nunc addedo. nunc minuendo. alias immutando nonnunquam delendo notus quasdam, quibus proprium ab alieno discernatur. unde iterum, atq; iterum mensurari eam terram oportebat, propter quod Geometriam ab Aegyptijs primo inuentam nonnulli prodiderunt, quem admodum Arithmetica à Phoenicibus ob mercaturas. Aegyptus prouincia est proxima Africa, introrsus ad meridiem recedens, donec à tergo praetendantur Aethiopes. Inferiorem partem Nilus dextra, leuaq; diuisus amplexu suo determinat canopico ostio ab Africa. ab Asia Pelusiaco. Quam ob causam inter insulas quidam Aegyptum posuere, ita se scindente Nilo, ut triquetram terrae figuram efficiat. Summa pars contermina Aethio-

pie Thebaica appellatur. Canopus ostium Nili, & in eo oppidum est distans ab Alexandria stadijs cxx dictum à nomine Canopi, qui Menelai classem gubernauit, & ibi mortuus est, quo tempore Menelaus cum uxore ad templum Veneris Arfinoes, quod in Zephyrio promontorio situm est, nauigauit. Pelusium similiter Nili ostium est, & oppidum ibi situm. à quo uia est ad Casium montem in promontorii modum accumulatum, in quo magni Pompeij corpus iacere quidam existimant. estq; in eo Iouis Casij templum, nec procul hinc Põpeius interceptus fuit. Alexandria, à quo Alexandri, in Aegypto condidit Alexander Macedo iuxta Mareoticam lacum, qui antea Arapotes nominabatur. Mettus est eam Dinocrates architectus mirabili ingenio quindecim millium passuum laxitate ad effigiem Macedoniae chlamydis orbe gyrate Laciniosam, angulo dextra, leuaq; prociur su. Mareotis lacus ad meridiem urbem in latitudinem. xl. affirmant. Schœnumq; stadia triginta esse. ita fieri longitudinis centum quinquaginta millia passuum, & tantundem latitudinis habere. Erato sthenes tamen Schœnum quadraginta stadia esse asserit, hoc est quinq; passuum millia. Alij uiginti duo stadia singulis Schœnis dedere. Mareotis etiam pars Eperi est, in qua uinum optimum nascitur. unde mareotides uuae dicuntur. Virg. Sunt & mareotides albae de Nilo satis superius discernimus. Multa eius oppida memorantur, praecipue quae nomina ostijs dederunt undecim. Nam alia quatuor falsa ora appellantur. Celeberrima septem sunt Canopicam. Bolbitum. Sebeniticam. Phanniticam. Mendesicam. Tanicam. Pelusiaticam. Aegyptum ab Aegypto Danai fratre appellatam existimant. Ab Aegypto aegyptus, et aegyptiacus deducuntur. Item Aegyptini appellantur Aethiopes, quia aegyptijs sunt finitimi. Hercules, cum audisset Antaeum terrae filium magno, ac proceri corpore in Libya esse, apud Lixum oppidum à flumine Mauritaniae eiusdem nominis ita uocatum, qui locus Antaei regia dicitur, robore, ac fortitudine nemini cedentem, ad eum quoq; domandum perrexit. Erat Antaeus aspectu, roboreq; terribilis. habitabat in spelunca, exesus undiq; rupes habente, & Leonum carne uescebatur. Cubile ei terrae erat, nullis herbis, aut paleis, aut ferarum tergoribus strata, sed simplex, ac nuda. Palaestra omnes supabat. Quoties membra labore defecta essent, tactu matris hoc est terrae, recreabantur, ac uireis resimebant. erat uniuersae prouinae infestus, & quoscuq; terra, marie uo aduentasse cognouisset, impie trucidabat. cum coigitur congressus Hercules depositus ab ipso Cleonae, ab illo Libya leonis tergoribus, et unctis promore palaestrae, atq; arena sparsis corporibus, fessum tandem luctando. & quasi femineam Antaeum terrae prostrauit, sed cum mox confirmatis tactu terrae uiribus surrexisset, & acutus, quam ante certare uideretur, situ pefectus tanto robore Hercules rursus illi brachia imcat. uerum Antaeus non expectatus amplius hostis uiribus, sponte cadebat plus continue uinum ex ipso casu accipiens. Quare tandem intellecta, standum est tibi o Antae Hercules inquit. Non sterneris amplius, nec terrae, sed pectori nostro fixus haerebis. Quae cum dixisset, iunuenem alte sublatam, ac telluri sternere se conantem, arctissimo nexum uinculo, intra uulnas suas exspirare coegit. Ouid. Saenog; alimenta parentis Antaeo Eripui. Lixum oppidum, de quo paulo ante diximus in promontorio situm est, quod Ampelusiaticam uocant. Id Tingi quoq; appellatur, & ab Antaeo creditur conditum. Cuius rei indicium est parua Elephantino tergo-re execto, quae ibi longo tempore uisa fuit. ingens, & ob magnitudinem nulli habilis, quam locorum aetoliae ab illo gestatam pro uero habebant, ideoq; eximie uolebant. Quidam etiam sepulchrum



se pulchrum eius ibi fuisse commemorant, et pedem cubitorum sexaginta, quem a fertorio nudatum, & rursus terrae demandatum ferunt. Tingis postea a Claudio Caesare cum coloniam fieret, traducta Iulia appellata. Quidam tamen lixum, ac Tingis diuersa fuisse opinantur. Item Hercules geminas colūnas in occidente posuit. quia enim ex oceano mare nostrum intrantibus, duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa, Abilam uocant. alterum in Europa Calpen, hos quondam uictor peruenio iugo fuisse sinxerunt, sed Herculem diremisse colles, atque ita exclusum antea mole montium oceanum, ad quem nunc inmundat admissum Sene. Penetrare iussus solis aestiuis plagis, Et adusta medius, re gnaq; terret dies, Vtrinque montes soluit abrupto obice, Et iam uenti fecit Oceano uiam. Aliqui tamen hos montes procul spectantibus geminas colūnas uideri dicunt, & exinde datum fabulae locum. Alij, quod de colūnis scribitur, non fabulam, sed historiam esse putant. Est in oceano ad mare nostrum ingressu prope ferē erumpentem Betim Hispaniae sinuen insula, quae Gadis dicitur. nonnulli Erythraea, quoniam Tyrj ab origine eorum orti ab Erythreo mari ferēbantur. Alij Aphrodisiam quidam Iunonis insulam uocauerunt. distat a Calpe se pingentorum quinquaginta stadiorum interuallo. parua quidem insula, sed uirorum dignitate excellēs, in qua equestri ordinis graditanos quingentos in uno censu numeratos aliquando fuisse compertum est in uno, ac per exiguo oppido, quod Gadum uocabatur, quae res nulli italicum urbium contigit praeter Patauinos. Addidit postea Balbus Gaditanus uir triumphalis alterum oppidum, quod Neapolim uocauit, deinde ex utroque deducta est Didyma urbs omni genere uoluptatum abundans. In hac insula tradunt Geryones olim habitasse, de quibus mox dicemus. habet enim pascha laeta, et herbam, quae greces, & armenia paschantur, licet semisiticam, mirum tamen in modum animalia impinguat. Casēū multum, aquam immiscendo perficiunt, quoniam hac ferū non habet. genus praeterea hominum lasciuum. nam & ioculatores, ac saltatrices, ac tibiam inde ad urbem usque consuebant. et haec artes praecipue in hac insula discabantur. Est & alia Gadis insula minor habens oppidum cuius Romanorum, quod Iulia appellatur. de Gadum ergo aedificatione talia narrant. Tyrj olim oraculum sciscitantibus responsum fuisse, ut ad Herculis colūnas Coloniam mitterent. Eos igitur, qui spectandi gratia missi fuerant, ubi ad fretum, & Calpes angustias peruenere, orbis terminos esse ratos, quod laborum Herculis metae fuissent, Gades ibi occupasse, & in altera earū urbem adactum, templum uero Hercules ad orientem condidisse. Hinc colūnarum Hercules nomen propagatum. quidam colūnas Hercules eas esse dicere, quae intra Hercules adē in Gaditana insula erant ex aere, octo cubitorum, in quibus sumptus in constructione templi factus, erat in scriptis. Proficisci uero ad eas solebant, qui nauigationem absoluisent, Herculi sacra facientes, & sic uenari se adeo existimantes, ibiq; maris et terrae finem esse a sacerdotibus instruabantur. Mos praeterea ueterum fuit colūnas, aut aliud aliquid huiusmodi ponere, quo uel fines expeditionum suarum, uel res fortiter gestae intelligerentur, quemadmodum Rhegyni turrim quandam super fretum locauerunt, & aliam turrim huic oppositam Siculi, quae uocant Pelori, & quae philenorū arae dicuntur, in media quodammodo Syrtium tellure posita sunt. in Isthmo quoque corinthiaco columnam quādam locatam fuisse memoriae proditum est, quam Iones, dum Atticum, & Megarensem a gru occupassent, commūiter constituerunt. Simili modo, qui illis ē peloponneso electis prouinciam in potestatem suam redegere, alteram columnam erexerunt ē parte, quae Megara spectabat, ita iscri-

ptam, hac non peloponnesus, Tonia est. at qui Alexander maedo in extremis Indiae colūnas, quasi finem indiae expeditionis erexit, Herculem, ac liberum patre imitatus, quos aras struxisse historiarum scriptores posteritati tradiderunt. quoniam uero monimenta huiusmodi uetustate fatiscencia deficiunt, sit ut nomina ipsa in locos, ubi sita erant, siue promontoria sine, siue scopuli, siue insula transferantur. Quae propter simile uerum ibi esse uidetur, a principio quidem duas colūnas, quasi laborum suorum metas, siue rerum a se ibi gestarum monimenta ab Hercule positas fuisse. Postquam uero illae uetustate defecerunt, uel duobus, quos diximus montibus, uel duabus propinquis insulis huiusmodi nomina remissa fuisse, quas recte Pindarus portus Gaditanas appellauit. Scribit Polybius Gadibus in templo Herculis fontem esse aquae dulcissimae, cui fluxus maris contrarius esse uideatur. etenim quoties mare augetur, fontem deficere. dum uero refluit, aqua compleri. Cuius rei causam affert huiusmodi, quod spiritus, qui ē cauernis terrae in supernas partes exhalat, dum terra in accessu maris fluctibus opitur, egressi prohibetur, ideoque ad interna reuersus fontis meatus occludit, propter quod necesse est aqua deficere, in reflexu uero maris, detecta iam, ac nuda terra spiritum meatus suos liberos habere. itaque non impeditur amplius saturigine fontanam aquam uberim fluere. Incola hoc, ut fieri solet, non naturali ratione, sed Herculis miraculo erubuit. Arborem quoque Gadibus fuisse commemorant, quae ramos ad terram usque incuruatos haberet, frondens, ac mucronis speciem gerentes, longitudine cubitum, latitudine quatuor digitos excedens. eius arboris ramos siquis excidisset lactis magnam copiam emittebat. radice ex ipsa inuicium humorem exudabat. fructum praeterea ferebat gustu suauissimum. Gades quatuor diuē insulae sunt, ut supra ostendimus, utraque tamen tam singulari numero Gadem, quam plurali Gades appellamus. a quo gaditanus deducitur. unde puellas gaditanas dicimus libidinosas. procaeres. saltatrices, & nimia lasciuia in cantilenis, ac choreis gestientes. Tales enim uenire ē gadibus, & Didyma, quod supra diximus, oppido solebant ad urbem. Item uiri dicuntur. gesticulatores. Sarraceni. Mart. Quod de gadibus improbus magister. Idem de puella gaditana. Tam tremulum crissat, tam blandum prurit, ut ipsum masturbatorem fecerit Hippolytum. Idem, Nec de gadibus improbis puellae uibrabant sine sine prurientes. Idem, Facundos mihi de libidinosus. Legisti nimum Sabelle uersus, qualers nec didymae sciunt puellae. Hercules mala aurea ex hortis hesperidum tulit dracone, qui ea die, nocteque per uigil custodiebat, interempto. Seneca. Post haec adortus nemoris opulenti domos, aurifera uigilis spolia serpentis tui. Lucretius, Abstulit arboribus pretium, nemo riq; laborem Alades, passusque impes sine pondere ramos, Re tulit argolico sielgenti poma Tyrano. De hac fabula, oibusque ad ea pertinentibus satis, superque superius differemus. Huc draconem uasto corpore tradiderunt, inter duas arcuos a Iunone in caelo collocatum, quod Iuno, cum ea Iupiter uxore duceret, inuenisse terram dicitur aurea mala ferentem, cuius rei stupore pmotus, a terra petiisse, ut huiusmodi arbores in hortis suis fereret, qui erant iuxta Atlantem montem. Satis itaque ibi arboribus, cum fructum ferre cepissent, & filiae ex ijs mala frequenter decerpere, hunc draconem adhibuisse custodem. quae autem hic draco sit, illud indicio est, quod supra eum in caelo Hercules simulachrum ordinatur. nonnulli tamen hunc draconem a gigantibus Mineruae obiectum scripsere, cum eos oppugnaret. Mineruam uero sic, ut obiectus fuerat contortum in caelum iecisse, & ad ipsum caeli axem fixisse. itaque adhuc implicatum corpore uideri, quasi nup ad sidera perlatum, quippe arcum minorē corporis sinu facto ita concludit, ut penes pedes eius tangere ui-



deatur, caudæ autem flexu caput maioris attingit, ac pite suo, quasi reducto archicam circulum contingens corpore, quasi in sphaeræ speciem cōplicatus. Nam, si quis diligenter animaduertit, facile poterit intueri caput Draconis ad maioris ursæ regionem caudæ collocari. habet in utroq; tempore singulas stellas. in oculis quoq; singulas. in mento unam. in toto corpore reliquo passim claras decem. itaq; in totum sunt quindecim stelle. Hercules ad hesperidas tendentis se quidam comites fuisse dicuntur, q; postea iuxta Aethiopas hesperios habitauerunt, Phaurusi dicti, qui aliqñ Mauris per desertā miscuntur nigretibus a Nigre flumine ita appellatis uicini. Hercules Geryonem aduersus se uenientem bello superauit, sublatumq; ei e grege u pecus abduxit in Græciam. hunc fabulæ ferunt trigeminum, hoc est triplicis naturæ fuisse. Alij triformē. Hesio. Triapitem, hoc est trium capitum, et fulguris filium. Sed ueritas historia hęc Geryonem in ea parte Hispaniæ, quæ etiam insulis constat, regē fuisse, duosq; habuisse fratres simili modo Geryones dictos. tanta uero inter se concordia uixisse, ut cum tres eēt, una omnes anima regi uiderentur. In ijs præterea, quibus imperabat locis, tantam, ut supra diximus, pabuli lætitiā esse, ut nisi per abstinentiam interpellata sagina fuerit, pecora corrumpantur. Hinc armenta Geryonis, in quibus solis ea tempestate opes eximabatur, tantæ famæ fuisse, ut Herculem ex Asia prædæ magnitudine illexerint. Nec bellum Herculi sua sponte Geryonem intulisse, sed cum armenta sua abduca uidisset, amissa bello repetisse. Seneca. Inter remotos gentis hespericæ greges pastor triformis littoris cartesii peremptus, acta prædæ e ab oatu ultimo notum citheron pauit Oceano pecus. Cartesii litus hispanum appellat, in quo freti angustiæ sunt. in monte enim, quæ supra diximus Calpena appellari, Carteia oppidum est, Cartesios a græcis dicti, quæ transuerti olim ex Africa Phœnices habitauerunt. A Carteso cartesius deducitur. A Geryone uero fit geryonæus. Plau. Qui mihi intromissisti in aedibus quingentos uicos cum senis manibus genere Geryonæo. Tradunt autem fabulæ Herculem poculo in Hispaniam nauigasse, unde nationem quandā hominum fuisse prope Heracleā ab Hercule constitutam Cyclicariorum, composito nomine ἀπὸ τοῦ κύβητος, quod poculi genus nos una litera inuicem calicem dicimus. Cic. Quod hic calix mulsus impingendus est, ut plora re se desinat. Ego tamen existimo non poculo Herculem maria transuictum (ut fabulæ narrant) sed nauigio, cui scypho nomen fuit, a cuius postea similitudine poterium uas, Scyphus sit uocitatus. Virg. Et sacer impleuit dextram scyphus. Sic enim scyphus Herculi tribuitur, ut cantharus Libero patri, qui et ipse a nauis nomen sumpsit. Virg. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Item carchesium Ioui. Est. n. carchesium quoq; poculi genus. Virg. Hic duo rite uero libas carchesia Baccho. Tradunt Iouem, quoniā cum Alcmena concubuit, pretiū ei cōcubitus carchesium aureum dedisse, quāuis Plautus inuictum nomen relinquēs, paterā in amphitryone datam affirmet. Cū longe utriusq; poculi figura diuersa sit. Paterā. n. ut et ipsum nomen testatur, planum, ac patens est. Carchesium uero procerum, ac circa mediā partem compressum, ansatum mediocriter ansis a summo ad infimum pertingentibus, et huic quoq; a nauis inferior pterna uocatur, circa mediā ferē partem trachelon. Summa uero pars carchesium nominatur. unde in utroq; ueli latus diffunduntur, eaq; Cornua uocantur. Hercules deui et a Amæonum regina, ablatum ei balteum Eurystheo tulit. Sene. Non uicat illum cœlibis semper tori regina gentis uidua thermodonticæ. Tradunt olim apud scythas duos reges inuenes Ilinum, et solophitum per fictionem optimatum domo pul-

fos igentem iuuentutem secum traxisse, et in Cappadociæ ora iuxta annē Thermodonta confedisse, subiectosq; Thermiscyras occupasse. Thermiscyra Cappadociæ campus est, qui partim pelago alluitur, partim uersus montanam regionem arboribus plenus, et irriguus est, cum undiq; fluenta saturant, e quibus omnibus flumen unum maiorem in modum auctum nomine Thermodoon tonum campum percurrit. Hic igitur, cum p multos annos iuuenes cum Scytharū multitudine confedissent, prædari semper, ac spoliare finitimos assueti, tandem conspiratione populorum per insidias trucidantur. Horū uxores, cū uiderent exilio additam orbitatem, cepissent arma. finesq; suos submouentes primo. mox et inferentes bella defendunt. Nubendi quoq; finitimos animum submouerunt, seruitutē id non matrimonium appellantes singulare oīum seculorū exemplū ausse. sine uirō administrare remp. immo et cum contemptu uirorū tueri, et ne feliciores alijs aliæ uiderentur, uiros gong; domi remanserant, interficiunt. Vltionem quoq; occisorū conūgam excidio finitimorū consequuntur, tum pacē armis quasieta, ne genus interiret, finitimorū cōcubitus quasiere. Si uires nascerentur, mox trucidabant. Virgines uero educabant non otio, neq; lanificio, sed armis. equis. uenationibus exercentes, in fantum dexteriores m̄ nullas inurebant, ne sagittarū iactus impediretur, propter qd Amæones sunt dicti. a enim priuatiua particula est, μάδος mammam significat. Duæ ijs regnæ fuere, Marthesia, et Læpeda, quæ maiore Europæ partem subegerunt. In Marthesiæ locū filia eius successit Orithyia, cui præter singularem belli scientiam eximia seruitate in oē æuum uirginitatis admiratio fuit, et sororē habuit Antiope. post Orithyiam Pantesilea regno potita est, cuius Troiano bello inter fortissimos uiros, cū auxilium aduersus Græcos ferret, magnæ uirtutis documenta extiterit. hæc se curim bellicā priā oīum dicitur inuenisse, interfecta deinde Pantesilea, exerataq; absumpto, pauca, quæ in regno eius remanserant, ægre se aduersus finitimos defendentes, usq; ad tempora Alexandri magni durauerunt. Harū, siue Municia, siue Calestris regna cōcubitu Alexandri per dies. xiiij. ad sobolem ex eo generandā obtento, reuersa in regnum breui tempore cum oī Amæonum nomine intercedit. claræ iter alias Amæones Menalippe, atq; Hippolyte fuisse memorantur. thermodonticæ autem dicte sunt amæones a Thermodote, siue Thermodoonte flumine (utroq; enim modo dicitur) qd ortū ad castellum, quod uocant Phamariam, præter radices montis labitur, qui dicitur amæonius, qd in ijs locis amæones imperauerunt. Thermodoon etiam Cappadociæ oppidū est, et simul alia quinq; illustria. Amæonius Thermiscyra, quæ prius Onyza, postea Cæsaria est dicta. Sotira. Amasia. Camara. Cappadociæ prouincia est a Cappadocæ amne nomen trahens, ante Leucosyria dicebatur. unde Cappadocæ Leucosyri. hæc gentium omnium, quæ potum atcolit, præcipue intro uersus recedit latere leno utraq; armenias. et Comagenem simul trāsit. Dextro pluribus Asiæ populis arcū fusa, ad Tauri iugū, et solis oriū attollitur. præterit Lycaniam. Pisidiam. Ciliciam. V adit sup tractum Syriae, Antiochia partem regionis alterius in Scythiam pertendens. Ab armeniā maiore diuisa, Euphrate amne, Maζacam sub argeo sitam Cappadocæ matrem urbiū nominabant, qui argus cum nuda libus iugis arduus, ne aestuo quidem tempore pruinis atreat, indigenæ habitari deo credunt. Sunt præterea in Cappadocia flumina Hilar. Salus. Lycus. Iris. Oppida uero insignia, Archelais Claudij Cæsaris Colōia. Neocæsaria. Sebastia. quæ sebastopolis, Melita a Semiramide condita, haud procul Euphrate, et Diocæsaria, atq; Magnopolis. Euphrates amnis est notus, qui Armeniam maiorem (ut diximus) a Cappadocia diuidit.



uidit. Hercules Cacus claua ictum interemit. Cacus fabulæ tradunt Vlacum filium fuisse, ore ignem euomentem, & in uastis speluncis habitantem, uastum corpore prædæ, ac latrocinij semper intentum, cuius soror Caca uocabatur. Virg. Hic spelū cæ fuit uasto submotæ recessu, Semihominis Caci facies quæ dira tegebat Solis in acensam radijs, semperq; recenti Cæde tepebat humus, foribusq; affixa superbis. Ora uirum tristi pendebant pallida tabo. Huic monstro Vulcanus erat pater, illius atros Ore uomens igneus magna se mole ferebat. Seruius honoratus grammaticus ideo Vulcani filium Cacus existimat fictū esse, quia adiacentia omnia ferro, igniq; uastabat. Historio graphi uero Cacus ferunt locum habitasse, cui Salinae nomen erat, ubi trigemina deinde porta facta est. cum cum a Marsorum rege ad Tarconem Tyrrenum legatus uenisset, et Megale in custodia a Tarcone fuisse traditus uincula fregisse, & simul cum castro rediisse ad regem, nec multo post a plioribus præsidij reuersum, arca uulturum, & Campaniam regnū occupasse, sed cum attractare et ea auderet, quæ in Arcadium iura concesserant, duæ Hercule, qui tum forte ad ea loca peruenerat, oppressionem fuisse. Megalen uero a Sabinis receptam augurandi sciendam eos docuisse. T. Lilius fabulam simul, atq; historiam complectens (ut est mos eius) in primordijs urbium cū humanis diuina coniungeret, Herculem scribit in ea loca, ubi nūc Roma est, interepto Geryone boues mira specie abegisse, ac propè Tyberim fluium, quem armentum ante se agens nādo traiecerat, loco herbido, ut quiete, pabuloq; & boues, et se ipsum fessum reficeret, procubuisse. Ibi cum cibo, potuq; grauatim sapor oppressisset, pastorem eius loci acolam nomine Cacus, ferocem uiribus, pulchritudine bouum capram, auertere eā prædā statuisse. Sed quia si agendo armentum in speluncā compulisset, ipse uestigia querentem dominum eō deductura erant, auersos bouum pulcherrimos caudis in speluncam traxisset. Experrectum deinde ad primam auroram Herculem, cum grege oculis perustrato partem abesse intellexisset, uersus proximam speluncam perrexisse, si forte eō uestigia ferrent, quæreret, sed cum uestigia omnia fors uersa uideret, nec in partem aliam ferre, confusum, atq; incertum animi, ex loco infesto agere armentum statuisse. Cum uero boues quædā ex ijs, quæ in speluncam actæ a Caco fuerant ad desiderium, ut fieri solet, relictarum inuigilarent, conuersum Herculem ad speluncam properasse, quem cum prohibere aditu Cacus conaretur, claua ab Hercule ictum, & pastorum fidem nequicquam inuocantem oculum fuisse. Constat sane Euandrum e Deloponne so profugum, ea tempestate, hæc loca tenuisse, Quippe Tauinus benigne exaptum eum mediocri turba populorum & agris, & monte, quem ille postea Palatium appellauit, benigne donauerat. Venerabilem uirum miraculo literarum. uenerabiliorē diuinitate credite Carmentæ matris. Is tum Euander conuersu pastorum arca aduenam cædis manifestæ reum facto, postq; facinus, et sanoris causam audiuit habitum, formamq; uiri aliquanto ampliore, angustioremq; humana inuens, qui nā eēt rogauit. Vbi uero nomen, patremq; & patriam cepit, salutauit eum, & prædictum sibi olim a matre fatidica dixit impleturum eum celestium numerum, & aram eo in loco edificandam, quæ opulentissima olim in terris gens maximā uocaret, eiusq; ritus coleret. Dedit tum dextram Herculem, et accipere se omnia, impleturumq; fate dixisse ara condita, atq; dicata. Ibi tum primum boue eximia capte de grege sacrum factum, adhibitis ad ministerium, da peniq; Potitij, ac Pinarij, quæ tum familia maxime inelytæ ea loca incolabant, Sacellum Herculis in boario foro fuisse manifestum est, in quo argumenta conuincij, et Latine maiestatis eius longo tempore durauerunt. eod. n.

neq; canibus, neq; muscis in gressus erat. siquidem dū uis ratio nem sacrificij libaret. Magnam deum dicitur iprecatus, clauam uero in adiu reliquisse, cuius olfactu canes resiegebant. Sunt qui uelint non nugari proditas boues, quæ in speluncæ erant, sed Cacam sororem Caci fuerunt indicasse, utriq; a prauitate, siue potius a deformitate nomen impositum. uanos enim malus est. uanos mala. Item cacos de formis. unde catosyntheton de formis compositio interpretatur, & cacophonaturpis locutio, ut cum dicimus, & doriat castra. et cacethos malus mos. Hinc fit caco uerbum, quod si significat ex cresco, seu uentris onus depono. Nam hoc quoq; & dictu, & factu fœdū est. A quo cacator cacatrix. & cacatio. Mart. V entris onus misero, nec te pudet excipis auro, Basse bibis uitro, carius ergo cacos. Item a caco, cacaturio. Idem. Canaturit Vaccra, non cacaturit, sed de hoc diximus superius. Cacabus non a cacando deditur, sed a sono, quem facit, dum feruet. uas est, in quo pulmētarium coquitur. Paulus iuriconsul. Non multum interest inter cacabum, & ahenum, quod supra focum pendet. hoc aqua ad potandum calefit, in illis pulmētarium coquitur. cacula uero κακὸ τῶν καλῶν, hoc est a lignis deriuatur, quod sustinibus, clauisq; ligneis ad telā domitorum armari soliti sunt. Sunt enim caculæ serui mulinam. Plau. V ideo caculam militarem, Hercules centauros nuptiarum die hippodamen Pirithoo auferre uolentis acri bello superauit. Quid. Nec mihi centauro ponere resistere. sunt tamen qui non hoc die solum pugnasse cum centauris Herculem uelint, sed etiam alijs. Nam cum Eurytus centaurus ab Oeneo Calydonum rege forte hospito susceptus fuisset, Deianiram filiam eius simulac uidit, petijt sibi dari uxorem Oeneus, quæuis illam iam Herculi spondebat, uim tamen centauri timens, huic se eam traditurum promisit, quæ propter orto inter Herculem, atq; Eurytum nuptiarū die bello, Hercules debellato centauro uictor euasit. centauri Ixionis, & Nubis filij fuisse dicuntur, media parte homines, media equi. Quippe Ixionem tradunt Phlegæ filium a Ioue in caelum assumptum Iunonem de adulterio ausum interpellare, quod cum ab uxore Iupiter intellexisset, opposuisse illi nubem sub Iunonis effigie, cum qua congressum Ixionem Centauros genuisse, deiectum deinde a Ioue in terras, cū inter mortales gloriaretur se cum regina deorum rem habuisse, fulmine ictum, & ad inferos demersum fuisse, ubi rotæ plenæ serpentum alligatus assidue uolutatur. Quid. Voluitur Ixion, & se, sequiturq; fugitq;. Seruius uero grammaticus hanc quoque fabulam de centauris narrat, cum quidam Thessalus rex bobus Oestro ex agatatis, satellites suos ad eos reuocandos ire iussisset, illos cū cursu pedestri non sufficerent, equos ascendisse, eorumq; uelocitate armentum assessorum stimulis agitando ad stabula reduxisse. hinc κακὸ τῶν καλῶν, quod pungere est, & stimulare, centauros dictos. & quoniam uel currendo uelociter, uel dum equi eorum in transitu Penei fluminis potātes capite inclinate tenerent, unum esse animal uidebatur, datum huic opinioni locum, ut semi equi, & semi homines essent, sic Seruius, & alij quidam, dum fabulam reducere ad historiam uolunt, maiorem ipsi fabulam confinxere. Veritas autem historię hoc habet Centauri populi sunt Thessaliæ secundum Pelium montem habitantes, dura sanè, & agrestis natio. hi primi pugnare ex equis inuenerunt, cum ante equis uehi Bellerophon, frenis, & ephippijs uti Peletronius inuenissent. Hinc igitur datus fabulæ locus, & a stimulando alacribus equo cētaurus appellatus est, propter quod & hippocentaurus, hoc est equi stimulator est dictus. his proximi erant alij populi Lapithæ, & ab alijs Laphitæ a Laphita Apollinis filia nominati, iuxta Othryn montem eiusdem prouinciæ habitantes, cum



quibus assidue bella gesserunt, sed aduersus hos Ixion primo, deinde Pirithous filius profecti ex eo loco expulerunt, & simi- li modo e' Pelio monte centauros, quos ad Ethias compulere. Laphitis autem campestris concesserunt. A' centauro centauri on deducatur, herba est, de qua supra diximus. Alij phædum centaurum huc fuisse existimant, qui aruspiciæ doctissimus fuit. Itaq; ad aram cum hostia uenire Iouis uoluntate figuratur. Nomina centaurorum, qui magis insignes fuerunt, hæc sunt. Chiron Saturni, & Philyræ filius. Ixiones uero, & nubis filij Eurymus. Amicus. Gryneus. Rheus. Orneus. Lycidas. Me- do. Pisenor. Thamas. Mermeros. Pholus, qui suscipisse Hercu- lem hospito dicitur. Luca. Hospes & Aladæ magni Phole, Næ Pholoe mons est Arcadiæ syluosus. Item proprium nomen mu- lieris. Virg. Cressa genus Pholoe. Menelaus. Abas. Nessus. Eu- rynomus. Areus. Imbreus. Ceneus. Aphidas. Phereus. Lycus. Cronius. Dictus. Elops. Bianor. Herlinus. Lycetus. Hippasos. Rhipheus. Thereus. Demoleon. Phlegæus. Hylas. Iphinous. Danis. Dorylus. Cyllarus, qui amantem habuit Hyllemonem Centauram ambo forma, ac decore præstantes. Phæbi comes. Thonius. Teleboas. Pyretus. Ocelus. Eri gryppus. Astylus. Nes- feus. Oditer. Stipholus. Bromus. Antimachus. Helinus. Pyæ- gnus. Latreus. Monychus. Thessalia Græciæ promicia est, ex una parte Bœotiam, ex altera Macedonia habes. hæc et Hæ- monia & Pelasgi dicitur. Homerus uero Thessalos Argopelas- gos appellat. in hac natus est Græcus rex. A' quo græci. græ- cia. græcisco, hoc est græcus imitor. & per græcor, quod est epu- lis, & potationibus inferno, quod est græcorum proprium. Titinius. Hominem impium nunc ruri per græcatur. Itē Hel- len Deucalionis, & Pyrrha filius. a' quo Hellenes appellati. Deucalion quippe Thessaliæ imperauit, cui uxor fuit Pyrrha filia Epimethi patris huius Deucalionis, horum tempore (ut Aristoteles refert) ingens imbrum illuuius maiorem partem populorum Thessaliæ assumpsit. paucis, qui ad montum cal- mina sese receperant, conseruatis, inter quos Deucalion Parnas- sum petierat, rariibusq; ad se confugetes per summa Parnassi iugæ benigne fouebat, propter quod dictus est genus humanū reparasse. Ex quo poetæ finxerunt hunc, & uxorem eius Pyr- rham, cum aquæ decreuissent, ipsiq; soli superstites eēt, iāq; ætate prouecti, perrexisset ad oraculum Themidos, quæ Deam ijs rebus præesse existimabant, quæ fas essent, nam græci di- uis dicunt fas, & in templo eius, quod in Bœotia erat iuxta Cyphisum amnem, deam, quomodo instaurari genus humanū posset, consuluisse. Respondisse autem deam facile id fieri posse, si materna ossa post terga iactaret. itaq; Deucalionem pro ma- tre terram interpretatum esse cunctarum rerū parētem. Ter- ræ uero ossa lapides esse, itaq; iactatis ab utroq; post terga lapi- dibus, quos Deucalion miserat, uirilem. quos uero Pyrrha mu- liēbrem faciem sumpsisse. Iuuen. Ex quo Deucalion nimis tol- lentibus æquor nauigio ascendit montem, sortesq; poposcit, pau- latimq; anima caluerunt mollia saxa. Et maribus nudas osten- dit Pyrrha puellas. Constat autem Deucalionē ex Pyrrha qua- tuor filios suscepisse. Amphictiona, & a' quo græci Hellenes ap- pellati sunt, Helena. Item duas foeminas Protogniam, & Me- lantiam. Fuit & aliud diluuium hoc maius, tempore Ogy- gis Thebanorum regis, qui Bœotias Thebas edificauit citate- mille, & quingentos annos ante urbem Romam conditam. Itē aliud diluuium antiquissimum omnium maximū, in quo nul- li euaserunt, nisi qui in arca fuere. Ab Ogyge ogygius deduci- tur. Vnde ogygia moenia Thebana sunt dicta. Ogygia etiā in- sula est maris Phœnicij. in Thessalia sunt montes quatuor, & triginta, quorum nobilissimi Pieria, parens, domusq; musarū. Pellion & ossa gigantum bello memorati. Ab ossa ossæus de-

ducatur. Ouidius, Eufus in ossæ uillosis pellibus urse, hic mons centaurorum stabulum fuit, tantaq; in eo pinorum co- pia esse traditur, ut ex inflexione ramorum se penumero toni- trua represententur. Luca. Quantus piniferæ, Boreas cum Thaus ossæ Rupibus incubuit, curuato robore pressæ Fit sonus, aut rursum redeuntis ad æthera syluæ. Item Pindus, et Othrys Laphitarum sedes. Item Olympus, cuius usq; adeo uer- tex attollitur, ut summa eius cælum ætolæ uocet, propter quod poetæ cælum olympum uocant. Dictus est autem Olympus, quasi ὄλος ἄκμων, hoc est totus fulgens, quia solem clarum habet, nullisq; unquam nubibus fusatur. Lucretius, Nubers excedit Olympus in eius cacumine aram fuisse com- morant Ioui dicatam, in qua si qua de extis remanebat, nec dif- flabantur uentosis spiritibus, nec pluujs diluebantur, sed uol- uente anno talia reperiebantur, qualia fuerant relicta, & om- ni tempore ab aurum corruptione uinducatur, quicquid deo semel tibi consecratum fuisset. Literæ quoque in anere scri- ptæ usæ sunt usq; ad alterius anni cerimoniam incorruptæ p- manere. Ab olympo olympus deducatur. & olympicus. & Olympia, quæ urbs erat inter ossam & olympum. Olympia etiam ludi erant, qui in honorem Iouis olympici apud Pisam, & Elidem græciæ oppida celebrabantur, hoc est gymniciū certamen, quod quinto quoque anno fieri solebat. unde olympias dicitur quatuor annorum spatium. & exinde tempora ab olympiadicis computare cœperunt, ita numerantes olympia- dis primæ. aut secundæ. aut centesimæ. anno primo. uel secun- do. uel tertio. uel quarto. Constat sane Aeschylus Atheniensium iudicis secundo anno primam olympiadem actam, quam Iphi- tus filius Praxionidis, siue Hæmonis simul cum gymnico certam- ine instituit. ab hoc tempore græci de temporibus historia ue- ra esse credunt. Nam ante (ut cuique usum fuit) diuersas sen- tentias prouiderunt. Primus autem olympiacum certamen in- stituit Hercules in honorem Pelopis. A' quo usque ad primam olympiadem anni. ccccxxx. supputantur. Item ab olympis olympicus deducatur, ut olympiacum certamen. & olympio- nias, hoc est is, qui in olympico certamine uictor euasit. quip- pe uix græci uictoria dicitur. Item Olympias. et Olym- piadorus nomina propria. Est etiam alius mons Olympus in Gallogræcia, alius apud Mysios, ad cuius radices est urbs Pru- sa ab Annibale (ut ferunt) extructa. Alius est secus mare ru- brum, haud longe ab Heliopoli oppido, qui oriente sole usq; ad horam quintam diei flammam emittit. Olynthus uero urbs fu- it sithoniæ iuxta Atticam, quæ cum ab Atheniensibus ad Phi- lippum defecisset, ab illis deinde euersa est. Pisa & Elis Arca- diæ oppida fuere. Ab his uenerunt, qui Pisam in Italia condi- dere, a' Pelope (ut putant) ita nominatis, de quo Ouidius, Ha- quam pene Pelops Piseo concidit axe, dum spectat nullus Hippodamia tuos. A' Pisa Arcadiæ Pisei dicitur. A' Pisis Ita- liæ Pisani. Quidam etiam a' pisa pisum dictum existimant le- guminis genus notum. Cuius caules sparguntur in terram, nisi habeant adminicula. hoc enim abundare ea urbs proditor. A' pisum uero Pisones appellati, sicut a' lente Lenuli. a' ciere Ci- cerones a' faba. Fabij. Quidam tamen Pisones a' pisendo pon- us dictos existimant. A' pisa etiam, siue pisa, quod græci neis dicunt, quidam deductum esse Pisistratum existimant prop- rium uiri nomen. Fuit hoc nomine Hippocratis filius Athenarū tyrannus, cui ob summam eloquentiam Atheniensis se, & li- bertatem submisere, quo tempore Romæ Seruius Tullius re- gnabat, quamuis Solon ipse quoque summus orator e' contra- rio pro libertate staret. Idem primus apud Athenas Bibliothecam instituit. sunt prætereā in Thessalia flumina, iter quæ cla- ritate excedit Peneus ortus iuxta Gomphos inter ossam, & olympum



Olympum per nemorosam conuallē defluens, collibus dextra, leuāq; molliter curuis, non paruo spatio nauigabilis. in eo cursu Tempe uocatur quinque millium passuum longitudine, et ferme sex latitudine pulcherrimus ager, amoenus gramine. referus arboribus canorus auium concentu. iugis dextra, leuāq; leuiter sese attolentibus. Fama est omnem hanc regionem quōdam sita gnasse, cum litus cam pis altius, et coniuncti inter se montes aquae exiunt non præberent. Sed secutis postea terræ motibus, uel (ut quidam uolunt) Neptuno, ut alij, Hercule auctore ossa ab Olympo diuisa, abruptisq; litoribus, exisse Peneum in mare, et hanc felicissimam regionem sicam reliquisse. de qua Ouidius. Est nemus Hamonia, prærupta quod undiq; claudit sylua, uocant Tempe, per quæ Peneus ab imo effluit in Pindo fumosis uoluitur undis. Qui ab Hercule hoc factū uolunt, inter cetera eius facinora hoc numerant. Seneca.

Emitte tecum dirutus qualis iugis

Præcepto citato flumini quærens iter,

Quondam stetit saxa, cum uasto impetu

Patere tempe. pectore impulsus tuo

Huc mors, et illuc cecidit, et rupto aegere

Nona currit Thessalus torrens uia.

Hinc ab usue loca quæcunq; amœna, nemora præsertim, atq; aquas habentia Tempe uocamus. Virgilius, Spelunca, uiuq; lacus, ac frigida Tempe. Thessalia præterea sunt pharsalica campi in quibus ciuiliū bellorum detenuerunt procellæ, a Pharsalo oppido appellati, quod situm est in ripa fluminis Oenipei. A Pharsalo pharsalij dicti. De oppidis uero Thessaliæ egregia sunt Phthia. Thebæ. A quibus deducuntur Phthiotæ. Larissæ. Thebani. Thebæi. Thebais regio. Thebais Statij poetæ opus, in quo de Thebis tractatur. Thessalia autem a rege Thessalo ibi regnante appellata est. A Thessalia Thessalus dicitur. et Thessalicus. et Thessalonica urbs insignis, patria Theodori Gaza, qui ætate nostra inter utriusq; lingue doctissimos uiros principatum sine dubio tenuit. nunc uero immatura morte indignissime rapto iure defletur ab omnibus. Ab hac Thessalonices dicuntur. Hercules Nessum Centaurum sub specie officij Deianiram coniugem sibi rapere uolentem occidit. Nessus inter cent uiros celeberrimus fuit, hic cum Laphitharū manus asinu euasisset, in Calydonium profugit a gryu, et iuxta Euenum amnem confedit. ubi cum Deianiram Oenei filiam uidisset in eius amorem maiorem in modum exarsit. contigit autem non multo interiecto tempore, ut per ea loca Hercules cum Deianira transiret. Sed, cum Euenum nimis tum imbribus tumentem transire non possent, Nessus operam suam in tradenda in alteram ripam Deianira pollicatus est. Quod cum Hercules laudato centauri officio permisisset, factum est, ut ipso adhuc natante, illis autem iam flumen egressis Centaurus opportunam tem nactus fugere cum Deianira mira celeritate contenderit. Quod conspiciens Hercules sagitta fugientem transfexit. hic postquam se sauciū, et eo uulnere periturum intellexisset, uestem uenenato cruore in spersam dono Deianiræ dedit, in ea uim esse affirmans, qua a quibuscunq; amoribus auertere Herculem posset. Hanc igitur cum credula diligenter custodisset, sentiens tandem post eos, quos referimus labores, Herculem Tolen Euryti Aetoliæ regis filiam, quæ Eurytis ab eo appellata est, deperire, medicatam uestem illi transmisit, sperans se hoc modo coniugis animam a pellicis amore diuertere, quem admodum posterius dicemus. Calydon uero a quo ager calydonius, Aetoliæ oppidum est septem millium quingentorum passuum spatio a mari distans, per quod Euenus fluit. Lucanus, Et Melea græam maculatus sanguine Nessi. Euenus Calydonia fecit. hunc fluiuum post Nessi mortem Centaurum poetæ ap-

pellarunt. Melea græa autem icarico Calydo uocatur, quia Meleager huic urbi imperauit, filius Oenei Calydoniæ regis. Sic enim a Calydone urbe ea regio appellatur, a qua et Calydonides dictæ. Ouidius, plangunt se matres Calydonides. est et in Britania Calydonia sylua ingens, et e' continenti illuc nauigantibus primo occurrens, a qua Britannicum pelagus Oceanus, et Britani aliquando Calydonij uocantur secunda syllaba longa, et tertia breui, ubi cum de Aetolico agro intelligimus, secunda syllaba breuis est, et tertia longa. Mart. Quinte Calydonios Ouidi uisere Britannos. Ouidi. Huius opes Calydon quamuis Melea gron haberet. e' Calydonia sylua Britannia ingens, ac sæui ursi mittebantur. Mart. Nuda calydonio sic uisce ra præbuit urso. a Calydone Aetoliæ etiam Calydonis deducitur. Ouidius, Tradidit Aonius pauidam Calydonida Nesso. Aetolia Græciæ prouincia est in tertio sinu Europæ. Epeiro. Acarnania. et Locris finitima, ab Aetolo Maris filio appellata, cum ex Elide a rege Salmoneo simul cum Epeo, et Pisanto eiectus ad eam habitandam uenisset. Aetolus. et aetolicus ab eo deducuntur, unde Aetolorum agrum. et aetolicum dicimus.

10 Hercules undecim filios Nelei occidit, totamq; eius domum, patriamq; euerit. Neleus Neptuni filius fuit ex Tyro nymphea filia Salmonei regis, ex qua Peliam quoque huius Nelei fratrem natu grandiore genuit. Sed Neleus, cum a Pelia fratre e' Thessalia pelleretur, Pylum in Laconia edificauit, in qua Messeniorum quondam naualia fuerunt. hæc urbs antiqua Pylos dicebatur, sed ea diruta, cum aliquā diu cultoribus uacua fuisset, secundo ab Atheniensibus edificata est, quo tempore cum Eurymedonte, et Stratocle in Siciliam nauigabant, ut aduersus Lacedæmonios murum interponerent. Ab hac urbe Nestor Pylus est dictus. Ouid. illius attractu Pylus iuuenescere posset. idem. Crede mihi Pylus Nestore maior ero. Hic Nestor Nelei filius fuit ex Chlora uxore, ex qua similiter genuit Chronium. Perichymenon. Agerochum. Peronem. et septem alios filios. Sed Hercules in ultionem Epeiorum aduersus Pylus profectus, domum eius, patriamq; euerit, et filios omnes peremit, Nestore solo superstiti. Vnde apud Ouidium sic loquitur Nestor, Bis sex Neleidae sumus conspecta iuuentus Bis sex hercules ceciderunt me minus uno uiribus. inter alios autem Perichymenon Neleidem, cui (ut Ouidius inquit) posse sagittas sumere, quas uellet, rursumq; reponere sumptus Neptunus dederat Nelei sanguinis auctor, cum in aquilam se uertisset, et faciem eius rostro, ac unguibus lacerasset, sagitta in altum uolantem transfexit. idem, Tendit in hanc nimium certos Tirynthius arcus, At que inter nubes sublimia membra ferentem, pendenteq; ferit, lateri qua iugitur ala. Tirynthius Hercules dictus est, quasi argiuis, quod in ea prouincia gesta eius maxime claruerunt Argos et Tirynthis duo Græciæ clarissima oppida fuerunt. Home. Qui tenere argos, Tirynthisq; mœnibus altam. Tirynthis Cyclopiū arte, atque opera arce, et mœnibus munitam fuisse commemorant. hos e' Lycia a Proeto uocatos fuisse, qui septem numero erant, quos gasterochiras, hoc est uentri manus appellabant, quoniam manuum artificio uiuebant. A Neleo enim fit neleides patronymicum, et neleus possessiuium. Ouidius, Nelei sanguinis auctor. Nestor (ut Homerus tradit) cum quinquaginta nauibus e' Pylo aduersus Troianos nauigauit, quamuis ætate iam prouectus, et trecentesimo uitæ suæ annum agens. Ouidius, Annos uixibus centum, nunc tertia uiuitur ætas. Iuuenalis, Rex Pylus magno sic quicquid credis Homero, Exemplum uitæ fuit a Cornice secunda. Hoc autem fictum est de Nestore, quoniam arce nonagesimum annum uixit, quæ sunt tres ætates. qui ppe ætas aliquando unius, aliquando triginta, aliquando centum annorum spatium



significat, ut supra diximus, quemadmodum annum quidam ita determinant, ut unus sit aestate, alter hyeme, alij quadripartitis temporibus, ut Arcades, quorum anni trimestres fuerunt. Quidam lunae senio, ut Aegyptij, apud quos etiam singula milia annorum quidam uixisse produntur. Cuius rei plerique ignari pro historijs fabulosa conscribunt, ut Anacreon poeta Argantonio Tartesiorum regi centum, & quinquaginta annos tribuit. Cynira Cypriorum CLX. Theopompus Epimenidi Cinosio CLIII. Hellanicus quibusdam in Actolia Epeorum gentibus ducentos. cui asipulatur Damiates memorans Pictorum quendam ex ijs praecipuum corpore, uiribusque etiam trecentis uixisse. Xenophon impetrim quendam scribit ad sexcentos annos, & filium eius ad octingentos peruenisse. de Galeno tamen medico exploratum est centum, et quadraginta annos eum uixisse. Tanta in cibo, potuque abstinentia usus est. Nunquam enim ad sacietatem comedit, aut bibit, nec cruidum quicquam unquam gustauit, odorificum semper anhelitum spirans, & sine aliquo morbo sola senectute defecit. Masimisam sexaginta annis regnasse indubitatum est. Gorgiam Siciliae centum octo uixisse. Q. Fabius maximus sexaginta tribus annis augur fuit. M. Valerius Corvinus centum annos impleuit. Cuius inter primum, & sextum consulatum quadraginta sex anni fuerunt. Tantumdem etiam uixit Metellus pontifex. Et ex foemina Liua Rutilia XCVII annos excessit, Stactilia Claudio principe ex nobili domo nonaginta nouem. Terentia Ciceronis CIII. Clodia CXV enixa etiam quindenies. Lucretia minima centum annis in scena pronuntiavit. Samulla quoque centum decem annis uixisse testatur Asconius Pedianus. in Tmolio montis cacumine, quod uocant Tepsin centum quinquaginta annis uiuere homines nonnulli prodiderunt. Tmolus mons est Lydiae antea Tymolus appellabatur. utribus constitus, ex quo profuit Pactolus annis ramenta auri uehens, & ideo Chrysothoas dictus. Abundat et croco. Virg. Nonne uides croceos ut Tmolus odores, India mittit ebur? Lydia prouincia est Asiae, quae flexuosus Maeandri annis recursibus persusa super Ioniam procedit, Phrygiae ab exortu solis uicina, ad septentrionem Mysiae meridiana parte Cariae aplectens, a Lydo filio Atys, & Tyrrheni fratre cognominata, cum ante Maonia uocaretur. quippe Lydus huic prouinciae imperauit. Tyrrhenus uero e Maonia discedens in Italiam uenit. quippe Atys unus ex Herculis, atque Omphales prognatus, cum ob sterilitatem, famemque emittere populum cogere, et duobus filiis sorte iacta Lydum quidem regni successorem instituit. Tyrrhenum uero cum maiori populi parte abiire iussit, qui tandem occupata ea parte Italiae, quae ad mare inferum sita est Tyrrheniam uocauit, et mare ipsum Tyrrhenum, quous aliqui uelint mari hoc nomen inditum, uel quod Tyrrheniam alluit, uel quod Tyrrheni nauatae in hoc se deiecerunt. pisum tyrrhenum constat tubam primum oium inuenisse. Quoniam n. tyrrheni fere omnes praedus, ac latrocinis uiuebant, tubae sonitu facile conuocabantur. Tyrrhenia postea a sacrificijs, quibus maxime ea gens dedita erat, Thusciana appellata est. Graeci enim θεῖον sacrificare dicunt, uel a thure, quo maxime in sacrificijs utimur. constat sane a Tage, et Thusciana aruspicianam repertam. Lucanus. Sed conditor aris finxerit ista Tages. Nam primum eius inuentorem scribit Plinius Delphon fuisse. Sunt et qui Thusciam a Tusco Herculis filio appellatam uelint. & ideo sine aspiratione scribi debere. A Thusciana thuscus deducatur possessiuum nomen. et Romae Vicus thuscus, quod ibi habitauerint Thusciani, qui recedente ab obsidione Porcenna rege ibi remanserunt. et Thusciana oppidum thusciae prope Tarquinios. a quo Thuscianenses. thusculum uero oppidum latij. a quo Thusculani. Sic appellatum e,

quod aditum difficilem habeat, quasi τὸ σκῆλον, hoc est fitignus. uexans, quoniam in praer alto, atque arduo monte erat situ. Thus autem a tundendo deductum putant, quia glebae tunduntur, cum quibus dicitur fluens de arboribus coalescere. ideo sine aspiratione censent scribendum. Alij cum aspiratione scribunt, & ἀπὸ τοῦ θυῶ deriuant, quod est sacrificio. Thus in Arabia nascitur, cuius felicitas, ac beatitudo cognomen est. Sabora urbs est Arabiae in monte excelso. A quo octo mansionibus distat regio eorum Thuri fera, Sabba appellatur, de qua superius diximus. Sabaei ditissimi sunt sylvarum fertilitate odorifera. auri metallis. agrorum riguis. mellis, ceramque prouentu. spectat haec regio ortum solis aestiui, undique rupibus inuisa, & a dextra maris scopulis inaccessa. Id solum e rubro lactem traditur. sylvarum longitudo est schaeorum uiginti, latitudo dimidium eius. Attolluntur colles alti, decurruntque in plana, arbores sponte natae. terram argillosam esse conuenit raris fontibus, ac nitrosis. Attingunt & Minaei pagus alius, per quos thus uno tramite angusto euehitur. Hi primi commercium thuris fecerunt. A quibus & Mineum dictum est, nec praeter hos Arabes, alij thuris arbore uident. Trecentas non amplius aut esse simulas, quae ius per successiones id sibi uendicent, & ob id sacros uocari. Arbor est Terebintho similis. teres tamen, & enodi trunco fruticans. Bis anno metitur. Primo circa ortum flagrantissimo aestu inciditur arbor, qua maxime uidetur esse praegrans, et ubi tenuissimus tenditur cortex. Laxatur plastra non adimitur. profuit inde spuma pinguis, quae concreta densatur. quibusdam in locis reges palmea exapit, alibi area arcu pauit. Illud est purius, hoc ponderosius, quod in arbore haesit, ferro depectitur, ideo corticosum. sylvia, & si certis portuibus diuisa est, mutua tamen innocentia est tuta, neque ullus saucias arbores custodit. nemo furatur alteri. Aut uno legitur partus aestiuis, hoc purissimum, candidumque est. Secundo metitur uere corticibus hyeme incisis. Rursum hoc exit, nec comparandum priori. illud Carpheonum uocatur, quia graeci καρφηῶν torridum dicunt, hoc Erythronum, quippe ἐρυθρῶν rufum significat. quod ex eo rotunditate guttae pependit. Masculum uocatur, cum alijs nunquam fere mas nominetur, ubi non sit foemina. Tribuerunt hoc religioni, ne in eo foemineus sexus usurparetur. Quidam putant masculum a spece testis dictum, sicut mammosum a mammarum similitudine uocamus, cum haerente priore lacryma, alia mox secuta se miscuit. Visi sunt aliquando singula haec manum implere, & pondere tertiam partem minae, hoc est triginta nouem denariorum pondus excedere. graeci tali modo stereogoniam, & Atoniam appellant illud a soliditate. Nam στερεόν solidum uocant hoc, quia non sit diuisum, nec in minutas partes concisum, ἀτόνον enim indiuisum dicitur. E contrario minorem uocant Orobia a similitudine uiciae, quae a graecis ὀροβος nominatur. micae an cussu elise mammae nuncupantur. Alexandro magno in pueritia sine parsimonia thura aris ingerenti Paedagogum Leonidem dixisse ferunt, ut postquam thuriferas gentes deuisset, tali modo supplicaret, quous obrem Alexandrum Arabia positum thure onustam nauim illi misisse, exhortatumque esse illum, ut large deos adoraret. Thus collectum Sabotae camelis conuehitur, digredi uia capitale est. ibi decimas deo, quae uocant sabon, mensura non pondere accipere sacerdotes solebant. inde per Gebanitas portatur, quorum caput Thomna est, distatque a Gaza nostri litoris Iudaeae oppido MDXXXVII millia passuum, quod diuiditur in duas, et quadraginta mansiones. Camelorum probatur Thus candore amplitudine. fragilitate. arbor, ut statim ardeat. & frietur potius, quam dentem recipiat. a thus Thureus deducitur. & thuribulum uas, quo thus adoleatur. & Thurifera







uinciam omnem ferro, igniq; uastauit. Ilium cepit. Et in praedam militibus dedit, Laomedontē occidit. Priamum eius filium captiuum duxit, qui postea auro a uicinis redemptus fuit, ideoq; *εὐχρηστὸν* a *πλάσσει*, hoc est a redimendo nomen obtinuit. Hic instaurauit Ilium (ut Cicero testatur) filios quinquaginta habuit, decem, et septem iusta uxore natos. Assaracus uero illi frater Capim genuit, ex quo natus est Anchises, ex Anchise Aeneas. Ouidius. *iiii. fastorum.*

Dardanon Electra quis nesciat Atlantide natum.

Salicet Electra concubuisse Iouem.

Huius Erychthonius, Troes est generatus ab illo,

Assaracum creat hic, Assaracusq; Capim,

Proximus Anchises, cum quo commune parentis

Non dedignata est nomen habere Venus,

Hinc factus Aeneas. A Laomedonte Laomedonteus. et Laomedontades deducuntur. Alij Hercule tradunt, nō ob negatum sibi a Laomedonte equorū premiū aduersus Troianos bellū gefisse, Sed quod dum Hylā puerū a se dilectum per orbem anxius quaeritaret, Troiano portu a Laomedonte prohibitus fuit. Hylas Thyodamantis filius fuit, eximia pulchritudine adolescēs, quem Hercules uehementer amauit, et cū Argonautis nauigās secum duxit. Sed cum Argonautae in Mysiam uenissent, Hylam tradunt ad propinquum lacum, siue (ut alij uolunt) fontem aquandi gratia nolente quidem, sed tamen pra amore non prohibente Hercule, perrexisse, et a Nympha ob pulchritudinem raptum. Quidam uero non raptum a Nympha, sed cum urnam tenens hauriendi gratia inclinauerit, in lacum decessisse affirmant. Quam opinionem secutus uidetur Iuuenas. Et uultum quā sitis Hylas urnāq; secutus. Hunc Hercules cū anxius aliquā diu expectasset, mox illo non redeunte totam regionē quaeritando, et nomen hylae frustra clamando pergrauit. Vir. His adiungit Hylā nauae quo fonte relicto clamassent, ut littus Hyla Hyla oē sonaret. Hercules Lacinū praedonē extremā Italiae orā, quae magna graecia dicitur, rapinīs, ac latrocinis infestus ē occidit, et in promontorio eius loca, cuius an orā duae insulae sunt, quarū altera decem nullibus passuum a terra distans Dioscorō, altera Calypsus, et ab Homero Cygia dicitur, templum Iuioni aedificauit, quā lacinā a noīe occisi praedonis uocauit, templūq; ipsum, et promotoriū lacinū. id templū maxima in uenerandōe habitū fuit, et loci plenissimū extitit, igitibusq; ac frequentissimis donis refertū. Hercules (ut Homeo testatur) Iuonis papillā telo trifido uulnerauit, quā ab Eurystheo hāc deā oīum laborū suorū cām esse cognouerat. Trifidū telum dicitur trifidum, hoc est tres acies habens, et a tribus partibus findens. et Bisulcum animal, quod non solidas, sed fissas ungulas habet. Plynius, Sues quibusdam in locis solidas habet ungulas cornigera fere bisulca. et disulcus porcus, cum in ceruice fetas diuidit. Sulcus enim proprie uocatur quicquid in longitudine aculeatum est. Virgilius, Et linguis micat ore trifidus. Hinc sulcare proscindere est. et sulcus ipsa proscissio terrae. Vnde tertio. quarto. quinto sulco serere dicimus, id est ter. quater. quinquies arando. Plynius, Quarto feri sulco Virgilius existimatur uoluisse, cum dixit, ipsa seges demum uois respondet auari Agricola, bis quae solem, bis frigora sentit, hoc est quae bis per aestatem, bis per hyemem aratur. Idem, Spissius solum, sicut plerumque in Italia quinto sulco feri melius est. Aliquando sulcus pro fossa ponitur, quando et ipsa quaedam terra proscissio est. Virgilius, Ausim uel tenui uitem committere sulco. Ab hoc fit sulcatus aduerbium, quod significat per sulcos. Pomponius, Ceteri praeter ea sulcatis concisam faciem. Papillam pro mamma usurpant. Proprie autem Papillae mammarum capi-

tula sunt, dictae, quod Papularum similes sint. Papula pustula est. Eius duo genera. Altera est, in qua per minimas pustulas cutis exasperatur, et rubet, leuiterq; rodit, tarde serpit, idq; uitium maxime rotundum incipit, eademq; ratione in orbem procedit. Altera autem est, quae graeci agria, hoc est fera appellatur, in qua similiter quidem, sed magis cutis exasperatur, exulceraturq; ac uehementius eroditur, et rubet. Interdum et pilos remittit, quae minus rotunda ē, difficilius senescit. nisi sublata est, in i petiginem uertitur, sed leuis papula, et si ieiuna salua quotidie defricatur, senescit. maior comodissime murali herba tollitur. Papulae sudorum, oleo lentiscino curantur. Virg. Ardentes Papulae, atq; immundus olentia sudor Membra sequebatur. Mirū est Seruū alioquin honoratum gramaticum, quid papulae sudorum essent ignorasse. quippe papula Caribunculū interpretatur, cum papulae sudorū lenissima tubercula sint. Caribunculus uero pessimū uitium sit ex inflammatione proueniens. Ex omnibus enim, quae iterius aliqua corporum parte nascuntur, non aliud carbunculo peius est. Eius haec notae sunt, Rubor est, superq; eum non nimum pustulae imminet maxime nigrae, interdum sublinidae, aut pallidae, in iis sanies esse uidetur, infra color niger est, ipsum corpus aridum, et durius, quam naturaliter appareat. Circaq; crusta ē, eaq; inflammatione angitur. Neque in eo loco leuari crusta potest, sed in inferiori carni quasi affixa est. Caribunculus a candenti carbone dicitur est, propter inflammationem, quemadmodum carbunculus gemma propter colorem. Nam carbo notae significationis. A quo et uirico nomen deductum. Est etia carbunculus uitium in uitibus, atq; arboribus, cum quodam, quasi uedimis carbone uuae, et fructus exuruntur. Solet id accidere uuis III, et VI Idū Augusti, sub decreto illo uis sydere, quod canalicam diximus appellari. unde carbunculae uuae dicuntur, et ipsa res carbunculatio uocatur. Non est malum aliquod huic comparandum, non grandines, non procellae, nec quaecumq; inquam annonae iulere caritatem. A gro rium mala sunt illa, carbunculus late patenatum regionum, nec aliquod huic rei remedium est, praeterquam doctrinae, intelligendo scilicet, quando id malum futurum sit, et fructus prioris anni comparando, ac diligenter seruando. Quod Democritum philosophum memorant fecisse, qui cum ex ratione syderum futuram olei caritatem intellexisset, essetq; tunc oleum propter spem oliuae uilissimum, in toto tractu oleum parua pecunia coemit, cunctis admirantibus, quod ei sciebant paupertatem, et quietem doctrinarum in primis cordi esse, animūq; ab omni spe quae sitis alienum. Sed postea causa apparuit, et inges diuitiarum cursus, auidae dominorū poenitentiae mercedem restituit, contentus ita probasse, opes, cū sibi uellet, nō defuturas. Hoc idem Sestium postea Romanum Athenis fecisse comperit est. Sunt tamen qui tradant tres canculos uiuos cremari in arbutis debere, ut carbunculi non noceant. Alij Siluri carnem leuiter uri, unde fiat uentus, ut per totam uineam sumus dispergatur. Varro scribit, si fiducula oaxu, quod autumnū imitium est, una picta consecretur inter uiters, minus nocere tempestates. Papilla etiam tribus Romae fuit, quae a genitrice uocabulum traxit. A Papilla fit ex papillo uerbum, quod significat usq; ad papillam denudo. Plautus idem comexum in humero leno ex papillato brachio, hoc est usque ad mammam denudato. Hercules coelum humeris sustinuit. Tradunt enim, cum Gigantes aduersus, deos pugnarent. deos omnes in unam caeli partem concurrisse, tantūmq; ponderis adiecisse, ut caeli uinam mutari uideretur. Quae propter Herculem cum Atlante caelo humeros supposituisse. Alij Herculem affirmant fissō oculum Atlante, et humerum mutare aspicient, tandem caelum sustinuisse.







aequore essent, quod dum miratur, omnis piscium multitudo subito se mergit in mare. Obsupuit Glaucus, dūq; causam eius rei mente agit, dubius nutu ne alicuius dei, an gustu herbarum, quas nullū unquā aīal attigerat, id actū esset, decerpere manu gramē cepit, paulatimq; gustare. Quo factō, mente statim alienatus alterius uitae desyderio sese in mare proiecit, sed miseratione deorū maris, in regni confortiū assumptus, extrema parte corporis in piscis caudā mutata, barbā naturali colore in uiridē. Reliq; corporis in caeruleū, qui et glaucus color dicitur. Fuit et alius Glaucus, q; primus ferri consolidaturā inuenit. Cuius patria. alius ex Potnia urbe. Itē alius Hippolichi filius, a quo Ioues nati sunt reges. Cum ignis Scylla glaucam sperneret, et ē cōtrario Circe mirū in modū illum deperiret, suasisse Glaucō Circe dicitur, ut spernentē se Scyllā missam faceret, sibiq; in amore rēderet. Sed, cū remouere eum a Scyllae amore nō posset, i fecisse aquas ueneficijs, q; bus lauari Scylla cōsueuerat. is locus erat in freto siculo paruos gurgēs, ueluti in arcum sinuatus, id faciēte saxo, qd a Zancle propinquo Siciliae oppido Zancleū dicebatur. Zancle Pelopōnesi oppidū fuit uarijs temporibus clarū in regione Messēnia, in qua ipsa Messēnia aut in Sicilia urbē condiderūt in Pelori sinu ubi ad orientem maxime lectitur, quā ē suo noīe dixerunt Messanā. Nā prius id quoq; oppidū Zancle dicebatur a loci curuitate. Curua. n. Zāclia uocant, eratq; Naxiorū opus, qui sunt iuxta Catanā. Postea cū Mamertini natio cāpana eō colonos misissent, ipsi quoq; Mamertini potius q; Messānos sunt uocati, et cū ager eorū uini feracissimus sit, Mamertinū uinum non Messanē appellatū est. Martia. Amphora nestora tibi mamertina senecta si detur, qd uis nomē habere potest. A Messāna qdam Messalā dictū putant, propriū uiri nomen, q; Messānam Siciliae urbē uicēperit. Ab eo Messalina nomē mulieris. Haec barbati Messalae consobrini Claudij Caesaris filia fuit, quā cū Claudius in matrimoniu excepisset, nec diu post comperisset super caetera flagitia, atq; dedecora. C. Silio ē nupsisse dote inter auspices consignata, supplicio affecta. Haec libidinosissima fuit, et saepe mutata ueste lupanaria celebravit, quinetiā cū scorto famoso aliquē certauit, et superatā a se meretricē gloriata est, inter diē, et noctem quoq; et uiginti passā concubitus affirmavit praeterea sese labore potius fessam, q; concubitu satiatā desitisse. Inuē. Et lassata uiris, non dū satiatā recessit. Eo igitur cum Scylla sese ab aestu recepisset, usq; ad mediā aluum submersa aīaduertit ueluti canes unguibus suis admotas, fœdo latratu oīa complectens, et primo qdem separata esse haec monstra a suo corpore existimauit. Mox uero cū ab ijs fugere conaretur, intellexit uērem qdem, et superiores partes sibi uirginis remansisse, reliquū uero corpus in foetidissimos canū rictus esse mutatum. Coluisse itaq; hūc locum dicitur Circe sem p̄ infessā, qd in socijs Vlyssis ostendit et pro uirgine monstrū fuisse. Oui. Altera Scylla maris monstrū medicamine Circes, Pube premit rapidos, inguinibusq; canes. Virgilius aliter eā descripsit. Prima hominis facies, et pulchro pectore uirgo Pubetenus. Postrema immani corpore prius, Delphinū caudas utero cōmissa luporū. Vbi obiter dicendū pristim aliquē nauim esse oblongam, a forma pristinū marinarū ita appellatā, quā longissimi corporis sunt, atq; angusti. idē. Vlocem Menestes agit acri remige Pristim. Longissimi uero corporis esse Pristes declarat Plinius, qui in mari indico balneas quaternum iugerū reperiri scribit. Pristes ducenū cubitorum. Haec ita appellatae sunt a sectione undarū. Sandūt enim mirū in modū fluctus propter tenuitatem. Graeci autem πρῆσι sectionem, πρῆσιu sectionē nominant, ex quo facile est irridere ineptias eorū, qui Pristim, non Pristim scribūt, et per X aliquē scribi posse asseuerant. Sed,

ut ad Scyllam reuertamur, ob eā causam datus est huic fabulae locus, qd in freto siculo saxū est ingens in superiori parte humanam effigiem habens. in inferiori uero plures reflectos scopulos sub radiabus caeuerosos, intra quos dum aestuosum mare ingreditur, ab ijs refractum tumultuādo repraesentat latratum canum, et ululantes lupos. Homerus Scyllā scribit latratum emittere catuli nuper editi, aspectu horrendam esse XII habere pedes VI capita, singulis capitibus os ingens esse cum tribus dentium ordinibus, nigra plenis morte. Morari in caua spelunca medio, capita exeretem in profundissimū mare, pisciantemq; et delphinos, ac balenas deuorantē. Sunt etiā qui Scyllam tradant cum Neptuno aliquē concubuisse. propter qd iratam Amphitrite sparsis ueneno aquis, in qbus lauari uirgo consueuerat, in canē eam mutasse. Heracle uero cum superato Geryone ex Hispania reuenteretur, quoniam boues quosdā sibi ex armento subtraxerat, eam occidisse. Sed a patre mox ciuitam fuisse restitutam. Amphitrite Neptuni uxor fuit. Cuius nuptias cum a principio fugeret, uirginitatem seruare cupiēs, misit ad eā Neptunus Delphinū, qui uaria per loca quae sitam tandem ad radices Atlantis inuenit, et ut Neptuno iugeretur, persuasit. Hinc poetae maris deam esse dixerunt. et pro ipso mari usurpare consueuerunt. Ouid. Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Ob hanc causam Neptunif mulachra facientes Delphinum sub pede eius constituebāt, tanquam huic deo gratissimum. ideo etiā hic Delphinus in caelum sublatus fuit, et inter sydera collocatus, non longe ab Agla signo, capite penē rostrum Pegasi equi contingens, oritur cum Sagittarij posteriore parte, occidit, cum uirgo exorta est a capite. habet in capite stellam unam. supra caput ad uerticem uersus alias duas. ab ea, quae in uētre uelut pennae uidentur, stellae tres. in scapulis unam. in cauda duas. Sunt in tonon nouem. ideo hoc signū musicum uocant a nouē musarū numero. Sunt tamen qui de hoc Delphino aliter scribāt, Tyrrhenos. quosdam nauicularios, cum liberum patrē puerum quondā recepissent, ut naxum cum comitibus transfueherent, et nymphis nutribus redderēt. spe praedae inductos nauē auertere uoluisse. Liberū uero, cū id suspicatus fuisset, comitibus suis, ut symphonia canerent iussisse, quo cantu adeo oblectatos Tyrrhenos, ut saltare et cœperint, et nimis lasciuēdo sese in mare proiecerit, quo factō, omnes in delphinis esse conuersos. Cuius rei memoria cū mādare Liber pater posteris uellet, unū eorū inter sydera collocasse. Alij tradūt hūc esse Delphinū, q; Arionē uexit. Arion nobilis cytharædus fuit ex insula Lesbos. oppido Methymnae. Perandro Corinthiorū regi perætus artis gratiā cū i petrata a rege uenia in Italiā profectus cantando grandē pecuniā cōparasset, Corinthū reuertē statuetes, Corinthios nauitas, tanq; sibi notiores, elegit. Hi ergo Arionē accēpto, cū in altū nauigassent spe praedae cōsiliū de eo necando ceperūt, quare intellecta, Arion omnē pecuniā, resq; suas omnes illis tradere, et uitā tm̄ orare se dixit. Quarū precum eatenus miserae sunt nauitae, ut ab inferēda ei suis manibus necē tēperaret, iuberēt tū, ut sese statim praecipitē daret in mare. Tū ille pteritus, et oī uitae spe destitutus id unū postremo obsecrauit, ut priusq; mortē oppeteret, uelut mēta sua sese iduere, et fides sumere, carmēq; cōsolatoriū canere permetterēt. Quare a nauitis i petrata, ac more cinctus, atq; amictus, stansq; in summa puppi, et cathara simul, ac uoce canens Delphinos ad se audiēdū prouocauit. Tū uero in mare se deiciens ab uno eorum ex captus, et ita, ut erat amictus, ac catharā tenens, Tænarū, qd oppidū est Laconiae a Tænarō promōtorio ita appellatū, peruectus est. Hinc relicto Delphino Corinthum petijt, talemq; se Perandro regi, qualis Delphino uectus fuerat, ostendit, re omnem ordine narrauit.



Quod cum rex nō facile crederet, custodiri Arionē diligenter, nauis uero p̄quiri, & ad se duci iussit. Qui cum uenissent, et perisset proculdubio Arionem crederet, qđ de eo essent a rege interrogati, in Italia esse, ac bene se habere responderūt, felicitatē ei, ac pro uoto succedere. inter hæc Arion cum fidibus, & indumentis, cum quibus se in mare deiecerat, iussu regis productus est, quo uiso obstupescit nauis in facias ire non potuerūt. Hinc duo simulachra ærea apud Tænarū facta sunt. Delphinus uehens, & homo insidens. Delphinus piscis est, uel potius maris bellua oīum non modo marinorū, sed etiam terrestriū animalium uelocissimus pene uolucrē æquans, & nisi multū in fra rostrum os illi foret, medio pene in uentre, nullus piscium celeritate eius euaderet. Sed affert moram providentia natura, quia, nisi resupini non corripiunt, quæ causa præcipue uelocitatem eorū ostendit. nam cum fame concitati surgentem in uada piscem persequēdo diutius spiritum continere, ueluti arca emissi ad respirandum emittant tanta uix exilientes, ut plerumq; uela nauium transuolent. Iuncti agunt uera coniugia, pariunt catulos decimo mense. interdum binos nutriunt uberi bus, sicut balæna. Gestans fetus infantia infirmos, & adultos quoq; comitantur, magna erga paruos cūitate. Adolescenti celeriter, & decem annis ad summam magnitudinem ueniunt, uivuntq; tricenis, quod cognitum est aliquorū catulis præcis. Occubantur tricenis diebus circa canis ortum incognito modo, quod certe mirandū esset, si spirare in aqua negrent (ut sentit Aristot.) qui neq; hūc, neq; aliqđ animal sine pulmone spirare posse affirmat, quasi non possint pulmonis uice alia alijs spirabilia inesse uisera, ita uolente natura, sicut et pro sanguine ali quibus aliū humorem inesse conspiciunt. Nā in aquas penetrare hūc uitalē spiritum q̄ miretur, cum uideat in terrā quoq; tanto spissiore penetrare, ut talpæ, & cætera animalia de fossa ostendunt. Spirare certe pisces duo illa iudicia esse uidentur. Primum quod a stuo calore quædā eorū anhelatio nominatur. Secundo quod bullantū aquarum sufflationem se penumero uideamus. Sed, ut ad Delphinos reuertamur, Lingua est ijs contra naturam aquatiliū mobilis pro uoce, gemitus humano similis, dorsum repandū. Rostrum simū, qua de causa nomen. Simonis agnoscare oēs dicuntur, mulcetur musica arte, præsertim Symphonice cantu, hominem nō ex puerisat, obuiam nauigijs uenit. Puerorū amore ducitur. Ap̄pion uidi se scribit apud Puteolos Delphinum puerū uero modo amatē. a quo Simon uocatus uenire ad eum solebat, & penna a culeo uelut magna condens, ne dilectum sibi corpus laceraret, præbere ascensu dor sum, receptumq; egris modo insidentem per magnū æquor ad triginta millia passuū deferre, ad qđ spectaculum Roma, atq; omnis Italia concurrebat. Postea uero cum idē ille puer a Delphino amatus morbo perisset, Delphinum sæpe ad solitum litus adnare uisum, ubi postquam puerū, qui in primo uado ad uentum eius operiri consueuerat, nusquā uidit, desiderio contabuisse. & ipsum quoq; esse exaiatum, ac in pueri sepulchro ab ijs, qui rem cognouerunt, humatum. Alius in Africa litore memoratur fuisse ex hominum manibus uescens, præbensq; se tractandum, & alludens nantibus, ac sæpe dorso uehens, qui semel a Flauiano proconsule Africa unguento perunctus odoris nouitate fluctans, & ferē semianims per aliquot deinde menses latuit. Alium quoq; delphinum in Ialiso urbe uisum memorant, qui amore pueri captus, dum abeūtem in litus uide sequitur, in arenam inuectus expirauit. Puerū hūc Alexander magnus Babyloni Neptuni sacerdotio præfēct, amorē illū nummus propitiū fuisse interpretatus. In eadē urbe Ialiso aliū quoq; puerū a Delphino longo tempore amatū ferunt, Hermiam nomine, quē cum aliquot millibus passuū intra mare ue

xisset, repentina procellæ fluctibus fuisse exanimatū. Eum ta men usq; in litus Delphinū reduxisse, & ueluti causam leni fidentem non reuersum amplius in maria, sed in sicco expirasse. Hoc idem & Naupecti accidisse scribit Theophras. Est in provincia Narbonensi, & nemusensi a gro stagnum, quod Later na appellatur, ubi cum homine delphini societate piscantur, & capi se permittunt cum cæteris piscibus, nihil de futura liberatione dubitantes. Peracta captura in partē prædæ uocantur. cū etiā non piscibus tantum, sed inrita panis, ac uino satantur, ipsi quoq; inter se publica societas est. Capto quodā a rege Carria, alligatoq; in portu delphino ingens reliquorum multitudo conuenit, ueluti quadā animi maestitia miserationem petens. donec dimitti uinctum rex iussit. iam uero & paruos semper aliquis grandior comitatur, ut custos. Visq; etiā aliqđ defunctum portare, ne laceraretur a belluis. De prælio eorum cum Crocodilis superius differuimus. Sicilia sanē infula Italia est oli continēs, et a gro Bruto adnexa, mox inter fusio mari siculo auulsa ob hoc græci Rhegyo nomē dedere, ut supra ostēdimus, quasi auulso, hinc etiā Sicilia ipsa quasi sicilite, hoc est execta uocata est, et nō a Sicelo duce (ut qđā putant) nūcupata. Vir. Hæc loca ui quondam & uasta conuulsa ruina, Tantum æui longinqua ualet mutare uetustas, Dissiluisse ferunt, cum protinus utraq; tellus Vna foret. A græcis Sicania dicta est. nā Sicilia nomen a nobis sumperunt. Sicanios putant Hispaniæ populos fuisse a Siatri flumine appellatos, de quo Lucan. Hesperios inter Siatris non ultimus annis. Hi in Italiā quondā appulsi eam expulsis aboriginibus tenuere, sed mox ipsi quoq; ab eis dē exclusi, in sulā Italia uicinā occupauerunt, & a suo nomine Sicania nū cupauerunt. ab alijs triquetra uocatur, quod trianguli figurā habeat huiusmodi Δ. Triquetra. n. figuram ueteres Triangularem uocabāt. Dicitur etiā Trinacria, qđ tria acra hoc est tria cacumina habeat. Tribus. n. promontorijs in diuersa procurrit Pachynū uocatur, qđ græciam spectat, et a crassitudine aeris nomen habet impositum. Græci. n. τριπέδι pingue appellāt. Lilybæū quod in Africa Libyen a qua Lilybæum. Pelorus, quod in Italiā uergens Scyllæ aduersum est. Causa nominis Pelorus gubernator illic ab Annibale conditus, quē profugus ex Africa & per ea loca Syriā petens, quia procul intuenti uiderentur continua esse litora, et non peruiū pelagus, prodinum se arbitratus occiderat. Frenum siculum angustum, atq; anceps alterno cursu modo in thufum, modo in Ionū pelagus insiuit, artox. uorticofum. et Scyllæ, ac Charybdis scuita in elyū Scylla saxum est (ut diximus) Charybdis mare periculo sum nautis, qđ contrarius fluctuū cursus collisionem facit, & raptā quæq; absorbet. et reijcit. Oui. Et uomit epotas saua charybdis aquas. Sene. Quod rapax hausit, reuomit charybdis. Fuit autē Charybdis uetula quædā uoracissima, quæ q̄ boues Hercules furata fuerat, ab eo in id mare proiecta fuit, qđ est alterū Hercules facinus, deditq; huic loco nomen, et ueteres nūc quoq; exercet rapinas. Fuit et altera Scylla Nisi Megarēsiū regis filia, cuius patriā cū Minos obsideret, et statū fātū esset, urbē capi nō posse, quousq; Nisus purpureā, quā habebat, amā conseruaret, Scylla Minois amore capta, capillū patri absidit, patremq; et patriam hostibus prodidit. Sed a Minoe tandem spreta, ac pro nibilo habita, lamentabili questu, & multis lacrymis exanimata defecit, & in auem sui nominis mutata est. Ouid. Filia purpureos Nisi furata capillos, Puppe cadens nauis facta refertur auis. Scylla etiam piscis genus est, quo maxime abundat Lyrus amnis Campaniæ Minturnensium urbē interfluens. Martia. Cæruleus nos Lyrus amat, quem Syluamaticæ protegit, hinc Scyllæ maxima turba sumus. Ab hac



scylla loca ipsa, in quibus hi pisces capiuntur, scylleta dicuntur. Citer. Hac lege tribunina decem uiri uendent agrum campanum. Accedet ei mons Gaurus. accedent scylleta ad Minturnas. A scylla uero monstro scylacæum deducitur Atheniensium colonia in ultimo Italia. Ab Atheniensibus, dum conderetur scyletium dictum, a quo sinus scylacæus qui ad hipponiatem sinum isthmum facit, quem Dionysius maior munire mœnibus cogitauit. Virg. Cauloniq; arces, et naufragium scylacæum. A Sicilia fit Siculus paucorum syllabarum quam primitiuum, quod raro usu uenit, ut ab Hispania Hispanus, A Lauinia Lauinus. Item Sicilis. Virg. Sicalides musæ paulo maiora canamus. Item Sicaliensis. Hoc autem differt Sicaliensis a siculo, quod Sicaliensis dicuntur, qui alibi orti in Sicilia uersantur. Siculi uero, qui e Sicilia sunt, sicuti Corinthienses ex eo dici cœperunt, ex quo Coloni Corinthum sunt deducti, cum antea Corinthij dicerentur, sic Romanenses, et Hispanenses negotiatores dicuntur, qui in alienis ciuitatibus negotiantur. Mar. Ne Romam si ita decreueris Hispanem librum mittamus, sed Hispanum. sed iam ad Medusam, et reliquas Gorgones ueniamus, hæ Dorcas des insulas in Oceano Aethiopi sitas habitasse dicuntur, contra Hesperidum hortos, uno tantum oculo, quo uicissim, prout cuiq; necesse erat, utebantur, alioquin corporum forma, et crinibus aureis insignes, quapropter et ab agilitate nomen habent. Quippe greci πορδὸν aglem dicunt. agrorum præterea ubertate diuites erant, et tam omni ex parte similes, ut una discerni ab altera non posset. Nihil uni accidere poterat, quod non esset omnibus commune. Ouidius. Finibus extremis Libyes, ubi feruida tellus Accipit oceanum demisso sole calentem. Squallebant late Phorcynidos arua Medusæ. Idem duas tantum sorores fuisse commemorat. Cuius in introitu geminas habitasse sorores Phorcydas unius sortitus luminis usum. Sed de Medusa priuatim tradunt, quod dum sola circalitus uagaretur, Neptunus pulchritudine eius captus complecti eam uoluit. Sed cum illa hoc animaduertens fugere cœpisset, secutus est Neptunus usq; ad templum Mineruæ, ibiq; uiolato de lubro, cum ea concubuit. Quam iniuriam, cum graui, et ini quo animo Minerua uisisset, Medusæ crinibus, quibus maxime Neptuno placuerat mutauit in angues, deditq; ut omnes eâ aspicientes in lapides uerterentur, quod ob eximiam eius pulchritudinem fictum esse nonnulli existimant. Hanc postea Perseus Iouis, et Danaes filius, Mercurij talaribus, et falcatto ense accipit, item scuto Palladis, ut aeræ repercussio effigie eius uidere impune posset, ex improuiso, cum ipsa, anguesq; sopiti essent, adortus, uno ualidissimo ictu peremit, ex cuius cruore mox natus Pegasus alatus equus phibetur, qui inde ad Heliconem Bœotia montem euolans, et pede saxum feriens τρυγὴν hoc est fontem aperuit, a quo Pegasus est nominatus, et ab eo fons ipse Hippocrene, siue Pegasus, siue Caballinus dicitur. Aratus, et pleriq; alij hunc equum Neptuni, et Medusæ filium dixerunt. Fons ipse musis est datus. Pegasus in cœlum euolauit, ibiq; inter sydera constitutus est, arcticum arcuum spectans pedibus æstiuo orbi aduixus, extremo ore caput Delphini tangens, et Aquarij manum dextram ceruici suæ adiungens. A Gorgone Gorgoneus deducitur. Ouid. Gorgoneas tetigisse domos. Item Gorgonia, de qua supra diximus. Gorgoneum caput extincta Medusa Pallas in clypeo semper gestauit, ut formidabilior hostibus uideretur. idem. Gorgoneum crinem turpis mutauit in hydros. Nunc quoq; ut attonitos formidine terreat hostes. Pectore in aduerso, quos fecit sustinet angues. A pegaso pegasus deriuatur. Item Pegasus Thessaliae opidum, quod postea Demetrias dictum est. Propter quod na-

uis longæ argonautarum Pegasus nuncupatur, quod Iason, qui eâ edificauit, et princeps navigationis extitit, fuit filius Aesonis fratris Peliae regis Thessaliae. Ouid. iamq; fretum Minyæ Pegasus puppe secabant. Hinc etiam pegasus sinus in Thessalia est appellatus. Iasonem sane constat primum nauem longam edificasse, quam et pristina appellant. idem. Primaq; ratis molitor Iason. etenim nauigium primum in Græciam ex Aegypto Danaus aduexit, cum antea ratis nauigretur, hoc est connexis inuicem trabibus. Vnde Poeta plerumq; rates pro nauibus usurpant. Virg. Disiectiq; rateres. Hinc tantum ueteres quadrantem dixere, quod in eo, et triente ratis fuerit effigies, quemadmodum nauis in asse. inuenta autem rates productur in mari rubro inter insulas ab Erythra rege. Sunt tamen qui uelint nauis Mysos et Troianos priores excoctasse in Helle ponto, cum aduersus Thracas transirent. Alij in britannico oceano primo inuentas putant corio arcusutas in Nilo expapyro, et scypro, et harundine fiunt. Biremem Erythraei inuenerunt. triremē (ut Thucydides affirmat) Amocles Corinthus. Quadraremē (ut Aristoteli sentit) Carthaginenses. Quinqueremē Nesichthon Salaminius, Sex ordinum Zenagoras Syracusanus. Ab ea ad Decremē nesigton. Ad duodecim ordines Alexandrum magnum instituisse commemorant. Ad quindecim Ptolemæum Soterem. Ad triginta Demetriū Antigoni. Ptolemæum Philadelphum. Ad quadraginta Ptolemæum Philopatorē, qui Triphon cognominatus est. Ad quinquaaginta longitudine (ut Plutarchus refert) ducentorum octogentum cubitum, latitudine quadragennum, et octonum, in qua remiges fuerunt usq; ad quatuordecim millia, nauis quadringenti. armatorum tria millia, sed hæc nauis, ut magna molis ostentationi potius quam usui fuit. Onerariam Hippus Tyrius inuenit, quæ a gestandis oneribus dicta est. Et ob id tarda, quemadmodum Actuariæ nauicula celeritate præstans est, ita appellata, quod facile agi possit. Sallu. His Actuariæ naues circiter triginta decem onerariæ erant. Onerariam nauem etiam corbitam nominant. Plau. Tardiores, quam corbitæ sunt, et in tranquillo mari. Luc. Poliphemo maius brachiū, quam malus nauis in corbita maximus ulla. Corbitas autem dictas tradunt, quod in malo earum summo, pro signo corbes solerent suspendi. Lembum Cyrenenses. Est autem lembus breuis nauicula piscatoria. Plau. Dum hæc agitur lembo aduehitur nauis pater pauillulo. Vir. Non aliter, quam qui aduerso iuxta flumine lembum, Remigio subigit. Hinc et Lemnuculus dicitur. Sallu. primo indicat per noctem Lemnuculo piscandum. stlebus uero pro graui, et terdo a ueteribus usurpabatur. Luc. Atq; equū pedibus stlebum. item Horia. Plau. Mea opera laborant et rate et horia. Eius diminutiuum horiola. cymbam Phœnices, ipsa quoq; parua nauicula est in medio lator. Cicero. Cymbarum ante pedes multitudo pro se quisq; quod ceperat, afferebat. Hinc cymbam piscatoriam dicitur. A franius. Tum conscendo cymbam piscatoriam, uenio. Iactur anchora. inhi-bent leuiter. Ab huius similitudine cymbium deriuatur potuli genus procerū, ac nauibus simile. Virgil. Cymbiaq; argento perfecta, atq; aspera signis. Quidā tamen cymbiū dictum existimant, quasi assimbium, uoluntq; ligneū poculū esse ex edera, quæ greci uiaor appellat. Celocē Rodij, id quoq; breue nauigium est a celeritate appellatū. Var. nauis remiuagā mouet celocē. Plau. Vñ sumā? quē iteruertā? quō hāc celocē cōferā? Hæc et celotum uocant. et oxyam arcerū Cyprij. Nauis hæc est asiatica prægrandis. Plau. Cum pericantor portitores, et quæ nauis uenerit ex Asia, negant uenisse. Cōspicatus sum interrim circetum, quo maiorem non censeo. Myoparonem Tyrre-hni genus nauiculae est piraticæ. Ci. Nā cum quaeretur ex co-



quo scelerem impulsus mare haberet infestum uno myoparone, eodem inquit, quo tu orbem terrarum. Sall. Et forte in nauigando ab horum grandi phaselo uecta a ceteris deerrauit, maris placido a duobus praedonum myoparonibus arcuuenta. Paro quoque genus nauis est. A quo myoparo. Varro. Iamque duo parones habebant instructos. Phaselus campani uelox nauis, atque oblongum, quale stagnate nilo in aegypto usurpat. Hora. Fragilemque mecum soluat phasellum. Lintres Germani circa danubium habitantes. Sunt autem nauiculae et cunatis arboribus factae. Virg. Cauat arbore lintres. Scaphas illiryi nauiculae sunt, quae maiores naues consequuntur. Sall. Magna industria perquirebat eum per tot scaphas, quas ad hostia percontatum miserat. Ab huius similitudine scapha dicitur nasa, quae sordidum, et purgandi uentris causa fuit. Vlpia. Scapha habitus uentris causa non puto argento legato contineri. Tuue. Et ride possis scapham cum sumitur aruis. Hinc et paruae ad piscandum nauiculae piscatoriae scaphae dicuntur. Est autem hoc nomen a grecis sumptum apud quos σκαψι alueus dicitur. Itē concauitas, fossura. nam et σκαψιεν foderē est. σκαψιεν fossor. Vnde scapus appellatus siliqua, in qua femina continentur, ut fabae, papaueris. Et similia. Hinc etiam scabo deducitur, quod significat confero, et quasi unguibus sordio. A quo scabies, quae et psora dicitur. unde scabiosus, et scaber asper, quod scabies asperitatem in cute faciat. Virg. Exesa inueniet scabra rubigine pila. Hinc scabrities, asperitas, et scabre, aspere. Et squamae, quibus corium piscium et quarumdam serpentium tegitur. Vnde desquamare. et exquamare uerba, hoc est squamas detraro. Vnde desquamati, et desquamati pisces dicuntur, quibus squamae sunt detractae. Ab harum similitudine loricae quoque cathenulae squamae dicitur. Virg. Quae pellis ahenis in plumis squamis auro conferta tegebat. idem. iamque adeo rusticiora a indutus ahenis, horrebat squamis. A squama squamosus deducitur, squamis plenus. Et squalleo, quod proprie significat plenus sum. idē. Per tunicam squalletem auro latus haurit apertum. Quicquid enim nimis incalcatum, oblitumque; aliqua re erat, ut in ceteris uisentibus horrorē a crebritate, atque asperitate squamarum, squalle ueteres dicebant. Hinc postea tractum ut corpora incalca, et ueluti squamosa alta congerie sordium squalle dicitur. Vnde squalor in gnatio, sordes. squalidus sordidus. Vterque squalam etiam pro squalida dixere. Ennius. Elauere lacrymis uestem squalam, et sordidam. Squarrosi etiam a squamarum similitudine dicti sunt, quorum cutis ad assiduam illuuiem exurgit. A scapto etiam scapientisula uocatur locus in Macedonia, in quo fodi argentum solebat. Lucr. Quales ex pirit scapientisula subter odores. Item Scaptia urbs a qua scapta tribus uocata est. Sunt qui a scapto scalpo quoque deductum existiment, quod simili modo significat sordio. Scalpune gallinae pedibus, homines unguibus. A scalpō fit scalpū, eiusdem significationis. Plau. Vbi erat haec defossa, occipit scalpū unguibus, et scalpū nonum instrumentum cuius diminutiuum est scalpū. Et auriscalpū instrumentum ad scalpūriendas aures. et scalpū quod graeci dicunt σκαψον. a quo scalpū. scalpū. et scalpūle, quod scalpū est. itē in scalpō. et ex scalpō composita. Stlatā sardi, genus nauis latū magis, quod altum. unde a latitudine nomen hē. Vterque. n. dictionibus ab l. inapientibus praepone. st. literas solebant, sic stlatū, latum. stlitibus iudicandis pro litibus iudicandis dicebat. A stlata stlatius deducitur. sicut a scapha scapharius. A classe classarius. Aliquod stlatarium dicitur, quod mari portatū est, quasi Selata aduectum. Codicarias naues latū. h. e. te tudicariae dicitur quod et tudicabus, hoc est lignis grossioribus factae sint. Varro. Quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebat. Etiam

in tyberi naues codicarias appellamus. Sall. Et quae ibi naues codicariae per hyemem occultae fabricatae aderant. Prosummas bruti. id quoque genus nauis est leuis speculatio. Plau. De nocte ad portum promectus sum prosumma. Ceca. Qui pro gubernatore se gerens propere uertit prosumma, haec et gegetore a non nullis uocantur. Pontones ij, quae circa Carceos et Pontinam paludem habitabant. Naues sunt, quibus in traiciendis amnibus utuntur. Apule. Et, si nado non poterunt, pontonibus transibunt. cassis. nuctuicas. medias, Mediam placidas sicili. gulos genus nauis parui et rotundi. remeculos. Lenij. Ratarias, quae a ratiū similitudine appellatae sunt, Tarentini. Ciclarū, et Catascopiū, qui Diomedis quondam insulam coluerunt. Syderū obseruationem in nauigando phoenices. remum opa, hoc est instrumentum, quo naues aguntur, et quasi nauis pes. A quo remiges dicuntur, qui remos agunt. Et remigo, remos ago. Et remigum ipsa agitatio remorum (et ut ita dicā) remigatio, quod aliquando per metaphoram de auibus dicitur. Virg. Remigo alarum. Et ab eo compositum Eremigo, quod significat enauigo. emetior. Plynus, Circa castrum quoque multa oceani litora explorata, paruoaque breuius, quae totus hinc, aut illinc septentrio eremigatus, et remulco, quod proprie est remigando a scapha graecorum nauis traho, quod aliquando non necessitate gratia fit, sed ut nauis quietus agatur. Hic remulco quoque; aliquando dicimus molli, ac leui tractu ad progressum mulcare. Sienna. si quae celeriter solui poterat, in altum remulcando trahitur. Item in eadem significatione remulco. Et promulco agi nauis dicitur. unde qui dam utrunque a remulcando, ac promulcando existimant deducitum. Remi latitudinem plateae. nam principio tereti remouebantur. Et remillum a remi similitudine repandum dicitur. Remus etiam lorum significat, quod continet tubam. Sunt et qui remo remis deriuant a remo existiment. Remere enim re petere est. Ennius. Riros, cum posque remant. Alij remere putant dictum, quasi remeare uela Icarus. Malum, hoc est arborem nauis, et antenam, hoc est lignum per transuersum in malo positum, in quo uelum alligatur. a circumtendendo sic nominatum, Dædalus. hippagium, hoc est uectionem equorum, a quo et naues ipsae, quibus eque uehuntur hippagies dicuntur. secundum quosdam, salamannij, secundum alios athenienses. Teclis longis Tasiij. antea ex prora tantum et puppi pugnabatur. 40 Rostra addidit Piseus, hoc est partem illam ex porrectam a protra, atque acutum ad similitudinem rostri auium, a quo naues, ipsae rostratae dicuntur. Dicitur tamen rostrum non modo de auibus, sed de reliquis quoque animalibus et ipso homine. Plynus. Et magis rostrum. Plau. Adusque rostrum hominis. A rostris nauium quas Romani deuicta, ac profligata Antiatum classe ceperunt. Rostra dictum est templum ante curiam, quod ibi rostra ab hostibus capta fixa essent, ut superius ostendimus. Anchoram Rhuscā, quod uocabulum a graeco deriuatur ἀγκυρα. Sed apud nos ueteri consuetudine aspiratur. Ab hoc anchorarij dicuntur nauae, qui demittendi ac leuandi anchoram curiam habent. Et funes anchorarij quibus anchorae demittuntur, ac leuantur. Hircius. Storias autem ex funibus anchorariis tres fecerunt. Eupalmus eadem bidetem fecit, alij postmodum, et tertium dentem addidere. Harpagonas Anacharsis inuenit, telum est in summitate aduncum, quo nauigata capiuntur ἀπὸ τοῦ ἀπὸ κερ, quod est rapere. Vnde harpya. et harpastum, de quibus alibi diximus. Harpago uerbum, quo ueteres usi fuerunt pro rapio. Plau. Hei misero mihi aurum mihi inus harpagatum est. Et harpe ensis falcatus, quo usum fuisse Perseum poetae prodiderunt. Lucius. Harpe alterius monstri iam caede rubentem. Et Harpalus nomen proprium uiri. Et Harpalice, proprium mulieris. sic enim dicta est fi-



lia Harpali regis Thracum Amazoniū regina, quae patrem  
 a Getis captum liberauit. et Harpasa oppidum Asiae. Malum  
 Pericles Atheniensis. aliud genus est teli, quo naues harpago-  
 nibus raptae tenentur, a manus humanae similitudine appella-  
 ta. Admiracula gubernandi Thyphis. Classe primus omnium  
 Minos depugnauit. Classis multitudo nauium est, quem admo-  
 dum supra ostendimus. Hercules (ut Homerus scribit) in bello  
 quod aduersus Pylon Nestoris patriā gessit, Plutonium, qui Ne-  
 stori et fratribus suppetias tulerat. uulnerauit. Seneca. Hic  
 qui rex populis pluribus imperat. Bello cum peteret nestoriā  
 pylon, tecum conferuit pestiferas manus, telum tergemina cu-  
 spide perferens, Effugit tenui cuspide saucius. Et mortis domi-  
 nus pertinuit mori. Scribit praeterea Homerus Paonem medi-  
 cinae artis peritissimum, Plutonium ab Hercule uulneratum li-  
 berasse. Hic herbā inuenit, quae ab eius nomine dicta est Paeo-  
 nia. Alij pentorbon nominant a quinque granis, quae fert erui-  
 magnitudine. ὀππων. n. graeci eruum dicunt. Alij glycy-  
 fidem a dulcedine nascitur opacis montibus, caule inter folia di-  
 gitorū quatuor ferentem in cacumine ueluti graecis nucea qua-  
 tuor aut quinque. Medetur fauorū in quiete ludibrijs. Paonia  
 etiam regio est, postea a regis nomine dicta Emathia, pars  
 Macedoniae, a qua Paones populi. Poniturque aliquando paeo-  
 nia pro Macedonia, sicut Emathia, cuius litoralis regio iuxta  
 Sithoniam, et Themopontum pallene uocatur, in qua urbes fue-  
 runt Aphytia. potidea. Neapolis. Aegae. Therambum. Sciona.  
 Meda. et Sana. Hanc patriam prothei Oceani filij, summi na-  
 tis, qui aegyptijs postea imperauit fuisse testatur. Virgil. Hic  
 nunc Emathiae portus, patriamque reniuit pallenem. Fuit etiam  
 pallene oppidum Achaiae. Pluto Saturni filius fuit ex Opi co-  
 iuge quem admodum supra diximus. et frater Iouis, atque Ne-  
 ptuni, qui cum ad regni diuisionem uenissent plutoni, qui na-  
 tu minor erat, et Agesilaus uocabatur, pars occidentis obtigit se-  
 cus inferum mare. Ioui qui primus erat, plagam orientis, Neptu-  
 no insulae. Hinc datus fabulae locus, ut Ioni imperium caeli Ne-  
 ptuno maris, plutoni inferiorum obtigerit. Statius.  
 Dux heredi populo posebat crimina uitae,  
 Nil hominum miserans, iratisque omnibus umbris.  
 Sunt furiae circum, uariaeque ex ordine mortis,  
 Saevaque multisonas exercet poena athenas.  
 Hunc fingeant currum habere trium rotarum, quem tres  
 equi ducebant, et carnem triapitem nomine Cerberum, stupen-  
 de immanitatis, et colubris iubas labentibus horredū. Seneca.  
 Hic seuis umbras territat stygius canis,  
 Qui terna uasto capita concutens sono,  
 Regnum uictur sordido tabo caput,  
 Lambunt colubrae, uiperis horrent iuba,  
 Longusque torti sibilat cauda draco.  
 Par ira formae, sensit ut motus pedum,  
 Attollit hirtas anque uibrante comas.  
 Dicitur est autem Cerberus quasi creoborus, hoc est carnem uo-  
 rans. quippe graeci κριος carnem, βορὴν edacem dicunt.  
 Dirum praeterea aspectu esse Plutonē, et oibus formidabilē,  
 ac Iouis tantum uulnam habere sed fulminantis. Domum ei esse  
 in secessu Tartari obscurā, et liuentibus semper umbris, ac di-  
 ra caligine opacā. Faedam praeterea paludem nomine cocy-  
 tum, ubi semper luctiferi bubonis gemitus, et aliarum dirarū  
 auium turpissimus ululatus auditur. Sene. Palus inertis faeda  
 cocytū iacet. Hic uulnū, hic luctifer bubo gemit, propter quod  
 a cocycae uae, quam uulgo cuculum uocant, quidam Cocytū  
 appellatum uolūt, cuius uox quoque cocytus dicitur, ex accipitrū  
 genere est, modico tempore astat uisa, postea nō cernitur, pro-  
 pter quod sunt qui eam putent figurā mutare. sola accipitrū un-

guens habet nequaquam adūcos, nec capite ijs similis est, sed tā-  
 tum colore. Rictum potius colūbi habet. Quinctia absimitur  
 ab accipitre, sola omnium auis a suo genere interēpta, cum alio-  
 quin nulla sit tam rabiosa bellua, cui nō imago sua sancta sit.  
 procedit uere, occultatur amica ortu, semperque Parit in alie-  
 nis nidis maxime auis, quae curuata uocatur, maiori ex parte sin-  
 gula oua, quod nulli alteri auis accidit, raro bina. causa subijcē-  
 di pullos existimatur, quia se scit cunctis auibus inuisam esse,  
 nā paruae quoque auiculae eam in festant. itaque nō fore tutam ge-  
 neri suo stirpe opinatur, nisi se fellerit, idcirco nullū facit nidū.  
 Educit ergo subditum foetū tanquam suū. ille natura auidus  
 praeripit reliquis pullis abos, propter quod magis pinguis semis ni-  
 tore in se nutricem conuertit. Gaudet illa eius specie, et se se quod  
 talem pepererit, admiratur, suos cōparatione illius ueluti alie-  
 nos dānat. Absimūque etiam se in spectante patitur, donec ipsam  
 quoque iam uolūtā potens corripit. Nulla hoc tempore auis sua  
 uitate carnis ei cōparatur. Postquā per se uiuit mutat sapore.  
 Sunt et qui Cocytum a τὸν κωνίω deductum putant, quod  
 apud graecos gemo si significat propter gemitū animarū. Vir. Cō-  
 timo audite uoces, uagitus, et ingens infantiumque animae stien-  
 tes in lumine primo. Nec procul hinc partem fusi monstrantur  
 in omnem, Lugentes campī sic illos nomine dicunt. A cocyto  
 palude et Pluto ipse cocytus dicitur. et proserpina Cereris fi-  
 lia, quā in insula Sicilia raptā uxore duxit. Iuue. Tanta secre-  
 ta coluerunt orgia tēda Cecropiā iussi baptae lassare cocytō. a  
 qua cocytina sacra dicta sunt. Hora. iulius ut tu riseris cocytina,  
 Vulgata sacrū liberi cupidinis. Sed quā testimonij Iuuenalis  
 adduximus, in quo interpretēs eius multa inepit, ac pueriliter  
 disseruerūt, opere praeritū esse existimauimus eū locum ex pone-  
 re. Dānat hoc loco poeta uiros sui temporis ita molles, lasciuos  
 atque effeminatos, ut non pudeat eos et muliebrem uestem indue-  
 re, et frontē ornare redimiculis, et colla monilibus angere, et  
 quo nihil diū faedius potest, praetereius, fasque sacris Bona dea  
 interesse electis et mulieribus, quibus solis sacrarū locū ingre-  
 di licebat. Erat n. bona dea, quā ueteres Faunā, siue Fatuam,  
 siue (ut alij uolūt) Sentā dixere. Hāc Varro scripsit tenet a pi-  
 dicitur fuisse, ut nemo illā dum uixit praeter uirū suū mas uide-  
 rit, nec nomen eius audierit, propter quod illi in operto mulieres sa-  
 crificabant. et bona dea noīabant. Quidā putant hanc Pro-  
 serpinam esse, et idcirco ei porca re diuinā fieri, quia segetem  
 quā Ceres mortalibus tribuit, porca depasta est. Mares ergo  
 inquit Iuuenalis nūc bonae deae sacrificia p̄solūt. ipsi litant.  
 ipsi porcam imolant. ipsi uina offerūt mulieres non patiuntur  
 intrare, sed eas abigūt, et facessite hinc exclamāt. Nō esse uo-  
 bis hic amplius licet, nō tibi as, aut choreas exerece, et ut factū  
 addāt auctoritatē, talia iquiūt sacrificia coluerūt mares Athe-  
 nis, noctu exercētes Cocynas arimonias, hoc est sacra Proser-  
 pinae. Orgia quippe sacra sunt, quae Dijs immortalibus fiūt a τὸ  
 τὸν ὄπρῳ, hoc est a furore, quia sacrificiātes diuino quodā fu-  
 rore corripit uidentur, uel (ut quidā putāt) a τὸν τὸν ὄπρῳ, quod  
 in montibus sacra facere Dijs solebat ueluti loci cae-  
 lo propinquitibus, ut in olym̄o monte. Hinc abusiue sacra li-  
 beri patris dicta sunt orgia, in Thracia primo ab Orpheo in-  
 stituta. haec principio a solis mulieribus, quae menstrua patere-  
 tur, celebrari statuit, quo eas tā faedi, ac pniciosi morbi tpe a ui-  
 ris separaret. Postea ut ratio pudoris haberetur, ceteris quoque  
 mulieribus idem indulgit. Sed hoc loco Orgia pro sacris po-  
 nit Iuuenalis. Quae cocyto, hoc est Proserpinā exhibebantur,  
 quam eandem cum Bona dea esse diximus. Celebrabantur  
 autem Proserpinā sacra Athenis nocturno tempore a so-  
 lis mulieribus, crimibus passis, et ad tedarum lumina,  
 nec fas erat alicui uiro introire. Horatius. O rebus me-



is non infideles arbitrae, nox & Diana, quae silentium regis. Arctura cum sit sacra. Statius. Lex procul ire mareis, iterat praecipua uerū dūctor, in aarsumq; uiris indiciatur antrū, Nec satis est, stat sine dato metuenda sacerdos, Exploratq; aditu nequis temerato oberret. & Proserpina ipsa Cecropia dicebatur. Eusebius. Proserpinam Sicani regis filiam fuisse. et ab Orō rege molossorum tempore Eleusij Atheniensium regis rapta mater eius, dum illam quaeritaret Triptolemo Atticae regi imperiū tradidit. Eleusio rege patre eius occiso, artemq; ferendarum frugum, & currum ei tradidit. Triptolemus uero oppidum edificauit, quod ex patris nomine Eleusium, & sacra Cereri quoq; instituit, quae graeci Thesmophoria appellant, Latini dicunt Cerealia. Thesmophoros quippe Cerēs, hoc est legifera dicitur, quia ante frumentum inuentum homines sine lege uagabatur. illo uero inuēto abiecta feritas fuit, et ex agrorum diuisione primo nata sunt iura. Ouid. Prima cerēs unco glebam dimouit aratro, Prima dedit fruges, alimenta q; mita terris, Prima dedit leges, cereris sunt omnia munus. Quod uero polluit proserpinā sacris, Viri quoq; ad ea accedere soliti sunt, testatur Hora. Inulcus ut tu ieris cocytia uulgata, hoc est tibi quoq; & alijs maribus iam nota. Baptae huiusmodi uiri dicebantur, qđ tincti, fucatiq; sacris interessent, in star mulierū dicitur. n. inficere est. tingere. fucare, & βάρηαι tincti dicuntur. Vnde mox poeta addit. ille su pericliū madida filigine tinctum Oblitua producit acu, pingitq; trementes. Attollens oculos. Lassare autem inquit precibus fatigare, ut est, Deorq; in uota fatigant. Hora. Prae qua fatigant uirgines sancta minus audientem Carmina uestam. Propertius. Et defessa choris Calliopea meis. Sed ut ad propositum reuertamur, lethen quoq; flumen apud inferos esse prodiderunt, cuius latices si quis gustauerit, omnium praeteritorū rerum obliuiscitur. idcirco ἀπὸ τῆς ἀλθῆς, hoc est ab obliuione nomen habet. Datus autem huic fabulae locus est, quia morientes rerum omnium obliuio subrepat. Constat sane hunc amnē in Africa circa extremum syrtium cornu Berenician urbem alluere, quae Berenice nuntiat Ptolem. eo tertio nupta, & in maiori syrte locatus, sed eum apud omnes sima est ad ea loca inferna exundatione prorū perit. Sene. intus immenso sinus placido quiete labitur lethes uado, Demitq; aras, ne ue reme. do amplius patet facultas, fle xibus multis grauem, inuoluit amnem. Lucanus. Quā iuxta Lethes tacuis praelabatur amnis infernis, ut sima trahens obliuia uenis. ab hoc fit lethaeus. idē. Non me lethaeae coniux obliuia ripa immemorē fecere tui. Item lethargus ἀπὸ τῆς λήθης, hoc est ab obliuione deriuatur, morbus est, quem latini torporē appellant. Prouenit ex pituita humidiorē, frigidiorēq; cerebrū madefacite. Accidit in eo morbo obliuio rerum omnium. Differt a ueterno, de quo supra diximus, qđ genus morbi graeci νόμος appellant, qđ nec Lethargicum sequitur necessario somnus, neq; comaticum, siue ueternosum obliuio. Cognatae alioquin sunt & gitudines. Quidam etiam hinc lethum, cum mortem significat deductum putant, quod morientes, ut diximus, omnium obliuione capiuntur. Sed falsum est. Nam letum a leo deriuatur, quo ueteres usi sunt, pro deleo, quoniam mors omnia delet. Ab eo fit letale, hoc est mortiferū. ut letale uulnus. letalis plaga. letale uenenum. Item letiferum, et letificum, quibus poetae uentur. A leo uero fit deleo, a quo delecte dicitur non solū, quod delectur, sed etiam quod delet. Varro. Si displicet tibi tam magnum, sumam spongiam delectilem. Item delectibile, qđ delectari potest, cuius contrarium est indelectibile. Eleo quoq; ueteres pro eo, quod est maculo, usurpauerunt. Lucil. Si hic uestimenta eleuit luto ab eo risum magnum ad cathinum imprudens subij

cit. & eleuiem pro purgatione. idem. Vt eleuiem facere peruen tum uelis. Sunt tamen qui letum non a leo deductum, sed per antiphrasin dictum uelint, quasi minime letum. Quippe epitheton mortis tristis est, quod est lato contrarium. Latus autē a lato deriuatur, quia qui leti sunt, hoc est qui gaudium aspectu promunt, dilatare quodammodo faciem uidentur. hoc. n. differt letor a gaudeo, quod letari extrinsecus est. Gaudere intrinsecus. Est ergo proprie letus, qui hilaritatem, quam intus habet etiam uultu ostendit. Virg. imperio lati parent. idem. Et letus eois currus equus, sed quia natura ita comparatum est, ut quae bona corporis habitudine sunt, alacriora, quae uero debili tristia sunt, ideo fit, ut quae pingua, & fertilia sunt letata uocemus. Hinc letas segetes dicimus. i. pingues. Vir. Quid faciat letas segetes. & letum legumen, hoc est fertile. idem. Vñ prius letum siliqua quassante legumē. Letum etiam aliqñ uocamus, quod nos letos facit, sicut tutū locum, qui nos tutos reddit, sic letata prata. letam domum. letam porticum dicimus. Sic letamē appellamus simum, quod a grum faciat letum, hoc est pinguem, & fertilem. A lato letabundus deducitur. & letor. & late aduerbium. & letabunde. Item letitia, quae ita a quibusdam definitur. Letitia est exultatio animi gaudio ef feruentiore, propter euentum rerum expectatarum. A ueteribus etiam letitudo dicebatur. Accius. Alacrem reddidisti, ac me ex ciatisti ex luctu in letitudinem. idem. Quanta in uenando af fectus est letitudine. item leto uerbum, quod est letum facio. Linius. iam ne oculos specie letauisti optabili. Accius. Vt te tri plicia letarem bono. Item letifico, letus fio, Sifenna. Vtrum ne Dij cultu erga se mortalium letificent, an su pernae gentes hu mana ne gligent. Item letifico, letum reddo. Plautus. ita meū cor haec anus letificauit modo. Gaudium uero ita definitur. Gaudium est affectio animi alicuius praesentis boni opinione concepta. A quo fit gaudeo uerbum. Plautum. Gaudiloquium posuit pro eo, qui cum gaudio loquitur. & gaudiolum dimi nutiuum. quidam gaudium a greco deriuatum putant, di ctumq; quasi gaurium. Graeci enim γαῦρον letum di cunt. Praeterea acheronta alium inferorum amnem commem orant dictum ab a priuatiua particula, & χείρων, quod significat gaudens, quasi sine gaudio. Seneca. At hinc tumultu rapitur ingenti ferox, & saxa fluctu uoluit acherō inuius remigrari. Seruius scribit acherontem locum esse non longe a Baüs undique montibus septum, adeo ut nec orientem nec occidentem solē possit aspicere sed tantum meridie. Quod autem ignibus plenum fingunt, haec ratio est, quia omnia uici na huic loca sciant aquae calidae. ac sulfureatis. sine gaudio, quod hydromantiam, siue sciomantiam, hoc est diuinationem, quae fit aqua uel umbra, ibi maxime exercere solebant, quod sine hominis necē nō poterat fieri. Quippe Aeneas illic occiso Miseno sacra impleuit. Vlyses uero occiso Elpenore. Virgil. Quando hic inferni ianua regis dicitur, & tenebrosa palus Acheronte refuso. hinc propinqua cum palus acherusia uo citata. Item. Acherusia specus iuxta Euxinum, de quo paulo mox dicemus. Nos Acheronta legimus flumen esse in brutijs nō longe a Consentia oppido. a quo oppidani acherontini sunt dicti. ab acheron etiā acherontius deriuatur. Itē aliud infero rū flumen, qđ Phlegethon dicitur, flammis aestuantibus rapidū, unde ἀπὸ τοῦ φλέγω, quod est ardeo deriuatur. Vir. Quae ra pidus flammis ambit torrentibus amnis tartareus phlegethō. torquetq; sonantia saxa. Ab hoc fit phlegethontius. Postremo aliam quoq; apud inferos paludem esse, quae Styx dicitur, poe tarū carminibus celebris, hoc nomen aliqđ ἀπὸ τοῦ στυγῆος dedis ctum existimant, quod est timeo. odi, quod terrori oibus sit, aliqđ ἀπὸ τοῦ στυγῆος, quod maestum, tristemq; significat. De his



aquis multa poetæ finxerunt. Quippe cocytum stygis filium esse dixere, ex eo Phlegethonta genitum, huius filium esse lethen. Stygem uero Acherontis, & terræ filiam secundum aliquos, secundum Hesiodum Oceanus & Tethyos, ex eaq; et Palante natos esse Zelum, atq; uictoriam. Quoniam uero uictoria in bello ggâto Ioui opem tulisset, concessum ei à Ioue honoris gratia, ut Dij per matrem eius, hoc est per Stygiam paludem iurarent, nec tale iuramentum esset uiolare. Si quis deorum uiolasset, centum annis à neclare abstineret, & numinis maiestate esset priuatus. Virgilius. Stygiamq; paludem, Dij cuius iurare timent, & fallere numen. Homerus. *ναὶ τὸ κατεβό μιν ἄρον συγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος ὄρκιος, ὄρνότατος τεπέλει μακάρων θεῶσι.* Sed hæc de Styge idarco ficta sunt, quia Styx fons est ad Nonacrin Archadiæ saxis profluens, exitiosus animalibus. Eius aqua uenenum est præsentissimum, epota illico necat. esse piscers paruos in ea tradit Theophrastus, letales et ipsos. Noxiam putant esse nimio frigore ut pote cum profluens ipsa statim lapidescat. Traduntq; etiam æs, ac ferrum ea erodi, et sola mule unoula contineri. Cætera uasa nullo modo eam uim ferre posse, sed statim frigoris magnitudine dirumpi. Antipatrum hoc uenenum consilio (ut quidam putant) Aristotelis, Alexandro regi tradunt dedisse. Est & alia palus in ægypto iuxta memphim, quam ueteres Stygæ uocauerunt. A Styx deducitur stygius. Seneca. Hic sæuis umbras territat Stygius canis. præterea Erebum quoq; fluuium esse inferorum dicunt. poniturq; interdum pro obscuriore parte inferni. Virg. Imas Erebi descendit ad umbras. Idem. Et magnos Erebi trans nauimus antris. Varro Erebo natâ noctem affirmat, cum inquit. Erebo creatam fuscâs criminibus noctem inuoco. Orcus quoq; amnis apud inferos esse memoratur, sed ego ut eundem hunc esse cum Styge existimem, auctoritate Homeri adducor, qui fluuium esse Thesaliæ ostendit ab inferis manantem, & in peneum de fluentem quem nec peneus recipit, sed olei modo supernatantem breui spatio portatum abdicat, nec pœnaleris aquas, dirisq; genitias, argenteis suis miseri permittit. ideo autem Orcus nomen impositum, quia per hunc Dij iurare consueverunt. siquidem græci ὄρκιον dicunt, quamuis aliqui ab orco potus dictum iusturandum uelint. Orcum uero ab urgendo, qd in mortē urgeat, quasi græcæ uocis à latinis deducantur. hinc & pluto ipse, & inferorum sedes orcus appellatur, quæ alio nomine dicitur Tartarus, & in multitudinis numero neutro genere tartara ἀπὸ τοῦ τάρραρον, quod est turbare. Ab eo fit tartareus. Seneca. Ut uincla tulerit dura tartareus canis. V eteres etiam tartarinum dixerunt horrendum, atq; terribile, Plutoni diuitiæ nomen dederunt. Quippe παῦρον græci diuitias dicunt. Quapropter & à nobis Dis, hoc est diues appellatur. Quippe terrenam omnem uim, atq; naturâ Diti patri dedicatam putabant, quod diuitiæ omnes è terris oriuntur, & in terras recidunt. Claudianus. semperq; tenemus, quæ superi tenuere semel. idem, in pontificum libris Dispatet. Tellumon. Altor. Runfor. Cocytus nominabatur, quem admodum proserpina dicebatur Tellus nutritrix. Libera. Orca, et ut supra diximus, Cocytus. Hæc Iouis & Cereris filia fuisse existimatur, quæ cum ueneris ignes despiceret, astu eius à Plutone amata, & rapta est, cîq; conuubio iuncta. hanc cum diu Ceres quæfisset, compiumq; tandem haberet indicio Arethuse eâ apud inferos esse, nec spes ulla de reditu superesset, quod tria grana mali punia degustasset, impetrauit à Ioue, ut sex menses cum uiro, alios sex cum matre moraretur. Quod ideo fictum est, quia Proserpinâ Lunam esse constat, quæ per duodecim signa Zodiaci annuo cursu graditur, quorum ex superiora, sex inferiora censentur. Verum hæc quidem quæ supra de inferis me-

morauimus, non sine ratione ficta esse manifestum est. Quippe obliuionis fluuium nihil aliud esse constat, quam errorem animæ naturæ suæ obliuiscens, et solâ in corpore uitam esse putantis. phlegethontem ardorem esse irarum, et cupiditatum, Acherontem quicquid fecisse nos, dixisse uel pœnitet. Cocytum quicquid homines in luctum, lacrymasq; compellit. Stygem quicquid humanos animos in gurgitem mergit curarum. Vultur præterea immortale iecur tundens nihil aliud intelligitur, quam tormentum conscientie obnoxia flagitio uisera interiora rimantis. nemo enim nocens se iudice absoluitur. illi uero epulis ante ora positæ fame excruciantur, quos acquirendi desiderio magis, ac magis in festat. illi rotarum radijs districti pendent, qui nihil consilio præuidentes, nihil ratione moderantes, nihil uirtutibus explicantes, sed sese, omnesq; actus suos fortuna permittentes fortuitis casibus semper rotantur. ingens saxum uolunt ut qui in efficitibus, laboriosisq; conatibus terunt uitam. Attra silex, lapsurâq; semper, & cadenti similibus illorum capitibus imminet, qui arduas potestates, & infauitiam semper Tyrannidem ambiunt, nunquam sine timore uicturi. Hercules eiectus atq; occiso orchomeniorum tyranno libertatem urbi restituit. Orchomenus Thesaliæ mons est minilus ante dictus, à quo Orchomenum oppidum quondam ditissimum, ac potentissimum. Constat enim Thebanos olim huic ciuitati tributâ soluisse. Dixerunt autem minyæum orchomenon à minyatum natione, qui eo colonos è minyis misere. unde argonautas minyas dictos esse manifestum est. Hanc igitur urbem, cum Erginus per Tyrannidem oppressisset ab Hercule regno eiectus, et extinctus fuit. Ab orchomeno orchomenius deducitur. Orchomeniorum quoddam rex Eteocles fuit, qui primus gratiarum templum extruxit. nonnulli scripserunt Orchomenum quondam in Campestri regione situm fuisse, sed stagnantibus postea aquis, ad Acontium montem rursum edificatum. Pontus acrolæ, qd Achaei cognominantur, Orchomeniorum coloniæ sunt. Nâ cum post Troiæ captiuitatem Salmeno dux in eâ regionem acti erroribus fuissent, eam deinceps habitauerunt. Fuisse & ad Caryston orchomenum alteram historia prodiderunt. hæc & Euboicæ urbs est, & in insula una ex Cycladibus in Euboico mari, in qua Titani regnasse dicuntur. Hercules anquem in Lydia iuxta Sagerum fluuium homines plurimos interficientem, & prouinciam omnem deuastantem, interemit. propter quod factum à regna Omphale, quæ tunc ibi regnabat, multis ornatus muneribus Argos est remissus. A Ioue uero anquem manu tenens in caelum est translatus. & Ophiuchus, hoc est anguinenus est dictus. Quamuis alij Ophiuchum esse Esculapium uelint, ut supra ostendimus. alij Canobonta getarum, qui tunc in Thracia erant, regem. hic enim cum eo tempore rerum potiretur, quo primus semina frugum mortalibus tradita fuere, Triptoleum quem Ceres ipsius in pueritia nutritrix curru donauerat arcum uentem terras ut serere agros doceret, et tradita sibi semina iter mortales patiretur, suscepisse hospitio dicitur, insidiasq; ei, ut interficeret struxisse. & ne fugæ se tradere posset draconem, qui currum ducebat, peremisse. Verum Cereræ consilio eius cognito statim eod aduolasse commemorant, & altero dracone iuncto currum Triptolemo reddidisse. Getarum regem multis malis affecisse, atq; in eius rei memoriam serpentis effigiem in caelum transtulisse. Sunt etiam qui tradant Triptoleum Thesalorum regem, cum regiam à se edificatam tegere conaretur, Cereris templum à maioribus suis erectum diruisse, propter quod indignatam Cererem obiecisse ei sterilitatem & famem nouissime etiam draconem, qui totam prouinciam deuastaret. Tandemq; uita functum in caelum transtulisse ita à dracone arcum plexum, ut aeterna affia pœna uideatur. nō nulli quoq;



nulli quoque hunc ophiuchū Phorbantem esse existimant. Trio  
 patris filium, qui subuenisse quondam Rhodijs dicitur. Nam cum  
 insula eorum in iudua serpens copia occupata foret, ideoque  
 Ophiusa uocaretur, eo profectus omnem illam belluarum pesti-  
 feram multitudinem occidit. Quapropter ab Apolline eius  
 insule præsides serpentem manu tenens, inter sidera locatus ē.  
 Rhodis Lycæ insula est pulcherrima, distans ab Alexandria  
 aracter quinque septuaginta octo passuum millia. Vocata est  
 ante Ophiusa. Asteria. Edria. Trinacria. Combrina. Petosia.  
 Et ab Atabiro rege Atabiria. A Rhodo rhodius. rhodiensis.  
 Et rhodiacus deducuntur. Colossum habuit in iudua magni-  
 tudinis, de quo supra diximus. Hercules aquilam quæ ieano-  
 ra Promethei exedisse fertur, sagittam iterum. V eteres cum deo-  
 rum ceremonias summa diligentia administrarent, totas hosti-  
 as adolere in sacrificijs solebant. Quem sumptum cum ferre  
 pauperes non possent, Prometheus, qui ob miram ingenij ex-  
 cellentiam finxisse ē terra hominem existimatur, precibus a  
 Ioue dicitur impetrasse. itaque cum seruari ea consuetudo cœpisset,  
 Prometheus tradunt duos aliquando tauros immolasse,  
 quorum ieanora, cum i ara adoluisset, reliquam carnem ex  
 utroque tauro in unum compositam tergere alterius bouis textis-  
 se, ossa uero separatim collecta reliqua pelle oculasse. Tum o-  
 ptonem Iouis dedit, ut quam uellet partem, absumeret. Ioue  
 uero insidiarum ignarum, et utrumque taurum sua pelle te-  
 ctum esse existimantem, eam forte partem elegerit, in qua ossa  
 sub tergo latebant. iracundiam ergo fraude detecta ignem morta-  
 libus eripuisse, ne atro in posterum usus foret, quando coqui,  
 aut terreri igne non posset. At prometheum pari calliditate  
 usum absente aliquando Ioue ad eius caelestem regiam perue-  
 nisse, et subreptum ignem, ac in ferulam coniectam tanta ce-  
 leritate in terras detulisse, ut uolare potius, quam currere uide-  
 reatur, iactando semper ferulam, ne spiritus uaporis interclusus  
 in angusta lumen extingueret. hinc consuetudinem inter  
 mortales inualuisse, ut lætarum rerum nuntij currendo no-  
 ua perferant, et in ludis olympicis Athletæ lampadē iactan-  
 do cursitent. Verum Iouem, ut dignam mortalibus gratiam  
 referret, mulierem a Vulcani fabricatam eis tradidisse, omni-  
 rerum genere a dijs donatam, et ex argumento Pandoram ap-  
 pellatam, prometheum uero in monte scythia Caucaſo ferrea  
 cathena uinxisse, Aquilamque addidisse, quæ ieanore eius assidue  
 reuolante perpetuo pasceretur. Hanc Aquilam quidam ex  
 Typhone, atque Echione genitam prodiderunt, Alij ex terra et  
 tartaro. nonnulli Vulcani factam manibus. Et a Ioue anima-  
 tam. post hæc prometheum, ut sibi Iouem conuiliaret, hac arte  
 usum fuisse. Iupiter amore Thetidis conspecta eius pulchritudine  
 forte exarserat, quod sentientes parca, quarum prouidentia nõ fallitur,  
 cœnerunt. Quicunque Thetidi conuubio iunctus  
 esset, eius filium patris gloriam longe superaturum, hoc  
 cum forte intellexisset prometheus, Ioui renuntiasse fertur, quod  
 uerius, ne quod ipse Saturno patri fecerat, a filio pateretur  
 omnem de Thetide cogitationem deposuit, et ne ergo Prometheum  
 parum gratis uideretur, uinculis eum liberauit, quibus  
 ad triginta millia annorum huic pœna deditus fuisset, ut  
 Aeschylus scribit. Et ut liberationis eius perpetua memoria foret,  
 facta ex utraque, hoc est saxo, ad quod alligatus fuerat, et  
 ferro, ex quo cathena constabat, annulo, digitem eius sinistra  
 manu minimo proximum anxit, quæ prima annuli inuentio  
 fuisse memoratur. Ad huc igitur Prometheus adhuc Caucaſo  
 ferre rupi alligatum, cum forte Hercules ab Eurytheo ad hor-  
 tos Hesperidum missus locum ignarus diuertisset, uiamque ab  
 eo fuisset edoctus, Aquilam ieanore siue (ut alij uolunt) cor eius  
 assidue depascentem sagittam peremit. Ob quam causam a mor-

talibus institutum tradunt, ut imolatis hostijs ieanora in deo-  
 rum altaribus consumerentur, quod hoc modo prouiseribus  
 promethei uiderentur exsaturari. hæc sagitta ob eius facinoris  
 memoriam translata in cœlum fuit inter duos arcus, a su-  
 num atque equinoctialem, si gno aquilæ supposita, et ob eo ar-  
 culo diuisa, qui utroque polo ad cancerum, et capricornum sub-  
 iectus peruenit. Huius acumen ad pegasorum pedum regio-  
 nem spectat, altera pars uergit ad humeros ophiuchi. Occidit  
 uirginis ortu. oritur cum scorpione. Habet in totum stellam qua-  
 tuor. unam in principio. alteram in medio. reliquas duas eo i-  
 loco, quo ferrum solet affigi. Quidam tamen hanc sagittam  
 non Herculis fuisse existimant, sed Apollinis, qua Cyclopes i-  
 terfecit, qui sulmen Ioui fabricauerunt, quo Esculapius fuit in-  
 terfectus. Sagitta id genus iaculi est quæ arcu emittitur, a quo  
 sagittari fit, hoc est sagittam iaculari. Et sagittarij, qui arcu i-  
 bello utuntur. Arcus siue arcus (utroque enim modo scribitur)  
 id instrumentum est, quo sagittas iaculamur. A cuius simili-  
 tudine caelestis arcus trijs dicitur. a quo arcuatus. Et arcubali-  
 sta, de quibus supra diximus. Et arcuites. sic enim antiqui uo-  
 cabant arcu præliantes, quos nunc sagittarios nuncupant.  
 Epitheton arcus est ithyreus. ithyreo enim arcus. Et ithyreas  
 sagittas dicimus, hoc est parthicos arcus. Et parthicas sagit-  
 tas, quod parthi præcipue arcibus et sagittis utantur in præ-  
 lio. ithyra enim urbs est in Tauro monte parthiam uersus, a  
 qua ithyreus. Virg. ithyreo taxi torquentur in arcus. Luca-  
 nus. ithyreis cursus fuit inde sagittis. item arcus in edificijs  
 fornix appellatur. Cicero. Iam enim atrium, et arcus du-  
 os abfoluerat. Fornix autem a seruo (ut quidam putant) di-  
 ctus est. Furuum ueteres obscurum dicebant. Sunt autem loca  
 in arcum edificata subobscura. Ab eo fit fornicor uerbum,  
 quod est meretricor, quoniam meretrices in fornicibus habitare  
 consueuerunt. Ab hoc fornicator. Et fornicatio deducuntur, hoc  
 est meretricator. Et meretricatio. Nec me latet a quibusdam  
 de Prometheo etiã aliter scribi. Eum scilicet Iapeti, qui ex Ti-  
 tano et Asia coniuge genitus est, filium fuisse, summo ingenio  
 uirum. itaque hominem e terra formasse, quem cum forte Mi-  
 nerua ostendisset, admiratam hominis ingenium deam, sponte  
 ei promississe, siquid e caelo ad operis perfectionem optaret. Cui  
 uero Prometheus respondisset non posse se iudicare, siquid a-  
 pud superiores huic rei necessarium esset, nisi cœlum uideret, e-  
 leuatum a dea fuisse, et omne cœlum oculis perlustrasse. Vbi  
 cum conspexisset caelestia corpora flammis animata esse, suo  
 quoque operi igneam animam immutare cogitasse. Itaque ferulam  
 clam votis phœbei curru adhibita ignem furto subtractum  
 ad inferos detulisse, eoque pectore ficti hominis applicato anima-  
 tum fecisse. tulisse id grauiter deos, Mercurioque iussisse, uti pro-  
 metheum Caucaſo alligaret. tum aquilam, siue uulnarem ad  
 hiberet, quæ cor siue ieanore illius perpetuo laniaret, præterea  
 Pandoram in terras misisse, quæ inter reliqua deorum mune-  
 ra, morbos quoque et maciem, et febrem, aliaque malorum gene-  
 ra mortalibus inferret. Ouidius. Siue recens tellus, seductaque  
 nuper ab alto Aethere cognati retinebat semina cœli. Quam  
 satus Iapeto misit simulalibus undis, Finxit in effigiem mo-  
 derantem cuncta deorum. Horatius, Audax Iapeti genus igne  
 fraude mala gentibus intulit, post ignem ætheria domo sub-  
 ductum macies, et noua febrium terris incubuit cohors. Hæc  
 ideo de Prometheo quidam ficta esse commemorant, quod cum  
 ei bonorum Iapeti patris, quia natu maior erat, successio debe-  
 retur, studiorum tamen dulcedine tractus, illam Epimetheo  
 fratri cessit, et duobus paruis filijs Deucalione et Iside de-  
 relicti in Assyriam contendit, ubi cum aliquandiu isignis ea  
 tempestate Chaldeos audisset, mox Caucaſum petijt. In cuius



uertice aliquot annis commoratus longa meditatione atq; ex pe-  
 rientia astrorum cursu, & uictorum ac fulgurum ratione per-  
 cepit, iterum ad Assyrios redijt, eosq; Astrologiam, & fulmi-  
 num procratationes, mores praeterca, & ea quae ad civilem sta-  
 tum pertinent docuit, rudemq; & agrestem populum, ac fe-  
 rarum ritu uiuentem, ita reformauit, ut uisus sit nouum quod-  
 dam, & magis cultum, ac civile hominum genus producere.  
 Caucasus mons est altissimus, asperq; & ihospitalis Indiam,  
 a Scythia dirimens i finibus Assyriorum. Virgilius. Nec tibi  
 diua parens generis, nec Dardanius author p̄fide, sed duris ge-  
 nuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanaeq; admorunt ube-  
 ra tigres. Est autem pars Tauri montis. Taurus uero ab Eois  
 ueniens litoribus Chelidonio promontorio determinatur. im-  
 mensus ipse, & innumerarum gentium arbuter. Dextro late-  
 re septentrionalis, ubi primum ab indico mari exurgit, leuo  
 meridians, & ad occasum tendens, mediamq; distrahens Asi-  
 am, nisi maria occurrerent, quae ueluti de industria a natura  
 rerum opposita uidentur, ne terras opprimat. Resilit ergo ad  
 septentrionem, flexusq; immensum iter querit. Hinc phoeni-  
 um, hinc ponticum mare est, illinc cassium, & hircanum, cō-  
 traq; Maotium lacum torquetur. itaq; collisus inter haec clau-  
 stra, flexuosus ad cognata Riphoeorum montium iugis euadit,  
 nullis & nouis semper nominibus quocinq; fluit, insignis.  
 Imaus prima parte ductus, mox Edigis. Paropanisus. Circius.  
 Cambades. Pharthariades. Choatras. Oreges. Oroades. Ny-  
 peter. Taurus, & ubi quoq; se exuperare uideatur, Caucasus,  
 ubi brachia quasi maria tentaturus emittit. Sarpedon. Corace-  
 sius. Gargus. iterumq; taurus etiam ubi dehiscit, & sese popu-  
 lis aperit, portarum tamen nomine sibi uendicans unitatem,  
 quae alibi armenica, alibi cassica, alibi alia uocantur portae,  
 siue Armenica Cassica. Cilica. Pila. Quinetia contractus,  
 & maria quoq; effugiens, plurima gentium nomina hinc atq;  
 hic fortatur, a dextera hircanum. Cassium. a leua pariedrus.  
 Mojschicus. Amatonicus. Coraxicus. Scythicus appellatur. A  
 tauro anitaurus. taurius. & tauricus deducuntur, de quibus  
 superius diximus. A caucaso caucasicus. Virg. Caucasicaeq; re-  
 fert uolucres. A prometheo prometides penultima producta.  
 Hercules Theseum mortuo Pirichoo pauitantem ab inferis ad  
 superos reduxit. Theseus Athenarum rex fuit, Eggi & Ae-  
 thrae filius, uir robore, fortitudine, & rerum gestarum glo-  
 ria usq; adeo insignis, ut inter Hercules connumeretur. Cum  
 adhuc penè adolescens esset, ab Eurystheo cum Hercule aduer-  
 sus Amatonas missus, uictor redijt. & hippolyten Amatonu  
 reginae sororem, quae bello capta ei in sortem praedae concess-  
 rat, duxit uxorem. Tum Chreontis Thebani regis superbum  
 reuudit imperium. & ut funeralia officia exhiberi occisus in  
 bello regibus possent, effect. Taurum ab Eurystheo Atticae ter-  
 rae immensum, & omnia uastantem, apud Marathonem in-  
 terem. hic campus est Atticae prouinae in quo Miladaes co-  
 pias omnes, quae persarum ducem secutae fuerant, non expe-  
 ctatis lacrae demoniorum auxilijs, quae tardius ob pleniluni-  
 um uenere, funditus deleuit. a quo taurus ipse a Theseo in-  
 terfectus marathoniensis est ductus. est etiam Marathon oppidum  
 iuxta Tricorythum, & Rannem urbem, in qua clarum Ne-  
 mesis templum fuisse memoratur, & statua eius, quod Diodo-  
 ri opus fuisse commemorant, uel (ut alij putant) Agacriti pa-  
 riy cum phidiae operibus contendens. Scyronem latronem ho-  
 spites, dum in scopulo residet, aut lauare sibi pedes, aut se ado-  
 rare cogentem, & sic incautos praecipitantem in mare, occidit.  
 cuius ossa in scopulos conuersa feruntur, quae adhuc Scyronia  
 saxa uocantur. Sunt autem in attica regione simul cum oppido  
 eiusdem nominis, non longe a Megaris iuxta mare ita sita,

ut transitum non relinquunt. Supra ea uia est, quae in Atti-  
 cam ab isthmo ducit. Adeo autem saxis haec uia immnet, ut  
 in multis partibus praecipitum transeuntibus minetur monte  
 aspero, atq; difficili in altum porrecto. Hinc Athenienses Cau-  
 rum uentum ab ijs locis flantem, seuum, ac procellosum, Scy-  
 ronem appellant. Secundum scyronis saxa minoru peris pro-  
 rumpt in pelagus Nisae portum efficiens, quae megarensum  
 emporium fuit. Ex ijs saxis (ut fama est) Ino cum Melicerte fi-  
 lio sese protecit in mare, quae Cadmus, & Hermonis filia fuit,  
 & cum Athamanti Aeoli filio nupsisset, eiq; Learchum, &  
 Melicertem peperisset, uidens ab insano patre Learchum oc-  
 cisum, sese praetimore cum Melicerte e Scyronis saxo praeci-  
 pitum dedit. Sed ambo in marinos deos a Neptuno sunt con-  
 uersi, illa in Leucotheam, filius in Palemonem. Ouidi. Leu-  
 cotheaq; deum cum matre Palemona dixit. Latini Leucothe-  
 am nuncuparunt Albumam, siue albam deam. Palemonem  
 uero Portunum. Aristonidas artifex, cum ex primere uellet  
 Athamantis fierorem, learchum filium praecipitare uolens,  
 & praecipitato illo residentis poenitentiam, ferrum, & aes ma-  
 scuisse dicitur, ut rubigine eius per nitorem aeris relictae ex-  
 primeretur uerecundiae rubor. Quod signum longo tempore  
 in pretio habitum fuit. Leucothea a candore dicta est. **10**  
 uer enim graeci album dicunt. unde leucargillon uocamus  
 genus argillae albae. Leucas insula est contra sinum ambrati-  
 um sita iuxta epeurum habens montem altissimum, & Augu-  
 sti contra M. Antonium, & Cleopatram uictoria memorabi-  
 lis. a qua leucadius deducatur. Leucas etiam oppidum est in  
 Aeternia parte Epeuri olim Meritum uocatum. Scyros au-  
 tem insula est in mari aegaeo, una ex cycladibus lycomedis re-  
 gis patria, in qua Achilles puellari habitu educatus est, & fi-  
 liam eius Deidamiam praegnantem reddidit. A quo scyrias  
 deducatur. Ouidius. Scyrias Aemonio iuncta puella uiro pro-  
 custen quoq; latronem Atticae regioni i festum & hospites cru-  
 delissime trucidantem interemit. Idem. Vidit & immitem  
 Cephesias ora procaste. Ora Cephesias attica regio dicitur, q̄  
 pe Cecrops Athenarum conditor, omnem eius regionis multi-  
 tudinem i duodecim urbes digessit. Cecropiam. Tetrapolin-  
 Epatriam. Deceleam. Eleisin. Aphidnam. siue ut alij uolunt  
 pluratiuo numero Aphidnas. Thericam. Brauron. Cytheru.  
 Sphreatum. Cephesiam. Phalerum. Sed Theseus postea has om-  
 nines in unam Atheniensium ciuitatem congregauit. Cephe-  
 sia a cephisio flumine uocata, quod a Trinemijs originem du-  
 cens per plana deuehitur, quousq; Phalerum in greditur pe-  
 lagus, Magnaq; ex parte torrentis instar labitur, astate per-  
 exiguis. e etiam cephisia fons atticae. sicut Larine. Callihoe-  
 Nemeae. Crunos. Helenen Castoris, atq; pollucis sororem, exi-  
 mia pulchritudine uirginem, palastra ludentem rapuit. haec  
 Iouis & Leda filia fuit. etenim iupiter cum Leda Tyn-  
 dari regis uxorem deperiret, in cygni effigiem conuersus can-  
 tu uirginem non modo, ut ad se ueniret, sed etiam ut sibi blan-  
 diretur allexit. Praegrans itaq; facta ouum peperit, ex quo  
 Castor, Polluxq; & Helena nati sunt. Quamuis aliqui Pol-  
 lucem tantum & Helenen natos uelint. Castorem uero ex-  
 tyndaro fuisse mortale. Alij duo oua a Leda uno partu adi-  
 ta, ex quorum uno castor, & pollux, ex altero nata fuit He-  
 lena, & Clytemnestra, quae Agamemnonis uxor fuit. Castor  
 igitur & Pollux aduersus Thesei matrem illo absente profes-  
 cti Aphidnam oppidum, in quo helena erat, in captam depo-  
 pulati sunt, matrem thesei captiuam duxerunt, Helenen so-  
 rorem recuperarunt, & Menelao Lacrae demoniorum regi de-  
 derunt uxorem. Quam cum Paris postea sparta in captiua ra-  
 puiisset, ortum est bellum Troianum, in quo Castor, & Pollux  
 cum reliquis



cum reliquis græcis interfuerunt, cum antea simul cum cæteris argonautis Colchos profecti fuissent. ab Helena Helene in sula uocata est, una ex Sporadibus, quæ adiacet Sunio promontorio terræ Atticæ, & uille nobilis, quæ eiusdem Sunij nomine appellatur. Hæc insula deserta, & aspera est, longitudinis spatium VII millium. Hanc Home. Chrytaen uocat. Helena autem appellata est, quia in ea primum Paris cum Helena dicitur concubuisse. Nascitur ibi frutex dodrantibus ramis humi se spargens, folio simili serpilli. Helenum dicitur, quod ex Helene lacrymis putatur nauum. fauere creditur formæ, autem mulierum in facie, reliquosq; in corpore nutrire in corruptam. uenerem conciliare. & hilaritatem inducere in uino potam, plinæq; illum effectum, quem habuit Nepenthes illud prædicatum ab Homero. αὐτὴν ἄρειος οἶνος βάλε φάρμακον. ἰδὲν ἔτιονοι κινυθεὶς ἔτ' ἄχολοντι καὶ ὦν ἐπιλυθὸν ἀπαταται, hoc est statim uero in uino posuit pharvacium, inde bibebant, sine tristitiaq; sine ira; malorum obliuionem omnium. Nepenthes enim adiectiuum est, ex ὠν, priuatiua particula & πινθος, quod tristitiam significat. Quidam existimant id pharvacium herbam fuisse, quam buglossam uocari superius diximus, de qua sic scribit Galeus, καὶ τῆς οἶνος ἐμβάλλοντο μύρον, ἀπρὸς οἶνον αἰτρίον εἶναι κερίαται, hoc est. & uinis impositum letitiæ causa esse existimatur. Castor equo clarissimus fuit. Pollux inter pugiles maxime excellent. Quidam uolunt eos bello troiano interfuisse, sed Lacedæmonem reuersos in cælum fuisse translatos. Cicero Spartanæ sepultos affirmat Homerum fecit. Ouidius tradit cum phæben & sororem eius Leuappi filias Lynæo, & idæ fratribus desponsatas rapuisse, bello ab ijs impentis fuisse, & in eo castorem a Lyco interfectum, in quem cum pollux impem fecisset, eum occidit. idem ab ida ipse passurus, nisi da non ei a Ioue fuisset, ut lædi non posset. Addunt eum postea a Ioue impetrasse, ut sibi fas esset immortalitatem cum fratre in partu. itaq; ambos in cælum translatos geminorum signum efficere, & equos in eorum tutela esse. Quidam scribunt hos ex omnibus maxime fratribus in iudicia inuicem beneuolentia coniunctos fuisse, quod neq; de priuatiua contenderint unquam, nec rem ullam nisi communicato cõsilio gesserint. propterea Iouem quidem inter notissima sydera eos constituisse. Neptunum uero equos ijs, quibus uiuunt, donasse. & potestatem ut naufragijs auxilio essent concessisse. pollucem scribit Home. concessisse fratri dimidium uitæ, itaq; alternis diebus eorum quæsi luare. Gemini ab auri gæ dextera parte supra orionem collocati uidentur, ita tamen ut orion inter murum & geminos appareat cõstitutus. capite eorum a reliquo corpore diuiduntur eo circulo, qui æstatem definit, ita ut complexa inter se corpora tenentes directi a pedibus occidant. Exoriuntur inclinati, quasi iacentes, sed qui cancro proximior est, habet i capite stellam unam claram in dextero cubito unã. in utroq; genu singulari. Alter uero in capite unam. in sinistro humero unam. in dextero alteram. in utraq; manu singulari. in sinistro pedem unam. quæ Tropus a quibusdam appellatur. præter hæc Theseus Minotaurum interemit. & Athenas turpi seruitio liberauit. Minos de quo supra diximus, inter alios filios habuit Androgeum præclaræ indolis adolescentem, qui ab Atheniensibus & megarensibus per inuidiã occisus est, quod palestra cæteros superaret. Quapropter suscepto a Minoe aduersus hos populos bello, primo megarenses subegit, Deinde Atheniensibus tributarios fecit. & in Androgi memoriam pueri Atheniensis Minotaurum capiti obijcere. Sed Theseus in cretam profectus Ariadnen Minos & pasiphæes filiam i sui amore alexit, datq; illi fide, quod eam sibi uxo

rem duceret, & Hippolyto Phædræ sororem eius copularet, ab ea edoctus est, quomodo Labyrinthum intrare. Minotaurum superare, & filo ducto inde exire posset. Quapropter huius peractis noctu cum Ariadne, & phædra nauem in gressus, in Chium (ut quidam uolunt) ut alij in Naxon insulam nauigauit, ubi Ariadne dormiente relicta, ipse cum phædra abiit. Cum uero ex pergefacta Ariadne discessum eius intellexisset, questu atq; ululatu fœmineo omnia complens, a Baccho ea forte transeunte amata, & in coniugem ducta est, ex qua Thoantem filium Lemni postea regem suscepit. Nec multo interiecto tempore, cum bacchus subiugata India filiam regis indorum amaret, cupiens mærorem quem ex ea re Ariadne suscepit lenire, Coronam eius quam Vulcanus a se fabricatam ueneri. Venus autem Ariadne dono dederat, in cælum transtulit. Quidam scripserunt hanc coronam ex uero, & indias gemmis compositam fuisse, quarum splendore Theseus e tenebris Labyrinthi ad lucem peruenerat. Alij hanc coronam dicunt Theseo a Neptuni patris uxore datam, & ab eo donatam Ariadne. Hæc sinistro humero ab archetophylæa penè contingitur, & Engonasi coniungitur calce dextri pedis. Cancro & Leone ex oriente occidit. cum scorpione exoritur. habet stellas nouem in orbem dispositas, & ex ijs tres clarius cæteris lucentes. Chium insula est in mari Aegæo, quod ita nominatum est, quia scopulus quidam in eo inter Te num & chium speciem capræ habet, quæ a græcis αἴξ appellatur. cernitur quasi repente in medio mari exiliens. A dextera parte Andrum nauigantibus ex Achaia dirus, ac pestifer. chium primam syllabam correptam habet, cum substantiuum est. Quando uero primam habet productam, est nomen adiectiuum. Hinc chij dicuntur, qui ex chio insula sunt. & chia uina uocantur Arusia, hoc est quæ in Arusio eius insule promontorio nascuntur. Naxos autem insula est in eodem mari, una ex cycladibus. Hoc uero nomen habent, quis ἠνυλλοὶ græci arcum dicunt. Hæc uero insule a promontorio geresio circa delum in orbem sitæ sunt. prima earum andrus dicitur, cum oppido eiusdem nominis, a quo Andrius. Dicta est antea cauros. postea antandros. Item Lassa. Nongria. Hydrussa. epagris. ab hac mille passus distans Tenos cum oppido, quam propter aquarum abundantiam Aristoteles Hydriam appellatam dicit. aliqui ophiussam. Cæteræ Myconæ cum monte dimasto. Scyros cuius paulo ante mentionem fecimus. Siphnius quæ antea Eropia, & Actis appellata est. Seriphus. Prepesinthus. atanos & quæ omnium cycladum clarissima in media sita est, Apollinis templo, & mercatum celebrata. Delos, quæ diu fluctuata (ut prodicitur) motum terræ non sensit, usq; ad M. Varronis ætatem. postea bis concussam memorant. Hanc Aristoteles ita appellatam prodidit ἀπὸ τοῦ δηλῶ, quod est aperio. manifesto, quoniam repente apparuit enata. Hinc delius. & delia. & deliacus deducuntur, eandem quidam cynthiam. alij Orygiam. Asteriam. Lagiam. cerham. Mydiam. cynethum. pyrpilem ita dictam, quod ignis primo ibi repertus fuerit. angitur quinq; millibus passuum, & cyntho monte in altum assurgit, a quo Apollo Cynthius dicitur. & Diana cynthia & Propertius amant suam ob pulchritudinem cynthiam uocauit, cum antea hostilia diceretur. orygiam autem ideo cognominatam tradunt, quia in ea primum cornices sunt uisæ, quod genus uis græce dicitur ὄρυξ. Iupiter cum latonam compressisset, sororem quoq; eius nomine Asteriem uitare conatus est, quæ deorum miseratione in auem conuersa est, quam nos corniciam uocamus. at iupiter sese in aquilam, ut eam raperet, uertit. Illa uero rursus deorum miseratione in lapidem transmutata.



est, qui diu sub aquis latuit. Tandem uero precibus Latonæ a Ioue in summam aquas deductus est. cum interea iuno Latonam grauidam persensisset immisso contra illam phytone serpente per omnem terrarum orbem persecta est, donec errando ad sororem perueniens ab ea suscepta est. Ouidius. Errantem accipit tunc cum leuis insula nabat in hac ergo insula Latona Dianam & Apollinem peperit, qui eam errare amplius nequaquam passi fuere. Fuit & ortygia alia circa si-  
 10 aliam ex opposito plēmyrii Sialie amnis. Virgilius. Sicanio prætentæ sinu iacet insula contra plēmyrium undosum nomen dixere priores ortygiam, alpheum fama est huc Elidis amnem occultas egisse uias subter mare qui tunc ore Arēthusa tuo siculis confunditur undis. Coturnix parua auis est, semper ante ueniens, quā gnyes, & cum uenit ad nos terrestris potius, quā sublimis. aduolat simili modo non sine periculo nauigantium. cum appropinquant terris siquidem uelis sæpe occurrunt, & hoc semper noctu, merguntq; nauigra uisstro non uolunt humido. salicet & grauiore uento, aura tamen uehi uolunt propter pondus corporum, & uires paruas aquilone ergo maxime uolunt ortygonetra ducē, quam uulgo coturnicum regem appellant, maiorem aliquanto, ac nigriorem, sic dictam, quod dux sit, ac moderatrix coturnicum, *ōrtuē enim coturnix est uētrōs mensura.* primam coturnicum terræ appropinquantem accipiter rapit, semperq; hinc remeantes comitatum sollicitat, proxima ortygiæ Rherene est, quam alij celadusam uocant, alij arremuten. postea Syros. Olearius. paros cum oppido Marmore nobilis, quod parium dicitur, hanc primo plateam. postea minoia uocanturunt. post hanc Naxus cum oppido, quam strongilem, deinde Diā, mox Dionysiada a uinearum fertilitate. alij sialiam minorem, aut callipolim appellant. ut. a Naxo deducatur Naxius. Idem Thefeus Athenienses uagantes prius, atq; dispersos in patriam reuocauit, & mores ac leges ciuitati dedit, ignominiose postea per signo testatum, lege ab ipso lata eiecitus idem aduersus cēturos in nuptijs Pirithoi pugnauit. Foedera primus inuenit. arcyonem, qui omnem atticam regionem latrocinis infestabat, immani ferocia, & membrorum robore curuantem trabes, & altissimas pinus ad terram trahentem, apud Eleusin Atticæ urbem, a qua eleusinus deducitur, interfecit. Ouidius. Cercyonem leuitem uidit cerealis Eleusis. Ocidit ille ferox magnis male uiribus usus, qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto, ad terram late sparsuras corpora pinus. pirithoum tanta animi constantia dilexit, & ab eo dilectus est, ut primum inter amicorum paria numerentur. Idem. Et cum pirithoo felix concordia Thefeus. propter quod cum pirithous defuncta Hippodame uxore animo proposuisset aliquam a Ioue genitam sibi coniugio iungere, nec aliæ tum iouis filia nominarentur, præter Helenen, quæ tum a Thefeo rapta fuerat, & proserpinam Ditis uxorem, descendereq; ad inferos ad rapiendam proserpinam propterea statuisset, Thefeus deserere amicum in tanto periculo noluit. Simul itaq; profecti ad inferos. Pirithous a Cerbero, de quo supra diximus, extinctus ē. Thefeus inuare cum uolens ipse quoq; in uitæ discrimine fuit. Ad extremumq; captus, & a Dite apud inferos detentus est. Quod cum forte ad Herculis aureas peruenisset, qui tum forte superato Ceryone cum igenti præda ex Hispania reuertebatur, ad iferos per specum tanaro propinquum profectus ē, & liberato Thefeo, ac Cerbero capto, & triplia cithæna de uincto per eundem specum ad superos reuersus est, & cerberum Thefeo captiuum dedit. Tanarus mons est Laconie. a quo Tanarum oppidum Amyclis propinquum. Sub eo rupem esse ferunt, per quam est iter ad inferos. Seneca. Spartana

tellus nobile attulit iugum. Densis ubi æquor Tanarus syluis premit. Hic ora soluit Ditis inuicti domus, hi atq; rupes alta, & immenso specu igens uorago faucibus uastis part, latumq; pandit omnibus populis iter. Quidam non per Tanarum rediisse Herculem, Thefeumq; cum Cerbero dicunt, Sed per Acherusiam. hæc specus est iuxta Heracleam urbem ab Hercule conditam in litore maris Euxini, quod a Thraaco Bosphoro incipit. hinc enim ingens sese aperit pontus, nisi ubi promontoria sunt huc, atq; illuc longo, rectoq; limite extensus. Cætera sinuatus. Sed quia contra minus, quā ad leuam & dextris abscessit, mollibusq; fasis gnis, donec angustus utring; angulos faciat, inflectitur, ad formam Scythica arcus maxime incuruus. breuis. atrox. nebulosus. raris stationibus. non molli, neq; arenoso litore circumdatus, uianus aquilonibus. Et quia nō profundus est fluctuosus atq; feruens, olim ex colentium sauo ad modum ingenio Axenus, hoc est in hospitalis, post amercio illarum gentium mollitis aliquantum moribus dicitur Euxinus, hoc est bene hospitalis. Ouidius tamen ob frequentes procellas falso ita nominatum affirmat, Euxinus falso nomine dicitur habet. Idem. Quem tenet Euxinus mendax ægno-  
 20 ne pontus. E spumis cerberi cinis cum ab Hercule extractus ab inferis fuit, Aconicum natum fabulæ prodidere. ideoq; apud Heracleam ponticam maxime inueniri, ubi monstratur eius ad inferos aditus, exitusq;. herba est, immo uenenum omnium uenenorum ocysimum. qui ppe tactis duntaxat genitalibus foemini sexus animalium, eodem die tradunt mortem inferre. hoc ueneno interem ptas a Calphurnio bestia dormieters uxores M. Cæcilius acusatior obiecit, usq; est atroci peroratore in dignum illum, quo calphurnius sicut uxorum suarum genitalia tinxerat. Folia habet Cyclamini non plura quatuor, ab radice leniter hirsuta, radice medicam marino Cammaro similem. propter quod quidam Cammaron appellauerē. Galenus medicus duo genera Aconiti ponit, alterum pardalianches, quod carnes eo tactæ gustatu pantheras necant, alioquin illos situs repleturas, alterum Lyactonon, quod eodem modo lupos interminat. Item radix incuruatur paulum Scorpionum modo, qua re & scorpion aliqui appellauerē. Nec defuerunt, qui Myctonon nominare maluerunt, quoniam è longinquo uires odore necat. Nasatur in nudis catibus, quas græci aconas uocant. & ideo aconitum uocauerē, nullo ne puluere quidem iuxta nutriente. Alij ex eo uocatum Aconitum putant, quoniam uis ea huic in morte est. qua contibus ad ferri aciem deterendam, statimq; admota uelocitas sentitur. cautes siue cotes, siue eos proprie saxum dicitur asperum, atq; abruptum. Item lapis quo ferrum acuitur. cuius diminutiuum est cotacula, quamuis primitiui sui significatum non seruet. Cotacula enim non is lapis est, quo ferrum acuitur, sed quo fit auri atq; argenti experimentum. Quippe ductum in eo, ac perfrictum aurum, signum facit, per quod statim quantum in eo argenti, uel æris sit mirabili ratione comprehenditur. hic lapis quondam non nisi flumine ocho, quod in india montibus ortum hyrcaniam fluit reperiri solebat (ut Theophrastus fatetur) Nunc uero passim reperitur, ab alijs Heraclius, ab alijs Lydius appellatus, modicus quidem, & raro quaternas uncias longitudinis, binasq; latitudinis excedens, pars quæ caelum spectat melior est, quā quæ terram. Verum quod nos caudem, siue cotem dicimus, græci uero nominant in utroq; significato. Hinc cotes, siue aconas olearias, & aquaticas dicimus, quod illas ad ferrum aciedum oleo, has aqua madeficiamus, & decotes appellamus togas attritis, quasi cotibus detrita, atq; consumpta sint. illud admiratione dignum ē, quod aconitum, cuius tam pestifera uis est, humane  
 30  
 40  
 50  
 60  
 tamen



tamen saluti plurimum confert dono quodam providentiæ, quæ nullum uoluit esse malum, in quo non aliquid boni in-  
 esset. Misceatur aconium medicamentis oculorum. Scorpionum  
 iñibus in uino calido datum aduersatur. Ea est natura, ut homi-  
 nem occidat, nisi inuenerit, quod in homine perimat. Tunc  
 pugna non est, cum uenenum in uisceribus reperit. Miracu-  
 lum certe est, cum per se ambo duo ista uenena exitiaria sint,  
 in homine commori, ut homo super sit. illud quoque stupendum  
 torpescere scorpiones aconiti tactu, et uictos se satiri, auxilia-  
 ri tamen eis elleborum album, tactuque eius primum uigo-  
 rem statim redire. et pantheras, quæ carnes Aconito infectas  
 gustarint, gustu excrementorum hominis statim à morte libe-  
 rari. Ita ferarum quoque perniciosarum remedia parens natu-  
 ra perduxit. Hercules Alcestem quoque ab inferis ad uirum re-  
 traxit. Alceste admeti regis coniux fuit et filiarum peliæ  
 Thessaliæ regis formosissima. Hæc uirum suum usque adeo dile-  
 xit, ut in graui morbo cum oraculo Apollinis didicisset, non  
 posse eum aliter mortem euadere, nisi aliquis pro eo morere-  
 tur, uoluntariam ipsa pro salute uiri mortem subierit. Iuuenalis  
 spectant subeuntem sita mariti Alcestem, at qui Admetus  
 pristina saluti restitutus, et uxoris mortem indigne ferens, ab  
 Hercule impetravit, ut eam sibi ab inferis reduceret. Reuer-  
 sus autem ab inferis Hercules, cum Lycum humili ortum ge-  
 nere Thebarum imperiu occupasse, et Megeræ coniugium  
 inuulsi compersisset, eum occidit. postremo cum post tot exan-  
 clatis labores, exatitare tamen adhuc Iunonis inuidiam nõ  
 potuisset, eius dea imperio in ferocem artus Megeram uxo-  
 rem, et paruulos, qui cum ea erant filios occidit, a quo dictus  
 est, Ἡρακλῆς μακρόμυρος, hoc est Hercules ferens a τὸ  
 τῶν μακρῶν, quod ferere est, a quo et Mænades dictæ  
 sunt mulieres, quæ bacchi sacra celebrabant passis capillis fu-  
 rentium more huc atque illuc cursitantes. Iuuenalis. Crinemque  
 rotant ululante priapo Mænades. sed illud stupore dignum ui-  
 detur, quod tot uirorum fortium, tot monstrorum uictor, et to-  
 tius orbis dominator, ab una se uinca muliercula passus sit. Spon-  
 ponderat huic uxorem Eurytus Oechaliæ rex iolem filiam,  
 quam postea suam filij tradere deneget. Quapropter in-  
 dignatus Hercules ipsum, ac filios interemit, et oechaliam ur-  
 bem euertit, quæ in Laonia erat et ab oechalio flumine qui  
 propè eam fluit (ut Homerus testatur) ita appellatur, unde et  
 ea pars Laonia quæ Thessaliæ propinqua est oechalia ap-  
 pellatur. Virgilius. Ut bello egregius idem disceat urbers,  
 Troiamque oechaliamque; ut duos mille labores sustulerit. Io-  
 lem uero rapuit, quam usque adeo ardentem amauit, ut ea omnia  
 eius causa pateretur, quæ olim sub Omphale regina Lydiæ  
 passus fuerat, quorum mentionem Statius facit. sic Lydia cõ-  
 iux Amphitryoniaden exutum horrentia terga pendere. Si-  
 donios humeris reddebat amictus, Et turbare colos, et tympa-  
 na rumpere dextra. Ouidius de Iole. In greditur late lato spe-  
 etabilis auro qualiter in Scythia tu quoque cultus eras, Dat uul-  
 tum populo sublime sub Hercule uicto, oechaliam uiuo stare  
 parente putes. Sene. Fortem uocemus cuius ex humeris leo do-  
 num puella factus, et claua excidit. Fulsiq; pictum ueste  
 Sydonia latus. fortem uocemus, cuius horrentes comæ maduere  
 nardo, Laudem qui ignotis manus. Ad non uirilem tympani  
 mouit sonum mira ferocem barbara frontem gerens. sed hæc  
 Iolen filio suo tradidit uxorem, ne se uita functo uidua rema-  
 neret. Quippe Deianira, cum Herculem ioles amore arden-  
 tem cognouisset, recordata muneris, quod a Centauro accepe-  
 rat, et eo dato alienaturam se ab Iole coniugis animum, et  
 sibi conalituram existimans, Nesi uestem pestifero sangui-  
 ne intinctam clam ei transfudit, quam cum se imprudens

Hercules induisset, uenationi indulgens resolutus in sudorem  
 corpore uenenatum sanguinem paulatim ebibit, quo facto ob  
 doloris magnitudinem pene in rabiem uersus, rogo in Oeta  
 monte constructo sese flammis iniicit, et sic uita functus est;  
 anno ætatis suæ quinquagesimo secundo. Oeta mons est inter  
 Thessaliam, et macedoniam. rogo. morte. et sepulchro Her-  
 culis insignis, abundans elleboro. a quo oetaeus deducitur, Vn-  
 de oetaea regio. Mons ipse ab oriente, ac Thermopylis in occi-  
 dentem usque in sinum ambracum extenditur, et quodammo-  
 do per lineas rectas scandit montanæ regionem. A parnasso  
 usque pindum pars in Thermopylas uergens proprie oeta uoca-  
 tur, Longitudinis circiter triginta stadia, celsitudinis immen-  
 sa, Longe autem excelsissimus est ad thermopylarum tractu.  
 ibi enim cacumen eius attollitur, ac in rupes acutas, præcipi-  
 tesque finitur. paruum et angustum uiatoribus a litore locros  
 ex thessalia petentibus relinquens transitum, quem Pylas, hoc  
 est portas uocant, et Thermopylas, quod ibi sine Therma,  
 hoc est calide aquæ magno in honore, ut pote quæ Hercules di-  
 catæ sunt. iuxta est callidromus flumini, et olyras, quem fibu-  
 le dicunt Hercules rogam extinguere conatum esse. Hercules  
 filios (ut quidam tradunt) septuaginta reliquit, E quibus cla-  
 riores exeam. Geoniadem. Thiriomachum. et Dicoonta ex  
 Megera Creontis Thebani regis filia natos. Ithoneum ex pa-  
 phyra. A quo Ithone urbs Bootiæ in qua regnauit. Est etiam  
 Ithone Macedoniae oppidum antiqua Minervæ sedes. a quo  
 et ipsa Minerva aliquando Ithone uocatur. Cromin, quem  
 equos habuisse Thraces constat, quos Hercules occiso Dionede  
 adduxerat humanis carnibus uesci solitor. Status. Mox Cro-  
 mus hippodamum matrem interioris ad orbem iuribus hercule-  
 is, et toto robore patris axe tenet prehensio. Idem. Postremum  
 discrimen, erant cromus asper, et asper Hippodamus. Hic cum  
 adrasto rege in bellum Thebanum profectus est. Aglem, quæ  
 poetæ cum Tirynthia pube in bello Thebano fuisse, mem-  
 morant. Tirynthios Achaos dicunt. Tirynthia enim appella-  
 uerunt Achaia oppidum iuxta Argos, et non longe a Myce-  
 nis, a quo Hercules, quod ibi alius, atque educatus sit, Tirynthi-  
 us est uocatus. Hylum ex Deianira. Sene. Si uera pietas Hyl-  
 le quaerenda est tibi iam perime matrem. Hic cum cæteris fra-  
 tribus, qui defuncto Hercule superstites fuerunt, ab Eurystheo  
 rege pulsus Athenas confugit, ubi benigne a ciuibus exceptus  
 pietati templum erexit. postea ab Aepalio rege, quod quondam  
 regno pulsus, auxilio Hercules restitutus fuisset, in filium ado-  
 ptus est, et quia natu maior erat, suæssor institutus. itaque et  
 ipse quam posteri eius longo tempore in successione Pindi im-  
 perium tenuerunt. Pindus Thessaliæ urbs fuit a pindo mon-  
 te ita appellata, iuxta quam eiusdem nominis fluminius labitur  
 in Cephissum decurrens. Eandem nonnulli Acyphantem uo-  
 citarunt. sardum, a quo supra diximus sardiniam insulam  
 nuncupatam, cum e Libya ad eam habitandam cum multitu-  
 dine colonorum uenisset. Cyrnum, a quo insula in mari Ly-  
 gustico Cyrnos appellata, cum antea Teraphne diceretur, no-  
 stri Corsicam uocant. longa passuum CL millia, Lata maio-  
 re ex parte L Circuiter CCCXXII millium, distans a uadis  
 uolaterranis LXII millibus passuum. a corsica corsicum dici-  
 mus, a cyrno cyrneum. cyrnea tamen uasis uinarij genus est.  
 Plautus. Cadus erat uini, inde impleui cyrneam. Nam cadi  
 uasa sunt quibus uina conduntur. Varro. Supra decem millia  
 cadum hæredi reliquit. Virgilius. Vina bonus quæ deinde ca-  
 dis onerarat Aestes. a cado semicadium. cadi dimidiu. Dio-  
 dorum cuius mentionem facit Iosephus, et ab eo scribit So-  
 phona natum, qui in Africa regnauit, ex cuius nomine Afri  
 Sophaci appellati sunt. Gelonum, a quo geloni scythiæ popu-  
 t ij



li nomen sumpserit. Hi propinqui sunt Agathyrus, qui & ipsi ab Agathyrso altero Herculis filio nominati sunt, utriq; pingere se solebant. Virgilius pictorq; gelonos. Hi praeterea cum per desertam scythica discurrunt, sitientes equorum suorum uenas aperuunt, sanguinemq; epotant. Idem profuit intensos a stus auertere, & iter ima ferire pedis salientem sanguine uenam, Bisaltae quo more solent, acerq; gelonos, Cum fugit in rhodopen, aut in desertam gurgurum. Et lac concretum cum sanguine potat equino. Geloi uero campi in Sicilia sunt apud flumen gelam. a quo & gela urbs nomen habet. Adem. Campiq; geloi. Scythen (ut scribit Herodotus) a quo scythia nominata regio septentrionalis, de qua i ferus dicemus. Tlepolemium ex Astyochia, quam ex Ephyræ Peloponnesi urbe rapuerat. Hic (ut Homerus scribit) cum iam adoleuisset Lycaminum auniculum suum Marte progenitum, & patre suo carissimum iam senem iter fecit. propter quod fabricatus nauibus patria profugus, non parua manu iuuenum collecta, Rhodum petiit, & ea insula occupata Rhodiensibus imperauit. Vnde postea in bellum Troianum cum nouem nauibus profectus est. *Ἡμετέριος Ἰσθμὸς ἡρακλείδης ἵσθησσι μέγαστι, ἐν ῥόδου ἐννία νῆας ἄγει ῥόδοι ὠκεανῶν,* hoc est, Tlepolemiusq; Heraclides, ampliusq; magnusq; e Rhodo nouem naues duxit. Rhodiensium su perborum. Ephyræ olim dicta est, quæ uinc Corinthum dicitur arcem habens, quæ uocatur acrocorinthus, in medio ferè peloponnesiaci isthmi sita. Isthmos græca uocant angustias peninsularum, inter quas nobilitate Peloponnesiacæ præferuntur. Quippe peloponnesus, quæ Apie primo, postea pelagica dicta est inter duo maria, Aegæum & Ionium Platani folio similis propter angulosos recessus, arcibus CCCCLXIII millium passuum colligitur. Angustia sex millium sunt, ubi erumpentia e diuerso, quæ dicta sunt maria, hinc Corinthiacam, illinc saronicum sinum efficiunt, olim querno nemo re redimitum, unde nomen habet. Quippe ueteres græca saron quercum nominabant, Legæ hic angustiarum termini, longo & anapiti nauium ambitu, quæ propter magnitudinè plusstris transuehi non possunt. Quam ob causam per fudere nauisibili alueo angustias Demetrius rex. dicitur Caesar. Caius princeps. Domitius Nero Tentauerè in fausto omnium incepto, ut docuit exitus. Corinthus primo a Sisypho latrone. Aeoli filio fertur condita fuisse, & Corcyræ nominata, deinde aucta Ephyræ uocata est, postea euersa, & a Corintho Heracles filio instaurata, Corinthus appellata est. Peloponnesus uero a pelope uocata quasi pelops insula, quoniam pene insula est. Pelops tantali regis phrygiæ filius fuit, cuius pater ut diuinitatem ex periretur, cum dys quasi carnem aliam epulandum apposuit, a cuius esu cum ceteri dij abstinuissent sola Ceres pueri humerum depasta est. Quapropter dij reuocato ad uitam pelopi eburneum humerum addiderunt. Tantalum uero ad inferos deitum hac perpetua poena afficere, ut infra se amnem dulcissimam aquæ semper ad infimum usq; labium fluentem haberet. Supra autem arborem suauissimus pomus onustam os pertingentem, quæ tamen perpetua fame, ac siti uexatus contingere non posset. Nam quoties os potandi gratia declinabat, demittebatur amnis, diffundebatq; quoties uero gustare pomum nitentur, attollebatur arbor, nec se tangi ferebat. Tantalus iouis filius proditur fuisse ex plote nympha, phrygiæ rex qui aduersus Troium Dardaniæ regem bellum gessit, quod filium eius Ganymedem uenientem a se raptum reddere uolebat. Fuitq; Agamemnonis & Menelai auus. a quo tantalides patronymicum deducitur. a pelops uero fit Pelopeus, unde fabula de eo scripta pelopeia dicta est. Iuuenalibus. Praefector pelopeia facit Philomela tribunos. Fuit & alter

Tantalus corinthiorum rex piissimus. item alter Thyestes filius ex Merope atrei coniuge, quem Atreus occidit & patri apposuit epulandum. a Corintho corinthius & corinthiacus ducuntur. Vnde corinthiacum sinum dicimus, & as corinthium, quod ex omnibus maxime laudatur. & ab ephyræ dicitur ephyræum, & ephyræum. Virgilius. Ephyræq; ara. Ex omni autem ære maxime laudatur corinthium, quod casus fecit, corintho cum atperetur, incensa. Miraq; aras hominum affectatio fuit. Quippe uerrem tradunt non alia de casu proscriptam fuisse, quam quod corinthius se ei cæsurum uasis negauerat. postea tamen omnia uasa ex ære elegantia corinthia sunt appellata, propter quæ tanto in pretio apud ueteres fuerunt. æris metalla, ut argenti quoq; atq; auri pretium transenderint. Quippe trullæ atriclinia. fulcra. salina. atndelabra ex ære fiebant, quin etiam statuae columnæ. lumina. & ualuae in templis. legimus etiam SP. atrulium olim camillo pro crimine obiecasse, quod hostia ærata haberet in domo. & Romæ porticum duplicem a CN. Octauio, qui de perse rege trium phauit ad arcem flaminium factam, appellatam fuisse corinthiam a capitulis æris columnarum Thessalium, cuius mennonem fecit Homerus. Hic duos filios habuit, cum quibus aduersus Troianos cum ceteris græcis profectus est. Alteri nomen Phidippus fuit. alteri antiphos. Homerus. *τῶν δὲ πρὸς ἑκαστῶν καὶ ἀρτίστος ἦν ῥόδοι, θεαυδὸν ἴδω δὴ πρὸς αὐτῶν ἀνακτορας.* Hoc est, hos autem Phidippus, & antiphos duxere duo Thessali filij herculi regis auentinum ex Rhea. Virgilius, Satus hercule pulchro pulcher Auentinus. Hunc turno aduersus Aeneam suppetas uisisse commemorant. Thelephum ex Auge Nympha (ut Sophocles refert) qui i sylua a matre expositus, a cærua lactatus est, deinde grandior factus, Cetijs imperauit. cumq; troiani belli tempore i auxilium troianorum uenisset, dum u lyxsem in se quitur truncum, quem in uinea forte inuenit, præ pedibus, ab Achille uulneratus est, quo uulnere cum indies magis crescente dolore debilitaretur, Apollinem de remedio consulit, qui respondit liberari eum non posse, nisi rursus ab Achille uulneraretur. itaq; rursus congressus, & eodem loco uulneratus, incolomis domum reuersus est. Ouis uulnus Achilleo quæ quondam fecerat hosti, uulneris Auxilium pelias hausta uulit. Quod ideo fictum est a poetis, quia ut Plinius refert, Achilles ferri rubigine Telephum proditur sanasse, siue id aerea, siue ferrea cuspide fecerat. ita certe depingi a ueteribus solebat, ex ea decedens gladio. Vis enim huius rubiginis est ligare, siccare. restringere. itaq; alopetias illita emendat, & scabritias genarum, pustulasq; totius corporis cum cera, & oleo myrreæ. huius Telephi filios tradit fuisse Eurypylum, & Cyparissum. Eurypylus in Co insula regnauit, quæ insula est i carij maris, urbemq; habet eiusdem nominis. Homerus. Eurypyliq; urbem Co, equore asq; calydnas. Ex hac insula fuit Hippocrates medicus, a qua Cois est dictus. Item Pamphile mulier Platis filia, quæ prima rationem texenda bombicæ uestis inuenit, unde uestis ipsa Cois est uocata. firma est Nisyrum quoq; alteram insulam haud multum ab hac remotam huius insulae fragmentum fuisse. Quippe Nepennium dum polybotem gigantem persequeretur frustum e Co insula tridente auulsisse, in eumq; icasse, eiusmodi uero fragmentum insulam mansisse, appellatamq; esse Nisyrum, in ea gigantem ipsum fuisse sepultum, in urbe quæ eodem nomine Nisyrum appellatur, Homerus. Qui Nisyro habet celsam. Carpatonq; casumq;. Carpatos eiusdem maris insula est, ex celsa ducentorum stadiorum arcuum habens, quatuor olim insignis urbibus, a qua mare ipsum carpathium dictum. Et ad septuaginta stadia Casos altera insula propinqua est ambibus



ambitus octoginta stadiorum, in qua oppidum eiusdem nomi-  
nis Casos, alius quoque propinquas habens paruas insulas, quae  
Casiorum dicuntur. item alias insulas, quae Sporades, quasi  
sparsim sitae dicuntur. haec sunt Hellenae. phocaea. Hecaria.  
Schimusia. polegrados, et a Naxo decem, et septem millia  
passuum latus, quae nomen mari dedit, ante uocata Doliche,  
et maris, et Ichthycusa sita ab exortu solstitiali Delo quin-  
quaginta millia passuum propinqua. Samo trigintaquinque,  
et ab ea feresium CXII millia passuum, et praeter has  
Cyarus cum oppido arcuatum duodecim nullium passuum, di-  
stans ab andro sexaginta duobus millibus passuum, in quam  
mittere in exilium noxios Romani solebant. Iuuenalis. Au-  
de aliquid breuibus gyaris, et carcere dignum, et Atelos  
unquento nobilis a Callimacho Agathusa appellata, et Me-  
lor cum oppido, quam Aristides Nimblida appellat. Aristo-  
teles Zephyriam. Callimachus Mimalida, Heraclides Siph-  
num. et Aaiam, haec insularum rotundissima est, item aliae  
complures, de quibus alibi differemus. Quidam Telephum  
simul cum Theuthrante ei regioni imperasse tradunt, quae  
Theuthrania et Caico proxima est Teuthras Cilicam, et  
Myrorum rex fuit. a quo Theuthrana urbs. et Theuthrania  
regio iuxta pergamum. Caicus flumen est Mysiae pergamum  
praeterfluens per campum, qui caicus appellatur. et in Elai-  
ticum sinum desiliens. Eurypides scribit Augem uirginem ab  
aleo patre, cum ab Hercule uitiata deprehendisset, in ur-  
na cum Thelepho filio impositam in mare demersam fuisse,  
sed palladis providentia urnam ad caica ostia deuectam a  
Theuthrante exceptam fuisse, hanc Augem conuubio sibi un-  
xisset. Thelephum pro filio educasse, eumque regni successorem  
instaurasse, ex hoc ergo natum Eurypylum a Neoptolemo cae-  
sum in bello fuisse. Homerus. ipse Neoptolemus telo traiecit a-  
cuto, magnanimum heros Eurypylum, quem Thelephus o-  
lim progeniit, multi arcum cedere sodales caeci, ad exitium  
ob multibria dona ruentes. cyparissum uero alterum Thele-  
phi filium a phaebo amatum tradunt. hic cum ceruum nym-  
phis sacrum, in delitijs haberet, eum forte humi sub umbra  
stratum iaculo imprudens occidit, ob quam rem tanto dolore  
affectus est, ut nulla phaebi consolatio retrahere eum a fletu  
posuerit, sed tandem supernum illud munus adeo petierit, ut  
omni tempore lugere sibi fas esset, itaque in sui nominis arbo-  
rem conuersus est, ex qua lacrymae perpetuo manant. ideo  
Diu sacra est, diraque, et atra, et sine steris a poetis nuncupa-  
tur, ramusque eius poni ante funerem domum solebat, ne quis-  
quam per ignorantiam ingrediens pollueretur. Est natu mo-  
rosa. fructu superuacua. bacis torua. folio amara. odore uio-  
lenta, nec umbra quidem gratiosa. met. et tantum aspectu  
non repudiata. Ouidius. Metas imitata cypressus, propter  
quod conifera dicitur, ut supra ostendimus. Eius duo genera  
Metas in fastigium conuoluta, quae et faemina dicitur, et spar-  
gens extra ramos, quae mas appellatur, quae stuosissima in sa-  
tus ratione, ex ijs a pud ueteres sylua erat, propter quod nul-  
go dotem filiarum antiqui plantaria appellabant. patria  
huic creta est, unde primum Tarentum translatae fuit, a  
quo cito Tarentinam appellat. Sucus non regerminat, pro-  
pter quod Diu quidam sacram uolunt. Horatius. Ob id inui-  
sam uocat. De hac Ouidius. Lugebisque alios, aduersisque dolenti-  
bus inquit. Durat hoc lignum aetate longissima. Valua ex eo  
fuerunt in templo Ephesiae Dianae, quae post quadringentos  
annos nouis similes uidebantur, et Romae simulachrum Iou-  
is et cypressi usum est in arce, a condita urbe sexcentesimo  
primo anno diatum, usque ad Traiani tempora integrum du-  
rans. uocatur arbor ipsa modo cyparissus, modo cypressus.

Virgilius. Aeriae quercus, aut coniferae cyparissi. idem. Et te-  
neram a radice ferens siluane cypressum. Ab ijs cyparissi-  
mus. et cypressinus deducuntur. et cyparissia herba, de qua  
supra diximus. et cyparissia, ignes prodigiosi similitudine  
cypressorum. postremo filios habuit Hercules Lydum, et la-  
mrium, ex Iole Euryti regis filia, et ex Lydo Larrium geni-  
tum prodiderunt. Fuit autem Hercules propter eximiam uir-  
tutem, et res ab eo praeclearissime gestas, tum quod Iouis filius  
erat a patre in caelum translatus, et is est qui Engonasis dicitur,  
hoc est genu innixus. Quippe apud graecos γένυ γε-  
nu uocatur. Est enim supra draconem collocatus sinistra ma-  
nu pellem leonis, dextra clauam tenens, quasi eum conetur in-  
terficere. draco caput habet erectum, hercules dextro genu si-  
nistro pede capitis eius dexteram partem nititur opprimere,  
dextra manu sublata, quasi feriturus, sinistra proiecta cum  
pelle leonis, ut quam maxime dimicans uideatur. Aeschylus  
tamen in traegedia quae Prometheus inscribitur, non Hercu-  
lem cum dracone pugnantem hunc esse scribit, sed cum ligu-  
ribus dimicantem. Quippe eo tempore cum tela ei decess-  
sente, diuersis uulneribus affectum, ingenuclasse sese et Io-  
uem, quemadmodum supra diximus, orasse, ut sibi assisteret,  
quo facto magnam lapidum imbrem statim pluisse, quibus  
hostes sunt fugati. itaque ionem similitudinem pugnantis inter  
sydera constituisse. Quod etiam sensisse uidetur Aratus. Dex-  
tro namque genu nixus, diuersaque tendens brachia, suppliciter  
pansis ad numina palmis serpentis capiti figit uestigia. Sena-  
positus est inter duos arcus arcticum, et aestiuum, dextro  
genu arcticum arcum finiens, sinistro caput draconis oppri-  
mere conatus, humeris ueluti aestiuum arcum sustinens, occi-  
dens capite prius, quam reliquo corpore ad terram deuenit,  
et cum totus occidit, quasi pendere pedibus ex arctico circulo  
uidetur, exoriens autem pedes prius, quam reliquum corpus  
ostendit. habet in capite stellam unam. in sinistro brachio  
unam, in utroque humero singulas clare lucentes. in manu si-  
nistra unam. in dextro cubito unam. in utroque latere singu-  
las. sed clariorem in sinistro. in dextro femore duas. in pede  
unam quae dicitur clara. in sinistra manu quinque, quas non-  
nulli pellem leonis appellant. Quidam etiam stellam hercu-  
lem religiosissime colunt, sed et omnis aegyptus augustissima  
eum religione ueneratur, perpetuo fuisse asseuerantes, et sa-  
ne alij quoque ante eum, ut quidam putant et post eum Her-  
cules fuisse. V arro. tres et quadraginta Hercules nominat.  
Veruntamen omnes, qui robore, ac fortitudine praestiterunt  
hoc nomine ab Hercule alcmene filio appellatos fuisse affir-  
mat. poeta eum ob corporis proceritatem poliphagum, hoc est  
multi cibi, et multibibum, hoc est multi potus fuisse asse-  
runt. Vnde est prouerbum ἡρακλῆς ἐπιβίβατος, hoc est  
hospes est Hercules, quoties tarditatem alacritatis significare no-  
luerunt. Quod ij qui Herculem hospitio suscipiebant, tarde ei  
conuiuio surgere cogebantur. Hinc eum, cum adhuc infans es-  
set, ob nimiam auiditatem multitudinem lactis appetisse com-  
memorant, nec continere in ore potuisse, quam ob rem ex ore  
profusum arcum in caelo designasse, candido colore, quem  
lacteam uocant. Alij tradiderunt dormienti Iunoni suppositum  
herculem fuisse, et illam insciam lac infanti praebuisse,  
sed cum expergefacta rem cognouisset, reicasse eum a se, et  
ita profuso lactis splendorem inter sydera apparuisse, sunt ta-  
men, qui hoc non cum hercule, sed cum mercario Maiae filio fa-  
ctum uelint. Alij dicunt quo tempore ops Saturni lapidem  
pro partu obduci iussisse Saturnum lac ei praebere, quae cum  
ubera pressisset, profuso lacte hunc arcum esse signatum.



Nos ideo lacteum appellatum hunc circulum existimamus, quod eius desinatio uelut ex ubere aliquo sata cuncta lactescant. Hercules nodum inuenit inexplicabilem, cuius nec initium, nec finis agnoscat, et ab eo herculeus nodus appellatur qualem esse in caduceo superius ostendimus. Ab hercule herculeus deducitur, quod modo posse sui nominis significationem retinet, modo pro forti, et robusto accipitur, ut herculeus homo, herculea uis, modo pro magno et immenso, ut herculeum opus, et herculea sollicitudo. Hercules etiam morbus dicitur comitialis, quod hercules eum uerbum passus sit. Unde et saecus est appellatus, et maior morbus propter grauitatem, quoniam homo subito concidit, et spumae ore mouentur, morbusque ipse aut recens consumit, aut durat usque ad ultimum uitae diem. Et lunaticus, quod eum, qui interlunio natus est, hunc morbum ferè pati comperimus est. Comitialis autem icarico est dictus, quod hoc morbo laborantes in comitiis maxime detegi solebant, interrumpebanturque comitia quod die aliquis concidisset. Serenus est subiti species morbi, cui nomen ab illo. Quod fieri nobis suffragia iusta reuocet. Saepè etenim membrum atro languore caducas Conalium populi labe horrenda diremit, ipse deus memorat dubiae per temporalum. Conceptum, talis quem saepe ruina profudit, erant autem comitia conuentus populi a simul itando ita appellata. Differuntque comitium a conalio, quod comitia sunt, cum uniuersus populus conuenit. Conalium, cum populi pars aliqua adesse uideatur hinc calata comitia uocabantur, quae pro collegio pontificum haberi solebant, aut regis, aut flammium in augurandorum causa. Ex istisque alia curiata erant, alia centuriata. curiata per licetorem curiarum procalari, hoc est conuocari solebant, centuriata per cornicem. Item curiata cum ex censu, et aetate. Centuriata cum ex regionibus, et locis constabant. Item comitia loca ipsa dicebantur, in quibus stans populus Romanus suffragia ferre consueuerat, haec et septua uocabantur in campo martio inclusa tabulatis ad similitudinem ouilium. Unde et septa aliquando pro ouilibus ponuntur. Virgilius. Quamuis multa meis exiret uictima septis. Et ouilia pro septis. Lucanus. Et miseræ maculauit ouilia Romæ. Septa etiam uocata, quae ad inale opponuntur, ut supra diximus. A sepiendo autem septa dicta. Sepire tenere est, et impedire, A sepiam notissimo pisce deductum, quae emisso cruore atro occultat iter, atque impedit, quamuis sepiam sit etiam scopulus iuxta Atheniensium litus, ut Herodotus scribit. a sepio sit sepes, quae obiecta introitum prohibet. et conspectus, quod ueteres etiam conspici dixerunt. et circumsepius notè significationis, et praesepe de quo supra diximus. et sepelio. a quo sepulchrum, sepultura, de quibus inferius dicemus. Item saepe aduerbium, quod significat frequenter, quod quae frequentia sunt quodammodo sepe facere uideantur, scribiturque per diphthongum, ut a sepe ablatiuo differat. Ab eo sit saepius. et saepissime. Item saepenumero, et per sepe. Item spissum a sepium densitate. Spissum enim proprie densum significat. Cicero. et si principia tarda sunt, exitus tamen ipsi spissi, et producti esse debent. Hinc spissitas. et spissitudo pro densitate. et spisse aduerbium dense. et spisso uerbum densum. A quo fit compositum in spisso. Aliquando per antiphrasin spissum pro tarso accipitur. Unde perspisso aduerbium, quod significat tarde. Plautus. Quia quod bene promittunt aruspices, perspisso euenit. id quod mali promittunt praesentaneum est. item a sepio praesepio, hoc est sepe ante facio. et circumsepio, hoc est facta sepe arcando. et intersepio claudo. iter impedio. Quintilianus. His textis ne uniuersi mellis effluat pondus, intersepta uera clauduntur, hoc est circumsepta, uel qua

effluere mella poterant septa. A comitio comitiales dies appellati sunt festi, in quibus conuenire populus Romanus solebat ad suffragium ferendum. item comitiales homines a morbo Comitali dicti, qui eodem morbo laborant. Plinius. Fel testudinum naribus illitum comitiales erigit, atollitque. Ab eo fit comitaliter aduerbium. idem. Folia heliotropij contractionibus medentur, etiam si id comitaliter accidat, hoc est etiam si contractiones fiant ex morbo comitali. Contrahuntur enim nerui hoc morbo, propter quod graeci Epilepsiam uocant. hoc est correptionem. et epileptici dicuntur, qui eum morbum patiuntur. Hippocrates τὴν εὐνοσίχωνον εἶναι μὴ πᾶσι τῆσι βίαι, hoc est coitum esse breuem epilepsiam. id est comitalem morbum. Corruptum hoc morbo bis fuisse in rebus agendis Iulium Caesarem tradunt, multos praeterea magistros, et ingenio, et rerum gestarum gloria excellentes uiros eodem laborasse. Cuius rei causam Aristoteles longissimo problemate conatur inuestigare. Sanari uero hunc morbum existimant, iugulati hominis calido sanguine epoto. ita saepe misera auxilia tolerabilia faciunt miseriora mala. item ab Hercules Herculides fit patronymicum nomen. et graeci uocant heraclides, et heraclius. Heraclides etiam proprium nomen est. Quatuordecim enim Heraclides nominantur ingenio, ac doctrina insignes fuisse. Primus Heraclides ex ponto Eurypthonis filius uir diues, qui Athenas profectus Spenisippum audiuit, et Platonem imitari conatus est, utebatur molliori ueste, adeoque elatus incedebat, ut Attici pro pontico pompicum nominarent. scripsit Dialogos plures, et traegedias, patriam electo, atque occiso tyranno liberauit. draconem longo tempore nutriuit, mortuusque eundem necessarius suis mandauit, ut corpus occideret, draconemque supra lectum poneret, quo eum putarent ad deos migrasse. Secundus Heraclides huius conatus fuit, qui pythias nugis conscripsit. Tertius Cumanus, qui libros edidit de arte rhetorica. Quartus Alexandrinus persicarum rerum scriptor. Quintus Barzileites dialecticus, qui aduersus Epicurum scripsit. Sextus medicus Tarentinus. Septimus poeta. Octauus sculptor phocensis. Nonus epigrammatum scriptor argutus. Decimus Magnesianus, qui mythologica scripsit. Undecimus Alexandrinus grammaticus. Duodecimus Ephesus rhetor. Tertiusdecimus Astrologus. Quartusdecimus Byzantius, qui philosophiam corinthi docuit. item ab hercules heracleon herba, quae et timalos a boeotij uocatur et nymphaea, et ropalona nascitur in aquosis, folijs magnis, et in summa aqua, et alijs ex radice prodeuntibus, flore lilio simili, et cum desuerit capitum papaueris. Laudatissima in orchomeno et marathone Boeotiae nascitur. Tradunt hanc ex Deianiræ sanguine procreatam. Nam cum deianira ob Zelotypiam ergo Hercules, centauro uestem ei misisset, cuius uis pestifera in furorem actus Hercules sese in rogam deiecit doloris impatientia. perata Deianira sese illius claua interfecit, quam graeci ῥόπαλον uocant. Ex eius sanguine mox nata est herba, quam diximus, radice clauae simili, itaque a nympha nymphaea appellata est. ab hercule, ergo quem Zelotypia exarserat, heracleon. a claua quam graeci ropalon uocant, ropalon est appellata. ideo eos, qui succum eius bibunt, duodecim diebus coitum, geniturisque priuari affirmant. Fructum huius herbae boeotij madona uocant, et radicem sole siccant, quam genituram per quietem exeuntem, et alui fluxum reprimunt. Galenus. ἔστι τὰ τῆς τῆς γὰρ τῆς ῥόπαλον καὶ ἀπὲρ ῥόπαλον κατὰ τοὺς ἀνθρώπους. est et alia herba, quae heracleon syderion dicitur. et ipsum ab hercule inuentum caule tenui digitorum quatuor altitudine. flore puniceo. folijs coriandri. iuxta amnes, et lacus nascitur, et oia uulnera ferro illata efficacissime sanans. ite heracleon aliud ab



aliud ab eodem inuentum tradunt, quod origanum heracleonem syluestre nuncupari diximus, quoniam est origano non dissimile, estq; e panacis genere, de qua superius differuimus. Apollinaris quoque inuenta ab Hercule memoratur, quae apud Arabas alteram siue alteragenum, apud graecos hyoscyamos, hoc est faba porcina appellatur. plura eius genera. Vnum nigro semine, folijs pene purpureis. spinosum. uulgariter candidius, et fruticosius, altius papauere. Tertij semen cotoneis fere simile, omnia insaniam gignunt, et capitis uertigines. Quartum genus molle, lanuginosum, pinguis ceteris, candidi seminis in maritimis nascens hoc reciperet medicina. Vnus feminis, et per se, et suaco expresso. Constat etiam folijs mentem corrumpi si plura, quam quatuor bibantur. fit et ex semine oleum, quod et ipsum auribus infusum terriat mentem. mirifice tamen contra uenenosum prodest, adeo constat etiam uenena prodesse. item ab Hercules Hercule, et hercle, et mehercules. et mehercule iurandi aduerbia. Solebant autem uiri soli per Herulem iurare, nec unquam per castorem, e contrario uero mulieres: per castorem iurabant. per Herulem autem deicare eis non licebat, cuius rei ratio erat, quod herculano quoque sacrificio abstinebant mulieres. quoniam cum Hercules boues geryonis per agros Italiae duceret, sitienti aliquando, et aquam a quadam muliere petenti, responsum est, se aquam non posse praestare, quod foeminarum dea quam graeci diu iuraneia uocant, celebraretur dies, nec ex eo apparatus uiros gustare fas esset. propter quod facturus Hercules sacrificium, detestatus est praesentiam foeminarum, et positio, ac pinario sacrorum custodibus iussit, ne unquam mulierem intrare permittent. Nusquam igitur inuenire est apud probos scriptores, aut mehercules foeminiam dicere, aut Meastor uirum. Aedepol autem, quod iusiurandum per Pollucem est, et uiro, et foeminae commune fuit. Quamuis Maro affirmet antiquissimos uiros, neque per castorem, neque per pollucem deicare solitos, sed id iusiurandum fuisse tantum foeminarum, paulatim tamen inscitia antiquitatis iurare uiros per pollucem coepisse. Quidam Aedepol dictum uolunt quasi per aedem pollucis: item pol. et perpol. et similiter castor, et meastor, et per castor, quasi per aedem Castoris. Causam cur uiri per Castorem, et pollucem non iurent, sed tantum foeminae, hanc quidam esse affirmant, quod helenes sororis suae gratia id fecerint, quod uix frater pro fratre fecisset, merito igitur mulieres eorum testimonium implorare uisae sunt, qui in genus suum sese tam propitios exhibuissent. illud quoque in sacris Hercules obseruatum est, ut non cubando, sed sedendo epularentur. Cornelius Balbus apud aram maximam obseruatum, ne lectisternium fiat. Custoditur in eodem loco, ut omnes aperto capite sacra faciant, quod fit nequis in aede dei habitum eius imitetur. Nam ipse in aperto capite est. Fuerunt autem Romae aedes duae Victoris Hercules, una ad portam Trigeminam. Altera in foro Boario. Maro ideo uictorem Hercules putat cognominatum, quod omne genus animalium uicerit. Alij tradunt M. Octauium herrenum prima adolescentia tibianem fuisse. Postea uero arti suae diffusum in situ isse mercaturam. et re bene gesta decimam Hercules perfoluisse. Postea cum nauigans hoc idem ageret, a praedonibus circumuentum fortissime repugnasse uictoremque recessisse. Apparuisse ei in somnis Hercules, et sua opera seruatum docuisse. Proinde Octauium in petrato a magistratibus loco aedem ei, et signum sacrasse, uictoremque in asis literis appellasse, dedisseque ei epitheton, quo simul et ueterum uictoriarum, et nomine memori continetur. Quidam etiam Heraclitum ab Hercule deductum opinantur. Fuit Ephesius philosophus elisonis,

sive (ut alij dicunt) Herationis filius animo nimis elatus, et omnes contemnens. Homerum dignum dicebat, qui de certaminibus eicaretur, et colaphis caederetur. Nullumque praecceptorem habuisse sese, sed per se omnia didicisse gloriabatur. Scripsit de rebus et iis, quae ad deos pertinent. Librumque in templo Dianae reposuit, obscure scriptum, ut soli docti possent intelligere, ne si in uulgi notitiam deueniret, contemptui haberetur. Accedere ad Darium Persarum regem benigne eum inuitantem noluit, uerum in montana secessit, ubi herbas tantum depascens, incidit in morbum aquae intercutis, propter quod in urbem aliquando reuersus sciscitabatur medicos per enigmata, an posset ex imbre siccitatem facere, quibus minime intelligentibus praesepit ingressus Bubulo fimo se chyuit, ratus se eo calore siccare humorem posse. Sic annum aetatis suae sexagesimum agens, interijt. Fuerunt et alij quatuor Heracliti. Primus poeta Lyricus. Secundus Halicarnasus summae uir elegantiae. Tertius Lesbios, qui macedonum scripsit historiam. Quartus uir ridiculus. Heracleae quoque quinque fuisse legitur praeter ceteris insignes, una in radiabus Oetae montis, in plano sita, quam Asaris flumen abluit. Alia in propontide, quae prius Perinthus uocabatur, in qua Amphitheatrum fuit, unum e septem spectaculis orbis terrarum. Tertia in Ponto Baetiorum Colonia. Quarta de qua supra diximus iuxta Rhodani. Quinta in Campania Italiae, quae et Herculeaneum dicta est, incumbens mari iuxta Pompeios, et promontorium habens mirum in modum uentis afflatum, quos uocant Etesias, propter quod saluberrimum ibi esse aerem constat. hanc urbem tenuere Osci, sicut Pompeios, quos Sarnus amnis abluit. Postmodum thurci, et pelagii, dein de Samnites, erantque nolae, et nuceriae emporium, non longe a monte Vesuuio, qui amoenissimus agrus incolitur, excepto cacumine, id magna ex parte planiciem habet, sed in fructuosum est, et cinere satens caernosa praese ferens antra plena adustis lapidibus, ut facilis coniectura sit, ea loca quondam arsisse, sed defecisse flammam cessante materia. Duo praeterea in Italiae portus ab Hercule nomen sortiti sunt. Alter in brutijs iuxta hipponem locorum oppidum, quod postea obtinuerunt Romani, et mutato nomine Vibonem ualentiam appellauerunt. Ad hunc locum Proserpinam e Sicilia ad legendos flores uenisse existant, quoniam amoenissima regio est, et floridissima prata. hinc apud matronas consuetudo inualuit, ut collectis ex floribus coronas texant, quoniam diebus festis emptis gestare, uito datur. Alter in Liguria sinibus, ac Thurciae, qui dicitur portus Hercules Monaci, non longe a populo uia sinus est, in quo tumulus sublimis. ubi aedificatum est oppidum, sub quo portus Hercules Monaci, siue portus Monacicus. habet enim templum Hercules cognomento Monaci, quoniam is in eo habitat solus, est quippe statio quaedam non multarum, nec magnarum nauium capax. Fecit Polyeletus Sicyonius Ageladis discipulus nobilissimus artifex Hercules, qui Romam translatus fuit Anthemum a terra sustinentem, et Myron Eleutris natus alter Ageladis discipulus Hercules alterum, qui ob nobilitatem operis apud Cyrcum maximum in aede Pompeij magni collocatus fuit. et Eurycrates Lysippi Sicyonij filius Hercules Delphis, omnes ex aere. At Zeusis heracleotes Hercules infantem pinxit dracones strangulante Alcmena matre coram pauente, et Amphyrione admirante. hic nobilissimus pictor fuit, cum quo cum Parrhasius alter excellens pictor in certamen descendisset, detulit uias pictas tanto successu, ut in Scenam aues aduolarint. At Parrhasius linteam pictum traditur detulisse, ita uerita



te re presentata. ut Zeus alium iudicio timens flagitarit, remoto tandem linteo picturam ostendi, intellectoq; errore palmam concessit ingenio pudore, quoniam ipse auerit sefellisset. Parrhasius autem se artificem pinxit & Parrhasius Herculem in tabella, quae cum Rhodi esset, ter fulmine ambusta, nec unquam obliterated, hoc ipso miraculo auxit. item Ulysses nobilissimus pictor, qui se Abrodictum, quod graecae significat delicatam, atque elegantem cognominavit, Herculem Lyndi fecit, talem a se hunc pictum assuetans, qualem sepe in quiete uidisset. Apelles quoque qui pictura omnes superauit, Herculem auersum pinxit, qui Romae in Antoniae templo uisus est, cuius faciem ostendere potius ars, quam pronutere uidebatur. item Artemon Herculem pinxit cum Deianira lasciuientem, & alterum Herculem, ab oeta monte exuta mortalitate confensu deorum in caelum euntem. item Laomedontis circa Herculem, & Neptunum historiam, quae tabellae inter eas, quae in portibus Octauiae fuerunt, nobilissima habitae sunt. At Niacearchus pinxit Herculem tristem insaniae poenitentia per quam uxorem, & filios occiderat, sed in maxima admiratione fuit Herculem ex marmore statua a Mnestrato facta, quam uiuam iudicare spectantium oculi cogebantur. Visus etiam fuit in Pantheo Agrippae templo Romae Hercules e marmore humi stans singularis admirationis, ad quem poeni omnibus annis humana uictima sacrificare consueuerant, ita omnes artifices hunc maxime inter omnes deos eligebant, quem perpetua memoria celebrem toto orbe reddere conarentur, quin & Corinthijs uasis imprimi a ueteribus solebat. Martialis de Hercule corinthio. Elidit geminos infans, nec respicit anguis. iam poterat teneras hydra timere manus, & etiam figulinis operibus. idem de Hercule fictili. Sum fragilis, sed tu moneo ne sperne sigillum. Non pudet Aladen nomen habere meum. LEO NEM NEMES. Leonem syluae Nemeae, de quo supra diximus. Leo generosissimus est omnium animalium, tum praecipue, cum colla, armoq; uelint iuba, quod aetate accidit ijs, qui e leone concepti sunt. Nascentur quippe ex Pardis, qui iubis carent, praesertim in Africa, ubi propter penuriam aquarum ad paucos annos multitudo ferarum conuenit, ideo multi formes ibi animalium partus inuicem sese miscantibus diuersorum generum animalibus. Unde ortum est illud proverbum. Semper aliquid noui Africam afferre. Alexander magnus noscendi naturas animalium desiderio inflammatu Aristotelis philosopho in omni disciplinarum genere excellenti, scribendi de ijs prouinciam delegauit, et aliquot millia hominum in totius Asiae, & Graeciae tractu parere iussit, quibus uenatus, aucupia, piscationes cura essent, quique uariarum armentum, aluearia, piscinas, auaria haberent, nequid usquam gentium ab eo ignoraretur. Hos igitur percunctando quinquaginta illa de animalibus praecleara uolumina scripsit. in ijs ergo Aristoteles tradit Leenam primo factu quinque annos parere. Secundo quatuor, ac per singulos annos uno minus. Postquam uero unum tantum peperit, sterile scire. Atqui factus ipsos initio informes, ac minimas carnes esse magnitudine muscellarum, nec nisi bimestres moueri, semestres uix ingredi posse. In europa autem inter Acheloum tantum, de quo supra diximus. & Nestum Thraeciae amnem iuxta Abderam fluentem, & Pangui montis ima ambientem, ubi Diomedes hospites suos equis apponere solebat, leones reperiri, sed longe praestantiores ijs, quos Africa, & Syria nutrit. Leonum duo genera esse compactile, & breue crispioribus iubis, hos timido res esse, quam longo simpliciq; uillo, illos uulnerum esse contemptores. Vrinam maris crure sublato reddere quemadmodum canes hanc grauem odore esse, nec minus halitum. Ra-

ro hoc animal potare, uesci alternis diebus. Post saturitatem aliquando triduo ieiunare. in mandendo quae possint solida deuorare. Quando alius grauatius, insertis in ora unguibus sponte protrahere. idem etiam facere post satietatem, quando est fugendum, longitudinem uita eorum ex eo apparere, quod pleriq; dentibus defecti reperiuntur. Polybius scribit in senecta ab ijs hominem appeti, quoniam ad persequendas feras non suppetant uires. Tunc obsidere Africae urbes, eaq; de causa crucifixos se uidisse, ut caeteri metu similis poenae absterrentur a noxa. Leones tantum ex feris clementia uentor in supplices, prostratis parant. Vbi sauiunt, in uiros priusquam in foeminas fremunt, infantes non attingunt, nisi in magna fame. Eorum animi index est atuda, sicut equorum aures. Vm summam in pectore habent. Satiati innoxij sunt. Generositate in periculis maxime ostendunt, steruentes tela, & se terrore solo diu tuentes, ac ueluti cogi, ad sauiendum sese testantes. Vrgente canum, ac uenatorum magna uicentim resistunt caeduntq; in campis. Vbi uirgulas, ac syluas penetrauerint, acerrimo cursu feruntur, quasi turpidinem latebris tegentes. Vulnera mira obseruatione percussorem no uerunt, & in quantalibet multitudine appetunt. Eum uero qui tela quidem miserit, sed non uulnerauerit, corruptum steruant, nec uulnerant. Morientes humum mordent, & dant lacrymam leto. Cum pro catulis foeta dimittant, aciem defigunt in terram, ne uenabula expauescant. Carent dolis, nec limus inuentur oculis, nec ita uideri uolunt. Timet tamen tam ferox animal rotarum orbis arcumactes, et curus inanes, et cristas, canisq; gallinae uorum, sed maxime ignes. Aegritudinem fastidij tantum sentiunt, in qua medetur eis contumelia, et annexarum eis simarum lasciuia in rabiem agit. Gustatus deinde sanguis remedio est. illud quoque admiratione dignum, quod condito in corporis uagnas unguum microne gradiuntur, & aduersis falculis curunt ne refringantur, hebetenturq; ungues, quos non nisi appetendo prouidunt. idem quoque & paridi, et pantherae faciunt. Plurium leonum simul pugnam primus Romae edidit Scauola Publij filius in edilitate curuli. Centum iuatorum. Primus omnium L. Sylla, qui postea dictator fuit, in praetura. post quem Pompeius magnus habuit in arce CCCXV. Caesar dictator quadringentos. Capere eos quondam difficile fuit, et non nisi foueis. Principatu Claudij Caesaris casus rationem docuit tam generoso animi mali certe ignominiosam, pastoris genti sago contra irruentis imperum obiecto, quod spectaculum mox in arenam translatum est, tanta illa feritate supra quam dici potest turpescente, capite quamuis leui iniectu aperto. ita ut ligent non repugnans, uelut uis omnis constet in oculis. Ex quo fit minus mirum, quod dicitur a Lysimacho simul incluso iussu Alexandri strangulatum leonem. iugo subdidit eos. primusq; ad curus strangulatum leonem. iugo subdidit eos. primusq; ad curus bello auili malo quodam praesagio, quod etiam generosi spiritus possent iugum subire. Primus leonem tractare ausus est, & ostendere mansuetum Hanno Carthagenensis, propter quod damnatus fuit, quod nihil non persuasurus uir tam artificij ingenij uideretur, & male ei credi libertas, cui feritas usque adeo cessisset. Extant clementiae leonum complura exempla. Mentor Syracusanus in Syria, cum forte Leoni obuiasset, sese suppliciter uoluntati, & quancunq; fugeret se opponenti, labentiq; ueshgia quasi adulari uellet. licet initio perterritus, animaduertit tandem in pede eius tumorem, uillunusq;. & extracto furculo cruaatu animal liberauit. Heliis quoque natione Samus in Africam naue delatus, cum forte iuxta litus minaci hiatu leonem conspexisset, arborem fugi pe-



tij, libero patre inuocato, ut precipuus uotorum locus esse so-  
 ler, ubi nullus est spes, sed nec fugienti, cum posset, fera instite-  
 rat, et procumbens ad arborem, hianu quo terruerat, miserat  
 nonem querebat. Osis frustum audire morsu adhaerere  
 demibus, et cum ob id pasci non posset, inedia simul, ac dolore  
 cruciabat. Descendit tandem ille ex arbore, et fragmentum  
 ex ore leonis euulsi, quem tradunt quandiu nauis ea in litore  
 stetit, retulisse. Sanno gratiam uenationis partem quotidie affe-  
 rendo, ob quam causam libero patri templum in Sanno Helpis  
 sacrauit, quod graeci σωτήριον των δεινόνων, idest salua-  
 toris templum Dionysij appellauerunt. Sed longe mirabilis est,  
 quod Apion, qui Polyhister appellatus est, sese Romae in arco  
 maximo uidisse testatur. in ijs ludis inquit leonum immanitas  
 admirationi fuit, inter quos unus erat corporis impetu, et ua-  
 sitate, terrisq; ac sonoro fremitu, et turis, comisq; ceruicium  
 fluctuantibus, qui animos, oculosq; omnium in sese conuerte-  
 rat, introductus quoq; inter alios plures ad pugnam bestia-  
 rum Dacus quidam fuerat, feruus uiri consularis, cui Andro-  
 dus nomen erat, hunc ille leo ubi procul aspexit, repente quasi  
 admiratus subsistit. Deinde sensim, ac placide ueluti noscitur  
 bundus ad eum accessit, tum caudam in stat adularum canum  
 clementer, ac blande mouens, hominis sese corpori adiungit,  
 cruraq; et manus eius propè iam exanimati mentis lingua de-  
 mulcet. Androdus inter illa tam atrocis feræ blâ dementia amis-  
 sum animum recuperat, paulatimq; oculos ad contuendum leo-  
 nem refert. Tum quasi mutua recognitione facta ueluti Letos,  
 ac gratulabundos leonem atq; hominem uisos fuisse. Qua re  
 maximus populi clamores fuisse excitatos, Aersitumq; à Cae-  
 sare Androdum, et causam cur tam atrox bellua sibi uni pe-  
 perasset, interrogatum. ibi rem miram, et uix credibilem An-  
 drodum narrauit. Cui prouinciam Africam pro consulari im-  
 perio dominus eius teneret, inq; eius, quotidianis uerberibus  
 ad fugam coactum se fuisse, et ut à domino terrae illius prae-  
 side ratiore latebra forent, in arenarum solitudines concessisse,  
 eo consilio, ut si abus de fuisset, aliquo modo mortem oppeteret.  
 Tum medio, ac flagranti sole specum quandam natum remo-  
 tum, ac lateantem in eam se recondidisse, nec multo post ad eam  
 uenisse hunc leonem, pede uno debili, atq; cruento edentem ge-  
 minus, et dolorem, ac cruciatum uulneris prae se ferentem. Ter-  
 riam sese, ac pause factum primo aspectu. Sed postquam intro-  
 gressus leo habitaculum illud, ut re ipsa apparuit, suum deli-  
 tentem conspexit, metam ac mansuetum ad se accessisse, sub-  
 lamq; pedem, quasi petendae opis gratia porrexisse. ibi str-  
 pem ingentem uestigio pedis eius inherentem euulsi, conce-  
 pitq; sanem expressisse, et sine ulla iam formidine exiit  
 se, ac detersisse cruorem. Quo facto leuatum dolore leonem pe-  
 de in manibus eius posito reuoluisse, et paululum indulisse ge-  
 ni. Postea uero ex eo die totum triennium se, et leonem in ea-  
 dem specu, eodèq; uictu uixisse. Quippe leonem è feris quas  
 uenabatur opimiora mēbra ad specum ferre solitum, quae ipse  
 quoniam ignis copia non esset, meridiano sole torrens epula-  
 batur. Sed ubi eum uita illius ferina molesta cepit, leone ue-  
 natum profecto specum reliquisse, et tridui uiam permensum  
 usum à militibus, atq; apprehensum fuisse, et ad dominum ex  
 Africa Romam deducitum. Hunc statim rei capitalis damnand-  
 um, obiciendumq; bestiis curauisse, percepisse se iam hunc  
 quoq; leonem olim suum fuisse captum. et Romam pductum,  
 gratiam ergo sibi beneficii, ac mediane retulisse. Quae cū An-  
 drodus narrauit, dimissum statim à poena absolutum fuisse,  
 leonemq; ei suffragis populi donatum, quem postea a loro tenui  
 reuinctu per urbem ducere uisus est, donantibus passim ipsum  
 ete, Leonem uero omnibus uario flore spargentibus, ac simul

clamantibus, hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus  
 Leonis. Leones in Syria nigri nascuntur (ut tradit Aristoteles)  
 et in Aegypto, qui formica dicuntur, de quibus supra diximus.  
 Leones coeunt aueris, quem admodum Lynces. Cameli. Elephan-  
 ti, et Rhinocerotis, et Tigrides. A Leone terrestri marinus quoq;  
 leo appellatus è, ex cancorum genere, de quo supra diximus.  
 item Chamaleon, quasi paruus leo. Nascitur in india fœna, et  
 magnitudine lacerti, nisi crura essent rector, et excelsiora, late-  
 ra uentri iunguntur, ut piscibus, et spina simili modo. Eminent  
 rostrum simile suillo. cauda prælonga in tenuitatem desinens,  
 et implicans se uiperinis orbibus, unguis adunci, motus tardi-  
 or, ut testudini corpus asperum, ut Crocodillo, oculi i recessu ca-  
 uo prægrandes, et corpori concolores nunquam eos operit, nec  
 pupilla mouet, sed totius oculi uersatione circumaspicit ipse ac-  
 cessus hâti semper ore. Solus animalium nec cibo, nec potu ali-  
 tur, nec alio, quam aeris alimēto. Circa caprisicos ferus, aliogn  
 innoxius, et coloris natura mirabilior. Mutat namq; eū sub  
 inde et oculis, et cauda, et toto corpore. Redditq; semper quæ  
 cunq; proxime attingit, præter rubrum, candidumq;. Ouidius  
 id quoq; quod uenti animal nutritur et aura, Protinus assi-  
 milat textu quoscunq; colores. De functo pallor est. Caro in at-  
 pite, et maxillis, et ad commissuram caudæ admodum exi-  
 gua, nec alibi toto corpore. sanguis in corde, et circa oculos tan-  
 tum. Visera sine splene hybernus mensibus latet, ut lacerta. De  
 mocris philosophus periclitare uolumen de Chamaleōte edi-  
 dit, plenum mendacijs, nec alia causa legēdum, quàm ut ad ri-  
 sum exatentur, inter cætera uim eius esse maximam scribit con-  
 tra acapitrum genus. Detrahere enim superuolantem ad se, et  
 uoluntarium præbere lacrandum cæteris animalibus. Caput  
 eius, et guttur, si roboreis lignis uratur, magnorum imbrum,  
 ac tonitruum concursus facere. lingua si uiuenti ex empta sit ad  
 iudiciorum euentus pollere. Cauda flumina, et aquarum im-  
 petus sisti. Ab hoc, et Chamaleon herba appellata ob uarietate  
 foliorum. Mutat enim cum terra colores, hic niger, illic uiridis,  
 alibi cyaneus, alibi croceus, et alijs coloribus. Duo eius gene-  
 ra marem dicunt, cui stros purpureus est, Fœminam cui uioleace-  
 us. Vno nascuntur caule cubitali. crassitudine digitali. Quidam  
 byphonem nominat, quod à bobus deuorata angina eas necat.  
 Graece quippe βόως Bos dicitur. φόβος mors. Alij cy-  
 non uocant, quod factore eius riani è canū auribus decedat.  
 uōw enim canis est. όλεω factore. Chamaleonem qui-  
 dam Ixion uocant, quod quibusdam in locis uiscum gignit al-  
 bum sub alijs foliorum maxime circa canis ortum. Apud grae-  
 cos enim ιξός uiscum dicitur. Cum hac herba idem Demo-  
 critus scribit sinistrum pedem Chamaleontis torreret in fœno,  
 additoq; unguento in pascillos digeri eos in ligneo uase conditos  
 praestare, ut qui gerit, omnino sit inuisibilis. A Leone etiam leō-  
 tophonus dicitur, de quo supra diximus paruum animal, nec  
 alibi nascens, quàm ubi leo nascitur, quo gustato statim leo expi-  
 rat, ita caro corpus eius adustum aspergiant alijs carnibus polen-  
 tæ modo, et ita leonibus insidiantur, ac etiam cinere necant.  
 Non immerito igitur hoc odit leo, uisumq; dilaniat, et citra  
 morsum exanimat. ille contra urinam spargit prudens. hanc  
 quoq; leoni pestiferū esse. et leōtopetalon herba, quam alij rho-  
 padion uocat, folio brassicae caule semipedali. leni. cuius semē,  
 i cacumine in siligs acris modo, radix rapae similis. grâdis. ni-  
 gra, nascitur in aruis. Radix aduersatur omnium serpentium  
 generibus, ex uino pota. nec alia res celerius proficit. Et leonto-  
 podion alia herba, quam et lithoron. et dorypetron. et toto-  
 petron uocant caulibus ueluti rosae capita sustinens, nascitur  
 in campis pestri, et graali solo. Semen eius lymphaticæ somnia fa-  
 cere dicitur. et os leonis alia herba florem faciens purpureum

600



pulchrum. Columella, Narcissiq; comas, & hiantis saeva leonis ora feri. Item à leo leana, quæ & lea dicitur. Virgilius, Catulorum oblita leana. Lucal. irritata lea iaciebant corpora saltu. & leoninus. & leo. leontius. leogorus. leodamus. Leocrates sculptor insignis. Leocrinus. Leonides nobilis Sparta, deinde Lacedæmoniorum rex, qui aduersus Xersem penè incredibilia egit. Item Leonides alius pædagogus Alexandri. Leosthenes. Leostratus. Leochares propria nomina. Item Leopardus, qui ex leone, & panthera natus est, uel ex pardo, ac leana nigris maculis leoninam pellem distinguëtibus. Pardus animal est, cuius foemina pardalis dicitur, & panthera, quasi tota fera, quippe τῆν γρᾶν totum dicitur. ὄφις fera. Seuiore in hoc genere sunt foemina, quàm mares. Numerose in Hircania, minutis orbiculis super picta, ita ut oculatis ex fuluo arcibus, uel cœrulea, uel alba distinguatur tergi supellex, & earum colore mirum in modum quadrupes omnes sollicitatur, sed capitis toruitate terrentur. Quapropter occultato capite reliqua dulcedine inmutatas corripiunt, discernuntur à maribus solo candore. A nostris uariæ appellantur. Sunt qui tradant ijs in armo similem lunæ esse maculam crescentem in orbem, & pari modo cornua causantem. Primus Scaturus ædilitate sua uarias centum quinquaginta in urbe ostendit. Deinde Pompeius magnus quadringentas decem. Diuus Augustus quadringentas uiginti, hoc solum ex omnibus animalibus odoratum esse affirmant. A pardali pardalianches deducitur, hoc est aconium, quod Hyrcani hoc gramme carnes (ut diximus) illinunt, & per semitarum compta spargentes exhibent, quarum fauces hoc cibo hausto Angina obsidentur. item à pardali camelo pardalis, animal, quod nabin Aethiopes uocant, collosum equo. pedibus, & cruribus boui. Camelo capite, albis maculis rutilum colorem quadam pantherarum similitudine distinguëtibus. Primus Cæsar dictator Circensibus ludis eam Romæ ostendit. Postea frequenter uisa est aspectu magis, quàm feritate conspicua, & ob id à quibusdam ouis appellata. Camelus notum animal est, pascitur inter armenta in oriente, duo genera sunt bactria, & arabia. Differunt, quod illi bina habent tubera in dorso, uulgo nunc Dromedarios uocant, hi singula, & in pectore alterum, cui incumbant. Dentium superiore ordine carent ut boues, exercentur dorso, ut iumenta, & equitatu in prælijs uelocitate equos excedunt. Sed sua cuique mensura est, sicut uires tactis poplunibus prosternunt sese, atq; ita onerantur. Postquam quod satis est acciperunt, surgunt, nec ultra assuetum procedunt spatium, nec plus instituto onere recipiunt. Odiu aduersus equos naturale gerunt. Sitim quatri duo tolerant, impleturq; cum bibendi occasio est, & in præteritum, & in futurum. Aquam prius conculcatione obturbant, aliter non gudent potu. Uiuunt quinquagenis annis. Multi etiam centenis ueneris rabiem & ipsi sentiunt, propterea etiam faeminas castrant. ita fortiores negato coitu fiunt, et bello aptiores, colorem habent pullum, atq; nativum, ob id uulgo pullum colorem camelinum uocant. PROSTRATVM. Victum. prostrigium. extinctum. Sternere proprie est de statu deijcere, & quasi in terram extendere. Virgilius, Sternitur infelix Acron. Idem. Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma. Hinc prosternere fit, quod aliquando est in terram deijcere. Apuleius, Puellamq; reluctantem tandem prostravit. Aliquando uincere. prostrigare. extinguere. Sallustius, Prostratisq; militibus fugæ se dedit. Sternax quoque equus dicitur, qui exortit, ac in terrâ deijct sefforem, hoc est ferrox. asper. Virgilius, Et sternacis equi. Per metaphoram sternere aliquando pro extendere capimus. à quo fit in sternere. Vnde sternere, atque in sternere humi tu petas. frondeis. flores, aliaq;

huiusmodi dicimus. Hinc stragula dicta opertoria lectorum, ubi & discumbere solebant, & quiescere. Varro. Ac quicquid in sternebant, à sternendo stragulum appellabant. Hinc etiam equorum opimentum instratum uocatur. Et quoniã sternendo fit, ut id supra quod sternimus, hoc est extendimus aliquid, tegimus, Sternere aliquando pro tegere, atque implere accipitur. Vnde sternere equos dicimus, hoc est in stratis tegere. Sternere lectos cooperire. Sternere humum, floribus implere. Virgilius, Sternitur omne solum iaculis in qua significacione consterno quoque accipitur, dum tertia est coniugationis. Idem. It stridor, & alte consternunt terram concusso stypite frondes. Quando uero est primæ coniugationis, pro deijcere duntaxat accipitur. Sallustius, Quia uictoria elati hostes nostri territi, atque animis consternati discessere. Idem. Equi sine rectoribus exterriti, aut saucij consternantur. Hinc consternatio delectio animi dicitur ex aliquo subito metu. & externo, quod ueteres usurparunt pro eo, quod est dementem facio. Pacuius. Sed etiam miseram, quam frequens luctus externauit. item quoniam sternendo, hoc est extendendo & id, quod extendimus, & id supra quod extendimus, complanamus, atque componimus, fit ut sternere quoque aliquando pro componere, ac complanare usurpemus. & stratum dicimus complanatum, atque compositum. Vnde stratum mare dicimus. Virgilius, Et omne tibi stratum silet æquor. & stratus uias, siue quod complanatae sint, siue quod lapidibus tecta. idem. Miratur portus, strepitumq; & strata uiarum. item, quia iacendo quodammodo extendimur, fit ut eos etiam se sternere dicamus, qui se ad iacendum collocant, ut quiescant. Idem Sternunt se somno diuersæ in littore l'hoce. Hinc sternere dicimus dormire. Persius. Sternimus indomitum quod despumare falernum Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra. A sterno etiam fit substerno, à quo & substratum. item sternuo, à quo sternuto frequentatiuum. Vnde sternutatio, et sternutamentum. & sternutatorium medicamentum, à quo ad sternuendum excitamur. Etenim qui sternunt quodammodo toto corpore extenduntur, licet enim sternutatio à capite præcipue fit, fit tamen sternuendo quadam totius corporis extensio, quod in alijs corporis eruptionibus non accidit. Nam cum tres partes principales nostri corporis sint, caput. thorax. & aluus, flatusq; alui exspiratio sit. ructus uentriculi. sternutamentum capitis, solo sternutamento ferè totum corpus extenditur. ideoq; nõ modo caput, sed reliquas etiam partes bene ualere indico est. Quamobrem moribundos interdum sternutatorio excitare solemus, tanquam si hoc effici nequeat, nulla amplius sit spes salutis. Vnde consuetudo inualuit, ut sternutatio ueluti bonæ ualeitudinis indicium sacra habeatur. & sternutantes salutemus, ac bene eis precemur. Quod Tiberiũ quoque Cæsarem alioquin tristissimum, & plenum semper sollicitudinis hominem etiam in uehiculo exegisse tradunt. & aliquos constat nomine quoque consultare religiosius putasse. item à sterno stramen, & stramentum, quod solo quiescendi gratia sternant. Vnde lectus. & lectica à legendis, hoc est colligendis stramentis, atque herbis, ex quibus fierent, dicta sunt, quamuis aliqui à grecis potius deduci uelint, qui λιντορον lectum dicunt, uel quod fangatos ad quiescendum alliciat. A lectus, & lectica diminutiva fiunt lectulus, & lecticula. Suetonius. A cœna in lecticulam se lucubratoriam recipiebat. item à lectus lectistermiũ, cũ sacrorũ gratia lecti in tēplis sternebatur ad discumbēdũ, siue etiam pnoctandũ. item à lectica lecticarij, q̄ lecticam ferebat. Itē à sterno, siue stratu stratumino deriuatur, qđ est stratu firmo. Ply. Maiores, potēioresq; si sit occasio silite,



nel glareâ sterni, ora utrinq; lapidibus stratuminari, & alio  
 superinigi. Serno autem à græco deducitur, qđ est σπωρῖον,  
 A quo sporâ strata dicitur. Hinc lithostrata uocata sunt  
 pavimenta, quæ exiguus lapillis sternuntur, de quibus supra  
 diximus. item à serno strages deducitur, quod significat cladē.  
 depulsionem. profligationem. iacturam. Quippe ueteres ser-  
 no, & fligo in eadem significatione accipiebant. Linius. ipse se  
 in terram fligit cadens. Acius. Nec perdolescit fligi socios mor-  
 te. Ab hoc composita sunt affligo, quod significat proprie  
 serno, & in terram extendo. Plinius, At cænis ille horrētib;us  
 pro tonam corpus uillis ingenti primum latratu intonauit, mox  
 in ceruicem assultans, contrâq; belluam exurgens, hinc & il-  
 line artificio diminatione, qua maxime opus esset infestans, atq;  
 euitans, donec assidua rotas uertigine afflixit, ad casum eius  
 tellure conuulsa. Cæsar, Neq; siquo afflicta casu fuerint, exige-  
 re sese, atq; eleuare possunt. Per metaphoram tamen affligere  
 aliquando pro perturbare. angere. uexare accipimus. Celsus.  
 Corpus uarij morbis afflictum. Sene. Vt animum uarijs  
 curis afflictum oratione leuiorem. infligo. incuto. infero. Pro-  
 fligo. deijco. depello. perdo. Vnde profligatum exercitum dici-  
 mus. hoc est prostratum. deiectum. afflictum. pditum. & pro-  
 fligatas res, hoc est perditas, & ad cladem perniciemq; dedu-  
 ctas. Confligo. dimico. Confligere enim proprie dicitur, qui  
 dimicando se inimicis sternunt. Vnde conflictus strages, et mu-  
 tua profligatio appellatur, quæ & clades dicitur à græco κλά-  
 σαι, quod est amputo. frango. Vnde κλάσμα fragmentum.  
 & constructio appellatur. Sunt etiam qui cladem quasi ca-  
 dem à cadendo dictam uelint. Quidam à calamis, quasi cala-  
 midem hoc est calamitatem. VASTA. Magna, de quo  
 supra diximus. PRISCA FIDES. Veterum credu-  
 litas. POST TUA MVNERA. Postquam tu ludos  
 populo exhibuisti. HAEC. Quæ ab Hercule aduersus leo-  
 nem gesta sunt. ACTA. Gestâ. Ago quid proprie signifi-  
 cat, intelligi potius, quam uerbis exprimi potest. Dicere tamen  
 licet, quod agere est operari. Nam qui sedet, qui stat, qui cogi-  
 tat, quiescat. iscet. moritur, aliquid agere dicitur. ita ut nullus,  
 qui modo uiuat, esse unquam possit sine actione. Quippe &  
 ipsum uiuere agere est. Vnde & uitam agere dicimus, et agitur  
 mecum bene, id est sum in bona conditione. & præclare tecum  
 agitur. Optime cum illis agitur, si diutius uiuent. Melius cum  
 hominibus ageretur. peius. in commodius. pessime tecum agere-  
 tur, & alia huiusmodi. Cicero. Cum illo uero quis nescit actū  
 esse præclare. mecum in commodius? Nonnunquam etiam acti-  
 ue ponitur. Valerius Maximus. Bene egressent Athenienses cum  
 Melaeade, si eum post trecenta millia Persarum Marathone de-  
 uicti in exilium protinus misissent, ac non in carcere, & uin-  
 cly mori coegissent. Quid inter agere, facereq; intersit, supra  
 declarauimus. ab his actus, & factus deducuntur. Quintilia-  
 nus. Flexus ille, & ut sic dixerim motus dat actum quēdam,  
 & factum. Hæc ita differunt, ut actus sit, cum nihil remanet.  
 Factus, cum opus aliquod extat. iurisconsulti agere dicunt, cū  
 causam in iudicio habent. Quoniam uero bis de eadem re cum  
 iisdem iudicibus agere non liceat, factum est illud prouerbi-  
 um. Actum ne agas. Et actum agere dicimus, cum quid fru-  
 stra agimus. Hinc actum esse semper in malam partem accipi-  
 mus, ut actum est de rep. hoc est respu. extincta. desperata. per-  
 dita est. Terē. Actum est, siquidem hæc uera prædicat, hoc est,  
 nulla amplius spes est, non aliter, quā in iudicio, ubi lata se-  
 mel sententia retrahari non potest. Id ipsum alio modo dicere  
 solemus. Conclanatum est, quod inde tractum est, quia, cum  
 spiritus uitalis aliquando interclusus fallere homines soleret,  
 mortui aqua calida ablui consueuerunt, & per interualla con-

clamari. In quo cum liberari nequirent, post ultimam con-  
 clamationem, quasi rebus desperatis urebantur, & cineres eo-  
 rum condebantur se pulchris. Vlpianus agere. gerere, & con-  
 trahere, ita diuidit, ut actum generale uocabulum sit. siue uer-  
 bis quid agitur, ut in stipulatione, siue re, ut in numeratione.  
 Contractum uero, uero, atq; obligatio. ueluti emptio. uendi-  
 tio. locatio. conductio. societas. Gestum res facta. alij gesta, &  
 acta ita distinguunt, ut gesta sint in administratione magistra-  
 tus, & in bello, ac in rebus maioribus ad rem pu. uel ad pluri-  
 mos spectantibus, ut gesta Alexandri. gesta Pompeij. gesta Cæ-  
 sarij. Acta etiam priuatarum rerum, & minorum, ac fami-  
 liarum. Cicero. an in commentarijs, & chirographis, & libel-  
 lis, se uno auctore prolatis, ac ne prolatis quidem, sed tantum-  
 modo dictis acta Cæsarj firma erunt? Aliquando etiam non  
 acta, sed actus in eodem sensu dicimus. idem. Quod si de me a-  
 uita, atq; actibus huic conuicatori respōdeo. Lucianus, Licet in-  
 gentes obruperit actus. Agere aliquando pro dicere accipimus.  
 Terentius, Est ne ipse, de quo agebam? Vnde agere gratias dici-  
 mus, hoc ē uerbis, quam gratum aliqd habuerimus, siue quā  
 10 grati animo simus, ostendere. Aliquando pro facere. Virgilius,  
 His actis pro pere exequitur præcepta Sibyllæ. Nunc pro ducere.  
 uehere. Sene. Vt qui tum regis armenta agebat. Varro. Non  
 hos pactolos aureas undas agens eripiet unquam ē miserijs.  
 Virgilius, siue errore uicæ, seu tempestatibus acti. idem. Aæ-  
 lerant acta pariter testudine uolūt. item pro tractare. Mar-  
 tialis. Semper agis causas. Modo pro persequi. Virgil. Quam  
 procul incantam nemora inter cresia fixit Pastor agens telis.  
 Lucianus, Terraq; mariq; iussus Cæsar agi. Modo pro agitare.  
 Plautus. Aedepol eam agam uerberibus. Virgilius, Prodigijs  
 20 acti caelestibus ossa piabunt. A quo agito uerbum, concutio-  
 moueo. uerbero. Vnde agitator. Idē. Sæpe oleo tardi costas age-  
 tator a fellis. aliquando persequor, infesto. Idem. Galbanoq;  
 agitare grauers nidore chelydros. Vt etes aetate pro agi-  
 tare dixerunt. Quandoq; pro uertere. Idem. ipse ter addu-  
 cta arcum caput egit arena. Nonnunquam pro expellere, fu-  
 gare. Idem. Et membris agit atra uenena. interdum pro ex-  
 tendere, porrigere. Cicero. Vera gloria radices agit, atque eti-  
 am propagatur. Plerunq; pro cogitare. moliri. Virgilius. id  
 quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse reuoluo. Sæpe pro  
 30 trahere. Apuleius. Tot simul casus diuersum eū agebant. hinc  
 spe, illinc timore traheretur. Plerunq; etiam pro iurgare.  
 Cicero, Perinde ac si fieri cum eo egresset. item pro efflare, ex-  
 pirare. Cælius ad Ciceronem. Hortensius, cum has literas scri-  
 psi, animam agebat. Præclare Martialis uno tetraſtico diuer-  
 sas huius uerbi significationes expressit.  
 Semper agis causas, & res agis Attale semper.  
 Est, non est quod agas, Attale semper agis.  
 Si res, & causæ desunt, agis Attale mulas,  
 Attale, ne quod agas desit, agis animam.  
 50 Præterea agere aliquem reum dicimus accusare. Per agere ue-  
 ro, reum condemnare. Agere sese est incedere. Virgilius. Ec-  
 ce gubernator sese Palinurus agebat. Agere cum populo. &  
 concionem habere, diuersa sunt. Etenim cum populo age-  
 re, est rogare quid populum, quod suffragijs aut iubeat, aut  
 uctet. Concionem uero habere, est uerba facere sine ulla ro-  
 gatione. Est etiam quando agere pro tractare accipitur.  
 Cicero, id nunc cum hoste agimus, ut induciæ fiant. item pro  
 effingere, ut ago stultum, hoc est fingo me stultum, siue re-  
 præſento stultum. Hinc comædiarum, & tragædia-  
 rum, & aliorum huiusmodi dicuntur actores, quoniam  
 60 diuersorum hominum gestus agunt in Scæna. item orator  
 quia causam, & gestum uulius, ac corporis agit, actor



uocatur, & tum ipsa pronuntiatio, nam oratio, quæ habetur, cū etiam oratio scripta actio est uocata, & partes comædiæ, & tragædiæ actus uocantur à gestibus histrionum, q̄ ex hoc ipso actiōsi dicuntur. item spatium in a gro centum uiginti pedum, de quo supra diximus actus nunciatur. iuriconsulti actum, & iter ita distinguunt, ut iter sit quò quis pedes, uel eques commeari potest. Actus uero in quo armenta trahere, & uehiculum ducere licet. item actus generali uocabulo significat omne quod agitur, & actor dicitur omnis, qui aliquid agit, & actio omnis actus. Vnde actionem iuriconsulti uocant ius, quod cuiq̄ debetur in iudicio prosequendi. Propter quod Vlpianus duo actionum genera esse scribit in rem, quæ dicitur uēdictio. & in personam, quæ conditio appellatur. in rem actio est, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus. in personam actio est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, dandum uē. Differt q̄ actor ab authore, quod actor est, qui recitat. Author, qui opus facit. Vnde scriptores ipsos comædiarum, siue tragædiarum, siue aliorum huiusmodi operum authores uocamus, & quicunq̄ fecit aliquid opus, ut puta, qui egit bellum. egit pacem, authorem hūc operis. authorem belli. authorem pacis dicimus, non actorem, quamuis res ipsæ gestæ actū aliquando appellentur. Neq̄ est author primum nomen (ut Seruius existimat) sed à græco deducitur. Quippe græca ἀδύρτωρ authorem dicunt. ἀδύρτωρ authoritatem, ἀδύρτωρ authoramentum, ἀδύρτωρ authorare, ἀδύρτωρ authoratum, quod nonnulli græcæ uoce authenticum dicunt. Hæc uero ab ἀδύρτωρ derivari certum est, quod ipse interpretatur, quoniam qui author est, per se ipse facit, non ab alio accipit. Propter quod sine. C. scribi debet, cum in hoc significato accipitur, & communis est generis. Nam cum ab augeo uerbo derivatur cum. C. scribitur. Actor, & λόγος aliud significat, hoc est eum, qui auget, & femininum eius est auctrix. Dicitur q̄ à græco ἀύω. Authorem etiam dicimus eum in quo est uis, potestas, & dignitas, nec ab alio pendet. Vnde auctoritas est appellata. Lilius. Deceuerunt enim ut cum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres auctores fierent, hoc est si auctoritatem suam, & decorem interponerent, si ratum haberent siue ratificarent, & comprobarent. idem. Maiores nostri nullam, ne priuata quidem rem agere feminas, siue authores uoluerunt, in manu esse parentū. fratrum. uirorum. item authores pupillorum uocantur, in quorum administratione infirma ætas, resq̄ eius sunt. Paulus. Etiam si non interrogatus tutor, siue author fuit, ualet auctoritas eius, cum se probare dicit id, quod agitur, hoc est authorem fieri. Pomponius. Et si pluribus datis tutoribus, unius auctoritas sufficiat, tamen si tutor authoretur. Hinc authores sententiæ alius, siue consilij uocantur ij, quorum sententiam, siue consiliū sumus secuti. Vnde nullum ducet authores appellatur. & authorare dicitur obligare sibi, atq̄ subijcere. Lilius. Si signo suo compressas tabulas misit, & uero pignore uelut authoratum sibi proditorem ratum est. id est obligatum, atq̄ subiectum. Valerius. Et authorato socij officio. Et iuriconsulti titulum habent de legendo, uel author. à do militi, & legionum, ac auxiliorum descriptione. Hinc fit authoramentum, quod est obligatio quædam siue stipendium, uel pretium alicuius militiæ, ac pugnae, actionisq̄. Quinti. Nec difficilem sanè ab illo authoramento præsertim habuisset missionem, sed noluit gladiator uiuere. Cicero. Quorum ipsa merces authoramentum seruitutis est. Seneca. Nullum sine authoramento malum est. Auaritia pecuniam promittit. Luxuria uarias uoluptates. Ambitio purpuram, & plausum. Mercede tentata sollicitant. Suetonius, Munus gladiatorum dedit, ruduarij q̄ quibusdam reuocatis au-

thoramento centenum millium. Ab hoc fit ex authore uerbum, quod est authoramento, hoc est stipendium, et pretio illo, siue mercede priuo. à quo ex authorari milites dicuntur, qui missionem habuerunt. Nihil cum ijs commune augeo uerbum habet, cuius significatio nota est. à quo fit augmentum. & auctus. & auctio. & augmento uerbum. à quo augmentatio. & coaugmento, & coaugmentatio. Auctio uenditio est in publico, quæ fit licitatione, hoc est aucto ab emptoribus pretio, cū res traditur plus offerenti, & qui ita uēdit auctoriari dicitur. et uenditor ipse uocatur auctoriarius. Auctarium quoq̄ ab augeo deducitur, si significat q̄ quod super mensuram, aut pōdus iustum adiatur, ut cumulus adiectus in modio. Plautus. Auctarium adiatur, uel nulle numum plus quam potest. & auctum spatium Cyra, quod super definitum nomen uictoriae adiungebatur. item ad augeo. à quo ad aucto. Auctus. Quibus rem suam, & patriam nostram quondam ad auctum pater. Et auctus. Ennius. Et tabes numeros auctus suo. Item magmentum, quod ueteres dixerunt, quasi maius augmentum, & auxilium, quoniam augebant numerum ij, qui accedebant, ut ad iumento essent alienigenæ. à quo auxilior uerbum, quod significat adiunio opem fero. Vnde auxiliator. & auxiliatrix, & auxiliares copiae. item mactio, quasi magis augeo, & mactum. & macte uirtute, de quibus superius diximus. item autumnus, quod tunc maxime augebatur hominum opes coactis terræ fructibus. ab eo autumnalis. Vnde autumnale tempus dicitur, & autumnitas. Varro. Retineat uiatorem meridie prætereuntem. nam fontem autumnitas exiatauerat. idem, Quia autumnitas uentosa fuit. Ago à græco derivatur. Quippe græca ἄγω dicunt dico. Ab ago agea, uia in nauis, quod cito agi possit, & hippagium, atque hippago, de quibus supra diximus, et ager, quod qui morbo correptus est, grauius agitur, hoc est agitur. à quo aeger. aeger fio, & a grido morbus, & a gre aduerbium, quod significat modo cum difficultate. Virgi. Ergo a gre raris terram riuantur. Modo moleste, Vnde a gre ferre dicimus, hoc est moleste ferre. & a grotus. à quo a grotu uerbum. et a grotatio. a grotus ab a grotia differt, quod aeger animo est, a grotus corpore. Sic & a grido animi est, a grotatio corporis. Cicero. Sed proprie ut a grotatio in corpore, sic a grido in animo nominatur. Ab a gro fit aegrior comparatiuum. & aegerrimus superlatiuum. item ab a gre a gruis & aegerrime. Et integer, hoc est perfectus, quasi minime aeger. Vnde corpus integrum dicimus, cui nihil deest, & integrum uirum, qui omni uirtute præditus est. Ab hoc integrior. integerrimus. integritas. integre. integrius. integerrime. & abinte gro aduerbium, quod significat rursus, quasi res perfecta rursus inchoatur. Virgilius, Magnus ab integro seclorum nascitur ordo, hoc est deinte gro dicitur. & integro uerbum, quod aliquando significat perficere, proprie tamen rursus inchoo. Virgilius, Ramoq̄ sedens miserabile carmen integrat. ab hoc fit deinte gro. & redintegratio est. Reperitur etiam atte gro pro integro. Vnde ueteres atte gre uinum in sacrificij, hoc est augeo dicebant. & actuum apud grammaticos, quod passiuo opponitur. à quo actiue aduerbium. et acto frequentatiuum, quod non est in usu, sed usurpatur aliud ab eo frequentatiuum actio. à quo actitatio, quæ proprie in actus dicitur. & acta ab actitatis, ita distinguuntur, quod acta sunt, quæ extra iudiciū sunt. Actitatio ea quæ in iudicio. Item ab ago fit aliud frequentatiuum agito, quod est comoueo. actio. à quo subagito, quod est inchoo. Plautus. Dum ille meretricē subagitat, ego geseo. ab ijs agitatio. et subagitatio deducuntur. Et ager cum suis derivatur, q̄ in eo aliqd agitur. et age age-



uero agendum agemodo. eia age, quæ aduerbia hortantis sunt, et agulum pastoralis baculus, quo pecudes aguntur. et agri so, qui equos ducit. Plyn. Athenio in ima tabula, quam maxime inclauit, agrosnem cum equo pinxit, quod nisi in iuuentu obijisset nemo ei compararetur, et agma foramen, quo inseritur scapula trutinæ, hoc est in quo trutina agitur. i. uertitur. Ex quo agri natures dicuntur, qui ex igno lucro mouentur. et agnari, uiliaria negotari. Et axis, de quo supra diximus, circa quem agitur, hoc est uoluntate uota item quæ do tabulam significat, quod agitur, hoc est adigitur parietem. Et actiuosus, qui semper agit. Sene. ira canidos feruida animi natura facit. Est enim actiuosus, et pertinax ignis item qui gestus agit, ut supra diximus. Et agilis. leuis. dexter, qui quæ se se facile agit, a quo agilitas, hoc est dexteritas corporis dicitur, et agiliter aduerbium, hoc est facile, et cum dexteritate. Et agmen quod proprie significat agemem se se, hoc est ambulantem multitudinem. Virg. Et longum per uallens patitur agmen. id est. uocat agmina sene sororum. aliquando pro incedenti exercitu ponitur. Sallu. Egomet in agro, aut in prælio consultor. et pro uocante se multitudinem, ut maiorem impetum faciat. Virg. illi agmine facto Laocoonta petunt. Et agnum dies, in quo rex hostiam immolabat. Hostias n. antiq. etiam ab agendo agnias uocabant. Agnias quoque dicebatur deus præsidens rebus agendis, et agonalia eius dei festa, quamuis aliqui agonia dicitur uelint sacrificia, quæ fiebant in monte, quod agones montes uocabant. Vnde romæ mons Quirinalis agonus, et Collina porta Agonensis appellatur. Agoræus non ab ago deducitur (ut quidam falso existimauerunt) sed græca uox, et a nostris mundanarius dicitur. Hora. Dauidæ defende decus camoenæ. Leuis agorææ. Ab ago cõposita sunt mango mangonis, quod manu agatur, quæ admodum diximus. et mungo, quasi mucum ago a naribus. id enim proprie mungere est. et mucus nariu humiditas. a quo mucidus, et mucosus deducitur. Item emungo, quod est nareis purgo. emunctum etiam aliquando pro exhausto ponimus. Et emungere lucernam dicimus, hoc est lychnum proferre. Mucor uero lanugo est, quæ diuino sita contrahitur, quæ admodum in pane. carne, alijsque huiusmodi fieri uidentur. a quo mucidus. Mucum quidam a græco deductum uolunt. Nam græci μύξα mucum uocant. et μύξα mucosum item ab ago euugum (ut quidam putant) quasi euugum, ut sit ex græco αὔ, quod significat bene, et Latino ago compositum, et uox boni omnis facta, cum primo uir cum uxore concubuit. Est. n. euugum media pars inter natura muliebria. Nenijs. Sine euugio puellâ inuenit. Laberius. Quare tam arduum ascendis, an concupiscis euugum frangere. Adigo, quod est imuto. adiungo. applico. Virg. Sed uinibus ensi adactus transfadigit costas. interdum circumago, aduero. circumuro. Vnde adagium dicitur proverbium, quasi circum agum, quod per ora omnium circumferatur, sicut adustum diuus circumustum. Gel. Hinc natum est frequens apud græcos adagium ὁ τὰ τὸ ἀρδρὸς ἐς κόρινθον ἰδὲ δ' ἀπλοῦς, hoc est, Non cuius homini continget adire corinthum. idem. Vetus adagium est, Nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaracino sui. Quod de ijs dicitur, qui se ijs rebus, quas ignorant, petulantius audent immiscere, uel de rebus suis nimis præsumunt, quale est illud. Sus muneram, uel quod dici solet, Asinus ad Lyræam, uel an ferens inter olores strepere. Graculus nota uulgo uis est cornicæ similis, nisi quod longe minor est. Nomen habet a sono oris, uel quod gregatim uolet (ut placet Varroni) sine (ut alij putant) a gerendo, quod tacta segetum semina gerant, uel quod ex oliuetis cubitum se recipientes duas pedibus batis, tertiam ore gerant. Huic soli aui firacitas auri, atque argenti uirtus est. Propterea, et Monedulæ dicuntur, quasi mone-

tulæ a firandis monetis. Tria earum genera. Maiusculæ similiores cornicibus, nisi quod nigriores. Minimæ. et inter eas media, quibus rostra, et pedes rubent. Sunt etiam qui graculos a gracilitate uocatos existimant propter paruitatem. Gracile n. tenue dicimus. Hora. Quis multa gracilis te puer in rosa. Turpilius. Nost, quàm sit gracili corpore. Hoc et gracile dicitur. Nenijs. Vnde graciletis colorem, et quàm subito factus est gracile. et gracilentum. Ennius. Deducunt habiles gladio filio gracilento. Hinc gracilitas, hoc est tenuitas, quæ et gracilitudo dicitur, Actius. Tametsi attenuitas, et gracilitudo facit ne dubitem. et gracilium. Nenijs. Quis non irrideret uentris gracilium. De amaracino unguento supra diximus. Perinde autem dicitur. nihil cum amaracino sui, ac si diceretur. Nihil enim cum unguento. Veteres pro adigo adasso scripsere. Plautus. Vtinam diui adassint ad suspendium. Adagia autem famini genere, modo ad agendum apta dicitur, modo uetula recentis partus. Circuago modo circumduco. Apuleius. Nudumque hominem circumagens omnibus ostendebat. Modo insequor. Curtius. Nec uulneratum, et fere seminecem circumagere destiterunt. Aliquando retrouerto. re gredior. conuerto. Plyn. in ponte prætenui duabus capellis obujs e diuerso, cum circumactum angustie non caperent, nec reciprocaionem longitudo. Perago, quod est perficio. Seneca. Omnia inchoat. nihil peragit. Martialis, Rem peragit nullam Sertorius, inchoat omnis. interdum duco, siue produco. Plautus, Namem, peragit in portum. Apuleius, et multas noctes peregi in somnis. item pergo, quod modo significat profequor. perseuero. Virgilius, O dea si prima repetens ab origine pergam. modo ago. Cicero, Perge et nobis nomina testum indica. Virgilius, Vergite pierides. nonnunquam iter ago. Quinilianus, Dum forte in agrum pergenti obujs factus esset. Ab hoc pergula deducitur, de qua supra diximus. Transigo, modo duco. Plyn. Vt æstatem hanc quietus transigam. Modo pacisor. Vlpianus tamen transigere, ac pacisci, ita distinguit, ut transigere in re dubia, et lite incerta, nec finita dicamus. Pacisci uero cum donationis causam certam, et indubitatem liberaliter remittimus. Paulus uero transacta, finita ue intelligit, non solum de quibus controuersia fuit, sed etiam quæ sine controuersia sint possessa, ut sunt iudicio terminata. transactio composita. longo tempore silentio finita. Ab hoc transactio deducitur. Abigo, quod proprie est expello, quasi extra ago. Hinc abigere muscas a facie dicimus. abigere oues. capras. iumenta ab horreis. uineis. pratis. Et abacti magistratus dicuntur, qui coacti deposuerunt imperium, quasi a magistratu expulsi. Nam abacti, lingua gallica serui appellantur. Abigere quoque est fieri tollere, et latrocinari, sed de pecuarijs dumtaxat animalibus dicitur. Vnde abactores uocantur pecuariorum animalium fures, quos quidam abigeos nominant, Vlpianus, Abigei autem sunt, qui pecora ex pasuis, uel ex armentis subtrahunt, et quodammodo deprædantur. Et differt abigeus a fure, quoniam fur generale nomen est, abigeus autem speciale. Nam si quis ouem unam, aut scrofam, siue equos in solitudine relictos abduxerit, is fur dicitur, non abigeus. Qui uero greges ipsos, aut armenta subripuerit, uel clam, uel palam, abigeus dicitur. Fur a furuo uocatus est, quod furta clam fiant, et plerumque in nocte. Furuum ueteres atrum dixerunt. a quo furnus. Furia. fumus. filigo. fiducia. fornax, quæ et caminus dicitur. a quo caminata loca dicimus testudinata, et ad fornacis similitudinem facta. et a fornax fornaculæ diminutiuum. et fornacalia, hoc est feræ faris torrendi gratia instituta, quod ad fornacem, quæ in pirinis erat, sacrificium fieri solet. Furuum bouem, hoc



est nigrum immolare Diti solebant. Et forceps instrumentum  
fabrile, quo calidum tenetur ferrum a Feruis, hoc est à calidis  
capiendis. Virg. Vrsantq; tenaci forceps massam. Hoc & for  
nuclis, quasi forniculis forceps dicebatur. Forfex uero ad hu  
ius similitudinem instrumentum est, quo sanatores utuntur ad  
scindendas uel sters. Sunt tamen qui furem à fraude dictum ue  
lint, ut Sabinus. Alij à ferendo, ut supra diximus, hoc est au  
ferendo. Nonnulli à græco. Quippe apud ueteres græcos fier  
φωρ dicebatur, à quo fuerum deducitur, quod Paulus defi  
nit contractionem rei fraudulosam lucri faciendi gratia, uel ipsi  
us rei, uel etià usus eius, possessionis ue, quod lege naturali pro  
hibitum est admittere. V eteres tamen fuerum uocabant, quic  
quid clam, & occulte committeretur. Plautus. Manifestum hinc  
oborto collo teneo furem flagitiij. Virg. Vulcani Martisq; do  
los, & dulcia furti. hinc furti pro adulterijs legimus. Tibul  
lus. Cælari uult sua furti. V enus. Pro insidijs. Sallustius. Meus  
gentis ad furti belli peridoneæ. Virg. Furti paro belli con  
nexæ in tramite syluæ. Vt biuias armato obsidam milite fauceis.  
idem metaphorice furem pro seruo posuit. Quid domini faci  
ent, uident cum talia fures? A' fier etiam fit bisfuer, ac trifuer.  
Plau. Verberatissime etià rogatus non fuer, sed trifuer, quomodo  
& triuene ficam scripsit, hoc est summe uene ficam. & trifueri  
ferum, hoc est summe fueri ferum. Item furem trium literarũ  
hominem uocat. Trium literarum homo est. & aurifuer, qui fu  
ratur aurum. idem. Et mihi hic aurifuer est. Et fueror uerbum.  
à quo compositum suffioror. & fueruum, clandestinum. unde  
& fuerinae literæ, siue fuerina scripta dicuntur, quæ artificio  
quodam sunt, ne legi possint ab alio, quam ab eo, ad quæ scri  
buntur. Quæ et adulterinae literæ dicuntur. Cellius. Res quas  
dam occultas nuntiare regi fueruum scripto uolebat. Dicuntur  
etiam literæ per notas scriptæ. Suetonius de Casare in episto  
lis. Siquæ occultius proferenda erant, per notas scripsit. id est  
sic stricto literarum ordine, ut nullum uerbum efficia possit, quæ  
si quis inuestigare, ac persequi uellet, quartam elementorum li  
teram id est D. pro A. & perinde reliquas commutabat. Sed tu  
FEDERICE. Phœtri libellum de fueruinis literis ædidisti,  
in quo multa eorum genera summo ingenio es complexus. item  
à fur fuerum aduerbium, hoc est latenter, occulte. & fuerum  
culus, quod modo genus est mustellæ syluestris, qua in cauer  
nis cuculi capiuntur. modo tuberculi genus acutum cum in  
flammatione, & dolore maxime, ubi iam in pus uertitur, qui  
ubi adaperius est, & exit, super apparet pars carnis intus uer  
sa, pars corrupta subalbida, subrupta, quem uentriculum qui  
dam fuerunculi nominant. in hoc nullum periculum est, eti  
am ubi nulla curatio adhibeatur. A' fuerum etiam, hoc est cali  
do, ueteres forbeam genus tibi appellabant. quo calido uesci so  
lebant. item ab ago dego, quod aliquando simplicis sui signifi  
catum retinet, ut dego uitam, hoc est ago uitam. Lucil. Degimus  
hoc quodcumq; est. Aliquando significat abigo. ex pello. detra  
ho. Plau. Nunc ego istum soror laborem degem, & diminu  
tibi. Idem. Degitur corium de tergo meo. Item exigo, quod mo  
do extorqueo significat. Cicero. Et cum esset tritica modius se  
stertius duobus pro frumeto in modios singulos duodenos sester  
tios egresso. Modo inuestigo. Virg. Quæere constituit, socijsq;  
exacta referre. interdum excludo, quasi extra ago. Plau. itaq;  
omnis exegit foras. Teren. Spectandæ an exigendæ sint uo  
bis prius. Nonius. indignè exiger patria innocens. Lucilius.  
Vestimentis frigus, atque horrorem exactum putet. Cicero, Cla  
ueis ademit, foras exegit. Nonnunquam ago. Virg. Quos im  
proba uentris exegit caecos rabies. Plau. Et tu cuius causa hanc  
erumnam exigo. Quandoq; constituo. Virg. Decreuitq; mori  
tempus secum ipsa, modumq; exegit. Plerumq; debitum peto. Ci

cerò sed non urgeo, longiores enim expectabo, uel potius, exi  
gam. Martia. Exigis à nobis operam sine fine rogatam. Hinc  
exigere pecuniam dicuntur, quæ nobis debentur. et exactores uo  
cantur, qui pecuniam exigunt. & exactio actus ipse exigen  
di. & exacta pecunia, cuius nomen Vlpianus non modo ad so  
lutionem referendum esse, sed etià ad delegationem putat, hoc  
est cum pecuniam, quæ nobis debetur, alteri assignamus. Tunc  
enim exacta à nobis dicitur, etià si ille non dum soluerit. Exa  
ctum etiam pro præterito ponimus. Virg. Ac tribus exactis,  
ubi quarta accesserit æstas. idem. Exactum ad mensum inquit,  
hoc est usq; ad mensis ultimam partem. A' quo exacti menses  
appellantiur, qui curat paruum sunt. idem. Exactis grauidæ cum  
mensibus errant. Eleganter etiam exactum dicitur exhaustum  
& superatum. Sene. Vt tot procellis, tempestatibusq; exactis,  
aliquando in portum ueniamus. V eteres in hunc sensum exan  
clauum usurpauere. Cicero. Quod exanclauisset omnes labo  
res cum inaderent in mortis malum sempiternum. Idem. Vt  
tot exanclatis laboribus aliquando quiesceremus. proprie ta  
men exanclare haurire erat. Plau. Næ iste ædepolinum po  
pulo exanclauit. Et aliquando pro perficere ponebatur. Pacu  
nius. Nō potest Menalippe hic sine tua opera exanclari clamus.  
Quintilianus hoc uerbum, ut nimis uetustum uitandum pu  
tat. mihi certe instar flagitij uidetur aliquid uitandum affir  
mare, quo patens latine linguæ Cicero fuerit usus. Denot  
sane uitio (si ita placet) Sallustio quod nimium antiquis M. Cato  
nis uerbis usus fuerit, ex probatione etiam illius epi gramma  
tis. Et uerba antiqui multum fuerate Catonis Crispe Inuictina  
conditor historie. Reprehenduntur & alij, quod uel nimis se  
quaces ueniunt, uel ipsi uerborum nouatores fuerint. Non ni  
hil nō summe elegans, politum, uerq; Romanum putemus quo  
Cicero, uel semel fuerit usus. Item ab ago fit compositum macto  
quasi magis augere, de quo superius diximus. Et prodigo, quod  
modo portendo, & præmonstro significat. Vnde prodigia di  
cta, & prodigatores, de quibus supra diximus. modo consu  
mo, à quo prodigus dicitur luxuriosus, & bona sua consumens.  
Et prodigatus. & prodigatus effusio, et liberalitatis excessus.  
prodigatus hostias uocabant ueteres, quæ consumebantur. et pro  
dige aduerbium profuse. luxuriose. item subigo, quod modo est  
actio. Virg. Subigunt in core secares. modo atrecto, agito. Ca  
to. Farinam in mortarium indito. aquam paulatim addito. su  
bigitoq; pulchre. Cic. Cum autem miraretur Lysander, et pro  
ceritatem arborum, & directos in quinque ordines, et hu  
mum subactam, atq; puram. hinc aliquando pro exercere, ac  
mollio ponitur. Idem. subacto mihi ingenio opus est. ut a gro nō  
simul subacto, sed nouato. Aliquando pro subdo. subiugo. Vir  
g. Ternaq; transierint rutulis hyberna subactis. Quandoq;  
pro urgo. com pello. idem. Castigatq; auditq; dolos, subigitq;  
fateri. idem. Non aliter, quam qui aduerso uix flumine lem  
bum remigijs subigit. Nonnunquam sub. agito. Cic. Gallam su  
bigit. Ab hoc fit aliud compositum profubigo, quod significat fo  
dio. Virg. Et pede profubigit terram. Ambigo, quod proprie  
significat circum ago. Vnde ambactus circumactus, & amba  
ges uerborum circuitus dicuntur. idem. Longe ambages. Quo  
niam uero ij qui in ancipiti sunt, circumueterere mentem, et ag  
itare animo solent, factum est, ut ambigo pro dubito capiatur,  
quamuis sine, qui ab ambo potius deductum ambigo uelint.  
Vnde ambiguum de finiunt, quod i ambas agi partes possit,  
quod falsum est, quia non duobus tantum modis, sed pluribus  
etiam, quod ambiguum est, intelligi aliquando potest. Qui  
dam dicunt omne uerbum natura ambiguum esse, quod ex eo  
duo, uel plura accipi possint. Alij nullum uerbum ambiguum  
esse opinantur. Nam ambigui uerbi natura est, ut qui id dicit,  
duo uel



duo, vel plura dicit, sed nemo duo, vel plura dicit, qui se sentit unum dicere. Nam cum ipse unum dico, tu aliud accipis, obscurum dicitur, non ambigue. Græci tamen ab ἀμφω, quod est ambo amphibolū, hoc est ambiguum dicunt. A quo amphibia figura, cum sermo dubium habet sensum, quale fuit illud Apollinis responsum. Aio te Acacida Romanos uincere posse. Ab ambigo ambiguitas fit, hoc est dubitatio. Et ambigue ad uerbum, dubie. Quidam ango quoque ab an, et ago compositum opinantur, quod significat crucio. Etenim qui cruciantur, in diuersum agi uidentur. Sed ego à græco potius deductū existimo, quod est ἀγγω, id est strango, à quo synanche deducitur. Morbus sanctorum est pestifer, atque acutus. Sortitur autem diuersum apud græcos nomen, prout species diuersæ. Cui enim neque rubor, neque tumor ullus apparet, corpus aridum est, uix spiritus trahitur, membra soluiuntur, à sue, cui hic morbus cum homine communis est, σπράγγων, hoc est synanchen uocant. Cum uero lingua, faciesque cum rubore intumescunt, uox nihil significat, oculi uertuntur, facies pallet, singultusque est. à τῆ νε σπράγγων, hoc est cynanchen nominant, quod latrare, qui id morbi patitur, non loqui uideatur. Vbi uero tumor tantummodo, et rubor est, cætera non sentiuntur, id παρασπράγγων, hoc est extra synanchen appellant. A latinis uno nomine ab angendo angina dicitur. Plautus, in angina ego nunc me uellem uerti, ut ueneficæ illi faucibus prehendam, atque enecem sceleris simulatricem. Tradunt Demosthenem, cum in concione Athenis nescio quid petentibus Milesiorum legatis aduersa tus fuisset, perniciam ab illis, nequid aduersus eos postredie diceret, accepisse. Quia propter sequenti die prodijisse in forum lana multa collum, ac ceruicæ inuolutum, et cum rogaretur, respondisse se synanchen pati, ideoque contra Milesios loqui non posse. Quia propter unum è populo exclamasse, non synanchen quod pateretur, sed argyranchen esse, hoc est non gutturis morbum, sed argenti, hoc ipsum postea Demosthenem fuisse confessum. Nam, cum interrogasset Aristodemum fabularum actorem, quantum mercedis uti ageret accepisset, et Aristodemus tantum respondisset. At ego inquit plus, ut tacere, accipi. Ab angina Angeronia dea uocata est, cui sacra à Romanis instituta sunt. cum angina ciuitas uexaretur, eius festa angeronalia sunt uocata. putant enim ab hac dea populum eo morbo præmissis uoto fuisse liberatum, huic potestatem in sacello uoluptæ sacræ faciunt. Quam uerius Flaccus Angeroniam dicit, quod angores, ac solitudines animorum propinata depellat. Sunt qui scribant simulachrum huius deæ ore obligato, atque signato in ara uoluptæ propterea collocatum, quod qui suos dolores, anxietatesque dissimulant perueniant patientiæ beneficio ad maximam uoluptatem. Angnam unariam dicuntur habere, qui uino suffocantur. Ab ango angor deducitur, quod est animi, et corporis cruciatus. Et anxius sollicitus, moestus. à quo anxietas, et anxie aduerbiū. et anxietudo pro anxietate. Acius, Persuasit moeror anxietudo, error, dolor. Idē, ubi cura est ibi anxietudo acerba. Cic. Quartaque anxietudo prona ad lucrum, et moerens semper, et anxifer. Cicero in arato. Tu tamen anxiferas curas re quiete relaxas. Item ab ago Angeroniam deam Romani uocauerunt, quæ ad agendum excitaret, sicut stimulam, quæ ad agendum ultra modum stimulet. Et e contrario muræam, quæ præter modum non moueret, ac faceret hominem, ut ait Pomponius, muræadum, hoc est nimis desidiosum. Plau. Muræde homo ignaue, iners. Item ab ago cogo, quod interdum significat urgeo. Teren. lubei ne iubeo cogo, atque in pe-ro. iterum in unum colligo, con grego. Cic. Cælum hoc, in quoniam nubes, imbresque coguntur. Teren. Quasi ad talenta quindecim cogi. à quo coquo cum eius derivatiuis, de quibus inferius dice-

mus. et caseus à coactolacte, ut supra diximus, cuius dotē igno-rare, ac spernere barbaras gentes, quæ lacte uiuunt, mirum est, densantes id alioquin in acore iucundum, quod græca oxy-gala dicitur. Et coagumentum coniunctio arcta, et coagmento coniungo. Cic. Si uiuendi finis est optimus cum integra mente, certisque sensibus, opus ipsa suum eadem, quæ coagmentauit natura dissoluit. Et coagulo constringo. denso. Cuius passimum est coagulum. Gel. Semen in utero mulieris, primis septem diebus conglobatur, coagulatur, fitque ad capiendam figuram idoneū. 10 Hinc coagulum ea pars uiscerum, qua ad densandum lac utimur, quod in hedo præcipue laudatur. Nam leporis proorsus in utile est. Item coagulum uocatur, quicquid densat, ac iungit aliquid. Idem. V inculum illud, coagulumque animi, atque amoris. Varro. Cui nihil iucundius quicquid uiuit, hoc ægritudinem ad medendam inuenerunt. hoc hilaritatis dulcè seminarium. hoc connet coagulum. conuuiua. Item coagulum herba, siue potius spongia aquarum dulcium. Quæ alij strumum. alij strygnon. Alij conferuam uocant, de qua supra diximus. Hinc coagulum. coniunctum, ac constrictum dicitur. Et coagulatio densatio. Cogo quoque aliquando pro constringo, et condenseo accipiuntur. Virg. Nam frigore mella cogit hyem, eademque calor liquefacta remittit. Idem, Cogite oues pueri, si lac percepit æstus, ut nuper frustra pressabimus ubera palmis. Cogite inquit, hoc est constringendo mulgete. Nonnunquam pro imprimō, coarcto. Idem, Quadridam querentem cuneis, et forte coactis scindebant. item pro subigo. Varro. Olim coacto libamēta legens. Ab Hoc coxa, et coxendix deducuntur, eiusdem significationis, quod ibi femur cum superiori parte coniungitur, ac coartetur. Varro. Lata fronte, naribus sinis. prolato pectore. laxis coxendicibus. Quoties autem uertebrium ipsum, siue os illud, quod in uertebro uoluitur, uitiatum, aut fractum est, coxa ipsa uitiata, fracta uel dicitur. Sub coxa femur est ad genua usque deductum, et ex lato in angustum desinens. Et femur de quibus supra diximus, à cuius mollitiæ dicta est foemina, ut paulo mox dicemus. Femur uero. Et femur à ferendo dicta, quod ijs præcipue paribus sustineatur animal, atque feratur. A coxa fit uerbum incoxo, quod significat in coxâ sedeo. P. a. u. Adeo incoxanti mihi pes obstupuerat. A con uero præpositione, et agito fit cogito, quod est mente uoluo, quasi cogito. Nihil enim aliud est cogitare, quam mente agitare. Et ueluti in mora esse consistij explicandi. Ab eo fit cogitatio, quæ et cogitatus dicitur, et cogitabundus. Et cogitabunde aduerbiū. Et cogitatum, pro cogitate. Et cogitatumcula diminutiuum. Et cogitator, qui assidue cogitat. Et ex cogito, quod est cogitando inuenio, à quo ex cogitatio, et ad res tantum in corporeas pertinet, ut ex cogitau argumenta. rationes figuras. casus. itaque ex cogitare consilij est. item ab ago indago, quod est inquirō. à quo indagatio, et indagator. Et indagatrix. et indagationis, inquisitio. Virgilius, sal tusque indagine angunt. Et indigetes dii, qui ex hominibus facti sunt, quasi in dijs agentes, ut nonnulli putant. Hoc nomine Aeneas ab Ascanio appellatus est, cum pugnantem cum Mezentio nusquam apparuisset, in cuius nomine templum construxit. Alij indigetes dicunt esse deos tutelares, quorum nomina uulgari non licet. Ab hoc ueteres indigere dixerunt uocare. nominare uero proprio nomine. Macro. Nanque uirgines uestales ita indigant. Apollo medicæ. Apollo Pæan. Sunt tamen qui indigere à digitis potius deductum uolunt, quasi nomina deorum supra digitos recensere. Item ab ago porriro, quasi porro, id est procul ago. proprie enim porrigere extendere est. Plinius, Facilius quippe radices porrigunt solo subacto. Sed quia manum protendendo offerre aliquid solemus, factum est, ut porrigere sit aliquid à longe, et ueluti porrectis, hoc est protensis



brachijs offerre. Augustus, cum ei quidam libellum trepidus offerret, et modo proferreret manum, modo retraheret, Dicitur te inquit stypem elephanto porrigere: item quia quae interficiuntur, in terra extenduntur, porrigere etiam pro eo, quod est prosternere, et interficere accipimus. Mart. et uolucrum longo porrexit uulnere paridū. Ab hoc porrectio, hoc est extensio deducitur. et porrectus extensus, et porrecte aduerbium, extense. et ex porriigo, quod et ex pergo dicitur, quasi porro ago. a quo ex pergo, quasi ex porriigo, quod est ex somno exato. a quo ex porrectus exatatus, quod recentes a somno ex porriigi, hoc est extendi solemus. Ex pergo. et ex pergisco. et ex pergefacio actiue dicimus. ex pergor. et ex pergiscor. et ex pergesio passiuue. Tamen ex perrecti dicunt, qui sua sponte uigilare capiuntur. ex pergesfacti, qui ab alio excitantur. quidam ex pergescentiam pro uigilantia usurparunt, et pro actu ipso ex pergescendi. item a porrigendo, hoc est extendendo se, porriigo appellata. Lual. Tristem, et corruptum scabie, ac porriignis plenum. Morbus est capitis, ubi inter pilos quaedam, quasi squamulae surgunt, eaeque acutae resoluuntur, et interdum madent multo saepius siccae sunt, idque euenit modo sine ulcere, modo exulcerato loco. Huic quoque modo malo odore, modo nullo accidente, ferreque id in capillo fit, rarius in barba. Aliquando etiam in superalio. Nā sycofis aliud morbi genus est, quod a syca similitudine, quem graeci σύκων appellant nomen sumpsit. Caro excrescit, et id quidem generale est. Sub eo uero duae sunt species. in altero ulcus durum, et rotundum est, in altero humidum inaequale. Ex duro exiguum quiddam, et glutinosum exit. Ex humido plus, et mali odoris. Fit uero utrumque in ijs partibus, quae pilis contiguuntur. Sed id quidem, quod allosum, et rotundum est, maxime in barba. id uero, quod humidum praecipue in capite est, atque ano, a quo qui eum morbum patitur, ficus appellatur. Nasitur hoc ulceris genus ad fici fere similitudinem saepe ex inflammatione in capite, et ubi capilli sunt. in ano uero frequenter etiam ex attritu, quem cinedi patiuntur, et aliquando marisca appellatur. iuuenalis, Et podice leui caeduntur tumida medico ridente marisca, a similitudine fici grandioris, sed in sipidioris, qui marisca dicitur. Martialis. Infanti melimela dato, fauiscasq; mariscas.

Nam mihi, quae nouit pungere, chia sapit.

Area quoque ulceris genus est in capite. Duae eius species. Commune utrique, quod de mortua summa pellicula primum extenuantur, deinde excidunt, et si ictus is locus est, exit sanguis liquidus, et mali odoris. peior est, quae densam cutem, et extoto glabram facit, Haec ἀπό τῆς ἀλώπεκος hoc est a uulpe, quae hunc morbum patitur alopecia nominatur, eaque sub qualibet figura dilatur, fitque et in capillo, et in barba. Altera uero a serpentis similitudine appellatur ophis. Sic enim graeci serpentem uocant. incipit ab occipitio, duorum digitorum latitudinem non excedens, ad aureas duobus capitibus serpit, quibusdam etiam ad frötem, donec se duo capita in priorem partem committant. illud uitium in qualibet aetate est, hoc fere infansibus accidit, illud uix unquam sine curatione, hoc per se saepe finitur. A porriigo porriignosus deducitur. Ab area areosus. ab alopecia alopecus. Ab ophi ophisus. Item a porriigo porca deducitur. Quod inter duos sulcos elata terra est, Porca appellatur, quod secus eam frumentum porrigitur. Alij tamen a porcendo porcam appellatam existimant, quod ultra se iaci semina prohibet. porcere enim prohibere est, quae si porro arcere. item a sat, et ago satago uerbum componitur, de quo superius diximus. a quo secundum quosdam satelles deducitur miles mercede conductus, ut ab Imperatoris latere non discedat. et saga mulier prudens, uersuta. item perita sa-

erorum, quod satis agit. et sagax, acutus. solers. unde et canes indagatores, sagaces appellati sunt. a quo fit aduerbium sagaciter, hoc est callide. astute. et sagacitas, calliditas. et sagio uerbum, acute sentio, quemadmodum supra diximus. A quo praesagio. praesentio, diuino. et praesagus, praesentiens. Claudia. Heu mens praesaga futuri. et praesagium, praesensio. diuinatio. Sunt etiam qui sagmina ab agendo deriuante existimant, quod est sacris aguntur. Sunt enim herbae uerbene, quae in loco sacro sumebantur a legatis proficiantibus ad foedus faciendum, bellum ue indicandum. et sagino, quod est arte, et industria pinguefacio. Vnde sagina pro pinguitudine accipitur. et saginatio pinguefactio est. Quidam tamen haec a graeco deducta existimant. Graeci enim σάγμα saginam dicunt. Sagena uero retis genus est piscatorij, σαγήνη graeci, Latini uerriculum appellant. Sangaris (ut de eo obiter dicitur) flumens est Gallograeciae, qui per Phrygiam defluens tandem in propontidem defluit. et sagitta, quod satis longe agitur, uel quod sagaciter mittitur, uel quod sagax fit ictus eius. Item ab ago satago, de quo supra diximus. et castigo, quasi castum ago, de quo inferius dicemus. item a iure, et ago iurgo, quasi de iure ago. et iurgatio, iuris actio, de quo, et deriuatis ab eo inferius dicemus. et a lite, et ago litigo. Lis enim controuersia est, a limite (ut quidam opinantur) dicta, quod prima inter homines lites de limitibus fuerint. A lite igitur litigo, quod est discepto. contendere. et litigium litis actio. et litigiosum, id, de quo lis est. et litigiosus, qui frequenter in litibus uersatur et aduerbium litigiose, quod contentiose significat. et litigator, qui litigat. Cuius foemininum est litigatrix. et litis contestatio, quasi fundamentum ipsum controuersiae, siquidem litem testari dicuntur duo, aut plures aduersarij, cum ordinato iudicio contendentes, utraque parti dicere solent, testes et fore. item a non, et ago nugae, quod nihil agunt. Nugae enim dicuntur res, et uerba nullius momenti. Hinc nugor fit, quod si significat uana uel ago, uel loquor. et nugax qui nugatur. Vnde nugacitas. et nugatio. et nuggerulus, qui uana nuntiat. Vterque etiam nugandos appellabant omnes eos, qui aliquid mulieribus uenderent. nam omnia, quibus mulieres utuntur, pro rebus uanis, atque inutilibus habentur. Plautus, Nuguendis res soluta est omnibus. Item a leno, et ago leuigo, quod est complano, ex polio. a quo leuigator. et leuigatio. de quibus paulo post differemus. item a mitis, et ago, mitigo. placio. mulceo, quasi mitem ago. item a non, et ago quando pro dico accipitur, Nego. a quo negatio, et abnego eiusdem cum suo simplici significationis. Nihil enim aliud est negare, quam dicere aliquid non esse. et negituum, quod negatur. et negitundus negans. MANV FOEMINEA. Manus mulieris. Foemina, mulier dicitur, a feminis mollicie, ut quidam putant, siue a fano, ut nos potius remur. A foemina uero fit foemineum, et foemininum. et diminutuum foemella, et uerbum effoemino, quod est in muliebrem molliciem, atque lasciuam conuerto, cuius passiuum est effoeminor. a quo effoeminatus. emollis. lasciuus, et effoeminatio. mollicies. lasciuia. et aduerbium effoeminare, hoc est molliter. lasciuie. Quidam etiam foeminosum, pro mulieroso usurpauerunt.

## DE LAVREOLO.

60



## VALITER IN SCYTHICA.

**Q**VALITER IN SCYTHICA. Blanditur Domitiano, quod ita in spectaculis Laureoli fabulam representari fecerit, ut historia uideri potuerit. Mos hic imperatorum fuit, eos, qui ultimo supplicio dānati erant, ludis exponere, ut cum quadam spectantis populi uoluptate interirent. Laureolum poetae finxerunt sceleratissimum hominem fuisse, et propterea in cruce sublatum, et a belluis dilaniatum extitisse. hęc fabula aliquando representata fuit sine eius, qui Laureoli personam subibat pernicię. Domitianus uero quędam extremo supplicio dānatum, ad Laureoli similitudinem cruce affigi iussit, et serio ab urſa discerpi, atq; ita spectaculum exhibuit populo rei uera, non ficta. Iuuenia. In Lēntulum inuehitur, quod in theatro, dum eadem fabula ageretur, Laureoli personam subisset. Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit iudice mendigius uera cruce. LAVREOLVS. Is qui Laurco li personam subierat. a lauro arbore Laurus, et Laureolus propria nomina deducuntur. et Laura foeminiuum. et Laurentius, ac Laurentia, quę fuit uxor Faustuli. Romuli, et Remi nutritrix. a qua Laurentia festi, quę in eius honorem fiebant appellata. Solius quippe huius arboris nomen latina lēn qua hominibus imponitur. Gręce δαφνι dicitur. a quo daphnosa laureum uocamus. Maximo in honore apud ueteres fuit dicata triumphis, et ante limina, ac in domibus Cęsarum, pontificumq; et magnorum uirorum feri solita. Duo eius genera tradit Cato, delphicam, et cypriam. quidam etiā Muticam addiderunt, quoniam muticis subiceretur. hęc esse folio maximo constat, flaccidoq; et albicante. Delphicam equali colore uiridiorum maximis bacis, atque e uiridi rubētib; quę uictores Delphis coronari, et Romę triumphantes solebant. Cypriam folio breui, nigro, suberispermam. Alij et generis alia subiuuunt. Cymum quā syluestrem laurum intelligunt uonnulli sui generis arborem, differt colore. est enim carulea bacis. Regiam, quę cepit Augusta appellari amplissima et arbore, et folio bacarum nō aspero gustatu. huic quoq; nonnulli suum genus assignant, longioribus folijs, latioribusq; Baciam appellant hanc, quia bacarum fertilissima est. Sterilem uero triumphalem. Est taxa, quę adhibetur topiario operi in medio folio paruulam, ueluti laciniam folij habens. et spadonia huic similis præterquam quod ea lacinia caret. et chama daphne syluestris frutex unico ramulo ferē obituli folijs lauri. item herba, quę uinā peruinā dicitur. et alexandrina, quam alij Idęam. alij hippoglotton. alij daphnen. alij caryophyllon. alij hypelaton uocant. Ramos spargit a radice dodrantales topiarij, ac coronarij operis, folio acutiore, quā myrti. molliore, et candidiore. Est et lauri genus, quod daphnoides uocatur. alij pelagium nominant. alij euthalen. nonnulli cephalon Alexandri. frutex est ramosus, crassiore, ac molliore folio, quā laurus, ex cuius gustu accenditur odor thuris, bacis e nigro rufis. Corſicā olim lauro crebat, nunc passim habet. paſſera hęc arbor uocatur, quia etiā inter armatorum hostes præſenta, quietis erat indicium. Romani præcipue lætitię, et uictoriarum nuntiam habebant. Addebatur literis, et milinim lanceis, et pilis, et fascibus imperatorum. Ex ijs in gremio Iouis optime, maximę deponeretur, quoniam uictoria nouam aliquam lætitiā attulisset, idq; non quia perpetuo uiret, sed quia spectatissima est in monte Parnasso, idēq; gratissima Apollini. Assuetis eodona mittere etiam Romanis, ut L. Brutus fecit. Fortassis etiam in argumentū,

quod ibi is libertatem publicam meruisset. Lauriferam tellurem illam osculatus ex responsō. Quidam etiam hanc causam afferunt, quod sola hęc arbor ex omnibus manu satis, et in domos receptis non iatur fulmine. Tiberium principem tonante cęlo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus. Manifesto quidem abdicat ignis crepitu, et ueluti quadam deſtatione. illud memoratu dignum Liuię Drusillę, quę postea Augusta cognomen meruit Diuo Augusto nupta, sedenti quondam in aperto, aquilam superuolantem in gremium ex alto candidissimam gallinam abieciſſe, uinam, atque illęsam, quam cum admiraretur, inuenit tenentem rostro Laureum ramum onustum suis bacis, propter quod conseruari alitem, et sobolem iusserunt aruſpicę. Rannum uero feri, ac rite custodiri, quod factum est in uilla Cęsarum Tyberi inposita iuxta nonnum lapidem flammia uia, quę ob id uocatur ad gellinas, mirumq; ea sylua prouentum fecit, et ex ea triumphans postea Cęsar laurum in manu tenuit, coronamq; in capite gessit. idem secuti postea Cęsares fecere, traditq; mos est ramos, quos tenuerunt ferendi, idēq; ea laurus, quę sterilis maxime est, triumphalis appellata. Constat ex hoc ramo feri laurum posse (quod Democritus, et Theophrastus negauerant) quidā ob hanc causam existimant mutatas coronas triumphales ex aureis in laureas. Solius huius arboris folia appellatiōe distinguuntur. Dicimus enim lauream, coronam ex lauro, non sic Roseam, coronam ex roſis, nec queream, ex quercu, sed ijs substantiuum addimus, cum laurea per se sit substantiuum. A laurea sit laureo uerbum, quod est lauream in capite pono. a quo laureati dicuntur, qui laureis coronati sunt. Laureati milites sequebantur curru triumphantis, ut quasi sordibus purgati intrarent urbem, uel ut florere respu. uideretur. quemadmodum laurus semper uiret. A lauro laureum uocatum est in Auentino locus, ubi sylua lauri fuit. et imperatores a poetis lauriferi, et laurigeri dicti. item Laurul. uiniuum urbs Latij. et Laurentum huic propinqua urbs solis indigens. A qua Laurentes appellati. Finxerunt etiam poetae Daphnen Penei fluminis filiam fuisse, quam cum Apollo amore eius captus persequeretur, in arborem sui nominis, hoc est laurum fuisse mutatam. cuius postea folijs citharas, et pharetras suas ornare Apollo solitus sit. Item Daphnim Mercurij fuisse filium formosissimum adolescentem, natum ex Nympha in amoenissima regione Sicilia iuxta montes, quos aerios uocant, dulcissimis undiq; aquis plenos, et Laureis refertos. a quibus nomen accipit. Diodorus hunc scribit a nymphis eo in loco educatum boum armenta maxima possediſſe, a quorum cura dictum fuisse bucoliam, et cum esset ingenio acri, Bucoliam carmen inuenisse, eodq; Dianam frequenter oblectasse. CRUCE. Patibulo. Crux, patibulum est, in quo figuntur dānati dictum a gręco κρῦον, quod est ferire. pulsare. Hanc ueteres gebalum uocauerunt. Var. Nos barbari, quod innocentes in gebalum suffigimus homines, uos non barbari, quod noxtos absoluunt. a cruce uero crucio uerbum deducitur, hoc est torqueo. a figo. a quo crucior passiuum. et cruciatus. et crucium uinum, insu. aue, quod bibendo cruciet. et duo composita crucifigo. et crucigerulus. item a κρῦον cruor, hoc est sanguis, qui ex aliquo uulnere spargitur. Vnde cruentus, quod modo pro sanguinolento accipitur, modo pro seuo, et crudeli, ut cruenta uox. cruenta oratio. Cuius contrarium est incruentus. Vnde incruentam uictoriam dicimus, quę sine cęde hominum fuit. Martialis, Securo cecidit incruentus dāno. et cruento uerbum, hoc est crure inficio. Cuius passiuum est cruentor. et cruento aduerbium, hoc est crudeliter. et cruentatio, quod est sanguinaria fœdatio. Quidam etiam crudum hinc deductum uolunt,

Qualiter in scythia religatus zupre Prometheus  
 Assiduum in mmo perfoze pauit autem,  
 Nuda Calidonio sic perfoza prabuit uirfo,  
 Non falsa pendens in cruce Laureolus.

Pena Laureoli.  
 Viuebant laceri membris Phlathibus artus,  
 Inq; omni iniquam corpore copius erat.  
 Denique supplicat dedorat mors ille paterne,  
 Vel domni uigula foderat erſe naeris.

Tempa uel arano demens spolauerat auro,  
 Subluderat ſeius uel tibi Roma faces.  
 Venerat antique ſcleratus crimina famę,  
 In quo, quę fuerat fabula, pena fuit.



quod proprie recens, atque acerbum significat, ut crudum uulnus, hoc est recens, et quasi adhuc cruentum. a quo recrudescere dicimus, quasi renouari, et ad pristinam acerbam redire. Hinc crudum uocamus, quod non est coctum, a similitudine crudae carnis, quae adhuc cruenta est. et cruda poma dicuntur, quae acerba, atque immatura sunt. Cicero, Poma, quae cruda sunt, ui auelluntur. Quae autem cocta, et matura decidunt. Item crudi cibi, qui indigesti, et non dum concocti sunt. Iuuenalis, Et crudum pauonem in balnea portas. et crudus homo, cuius stomachus cibo offenditur, quod non facile concoquat. Quintilianus, Crudo oratori declamandum non putat Cicero, quod in cenam non ueniret, quod esset durior. a quo crudus etiam homo appellatur, qui truci aspectu est, quod ita eo oculi nostri offenduntur, ut stomachus cibi cruditate, uel quod facies crudum habentis animum aspera, et foeda est, ut facies crudum cibum habentis in stomacho. Ab hoc fit crudus. crudissimus. cruditas. crude aduerbium. praeterea crudeo uerbum. a quo crudeo. et ab eo, quod diximus, recrudescere. et crudaria argenti uena, quae in summa reperta est. Item crudelis, hoc est asper. immis. a quo crudelior. crudelissimus. crudelitas. crudeliter. Item a κρούω quidam crura deduci existimant, quod huc, atque illuc ingrediendo feriant. Sunt enim crura a genibus usque ad inferiorem pedem non aquali modo ducta, sed teretibus suris clementer extantibus, sensimque tenuatis firmata. Surra certe posterior cruris pars est illa carnosissima, quae in omni animantium genere homini tantum contingit, quamuis apud auctores reperitur, hominem quendam in Aegypto suris caruisse. a crus fit diminutiuum crusculi. Item a cruce crumena, hoc est locus, quod e brachio pendens huc, atque illuc feriat. Eius diminutiuum est crumenula. Item crusta, quod feriendo frangitur. Crusta enim foeminino genere fragmentum tenue significat lapidis, aut ligni, aut utri, aut gelu, aut alterius huiusmodi. Virgilius, Concreuant subitae carenti in flumine crustae. Plinius, Lithostrata caepere iam sub Sylla paruulis certe crustis. Crustum uero in neutro genere frustum panis, aut placenta, aut alterius edulij significat. Virgilius, Et uiolare manus, malusque audacibus orbem fatalis crusta. A crusta fit diminutiuum crustula. Apuleius, Paruas marmoreas crustulas parieti adiungens. A crusto uero crustulum. Horatius, Pueri olim dant crustula blandi doctores. Iuuenalis, Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. Item a crusta fit crusto uerbum. a quo incrusto, quod est crustam duco, siue crustam applico. unde crustatio, siue incrustatio dicitur, cum crustae parieti, aut pavimento, aut nasi applicantur. Hinc uasa crustata dicuntur, quae uitreis crustis tecta sunt. A quibus crustariae tabernae uocatae, in quibus eiusmodi opera uenduntur. Crustam etiam ducere uulnus, siue ulcus dicitur, quando solidatur, qua detracta ferre remanet acatrix. Est enim acatrix signum, quod ex uulnere, siue ulcere remanet. a quo acatriculae dicimus, acatriculae ducere. et acatricosum plenum acatriculae. item a crustis lapidum eo in loco frequentibus, et naturaliter ita genitis. Crustumium, Thusciae oppidum. a quo crustumini. et crustumina tribus. et crustumina pira, ex parte rubentia, quae et crustumina dicuntur. SIC. Ita, eo modo, sic, et ita eodem fere modo accipiuntur. Aliquando enim similitudinis sunt. Virgilius, Non sic Aggeribus ruptis cum spumeus amnis exit. Quintilianus, Quod ut optimum, ita longe difficillimum. Aliquando optantis. Virgilius, Sic tua cyrneas fugant ex amna taxos. Propertius, Sic umbrosa tibi contingant tecta Priape. PACH. Ita te diu ament, ita tibi pro uoto secundent oia. Nonnunquam illatae coniunctiones sunt, et pro igitur usurpantur. Cicero, Sic tot simul uirtutes continen-

tiae grauitatis. iustitiae. fidei defecerunt. Idem, ita nobilissima ciuitas graeciae, et olim potentissima sepulchrum cuius sui igno rasset, nisi ab homine arpinate didicisset. Sed in hac significatione nunquam ei antecedit in eadem sententia altera dictio. Frequentius tamen in hoc sensu duo ab ijs composita usurpantur. sicque, et itaque. est etiam quando haec duo aduerbia pro ualde accipiuntur. Apuleius, Nec ego rebar sic multorum id opus dierum esse. Quintilianus, Nec res est ita magni temporis, et laboris. sic aliquando apud auctores duplicatum inuenitur. Virgilius, Sic sic innat ire sub umbras, quod maioris expressio est. Neque mihi probabile uidentur, quod aliqui dicunt, alterum hoc loco interrogatiuum, alterum confirmatiuum esse, ut sit sensus. Placet sic inultam perire? Placet. A sic composita sunt sicane, quod interrogantis est. Plautus, Sicane tu illa? sicane nos habes ludibrio omnes? Item sicut, quod proprie similitudinis est. Plinius, Quod scilicet, sicut mihi constitutum erat, ex pressi. Aliquando tamen non res similes complectitur, sed diuersas, et plane contrarias. Quintilianus, Sed haec eloquendi praecipua sicut cognitioni sunt necessaria, ut non satis ad uim dicendi ualent, nisi illis quaedam facilitas, quae apud graecos μέγισ nominatur, accesserit. Quod per ut etiam dicta frequentius inuenitur. Idem, Quod ut optimum, ita longe difficillimum. Habet etiam sicut nonnunquam uenustatem, atque utilitatem magnam, quoties antecedentem sententiam aduertit cum sequenti. Idem, Sunt et alia ingenita quaedam, quae adiuuant. uox. latus patiens laboris. ualendo. constantia. deor, quae si modica obtigerunt, possunt ratione ampliari, sed nonnunquam ita desunt, ut bona etiam ingenij, studijque corrumpant. sicut et haec ipsa sine doctore perito studio pertinaci. scribendi. legendi. dicendi. multa et continua exortatione per se nihil proficiunt. Plinius, Ferunt Crassum auum Crassi in Parthis interempti nunquam risisse, ob id Agelastum uocatum, sicut nec fuisse multos. In hunc sensum etiam alia duo quemadmodum. et quomodo usurpare frequentior solent. Item a sic sicut eiusdem cum sicut significationis. PRAEVBIT. Exhibuit tradidit, ut supra diximus. VISCERA. Carne. Lucretius, Visceribus uiscus gigni, sanguenque creati. Viscus enim proprie dicitur quicquid sub corio est. Vnde et cor uiscus appellatur. Plinius, Caesari dictatori quo die primum ueste purpurea processit, atque in sella aurea insedit, sacrificantibus in extis cor desuit. Vnde quaestio magna de diuinatione argumentantibus, potuerit ne sine illo uiscere hostia uiuere. Ab hoc uiscerari antiqui dixerunt carnem populo distribuere. et uisceratio, distributio carnis, quae fieri solebat, uel in solenni sacrificio, uel in funere excellentis personae. Cellius, Tu in Albano uisceratio Latini data. Linius, Secutus est annus nulla re belli, domi uel insignis P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula consulibus, praeter quod frageillas colonia deducta, et populo uisceratio data a M. Flauio in funere matris. et uisceratum aduerbium, per uiscera. Ennius, Alia fructus differt, dissipat uisceratum membra maria sparsa spumant sanguine. NYD A. Detecta pelle, scilicet dilacerata. Nudum enim dicitur, quod sine tegmine est. Virgilius, Nudatosque humeros oleo persusa nitescit. Vnde per metamorphosin nudum aliquando pro insensu accipimus, quod scilicet cadauer saxo tectum non sit. Idem, Nudus in ignota Palmyra iacebis arena. Ab hoc fit nudare uerbum, quod proprie significat detegere. Apuleius, Tu uulnus nudare iussus est. Aliquando tamen pro indico usurpatur. Virgilius, Tractataque pectora ferro nudauit. Ab hoc fit nude aduerbium, hoc est aperte. simpliciter. et denuo eiusdem cum primitiuo significationis. et nuditas, quod modo pro simplicitate, modo pro inopia accipitur. Quidam nudum, et nudatum etiam distinguunt,



ite distingunt, ut nudum sit, quod nunquam tectum fuit, Nudatum uero, quod tectum esse consuevit, sed nunc tectum non est. VRSO. Notum animal est ursus, cuius forma urfa dicitur. Coeunt hyemis initio non, ut ceterae ferae, sed ambobus cubantibus, & se mutuo complexi, deinde secedunt in speciem separatum, in quibus trigesima die pariunt ut plurimum quinos. hi sunt candida, & in formis atro, paulo maioribus maior. sine oculis, sine pilo, unguibus tantum prominentibus. hac lambendo paulatim figurant. Hinc Virgilium dicere solitum ferunt parere se uersus more ursino. nanque ut id animal foetum ederet ineffigiatum, atque in formem, sed lambendo eum conformaret, atque effingeret, sic ingenij quoque sui recentis parus, rudi esse facie, & imperfecta, sed subinde tractando, colendoq; dare se ipsi formam, & oris, ac uultus lineamenta praeberet. Raro homines parientem uidere ursam. Mares quadraginta diebus latent. Foeminae quaternis mensibus. Si specus defuit arte sibi edificant impenetrabile imbribus, molliq; fronde consterunt. primis quatuordecim diebus tam graui somno premuntur, ut ne uulneribus quidem excitari possint. Tunc mirum in modum pinguescunt. uisunt adipem uarijs medicaminibus apti, & contra capilli desumuntur tenaces. ab ijs diebus residunt, ut priores pedes sugendo uiuunt. foetus rigentes pectori admovent, & ita incubant, ut oua uolucres. Putat Theophrastus coactas quoque uersorum carnes eo tempore, si afferentur, augeri. Cibi tunc nulla argumenta, nec nisi humoris minimum in alio inueniri. Sanguinisq; exiguas circa cor guttas, reliquo corpori nihil inesse. prodeunt uere mares, praepingues. Excitantes herbam aron ad laxanda intestina, quae alioquin concreta sunt, deuorant. Aros e bulborum genere est. Scyllae proxima amplitudine folijs lapati, caule recto diuum cubitorum baculi crassitudine, radice mollioris naturae, quae & cruda editur. folia quoque eius in aceto decocta manduntur. Quidam hanc draconium esse dixerunt. Alij radicem aron appellauerunt. Caulem uero draconium. Sed longe diuersa sunt, si modo draconium ea est, quam nostri dracunculum uocant. Habet enim dracunculus subrutilam radicem. & dracunculimodo conuoluam. unde & nomen habet. Semen eius feruens, mordaxq; cui tantu uirus, ut olfactum grauidis abortum inferat. Aros e contrario partus omnium animalium extrahit naturae arcu latus. Vlcera omnium generum sanat. Folia collechomibus medentur. Tradunt & radicem eius salutarem esse in pestilentia, in cibo sumptam ebrietatem discutere, serpentes dum crematur, nidore sugere, praesertim a spidas, qui & perunctis areo oleo sigere inueniunt sunt. in folijs ari casus optime seruari traditur. Graeci autem draconium uocant herbam folijs beta, non sine thyrso, flore purpureo aro penes similem. Est & ari in Aegypto nascentis ipsa quoque aro similis, nisi quod minor est, & minoribus folijs, ac radice, quae tamen grandis oliuae magnitudinem implet. Idem urfi circa ari surculos praedominant dentes. oculi uersorum hebetantur, propter quod maxime fauos expellunt, & conuulsero ab apibus ore grauedinem illam extractu sanguinis leuant. infirmissimum urso caput, quod leoni ualidissimum est. ideo urgente ui ex aliqua ferpe praecipitanti capita manibus regunt, & in arena saepe colaphis exanimati conspecti sunt. Hispani capita in spectaculis uersorum cremant, potaq; aggre in ursinam rabiem censent. in grediuntur bipedes, arborem uersi diripiunt. Taurosq; ex ore, cornibusq; eorum pedibus omnibus suspensi pondere fatigant. notatum est M. Pisoni, & M. Messalla consulibus ad XIII Cal. Octobris Domitium Aenobarbium adilem curulem urso nudum centum, & totidem uenatores aethiopas in arco dedisse. Ab urso uersinus deducitur. Plinius, Capilli

desumunt. ursinus adeps misto ladano, & adianto continet. CALIDONIO. Britanico, de quo supra differimus. QUALITER. ut. IN RUPE SCYTHICA. In rupe montis Caucaasi, in quo supra diximus Prometheus religatum fuisse. Scythia septentrionalis prouincia est a Scythia Herculis filia appellata (ut sentit Herodotus) Hanc Tanais diuidit. pars eius una in Europa remanet. Altera in Asiam protenditur. Quae in Europa est, ad Thraciam terminatur. Quae uero in Asia, diuersos habet populos. Hi a Scythia Scythae dicuntur. Vnde Scythicus deducitur. Apuleius, Plerique enim corum Scythias moribus uiuebant Persae uniuersos Scythas sagas appellauerunt. A proxima sibi gente, qui sage dicuntur. & caucasum graucasum nominauerunt, quod eorum lingua significat niue candidum Scytharum celeberrimi sage. Massagetae. Essedoes. Arimaspi aeta Caadiri. Aessai. Oethei. Haustum maris eius dulcem esse Varro scribit, magnitudine influentium amnium uicto sale sunt & Seres lanito sylvarum nobiles depercentes canicem frondium aqua persusa. Vnde geminus foemnis labor, redordiendi fila, rursumq; texendi. Seres mites quidem, sed feris similes sunt. Fugunt enim hominum coetum, cum commercia expetant. Ab ijs sericam ipsa lanugo arborum. & sericae uestes appellatae. illud de Essedonibus notandum, quod parentum suorum funera canu prosequuntur, & congregatis proximis cadauera ipsa pecudum carnibus admista comedunt. quin & ossa capitum inuncta auro tenent ad seruicia poculorum, quae ultima sunt apud eos officia pietatis. Massagetae uero per desertum discurrunt, equorum suorum sanguinem potantes. Claudianus. & qui cornipedes in pocula uulnerat audax Massagetes. A VEM A SIDVAM. Aquilam cor, siue iecur eius assidue depascens, quemadmodum superius declarauimus. NIMIO. Nimis magno. quia nunquam consumi poterat. etenim continue renascebatur. PECTORE. Corde, seu iecore. Totum pro parte posuit. Quippe haec uiscera intra pectus constituta sunt. pectus dicitur anterior pars animalis a gulaeque ad uentrem, hoc homini tantum latum est. Reliquis animalibus atrinatum, uolucris magis, & inter eas maxime aquaticis in eo papillae leniter eminent, & fuscioribus, ac paruis orbibus coronatae, addunt aliquid uenustatis, foemnis ad alendos tantum foetus dat, maribus ad solum decus, ne informe pectus, & quasi mutilum uideretur. a pectore pectorosis deducitur, hoc est magni, & ualidi pectoris Et ex pectore uerbum, quod est extra pectus eicio. Cicero, Tum pauor sapientiam mihi omnem ex animato ex pectorat. et pectusculum paruuum pectus. & pectoralis fascia, qua pectus stringitur. pectus quidam quasi pactus dictum uolunt a compactis costis, quae ueluti firmamenta pectoris sunt. pactum, & compactum a pango deducuntur. pangere sigere est. Vnde pangi carmina dicta sunt, quod aeris figerentur. Hinc pango per metaphoram pro carno. scribo. manifesto usurpauit. & pagina utraq; pars phyllurae siue folij dicta, quod in ea carmina panguntur, hoc est figuntur. & impingo, quod est impello. a quo impactum. & compingo. compello. compono. a quo compactum. Hinc pasciscor cum deriuatis ab eo, de quibus supra diximus. & pecto, quod est explicio. & pango capillum. a quo pecten instrumentum quo capillus explicatur. Transfertur tamen & pecten, & pecto ad alia multa. Nam & pectere citharam dicimus, hoc est percutere, & distendere pectine chordas, hoc est plectro item pectines sunt, quibus lanarij, & textores utuntur. & pectere lanam, pectere uestes dicuntur. a quo & uestes ipse pexa appellantur. Plinius, Istriae, liburniaeq; pilo propior, quam lanae pexis aliena uestibus, hoc est uestibus, quae texuntur.



tur. nam in texendo pectinis moxibus uestes feruntur. Ab ijs pe-  
xati dicuntur, qui pexis uestibus sunt induit. Martialis. Pexa-  
tus pulchre. est etiam pecten cratis genus. dentatae filis ferreus  
ad colendam terram. a quo pectina deducitur. Plinius, sunt  
genera terrae, quorum ubertas pectinari segetem in herba cog-  
gat. a pecten etiam fit pectinatim aduerbium, quod significat  
ad similitudinem pectinis. **ARTVS.** Partes corporis  
proprie enim artus partes sunt corporis inter iuncturas con-  
nexae, dictae, quod inter se ardentur, unde minores partes  
per diminutionem articulos uocamus, quales sunt digitorum.  
a quo articuli apud grammaticos. et articulatim aduerbiū,  
hoc est per partes, atque articulos. et de artuo uerbum, quod  
est per artus diuido. a quo de artuatim dicimus per artus conci-  
sum. Quidam a graeco deductum hoc uocabulum existimant.  
quippe graeca ἀρτοποι nonnunt, et ita distinguuntur artus  
a membris, quod artus dicimus ossa cum neruis, et uenis. Mē-  
bra autem proprie uocamus carnem artus tegentem. Vnde mem-  
brana superior membri pars, hoc est pellis ipsa appellatur. Sil-  
lius, Et uenis male iuncta tremantibus ossa. Extant consumptis  
uisu de forma membris. Confunduntur tamen haec aliquando  
apud auctores. Ab arto, a quo artus deriuatur, fit coartio, quod  
est astringo. coniungo. Vnde coartatio. et artus adiectiuum,  
strictus. et ars, quod per eam opera inter se aptentur, quam-  
uis aliqui ἀρτοῦν ἀρτῶν, hoc est, a uirtute appellatum  
uelint. Hinc artifices dicti, qui artem suam per artus exercēt.  
a quibus artificium deductum. et artificiosum, arte factum.  
et artificiose aduerbium, et quinquertium, quod graeci pen-  
tathlon uocant, quo die quinque genera artium in ludis exer-  
cebant. et ipsos athletas Lilius quinquertiones appellat. itē  
artitum ueteres dixerunt, bonis artibus instructum. Artem de-  
finiunt esse facultatem, quae praecipis quibusdam, ac regulis cō-  
tinetur. Trifariam autem artes diuiduntur. Quaedam enim  
in inspectione, hoc est cognitione, et aestimatione rerum positae  
sunt, qualis est astrologia nullum exigens actum, sed ipso rei,  
cuius studium habet, intellectu contenta, quae theorice uocatur,  
hoc est speculatiua. Aliae in agendo, quarum hic finis est, et  
ipso actu perficitur, nihilque post actum operis relinquit, quae  
practicae. i. actiua dicitur, qualis est saltatio. Aliae in effectu,  
quae operis, quod oculis subiicitur, consumationē, nō finem, ac  
apiunt. hanc poetice, hoc est factiuam appellamus, qualis est  
pictura, haec et effectiua, et administratiua a quibusdā ap-  
pellatur. Ab ars composita fiunt iners, quod proprie significat  
eum, qui sine arte est. Lucretius, iners, qui sine arte est. Sed quo-  
niam qui nullam artem exercent, uel otiosi, uel desides sunt,  
uel ignaui, fit, ut iners aliquando pro otiosus capiatur. Virgil.  
Seu stabit iners, seu profluet humor. Idem, Libertas, quae sera  
tamen respexit inertem. Modo pro ignauius. Idem, Spuman-  
temque dari pecora inter inertia uotis optat aprum. Ab hoc in-  
ertia deducitur, quod modo pro ignoraētia artis, modo pro otio,  
modo pro ignauiā usurpamus. et inertialis diminutiuum.  
a quo inertialis, uuae genus ē nigris, inueterato praecipue cō-  
mendabilis uino, sed uiribus innoxia, siquidem temulentiam  
sola non facit, ob id nomen ab inertia sumens cum iustus so-  
bria dici possit. Item solers, quasi totus ex arte consistens. a quo  
solertia, quae modo pro acumine, modo pro artificio, modo pro  
diligentia accipitur. item astutus (ut quidam putant) hoc est cal-  
lidus. uersutus quasi tutus. Nos a graeco potius deriuari cense-  
mus, quod est ἄστυ, hoc est oppidum, siue urbs. Nam, qui  
in oppidis, atque urbibus assidue uersantur fiunt callidiores,  
quemadmodum nos ab urbe urbanum pro lepido dicimus, ite  
graeci ab ἀστυ astutum pro callido, et uersuto. inde etiam astus  
et astutia deducuntur eiusdem significationis. et astute ad-

uerbium. a quibus astutior. astutissimus. astutius. astutissime.  
Apuleius Astutus, et astute diminutiua usurpat. Ars grae-  
ca τῆς τέχνης dicitur, hoc est technae qua uoce, et nostri utuntur.  
Plautus, Qui technas hominis deprehendi solus. Hinc te-  
chnides, artifex dicitur. et calotechnius, bonus artifex. item ē  
contrario cacotechnius, malus artifex. et Galenus medicus o-  
pus suum technen, hoc est artem inscripsit, quod media nostri  
temporis per insciam te gnum uocant. **LACERI.** Di-  
laniati. Lacere proprie est dilaniare, et quasi per membra  
discindere. Virgilius, Quid miserum aeneam laceras? Tracū  
a larus, quae discindendo corpora dilaniant. Hinc lacerus dila-  
natus, et lacerna uestis, de qua supra diximus. et lacina  
fissura extremarum uestium decoris gratia facta. a quo laci-  
niat et uestes. et lacesso uerbum, quod est prouocare, et quasi la-  
cerando irrito. ideo capitur frequentius in malam partem. Ci-  
cero, Sed iustitiae primum munus, nec non nocet, nisi lacessius  
iniuria. Quandoque etiam in bonam. idem. Tuis me amantis-  
simis libris lacessisti, id est prouocasti ad respondendum. Lacer-  
a ueteribus dicebatur, qui uiribus truncatis erat. **VIVE-**  
**BANT.** adhuc palpitabant. **MEMBRIS.** Car-  
ne, ut paulo ante diximus, quamuis membra etiam pro artu-  
bus ponantur. item pro partibus, etiam si ad inanimata trans-  
feruntur. Vnde membratim dicimus, hoc est per partes ambi-  
tus, quae graeci cola nominant. a nostris membra dicuntur. a  
membro fit binembris. trimembris. quadrimembris. hoc ē dua-  
rum trium. quatuor partium. et membrosus, qui magno mē-  
bro est. Virgilius, Si tamen is est, qui priapea scripsit. Sed ruber  
hortorum custos membrosius aequo. Et de membro uerbum, hoc  
est se paro. diuido. **STILLANTIBVS.** Manantibus  
cruore. **INQVE OMNI NVSQUAM COR-**  
**PORE, CORPVS ERAT.** Sensus est, in toto corpo-  
re non erat amplius caro. Facit hoc frequenter Martialis, ut  
diuersam uim uocabulorum uersibus ex primat, ut est in illo  
tetra sticho.  
Cum dixi ficos, rides quasi barbara uerba,  
Et dicas ficos Caeciliane iubes.  
Dicemus ficos, quas scimus in arbore nasci.  
Dicemus ficos Caeciliane tuos. Item in illo,  
Semper agis causas, et res agis Attale semper.  
Est, non est quod agas, Attale semper agis.  
Si res, et causae desunt, agis Attale nullas,  
Attale, ne quod agas desit, agas animam.  
Cum igitur corpus aliquando massam hanc membrorum di-  
uersitate compactam significet, Seneca. Corpore trunca at-  
put abest, modo solam carnem, Cicero. Ego hic cogito com-  
morari, quoad me reficiam. Nam et uiuere, et corpus am-  
si, id est carnem. unde corpulentos dicimus obesi corporis ho-  
mines, Martialis hoc uersu utrunque significatum usurpauit.  
Corpus inquit, hoc est caro nusquam erat in toto corpore, hoc  
est in tota massa corporea. Corporum tria genera esse Dompo-  
nius affirmat. Vnum quod una specie continetur, ut homo. li-  
gnum. lapis. Alterum, quod ex contingentibus, hoc est pluri-  
bus inter se coherentibus constat, ut aedificium. nauis. arma-  
rium. Tertium, quod ex distantibus compactum ē, ut puta ex  
pluribus corporibus uni nomini subiectis, ut populus. lego-  
grix. et corpus esse definitum, quod quinque sensibus compre-  
hendi potest. Alij τὸ πρῶτον διασατὸν, hoc est quod tres di-  
mensiones habet. item alij ἡτοι τοιοῦν, ἢ τὰ ἄλλοι σῶμα ist.  
hoc est quod efficiens, aut patiens est, quam definitionem pre-  
clare expressit Lucretius. Tangere enim, aut tangi nisi corpus  
nulla potest res. a corpus fit corporeus. et incorporeus. itē cor-  
poralis, atque incorporealis, quae in hoc differunt, quod cor-  
porcum



corporeum dicimus, quod est ex materia, substantiaq; corporea, et est diverso incorporeum, ut lapis est res corporea. Virtus est res incorporea. Corporeale autem nominamus, quod est in materia, substantiaq; corporea. Et est contrario incorporeale, ut domus, fundus, mancipium, corporalia non corporea sunt. Legem, hereditas, cura, incorporealia non incorporea. Etenim hic non de substantia agimus, sed de qualitate, quae substantia inest. Illic uero de ipsa substantia. item a corpus corpore uerbum, quod est interficio, et corpus solum sine anima relinquo. Enni. Corpus contem platur, unde corporet uulnere. Actus, Corporeare ab tergo es ausus. Ab hoc fit incorporeo, quod est res diuersas in unum corpus et (ut ita dicam) in unam massam redigo. A quo incorporatio, quod et concorpo, et concorporatio dicitur. A corpulento corpulentia deducitur, qd carnositate significat. **SCELERATVS.** Dilanaius. pollutus ut supra diximus. **ANTIQUAE.** Veteris. proprie enim antiquum uetus significat. Virgilius, Antiquasq; domos auium. deductum ab ante, et auium, ut Varro existimat. Quoniam uero, quae antiquiora sunt, ferè meliora esse consueverunt, ut mores. numi. uinum, et similia. unde est apud Plautum Qui uiuantur uino ueteri sapientes puto, et qui libenter ueteres expectant fabulas. Nam nouae, quae nunc prodeunt deteriores sunt, quam numi noui. ideo factum est, ut antiquius aliquando pro melius usurpemus. Cicero, Hoc quidem est proprium amicitiae, sed antiquior, et pulchrior, et magis a natura ipsa profecta. Idem, Nihil mihi antiquius uisum est, quam innocentem ueri. Ab hoc fit antiquo uerbum, quod est aboleo. tollo. et quasi rem in antiquum morem reduco. Cuius passum est antiquor. Idem, Perniciose quidem Philippus in tribunatu, cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est, in eo uehementer se moderatum praebuit. item antiquitas, uetusitas. et antiquae aduerbium, quod et antiquius dicitur. Antiquatio autem abolitionem significat. Gellius, Facta mox est antiquatio legis. Aliquando antiquum pro nobili ponimus. Virgilius, Nos troia antiqua. Cum semper ferè antiquum cum quadam dignitate exprimitur. Et diuerso uetus uenit cum contumelia. Unde uetus mancipium, et antiqua matronam dicimus. Quidam etiã antiquarium pro antiquo usurpare, et pro eo, qui res antiquas conscribit. **POENA.** Verum non simulatum supplicium. Poena a graeco deducitur, quod est ποινή. Quamuis Varro a pendendo dictã uelit. Est autem poena supplicium, quo quis ob delictum afficitur. Cicero, Octo poenarum genera esse commemorat damnationem. uincula. uerbera. talionem. ignominiam. exilium. seruitutem. mortem. Taurus uero philosophus tria genera poenarum commemorat, quibus peccata puniuntur. Prima est, quae graecè dicitur νόσος, uel colasis, cum poena adhibetur castigandi, atque emendandi gratia. Altera, quam τιμωρία appellant, cum dignitas, auctoritasq; eius, in quae est peccatum, tuenda est, ne praetermissa animaduersio contemptum eius pariat, et honorem leuet. ideoq; ei uocabulum a conseruatione honoris, quem graeci τιμήν uocant, factum existimant. Tertia quae παράδειμα a graecis nominatur, cum punitio propter exemplum necessario adhibetur, ut ceteri a similibus peccatis metu cogitae poenae deterreantur. ita ueteres quoque nostri exempla pro maximis, grauissimisque poenis usurparunt. poenam pendere est multam soluere, quia hoc penso aere fieri solebat. A poena poenalis actio. et punitio, quod poenio, quasi poena afficio ueteres dicebant. et impune, quod proprie significat sine poena. Seneca. Qui impune quicquid libet, agit. Aliquando tamen pro frustra ponitur. Apuleius, Impune capitolium ascendi, cum nemo esset, qui sententiam

diceret. Iuuenalis, Impune ergo mihi recitauerit ille togatus. impuno autem a ueteribus impudens dicebatur. Lucilius, Homo impuratus, et impuno, et rapax, et impunitas. Seneca. Quippe delictorum impunitas homines audaces reddit ad malum. et punitio, atque impunitio nota significationis. et impunitus, qui de commissis non est punitus. Et poenitet, quasi poena tenet. Poenitere enim dicimus, cum quae ipsi fecimus, aut quae de nostra uoluntate, nostroq; consilio facta sunt, ea nobis post incipiunt displicere, sententiamq; in ijs nostrã denuntiamus. Cicero, Nam quod obiectum est de impudicitia, quodq; omnium accusatorum non criminibus, sed uocibus, maledictisq; celebratum est, id nunquam tam acerbe ferret M. Coelius ut eum poeniteat non deformem esse natum. Quoniam uero in ijs etiam, quae nobis aut tædio, aut pudori sunt, poena quaedam esse uidetur, fit ut poenitet aliquando pro tædet accipiamus. Virgilius, Officio nec te certasse priorem poeniteat. Aliquando pro pudet. Idem, Nec te poeniteat calamo truisse labellum. Cicero, Non igitur si ad centesimum uixisset annum, senectutis eum sua poeniteret? Ab hoc poenitentia, et poenitudo deducuntur. Quomodo autem poenitet me dicimus, hoc est poena tenet, ita poenitor passiuè, hoc est poena teneor, ut illic nomina tuui. hic ablatiui sit casus.

Daedale lucano cum sic lae-  
reris ab urso,  
Quam cuperes pomas nũc  
habuisse tuas.

**DE DAEDALO. EPIGRAMMA. VIII.**

**D**AEDALE LVCANO. Iocatur in quendam nomine Daedalum, qui in arena urso obiectus fuerat, et ad Daedali Atheniensis alas alludit. Est autem distichon. sic enim appellatur a graecis quando est geminus uersus. Nam diis graecis dicunt, δίχοι uersum. Sic tetra-  
stichon appellamus, cum quatuor sunt uersus. Hexastichon, cum sex. **QUAM.** Quantum. **CUPERES.** Optares. Cupio enim est opto. de sydero. a quo percipio, ualde cupio. concupio, de sydero. a quo concupisco. unde concupiscentia deducitur, quod est tam bonarum, quam malarum rerum appetitus. et concupiscibile, quo nonnulli utuntur. et concupitum, de syderato. et cupidus. auidus. et cupide aduerbiũ. auide. a quo cupidior. cupidissimus. et cupidius. cupidissime. Item cupienter. cupientius. cupientissime. et cupiditas, de syderiũ, quae et cupido foeminiũ genere dicitur. Desiniturq; effrenatus habendi appetitus. nã masculino genere significat deũ, de quo supra diximus, qd et amor dicitur. a quo cupidineus. Cupiditate a cupidine qdã ita distingunt, ut cupiditas leuior sit, ac tẽperator. Cupido uero grauior. Lucil. Cupiditas ex homine Cupido ex stulto nunquã tollitur. et cupedia, quae similiter cupiditate significat. Cic. Ambitio, mulierositas, puicitia. ligurito. temulentia cupedia. Itẽ cupes. et cupedia neutro genere, lautores ubi dicitur, uel a cupiditate, uel qd rebus cupidinis alimenta subministrant. uñ cupedinarij appellatur esculẽtarũ rerũ uẽditores. Cupedula et foeminiũ genere iuenitur. Gel. Coniectabamus ad caenulã nõ cupedulas aborũ, sed argutias quaestioũ. Cupẽcus, sabinorũ lingua sacerdos appellatur. **NUNC.** Mõ. hoc praesenti tẽpe. Nunc. n. aduerbiũ tẽporis est, et idẽ significat, qd mõ. Aliqñ tñ nullã temporis significationẽ, uerũ pro sed coniunctione accipitur. Cic. Quae qdem multo plura euenirent, si ad quietem intergri iremus. nunc onusti abo, et uino confusa, et perturbata carnimus. **PENNAS.** Alas, partem pro toto posuit. **LVCANO.** E lucania, de qua supra diximus, ursi mittebantur in arenam magnitudine, ac feritate praestantes.



AD DOMITIANVM DE RHINOCEROTE  
EPIGRAMMA IX.

**P**RAESTITIT EXHIBITVS. Blāditur Domitiano de pugna rhinocerotis et tauri. RHINOCEROS. Animal ē unum in nare cornu habens repandū, qđ subinde attritum cautibus in mucronē accit, eoq; aduersus elephātos præliatur, hostis eis natura genitus. in dimicatione alium maxime petit, quia scit eam partem esse molliorem. Longitudo ei par elephantō, crura multo breuiora, color buxus est, a græcis *ῥῖν* naris dicitur, *ῥῖπας* cornu. Inde rhinocerotis nomen. Minora animalia nisi in irā subinde excitatus non tangit. Pompeij magni ludi hoc animal primo Romæ ostenderunt. Deide Augustus apud septa. solebat. n. hic princeps ēt atrā spectaculorum dies, si qñ quod inusitātū, dignūmq; cognitu aduectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare, ut rhinocerotem apud septa. Ti grm in scena. anguem quinquaginta cubitorū pro comitio. post hæc Domitianus frequenter rhinocerotem ludis exhibuit. A rhinocerothe rhinocerotus deducitur. unde rhinocerotia cornua dicimus. EXHIBITVS TIBI. Productus a te. TOTA ARENA. Toto amphitheatro. PRAELIA. Certamina, prælium a premendo, quasi præmiū dictum, qđ dimicando se inuicem hostes premant. Est autem prælium belli pars, hoc est cū manus conferuntur. et ipsa dimicatio, quæ et pugna dicitur. Virg. Infantem fugiens media inter prælia belli. Ab hoc prælio et prælior deducuntur. et præliator et præliatrix. Virg. Honeste præliū pro coitu posuit dum de equo loquitur ætate cōfecto. Nam et in coitu dimicatio quæ dā esse uidetur. Siqñ ad prælia uentum est. Præliares dies appellabātur, quibus fas erat hostem bello lacessere. etenim quæ dā feriæ erant, quibus nefas habebatur manus cum hoste conferre. pugna uero a pugno deducitur, quia ueteres ante armorum usum. pugnis. calabus, ac morsu certabant. A pugna fit pugnicula, quæ pro leni pugna cito usurpauit. pugna, bellicosus. a quo puginator. pugna, assis. et pugna, pugnacius. pugna, assis. et pugna, pugnator, q pugnat. cuius femininum est pugnatrice. Item composita oppugno, qđ est pugando uincere contendo. Ex pugno pugnan do uincō. Sed de oppidis. Castris nauibus, cæterisq; huiuscemodi dicitur. Ex pugnatrice aut nauis secundum Callistratum uir consiliū, cum spoliatur, aut mergitur, aut dissoluitur, aut p tunditur, aut fines eius exaduntur, aut uela conscinduntur, aut anchoræ inuoluuntur de mari. ab ijs oppugnator. oppugnatrix. oppugnatio. expugnator. expugnatrix. expugnatio. depugno idem, qđ pugno. a quo depugnator. et depugnatrix. propugno aduersus pugnatrice pugno, sine pugna do resisto. a quo propugnator. propugnatrix. et propugnacula mine murorū. et alia ædificia, post quæ in mœnibus, aut nauibus propugnando consistimus. impugno aduersor, confuto. a quo impugnator. et impugnatrix. repugno. contradico. refragor. a quo repugnatio, refragatio. contradictio. pugna uero a græco deducitur *πυγμα*, uel a punctione, hoc est pmissione. a quo pugillus diminutiuum. et pugil, qui pugno certa re consueuit. et pugillares tabellæ ex ligno, sine alia materia cerata, in quibus stilo scribimus, qđ pugno comprehenduntur. uel a pungendo, qđ stilo in ijs pungendo scribatur. Mart. de pugillaribus eburneis. Secta nisi in tenues effemus ligna tabellas, effemus libyci nobile dentis opus. Dicimus aut in singulari pugillaris, et pugillare in plurali uero pugillares dicitur. Item pugilatus, pugilum ludus. VAENON PROMISIT. Quæ non usus fuerat minari, quoniam diu torpē

ti similis steterat ante, qđ se in iram colligeret. Mart. Paulopost, sollicitant pauidi dum rhinocerotis magistri, seq; diu magna colligit ira feræ, de sperabantur promissi prælia Martis, sed ta men is redijt cognitus ante furor. PROMISIT. Minatus est. promittere. n. aliqui est polliceri, hoc tñ ab eo differt, qđ pollicemur sponte, promittimus rogati. Cicero. Iam n. totum tibi, qđ promiseram præstiti. Aliqñ producere, et quasi in magnitudinem mittere, siue porro. i. longe mittere. Virg. Promissaq; barba. Nonnunq̄ minari. Idem, promisi ultorem, et uerbis odia aspera moui. i. minatus sum. Qui ppe bona promittimus. mala minamur. ab hoc promissum. promissor. et promissio deducuntur. et promisse aduerbiū, hoc est prolixè. Item ap promitto. a quo appromissor. Est n. proprie appromissor, qui qđ suo nomine promissit, idē quoq; pro altero promittit. Itē cōpromitto, qđ proprie est litem ad boni uiri arbitrium mitto. a quo compromissum dicitur ipsa facultas arbitro data, tractum ab eo, qđ uterq; litigans simul promittat se arbitri sententiæ pariturum. arbitri iudex dicitur, non a lege datus, sed ab ijs qui litigant electus, qui totius rei hēat arbitriū, et facultatem, dicitur ab arbitrando. Arbitrari. n. existimare est, et arbitri officium est iudicare, non prout iuris sit, sed prout ipse æquū existimet. Hinc arbitriū, qđ modo arbitri sententiā significat, modo opinionem, ut oia pro arbitrio suo fiat, hoc est prout sibi uidetur, et prout opinatur esse faciendū. Item facultatē iudicādi arbitro datam. Vñ arbitriū suscepti (ut Dedianus scribit) q iudicis partē suscepit, finemq; sui a sua se controuersis impositurū pollicetur. Quod si hæcenus iteruenit, ut ex pteur an consilio suo uel auctoritate disenti paterentur litē, nec arbitri uidetur, nec arbitriū dicitur recepisse. Proculus arbitrorum duo esse gna scribit, Vñ eiusmodi, ut si æquū sit, siue iniquum parere debeamus, qđ obseruatur cū ex cōpromisso ad arbitriū itū est. Alterū eiusmodi, ut ad boni uiri arbitriū redigi deat, q iure decernat. Quidā arbitramentū pro arbitrio, hoc est arbitri sententiā usurpāt. Arbitrariū dicitur, cū adhuc res apud arbitriū geritur. itē cum in potestate uel arbitri, uel iudicis ē, pro arbitrio, hoc ē pro opinione sua iudicare. Vñ arbitraria pena dicitur, quæ nō lege statuta ē, sed iudicis arbitrio relicta. a quo fit arbitrarie aduerbiū, qđ significat pro arbitrio. Cōponitur aut promitto ex pro, et mitto. Mittere proprie ē, qđ græca dicunt *μιττω*. Virg. Mittitur et magni uenulus Diomedis ad urbē. Interdū tñ pro deponere, atq; excludere usurpatur. Idē. Renouate aios, mæstūq; timorē mitte. Ter. Eia lacrymas mitte. Nōnūq̄ pro donare. Vir. Hos illi, qđ nec bñ ueruat, mittimus hedos. Ab hoc fit frequentatiuū missio. et missile oē telū, qđ in longū mitti pot. uñ et lapides missilia dicitur. Mittilis uero pulmetaria dicebatur, capiebaturq; pro pauca. item missilia dicebatur munera, quæ a principibus populo spargebatur, ut puta bellaria linea. odores. unguēta. cū delicatiorē, qđ cū alijs tēporibus, tū maxime Saturnalibus i theatro fieri solebat. Sue. Sparsit, et missilia uariarum rerū, et panaria cū obsonio uiritum diuisit. Sunt n. panaria uasa ad ferendas dapers ex uiminibus facta. A panario fit diminutiuum panariolum. Missum facere dicimus relinquere. omittē. Plau. Sed missa istec faciamus. item missio. Cicero. Tum de obuiam missio ne sermonem habuimus. itē missus quarte declinationis, quod proprie ueteres usurpabant pro immissione ferarū, aut gladiatorū in arenā. Suetō. in ijs Circensium die, quo facilius autum missus peragerentur singulos a se ptenis spatij ad quina corripuit. Idem, Circenses frequenter etiam in Vatiuano commisit, nonnunquā interiecta per quinos missus uenatione. Præterea composita ab eodē sunt admitto, qđ modo significat recipio, assumo. Iuuenalis, iam fas est admittē uiros. modo intronitto



Maria. Ante fores stantē dubitas admittere famā. Modo pec-  
 co. Plau. Quid tandem admissi pater? Hic admissi ues, a qui-  
 bus auguria capiunt, et admissarius equus appellatur, qui  
 ad sobolem procreandā equae adiungitur. intermitto, qd est tē-  
 pus omittō. a quo intermissio. Cic. Et si ego id tempus intermi-  
 serā potius, quam omiserā. Quint. Cumq; id sine intermissio-  
 ne prosequeretur discessit. Omittō praeterea, a quo omittio.  
 Permittō interdū concedo. tolero. ut pmitte me parūper quiesce-  
 re. interdū imitto, inuito. ut equū concitatū ad hostiū pmissit ac-  
 em. a quo pmissio hoc est i dulgentia. Praetermitto omittō, a quo  
 praetermissio. Transmittō, mō transseo. Trajicio ut trāsmissit flu-  
 men, hoc est traiecit. Vir. Trāsmissunt cursu atm pos, atq; agmē  
 na cerui Puluerulēta fugā glomerant. Modo mitto. Apuleius.  
 Quo audito puerū ad eum transfussit. Ab hoc transfusio, hoc  
 est traiectio, trās fretatio, transfusio. Amittō, pdo. Vir. Amissam  
 classem socios a morte reduxi. a quo amissio. Demitto, deor-  
 sum mitto. Plyn. Demissōq; in puteū sionculo alitudinē aquae  
 demensus est. a quo demissio, et demissum, humile. Apule. Et  
 pua. a quēdā uoce demissa praefatus est. Et demisse aduerbiū,  
 humiliter. Emitto, extra mitto, ut gregem emisit. Hinc emitti ē  
 carere equi dicitur. a quo emissio. et emissariū locus, p quem  
 aqua ē lacu, aut stagno emittitur. Suet. fecit et emissariū luci  
 ni lacus, portumq; ostensim. Praemitto, añ mitto. A quo praem-  
 issio. imitto, modo itromitto, mō in longitudinē produco. Vir.  
 Respicimus dira illuuiet, immittōq; barba, hoc est promissa, a  
 quo immissio. itromitto notē significationis, a quo itromissio.  
 Summitto. inclino. suppono. Lucil. Summittas alios, si quos  
 posse censeas. mō demitto. Vir. Pasce, ut añ, boues pueri, sum-  
 mittite iuros. idē. Tu mō quos in spem statuas summittere gen-  
 ti. Hinc summissum humile dicimus. Cic. Neq; summissum ni-  
 mis, neq; se nimis effere. Vir. Summissi petimus terrā, et  
 uox fertur ad aures. Ab hoc summissio. et summissē aduerbi-  
 um. Dimittō aliqñ mitto. Idē. Equidē p litora certos dimittā.  
 Hinc dimissoriē litera (ut Modestino placet) uocatur, q; p eas  
 causa ad eū, qui appellatus est, mittitur. Nonnunquā do. Virg.  
 Dimissiq; ab Ioue gentis uoia. Quādoq; pmitto, et i potestate  
 do. Cic. Tū annui consules, tū dimissi populi fasces. Plerūq; re-  
 linquo. idē. Cū exercitum nō tam tueri, q̄ uel tradere, uel amitte-  
 re cogitaret. itē porri go, produco. Vatro. cū ēt Thais Menan-  
 dri nūcā dimissam hēat ad talos. Saepē ēt demitto, hoc est de-  
 super mitto. Vir. Dimissum lapsi per funem. Sall. Cū strepitū  
 dimissum uictoriae simulachrū. Hinc dimissum aliqñ pro abie-  
 cto usurpamus. Cic. Timido aīo. humili. dimisso. Idē. Non est  
 ausus elate, et ample loqui. humiliter, dimissēq; sentire. Aliqñ  
 pro humili, ac miserabili. Vir. Deiecit uultū, et dimissā uoce  
 locuta est. Remitto, qd modo significat relaxo. Vñ remittere ar-  
 cam. remittere animū dicimus. Cic. Quēro. n. nō qbus inten-  
 dam animū rebus, sed qbus remittā. Hinc remissio, relaxa-  
 tio animi dicitur. Modo concedo, pmitto. Vir. Manibus, et ane-  
 ri, si qua est ea cura remitto. Nonnunquā mitto. Lucil. Cohibet  
 domi maestas se Albinus, qd repudium filiae remisit. Aliqñ re-  
 tro mitto. Plau. Munera accipit frequēs, remittit nūquam. Ab  
 hoc remisse aduerbiū deducitur, quod modo humiliter signi-  
 ficat. Sallu. Pauca timide, remisēq; locutus, abscessit. modo lae-  
 te, et uelut remisso, hoc est relaxato animo. Cic. Quis unq̄  
 praeter hunc traquas penē comice, tristis, remisē. Comitto, qd  
 modo est coniungo. Vir. Delphinum caudas utero comissa lu-  
 porū. Vnde tubularū, et aliorū huiusmodi iuncturae commissu-  
 ra dicuntur. et comittile, compositum. modo dono, relinquo.  
 Cic. is calaniatores opposuit, qui illā hereditatem ueneri Ery-  
 ane commissam esse dicerent. Nonnunquā pecco delinquo. Vir.  
 Quid meus Aeneas in te comittere tantum, Quid Troes potu-

re interdum credo, comendo. Teren. Ouem lupo comisisti. idē  
 Nec satis digna, cui committas primo partu mulierem. Cicero.  
 Quā diu res pub. per eos gerebatur, quibus seipsa commiserat.  
 Hinc fideicommissarij dicti, quorum fidei ultimarum uolunta-  
 tum executiones commendantur, quae fideicommissa appellan-  
 tur. et actus ipse fideicommissio. Quandoq; initio inchoo.  
 Sallustius. Quibus dictis mox praelium commiserat. Virg. Et  
 tuba commissos medio canit aggere ludos. Elegantissime etiam  
 committo pro factio accipitur sequente semper ut, uel simili di-  
 ctione, capiturq; semper in malam partem, et negotiationem re-  
 quirir. Cic. Non committas, ut dicendum sit, non putarā. idē.  
 Nihil tibi esse committendum considerare debes. quamobrem  
 eorum, quos laudas, te non similem praebear. Postremo manus  
 mitto. a quo manusmissor. manusmissus, manusmissio. de qui-  
 bus supra diximus. O. O. aliquādo uocandi aduerbiū est.  
 Virg. O regina nouam cui condere Iuppiter urbem. Aliquā-  
 do optandi. idem. Assis. O placidus. Aliquando indignandi.  
 Cicero. O tempora. o mores, o paterni generis oblite, materni  
 uix memor. Nonnunquam admirandi, ut hoc loco, et apud Per-  
 sium. O curas hominū, o quantum in rebus inane est. Quā-  
 doq; interiectio est dolētis. Cicero. O me miserum, o infelicem.  
 Aliquoties exultantis affectum exprimit. Virg. O mihi sola  
 mei super Aethraeactis imago. idem. O felix, si te tua Roma ui-  
 deret. Et aliquando cum nominatiuo, aliquando cum accusa-  
 tiuo, aliquando cum uocatiuo iungitur. Sed cum uocandi aduer-  
 biū est, semper cum uocatiuo. item quando optandi est ali-  
 quando cum si, aliquando, cum utinam iunctum inueni-  
 tur. Ouidius.

O utinam tunc cum laedemona classe petebat.  
 30 O brutus infans esset adulter aquis. Persius. O si  
 Ebulia patrum praclarum finis. O si  
 Sub rastris crepet argenti mihi serua dextro.

PRONVS. Sponte sua ad certandum inclinatus, quod  
 huic animali accidere solet aduersus maiores feras, uel pro-  
 nus inclinato cornu. Pronus proprie inclinatus dicitur, ut na-  
 tura ad malum proni sumus. Virgilius. Frange manu telum  
 Phrygi praedonis, et ipsum pronum sterne solo. Poetae ta-  
 men aliquando pronū pro uicario usurpant. Sicut altum pro  
 eo, quod longe positum est. idem. Ventisq; uocatis Prona petit  
 maria, hoc est litori uiciana. A pronus fit aduerbiū prone.

EXARSIT. Exarduit. Ardere proprie concremari  
 est. idem. Nanq; uolans liquidis in nubibus arsit harundo. Sed  
 quia quae ardent, etiam fulgorem reddunt, Ardere aliquan-  
 do pro fulgorem reddere usurpatur. idem. Ardebat murice  
 lena. item pro festinare, quia quae ardent celeriter absumentur. idem. instant ardentes Tyrii pars ducere muros, Moli-  
 riq; arcem. Praeterea quia quae ardent, calent, et in proxi-  
 ma quaeq; feruntur, atque hoc idem irati faciunt, Ardere etiā  
 pro irasci accipitur, ut hoc loco. et apud eundem Virgilium.

50 Proxima quaeque mentē gladio, latumq; per agmen, Ardens li-  
 mitem agit, ferro te Turne superbum, Caede noua quærēs.  
 item pro consumi. Cicero. Quoniam nimio uidendi te desy-  
 derio ardebam. Et pro optare. Plynus. Ardeo te uidere. Virg.  
 lius. Patrie q; mori pro maenibus ardent. et pro impatienter  
 amare. idem. Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.  
 Ardentem etiam aliquando candidum dicimus a candore  
 flammæ. idem. Ardentesq; auertit equos in castra. item ar-  
 dens ingenium acutum, quod instar ignis omnia penetret. Si-  
 cut ē contrario se gnē hominem dicimus tardū, quasi sine igne  
 a quo se gnities, quae et se gnita dicitur, et modo tarditatem  
 ac pigritiam, modo infocanditatem significat. Terē. Enmue-  
 ro Daue nihil loci se gnitiae, atq; se cordiae. Plyn. Hinc negligē-



tia cultorum hinc a gyrorum se gñitias, hoc est sterilitas. Virg. Segnisq; horretet in aruis ardius. se gñis, hoc est inutilis. in-foecundus. Legitur etiam se gñitas pro se gñitia. Cicero. Et quādo de imprudentia diximus castigemus etiā se gñitatem. se gñiter quoq; aduerbium inuenitur, hoc est tarde. Ardeo quando pro impatienter amo accipitur, modo cum accusatio, modo cū ablatiuo coniungitur. Vir. Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. Horatius. Nō aliter Samio dicunt arsisse Batillo Ana creonta Teium. Ab ardeo fit compositum per ardeo. Et ex ardeo. Præterea derivatiua ardius, hoc est molestus. incommo- dus. intractabilis. a quo aduerbium ardue, hoc est difficul- ter. et arde a uis, quasi ardua, quoniam ardua, hoc est alta uo- lando petit, Et significat tempestatem. A græcis appellatur i podios. Tam alte uolat, ut humanum fugiat uisum. Lucan- nus. Quæq; ausa uolare ardea. Virg. Atq; altam supra uolat ardea nubē. Per diminutionem ardeola uocatur. Tria earum genera tradit Aristoteles. Leuco ab albedine ita dictum. Aste- rias a fulgore astrorum Et pellos ab aduerbio πῖλος, qđ propē significat, quoniam hoc tertium non ita in altum uolat. Hi in coitu anguntur. Mares sanguinē quoq; uociferādo ex ocu- lis profundunt, nec minus ægre pariunt grauidæ. Ab ardeo- la ardilio deducitur, sicut a stella stellio, a tabella tabellio. Est autē ardilio homo ingetus, Et huc, atq; illuc semper uolitans. saliens. manus iactans. togam modo deiciens, modo reponens, et omnibus negotijs sese immiscens, qualem fuisse Malliū Surra legimus, quē uenuste deridens Afer satagere dixit. Item Atta- lum, ad quem sic scribit Martialis.

Declamas belle, causas agis Attale belle.

Historias bellas, carmina bella facis.

Componi belle mimos. Epigrammata belle.

Bellus grammaticus, Bellus es Astrologus.

Et Belle canas, Et saltas Attale belle.

Bellus es arte lyrae, bellus es arte pileæ.

Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle.

Vis dicā qui sis? magnus es ardilio. Præterea Aferū, in quē similiter inuehitur idē Martia. propterea, eū acerbius in- crepans, quod senex erat, in quo turpius esse constat hoc uitii. Condit cum tibi sit iam sexagesima messis,

Et facies multo splendet alba pilo,

Discurris tota uagus urbe, nec ulla cathedra est,

Quo non mane feras irrequietus aue.

Et sine te nulli fas est prodire tribunō,

Non atret officio consul uterq; tuo.

Et sacro decies repetis palatia cliuo,

Saturioq; modos, parthenioq; sonas.

Hoc faciant sane iuuenes, deformis Afer.

Omnino nihil est ardilione fene.

Ab ardeo et fit ardēs, hoc est uehemēs. ardētior. ardētissimus. Et aduerbia ardēter. ardētius. ardētissime. (Et ut quibusdā pla- cet) Ardea oppidū Latij a Danae Persei matre. Vel (ut alij uo- lunt) a Dauuo Pilunnij filio conditum, a feruore regionis ita appellatum. Martia.

Ardea solstitio, pestanaq; rura petantur.

Quiq; cleonæo sydere feruet ager.

Cum tyburinas damnet curiatus auras

Inter laudatus ad stygii missus aquas.

Huius incolæ dicunt ardeates. IN IRAS. In iram. Plu- ralem numerum posuit pro singulari, ut mos est poetarū. irā definiunt esse libidinem puniēdi eius, a quo iniuria offensis su- mus. Ab ira irasor fit. a quo iratus. iracūdus. iracūdia. Dif- fertq; iratus ab iracūdo, qđ iratus est, qui ex aliqua re laessi- tus excanduit. iracūdus, qui ex quacūq; etiā parua causa mo-

uetur ad irā. Sicut ebrius, qui nimio potu alienatus est mente. Ebriosus, qui saepe fit ebrius. Sic ira ab iracūdia differt, quem admodū ebrietas ab ebriositate. illa enim ex causa, hæc e mo- ribus sunt. Terentius. Ut senis essem ultus iracūdiā, aliqd cor- rasissem. Ab iratus fit aduerbium irate, hoc est per irā. Ab ebrus fit uerbū inebrio. Cuius passiuū est inebrius, Et ebriose ad uerbū, qđ significat ad similitudinē ebrij. Sobrius, qui in abo, ac potu tem perās est, quasi sine ebrietate. A quo sobrietas. et so- brie aduerbū. Sobrius etiā dicitur, qui nō est actu ebrius. Vñ non sobrius pro ebrio accipitur. Martia. Et nō sobria uerba sub- notasti. item ebriolo uerbū, qđ est ebrij facio, quod Et ebrio di- citur. A quo ebriatus. Laberius. Ebriolati mentē hilarā arri- piunt. idem. Homo ebriatus somno sanari solet. CUI TAV- RVS ERAT PILA. Magnitudinē, ac ferocitatē Rhi- nocerotis exprimit, qui perinde taurū cornu iactabat in altū, ut tauri iactare pilas solebant. Mos qui ppe erat obijere pilas tauris, quibus irritarentur. Martia.

Qui modo per totā flammis stimulus arenam

Sustulerat raptas Taurus in astra pilas.

Ad hūc usum ē stramine olim formare soliti sunt et in huma- nā specie imagines, postea pilas ē uestibus in globū collectis, præsertim purpureis, quo colore magis bellæ irritatur. Ouid. Haud secus ex arsit, quā arcu taurus aperto,

Cum sua terribili pēit irritamina cornu,

Phœniceas uestes, elusaq; uulnera sentit.

Pila instrumentum lusorium est rotundū ad similitudinē sphæ- ræ, quo ludo graues quoq; Et magni uiri delectati sunt. Scæ- uola optime pila lusit, atq; ad hoc diuertit uel animū forensi- bus negotijs fatigatū transferre solitus est. Augustus post ciuilia bella exercitatiōibus tam pedestribus, equorūq; et armorū dimis- sit ad pilā se trāstulit. idē multi alij fecerūt. Plau. Deus nos uti pilas homines iactat. Quatuor pilarū genera sunt. Est pi- la trigonalis omnīū minima. prædura. firmo pilo plena, a quo pila nomē habet. fluētina nūc uulgo dicta, qđ fluētina huius- modi pile optime fūt. Trigonalis autē uocata est a trigone, qui locus erat in thermis triquetra, hoc est triangulari figura, quā græci τριγωνος uocāt. Ad huiusmodi pile lusum ædifi- catus, Et paruo calore tepidus teneri per hyemē solitus, ne exu- ti ad ludendū homines statim rigore conciperēt, ne ue ludēdo

exercati nimis aestuaret, mittitur pila ad unū angulum, ita ut utriq; parietem contingat, redditur nō minus sinistra quā dex- tra manu. miramq; corporis agilitatē requit. Martialis de lo- co. Seu lentū ceroma teris, tepidumq; trigona. idē. Captabit te- pidū dextra, leuāq; trigonē, imputet acceptas ut tibi sepe pi- las. idē de pila trigonali. Si me nobilibus scis expulsare fini- stris Sum tua si nescis, rustice redde pilā. Est pila paginica a pagis, hoc est uillis ita dicta, qđ paginā ea uterentur. hæc gros- sior est, laxiorq; Et pluma plena, nec ad lusum tam agilis, ut quæ nec tā leuis est, nec iactata facile resilit. idē. Hæc quæ dif- ficilis terget paginica pluma folle minus laxa est, et minus ar- cta pila, quasi dicat. est laxior quā pila trigonalis, Et ar- ctiior, firmiorq; quā folliis. Nam folliis tertium pile genus est.

Hic ex pelle fit, spiritūq; inflatur. grossior ceteris, sed non multo grauior. pu gno redditur, non palma, ut reliquæ pile. a flatu nomen habet, quia spiritu ut diximus impletur, siue quod ueteres follem pellem dicebant. Et per diminutionem fol- liculum. unde folliculare pars remi appellatur, quæ folliculo tecta est. a quo uix follicularis uocata est. itē follem siue folli- culum utrē nominabant, quæ nihil aliud est quā pellis fla- tu plena. item instrumentum quo attrahitur uēus atq; emittitur ad ignē excitandum. Muliebrem quoq; folliculū dicebāt, quæ uulua, siue locus, siue uterum appellare supra docuimus. hoc



genere pile minus fatigantur ludentes, ideoq; imbecilliori etiam aetate conuenit. a quata letius fertur. resilit magis. tardiusq; descendit. ueluti hominem de industria expectans. idē. ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit aetas. Folle deat pueros ludere, folle senes. Hunc simuliter folliculum per diminutionem diu manifestum est. Suet. De Augusto. post bella ciuilia ad pilā primo, folliculumq; transit mox nihil aliud, quam uectabatur, et deambulabat. Quoniā uero hoc pile genus pugno percutitur, folliis pugillatorius appellatur. Plau. Exemplo hercle ergo te follem pugillatorium faciam, et pendentem cursabo pugnis periuissime. Est praeterea quartum pile genus, quod uocant Harpastum siue sphaeridam, grossior est, quam pilea paenica, tenuior, quam folliis. E panio fere fit, aliquando ex pelle, lana tomento ue impletur, non repercutitur. Sed cum multi sint ludentes, et in duas partes diuisi, ite ut utriq; e regione sibi inuicem oppositi sint ad suos quisq; transmittere pilam conatur, quā aduersarij uicuntur arripere. Sic magno labore ludunt, deacidit sepe in terram pilea, ad quam cateruatum currētes se inuicem prosternunt, puluereq; et sudore infecti flauescunt. Laboriosum ludi genus. et ideo grandioribus tantum conueniens. sphaerida appellatur, uel a sphaerida inuēto, uel ἀπό τῶν σφαιρίων, quod decipere significat. Fit enim in hoc ludo, ut cum alteri sepe ostendant se uelle pilam proijcere, alteri tamen iaciant ad decipiendum aduersarium ἀπαστῶν autem hoc est harpastum ἀπό τῶν ἀπαστῶν, hoc est a rapiendo uocatur, quia proiectam pilam multi simul conantur arripere, seq; ob eam causam inuicem prosternunt. idē Martia. Siue harpasta manu puluerulenta rapis. idē de harpastro. Haec rapit Anthaei uelox in puluere Draucus, Graedia qui uano colat labore facit. Artemidorus de interpretatione somniorum. ἀπαστῶν δὲ αἱ σφαιρὰ φιλονεικίας ἀπειράτους σιμάνουσι. πολλὰς δὲ καὶ εἰς ἐταίρους ἔρωτα. τοῖσι γὰρ ἢ σφαιρὰ καὶ τὸ ἀπαστῶν ἐταίρα. διὰ τὸ μὴ δύναι μὲν γνῆ. καὶ πρὸς πολλοὺς φοιτᾶν.

Harpastum inquit, et sphaera certamen infinitum significat. Saepē etiam meretricium amorem. Videtur enim sphaera, et Harpastum meretrix propterea, quod nusquam maneat, sed ad multos prodeat. Operae pretium est uidere, quam ridicula de ijs per ignorantiam pleriq; tradiderunt. Ab huius pileae similitudine quicquid rotundum, ac sphaericum est Pilam uocamus, cuius diminutiuum est Pilula.

DE LEONE IVSSV DOMITIANI CONFOSFO. QVOD MAGISTRVM LAESERAT EPIGRAMMA. X.

**L**AESERAT INGRATO. Laudat clementiam Domitiani, quod cum Leone mansuetum in arena animaduertisset in magistrum seure, confodi eum iusserat naturae mansuetudinem, non modo in hominibus, sed etiam in feris regrens. **PERFIDVS.** Violator fidei, quam mansueti fidei suo debebat. **LAESERAT.** Offenderat. Laedere proprie est contumelia afficere, sumptum a graecis, qui λοιδορία contumeliā uocant. Transfertur tamen ad omne genus offensionis. Eius passiuum est laedor. a quo laesus offensus. et contrarium eius illaesus, hoc est inoffensus. et laesio offensio. **MAGISTRVM.** Praeceptorē, qui eum mansuetudinem docuerat. Magistri proprie dicuntur artium praecipitores. Transfertur tamen hoc nomen ad omnes, quibus praecipua cura rerum incumbit, uel quae magis caeteris possint, uel quod magis, quam caeteri diligentia et sollicitudinem rebus, quibus praesunt, debent. Hinc magi-

stros pagorum, societatum uicorum, collegiorum dicimus, qui pagis. uicis. societatibus. collegijs praesunt. Magistrum equitum, cui summa potestas in equites erat. addebatuq; semper dictatori, cui summa potestas erat in populum. a quo et magister populi dicebatur. Magister etiam aliquando pro custode accipitur. Terentius. Me filijs relinquunt quasi magistrum. Vir. Nec ex animis possunt retinere magistri. A magister magistro uerbu deducatur, quod significat moderor. guberno. a quo magisterium, quod nonnulli pro ipsa magistri dignitate usurpat. et magistratus, quod modo significat eum, qui in potestate aliqua est constitutus, ut est consul. proconsul. praetor. propraetor, et alij qui ciuitates, aut prouincias regunt. Modo ipsam potestatem, siue officium. Cicero. Nam is tum in urbe magistratum gerebat. idem. Quem magistratus comprehendit, et in uinculis teneri iusserat. Magis uero aduerbium est, et significat plus. deducaturq; a magnus, quod grandem significat. cuius comparatum est maior. si perlatiuum maximus. Maximus pontifex dicebatur, quod rerum, quae ad sacra et religionem pertinet, curam habeat, uindexq; sit contumaciae priuatorum, magistratumq;. Maximus Curio, cuius auctoritate curiae omnes, curationesq; reguntur. Maximus annales non ab eorum magnitudine, sed quod eos pontifex maximus consecraret. Maximam hostiam ouilis pecoris appellabant non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiorē. Maximam multam dixerunt trium nullium, et uiginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, et duabus ouibus quenquam multari. aestimabaturq; bos centissibus, ouis decussibus. Praeterea ab ijs aduerbia magne. magis. maxime. A magis fit demagis, quod significat ualde magis. Veteres tamen aliquando pronimis posuere. A magis praeter ea, quae superius diximus, magmentum deducatur, quod ueteres dixerunt maius augmentum. Magnitudo. magnificus. magnificentia. magnifice. magnificatio, magna stimo. magnipendo. magnitas. et maximas, quibus ueteres pro magnitudine usi sunt. Accus. Neque sat fingi, neque dici praemagnitate potest. Lucl. Neque ad hoc me cogis immani maximitate. Magnanimus, a quo magnanime, et magnanimitate. et magnanimitas. et maximates primarij ciuitatis, qui et summates, et optimates dicuntur. et magniloquus, gloriosus. a quo magniloquentia. et maiusculus diminutiuum. a quo maiuscule aduerbium. et magnopere, ualde. uehementer. item maximo pere, et maiorem in modum. et maiestas, decus. amplitudo. et dignitas uel populi. uel Senatus. uel magistratus. uel principis. aut imperatoris. aut etiam priuati magni uiri. aut alterius etiam inanimatae rei. Vnde maiestatis crimen iuriconsulti definiunt, quod aduersus populum Romanum, uel aduersus securitatem eius committitur. et rei maiestatis dicuntur, qui eiusmodi crimen committunt. Maiestas etiam Dea est, quam ueteres coluerunt, honoris, et reuerentiae filia. Ouidius.

50 Donec honor, placidoq; decens Reuerentia uultu Corpora legitimus imposuere toris.  
Hinc sacra maiestas, quae mundum temperat omnem,  
Quaq; die partu est edita, magna fuit,  
Nec mora consedit medio sublimis olympo,  
Aurea purpureo conspicienda sinu.  
Quidam hanc Vulcani fuisse uxorem uolunt. Praeterea maiores de quibus supra diximus. et Maius mensis, a maioribus. Nam postquam Romulus populum Romanum in maiores, minoresq; diuisit, ut altera pars consilio. altera armis rempub. tueretur, in honorem utriusque partis hunc Maium, sequentem Iunium uocauit. Ouidius. Hinc sua maiores tribuere uocabula Maio, Iunius a iuuenum nomine di-

De Leone qui gubernatore offendit.

Laeserat ingrato leo perfidus ore magistrum Sed dignas tanto psoluit crimine poenas,  
Ausus tam notas contemere manus, Et qui non tulerat uerba, tela tulit. Quos docet esse hominum tali sub principe mores,  
Qui iubet ingenium mitius esse feris.



Etus adest. Sunt tamen qui Maium à Maiestate dea, de qua supra diximus appellatum malint, & argumento utuntur, quod flamen Vulcanalis Calen. Maijs huic Deae rem diuinam facit. Alij à Maia Mercurij matre, propterea hoc mense meritatores omnes Maiæ pariter, Mercurioq; sacrificare soliti erant. Hæc quidam uolunt terram esse, hoc adeptam nomen à magnitudine, quemadmodum & mater magna in sacris uocatur. Propter quod sus prægnans ei mactabatur, quæ hostia est propria terræ. & Mercurius uocis, & sermonis deus ei adiungitur, quæ uox nascenti homini contactu terræ datur. Huic quidam scribunt eadem Calen. Maijs dedicatam fuisse sub nomine bonæ Deæ, de qua supra diximus, hanc potentiam habere Iunonis, ideoq; regale sceptrum in sinistra manu ei addi. Alij proserpinam credunt, porcæq; ei rem diuinam fieri, quia segetem, quæ Ceres mortalibus tribuit, porcæ depasta est. Alij Semelen credunt, et eandem Fauni filiam dicunt, obstitisseq; uoluntati patris in amorem suum lapsi, ut & uirgo Myrtea ab eo uerbera retur, cum desiderio patris, nec Iuno ab ea pressa cessisset. trās figurasse se tamen in serpente pater creditur, & uixisse cum filia, quarum rerum indicia sunt, quod uirgam myrteam in templo esse nefas erat, quæ super caput eius extendebatur uitis, quæ maxime decipere eam pater tentauit, quod uinum in templum eius non suo nomine solebat inferri, Sed uas in quo unum inditum erat, mellarium nominabatur, & Lac uinum nunciabatur, serpentesq; in templo eius, nec terrentes, nec timentes indifferenter apparebant. Quidam Medeam putant, quod in aede eius omne genus herbarum esset, ex quibus antistes dabant plerumq; medicinas, et quia templum eius uirum intrare non licebat, ob iniuriam quæ ab ingrato uiro Iasone perpeffa fuerat. Sunt etiam qui maium mensẽm à Thusculanis ad Romanos transisse commemorant, apud quos deus maius colebatur, quæ erat Iupiter à magnitudine ac maiestate ita appellatus. Sed quoniam de Maij appellatione diximus, operæ pretium est, ut cæterorum quoq; mensium rationẽ reddamus. Arcades tribus duntaxat mensibus annum suum explicabant. Acarnanes sex. Reliqui græci CCCLIII diebus annum proprium computabant. In hac uarietate Romani quoq; ab initio auctore Romulo annum decem mensibus ordinatum habuerunt, qui à Martio incipiebat, cõsuebatq; diebus trecentis et quatuor, ut sex quidẽ menses, hoc est Aprilis. Iunius. Sextilis. September. Nouember. December, tricenis essent dierum, quatuor uero reliqui Martius. Maius. Quintilis. October, tricenis et singulis perficerentur. Primum ergo mensẽm Romulus genitori suo Marti dicauit, & ab eo Martium appellauit. Huius prima die ignem nouum Vestæ aris incendebant, ut inapiente anno cura denno seruandi nouati ignis imperet. Eodem quoq; ingrediente mensẽ, in regia, curijsq; & flaminum domibus laureæ ueteres nouis laureis mutabantur, & publice ac priuatim ad Annam perennem sacrificatum ibatur, ut annare, perennareq; liceret, hoc mense mercedes exoluebant magistris, quæ completo anno deberentur. Comitia auspicabantur, uectigalia locabant, & seruis coenas apponebant matronæ, quæ admodum domni saturnalibus. illæ ut principio anni ad promptum obsequium honore seruos inuitarent, ij quia gratiam perfecti operis absoluerent. Secundum mensẽm nominauit Aprilem. quasi Aphrilem à spuma, quam græci ἀπὸρ uocant. Vnde orta uenus putabatur, ut quemadmodum primus mensis à patre suo Marte, ita secundus ab Aenæ matre ueneris nomen haberet, & ij potissimum menses annum auspicarentur, à quibus Romani nominis origo processisset. Alij non à uenere appellatum hunc mensẽm putant, sed ab aperiendo dictum Aprilem, quasi a perile, quoniam cum ante æquinoctium uernum triste sit caelum, & nubi-

bus obductum, item mare nauigantibus clausum, terræ etiam ipsæ ab aqua, aut pruina, aut niuibus cõtegnuntur, ea omnia uerbo. i. hoc mense aperiuntur. Sic Athenienses ἀπὸρ uocant hunc mensẽm uocant, quod omnia eo florescant. Maium Romulus tertium posuit, de quo iam diximus. Post hunc Iunium ex parte populi, ut diximus nominatum. Sive (ut alij putant) quasi Iunonium, quod ita eum Latini appellarent, & hæc nuncupatio apud Romanos manserit. Sed postea detritis quibusdã literis ex Iunonio Iunius sit dictus. Nã et aedes Iononi monetæ Calen. Iunij dedicata est. Quidã Iunium mensẽm à Iunio Bruto uocatum putant, qui primus Romæ consul est factus, quod Cal. Iunij pulso Tarquinio sacrum Carnæ Deæ in Cælio monte uoti reus, ut supra diximus, fecisset. Huius mensis Calæ uulgo Fabariæ uocantur, quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibentur. Sequitur Quintilis principio dictus, quod ordine quintus esset, sed postea in honorem Iulij Cæsaris dictatoris Marco Antonio Marci filio consule legem ferente Iulius appellatus, quod hoc mense ad quartum Idus Quintiles Iulius procreatus fuisset. Augustus dehinc succedit, qui antea Sextilis uocabatur, donec honori augusti ex senatus consilio consecratus est. Cuius hæc uerba fuerunt. Cuius imperator Cæsar Augustus mense Sextili, & primum consulatum inierit, & triumphos tres in urbẽ intulerit, et ex ianiculo legiones deductæ, secutæq; sint eius auspicia, ac fidem. et Aegyptus hoc mense in potestatem populi Romani redacta est, finisq; hoc mense bellis ciuilibus impositus sit, atq; ob has causas sic mensis hic imperio felicissimus sit ac fuerit, placere Senatui, ut hic mensis Augustus appelletur. item plebs sanam factum ob eandẽ rem Sex. Pacuio tribuno plebem rogante. Mensis September principalem retinet nomẽ, quem Germanica appellatione, Octobrem uero sua Domitianus inuaserat. Postquã uero decreto Senatus nomẽ inuictum ex omni ære uel saxo derasum est, ut omnis eius memoria aboleretur, Menses quoq; usurpatione tyrannicæ appellationis exuti sunt. Post hæc principes cæteri diu omnis in fausta uitantes mensibus cæteris prisca nomina seruauerunt. Octobrem. Nouembrem, atq; decembrem, quod octauum. nonum. decimum locum teneant. Ab octobri October quoq; equus appellabatur, de cuius capite maxima erat contentio inter suburbanos, & sacranenses, ut ij in regia pariete, illi ad turrem maniliam id figerent, cuius cauda, ut ex ea sanguis in focum distillaret, magna celeritate perferrebat in regiam. Sed cum hæc ordinatio quatuor & trecentorum dierum à Romulo instituta neq; Solis cursui neq; Lunæ rationibus conueniret, fiebat aliquando, ut frigus anni æstiuus mensibus et contra calor hyemalibus promeneret. Quod ubi cõgisset, tantũ dierũ sine ullo mensis nomine patebatur absumi, quantum ad id anni tempus adduceret, quo cæli habitus instanti mēsi constantem inueniret. Sed secutus mox Numa Põpilius quinquaginta dies addidit, ut in trecentos quinquaginta quatuor, quibus duodecim lunæ cursus confici credebatur, annus extenderetur. Atq; ij quinquaginta diebus à se additis adiecit alios sex retractos illis sex mensibus, qui triginta dies habebant, id est de singulis singulos, factosq; sex et quinquaginta dies in duos menses pari ratione diuisit, & alterum Ianuarium nuncupauit, primumq; esse uoluit tanquã biapitis dei mensẽm respiciẽtem, ac prospiciẽtem transacti anni finem, & principium futuri. Alterum Februo deo dicauit, qui præesse lustrationibus existimatur. Lustrari autẽ eo mēse ciuitatẽ necesse uidebatur, quo statutum erat, ut iusta Dijs manibus soluerentur. Hæc Numæ ordinationẽ finitimi mox secuti totidem diebus, totidemq; mensibus annum suum computare cœperunt, hoc solo discrepantes, quod menses undetricenis, tricenisq; in numero alterauerunt. Sed numa paulo post in



honorum in paribus numeri unum adiecit diem, quem Ianuario dedit, ut tam in anno quam in mensibus singulis præter unum Februarii in paribus numeris seruaretur. Nam quia duodecim menses, si singuli aut pari, aut impari numero putarentur, cõsumationem parem facerent, unus pari numero constitutus uniuersam computationem imparẽ fecit. Ianuarius igitur. Aprilis. Iunius. Sextilis. September. November. December, undetricenis censebantur diebus. Martius uero. Maius. Quintilis. & October dies tricenos singulos possidebant. Solus Februarius uiginti octo retinuit dies, quasi inferis, & diminutio & par numerus conueniret. Cum ergo Romani ex hac distributione Pompili ad lunam cursum, sicut grati annum proprii computarent, necessario mensẽ unum constituerunt more graecorum, quem intercalarem uocauerunt, quod intra annum calarent, hoc est, uocarent ipsi qui fastis præerant populum. & mensẽ hunc interponerent, non in fine Februarii, sed post tertium & uigintiunum diem eius mensis, terminalibus scilicet iam peractis. Deinde reliquos Februarii mensis dies, qui erant quinque, subiungebant. hoc autem intercalare dicebatur, & dies ipsi intercalares, & mensis intercalaris, et actus ipse intercalatio uocabatur. Unde intercalares uersus appellati sunt, qui frequenter inter alios interponuntur, ut est apud Virgilium in bucco. Ducite ab urbe donum mea carmina ducite Daphnim. Sed cũ saepe eueniret, ut nundinae modo in anni principem diem, modo in nonas caderent, quo die conuentus multitudinis uitandus aestimabatur, quoniam populus Romanus exactis etiam rebus diem hunc nonarum maxime celebrabat, quem natalem Seruii Tullii fuisse existimabat, ueriti qui diebus præerant ne quid nundinis collecta uniuersitas ob desiderium regis nouaret, Nonas à nundinis se gregendas esse statuerunt. itaque dies illi, quibus annus abundabat, ex quibus fieri intercalaris mensis solebat, eorum qui fastis præerant arbitrio permissi sunt, ut cum ipsi uellent, intercalarentur, dummodo eos in medio terminaliorum, uel mensis intercalaris ita locarent, ut à suspecto die celebritatem auerterent nundinarum. Verum fuit tempus, cum propter superstitionem intercalatio omnis ommissa est. Nonnunquam uero per gratiam sacerdotum, qui publicanis proferri uel immuni consulto anni dies uolebant. itaque modo uero modo retractio dierum proueniebat, et sub specie obseruationis maior confusionis occasio emergebat. Quamobrem Caius Cæsar omnem hanc inconstantiam temporum uagantem adhuc atque incertam in ordinẽ statuta definitionis coegit. Quippe dies omnes, qui adhuc confusionem facere poterant ita consumpsit, ut annus confusionis ultimus in CCCCLXII dies protenderetur. Post hoc ad imitationem Aegyptiorum, qui soli omnium diuinarum rerum consuei putabantur, ad numerum Solis, qui diebus CCCLXV & quadrante cursum conficit, annum dirigere conatus est. Nam sicut lunaris annus mensis est, quia luna paulo minus quam mensẽ in zodiaci circuitione consumit, ita solis annus hoc dierum numero colligendus fuit, quo ad signum se denouo uertit, à quo digressus fuerat. propter quod annus uertens uocatur, & habetur magnus, cum lunæ annus breuis existimetur. Virgilius interea magnum sol circũ uoluitur annum, quamuis etiam annus magnus dicitur duodecim millium quingentorum quinquaginta quatuor annorum, solarium (ut Cicero testatur) & à quibusdam annus Saturni, qui est triginta annorum. Ergo Iulius Cæsar decem dies ueteri obseruationi adiecit ut annum CCCLXV dies, quibus sol zodiacũ lustrat, efficiere, et ne quadrans deesset, statuit, ut quarto quoque anno sacerdotes, qui mensibus, ac diebus præerant, unum intercalarent diem eo mense, & loco quo etiam apud ueteres mensis intercalabatur. i. ante quintum ultimos mensis Fe-

bruarii dies. idque Bifextum censuit nominandum, quod is dies ante hunc proximus eo anno ad VI Cal. Martii esse dicitur. Dies autem decem quos anno addiderat, hac ordinatione distribuit in Ianuarium. & Sextilem, & Decembrem binos dies inseruit, in Aprilem autem. Iunium. Septembrem. & Nouembrem singulos. Februario non addidit diem, ne deo infero religio immutaretur. Martio. Maio. Quintili. Octobri seruauit pristinum statum, quod satis pleno numero erant unius & triginta dierum. Habet itaque Ianuarius. Martius. Maius. Iulius. Augustus. 10 October. & December dies singulos, & tricenos. Aprilis uero. Iunius. September. Nouember tantum tricenos. Solus Februarius duodeviginti. Annum quidam à circũitu temporis appellatum putant, quia ueteres ante pro circũm ponere solebant. Cato. An terminum, hoc est circũm terminum. Alij ab annulo deductum, quod instar annuli in se redeat. unde est. Atque in se sua per uestigia uoluitur annus. Sed annulum ipsum à circũtu uocatum nemo est, qui ambigat. Cuius diminutiuum est anellus. Cicerone. Cuius imaginem non modo in tabulis nostris familiaris, sed etiam in poculis, et in anellis habebant. ite ab eo deducitur annulatus, quod est annulis plenus. et annularis. unde de annularis digitus, minimo proximus in manu sinistra, de quo supra diximus. Ab annus uero fit annuus, quod modo significat unius anni, sicut diurnus unius diei. unde spatium annum. spatium diurnum dicimus, modo singulis annis, sicut quotidianus, singulis diebus. Virgilius. Annua magna sacra referre Cere. Annua dixit, hoc est anniuersaria, quæ fiunt singulis annis. Nam & anniuersarium ab anno deducitur. item antona, quæ anni alimonia est, nec sola frumentaria, sed aliarum quoque rerum. Cicerone. Putaram antonam in macello cariorẽ fore. Hanc qui attentare & uexare maxime solent uel Lianus dardanari os uocat. item annarius. unde annaria lex dicebatur à uetribus ea, quæ finiebantur anni magistratus petendi. & anus (ut quidam putant) hoc est uetula ab annorum multitudine, quæ uis sint, qui à græco dicta malint, hoc est ab a priuatiua particula, & uis mens, uel sensus, quoniam iam sine mente, seu sine sensu sit. cuius diminutiuum est anicula, & ab hoc ueteres anatem dixerunt morbum uetularum, hoc est annuum, sicut senium morbum senum. Et annosus, quod significat uetustum, quasi multorum annorum. & annales, quos ita ab historia se parant, ut historia proprie sit earum rerum narratio, quibus generandis interfuerit is, qui eas narrat. Vñ nomen habet à τὸ ἰσπεῖν, quod est uidere. à quo historiographi historiarum scriptores appellati sunt. Annales uero cum res gestæ plurius annorum obseruato cuiusque anni ordine componuntur, sicut Ephemeris, siue Diarium dicitur, cum non per annos, sed per dies singulos res gestæ, uel ex pensæ scribuntur. Cornelius nepos in uita Titii Pompeij Attici, scimus non amplius, quam ternam illiam æris per æque in singulos menses ex Ephemeride eum expensum sumptus facere, atque hoc nõ auditum, sed cognitum prædicamus. Veruntamen generali historiæ uocabulo, tam annales quam Ephemerides, siue diaria, ut supra diximus, comprehenduntur. Annales maxime dicebantur à pontificibus maximis facti, quibus data potestas erat, memoriam rerum gestarum in tabulas referendi. item ab anno anniculus adiectiuum, quod significat unius anni. ut anniculus puer. annicula puella. anniculum iumentum. sicut bimus, duorum. trimus, trium. quatermus, quatuor annorum. quæ nomina etiam in animatis dare possumus, ut anniculum oleum. Bimum uinum. De pueris magis per diminutionem dicimus. ut bimulus. trimulus. à quibus bimatus. trimatus. quadrimatus deducuntur. Reperitur etiam apud iuriconsultos, quemadmodum superius ostendimus. bima. trima. quaterma die, pro tempore



duorum trium, quatuor annorum. Nam diem faeminino genere pro tempore usurpamus. Vnde Aconius Pedianus diculam scribit pro paruo tempore accipi, quod nostri temporis iurisconsulti parum intelligunt. item ab anno annuatim aduerbium, quod significat per singulos annos. item biennium. triennium. quadriennium. quinquennium. septennium. decennium, pro spatij tot annorum. item biennis. triennis. quadriennis. quinquennis. septennis. decennis, pro eo quod est tot annorum. a quo quidam Bidentes quoque quasi biennes dictas uolunt, ut supra ostendimus. item perennis per petuus, quasi omnium annorum. A quo perennitas, eternitas, et perenniter, eterne. et perennes uerbum, quod est. innum per ficio, et quasi perpetuum ago. Quippe et annare dicimus annum agere, quemadmodum perennare annos peragere. Vnde et anna perenna dicta est, quod illi mense Martio priuatum, et publice sacrificarent, quo eis annare, et perennare liceret, quae superstitio originem habuit, quasi ab annis anna uocaretur, quemadmodum in nostra religione diuam Lucam praesidere oculis uulgo existimant, quod a luce nomen habere uideatur. Anna Beli filia fuit soror Didonis, quae postquam mortuam sororem uidit, et Carthaginem ab Hierba genulorum rege occupatam relicta sede patria ad Battum regem, qui tum melitae insulae imperabat, cursum arripuit. A quo iure ueteris hospitij benigne suscepta, duos et ultra annos ibi mansit. Sed cum pygmaeonem fratrem iam cum armis aduentare Battus didicisset, ueritus potentiam illius Annam ut inde abiret, hortatus est. Mox igitur mare ingressa, dum Camerem nauigare contenderet, in tempestate aetate, in Laurentem oram peruenit, ubi iam Aeneas pacatis rebus, et ducta uxore Luuina imperabat. Hic tum forte solo Achaete comitatus in litore nudis pedibus deambulabat. Qui cum errantem Annam aspexisset, et uix sibi persuadere posset eam esse, tandem agnitam compellat. Timuit illa principio, sororis casum ante oculos ponens. postea uero ab illo benigne inuitate in regiam cum eo profecta est. Cui mox Luuina amorem coniugis suspectum habens, tendere insidias coepit. Sed Anna in somnis a Didone monita, ut infamam donum relinqueret, statim per fenestram exiit. cumque citato cursu ad Numicum amen: peruenisset, in eum se praecipitem dedit. Ortu deinde luce magno clamore eam queritantes per Laurentem agrum proficiuntur. Apparent uestigia pedum usque ad numicum amenem, ultra nihil uidetur. Quod dum admirandi se cum animi uolunt, ipsa loqui uisa est placidum nympha numiciae celebrariunt, eam pro dea uenerantes. quem ritum postea longissimo tempore seruauerunt. Sunt qui eandem lunam esse dicunt uocant Annam, quia annum mensibus impleat, alij themam, alij Io, alij unam ex Atlantibus, quae ioui uera praebuerit. nonnulli quo tempore plebs a patribus Romae in uenturum fecisset, uetulam quandam nomine annam oriundam bonis rusticis placentis detulisse plebi affirmant, cum comeatus eis omnino defecisset. Cuius beneficij memoria, secuta mox pace, statutum fuisse, ut nomen illius perpetuo coleretur. et anna penna uocaretur. Suetonius etiam perennare scripsit, pro eo quod est annum perficere. ideoque puella nata non peranna uir. item ab annus solenis, hoc est anniuersarius. Hinc solenne sacrificium. solenes aras. solenes caerimonias dicimus, quae sunt anniuersario sacrificio religiosa. item solenia sacra, quae certis ac statutis temporibus fiunt. Hinc solene aliquando pro celebri capimus. et solenitatem pro celebritate. et soleniter ad uerbum. pro celebriter. Veteres solenitus quoque pro soleniter scripserunt. Lucal. solenitusque eum laudet lubens. item ab annus quotannis, hoc est singulis annis. Quemadmodum a die

quotidie, hoc est singulis diebus. Mensis uero a graeco deducitur, quod est μην μηνός primus omnium mensium dies. Calendae uocantur ἀπὸ τοῦ καλλῶ, quod est uocō. Nam prius temporibus ante, quam facta a Cn. Flauio scriba inuitis patribus in omnium notitiam prodierunt, pontifici minori haec prouincia delegabatur, ut nouae lunae primū obseruaret aspectum, uisamque regi sacrificiolo nuntiaret. itaque sacrificio a rege et minore pontifice celebrato, idem pontifex calata. u. uocata in capitolium plebe, iuxta curiam calabram, quae caesa Romuli proxima erat, quot numero dies a Calendis ad nonas superessent, pronuntiabat, et quintanas quidem dicto quinquies uerbo καλλῶ. Septimanas uero septies repetito praedicabat. hinc ergo diem qui ex ijs diebus qui calantur primus esset, placuit Calendas uocari, et ipsa curia, ad quam uocabantur, Calabra nuncupata est. et classis dicta, quod omnis in eam populus uocaretur. et calatores serui, quia semper ad necessitatem seruitutis uocari possent, et paracletus a graecis dicitur, quod a nostris aduocatus. graeci Calendis cauent. Vnde factum est prouerbum. Ad Calendas graecas, cum aliquid nunquam futurum uolumus significare, quod ab Augusto institutum est, sicut ut erat faceto ingenio, cum aliquos non soluturos, quod debebant, existimabat, ad Calendas graecas soluturos aiebat. Dies qui ante Cal. est. hoc est ultimus dies antecedentis mensis pridie Cal. dicitur. Non autem secundo Calen. ut nonnulli falso existimant. Penultimus mensis tertio Calen. qui antecedit quarto. et in hunc modum caeteri usque ad Idus, ut puta ultimum Decembris diem pridie Calen. Ianuarias scribimus. Penultimum tertio Cal. Ianuarias. qui hunc antecedit, quarto Calen. Ianuarias, et in hunc modum alios usque ad quartum decimum decembris diem, quem XIX Cal. Ianua. scribimus. Ratio autem cur minor pontifex numerum dierum, qui ad nonas superesset, calando proderet haec erat, quod post nonam Luniam oportebat nonarum die populares, qui in agris erant, in urbem confluere ac cepturos causas feriarum a rege sacrorum, sacrosque quid esset eo mense faciendum. a quo nonnulli nonas dictas existimant, quasi nouae inuitis obseruationis, uel quod ab eo die ad Idus semper noue dies computantur. Habet autem nonas sex menses quatuor, Martius. Maius. Iulius. et October. Reliqui quatuor tantum Idus autem singuli quique menses habent octo, quod nomen a thuscis sumptum est. illi. n. item dicunt, quod significat Iouis fiducia. Nam cum iouē accipiamus pro lucis aurore, vnde lucretius a salij uocatur, et cretenses φῶσφορον uocant, hoc est luciferus. Romani quoque die spiritus quasi diei patre, optimo iure is dies ius, hoc est Iouis fiducia uocatur, cuius lux non finitur cum solis occasu, sed splendore diei, et noctis continuat, propter claritatem lunae, quod semper in plenilunio, hoc est medio mensis fieri solet. Alij existimant Idus, quasi iudus a uidendo dictas esse. u. l. i. tra. de. tra. cta, quod tunc plena luna uideatur. Vel a graeco εἶδεν, quod est uidere. Sunt etiam qui existimant Idus ἀπὸ τοῦ εἶδεν, hoc est a spece appellatas, quod eo die luna plenissima specie ostendat. Alij censent ab oue Idus dici, quae oibus Idibus Ioui imolatur. Hanc idulā thuscā noiant. Nonnulli opinantur Idus uocari quod is dies diuidat mensem. Quippe idiare ethrusca lingua diuidere est. Vnde uidua dicta, quasi a uiro diuisa. Hinc uiduare etiam pro priuare accipimus. Vnde uiduertis calamus appellata, quod uiduet bonis. A uiduo diuido per compositionē deducatur. ita. n. ueteres dicebant, quod nunc diuido dicimus. a quo diuiduū, quod non modo separabile significat, sed et se pati. Accus. Nosque ut seorsum diuiduos laeto offerres. Cuius contrarium est indiuiduū. a quo indiuidue aduerbiū. item a diuido diuisio, diuisibilis. indiuisibilis. diuisibiliter. indiuisibiliter. item diuidia, quod significat tedium. idem. Huius me diuidia cogit



plus, quam est par loqui. interdum etiam pro discordia accipi-  
tur. & diuidi cetera, que nunc caste illa uocari supra diximus, ex  
quibus a riuo communi aquam quisque in suum fundum di-  
cit item diuidium, quod pro dimidio accipitur, quod et ipsum  
dictum est, quasi diuidiu, siue (ut aliqui putant) a dimensione,  
siue a medio. Teren. diuidium face. Tertium decimum Decem-  
bris diem Idus Decembris dicimus, antecedentem pridie Idus  
alium tertio Idus. & eodem modo ad quintum eius mensis di-  
em hunc enim nonas uocamus, quartum pridie nonas. tertium  
Tertio nonas. secundum quarto nonas. & bi illud quoque ani-  
maduertendum est, quod dicimus Calen. Ianuarij, & Ianua-  
rias. Februarij, et Februarias. Martij, et Martias. Aprilis tan-  
tum, & non Aprilias. Maij & Maias. Iunij, & Iunias. Iulij  
& Iulias. & Quintilis. Augusti & Augustas. & Sextilis.  
Septembris. & Septembrias. & Septembres. Octobris &  
Octobrias. & Octobres. Nouembris Nouembrias & Nouē-  
bres. Decembris. & Decembrias. & Decembres. Item illud  
notandum quod dicimus tertio Calend. idus & nonas. Ter-  
tio Calendarum iduum & nonarum. item pridie Calendas  
& pridie Calendarum. Postridie Calendas, & postridie Ca-  
lendarum item tertio Calendas, & ad tertium Calendas.  
Quarto Calend. & ad quartum Calend. Hoc tamen interest  
inter tertio Calend. & ad tertium Calend. & similia, quia  
per tertio Calend. determinatus dies, & certus si significatur, qui  
est tertius, per illud uero, quod dicitur ad tertium Calend. non  
intelligimus ipsum tertium diem a Calend. nec aliquem tertium  
diem, sed diem aliquem illi propinquum, & perinde est  
dicere ad tertium Calend. ac si diceremus aracter tertium Ca-  
lend. potest tamen aliquando poni ad tertium Calend. pro ipso  
die tertio Calend. ut si dicam ab hoc die usque ad tertium Ca-  
lend. aut Idus. aut nonas, tres dies intersunt mensis in quatuor  
Hebdomadas diuiditur, quia latine dicitur Septimanæ possunt.  
Dicuntur tamen hebdomadæ non de diebus tantum, sed etiam  
de annis, & quibusdam rebus, que septenario numero com-  
prehenduntur. Gellius Tum ibi addit se quoque iam duode-  
cimam annorum hebdomadam ingressum esse, & ad eum di-  
em septuaginta librorum hebdomadas conscripsisse. Dies, qui  
septimanam constituent a septem planetis cognominati sunt.  
Primus septimanæ dies a sole dies solis, siue Phæbi dicitur. Se-  
cundus a Luna, lunæ. Tertius a Marte, Martis. Quartus a  
Mercurio, Mercurij. Quintus a Ioue, Iouis. Sextus a Venere,  
Veneris. Septimus a Saturno Saturni. Hunc tamen in præ-  
sentia mutato a iudæis uocabulo sabbatum uocamus, quod eis  
iudæi sacrum habeant, in quo conditor rerum mundi in crea-  
tione perfecta conquieuerit. Sabba enim arabum lingua my-  
sterium dicitur. a quo ipsi sabbata nominauerunt. A mense  
uero deducitur mensurius adiectum nomen, ut menstruum o-  
pus, hoc est opus unius mensis. item menstrua substantiuum nu-  
meri tantum pluralis, quod significat superfluum illum hu-  
morem que singulis mensibus mulieres, nisi grauidæ sint, emit-  
tunt, quo tempore marium cum his coitus exitiales sunt, atque  
pestiferi, præsertim in silente luna, cum purpuram quoque ab  
his polli tradunt. Quocumque autem tempore si nudatæ sege-  
tem ambiant, eruas, ac uermiculos, scarabæosque, ac noxia  
alia decidere. Tradunt in Cappadocia ob multitudinē cantha-  
ridum per media arua retectis super clunens uestibus incede-  
re solitas. Alibi nudis pedibus eunt capillo, ac cinctu disso-  
luto, sed cauendum, ne id oriente sole faciant. sic enim semen-  
tem constat crescere. Nouella uitis eius tactu in perpetuum læ-  
ditur. Tactis quoque aluearijs certum est a pers uisugere item li-  
na cum coquuntur, ni crescere. Aciem in cultrys tonsorum he-  
betari. Aes contactum graue uirus odoris, æruginemque accipe-

re. Equas si grauidæ sine tactu abortum pati, quin etiam aspe-  
ctu uel procul uisas, si purgatio illa post uirginitatem prima  
sit. Bitumen in iudæa nascens sola hac uis sponte separari, si-  
la uestis contactæ, ne igne quidem quo cuncta uincuntur, do-  
mari. Siquis eum cinerem lauandis uestibus aspergat, purpu-  
ras mutare, floribus colorem adimere, grauidam si supergre-  
diatur, abortum facere, aspectu solo specularum nitorem hebe-  
tari. Menses quoque pro mensuris frequentissime auctores  
ponunt plurali numero tantum. Plinius. Cuius semen mensis,  
& urinam ciet. idem. Menses sisti eo abo putant. A Calendis  
Calendarium dictum est, libellus, in quo quid singulis cuiusque  
mensis diebus gestum. accommodatum. mutatum. locatum sit,  
scribitur. Item dies festi, profestique, & ferie notantur. item Ca-  
lendaris iuno. Sic enim laurentes hanc deam appellarunt, quod  
sicut Idus omnes Ioui, ita omnes Calendæ Iunoni dicuntur esse  
sunt, propter quod omnibus Calendis a mense Martio ad Decē-  
brem huic Deæ supplicabant in curia Calabria, & regina sa-  
croorum. id est regis uxor poram, uel agnam in regia Iunoni  
immolabat. Hinc Ianus Iunoni cognominatus est quod illi  
deo omnis ingressus, huic Deæ cuncti Calendarum dies essent  
ascripti. Nam cum initia mensium ueteres ab ortu lunæ auspi-  
carentur, merito Iunoni addixerunt Calend. Lunam ac Iu-  
nonem eandem esse putantes, uel quia luna per aerem meat, cu-  
ius arbitra Iuno est. Vnde græci lunam artemen quasi aspō-  
ro uir nuncupauerunt, quod aera fecit. Erant autem Calen-  
dæ. nonæ. & Idus copulandis nuptijs religiosæ, hoc est deu-  
tæ dæ, quod hi dies præter nonas feriatæ essent. Ferijs autem uim  
cuiquam fieri nefas habebatur, ideo tunc uitabatur nuptiæ, in  
quibus uis fieri uirgini uideretur. Alij tradunt, quia ferijs ter-  
gere ueteres fossas lucret. nonas facere uis non esset, ideo magis  
uiduis quàm uirginibus idoneas fuisse ferias ad nubendum.  
Nonis uero ideo prohibetæ sunt nuptiæ, quia cum primus nu-  
ptiarum dies uerecundiæ detur, postridie uero nupta in domo  
uiri dominium incipiat, ideoque rem diuinam facere oporteat.  
Omnes autem postriduani dies, siue post Calendas, seu post no-  
nas ex æquo atri sint, ideo et nonas inhabiles, nuptijs esse exi-  
stimauerunt, ne nupta atro die uel libertatē auspicaretur uxo-  
riam, uel Dijs immolaret. Nonæ iulie caprotinæ dicuntur, sunt,  
cuius rei causam superius expressimus, Calendæ per K litera  
scribi usus obtinuit, cum ipsius deriuatis, cum aliquin hæc li-  
tera penitus superuacua uideatur. Virg. doctrina simul, uere-  
cundiæque insignis, cum sciret Romanos ueteres ad lunæ cur-  
sum. Sequentes uero ad solis anni tempora digressisse, utriusque  
seculi opinioni reuerentiam seruans. Vos (inquit) O clarissi-  
ma mundi lumina, Labentem coelo que duatis annum. Liber,  
& alma Ceres, Tam lunam, quam solem duces anni hac inuo-  
catione designans. Magis uero nō a magis deducitur, sed per-  
sicum uocabulum est, si significatque sapientem. Sic enim Persæ  
magos uocant, ut græci philosophos. Latini sapientes. Galli  
dryudas. ægyptij prophetas, Indi gymnosophistas. & Assy-  
rij chaldæos, a chaldæa regione asiæ, in qua est Babilō urbs.  
A quo chaldæicus. Hi omnes syderum obseruatis rationibus  
prædicere futura solebant. Sed magis potissimum apud Persas  
deorum cultui uocabant, præcis illis, ac uota, & sacrificia offe-  
rebant, de deorum substantia, & generatione diserebant, si-  
gna, statuasque reprehendebant. improbabant illorum erro-  
res, qui discerni deos sexu, & mareis, feminasque inter  
eos esse affirmabant, dicebant rerum omnium, totiusque or-  
bis imperium penes deos esse, aerem plenum esse demoni-  
bus. Auri cultum, usumque prohibebant, gerebant candidas ue-  
stes. Lectum terram habebant. Solo pane, oleoque, et caseo ue-  
sebatur. harūdinem pro baculo gerebat. Duo apud eos prin-



capia erant, bonus demon, & malus. ille Iupiter erat quē ho-  
romasdem uocabant. hic Pluto, quem nominabant Arimani-  
um. Sed postea in tantum uicta est magorum uanitas, ut non  
solum observatione syderum fictura praedicere, sed artibus qui-  
busdam, & rerum, & uerborum maleficia, et scire se omnia,  
& facere posse profiterentur. Ab ijs incantamenta reperta. ab  
ijs necromantia inuenta, hoc est diuinitio, quae fit per cidaue-  
ra, ut mortuus apud Lucanum suscitatus euentum belli Phar-  
salia Sexto Pompeio praedixit. & pyromantia diuinitio, quae  
fit per ignem, dum attendimus, quid fulgur, quid fulmen, quod  
alia quaeuis ignea potestas signi facit. Aeromantia, quae fit per  
aerem, ut pote per auium uolantem. gustum. cantum uel uen-  
torum. imbrium. grandinumque insuetas procellas, ut M. At-  
tilio, & C. Portio consulibus lac, & sanguinem pluuisse comper-  
tum est, quod significat anno sequenti ingentem pestilentiam ur-  
bem Romam inuasuram. Hydromantia, quae fit ex aqua, quae  
admodum Varro prodidit, puerum uidisse in aqua effigiem  
Mercurij, quae centum quinquaginta uersibus omnem muthri-  
daticae belli euentum pronuntiavit. Geomantia diuinitio, quae  
fit per signa quaedam tumultuarie in terra facta, siue per spar-  
sas arenulas aut terrarum hiatus. Chiromantia diuinitio, quae  
fit per inspectionem linearum, quibus hominum manus diui-  
duntur. Iuuue. Frontemque, manumque praebet nati. Hinc pra-  
eterea aruspices. extispices. Augures fluxere, de quibus alibi di-  
ctum est. Hinc qui ex speculorum inspectione occultis, siue fu-  
tura nuntiant. Hinc phytionia, qui & erithi dicuntur, hoc est  
deo pleni, qui a pollinis spiritu repleti oracula praebent. Hic  
mathematici, quos gentilitio uocabulo chaldaeos dicere oportet.  
Iuuena. Nemo mathematicus genium indēnatus habebit.  
Proprie tamen mathematici dicuntur qui mathematicae, siue ma-  
thematicas disciplinas profitentur, quae sunt arithmeticae. geo-  
metria. musica. et astrologia. haec enim proprie mathematica, hoc  
est disciplinae dicuntur, quia certiores alijs sunt. Sed quoniam  
hi quoque in nimiam uanitatem prouecti sunt praedicendi futu-  
ra, siue etiam praeterita incognita. Mathematicorum quoque no-  
men tanquam damnabile explosum est, & pro ijs usurpatum,  
qui diuinationem profitentur & sortilegi, qui per sortes futura  
pronuntiant. item qui aliquid eligunt per sortem. unde & sor-  
tilegium dicitur. Sortem enim fortunam alicuius rei euentum di-  
cunt. A quo fit uerbum sortior, quod est sortes facio. siue sortes  
recipio seu per sortem aliquid decerno, uel eligo. Capitur ta-  
men aliquando fors pro fati necessitate. Virgilius. Hic exitus  
illum sorte tulit. Aliquando pro iudicio. idē. Nec uero haec sine  
sorte datae, sine iudice sedes. tractum a more Romano. Non  
enim audiebantur causae nisi per sortem ordinatae. Nam quo-  
tempore causae agebantur conueniebant omnes, & ex sorte die-  
rum ordinem accipiebant, ut puta quod post triginta dies cau-  
sas suas exequerentur. Fors etiam pro patrimonio accipitur. Vn-  
de consortes & consortia dicuntur. Fors etiam ipsa summa est,  
cui extrinsecus acquiritur faenus. Terentius. Etiam de sorte uenio  
in dubium, hoc est de pretio quo emptae erat fiducia. A ma-  
gicam magica dicta ars ipsa. & magicus. unde magicas artes dici-  
mus. & magicas herbas, quibus magorum uanitas gloriatur,  
ut est Aethiops, qua amnes, ac stagna sicari affirmant, et ta-  
ctus eius clausa omnia aperiri, & Achemenides qua coniecta  
in aciem hostium trepidare omnia, ac terga uertere. Latiae da-  
ri solita a Persarum rege legatis, ut quocumque uenissent rerum  
omnium copia abundarent. Mirum certe foret in tantam cre-  
dulitatem ex tam salubribus inuitis euecta humana ingenia  
fuisse, si in aliqua re seruare modum nouissent. Sed haec est in  
omni re ingenij humani conditio, ut a necessarijs orsa primum  
cuncta ueniant ad nimium. Magiam a Zoroastre persae pri-

num inuentam affirmant, quem sex millibus annorum fuisse  
ante Platonis mortem Eudoxi testimonio Plyn. affirmat. Cir-  
caen magiam fuisse ostendit Virgilius. Carminibus Circae so-  
cios mutauit Vlyssis. & messes in alios a gros hac arte traduci  
posse, Atque satas alio uidi traducere messes. Quinetiam elemē-  
ta quoque concuti, turbare hominum mentes, & saepe sine ullo ue-  
neni haustu uolentia tantum carminis interitum homines exi-  
stimauere. Luca. Mens hausti nulla sanie polluta ueneni incan-  
tata perit. Vir. Carmina uel caelo possunt deducere luna. idē.  
10 Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Ouid.  
Carmine lasa Ceres sterilem uanescat in herbam.  
Deficiunt lasi carmine fontis aquae.  
Ilicibus glandes, cantataque uitis uua  
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.  
Et in duodecim tabulis scriptum fuisse constat. Qui fruges ex  
cantasset. item. Qui malum carmen incantasset. item Ne ue alie  
nam segetem pelle xeris. Tibul. de muliere maga.  
Hanc ego de caelo ducentem sydera uidi.  
Fulminis haec rapidi carmine uertit iter,  
20 Haec canu finditque; solum, manerisque; sepulchris  
Elicet, & tepido deuocat ossa rogo,  
Cum libet haec tristi depellit nubila caelo,  
Cum libet, aestiuo conuocat orbe niuers. Oui. de Medea.  
Cum uolui ripis mirantibus amnes.  
In fontis rediere suos, concussaque; sisto,  
Stantia concutio canu freta. nubila pello.  
Nubilaque; induco uentos abi quoque; uocoque;  
Viuoque; saxa sua, conuulsaque; robora terra.  
Et syluas moueo, iubeoque; tremescere montes.  
30 Et mugire solum, manerisque; exire sepulchris,  
Te quoque; luna traho. Aristoteles ueritatis indagator, &  
ea tantum credens quae uel comprehendi sensu, uel probari ra-  
tionibus possint, haec omnia irridet, falsaque; esse existimat &  
Zoroastrem, quem huius artis inuentorem fuisse nulguis existi-  
mat, & interpretatione nominis ipsius astrorum fuisse calo-  
rem affirmat. Plynus quoque; artem hanc magicam omnium ar-  
tium fraudolentissimam esse asserit, miraturque; quomodo in to-  
to terrarum orbe plurimis seculis ualuerit, idque; ob eam cau-  
sam putat accidisse, quod sola artium tres alias imperioussis-  
mas humanae mentis complexa in se unam redegerit. Qui ppe  
40 natam primo a medicina nemo dubitauit, ac specie salutariter  
repperisse uelut altiore, sanctioreque; quam medicinam. ita blan-  
dissimis, desideratissimisque; promissis addidisse uires religio-  
nis, ad quam maxime alligatur genus humanum. post haec mi-  
scuisse mathematicas artes nullo non audio de se futura scien-  
di, atque; ea e caelo uerissime peti credenti, ita possessis hominum  
sensibus triplici uinculo in tantum fasti gyi adoleuisse, ut in ma-  
gna humanarum gentium parte praualuerit. Thessalam ue-  
ro in primis huius ueneficij infamē fuisse constat, propter quod  
50 Menander poeta illis in locis genitus fabulam ambages mulie-  
rum lunam detrahentium complexa Thessalam cognomina-  
uit. Xersem quoque; Persarum regem in ea scientia uersatum fuisse  
se nonnulli prodiderunt ut falsa de se opinione in sui admiratio-  
nem multitudinem traheret. ORE. De tribus totum pro par-  
te. Os proprie est concauum illud in capite, intra quod sunt lin-  
gua et dentes. Plyn. Continui dentes, aut utraque; parte oris sunt, ut  
equo, aut si piore primores non sunt, ut bobus. ouibus, oibusque;  
quae ruminant. Aliquando tamen os ponitur pro facie. Virg.  
60 Os, humerosque; deosimilis, & de brutis etiam dicitur. idē. Ora a  
tatorum dextra detorsit equorum. item quicquid in aliqua re pa-  
tet, os dici potest. idem. Quis si quis ferro ponit resandere sum-  
mum ulcers os. Ab hoc per diminutionem osculi dictum, hoc  
est partium



est paruum os. Ovi. Videt oscula quae non est uidisse satis. po-  
 nunt tamen frequenter osculum pro basio, quoniam basiendo  
 os coarctamus atq; minuiimus, & quasi ex ore osculum faci-  
 mus. a quo osculor uerbu. & osculator. & osculatio. & ex-  
 osculor. atq; exosculatio. sicut a basium basio. basiator. & ba-  
 siatio. A suauium suauio. suauiator. & suauatio. & dissua-  
 uio. dissuauiator. & dissuauatio. Quidam haec ita distinguunt,  
 ut osculum officij sit, ut cum e' longinquo redeuntes saluta-  
 mus, atq; osculamur. Basium pudicorum, ut patris in filium.  
 suauium uoluptatis, quod est a suauitate dictum. suauie enim  
 dulca dicimus. a quo suauitas. dulcedo. a quo & suauitudo a  
 ueteribus dicta est. Plau. Cor. mens. spes mea. mel meum. suau-  
 itudo mea. abus. graduum. quorum contraria sunt i suauie, hoc  
 est asperum. austerum. insuauitas. insuauitudo. & ab ijs ad-  
 uerbia fiunt suauiter. & insuauiter. Item suauis, & insuauis.  
 Virg. Et suauis rubens hyacinthus. Quidam etiam e ueteri-  
 bus suauiloquium, & suauiloquium usurpauerunt. Item osculo  
 pro osculor scripsere. Titinius. illa rubra laudo, quod oscula  
 ni priuigna caput. Ab osculum fit aliud diminutiuum oscu-  
 lum, de quo supra diximus. Item ab os fit ostium, per quod in-  
 gredimur, uel domum, uel alium quencunq; locu. a quo ostio-  
 lum, paruum ostium. & ostiarius, ostij custos. Cuius faemini-  
 num est ostiaria. & ostiatim per singula ostia. Quinil. Neq;  
 sectanda singula, & uelut ostiatim pulsanda, & ostia ditta-  
 xat plurali numero flumiorum parentes aditus. Virg. Italiã  
 contra, Tyberinaq; longe ostia. a quo ostia Colonia a Roma-  
 no rege deducta, quod id oppidum situm sit in ostijs tyberinis.  
 unde ostiensis dicti. & ostiensis ager. & portus ostiensis. Ali-  
 quando tamen ostia pro portu accipimus. Virg. aut portum te-  
 net, aut pleno subit ostia uelo. Sunt etiam qui ostium ab ob-  
 stando dictum putent, quod ab eo arcamur ingressu. praeterea  
 ostendo cum eius deriuatiuis. & ostio ostiatio. ostedo, de qui-  
 bus superius late differimus. Item oro, quasi ore ago. Est au-  
 tem orare, quando cu' homine, seu deo iungitur precari. Virg.  
 Talibus orantem dictis, aramq; tenentem. Cic. Nunc te pe-  
 tuam pietatem oro, atq; obtestor. Quando uero cum re, signifi-  
 cat petere. Virg. Vnu oro, quando hic i ferui ianua ditis. Plau.  
 Regem adit, uitam orat. V eteres etiam orare pro agere usur-  
 parunt. Vnde oratores: causarum actores dicti, quos graeci  
*protopos*, hoc est rhetores uocant. Nos autem oratorem, rheto-  
 rem, ac deo lamatorem ita distinguimus, ut orator sit, qui in ius  
 decij, uel in concionibus causas agit. Rhetor qui rhetoricen pro-  
 fectur. declamator, qui aut docendi alios, aut exercendi se gra-  
 tia fictam causam agit, ut in ueris postea causis possit orare,  
 quod declamare dicitur. Hinc actiones ipsae orationes & de-  
 clamationes uocantur. Aliquando tamen rhetor pro oratore po-  
 nitur. Ci. Haec cum Cotta dixisset, Tum Velleius, Ego inquit i  
 cius, qui cum Academio, & eodem rhetore congredi cona-  
 tus sum. Nam neq; indisertum academicu' pertinuissem, neq;  
 sine ista philosophia rhetorem quamuis eloquentem. Vnde fit  
 rhetorissio uerbum, qd est rhetorice loquor. Pompo. Dolasti uxo-  
 rem, nunc propter me cupis condicere, & rhetorissas. rhetori-  
 cis uero modo pro rhetore, modo pro oratore potitur, diciturq;  
 haec omnia a graecis, apud quos *protopos* rhetor, *protopi-  
 nos* rhetoricius. *protopinon* rhetorice dicitur. Item orato-  
 res legenti dicunt, quod principis aut reip. mandata peragunt.  
 Virg. Centum oratores prima de gente latina ire placet. Item  
 quicunq; aliquid rogat, orator dici potest. cuius faemininum est  
 oratrix. Orationem etiam pro sermone aliquando accipimus.  
 & grammatica orationem uocant congruam dictionum ordi-  
 nationem, quae perfectam sententiam habeat. Ab oratio fit di-  
 minutiuum oratiuncula. Item ab oro peroro, quod est oratio

nem concludo. a quo peroratio. conclusio. in qua significatio-  
 ne quidam etiam deoro usurparunt. & deoratum pro perora-  
 to scripsere (ut Pompeius testatur). & exoro impetro. Vnde  
 exoratio. impetratio. & exoratus dicitur, a quo quid impe-  
 tratam est. Item adoro, quod est ueneror. colo. licet mente poti-  
 us, quam sermone adoratio fiat. Aliqui tamen ab adoro poti-  
 us factum hoc uerbum uolunt. Praeterea oraculum, quod mo-  
 do templum significat, in quo rogantur, daturq; responsa. Mo-  
 do ipsum responsum. Virg. Satantum oracula phoebi mittimus.  
 Seneca. Vnum illud optimum oraculum est, pugandum esse  
 pro patria. Ab oratore uero oratorius adiectiuum deducitur,  
 ut oratorius sermo. oratoria facultas. oratori munus. & ora-  
 torie aduerbium. hoc est more oratorio. & Horatius propri-  
 um nomen, quamuis inualuit consuetudo, ut cum aspiratione  
 scribatur. Poeta fuit Venustinus Lyricoru' scriptor, de quo ali-  
 bi scripsimus. Mortuus est anno aetatis suae sexagesimo tertio i-  
 perij Augusti trigesimo tertio. Augustum reliquit haeredem, ma-  
 xima pompa a pud Maecenatem in Esquilij se pulsus. Item ab  
 ore secundum quosdam ordior. Ordiri enim proprie est fieri  
 incipere. Virg. Veneris contra sic filius orsus. Vnde exordi-  
 um principium orationis. a quo exordior uerbum. ponitur ta-  
 men simpliciter pro incipere. Aaius. Non paruum re ordior,  
 ne retice obsecro. Vnde & uesius exordiri dicitur, cum instrui-  
 tur detexenda. A quo exordium principium. Virg. Quo na  
 regnam ambire surrentem audeat affatu, quae prima exordia  
 sumat. Hinc redordior, quod est rursus incipio. & subordior  
 incipio. V eteres etiam ordio scripsere. A fra. Aspecta tamen,  
 animo me ordire oportet paulu'. Orsum tamen aliquando poe-  
 ta pro eo, qui finit abusive posuerunt. Virg. Sic iupiter orsus.  
 A quo aborsus fit, de quo paulo post dicemus. Item ab ore ordi-  
 no, hoc est dispo no quasi ore pronuntio, qui cuiq; locus esse de-  
 beat. a quo ordo, dispositio. gradus. & ordinarium, in quo  
 ordo seruatur. Extraordinarium, quod fit extra ordinem. Or-  
 dinate aduerbium, hoc est seruato ordine. Ordinator. ordina-  
 tio. praerordino, hoc est ante ordino. a quo praordinator. &  
 praerordinatio. Item ordinarie. & extraordinarie aduerbia.  
 Item ordinarius homo scurras, & improbus, quiq; assidue in  
 litibus moratur, ob eamq; causam in ordine stat praetorem ad-  
 euntium, siue per contrarietatem ita dictus, quia minime or-  
 dinate uiuit. Ordesius autem nomen proprium est fluminis  
 omnium scythiae fluminum maximu, qui ab oriente profluit,  
 misceturq; cum istro. Item ab ore orea, hoc est freni, quod ori  
 inserantur. Et omen, quasi oremen, de quo supra diximus. a  
 quo ominusus. & orarium, indumentum quo nostrae religio-  
 nis sacerdotes utuntur, quod cum eo orent, & sacrificium faci-  
 ant. & orificium, quod in quacunq; re patet. & orior, nascor,  
 quasi ex ore prodeco. interdum etiam surgo, prodeco. Vnde ori-  
 ri solem dicimus. a quo ortus, quod cum adiectiuum est signi-  
 ficat modo qui surrexit aut prodijt, ut sol ortus est, modo na-  
 tus ut Pompeius Romae ortus est. & oriundus, quod non signi-  
 ficat natus, sed qui origine ducit, quod ex eo loco parentes eius  
 fuerunt. Lilius. Nati carthagine, sed oriundi a Syracis.  
 Idem. Ab Vlysse, deaq; Circe oriundus. Cum uero ortus sub-  
 stantiuum est, modo natiuitatem significat. Ci. non nobis so-  
 lum nati sumus, ortusq; nostri partem patria uendicat, partem  
 amica. Modo surrectionem, ut ortus solis. Modo locum in quo  
 surgit. Vnde ab ortu solis dicimus usq; ad occasum. Item ab ori-  
 or origo, quod genus significat. a quo originalis adiectiuum  
 deriuatur, ut originalis decur. originalis macula. originale de-  
 lictum. et originarius eiusdem significationis. Item adior, hoc  
 est aggredior. adorius enim is dicitur, qui repente aliquem in-  
 uadit ab eo, quod corpora aggrediendum exurgunt, atq; incre-



scant. Terent. Hicine si in ueris nuptiis adortus esset. Oborior, & suborior eiusdem ferè significationis, hoc è subnasor, exurgo. Vt oboxia est nox, suboritus est rumor. Perorior similiter, atq; exorior. Aborior, quod est abortiuum facio. V ar. Vinum quod ibi natum sit in quodam loco, si prægnans biberit, fieri ut abortiatur. Hinc arborignes, quasi sine origine dicti gens antiquissima, quæ prima tenuit agrum, qui nunc est populi romani. possunt tamen & aliarum urbium eodem modo aborigines dici. & abortus atq; abortiuus deducuntur. Reperitur etiam aborsus quæ quidam ita distinguunt, ut aborsus sit quod in primis mensibus fit, cum conceptus exordium factum est. Non ab abortiendo, sed ab abordiando dictus. Abortus uero propè tempus pariendi. Abortiuus autem adiectiuum sit, ut abortiuus factus. Item coorior, quod est simul orior. Luitum uero coorto tumultu terga uertere simulantes paululum cessere. Item ab orior hortus, quod apud ueteres omnem uillæ, ut supra diximus significabat, quod ibi qui arma sumere possent, orirentur. aspiratur autem ut ab ortus, quod naturam significat, discernatur. Item ab oro hortor, quod nihil aliud è, quam ore suadeo. In hoc enim differt à moneo, quod moneo auctoritate, atq; consilio hortamur rationibus, & precibus etiam plerumq; blandiendo. Teren. Ego propterea te sedulo & moneo, & hortor, ne cuiusquam te misereat. Ab hoc fit hortatio. & Hortensius proprium nomen fuit hic Romæ orator insignis & princeps in dicendo longo tempore habitus, ænulus Ciceronis, & quædium uixit secundus. & abhortor. exhortor. subhortor eiusdem significationis. à quibus abhortatio. exhortatio. subhortatio deducuntur. & dehortor, quod est dissuadeo. à quo dehortatio. & cohortor, simul hortor. à quo cohortatio. Hinc etiam cohors uocata est, quod uel tribuni cohortium milites, uel ipsi se inuicem cohortari soleant ad se in remilitari exercendum. Erant autem in una legione cohortes decem. aliquando etiam si ita usus exigeret plures, nūquam pauciores. Prima cohors reliquas & numero militum, & dignitate antecedebat. V iros requirebat genere. literis. animi magnitudine præstantes. Huic tribunus præerat. robore. moribus, & rei militaris scientia præditus. Nam reliquæ cohortes prout imperatori placebat à tribunis, siue præfectis gubernabatur, quibus tantæ exercendorum militum cura erat, ut non modo tribuni ipsi, atq; præfecti quotidie ante oculos suos meditari eos cogere, sed qui inter eos peritiores erant ad imitationem sui cæteros hortarentur. Prima cohors aquilam tenebat, quod præcipuum signum erat in Romano exercitu. quod tu quoq; FEDERICE Imperator facis, ita signorum romanu imperij æmulus, ut uirtutis & gloriæ. Habebat præterea imperatorum imagines, & mille centumquinque pedibus constabat, equitibus loriceis centum quadraginta duobus. ideoq; cohors milliaria appellabatur. Sicut secunda cohors gentaria, quod quingentos quinquaginta quinque pedes haberet, equites sexaginta sex. A prima autem cohorte aspirari aciem mos erat. Tertia cohors eodem modo quingentos quinquaginta quinque pedes habebat. equites uero quinquaginta sex. sed in hac ualidiores milites constituebantur, quia in media acie consistebat. Cohors quarta pedibus quingentis quinquaginta quinque, equitibus sexaginta sex constabat. Quinta eodem numero, sed strenuos desiderabat milites, quia sicut prima in dextro, ita quinta in sinistro cornu constituebatur. quippe cohortes quinque primam aciem instruebant. Sexta etiam cohors partem superiori militum numerum habebat. sed in ea robusti quoq; & iuniores collocabantur, quia in secunda acie post aquilam, & imperatorum imagines locum sortiebatur. Septimæ atq; octauæ cohorti idem militum numerus erat. Sed octauæ

præstantiores, quia in secunda acie medium locum tenebat. Item nona & decima æqualem bellatorum habebat numerum. Sed decima robur atq; experientiam exigebat, quia in secunda acie sinistrum possidebat cornu. Sic legio decem cohortibus firmabatur, habebatq; pedum sex millia centum. Equites septingentor. triginta. A bellatarum cohortium similitudine omnis multitudo cohors dici potest. Vnde & quadrupedum, & auium, & piscium cohortes dicimus. Hinc cohortem uocamus spatium uillarum intra maceriam, quod in ijs anserum. gallinarum, & aliorum huiusmodi cohortes alantur. Frequētius tamen cortes dicuntur. Martialis. Vagatur omnis turba sordida cortex. Ouidius. Absulerat multas illa cohortis aues. Ab hortatio hortatiuncula deducitur. Scribi autem cum aspiratione hortor affirmans, ut ab ortor, quod frequentatuum est huius uerbi orior, differe uideatur. OS uero quando in genitiuo ossis facit, solidamentum corporis significat, quod nodatum, & adiunctum inuicem nervus alligauit natura, atq; constrinxit. Ab eo ossus, quod ex osse est. & exosso uerbum, quod est ossa detraho. Apu. Exquamatus, atq; exossans piscis uix palpitat amplius, & exos sine osse. Lual Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus. & ossiculum paruum os. à quo ossiculatum, hoc est minutum. Cæali. Ossiculatum Parmenonem de uia licet legunt. & ossifragi genus aquile ab ossibus frangendis, quæ barbata uocatur, de qua inferius dicemus. & ossilegus, ossium collector. à quo ossilegium, collectio ossium. os à græco deducitur. quippe græci ὄσων uocant. & ὄσων ὄσων ossifragum, ὄσων ὄσων ossilegium. A V S V S. Temere præsumens. Audere enim aliquando est fidem esse. Plau. Vix domo egressi audet. aliquando temere præsumere. Virgilius. Hæc præmia qui me ferro ausi tentare ferunt. Hinc audacia aliquando pro fiducia accipitur. Cicer. Nec uires eis. nec audacia. nec tela desistere. Aliquando pro temeritate. Sallustius. Audacia pro muro habetur. Item audax modo fidens. Virgilius, quique pedum curso ualet, & qui uiribus audax, modo temerarius. Plautus. Perge audax hoc facinus persequi? Quidam audaciam ab audentia ita distinguunt, ut audacia temeritas sit. Audentia fortitudo. Virgilius. Audentes fortuna iuuat. Ab audax fit diminutiuum audaculus. Cel. Aderat reprehensor audaculus uerborum. & audacter aduerbium, quod & audenter. Item audacior. audacissimus. audacius. audacissime. Quidam audacem à græco deductum putant. Quippe græci αὐδαίμων temeritate uocant. & αὐδαίμων temerarium. CONTEMERARE. Fœdere. contaminare. polluere. V eteres temetum uinum uocabant, quod esset grauius. Vnde temulenti ebrii dicuntur. & temulentia ebrietas. Ab hoc quidem temere deductum uolunt, quod significat stulte. inconsiderate. qualis est conditio ebriorum, qui nec timent quicquam, nec quid faciant, uident. Ab hoc fit temerarius hoc est audax. & temeritas audacia. & temero, quod est scelerato, contumino. à quo contemero. Temerarium tamen aliquando pro metuendum accipitur. Plautus. Sed quid quod pious ulmum tundit, haud temerarium est. Temere omnes, qui post Ciceronem fuisse pro fere uisunt. Quintilianus. Illud ingeniorum uelut præcox genus, non temere unquam peruenit ad frugem. V eteres temeritudinem, pro temeritate scribere. Pacui. Egoni Tyranni non noui temeritudinem. A temere siue temeritas fit temero uerbum, quod est uiolo. contumino. & proprie de sacris dicitur. Vnde temerata sacra dicimus, cum turbata sunt, nec rite facta, & è contrario intemerata, quæ rite perfecta sunt, ut cum lente infundendum fuit uinum, aut mola iniicienda, ita hæc facta sint ut ratio exigebat sacrificij. per metaphoram tamen intemeratum dicimus



tum dicimus quicquid integrum, & incorruptum atque inuio-  
lacum est. Virg. Intemerata fides. Sunt qui temerarium non  
a temeto, sed a temno uerbum deriuari potius uelint, quasi te-  
narium, quod omnia contemnat. Temnere enim spernere est,  
dictum a graeco *τεμνω*, quod est inado. refeco, quia quae  
spernuntur amputare, & refecere consueuimus. Virg. Discite  
iustitiam moniti & non temnere diuos. Ab hoc fit contemno,  
quod similiter significat sperno. despicio. Quidam tamen haec  
ita distinguunt, ut despiciere grauius sit, quam contemnere. Ci-  
cer. Quaeque contempserit. despexerit. liberum esse nunquam  
dixerit. Item spreus sit, qui resuscitatus est. Contemptus uero qui  
est reputatus inutilis. Teren. Quot modis contemptus. spreus.  
facta tr. ins. facta omnia. A contemno fit contempto frequen-  
tatiuum. Plau. Mirari noli, neque me contemptrari. & contem-  
ptus quartae declinationis, quod despectionem significat. &  
contempubilis, hoc est contemnendus. & contemp. coteptim,  
ac contempubiler aduerbia. Quidam etiam contempubilita-  
tem pro desipientia usurpant. SED. Veritatem. Sed  
aliquando inceptiua conuulsiua est. Teren. Sed Panphilum ui-  
deo. Modo transitum significat ad aliam rem. Idem. Sed quis  
est senex. Aliquando discretiua. Plau. Hunc ego non sapien-  
tem, sed stultum puto. Nonnunquam exceptiua. Cic. Multa  
quidem passus sum, sed omnia aequo animo tuli. in quem sen-  
sum capiuntur etiam. sed tamen. ueritatem. ueritatem uero. ue-  
teres aliquando sed pro sine posuerunt. **PERSOLUIT**  
**POENAS.** Dedit poenas. Tractum a penis pecuniarijs,  
quibus pecunia soluebatur. Soluere proprie religere est. Virg.  
Solute me pueri. Idem. Solute crinales uittas, capite orgia me-  
cum. Sed quoniam qui debent quodammodo obligati sunt cre-  
ditori, soluere etiam pro debitum reddere usurpamus. Sallu.  
Argentum aere solutum. Cic. pro quo frumeto pecunia omnis  
soluta non est. Hinc per metaphoram solutionis uocabulum (ut  
Paulus iurisconsultus inquit). Ad omnem liberationem quo-  
modo factam tranfertur, magisque ad substantiam obligati-  
onis, quam ad numerorum solutionem. unde soluere pro sa-  
tisficere usurpamus. Vlpia. Eum enim soluisse dicimus, quod  
id fecit, quod facere promissit. interdum etiam pro dimittere. Virg.  
Solve mares, mitte in uenerem pecunia primus. interdum pro  
liberare. Idem. Solute corda metu tueri. unde solutus risus di-  
citur magnum, & a caris omnibus liber. Idem. Risi quod soluto.  
Nonnunquam pro contemnere. Idem. Soluteque pudorem. Ali-  
quoties pro exapere. Idem. Nec populos soluo. Ab hoc compo-  
siti sunt persoluo, quod est in totum & perfecte soluo. unde  
de notis proprie dicitur. Virg. Hanc tibi Eryx meliorem ani-  
mam pro morte Dareis persoluo. absoluo. libero. a quo abso-  
lutio. Exoluo idem quod soluo. a quo exoluta a ueteribus ex-  
miae dicitur. Persoluo, ante tempus soluo. Dissoluo. discingo. re-  
ligo. libero. unde dissolutus dicimus, qui moribus, legibusque so-  
luta luxum uitae sequuntur, quos graeci *ἀσώτους*, hoc est  
incontinentes uocant, quo uerbo Cicero quoque, & plerique alij ex  
Latinis usi sunt. Martia. Viuis a fotos, hoc est lasciuie incontinen-  
ter. dissolute. Hos etiam solutos dicimus. Quidam etiam asotiam  
pro incontinentia, & luxu usurpant. Gellius. Cedere eg-  
dem uobis debui, ut in tali a fotia. id est luxu, prodigalitate atque  
nequitia artum nos uinceretis. & solute aduerbium, quod la-  
sciuie & incontinenter significat. A dissoluo etiam fit dissolu-  
bilis. & dissolubiler, quorum contraria sunt indissolubilis.  
& indissolubiler. **DIGNAS TANTO CRIMI-  
NE.** Quales tantum crimen merebatur. Dignum enim di-  
cimus, quod meretur ut dignum praemio, dignum laude. dignum  
flagris. dignum castigatione, hoc est quod meretur praemium.  
meretur laudem. meretur flagra. meretur castigationem. di-

ctum a graeco *δύω*, quod est demonstro, praeme fero,  
quoniam ex ijs, quae gerimus, quae mereamur ostendimus. Eius  
contrarium est indignum. Martia. Indignas premeret pestis  
cum tabida fauces, hoc est quae talem morbum non mereban-  
tur. Idem. Digna tuo cur sis, indignaque nomine dicam, hoc est  
dicam cur merearis, & non merearis hoc nomen. Quidam  
tamen dignum a dignoscendo potius dictum uolunt, quasi co-  
gnitum. A dignus fit digno uerbum, quod est dignum puto.  
Pacu. Quis deos infernos quibus caelestis, dignet honoribus?  
Eius passiuum est dignor, hoc est dignus habeor. Virg. Con-  
iugio Anchisa ueneris dignate superbo. Macro. Cato ait La-  
rentiam meretricio quae sita loci plestatam post excessum suum  
populo romano a gros reliquisse, & ideo se pulchri magnificen-  
tia, & annuae parentationis honore dignatam. Frequentius ta-  
men in usu est dignor deponens, pro dignum habeo, quam di-  
gno actiuum. Virg. atque idem fugientem haud est dignatus He-  
rodem sternere. Idem. Haud equidem tali me dignor honore.  
Ab indignus uero fit indignor, quod est irascor, quasi ea pa-  
tiens, quibus non sum dignus. A dignus fit dignitas. & digna-  
tio, quod proprie significat honorem nobis, propter merita, uel  
impensum, uel debitum. Gellius. Cuius dignitas nec augeri lau-  
dibus, nec minui detractionibus potest. ponitur tamen frequen-  
ter pro decore, ut cum dicimus dignitatem oris, dignitatem ha-  
bitus, & similia. Haec ita a uenustate discernitur, ut dignitas  
uiris, & uenustas faeminis sit attributa. Cicero. Uenustatem mu-  
liorem dicere debemus. dignitatem uirilem. Ab indignus fit  
indignitas, hoc est id quod iniuste patimur. Idem indecentia,  
ut indignitas oris. indignitas habitus. & indignatio, hoc est  
ira. & indignabundus, irascens. Item a dignus fit igne aduer-  
bium, hoc est pro meritis. Ab indignus indigni propter merita.  
Oui. Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est. Quae  
uenit idigne poena dolenda uenit. Quidam etiam pro digno  
condignum usurpant. & dignanter pro eo, quod est secundum  
merita, & indignanter per indignationem. & dedigno, ac de-  
dignor, quae significant indignum habeo. contemno. **CRIMINE.**  
Delicto. Crimen proprie significat id quod per con-  
tentionem alicui obicitur. Unde criminare est accusare, siue co-  
tumeliose reprehendere. & criminatio ipsa (ut ita dicam) con-  
tentiosa contumelia. & criminofus. contentiosus. contumeliosus.  
& criminofe, contumeliose. Virg. Disiice compositam pacem,  
ferre crimina belli, hoc est contentiones & iurgia, ex quibus bel-  
lum oritur. Cic. Hereditatem mihi negasti obuensiisse. Vtinam  
hoc tuum uerum crimen esset. Et sic dicitur a cerno crimen, si-  
cut a discerno discrimen. Cernere quippe contendere est. Acci-  
us. Primores procerum nominatum uocat, si quis esset, qui armis  
secum uellet cernere. Plau. Pro patria amphitry dum cernit  
cum hostibus. Apule. Is cum ad me accusandum descendisset no-  
lui cum eo in iudicio cernere. Hinc per metaphoram crimen eti-  
am pro delicto accipitur. Sene. Vitam a ges simplicem. rectam.  
sine crimine. Aliquando tamen cernere uidere est. Virg. Cerni-  
mus adstantis nequequam lumine toruo. Hinc cernuus dicitur  
Virg. ex templo plantas conuellit honestas. Eiectoque in cumbit  
cernuus armo. Item cernere, deliberare. Lual. Postquam pra-  
sidium castris educere creuit. Idem. Acribus inter sese armis  
confligere creuit. Cernere, diuidere. scernere. a quo crines di-  
cti sunt, quod sint discreti. Cernere, iudicare. Pacu. Et equum  
& rectum est, quod postulas, iurati cernant, praeterea *ἀπό-  
τῶν κριῶν*, quod est iudicare, deductum hoc uerbum existi-  
mant. Item cernere, cedere. Unde cernere hereditatem filij pa-  
rentibus dicti sunt, hoc est cedere. Accius. regnum tibi permitti  
malunt cernam, tradam exercitum. A cerno quando contem-  
do significat, fit certo uerbum, quod similiter est altercor. con-



tendo. pugno. Virg. Certent & cygnis ulula. Idem, Officio, nec te certasse priorem Poeniteat, hoc est contendisse, ut officio uinceret. Cic. Cum inter se duo populi de finibus armis certarent. Hinc certamen, quod modo pugnam, ac contentionem significat. Modo rem de qua certatur. Certatio uero est ipsa contentio, quae & concertatio dicitur. Item a certo quando significat uideo, fit certus, hoc est clarus indubitatus, quia ea quae certum, clara & indubitata sunt. Quint. Nempe esse certum est. unde facio, siue reddo te certiore dicitur. non tamen certum, hoc est declaro, & affirmo tibi ita esse. & certior abs te factus sum. non tamen certus, hoc est abs te mihi declaratum est, & cum aliquid uehementer affirmare uolumus, id certo certus esse dicimus. Hinc fit incertus, hoc est dubius. & certitudo. a quo incertitudo. & certissimo uerbum, hoc est certus fio. Pacu. Vocant cocos, unde certissent. & incerto, incertum facio. Plau. Longe dies meum incertat animum. & certe, ac certo aduerbia affirmandi, quod etiam pro certo dicitur. Aliquando tamen certe pro saltem ponitur. ut si non potero tangere, certe potero uidere. Similiter a cerno, cui significat diuido. & se cerno, certum dicitur, discretum. constitutum. hoc est tantum, ac tale quantum, & quale uolumus. Unde certum uulnus fecisse aliquem dicitur, cum nec plus, nec minus fecit quam uoluit. Martia. O quam certa fuit librato dextera ferro. Hinc certos ferre numero plurali uisurpamus pro eo, quod est quosdam, quasi a ceteris discretos. Cic. Is enim cum certis alijs ad Casarem missus paulo ante discesserat. Virg. Equidem per litora certos dimittam. Sallu. Apud latera certos locauit. Eodem quoque modo a cerno, cum delibero significat, dicitur certum est pro eo, quod deliberatum & constitutum est, i quo plerumque adiungitur datiuus cum infinitiuo, ut certum est mihi in Asiam nauigare. Aliquando non ponitur, sed subintelligitur datiuus. Vir. Certum est in syluis iter spelaea ferarum, Malle pati. Certum quoque aliquando uisurpamus pro firmo & non uacillante. Ouid. Da mihi quod petitur, certo contingere telo. Item a cerno silicernium, de quo superius diximus. praeterea ab eo composita sunt decerno, quod modo significat constituo, definio, iudico. Unde senatus decreta dicuntur. & decretorium, de quo supra diximus. Cic. quare ex petenda quidem magis est decernendi ratio, quam decertandi fortitudo. Plau. Qui nequeas nostrum iter sit amphitryo decernere. Hinc decernina dicuntur scindum quosdam, quae distinguuntur, ac separantur purgandi gratia. Nos a decerpendo potius deductum existimamus. Nonnumquam delibero. Terent. Quicquid peperisset decreuerunt tollere. Idem. Vxorē decreuit dare sese hodie. Aliquando pugno. Virg. Ipsum armis, ipsumque iubet decernere ferro. Hinc fit decerto frequentatiuum eiusdem significationis. a quo decertatio. Ex cerno turpis rei honestum uocabulum, hoc est purgamenta corporis emitto. & purgamenta excrementa dicuntur incerno. emundo. se cerno. a quo incerniculum dictum, quo frumenta purgantur ante, quam molantur. maius cribro. Plyn. Mulum octuaginta annis uixisse atheniensium monumentis apparet, eo grauisi, cum templum in arce facerent, quod derelictus senecta cadentia iumenta comitatu, nisi que exhortaretur, decretum fecere ne frumentarium negotiatores ab incerniculis cum arcerent. Cato. Cribrum unum, incerniculum unum. securum unum. scamnum unum. & suacerno, se cerno. Plau. Gradus iste succretus est cribro pollinario. a quo subcerniculum, farmarium cribrum, quod fit e fetis equorum, quemadmodum excussorium. & pollinarium fit e lino. Excussoria cribra sunt, quibus steris se cernitur. Pollinarium, quo pollen hoc est grossior puluisculus farinae diuiditur. Discerno, quod modo significat certo. Apul. Armis potius discernere, quam in

re uti uoluerunt. a quo fit discrimen, quod modo pro certamine ponitur. Vir. Post hos aequo discrimine pistris, centaurusque locum tendunt superare priorem. Modo periculum. Idem. Per tot discrimina rerum tendimus in latium. Aliquando discerno significat diuido, separo. a quo discrimen pro diuisione & separatione & differentia accipitur. Unde indiscriminatum pro indifferenter ueteres usurparunt. Cic. Totamque discrimen summi boni in ea rerum comparatione positum putat. Virg. Vt quo discrimine ripas Haec linquunt. unde discrimen etiam pro diuisione criminum i capite usurpatur. & acus ipsa quae crimens ipsos disseparat, discerniculum uocatur. Ab hoc fit discrimino, diuido. Virg. Late discriminat a gros. a discerno etiam discretus dicitur, quod modo propriam, hoc est passiuam habet significationem, & idem est quod separatus. a quo discreto, separatio. & discrete distincte. Ouid. Quae discreta locis partim sorbenur ab ipsa. Idem. Et septem discretus in ostia Nilus. Macro. Ad faciendam discretionem in genituo casu satur natorum pro saturnalium dixerunt. Modo discretus actiuam significationem habet, significatque eum qui personarum qualitates & rerum momenta discernit. praeterea se cerno, quod similiter significat separo. diuido. unde secretum locum dicitur solum & quasi a ceteris separatum. & secreta mandata. secretae litteras. secreta negotia, quae uel nulli uel paucissimis committuntur. & secretior homo. siue a secretis, cui secreta committuntur. & secretae, ac secreto aduerbia, quae significant tate. Item scrinium arca, in qua secreta reconduntur, praetertimque scriptura, dictum quasi se cernium. Hinc scrinarij uocati sunt, secretarum scripturarum custodes. & ij qui a secretis appellantur. VERBERA. Flagellu magistri. Verber instrumentum est longum, & exile, qualis est uirga baculus. sistris. lorum. flagellum. ferula. harundo. & siquid est simile. proprie autem uerber significat summitatem sarmentorum, dicitur a uir. Quinti. Iguisque ex proximo raptos, uerberaque casus obtulerat. Hic uerbera etiam pro uerberatione accipiuntur, ut hoc loco. Ab hoc fit uerbero uerberas, quod est caedo. cuius frequentatiuum est uerberito. & uerbero uerberonis, pro eo qui uerbere dignus est. & est contumelia seruorum quem admodum uerberalis, uerberibus dignus, quasi uerberabilis. a quo uerbera lior. & uerberalissimus. Plau. Uerberalissimus etiam rogatus, non fieri, sed trisur. Itē uerberor passiuum. & uerberatio. siue uerberatus quarta declinationis. & uerbena, quod ea uerrendo pauimenta domorum uerberantur. Erat enim uerbena herba sacra quae ex loco sacro, hoc est ex arce capitoliij cum sua terra euellebatur, & ea semper legati cum ad hostes, clarigatumque mitterentur, coronari solebat & unus sane uerbonarius uocabatur, eadem herba sagmina uocabant, quod e sacro aggreuer. Dicitur, & peristeeon. & hierobotane. hoc est sacra herba. Quippe graeca hieron sacrum uocat, Botanē herbā. V ulgo nunc uerbena nuncupatur. hac Iouis mensa uerrebatur, domus purgabatur, lustrabanturque. Rami eius tenues sunt. cubitales. angulosi. folia minima, quam querus, angustioraque. & diuisuris maioribus. Flos glaucus. radix longa, tenuisque. Hac peruntus i petrare quae uelim, magis existimat, febris abigi, amantias conaliari. Est ei similis uerbascon herba, quae sepe fillit pro ea capta, folijs minus candidis cauliculis pluribus, flore luteo. Hae abiecta blattas in se contrahit. ideoque Romae blattaria uocatur. Abusiue tamē uerbenas uocamus omnes frondes sacras, ut est laurus. oliua. myrthus. Terent. Ex ara hinc uerbenas sume. Nam mustam fuisse Menander testatur, quae secutus est Terent. Illud certe mihi admiratione dignum uidetur, quod uerbena nunc quoque diuo praetorsori sacra habetur, & ea die illius festo passim coronantur. & lustrari domos putant. & uerbum



uerbum a uerberatu aeris, quoniam uerberato aere uerba for-  
manur, quamuis aliqui uerbum a uero potius cognominatū  
uolunt, quod uerum nos loqui oporteat, odiosumq; sit (natura  
ipsa indicante) mendacium. Sunt etiam qui a uerum boando  
hoc est a uerum dicendo appellatum putent. Boare enim græ-  
ci clamare dicunt. Virg. Reboant syluæ. unde Ennius. Sonū  
bombum pedum dixit. Bombitatio tamen de apibus dicitur, a  
uoce earum. Est autem uerbu, uniuscuiusq; rei signum, quod  
ab audiente posse intelligi. Vnde uerbosus multiloquus dicitur.  
Et uerbositas multiloquentia. Et uerbosus pro multis et i-  
anibus uerbis. V. uerbu uerum sermo. Plau. Tum reper-  
tus Philocratem qui superes uerbu uerbo? Verbum etiam quod  
a grammaticis definitur pars orationis declinabilis sine casu  
agendi uel patendi significatiua, in quo omnis uis orationis  
est. ideoq; hoc maxime aere uerberatur. a quo altera pars ora-  
tionis indeclinabilis, aduerbium nuncupatur, quia semper ni-  
tatur uerbo. a quibus uerbaliter. Et aduerbiallyter. Et uerba  
le nomen dicitur, quod a uerbo descendit, ut a docto doctum,  
doctor. a contemtor, contemplatum. contemplator. Et simi-  
lia. uerbum etiam uocamus, quod a re sine facto distinguitur,  
ut non uerbis opus est, sed factis. Hora. Verbaq; prouisam re  
non inuita sequuntur. Hinc uerba dare usurpamus pro eo, qd  
est decipere. A uerbo prouerbum deducitur, quasi commune  
omnium uerbum, uel qd uerbum pro uerbo ponatur. Est enim  
prouerbum sententia, quæ in ore omnium uersatur, modo a-  
perta et simplex, ut obsequium amicos. ueritas odium parit.  
Macro. Vnde putas illud mansisse prouerbum totidem nobis  
hostis esse, quot seruis. modo subobscura, et aliud significas,  
quam uerba ex primere uideantur, ut puta de homine infelici,  
ac calamitoseo dicimus. ille habet equum Seianum, uel ille ha-  
bet aurum Tolosanum. Quorum prouerborum hæc ratio  
est. GN. Seius equum habuit natum argos, quem fama  
erat progenitum esse ex equis, qui Diomedis thoracis fuerant,  
quosq; Hercules Diomedea occiso Argos perduxerat, hunc ma-  
gnitudine iustitiae fuisse. ceruice ardua. colore phœniceo. flaua  
et amantibus. cæterisq; e quorum laudibus insignem, uerū  
tamen ea fortuna, ut qui quis eum possideret, cum omni domo,  
familiâq; et fortunis in perniciem deduceretur. Itaq; Cn. Se-  
ium primum eius dominum a M. Antonio capitis damnatum  
miserabili supplicio uitam finisse. Eodem tempore Dolabellam  
consulem in syriam proficiscentem fama eius equi permotum  
argos diuersis, emissisq; sestertijs centum nullibus, sed ipsum  
mox in syria bello civili obsessum, atq; interfectum fuisse. De-  
inde eundem equum. C. Cassium qui Dolabellam obsederat  
adduxisse, quem Cassium postea uictis parthis, suscipit; exerci-  
tu suo miseram mortem oppetisse manifestum est. Deinde An-  
tonium post interitum Cassij partha uictoria nobilem illum  
equum quæsiuisset, et mox eo potitum uictum, atq; desertum  
destabili exitu interijisse. Cæterum oppidum Tolosanum in  
Italia. Q. Cepionem consulem quondam diripuisse constat,  
in cuius templis cum multum auri fuisset inuentum, quicunq;  
ex ea præda aurum attigit, eum misero, ac cruciabili exitu pe-  
tijisse manifestum est. A prouerbio prouerbialis deducitur, un-  
de prouerbialis uersus appellamus, qui uice prouerbij sunt,  
quos græci ἀπὸ τῆς παροιμίας quod prouerbum signifi-  
cat, παροιμιώδους appellant, qualis est ille, πολλὰ με-  
ταξὺ τῶν κύνων καὶ χελῶν, ἀρου, hoc est. multa cadunt  
inter calicem, supremaq; Labra. Hoc ueteres, quam breuissi-  
me dicere solebant. inter os et offam. quod significat non esse  
de futuro nimis sperandum. inde autem locum habuisse hoc  
prouerbum tradunt, quod uir quidam ætate grandæuus dū  
uineam plantaret a uicino per derisum interrogatus est, cui

uineam sereret, qui cum sibi serere respondiisset, ludibrio habi-  
tus est, perinde ac si impossibile foret cum tandu uiuere, ut  
mustum ex ea gustare possit. Vidit tandem senex ex ea uinas,  
afferrisq; sibi præmaturas aliquot racemos, et prem iussit, ui-  
cium prætere a acersiri, Cui calicem misto plenum manu o-  
stendens, et iam penè admonens ori. Putasti ne inquit uinū  
me ex uinea, quam te spectante plantauī, gustaturū inter hæc  
Anhelus puer accurrit, descendisse i uineam aprum nuntiat,  
uinasq; uastare. Senex deposito calice in uineam properat, co-  
mutatur cum uicinus et puer. Aprum profequuntur, qui factū  
10 in senem impetu eum neeat. Sic cum calicem iam ferè ad  
motum labijs gustare non potuisset, locum prouerbio dedit. no-  
stri non calicem, sed offam dicunt. Cato. Nunc ita aiunt, in se-  
getibus et i herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem  
habere. Sæpe audiui inter os atq; offam multa interuenire pos-  
se. Verum inter offam atq; herbam, ibi uero longum interval-  
lum est. Offa pulcem significat, et quicquid est in pulvis mo-  
dum redactum. Cuius diminutiuum est offula. Ci. Necesse est  
enim offa obiecta cadere frustum ex pulli ore, cum pascatur.  
20 Idem. Cum igitur offa iam cecidit ex ore pulli, tum auspicanti  
tripudium solistimum nuntiat. Plyn. Purgatum enim tra-  
dunt, seruantq; eius offas. Idem. Pulte autem non pane longo  
tempore uixisse Romanos manifestum. quoniam inde et pul-  
mentaria, hodieq; dicuntur. Et Ennius antiquissimus uates ob-  
sisionis famem describens offam eripuisse plorantibus liberis  
patres commemorat. Item a uerbo deuerbiū deducitur, quod  
significat extremitatem et desinentiam uerbi. Quemadmo-  
dum enim aduerbium uocamus, quod ad uerbum accedit. et  
prouerbum, quod pro uerbo est positum. ita deuerbium, in qd  
30 uerbum desinit, quasi deorsum tendens uerbu. Sic ueteres de-  
uersus, hoc est deorsum uersus dicere solebant. Hoc est quod  
Luius scribit acutos olim ex hercuria Romam ludiones, qui  
ad tibianis modum saltabant, quos imitatum inuentum in-  
conditis inter se uersibus iocularia prius fundere solitam iam  
satyras descripto ad tibianam cantu, motuq; congruenti age-  
re cepisse, et quia hister thusco uerbo ludio uocabatur, huius  
modi artifices Histriones uocatos. a quibus ars ipsa histrionica  
dicitur. et histrionicas adiectiuum, unde histrionicos gestus hi-  
strionicas uestes. histrionica uerba dicimus. et histrionice ad-  
40 uerbum dicimus, hoc est more histrionum. Nec multo interie-  
cto tempore liuium cum sæpius satyros suos canendo uocem ob-  
tudiisset, petita uenia puerum ad canendum ante tibianam in-  
stituisse, aliquanto magis uigente motu, quia nihil uocis usus im-  
pediebat. inde cantari ad manum ab histrionibus inceptum,  
quorum deuerbia tantum audiebantur. Sed postquam can-  
uersus, hoc modo in artem ludus uidebatur, et res a solito ri-  
su, ac ioco auocata inuentum fabularū actu histrionibus re-  
lictis serere uersibus iocularia antiquo more cepisse, et hæc  
attellanis potissimū fabellis cōseruisse, atq; ex argumento exo-  
50 dia uocasse, quod scilicet extra cantum essent. Quippe græci  
ἐξω extra, ὠδὴν cantū dicunt. Et quæ admodū epodos  
siue p diminutionē epodion ad cantū, ita exodos. et exodion  
extra cantū significat. erāt ergo exodia ridicula uersibus in-  
textā, quæ sine cantu iactitare iuuenes solebāt, sicut epodi, si-  
ue epodia carmina solita cantari, qualis est Epodus Horatij. Iu-  
uena. Tādemq; redit ad pulpita notū exodium. Suet. Vnde  
uox in attellanico exodio proximis ludis assensu maximo ex-  
cepta precebit, hircū ueterē capreis naturā ligurire. Inuenitur  
tamen aliquādo exodus, siue exodiū pro exitu siue fine alio-  
60 ius rei. A pul. Nullū ego eius rei exodiū inueniē. V. arro. Vitæ  
cursum ut cognoscere possem, et quæ seruitutes, et libertates  
ab origine ad exodiū ductæ. Idē. Quod cæperas modo i uia



narra, ut ad exodum ducas. Et in sacris literis exitus iudeorum ex aegypto. EXODI. Nomen libro dedit. Sed tunc non ab ἔξοδος, hoc est a cantu uox ista componitur, Verum ab ὁδός, quod iter siue uiam significat. a qua methodus. Et perodus deducuntur, quorum alterum breuem uiam, alterum circuitum probatissimam auctores interpretati sunt. Item epodus, siue quod magis in usu est ephodion, quod significat uaticum proprium. ponitur tamen pro omni apparatu, ut superius diximus. Item perodus quem latine ambitum siue circuitum dicimus. Vnde medici perodicas febres uocant, quae certis temporibus ueniunt, hoc est abeunt, Et quodam quasi circuitu factu rursus redeunt, ut sunt tertiana et quartana. περι enim apud graecos de super. circuitum significat. a quo multa per compositionem deducuntur, ut peristroma quasi circuitum stratum, de quo superius locuti sumus. Et periphraſis circuitum locutio. Pericles proprium nomen iclyti ducis Atheniensium, philosophi, Et insigne oratoris qui tempore Atheniensium XL annis gubernauit. Periclymenes filius Nelei. Et frater Nestoris. Perillus Atheniensis faber ingenio praestans, qui ut phalaridi tyranno placere uenit a grigentum, Et ex ere taurum fabricauit posita in latere ianua, per quam reus includeretur qui dum subiectis ignibus torqueretur, non uocem hominis, sed bonis mugitum uideretur emittere, quod primus ipse tyranni iussu fuit ex perius. Ouidi. Et Phalaris tauri uolenti membra Perilli, Torruit infelix imbuat auctor opus. Perihous proprium nomen Peripheroma, quasi supplementum, figura est, cum particula aliqua sententiae minime necessaria additur metro. Virg. Multum ille et terris iactatus et alto, ubi sine particula ille staret sensus, sed non metrum. idem. Multa quoque et bello passus, ubi duas coniunctiones naturaliter posuit alterum metri gratia. Perinthus urbs olim Thraciae metropolis. Heraclaea uocata, in qua Vespasiani. Domitiani. Et Antonij pij regiae fuere et nobile amphitheatrum. a qua perinthij uocata. Peripatetica, de quibus superius diximus, ἀπὸ τοῦ περιπατῆν, hoc est a deambulando. Perisologia superflua locutio, ut si dicimus, Felix sit et minime pereat Caesar. Periconium de quo alibi diximus. Periacus contubernalis. periphraſis circuitum, et alia penè infinita. Praeterea ab ὁδός quando uiam significat hodie dicitur, hoc est latro, et obfessor uiarum. hilarodus autem ab hodie fit, cum cantum significat. Est autem hilarodus lasciuia et delicati carminis cantor, quasi hilaris cantor. hilaris enim siue hilarus (nam utroque modo dicitur) letum, iucundumque significat. a quo hilaritas. Letitia. iucunditas, quae et hilaritudo dicitur. Et hilariter, laete. iucunde. Et hilario uerbum, letifico. iucundo. Cuius passiuum est hilaror. Et omnem enim iucundum motum quo sensus hilaratur. graece ἠδονῆν, latine uoluptatem uocant. Ab hoc exhilaro. exhilaror. exhilaratio. Item ab hilarus Hilarus. Et Hilariorum propria nomina. hilarus uero a graeco deducitur ἠλαρός, quod letum significat. a quo ἠλαρία Letitia. ἠλαροποιῶ letifico. Item ab ode, hoc est a cantu palinodia dicitur, quasi iteratus cantus, de quo superius diximus. Et monodia lugubris cantus, qui fit a praeficit in defunctorum funeribus, quasi unius cantus. Nam caeteris flentibus sola praeficit canit. Huiusmodi cantus a nostris Naenia dicitur. Solebat enim huiusmodi carmen laudandi gratia, apud ueteres in defunctorum funeribus cantari ad tibiam. Est autem naenia factitium nomen a similitudine uocis eorum, qui queruntur, et dolent. Graece etiam epitaphium dicitur, siue epitaphius sermo. aut epitaphia oratio, quod ad se pulchrum proferri soleat, quamuis epitaphium dicitur etiam inscriptio, et titulus qui sepulchro apponitur in laudem defuncti. Naeniam siue monodiam primus in-

stituisse dicitur Simonides poeta ex Cea insula. Hora. Sed relictis musa prociat iocis Cae retractes munera Naenia. Naeniam quoque de am ueteres coluere, cui sacellum extra portam uinalem fuerat dedicatum. Item ab ode proſodia dicta, quae latine accentus dicitur, qui definitur lex ad leuandam, uel deprimendam syllabam uniuscuiusque particula orationis. a graecis etiam tonus dicitur. Vnde et ueteres nostri (ut Quint. testatur), accentum tenorem appellauerunt. περις autem graeca praeposito est, et significat ad. Vnde prosthesis appositio dicitur. Figura est cum in principio dictionis additur littera, ut cum dicimus gnatum pro natum. TVLIT TELA. Quia iussu Domitiani confossus fuit. Tulit autem pro passus est posuit, quemadmodum supra docuimus. Telum (ut Caius in interpretatione legis duodecim tabularum scripsit) nullo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur, sed omne id dicitur telum, quod manu alicuius proieciatur. Vnde lapis. plumbum. lignum ferrum. hoc nomine continetur, dictum ab eo, quod longinquum mittatur. Naenia apud graecos τῆλα, siue τηλοῦ longe significat. Haec significationem et in graeco nomine possumus inuenire. Etenim quod nos telum uocamus βέλος illi uocant, ἀπὸ τοῦ βάλειν, hoc est a iaculando. Sienna. Manuales lapides distant propterea, quod is ager omnis eiusmodi telis indigebat. Et Virgilius telum pro gladio posuit. At non hoc telum mea quod in dextera uersat, effugies. Vnde paulo post addit, et surgit in enssem. Ab eadem graeca uoce mustella deducitur, quasi mus longus, et protelo uerbum, quod proprie significat disto. protraheo. prolongo. produco. Lual. Quae neque lucanus oriundi montibus tauri protelare ualidis cornibus possent. id est. Hinc iugum mulorum protelare certum non possent. Per meta phorā tamē aliquando pro turbato, et ex agito accipitur. Teren. Ne te iratus suis seuis dicitur protelet. Aliquando pro longe excludi. Turpilus. Propter peccatum pauillum id ignissime patria protelatum esse sententia patris. Telone quoque agricolae uocant lignum longum, quo utitur ad aquas et puteis hauriendā. Hispani hoc aconias nominant, a similitudine rostri aconiarum, quod longum est. Aconias est longum quod uenire haud dubium est, quae admodum gryes, sed haec hyemis aduenae sunt. illae aestatis. Abiturae eorum graecorum in loco certo, sic ut nulla sui generis relinquatur, nisi castina et serua. Nemo discedentium a gremio conspexit, nemo redeuntis uidit, nec uenire eas, sed uenisse animaduertimus, nocturnis utrumque temporibus fieri manifestum est. Pitonioscomae in asia locus est in capis patētibz, ubi primo aduentus sui tempore aconiae congregantur, ea quae ultima aduenere, lacrimant uniuerse, atque ita abeunt. post idus augustas ferē non uidentur eo loco. sunt quae dicunt eas linguas non habere, uerum illud quod crepitat, oris potius, quam uocis sonum esse. eximia huic aui pietas, et enī quātū tempore is penderint febribz educādis, eātū et ipsae a pullis suis inuicem aluntur. Exortio sunt serpentibus, propter quod in Thessalia capitale est aconias occidisse, eadem poena in aconiacas posita, quae in hominibus. Aconia aconinus deducitur, ut aconinum rostrum. derisuri aliquando digitis dextrae manus in unitatem collectis ueluti aconiae rostrum effingunt, et manum post tergum eius motantes derident. Persi. O Iane a tergo quae nulla aconia pinxit. Vnde paulo post postica sannā appellat. Postica occurrit sannā, hoc est derisioni, quae post tergum fit. Sanna enim solutus derisus dicitur, a narium sonitu. a quo fit subsannor uerbum, quod est irrideo. Et subsannor passiuum. Et subsannator. subsannatrix. Et subsannatio. Et sanniones dicuntur, quae sunt et aspectu, et moribus, et gestibus facti, quos graeca κωπός, et ab eo nos moriones uocamus. Martia. de morione. Naenia mendax siuor est, nec fingitur arte dolosa, Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit. Teren. Solus sannio seruat domu. Cica. Quid enim porro tam ridiculum, quam sannio



sumio est, qui ore. uultu. imitandis moribus. uoce. deniq; corpo  
 re ridetur ipso. **QVOS.** Quales, quam mites. Ingens  
 laus Domitiani. Quam mansuetos inquit oportet homines esse  
 sub hoc principe, qui uult feras etiam esse mansuetas. **MO-**  
**RES.** uiuendi rationem. Mos proprie definitur ratio uiuē  
 di consuetudine firmata. Et p synopen a modus deducitur,  
 qd ut supra diximus rationem significat. V arro morem esse  
 definit institutionem animi, qd seq debet at consuetudo. Iulius fe-  
 stus de uerborum significationibus. Mos est inquit institutum pa-  
 triū pinens ad religiones, ceremoniasq; maiorū. praeclare ex-  
 cellentissimus poeta Virgilius utrumq; authorē secutus est. Mos  
 erat Hesperio in latio, quem protinus urbes Albanae coluere  
 sacrū, nunc maxima rerū Roma colit. Et primo qdem secutus  
 est Varro, quoniam ille dixerat at morem praecedere, seq con-  
 suetudinem, postquam dixit mos erat, subiunxit, quem proti-  
 nus urbes Albanae coluere, et nūc maxima rerū, Roma colit,  
 quo p seuerantia consuetudinis ostendit. Et quoniam Festus pti-  
 nere ad ceremonias ait, adiecit sacrū, quem protinus urbes Al-  
 banae coluere sacrū. Mos ergo praecessit, et cultus moris se-  
 cutus est, qd est consuetudo. Et hic definitionem Varrois impleuit.  
 Adiacendo dei de sacrū ostendit morem ceremonijs dicitur, qd  
 Festus asseruit. Idem obseruauit etiā alibi, cum ait, Morem, ri-  
 tusq; sacrōrū adijciā. in quo aperte ostendit morem esse ritus  
 sacrōrū. Mos etiā aliquando accipitur pro consuetudine appro-  
 bata, quae habetur pro lege. a mos deducitur moratus, q bonis  
 moribus praeditus est. Et morosus, q e contrario pueris est mo-  
 ribus. a quo morositas dicitur. Cic. At sunt morosi, et anxij,  
 et iracundi, et difficiles senes. unde qdā morositas nubes di-  
 ras esse dixerunt. a quo fit diminutiuum moracillum, hoc est  
 durusculū. Et morologi dicitur, q in sermone morosi, hoc est  
 molesti sunt. Vnde et sermones huiusmodi dicuntur morologi.  
 Plaut. Nec molestum esse, nec sermonibus morologis uti. Et mo-  
 ralis, ad mores pinens. Vnde libri morales, hoc e de moribus  
 dicitur. Et mosillus, quo Cato usus est pro paruo more. Mo-  
 rem gerere docti usurpant pro eo qd est obseq, et obedire, et  
 quasi ad alterius uoluntatem mores suos formare. Ab hoc fit  
 morigeror uerbu, qd est morem gero. Cuius praeteritum e mo-  
 rigeratus, q morem gessit. Et morigerus, siue morigeror, qd  
 obsequentem, et obedientem, ac facile morem gerentem signi-  
 ficat. a quo morigeratio obedientia. Et morigere aduerbium  
 obediēter. Graeco uno uocabulo, qd est eōs morem, et  
 consuetudinem, et ritum significant. a quo uos deducit-  
 ur, qd morem, hoc est habitū, ac rationem animi denotat, un-  
 de admodum, hoc e moralia deducuntur, quae a nostris ethica  
 quoq; dicuntur. **Martia.** Ethica Callimachi. Hic caeothēs deri-  
 uatur, hoc est malus mos. Inuena. Laqueo tenet ambitiosi con-  
 suendo mali, tenet insanabile multos scribendi caeothēs, et  
 agro in corde senescit. **HOMINVM.** Ratione scilicet  
 uuentium, p qd a feris homines distant. Homo definitur  
 animal rationis capax morti obnoxium. Sed praclare utnam  
 non tā uere ab A pulcio describitur, Homines ratione callētes.  
 oratione pollentes. immortalibus animis. moribundis membris.  
 brutis, et obnoxijis corporibus, dissimilibus moribus. simili-  
 bus erroribus. puicata audacia. pinnaci spe. casso labore. fortune  
 caedua. singillatim mortales. uicissim sufficiens prole mu-  
 tabiles. uoluci tempore. tarda sapientia. citata morte. queru-  
 la uita. homo ab humo deducitur (ut Varro inquit) qd sit humo  
 natus, quamuis hoc Quintilianus deridet, qd omnibus anima-  
 libus eadem origo sit, et qd nō sit uerisimile primos illos mor-  
 tales ante terrae nomen inposuisse, quam sibi. Sed qd inquit di-  
 cis Quintiliane? Non et omnia animalia moriuntur? cur er-  
 go se solos homines mortales appellauerit? aut cur ante nomen

morti inposuere, quam sibi? Nos tamen hominem nō ab humo,  
 sed a consortio atq; concordia uirae appellatum existimamus.  
 Graecae enim ὁμόρους concors ὁμόροις concordia et  
 consensus appellatur, et ὁμόρων concordia. consentio. Est  
 enim homo omnium animalium maxime sociabilis. ἑμῶν  
 autem Graecae similis dicitur. a quo homographia similis scri-  
 ptura, siue pictura. Homocosis tropus, quae similitudo interpre-  
 tatur, cui ex similitudine alicuius cogniti deuenimus in similitu-  
 dinem cogniti. Cuius tres species sunt. icon. parabola. et pa-  
 radigma. Homonymus eiusdem nominis. Homocoea propriū  
 nomen. Homoptoton, qd a nostris dicitur similiter cadens, cum  
 diuersae dictiones in similes exeunt casus. Ennius. Maerentes.  
 flentes. lacrymantes. et miserantes. Idem. Neq; currentem  
 neq; se cogroscait euntem. Tollentemq; manus, saxumq; imane  
 mouentem. Homoteleuton, qd similiter desinens a nostris uoca-  
 tur, cui plura uocabula in eandem uocem terminantur. V eteres  
 nō hominem, sed hominem dicebant. a quo hominū, hoc est  
 humanū. Quippe ab homo humanus fit, sicut a fera ferinus.  
 a bellua belluinus. Humanum enim proprie dicitur qd homi-  
 nis est, et ad hominem spectat. Teren. Homo sum, humani ni-  
 hil a me alienum puto. Hinc humanitas dicitur eruditio, atq; i-  
 stitutio in bonas artes, quas q synariter accipiunt, atq; assequuntur,  
 hi sunt maxime humani. Quae propter et artes ipsae libe-  
 rales humanitatis studia appellata sunt. huius enim scientiae ca-  
 ra et disciplina ex uniuersis animalibus soli homini data ē.  
 Sed qd homo inter omnia animalia quae morti obnoxia sunt,  
 maxime mitis est, ita et humanus pro sociali et miti, et tra-  
 ctabili ponitur. et humanitas interdum fiscalitatem quandā,  
 et tractabilitatē, beneuolentiamq; iter omnium significat, quā  
 Graeci φιλοφροσίναν uocant, quasi amorem in homines.  
 φίλος enim amor est, ἄνθρωπος homo. Humanum sa-  
 crificiū ueteres dicebant, qd mortui causa fiebat. Ab homo ho-  
 minio. homulus. homullus. et homullulus diminutua fiunt.  
 et homelleū, pilei genus, quo ueteres utebantur. Nā homolus  
 primogenia uox est, et montem Thessaliae significat. et se-  
 mihomo. Quid. Semihominis Caci. Et homiada, q hominem ne-  
 cit. a quo homiadiū. Quidā nemo quoq; ab homine cōposi-  
 tū esse existimant, si significareq; idem, qd nullus homo. Sed fal-  
 sum est, ut superius diximus. Ab humanus humanior. huma-  
 nissimus. Humane. humanius. humanissime. et humaniter, ac  
 perhumane. et perhumaniter deducuntur. et humanitus, qd  
 significat ab hominibus, sicut diuinitas a deo. Caelitus a cae-  
 lo. Humus autem terra est. a quo humilis, breuis summissus.  
 abiectus, quasi humi deditus. Vnde humilitas, breuitas. sum-  
 missio. abiectio. et humiliter summissē. abiectē. et quo non-  
 nulli utuntur humilio uerbum, hoc est humile reddo. de primo.  
 Item humeus terreus. et humo sepelio, quod sepulchro te-  
 guntur. et humatus sepultus. a quibus exhumo, e sepulchro ex-  
 traho. et exhumatus e sepulchra extractus. et actus ipse ex-  
 humatio, et qui id facit exhumator. Cuius femininum exhu-  
 matrix. Item inhumatus insepultus. et posthumus, qui post  
 mortem parentis natus est, quasi post sepultum, atq; humatum  
 parentem ortus. Virg. Tua posthuma proles. et humor, quia  
 aquae terris incluse sunt. a quo humeo uerbum. Vnde hume-  
 sco. et humidus. a quo humidior. humidissimus. humiditas.  
 et humide aduerbium. Item humecto uerbum, quod e humi-  
 dū facio, quod et humefacio dicitur. Vnde humectum. et hu-  
 mefactum. et humefactio. Quidam etiam hudum ab humi-  
 do per synopen factum uolunt, quod et ipsum humidum si-  
 gnificat, et ideo per aspirationē scribi debere. Sed melius ali-  
 sentiuunt, V dum sine aspiratione scribendum esse, dictum a  
 sudando, quasi sudum. Vnde etiam usudum derivari putant,



quod quidam ab humido, ita distinguunt, ut uuidum sit, quod intrinsecus habet humorem. Vnde unam appellatam uolūt. Virg. Uuidus hyberna uenit de glande Menalcas. Humidum uero, quod extrinsecus humorem habet. Ab una uenis fit. unde unum sicam uinum dicimus. At qui sudo ἀπό τοῦ ὑδωρ derivatum existimant, quod aquam significat. a quo sudor. & exudo, quod ē emitto, quasi per sudorem. Plyn. Frutrix est liquorem exudans. Hinc exudascō. & desudo. a quo desudascō, & impersonale desudascitur. Plaut. homo adolescens penetrare huiusmodi in palastram, ubi damnis desudascitur. A sudo etiam sudarium linteam, quo sudor facie detegitur, & nares purgantur. Sudum autem quasi semudum dictum putant. Est enim proprie sudum pars serena inter nubes. ponitur tamē aliquando pro sereno post pluiam. Virg. Ergo ubi uer nocte sudum. Sunt tamen qui sudum non quasi semudum, sed quasi sine uido dictum uelint, hoc est sicam nō humidum. Quidam etiam existimauerunt ab humo humerum dictum, quia humeri sicut humus ferēdis oneribus sunt apti. DE CET. Conuenit honestum est. Decere enim proprie conuenire est, quod tam ad animum, quam ad corpus, atq; externa refertur. & modo impersonale est, modo personas habet, ac numeros. Oui. i. sta decent humeros gestamina nostros, hoc est conueniunt & apta sunt humeris nostris. Ab hoc decens deducitur, hoc est pulchrum. conueniens. aptum. a quo decencia conuenientia quadam, & pulchritudo. & decenter, pulchre. apte. conuenienter. Item decus, quod significat illam (ut ita dicam) honorificentiam, quam ex bene gestis rebus assumitur. Vnde decora militie dicuntur honores. laudes. honestamenta, militi in bello comparata. Cuius contrarium est dedecus, quod ignominiam, & ueluti infamiam quandam significat. Nam & dedecet pro eo accipitur, quod inconueniens. ineptum, & turpe est. a quo fit dedecoro, quod est fœdo. & contumelia, atq; ignominia afficit. Ci. Magistratum ipsum dedecorabat. Sic a decus decoro media breui, quod est honesto. insignio. Item a decet decore, qđ pulchritudinem significat. a quo decorum pulchrum & decore pulchre. & decoro uerbum, media producta, hoc est orno. Decorum etiam aliquando substantiuum est, significatq; decantiam quandam rebus. personis. temporibus. locis siue in agendo, siue in loquendo accommodatam. Vnde si quis inducat seruum, siue agricolam ea loquentem, quæ ad philosophum pertinerent, dicimus hunc non seruasse decorum. Aliquando etiam ad uirtutes hoc uocabulum transfertur, appellamusq; decorum nō tam ipsum honestum, quam quod hominibus, & communi opinioni honestum uideatur, & approbabile. Item a decet ideat. & contrarium eius condecet deriuantur. a quibus indecens. condecens indecenter. condecenter. indecentia. condecencia. indecorum turpe, penultima producta. & condecoro honesto, penultima correpta. Cō decoro uero penultima producta. orno. ex politum reddo. PRINCIPE. Domino. princeps aliquando primum significat. & est adiectiuū. Macro. Qui gradus inter eos princeps habebatur. Aliquando optimate. Vnde principes ciuitatis dicimus, qui rem p. administrant. Nōnunquam dominum, ut Nero princeps. Caius princeps. a quo principatus, hoc est imperium, & alia deriuantur ab eo, de quibus supra diximus. IUBEET. Vult. iubeere enim aliquando uelle est. Teren. Iubeo Chremetem saluere. Virg. Infandum regina iubes renouare dolorem. Interdum hortari. Quint. Spera tu, iube sperare matrem. Nōnunquam decernere. ut populus iussit. Et iussa senatus sunt decreta senatus. proprie tamen iubeere imperare est. Quintil. Nam quamuis infestum latronibus mare iussus intraui, neq; dissimulauerim magnas fuisse atusas pa-

tri, cur hoc mihi imperaret. pro eodem enim utrunq; posuit. hoc tamen differunt, quod impero tibi illam rem dicimus. Iubeo uero præter hanc constructionem potest habere & illam, quæ est apud Quintilianum, ut pater me iussit. præterea recte dicimus impero mihi. nō autem recte iubeo mihi. Idem, imperauit sibi, nequas admitteret preces. Ad hæc cum ita dicimus i perata sicut iussa, huic apponimus uerbum exequor, pag. & siqđ est simile. illi uero unū ferē uerbu, quod est facio. Idem. Neq; ipse hoc piculū ignoro expertus nō leui documento quanti sit iter. at mihi, quod semel i perata nō feci. A iubeo fit iussus, qđ dū est substantiuū quartæ declinationis est in singulari, & generis masculini. Oui. Iussus seruare parentis. i plurali uero secūda, & neutri. Vir. Accipe iussus armuna ceptæ tuæ. ueteres tamen etiā in singulari iussim dixerūt. Sifenna, tē mē tudentibus senatus cōsulto, & populi iusso dat ciuitatē. Ab hoc p apocopen deducitur ius, quasi iussim. Nihil enī aliud est ius, quam qđ uel natura, uel ciuitas, aut populus, uel gens, uel cōsuetudo iubet. Paulus iurisconsultus uno modo dia ius scribit, qđ semper bonū. & æquū est, & hoc est ius naturale. & lex nō scripta, sed ista i natura, quæ definitur recta ratio iubens ea quæ faciendū sunt, prohibensq; cōtraria. Cuius partes sex esse Cicero scribit. religionem. pietatem. gratiā. iudiciationem. obseruantiam. ueritatem. alio modo, qđ omnibus, aut pluribus i quacūq; ciuitate utile est, & hoc est ius ciuile. Vlpianus autem ius diuidit in naturale. gentiū. & ciuile, & naturale dicit esse, qđ nō sōlū humani generis propriū est, sed omnī animalū, quæ in terra, quæ in mari caeloq; nascuntur. idē in nōnullis animalibus uidemus maris ac foeminae cōiunctionem. liberorum procreationem, educationemq; quodā iure naturæ. ius gentiū, quo gentes humanæ utuntur, & hoc a naturali differt, quia illud omnibus animalibus, hoc sōlis hominibus conuenit. ius ciuile, cū aliquid cōmuni iuri uel addimus, uel detrahimus. hoc est qđ populus sibi cōstituit, quasi propriū eius ciuitatis. hoc autem scripto cōstat, ut sunt leges. plebiscita. senatus cōsulta. prima pū decreta. aut sine scripto, ut ea quæ auctoritate prudentiū fiūt. & hæc proprie est interpretatio iuris, & eorū omniū, quæ supra diximus. Vnde qđ hoc profitentur iuris interpretes, & iuriscōsulti. & iuris prudentes, & qđ iter eos excellent iuris antistes nominantur. Lex a legendo dicitur, qđ publica legitur, ut omnibus nota sit, & ab omnibus obseruetur. Legem definit esse generale iussim populi, aut plebis rogatē magistratū, & hoc dicitur a libera ciuitate. Alioq; etiā regū & principiū iussa leges dicuntur. præsertimq; i peratoris, postquam i eū populi Romani maiestas trās lata fuit. Rogat magisteratus populū, qđ cōstituendū esset, populus inbebat. Id iussim si generale est, & ad omnes p̄tinent lex dicitur. Si uero ad singulos ciuēs spectat, priuilegiū est. Quippe ueteres priuā dixerūt, quæ nos singula dicimus. & priuos singulos. & priuū, qđ unius cuiusq; propriū est. Vnde priuata dicitur, quæ unius cuiusq; propria sunt. & priuatiū enī qđ est ademptū. & priuo uerbu adimo. & priuere mulieres priuata, & priuata ferriæ sacrorū prioriorū, ut sunt dies natales, fulgurū procreationes, & siqđ est simile. & priuatiū aduerbiū, qđ nō est publicæ factū. hic priuatiū siue priuatiū sumptu aliusse se Romani milites tradūtur usq; ad id tempus quo Roma a gallis capta fuit. id est singillatim, siue suo singulos quosq; sumptu se aliusse. Quod ergo de reditu M. Ciceronis, & de i perio p̄p̄ciū statutum est, nō lex, sed priuilegium recte dicitur. plebiscitum uera est lex, quam plebs, non populus accipit. Quippe in populo omnis pars ciuitatis, & omnes ordines continentur. in plebe autem, neq; equites sunt, neq; patritij. Sed est uilior pars populi. a quo plebeius possessiuum nomen deducitur. Vnde plebeij adiles



adiles dicti, qui discedente plebe à patribus fuerunt creati. Et plebei mores uiliores. plebeia pudicitia sacellum Romae, ut sacra cetera colebatur. Reperitur autem plebs plebis. Et plebes plebei quinta declinationis. Plinius, Manceps proxima satrina eorum ex animatiu! tanta plebei consternatione, ut primo pulsus ex ea regione, mox et interem ptus sit. plebis scitum autem ideo dicitur, quia plebs id quod rogabatur iam sciebat, quae si plebis decretum. Vnde scita pro decretis ponuntur. Plinius, cautum id diligenti scito, legum contra bibendi fallacias. Rogatio principum est, et quasi origo omnium istorum uocabulorum, siquidem haec omnia sub rogationis nomine comprehenduntur. Nam nisi populus, aut plebs rogetur, nullus plebei, aut populi iussus fieri potest. Sed haec differentia non seruatur prorsus ab omnibus. Etenim plebscitra, et priuilegia leges dicuntur. Et haec omnia appellantur rogationes. Sunt praeterea senatus consulta, decreta principum, responsa prudentum. item municipales leges, quas unaquaeque urbs sibi priuatum constituit, à municipis dicta, quae ita denum uires habent. Si urbs Roma, aut aliarum liberarum urbium, quarum imperio sub sint, aut imperatoris, uel principis autoritate muniantur. Ceterum praeter tripartitam illam iuris diuisionem, quam facit Vlpianus, habemus in nostra religioe ius diuinum, quod primum locum tenet, in quo diuina oracula comprehenduntur, quae leges diuinae nominantur. item ius pontificum, quod à romanis pontificibus sanatum est. Hinc utriusque iuris prudentes dicimus, qui pontificum simul, ac civile ius profitentur. item in civili iure praetorium ius continetur, quod praetores supplendi, aut corrigendi iuris ciuilibus gratia introduxerunt ob publicam utilitatem. hoc à praetoris honore, honorarium nuncupatur, et interpretatio iuris ciuilibus, et quasi uua uox est. Est etiam (ut Paulus scribit) ius singulare, quod contra tenorem rationis ob aliquam utilitatem aut horitate consuetudinum introductum est. item est aliud ius, quod ius consuetudinis appellatur. hoc quidam sub naturali, alij sub iure gentium constituunt, definiuntque ius consuetudinis esse, quod in morem uetustas uelq; approbatione produxit. item ius militare dicitur, quo soli milites sunt astricti. Et ius trium liberorum, quod patribus dabatur filios non habentibus. Hoc ius qui habebat cum aliquo à populo iuratum diuidebatur, pro tribus accipiebat, quae tribus filijs alimenta praebiturus esset. quod institutum est in laudem Horatorum, qui tergemini aduersus Curiacos albanos pro Romano imperio pugnauerunt. Claudius princeps ius quatuor etiam liberorum mulieribus dedisse proditur. Marialis. Quod natura uetat fieri, permittit uideri. Naturum genitor credat ut esse trium. Et ius quirinum, quo soli Romani uiuunt, quasi eorum (ut ita dicam) municipale. item pacti ius est, cum aliquid inter se homines pacti sunt, etiam si aliàs de iure non esset. iuris prudentiam Vlpianus appellat diuinarum, atque humanarum rerum notitiam iusti, atque iniusti scientiam. iuris praecipua tria sunt. honeste uiuere. alterum non ledere. ius suum cuique tribuere. ius ab aequitate sic distinguunt, ut ius sit, quod omnia recte, et inflexibiliter fieri exigit. Aequitas, quae multum de iuris rigore remittit. Ponitur etiam ius aliquando pro autoritate, siue libertate quadam, atque licentia. Cicero, Quare suo iure nosster ille Ennius sanctos appellat poetas. Suo iure inquit, quasi sua autoritate, et licentia, quia summus erat poeta. idem. pro meo iure dico, quasi confidenter. Aliquando pro merito accipitur. Quis tilianus, Quis cum non id meruisse, quis non iure passum affirmet? Quandoque etiam pro necessitudine, ut est mihi cum illo ius cognationis, aut amicitiae. item ius dicitur locus, in quo ius redditur, appellatione collata ab eo, quod fit in id, in quo

fit. quem locum definiunt, ubicunque praetor salua maiestate imperij sui, saluoque more maiorum ius dicere constituit. item ius liquorem si significat eorum, quae coquuntur, et ad coquinariam pertinet. A quo iurulentum dicimus iuris plenum. Plinius, ius decoctae cum posca pernicionibus prodest. A iure dicitur iustus, qui praecipua iuris seruat. interdum pro mediocri ponitur, cum et ius ipsum mediocritas quaedam sit. Vnde iustam magnitudinem hominis, uel libri, uel alterius rei dicimus, cum nec debita minor est, nec modum excedit. Hinc iusti dies dicebantur triginta dies, cum exeratus esset imperatus, et uexillum in arce positum. interdum pro uero, unde apud iurconsultos, qui filium adoptat, interrogatur an uelit eum, quae adoptat iustum sibi filium esse, hoc est uerum filium. item iniustus, qui contra ius facit. Et interdum ponitur pro eo, qui iustam magnitudinem excedit. Vrgilius, iniusto sub fasce uiam dum carpit. A iusto iustitia, quae definitur (ut Vlpiano placet) constans, et perpetua uoluntas ius suum cuique tribuens. Alij iustitiam dicunt habitum animi esse communi utilitate conseruati, dignitatem suam cuique tribuentem, cui contraria est iniustitia. Hinc etià iuste et iniuste aduerbia deriuantur. Et iusta dicuntur sacrificia, quae mortuis impediuntur, ut supra diximus. item iusta aduerbiu, quod qua ratione uulgo p. x. duplicem literam scribatur, non uideo. Si significat autem aequae, similiter. eodem modo. Plau. Dixi tibi mater, iusta mecum rem tenes. i. aequae mecum. Sallust. Hyemem atque astatem iusta pati. Aliquando tamen pro praepositione accipitur, et significat proprie. Vrg. Humilis uolat aequora iusta. Aliquando simul, coniuictim. Vrg. Cum interea lucubranda faceret iusta ancillas lanam, hoc est si nullo cum ancillis. Nonnunquam apud Plautum. iusta te sum, tu me tuearis oportet, hoc est apud te sum. Apud tamen, licet proprie iusta significat, Aliqua do tamen pro in usurpatur. Apul. Apud forum eum conueni, hoc est in foro. Penes quoque idem quod apud et iusta significat. Cic. ita petulans es atque ater, ut ne ad solarium quidem (ut mihi uidetur) sed penes scenam, et in huiusmodi locis exeratus sis. Sed penes usurpatur frequentius in ijs, quae ad dominum spectant, laudemque, uel uituperationem, et commodum, aut incommodum. Vrg. Sed seruorum cura penes dominos sit. Cic. Cuius penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis, aut scientiae. Quinti. Vt reor in illius culpa uideatur penes patrem, quod tam facile irascitur. Liui. Vt penes eosdem pericula belli. penes quos praemia essent. Vt etres iustum quoque pro iusta scripsere. Si femina. iustum Minacium flumen obrucant. item à iure iniuria, quod non iure fiat. iniuria enim proprie (ut Vlpianus sentit) iniqtas, atque iniustitia est. Nam cum quis iniqtas, uel iniuste sententiam dixit, iniuriam dixisse manifestum est, quasi non iniuriam. iniuria etià aduerbialiter ponitur pro eo quod est sine causa. et immerito, quem admodum iure pro merito accipi supra demonstrauimus. Cic. Neque id iniuria factum est, hoc est non sine causa, non immerito. Quod doque etià pro contumelia. Plin. Tot ab eo iniurijs affectus sum, tot conuitijs laessitus. item pro dano culpa dato. Pacu. Patior facile iniuriam si est uacua contumelia, cuius autoritate motus Marcell. scripsit iniuriam leniore esse, quam contumeliam, nec aia aduertit iniuriam hoc loco pro dano accipi. Ab hoc fit iniurior, quod modo significat incommodum, ac damnum, modo contumeliam factio, et iniurius, quod alicui iniuriam facit. Et iniurius, contumeliosus. et iniurie, atque iniuriose aduerbia. Neui. iniuriose ego ne, an ille iniurie facimus. ubi manifeste intelligitur iniuriose pro contumeliose accipi, iniurie uero pro iniqtas, et iniuste. Itē à iure fit iurgio, quod est, de iure cotendo, et iurgatio, iuris actio. A quo fit iurgiu, hoc distans à lite, quod iurgiu lenior res est, siquidem iter beneuolos, et propter quos cotertatio quaedam iurgiu dicitur. iter inimicos autem lis appellatur. Cic. admiror non reru solu



sed etiam uerborum elegantia, si iurgant inquit beneuolorum concertatio, non lis inimicorum iurgium dicitur. idem. Iurgare ergo lex putat inter se uianos non litigare. Ab hoc fit iurgiosus, hoc est contentiosus. contumeliosus. Gellius. Mulier morosa admodum, et iurgiosa. Et obiurgo, actiuum. et obiurgor deponens, quod significat arguo. reprehendo. A quo obiurgator, reprehensor. et foemininum obiurgatrix. et obiurgatio, hoc est reprehensio deriuantur. Item a iure iuro, quod proprie est promitto me adhibitis etiam testibus ita seruaturum, ac si ius esset. A quo fit iuramentum, quod et iusurandum dicitur. Laberius. Quod est iusurandum? Emplastrum aris alieni. et adiuuro, quod ferè semper negatiue ponitur. Terentius. Adiuurat se non posse apud nos absente Pamphilo durare. interdum tamen adiuurare est incantationibus quibusdam demones alligare, quod graeci dicunt *ἰεσοπιεῖν* hoc est exorcizare. a quo ipsa adiuuatio, exorcizatio, siue exorcismus dicitur, et qui huiusmodi artibus utuntur a iuriconsultis dicuntur exorcizatores. et abiuro rem creditam cum iuramento nego. et apud me retineo. Virgilius, Abiurat aequo; rapinae caelo ostenduntur. Ab iis adiuuatio, et abiuratio deducuntur. et coniuuro, quod proprie est conspiro, id est in alicuius perniciem iuro. a quo coniuuatio, hoc est conspiratio. Capiuntur tamen aliquando conspiro, et coniuuro in bonam partem, sed per arro. Cicero pro Ligario fratrum conspirationem dixit, quasi unanimitatem. Horatius, Et coniuurat amice. item de iero, quod est sancte et uehementer iuro. A quo deierator. deieratrix. deieratio. et peiero, quod est iuramentum in fringo, uel contra iuramentum facio, uel animo fallendi iuro. A quo peierator. peieratrix. peieratio. et per iurus. A quo periuurium, qui uiolauit iuramentum, et ipsa uiolatio. et deiuurus, qui sancte et uehementer iurauit. a quo deiuurium, sanctum iusurandum. Gelli. Octo ad hostes redire uoluerunt, quod deiuurio uincti forent. duo reliqui Romae manserunt. iurati dicuntur, qui iurauerunt. Sicut iniurati, qui non iurauerunt. et coniuurati, qui conspirationem fecerunt. item prauiuro, ante alios iuro. A quo prauiuratio dicitur. et prauiuratio, quam ij facere dicuntur, qui ante alios concepit uerbis iurant, post quos in eadem uerba iurantes tantummodo dicunt, idem in me. et exiuro, quod est deiero. Plau. Exiurasti mihi te dixisse per iocum. item eiuro, quod significat, id quod desyderatur, non posse praestari. idem. Eiurauit militiam. Ab hoc fit eiuratio. item a iure iusitium, quasi iuris statio, et iuridicus, et iurisditio, de quibus supra diximus. item iudico. a quo iudex iudicium. iudicialis. A diudico. diiudico, iudicata res. prauiudico. prauiudicium. iudicatum. Ab iudico, de quibus similiter superius differimus. Quidam non a iubendo ius dictum existimant, sed per immutationem unius literae, a ius, cum ius nihil aliud sit, quam ius, hoc est uoluntas potestatis. Quia propter quidam leges aranearum telis similes esse dixerunt, quae multis quidem capiunt, a maioribus uero animalibus in franguntur. iustitiae imaginem ita pingere ueteres consueuerunt, effigie uirginali. aspectu uehementi, et formidabili. luminibus oculorum atrocibus, neque humilis, neque aspera, sed uerecundae cuiusdam tristitiae dignitate. ex quo intelligi uoluerunt eum, qui iustitiae praestitum oportere esse grauem sanctum. seuerum. incorruptum. in adulabilem. aduersus improbos, atque nocentes immiseri cordem, atque inexorabilem erectum. arduum. potentem, ui et maiestate, aequitatis, ueritatisque terrificum.

INGENIVM. Naturam, ut supra diximus. MITIUS. Lenius. suauius. minus asperum. Miti proprie dicitur lenis. clemens. mansuetus. cuius contrarium est immitis, hoc est asper. saeuus. crudelis. Hinc per metaphoram mitis aliquando pro tranquillo accipitur, et immitis pro procelloso, atque in-

quieto. Virgil. Mitis ut in morem stagni, placidaeq; paludis. Apuleius, Erat enim turbidum, atque immite pelagus. item mitis pro maturo. et immitis pro immaturo. Virgil. Sunt nobis mitia poma, Castaneae molles, et pressi copia lactis. Plinius, immitia adhuc, et cruda poma. A mitis fit mitesco uerbum, quod modo mansuesco significat. idem. Ut feræ domi educatae mitescunt. Modo tranquillor. Apule. Conflaccescunt fluctus, mare mitescit. Nonnunquam matureasco. Plinius. Reliquorum pomorum uelocitas cito mitescentium transuolat. item mitigo, placō, quasi mitem ago.

10

DE VRSO RETE IMPLICITO.  
EPIGRAMMA. XI.

**P**RAECEPTA SANGVINEA. Blanditur Domitiano de uerso, qui cum per arenam furibundus curreret, retibus irretitus, ad similitudinem auium deprehensus est. DVM.

Quando. Dum enim aliquando aduerbium temporis est. et pro quando accipitur. Virgil. Multa quoque bello passus dum conderet urbem, hoc est quando condebat Troiam, quam Aeneas, ut primum in Italia uenit edificauit, dum enim hoc faceret, ob uulneratum regium ceruicem, commota sunt bella. Aliquando pro donec, ut hoc ipso loco, si per urbem Lauroluuium intelligamus. tã diu enim dimicauit, donec ad tempus faciendae ciuitatis ueniret. Nonnunquam pro dummodo, ut in eodem uersu, si per urbem accipiamus Romam, ut sit sensus, multa passus, dummodo conderet urbem. Quod si cum praeterito subiunctum iungatur, significat postquam. Martial. Audieris dum grande soporos, hoc est postquam audieris. A dum fit dummodo. duntaxat, quod significat solummodo. nodum. et nudum, pro non adhuc. Aliquando etiam explicita coniunctio est, ut age dum. ades dum. PRAECEPTA. Festinus. furibundus. et sine consideratione proruens. Praecepta a praet et apio componitur, significatque proprie eum, qui sine consideratione aliqua, aut modo, quid agit, et quasi re praecipit. Vnde pro nimis festino poni solet. Virgil. Praecipites atraeui tempestate columbae. Capitur etiam pro loco alto, unde quis se praecipitem dare facile possit. idem. Turrim in praecipiti stantem. Hinc fit praecipito, quod est in praecipiti deijctio. Aliquando etiam inconsiderate ago. A quo praecipitum, locus praeruptus, unde praecipitari facile potest. et ipsa praecipitatio et praecipitanter ad uerbum, quod significat temere inconsiderate. ROTATA. Verit. Tractum a rota, quam graeci τροχόν, hoc est rotatum uocant. Rota autem a rotunditate dicitur. Cuius diminutiuum est rotula. Rotundum enim dicimus, quod collectum, et per omnem circuitum leue est sine offensione asperi anguli. Transferitur aliquando ad animum, et pro collecto, ac conano accipitur. Gelli. Crispum sane agmen orationis, rotundumque, ac modulo ipso numerorum uenustum. Cic. Theodectes autem praefator, nec satis, ut ita dicam, rotundus primus instituit dilatare uerbis. A quo fit aduerbium rotunde, hoc est collecte. eleganter. concinne. idem. Accedunt uerba apte, et rotunde disposita. Rotundum autem, quasi retundum dictum est, a retundendo, quod omnis undique retonsa, et ueluti deternata sit asperitas. habet enim quod rotundum est, unicam superficiem, in qua nec principium notari potest, nec finis. Rotundam Romae ueteres faciebant aedem deae Vesta ad pilei similitudinem, quod eam credebant terram esse, quam esse rotundam manifestum est. Alii rotundum a radendo deductum putant, quod circumasum atque ex polium sit. Radere enim complanare est. Vnde radium dictum putant, quo mensurae raduntur, quod et

20

30

40

50

60



Præcepta sanguinea dum se rotat uisus arena, Splendida iam tecto cessant venabula ferro, Deprendat varuo venator in aere prædam,  
 Implicita uisco perdidit ille fugam. Nec uolet excussa læca torta manu. Si captare feras aucupis arte placet.

Hostiorum ab æquando dicitur, ut supra declarauimus, et ra-  
 fores fiducias, qui uidentur chordas ictu radere. Et rursum  
 similitur a radendo. Cuius diminutiuum est rutellum. Lualis-  
 us. Frumentarius est, modum hic secum, atque rutellum unum  
 affert. A rado composita fiunt arcitrado. obrado. derado.  
 erado. corrado nota significationis. Corrasisse patrimonium  
 dicitur, siue corrasisse hæreditatem, qui omnem substantiam cõ-  
 sumpsit, et domum rasam, hoc est omni re uacuum, atq; ex po-  
 liatam reliquit. Rastrum quoq; a radendo terram appellatum  
 putant. item radicem. Radices enim se penumero effossa pa-  
 rum per terram raduntur. ut arbores melius fructiferae. A ra-  
 dix radico deducitur, quod est radicem facio, quod et radicem  
 capio dicitur. Plinius. Cum pali defixi radices cepissent. et era-  
 dio, uello. Et uiuiradix, de qua superius diximus. Et radi-  
 cala diminutiuum, et radicatio, atq; eraditio. Et radicitus  
 aduerbium, hoc est a radice. Et per metaphoram ponitur pro  
 eo, quod est prorsus. omnino. Radicula etiam per se herba uo-  
 catur, succum habens lauandis lanis commodissimum, multum  
 conferens candore, mollitiq; Trans euhphratem laudatissima,  
 acule ferulaceo. tenui, et ipsis abis indigenarum ex petito, un-  
 guentiq; quicquid sit cum quo decoquatur, folio olea. Struthio  
 graecæ uocant. floret æstate. grata aspectu. uerũ sine odore spi-  
 nosa, et acule lanuginoso. femine caret. radicem habet ma-  
 guam, quæ conciditur ad eum, quem diximus usum. Vulgo eti-  
 am radicem raphanum uocant, sed hoc a pud doctos nõ inue-  
 nitur. Cortice, et cartilagine constant raphani. uis mira his est  
 colligendi spiritum, laxandiq; ructum. Ob id abus illiberalis,  
 utiq; si proxime olius mandatur. Si uero cum oliuis, rarior ru-  
 ctus fit, minuiq; foetidus. in Aegypto mire celebratur propter  
 olei fertilitatem, quæ de femine eius faciebant. plusq; ex eo que-  
 ritur, quam ex frumento, et minus tributi erat, nullumq; co-  
 piofius oleum. Plura raphanorum genera ueteres faciebant.  
 algidense a loco longum, atq; translucidum. Syriacum rapise-  
 re figura suauissimum, ac tenerrimum. item syluestre, quod  
 graecæ cheriam uocant. pontica armon. alij leuen. Nostri armo-  
 rana fronde copiosius, quam corpore. Serui uult raphanus ter-  
 ra soluta, humidus. simum odit, palea contentus, frigore adeo  
 gaudet, ut in germania infantium puerorum magnitudinem  
 æquet. Aristomachus detrahi folia per hyemem iubet, et ne-  
 lacina sit gnet, accumulare, ita in æstate grandescere. Suc-  
 com eorum præcordijs necessarium tradunt, quando phthisin  
 cordi inus in hærentem nõ alio potuisse depelli compertum sit.  
 in Aegypto, ubi iussu regum corpora mortuorum ad seruand-  
 os morbos secantur. in templo Apollinis delphis adeo cæteris  
 abis prælatius est raphanus, ut ex auro raphanus dicerentur.  
 Beta ex argento, Rapum ex plumbo. Scripsit Morchion graecus  
 author de raphano unum uolumen, utilissim in abis hy-  
 berno tempore existimantur, atterunt tamen dentes, unde et  
 ad polienda eboræ eis utuntur. odium habent cum uite maxi-  
 mæ. Refugit hæc iuxta satos. Raphanũ decotti mane poti ad-  
 ternos cyathos comminuunt, et eijciunt calculos. In posca co-  
 cti contra serpentum morsus illuminantur. Ad tussim mane ieiun-  
 nis profunt cum melle. Semen eorum tostum, ac commanduca-  
 tum ad lagroponon confert, hoc est ad ilium dolorem. quippe  
 eam corporis partem alij lagaron, alij hypocondrion uocant.  
 Poison. laborem, doloremq; qui hunc morbum patiuntur, di-  
 cuntur ilio si. Succus raphanorũ biniis cyathis contra flegmo-  
 nem sumitur. Sic enim uocatur inflammatio, quoties sanguis  
 uilis, et mediocriter crassus fertur subitus in aliquam corpo-  
 ris partem, et pro sua copia figitur. Nicander poeta contra fun-  
 gorum uenena saluare esse raphanos scribit. Hippocrates.  
 Capillos mulierum defluos, si fruantur raphano cohiberi, et

ciatricem ad colorem reduci affirmat. Semen ex aqua impossi-  
 tum sifit phagedenas, sic enim ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, hoc est ab  
 edendo uocantur ulcera, et penetrando usq; ad ossa corpus uo-  
 rant, uulnus inæquale est, cæno simile, inestq; multus humor  
 glutinosus, odor intollerabilis, maiorq; quam pro modo ul-  
 ceris inflammatio. Democritus uenerem raphani abo sti-  
 mulari putat, ob id aliqui nocere uoci prodiderunt. item a ra-  
 do ramentum, quod significat tenuem cuiusq; rei particulam,  
 et quasi rasuram. Vnde ramenta auri ramente argenti-  
 li-  
 10 griorum. et cæterarum rerum dicimus. item ramus, quasi ra-  
 sus. a quo ramale eiusdem significationis. Persius. Et ramale  
 uetus. et ramusculus, paruus ramus. et ramex hernia a si-  
 mulitudine descendens rami. et racemus pars botronis, siue  
 potius ipse botrion, qui et botrys more graeco, et botrus, hoc  
 est integer uuae racemus. item a rado rastrum, instrumentum  
 rusticum, quod terram radat. a quo diminutiuum fit rastel-  
 lum. Rhamnis cuius uox cognata his uidetur esse, urbs est eu-  
 boia, in qua fortuna religiosissime colebatur, ob id fortuna  
 Rhamnusia a poetis appellatur. Ouid Exiget et dignas ul-  
 20 trix rhamnusia penas. Ramnetes proprium uiri nomen fuit.  
 Ramnus graeco uoce, spina dicitur, de qua mox dicemus. Spi-  
 na modo sentem hoc est arborem spinas ferentem significat.  
 modo aculeum, qui in sentibus nascitur. a quorum similitu-  
 dine spine piscium dicuntur, et serpentium, quamuis aliqui  
 pisces ossa non spinas habeant. ut Delphini. Spina etiam in-  
 dorso hominis dicitur, et aliorum animalium. Spinarum,  
 hoc est arborum spinas ferentium multa genera sunt. Spina  
 Syria maxime celebratur, praesertim nigra, quoniam incorru-  
 pta etiam in aquis durat ob id utilissima nauium costis. Aca-  
 30 leum habet et in folijs, semen in siliquis, quo coria perficiuntur  
 gallæ uuae stlos eius, et coronis incandus, et medicamentis  
 utilis. Manat ex ea et gummi, sed præcipua utilitas, quod cæ-  
 sa tertio anno resurgit. Non dissimilis huic et prunus Aegy-  
 ptia est, pomo mespili, maturescens bruma, nec folia dimit-  
 tens, lignum in pomo grande, sed corpus ipsum natura, co-  
 piaq; messium instar incolis est. Purgatum enim tradunt, ser-  
 uantq; eius ossis. Nascuntur et circa memphim spinarum  
 arbores tantæ magnitudinis, ut terni nequeant circumplecti  
 unam, pomum in usu non est, folia habent ceu pennas, quæ ta-  
 40 ctis ab homine ramus statim cadunt, postea renascuntur. Pa-  
 liurus inter spinas numeratur, siliquam fert, in qua terna, aut  
 quaterna semina gignit, quibus medici contra tussim concis-  
 untur. habent enim lentitiam quandam, atque pinguedi-  
 nem, ut semen lini. Nascitur locis dilutis, folijs deciduus est. Pa-  
 liuri semen Aferi Turam uocant, contra scorpiones efficacissi-  
 mum. et mespilus spina est, siquidem et in spina alba inse-  
 ritur. Tria eius genera anthedon. setania. et gallica. Set-  
 50 nia fructum fert grandiozem, candidiozem, acinosq; ligno  
 molliori. Anthedoni pomum minus cæteris, sed odore præ-  
 stantius, et quod diutius seruetur. Flos amygdale omnibus,  
 folium magna ex parte fessum, quod ante, quam decaat, rube-  
 scit uehementer. Non fuit hæc arbor in Italia Catonis æuo.  
 Spina est et malum punicum, de quo alibi diximus. Tragion,  
 siue scorpionem fert Asia, spinam sine folijs, ramis rubenti-  
 bus ad medicanæ usum. Spina babylonis est, sicut uiscum  
 in arboribus, sed in spina tantum feritur, quæ Regia uoca-  
 tur, et eadem die germinat, quod iniectum est. Condunt  
 hac uina, et ideo feritur. in oriente a capto per solitudi-  
 nes nihil gignitur præter spinam, quæ sitiens uocatur.  
 60 Rubi spinæ sunt uulgo notæ, mora producant non mo-  
 do animalium abis, sed multis medicamentis commodissi-  
 ma. inter medicamenta, quæ siphatica, hoc est constypantia



uocant, nihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in uino ad tertias partes, ut colluantur eo oris ulcera, & se dis foueantur, tantaq; uis est, ut spongiae ipsae lapidescant. Genus rubi est, in quo rosa nascitur, gignit pilulam castaneae similem, praecipuo remedio calculosis. Et cynodon, quasi canina rosa, quod contra canis rabidi morsum uim maximam habeat. & cynosbaton, quem alij cynosbaton, alij neurospaston uocant, folium habet uestigio hominis simile fert & uiam nigram, in cuius acno neruum habet, unde neruus passus dicitur. Cynosbaton tamen medicum etiam capparim uocant firmiter ligni fruticem, seminisq; & a bi uulgeris, cuius caulis quoque manditur. Cynosbatos dicitur, quasi caninus rubus, quonia ei rubo similis hic frutex est. Alij ophoeostaphylen nominant, hoc est serpentis uiam, quoniam in Arabia pestilens est. id. eius rubus appellatur, quoniam in ida non alibi nascitur. Est tenerior, ac minor, rarioribus calamus, innocentiorebusq; sub arborum umbra nascens. inter genera ruborum rhamnus appellatur candidior, & fruticosior. is floret ramos spargens rectis aculeis, non ut caeteri aduncis, folijs maioribus. Alterum genus eius est syluestre, nigrius aliquatenus rubens, cuius radice decocta in aqua fit medicamentum, quod uocatur Lycaum. Praestantius tamen lycium ex alio genere spinae fit, quam pyxacanthon chironia uocant. Coquuntur in aqua tusi rami, radicesq; summae amaritudinis aereo uase per triduum. iterumq; exempto ligno, donec mellis crassitudo fiat. Spina alba uulgo nota est. Corona ex ea inposita capitis dolores ferit minuire. Oxyacanthos spina est multo minoribus folijs aculeatis per extremitates ferens bacas rotundas, folijs ipsis araneosa lanugine obductis, qua collecta etiam uestes quaedam bombicinis similes fiunt in oriente. Oxyacanthi bacae contra serpentium ictus bibuntur. Est & Acatie spina, cuius semen lentiscalae simile, minor est tamen & grano, & folliculo. Colligitur autumno, spissatur succus, sed folliculis aqua caelesti perfusus, mox in pilula tuis exprimitur organis, densatur in sole, mortarijs in pastillos. Ad uicia perficienda semine pro gilla utuntur. Vulgaris spinae solius radice usus est ad coria tingenda. Per hispanias tamen multi ad odores, & unguenta utuntur, assalatum uocantes cum assalatus sit spina alba in oriente, magnitudine arboris modica, flore rosae, cuius radix unguentis ex petitur, quida Erysi sceptrum uocant. Alij sceptrum Elisei, alij adspicam, alij diptacon, siue diacheron sanatozenas. Sic enim uocatur uinum in naribus ex confluxu humoris acerrimi. Est & spina appendix, ita appellata, quoniam bacae puniceo colore in ea insit racemi pendentes appendices uocantur. Spina etiam uepris dicitur, quod uehementer prehendat. Cuius diminutuum est ueprecula. SANGVINEA. Sanguinolenta, sparsa cruore multarum ferarum. Sanguis quid significet, manifestum est. Maribus hic quam foeminis nigrior est, & in iuuentia magis quam senio. Qui multo sanguine, & pingui abundant, iracundi sunt, magna in eo uilitatis pars est. Emissus spiritum secum trahit, & tamen non sentit tractum. inter animalia, fortiora sunt, quibus sanguis crassior est. Sapientiora, quibus tenuior. timidiora, quibus minus. Quibus nullus, hebetia. Taurorum celesterrime coit, ideo pestifer, ut supra diximus. Aprorum, ceruorum. aprorum. et bubalorum omnium, non spissatur. Pinguis simus asinis. Homini tenuissimus est. Quae plus quam quaternos habent pedes, carent sanguine. Obesi minus sanguinis habent, quoniam absunt pingua. Profluum eius in naribus soli homini accidit, quibusda per inferna, multis per ora statuto tempore, ut uoluis saturnino omnibus annis, qui tamen nonagesimum uitae annum excessit.

Animalia quae certis temporibus latent, non habent tunc sanguinem, praeter exiguas admodum guttas circa cor. Homini- bus in metu refugit, in uerecundia faciem petit, ideo timore pallescimus, rubescimus pudore. Morbi omnes morisq; sanguinem absumunt. Aliquando sanguis pro genere ponitur. Virgilius, An nymphaeum sanguinis una. Ab hoc sanguineus & sanguinolentus deducuntur, quae modo ad corpus referuntur, significantq; plenum sanguine, ut hoc loco. Modo ad animum, & pro crudeli, ac cruento accipiuntur. Apuleius immani, ac sanguinea uoce perterritus. Varro. itaq; propter amorem imperij magistratus gradatim seditionibus sanguinolentis urbem perturbauere. item sanguinarius, hoc est seuis. crudelis. Cicero. itaque grauem illam, ac sanguinariam uocem audiuimus. & sanguisuga, uermis, qui & hirudo dicitur. Horatius. Non missura citem nisi plena cruoris hirudo. Quidam hanc ab haerendo nome traxisse existimant, quod animalium corporibus haereat. & ex angue, quod sine sanguine est. & sanguiculus, sanguis hedi, siue suis in abum formatus. Plinius. Vtuntur ad utrumque uitium. Et coagulo hedi in uino myrteo magnitudine fibrae potio, et sanguine eiusdem in abum formato, quem sanguiculu uocant. et consanguineus, q sanguine mihi conuictus est. A quo consanguinitas ipsa conuictio et sanguinaria herba, qa succus eius infusus naribus supprimit sanguinem, polygoni graea uocant, uel a multitudine seminis, uel a frequentia geniculorum. Quippe πολὺ multum significat, γένος genitus, γένυ genu. folia rutae habet, parum a terra attollitur similis graminis. Alij calligonon nominant. Alij halmada. Nonnulli carniothum. Quidam dema. Multi myrtopealon. et unum eius genus, quod in montibus nascitur oreon harundini tenerae simile, uno caule densis geniculis, & in se fractis. Est & aliud genus syluestre appellatum pene arboris fructu. radice lignosa rubicundum. ramis sparti. binum palmarum. Vis omnium est spissare, ac refrigerare propter quod stomachi feruori folia imponuntur. & sanguen arbor, cuius cortex ad sanguis similitudinem rubet. A quo sanguineus. Plinius. Siquis duas uirgas sanguineas manu tulerit. item a sanguine secundum quosdam sanaco uerbum. Est enim proprie sanare, consecrare aliquid sub sanguine hystae. Vnde sanctum dicitur, quasi sanguine consecratum. & sanctio proprie uocatur lex cum terrore poenae. Alij tamen uolunt sanctum proprie dici quod ab iniuria hominum defensum, atque munium est, tractumq; esse a sanguinibus herbis, quae legati populi Romani ferre solebat, nequis eos uiolaret, quemadmodum legati graecorum ferebant ea, quae ceratia uocantur. In municipijs muros sanctos esse Sabinus affirmat, nec licere eos reficere sine principis, uel praesidis auctoritate, nec aliquid conungere, uel supponere. Hinc sanare deductum, quod est firmare, munire, & quasi sanctum facere. Vlpianus sanctum esse scribit, quod nec sacrum, nec profanum est, sed sanctione quadam confirmatum, ut sanctae sunt leges, hoc est sanctione quadam subnixae. Hinc Virgilius, Sancta ad nos anima, atque istius inscia culpa descendam. Sancta inquit, hoc est incorrupta. idem. Tuq; o sanctissima conuix felix morte tua. Sanctissima, hoc est castissima. interdum tamen sanctum pro sacro, & religioso ponitur. Idem. Ecce leui summo de uertice uisus Iuli fundere lumen apex. & paulo post. Nos pauidi trepidare metu, crinemq; stergentem Excutere, & sanctos resingere fontibus ignes. sanctos inquit, quasi diuinitus missos. idem. Tuq; o sanctissima uates Praescia uenturi. Sanctissimam uocauit, quia & uates, & deo plena erat. Ab hoc fit sanctificatio uerbum, a quo sanctificator. sanctificatrix. sanctificatio. item Sanctitas. sanctitudo. sanctimonia eiusdem significationis.



et sancte aduerbium. A quo persancte. Plautus, idq; persancte iuravit se facturum. et sanctuarium, sacer locus, templum sacrarium. Sacrum uero (ut Trebatius refert) dicitur omne, quod deorum habetur. Hinc Virgilius, quoties sacrum nominat, additionem fere deorum facit. Sacra Dioneæ matri, diuisq; ferebam. idem. sacra Ioui stygio, quæ recte incepta parabam. idem. Tibi enim, tibi maxima Iuno, Mastrat sacra ferens. Hinc sacer mons trans anienem fluum ultra tertium milliarium appellatur, quia Ioui fuerat consecratus. et sacra uia in urbe Roma uocata est, quod in ea fœdus ictum sit inter Romulum, et Tatium. et sacrum uocabant mustum, quod libero patri sacrificabant pro uineis, et uasis, et ipso uino cõseruandis, sicut præmetium de spiciis, quas primo metendo colligissent, Cereri sacrificabant. et sacrosanctum, quo iure iurando interposito erat institutum, ut qui uiolasset, morte pœnas pederet. et sacramentum, quod iurisiurandi sacratione interpositum geritur. Vnde sacramentum militare appellatum. item sacramentum, et, quod pœnæ causa penditur. et sacrifico, quod à luto ita distinguitur, ut sacrificare, sit ueniam petere. Litare uero propitiare, et uotum impetrare. Plautus. Si hercle istuc unquam factum est, tum me Iupiter faciãt, ut semper sacrificem. nunquam litem. Confunduntur hæc tamen, et utrunque accipitur pro eo, quod est sacrum facere, et sacrificulum regem sacrorum. et sacro uerbum, quod est deo dedico, et sacrum facio. A quo sacerator. saceratrix. sacratio. et confecro eiusdem significationis. A quo confecrator. confecratrix. confecratio. et execror, quod proprie est mala deprecor. Vnde execratio, deprecatio malorum. et execrabile, deprecabile. euitandum. et defecro, quod proprie est ex sacro profanum facio. et quod uulgo dicitur de grado. Plautus, Defecrare eum prius oportet, ne manus contaminem. et obsecro, quod significat obsecror. deprecor, et quasi sacra, ut te exorem, facio. Vnde obsecro ueteres dixerunt, pro uos obsecro. Ab hoc obsecrator. obsecratrix. obsecratio. et rescro, religione absoluo. Plautus. Rescero mater, quod dudum obsecraueram. hinc cum populum reus aliquando rogasset per deos, ut eo periculo liberaretur, iubebat magistratus eum rescrare. et sacerdotem, qui deo dicitur, ad sacrificia faciendâ. A quo sacerdotium, ipsum sacerdotis munus, officium ue. Vnde gentilium sacerdotum ueteres appellabant, quod nunc uocatur ius patronatus. et sacerdotale, quod est sacerdotis. et sacrum locum, in quo sacra reponuntur. et sacrilegum, qui rem sacram, aut è sacro loco furatur. à quo tale furum sacrilegium. Sacrum enim aliquando pro sacrificio ponitur, quâdo substantiuum est. Virgilius, Sacra dioneæ matri, diuisq; ferebam. Quando uero adiectiuum pro uenerabili. Idem. Extulit os sacrum celo. interdum etiam pro execrando. scelerato. Idem. Quid nô mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Plautus, Homini quantum hominum terra sustinet sacerrimo. Quod tractum est à Gallorum consuetudine. Quoties enim Massilienses pestilentia laborabant, unus ex pauperibus sese offerebat alendum anno integro publicis pretiosioribus abis. Hic postea uerbens ornatus, et sacris uestibus indutus, per totam urbem ducebatur cum execrationibus, ut in ipsum omnia ciuitatis mala reciderent, et sic dijs immolabatur. item sacrum quando substantiuum est, pro templo accipitur. Cuius diminutiuum est sacellum, dictumq; est ad imitationem grecorum, qui sacrum dicunt ἱερόν, καὶ τὰ ἱερά templa appellant. Paulus iuriconsultus. Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilarint, at qui priuata sacra, uel ædificia in custoditis tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm sacrilegi merentur. A sacro etiam sacra appellati fuerunt Reate orti,

qui ex septimontio ligures siculosq; eiecerunt, quod iure sacro nati fuissent. Veteres pro sanguis neutro genere sanguinem dixerunt. Ennius. Et sanguinem dijs oriundum. Lucretius. Visceribus uiscos gigni, sanguinemq; creati, Sacrum græci ἱερόν dicunt, hoc est hieron. à quo hierarchia sacer primapatus. et hiera, insula inter Siciliam, et Liparim Vulcano sacra. et Hiero populi ultra Sauromatas. et Hiero rex Syracusarum. et Hieronymus, ac Hierotheus propria nomina, quorum alterum sacra lex, alterum sacer deus interpretari potest, et Hieropolis, oppidi nomen, quasi sacra urbs, et per diminutionem Hiella, urbs Hetruriae, et Hierosolyma, urbis nomen, in Palestina. et Hierapicra, medicamenti genus ad soluendum aluum. hoc est sacra. amara. nam πικρὸν græci amara dicunt. PERDIDIT. Amisit, quem admodum supra diximus. Ab hoc fit perditio. amissio. et perditio uehementer sine remedio. et frugi perda salix, quia amittit semen ante, quàm omnino maturitatem sentiat. Sed huic rei natura prouidentia consuluit, quoniam de pactus furculus facile, et incuriosius nascitur. Vnam tantum salicem tradunt aucthores semen ad maturitatem perferre solitam in Creta insula, atque ipso descensu speluncæ Iouis torum ligneumq; magnitudine aceris. Salix à saliendo dicta est, quod uel sata, uel casu terræ compacta statim salit, ac surgit. Salix perticilis dicitur, ex qua perticæ fiunt, hoc est fistulæ longiores, quibus ad sustentandam uites, hoc est ad iugum faciendâ, et ad menses flagellandas, et ad alia rustica opera utimur. Plinius. nam salices quædam in proceritatem magnam emittunt iugis uinearum perticis. Idem. Messis ipsa alibi tribulis in areâ alibi equorum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. 30 Idem. Perticis quidam decutiunt oliuas cum iniuria arborum sequentis anni damno. Has iustum est cædi quarto quoque anno. Salix ummalis est, ex qua uimina colliguntur has omnibus annis confodi iubent mense Aprilis. hæc et amerina dicitur ab ameria umbria ciuitate ab Amerio sic appellata. Virgilius, Atque amerina parant lentæ retina cula uiti. Amel la uero herba est, quæ nascitur iuxta Mellam galliæ flumen, à quo nomen accepit. Folia salicis contrita, et pota intemperantiam libidinis coherere dicuntur, atque si sæpius sumantur, usum eius in totum auferre. A salice salignum deducitur, quod è salice est, sicut acernum, quod ex acere. et abiegnum, quod ex abiete. et salicetum seminarium salicum, quod et salicetum per synopen dicitur. Virgilius, Hybleis apibus florem depasta salicti. et salicæstrum, genus labruscæ in salictis nascentis. Nam labruscæ est, quæ à græcis ampelos a griæ, hoc est uitis agrestis appellatur, spissis et candicantibus folijs. geniculata. ramofo cortice. fert uuas rubentes coacti modo, quæ autem in facie mulierum purgant. Quidam hanc tunianiam uocant. Vitis alba est quam græci ampeloleucen uocant. alij staphylem. alij molothron. alij philotrum. alij arcesofthm. alij cedrosin. alij madon. huius sarmenta longis, et exilibus internodijs geniculata scandunt folia pampinosa ad magnitudinem edera, diuiduntur ut uitium. Radix alba grandis, rhabdano similis initio. Ex ea caules asparagi similitudine exeunt, qui decocti in cibo aluum, et urinam ciunt. Est et nigra uitis, quam quidam ampelomelenam. alij bryoniam. alij chironiam. alij gynecanthen. aut aproniam uocant. similis priori, præterquam colore. Astaphis agria, siue staphis uitis est cauliculis nigris, rectis folijs labruscæ, fert folliculos uerius, quàm acnos uirides. similes aceri, in his nucleum triangulum maturescit cum uindemia. 40 50 60

FVGAM. Cursum, de quo supra diximus. IMPLICITAM. Ipse implicatus, hoc est innexus, in-



uoluit implicare enim inuoluere, & irretire est. Plautus, Hæc meretrix miris me implicauit modis. Sed de hoc superius differuimus. **VISCO**, Rete. Retia longis temporibus ad auum duntaxat aucupia in usu fuisse. Postea imperatorum ferè temporibus dum uenationum spectacula populo ædebant feris quoque ea adhibere cœperunt. Martialis, Pulcher adest onager mitti uenatio debet Dentis Erithræi iam remouete sinus. Per sinus enim retia intelligi manifestum est. Quippe sinus proprie pars illa dicitur, quæ est intra pectoris, brachiorumq; complexum. Vnde fit sinuo uerbum, quod est curuo, flecto. Hinc sinus uestium appellati, quales erant tunica Romanorum, & nunc sunt quorundam religiosorum supra cincturam laxitas illa uestis, quæ cingulum operit. Et per metaphoram sinus uocantur litora curua, & quasi brachijs mare amplectentia. A quo curuitas ipsa sinuatio dicitur, & sinuatum aduerbium, quasi per sinus, & sinuosum mare, quod multos habet sinus. item sinuosum, quicquid sinus facit propter laxitatem, ut sinuosa uela, quæ uentis stantibus curuantur, & sinus faciunt. Ponitur etiam pro orbe oculos amplectente, hoc est pro palpebris. Virgilius. Sinum lacrymis impleuit abortis. item pro quacunq; re fluente ob laxitatem, atque capaci. Iuuenalis. Fata regunt homines, fatum est in partibus illis. Quas sinus abscondit. unde & retia sinus uocantur. idem impleuitq; sinus. Sinus etiam prima producta, uasis genus est sinuosum. sicut galeola. Virgilius, Sinum lactis, et hæc te liba Priape quotannis Expectare sat est. V. ar. Vbi erat uinum positum in mensa, aut galeola, aut sinu. A sinus fit etiã uerbum insinuo, quod proprie significat coniungo, & quasi in sinum committo. Sifenæ. Agmen perturbatum pedibus insinuant, ac loco commouent. Iustinus. Cui se celeriter officij comitate, & obsequendi gratia insinuauit. Hinc per metaphoram insinuare dicimus, non aperte, & simpliciter rem exponere. Sed latenter in animum audientis uelut in sinum, id quod uolumus mittere. A quo insinuationo apud rhetores appellata, quæ exordij pars est, et ita à principio distinguitur, quod in principio est recta beneuolentiæ, & actionis postulatio, quæ esse in turpi genere causæ non potest. insinuationo subreptit animus, uel quia res sit improba, uel quia ab omnibus parum probeatur. Quod uiscum pro rete usurpauerunt ueteres, testatur Nonius Marcellus. Viscum inquit positum aliquando pro rete reperitur à tenacitate. Testatur Varro, Cuius ipse testimonio utitur. Lepusculi timentes, hoc quadrangulum dedunt se in rete. Sic fugere uiscum nequiuertunt, lineamq; com pedem. Testatur Virgilius. Tum laqueis captare feras, & fallere uisco, inuentum, & magnos canibus arcundare saltus. De feris enim hic proculdubio Virgilius loquitur, non de auibus. Nec recte sentit Seruius diuisum esse sensum, & quod dicit laqueis captare feras ad uenationem pertinere. Quod uero ait fallere uisco ad aucupium. mox enim poeta ipse subiungit, & magnos canibus arcundare saltus, quod ad uenationem pertinet ferasq; Auium autem nullam hoc loco facit mentionem. Sic igitur Virgilius laqueum, & uiscum nominauit, ut Varro uiscum, & lineam com pedem. hinc aliqui, quos Seruius reprehendit, ut quadam ueritatibus impulsus, quoniam uiscum pro rete à ueteribus usurpauit, litem ignorabant, & tamen non de auibus, sed de feris loqui Virgilium non dubitabant, Pro uisco uiscerationem interpretati sunt. in non minorem mihi uidentur errorem lapsi, quoniam cum carnem significare uolumus, uiscus uisceris dicimus, non uiscum uisci. Ouidius. Hæc quantum scelus est in uiscere, uiscera condi. Alteriusq; animantem animantis uiuere leto. Lucretius. Visceribus uiscus gigni, sanguenq; creati. Sed in huc errorem lapsum fuisse Nonium Marcellum eo magis admittitur,

ror, quo pro rete accipi uiscum et legerat, et notauerat, nisi forte posterius hoc legit notauitq; qd supra diximus, et obliuiscere retractare, qd supra prius ita scripserat uiscus positum pro uiscere. Lucretius uisceribus uiscus gigni, sanguenq; creati. Virg. Tum laqueis captare feras, & fallere uisco, id est tractu uisceris. Sic autem pro rete uiscum usurpauit à retinendis feris, quem admodum pro arboribus capimus retas, quod nauis retineant tantquam retia. Sunt enim retæ arbores, quæ aut ex ripis fluminum eminent, aut in alueis eorum extant, à retibus appellatæ, quod prætereuntes naues, quasi irretire uideantur. ita et flumina retanda locari solent, id est purganda, nequid mora, siue periculi nauibus in ea uirgulta incidentibus fiat. Rete à raritate deductum diximus, teste Varrone. à quo reticulum, de quo superius locuti sumus, & irretio uerbum, quod significat retineo, capio. & irretitum dicimus fraude aliqua, aut bladii, aut dolo quasi rete captum. uisci tria sunt genera. unum in abiete & larice nascens, quod cassitas dicitur. Alterum in eubocæ, quod stellis. Tertium in arædia, quod hyphear uiscum in quercu robore. alio. primo syluestri. Terebintho, nec ullis alijs arboribus nascitur. Copiosissimum in quercu, quod dryos hyphear uocant. Satam nullo modo nascitur. nec nisi per aluum auium redditum, maximeq; palumborum, & turdorum. Hæc est enim uisci natura, ut non proueniat nisi prius in uentre auium maturatum fuerit. Altitudo arbusculi cubitum non excedit. uiscum fit ex acinis, qui messium tempore immaturi colliguntur. Nam si imbres accesserint, amplitudine quidem augentur. uisco uero marcescunt. Siccantur deinde, & aridi tonduntur, ac conditi in aqua putrescunt duodenis ferè diebus, & unum hoc ex omnibus rebus putrescendo gratiam inuenit. inde in proficiente rursum malleo nisi amissis corticibus interiore carne lentescunt. Hoc uiscum cum libet insidias moliri auibus, in glandis oleo subigitur, aut si aues aquatica sint, & in aqua uiscum debeat poni, larido siue altero pingui. Nihil habebant druides uisco, & arbore in qua nascitur, sacratus. hi magi gallorum erant. in omni quippe gallia eorum hominum, qui in aliquo essent honore, duo genera erant. nam plebs penè seruorum habebatur loco, qui nihil habebant per se, nulli adhibebantur consilio. Pleriq; cum aut ere alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premebantur, sese in seruitutem dicebant hominibus nobilibus. In hoc eadem omnia iura erant, quæ dominis in seruos. Sed horum duo genera erant. Alterum druidum. Alterum equitum. illi diuinis rebus intererant. sacrificia publica & priuata procurabant. Religiones interpretabantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplina atusa concurrerat, magnoq; iudicio eos erant honore. Nam ferè de omnibus controuersis publicis, priuatisq; constituiebant. Siquis aut priuatus, aut publicus eorum decreto nõ stetit. ei sacrificijs interdicebatur, hæc pena apud eos erat. Quibus ita erat interdictum, ij numero impiorum, ac sceleratorum habebantur, horum conuersationem, sermonemq; omnes fugiebant, nequid ex contagione incommo di acciperent, neque ijs petentibus ius reddebatur, neque honos ullus communicabatur. Omnibus aut druidibus præerat unus qui summam inter eos habebat auctoritatem. hoc mortuo, aut si quis ex reliquis excelleret dignitate, succedebat. aut si plures erant pares, suffragio druidum. Nonnunquam etiam de principatu armis contendebant. Hic certo anni tempore in sinibus Carnutum, quæ regio totius galliæ media habetur, cõsederat in loco cõsecrato, huc cõsurgendiq; quibus aliqua controuersia erat, cõueniebant. et druidum iudicijs, decretisq; parebant. Eorũ disciplina in Britannia repta, et ide in galliã erãslata fuerat. druides à bello abesse cõsueuerat, neq; tributa unã cũ religijs pedebat.



Vacationem militiae omniumque rerum habebant immunitatem. Hi ergo roborum eligebant lucos, nec ulla sacra sine ea frō de conficiantur. unde et *από τῆς δ' πύλῃς*, hoc est à quercu druides appellari existimantur. Quicquid ijs arboribus ad nascatur, è caelo missum putabant, signumque esse, quod ea arbor à deo electa esset. Reperium ergo in ea usum magna religione petebant. Sacrificio epulis rite sub ea arbore praeparati duos admouebant candidi coloris turos, quorum cornua tunc primum uinciebantur. Sacerdos candida ueste indutus arborem stantebat, falce aurea demetebat usum. Candi do id sago exapiebatur. Tum demum uictimas imolabant precantes deum, ut donum suum his, quibus darentur, prosperum fieret. Facunditatem cuiusque animalium sterili eo potō praebere arbitrabantur. Contraque omnia uenena esse remedio. A uiso uisum deducitur, quod tenax significat, diciturque etiam uisum. Et inuisum, quod est uisum inficō.

**SPLENDIDA.** Lucentia. Ob candorem ferri. Splendore luare est. Hinc splendor solis. Ponitur tamen per metaphoram pro decore dignitate gloria. Vnde splendorem nominis splendorem famulae splendorem uirtutum splendorem rerum gestarum dicimus, hoc est claritatem. Et splendidus fulgens clarus. Et splendide aduerbium, clare. Quidam etiam splendescio usurpant. A puleius, cum iam aurora splendesceret. Et splendorphorus, nomen proprium ex graeco, ac latino compositum, quasi splendorem ferens. Et compositum resplendet deo. **CESSANT.** Desistant ab opere, reponantur.

**TECTO FERRO.** In uagina recondito, quod in uenabulis, atque alijs huiusmodi telis fit, ne rubigo incessat. **LANCEA.** Teli genus omnium longissimum, à graeco nomen habent. Quippe graeci *λάνχη* lanceam dicunt, à quo *λάνχη* lancearium. Post lanceam inter tela longior est materis. Sifenna. Gallia materibus, seu lanceis configunt idē. Alij materibus, aut lanceis medium perturbant a gmen. A lancea fit lanano uerbum, quod est ferio. lacero. Plynius, Est et uolucris canibus peculiare malum, aureis maxime lananans, quae defendi morsu non queunt. Solinus. In Asia locus est, quō primo aduentus sui tempore aeternae aduolant, et eam quae ultima aduenerit, lananant uniuersae. **TORTA.** Ensis, iaculata. Virgilius, in medios telum torisisti primus achiuos. de quo supra diximus. **EXCVSSA MANV.** Motu uibrante manu. Excutere enim proprie mouere est. Cicero. Explot, atque excute intelligentiam tuam. Plautus. Excute dum palium. Per metaphoram tamen aliquando pro emittere accipiunt. Virgilius, Excussus acontes fulminis in morem. Aliquando pro deicere idem. Excutimur cursu, et caecis eramus in undis idem. Magno si pectore possit excussisse deum, tanto magis ille fatigat. Hinc excussores equi dicuntur, qui sefforem deiciunt. Plynius. Excusso Circēsisibus aurigae, cui currisse excussores constat, et primatum obtinuisse. Et excussio, electio. Veteres aliquando exciet per synopen pro excutiet scripsere. Compositum autem excutio est ab ex intentione praepositione, et quatio, quod similiter proprie significat moueo. Virgilius, At uero ingentem quatens Mezentius hastam. Sed per metaphoram modo pro concutio ponitur idē. Quadruipedante putrem sonitu quatit ungulae tam pum. Modo pro infesto idem. Aut raris stris terram domat, aut quatit oppida bello. Modo pro cyclo, siue excludo. Terentius, Nimirum homo quietetur cum dono foras. Ab hoc fit frequentatiuum quasso, quod simili modo significat moueo. Plautus, Qui suam undantem chlamydem quassando fecit. Nonnunquam ponitur pro concutio. Virgilius, Quassat aequos rates dum no tractabile caelum. Ab hoc fit quassabundus. Plautus. Caput modo quassabundus exiuit domo.

item à quatio compositae sunt percutio, quod è ferio. A quo percussor, qui ferit. Et aliquando pro carnifice ponitur. Et percussio, ictus. Decutio, demito. excido. Plynius. Ramorum summa quaeque decutiens, à quo decussor. decussio. incutio, quod est iniectio. Virgilius, incute uim uentis, submersaueque obrue puppes. à quo incussor. Et incussio. incussum lapidem Virgilius uocat molam manuaalem. lapidemque reuertens incussum, aut atrae massam pias urbe reportat. Succutio, quod est concutio, et non tam in usu est, quam eius frequentatiuum succussio, diciturque proprie de equo qui gradario contrarius est, hoc est concutendo sefforem graduat. Et equus ipse succussor appellatur. Et succussarius equus, et succussator, et succussio ipsa agitatio, quae et succussatio uocatur. Actus. Agite, ac equus ne succussit. caute ingredimini. Luc. Succussatoris tardi, rarique caballi idem. Campanus sonipes succussor nullus sequetur. Talis gressus succussatura appellatur. Et contrario gradarius, ut superius ostendimus, est equus, qui molli gradu, et sine succussatura incedit. idem ipse equus non formosus, sed gradarius optimus est. Tolutarius uero equus uocatur, qui non uulgariter incedit, sed molli alternoque crurum explicatu ueluti currens, quod arte facere traditur. Hic asturco quoque appellatur ab asturia gallica gente, quae huiusmodi equos praestantes olim habebat, naturaliter sic gradietis, quem admodum nunc Britannia. Martialis, Hic breuis ad numerum rapidos, qui colligit unguers, Vchit ab auriferis gentibus astur equus. Tolutarij autem à pedum uolubilitate dicuntur, quasi uolutarij. Vnde uolutum aduerbium, quasi uolubiliter. Plautus, Demam hercle de hordeo, ni uolutum uadas. Varro. Ut equus, qui ad uehendum est natus, tamen hic traditur magistro, ut equis so doceat uolutum currere. Plynius, Asturcones sunt, quibus non uulgaris gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Vnde equus uolutum carpere in cursum traditur arte. Iulius Mopsus. Quantum uolutarij equi succussarijs distant. Hinc etiam uolutum loqui homines dicuntur, qui uolubilitate quadam uocantur, et uolutiloquentiam pro sermone uolubilitate ueteres usurparunt. Neuius. O pestifera. trux. acerba uolutiloquentia. Discutio, quod ex amno. inuestigo. Vnde discussum dicimus, quod ex aminatum, aut iudicatum est. Et actus ipse discussio uocatur. Et discussor, qui discutit. Concutio. amoueo. à quo concussio. Vnde concussio frequentatiuum. à quo concussatio. Sunt qui concussio quoque, et obliuio à quatio deducta existimant. significatque indignor. Plautus, Facendum est puerile officium. concussio ad astulam. Priscianus. Concussio inquit, est caput quassare. Sed et hoc indignantis est. **DEPRENDAT VACVO**

**VENATOR IN AERE PRAEDAM.** Sensus est si ferae capiuntur renibus, aut aues, capiuntur etiam in aere, ut solent auiculae comprehendere. **ARTE AVCVPIS.** Tendendo usum, hoc est retia. Auiceps, quid sit, supra diximus, à capiendis auibus dictus. Auis proprie est omne genus uolucris, quod oua parit, pennisque decoratum est, praeter unum uespertilionem, de quo supra diximus. Deducatur autem ab aduentu, quod singulis annis aues adueniant. Vel auis dicta, quasi sine uia, quod qua uia ueniant nemo intelligit. Ab auis auicula deducatur, parua auis, et auicarium locus, in quo aues domi educantur. Aliquando etiam secretum nemus, quod aues frequentant. Virgilius, sanguineisque inculta rubent auiculae bacis. Et auicularius, qui auicario praest, et auiceps. auicipium. auicipor. auicipator. auicipatio. augur. auguror. augurium. auguraculum. auspex. auspiciam. auspicior. auspiciatissimum. augustinus. augustissimum. auguste. de quibus superius differimus. item auernus, de quo dicimus inferius.



DE SVE QVAE EX VVLNERE PEPERIT. EPIGRAMMA. XII.

**I** NTER CAESAREAE. Blanditur Do-  
mitiano, qđ in uenatione eius sus grauida te-  
lo ista incolumē partum per uulnus emiserit,  
**HASTA.** Telum. Partem posuit pro toto.  
Nam hastae sunt etiam sine ferro, ut cōtorum.  
uenabulorum. materum. lancearum. pilorum. & aliorum si-  
milium. quandoq; etiam sagittarum. Erat autem hasta praeci-  
puum belli signum. Vnde carthaginienses bellum cum Roma-  
nis gesturi hastam eis misere, et romani fortes uiros ea sepe do-  
nare consueuerunt. ab hasta hastati dicuntur, qui primi in acie  
constitui cum hastis solebant. & hastula diminutiuum.  
**LEVIS.** Sine pondere. Nam si grauior fuisset interemisset  
prolem. Leue quando priorem syllabam corripit, significat id,  
quod sine pondere est. unde leuem styplam dicimus. Trāsser-  
turq; ad animū. unde leuis dicimus homines inconstantes. ni-  
leis, et nullo honore dignos, quemadmodum ē contrariio gra-  
uis uocamus cōstantes. seueros. prudētes. Ab hoc fit leuitas,  
quod modo dicitur de re, quae sine pondere est. Modo pro stul-  
ticia. inconstantia. uilitate ponitur. Cicero. Cum in Antonio ge-  
nus quoddam sordidissimum uitae demōstrare uellet, quod in  
caupona delitesceret, quod ad uesperum portaret, quod ore in-  
uoluto iter faceret, ne cognoscereetur. Videte inquit hominis leui-  
tatem. item leucina, quo uerbo pro leui usus est Laberius. &  
lepus. lepor. lepidus. lepide. illepide. leporarium a pedum le-  
uitate, ut superius diximus. item leuiter aduerbium sine pon-  
dere. Praeterea leuior. leuissimus. leuius. leuissime. & leuo uer-  
bum, quod modo significat in altum ueluti aliquid leue tollo.  
Liuuius. Mox aqua leuata uento, cum super gelida montium cō-  
creta esset. modo aufero. Virgil. Atq; arctā leuari uincula iubet  
Priamus. interdum alleuo, & molestiam, laboremq; extenuo.  
idem. Ego hoc te fuisse leuabo. Plerumq; imminuo. idē. Omenq;  
leuandum prodimus. Ab hoc fit alleuo, quod est in altum tollo  
uel de imo, & ubi quod iacet, atq; abiectum est, sursum tollo.  
Quintil. Vidi multos, quorum supercilia ad singulos uocis co-  
natus alleuarentur. modo foueo, & opem atq; auxilium praes-  
to. idem. Quare non petit, ut miserum putetis, nisi & inno-  
cens fuerit. non petit, ut afflictum alleuetis, nisi & probauerit  
se in feliciorē, quod patrem amisit, quā quod oculos. Ele-  
uo modo in altum tollo. Plautus, Cape dum lapidem hunc, atq;  
eleua. Modo minuo, & extenuo. Quintil. Nam quis ignorat,  
quin id longe sit honestissimum, ac liberalibus disciplinis, &  
illo quem exigimus, animo dignissimum, non uēdere operam,  
neq; eleuare tanti beneficij auctoritatem, cum pleraq; hoc ipso  
possint uideri uilia, quod pretium habent. Subleuo aliquando  
defendo. adiuuo. Cicero. Zopyrus, quod se naturā cuiusq; ex for-  
ma prospicere profitebatur, a ceteris derisus est, qui illa in So-  
crate uita non cognoscebat, quae ipse ex illius aspectu mul-  
ta collegit. ab ipso autem Socrate subleuatus, cum illa sibi si-  
gna, sed ratione a se deiecta diceret. Aliquando sursum tollo  
siue sustento. Suetonius de uespasiano. Aluo repente usq; ad  
defectionem soluta imperatorem ait stantem mori oportere,  
dumq; consurgit, ac nititur, inter manus subleuantium extin-  
ctus est. Releuo idem pene, quod alleuo. Cicero. Multisq; oppres-  
sum miseris releuauit. Cum uero leue primam syllabam pro-  
ductam habet, significat id quod tactu asperum non est, ut le-  
ue marmor. Ab hoc fit leuigo, quod est complano. polio. Plyn-  
taebria leuigatur dēte concuue. sed caducae litterae sunt. Hinc  
leuigator, & leuigatio. item a leue leuor, quod est asperitati  
contrarium. idem. Spectatur in chartis tenuitas. densitas. can-

dor. leuor. Lene idem ferē significat quod leue, idest quod ta-  
ctu nullam asperitatem habet. Transfertur tamen ad animū.  
& pro modesto accipitur. A quo fit lenio uerbum, quod est mi-  
ngo. placō. mulceo. A quo lenitas. mansuetudo, suauitas. quae  
& lenitudo a ueteribus dicta est. Lucil. Mira Lenitudine, ac  
suauitate abundant. Cicero. Lenitudo orationis mollitudo cor-  
poris. & leniter aduerbium, hoc est moderate. suauiter, quod  
& lene dicitur. Martial. Tepida natis leni congređi uada.  
& lenimentum placatio. lenio. Et (ut quidam putant) lenia,  
quae sunt ornamenta tuniarum aurea. Lenem uero quidam a  
lente dictum existimant. Nam lentum proprie significat tene-  
rum, & facile flexuosum. Virgil. Lenta salix quantum pallen-  
ti cedit oliuae. Sed translatum ad animum pro leui, & placi-  
do accipitur. Cicero. Qui cum publicas iniurias lente tulisset, su-  
am non tulit. Lente inquit, hoc est molliter. modeste. per meta-  
phoram tamen aliquando lentus pro facili ponitur. Lucilius.  
Cotta senex Crassi pater magnus triuo fuit, numarius, soluere  
nulli lentus. item pro tardus. A quo lentitia. & lentitudo tardi-  
tas. & lente, tarde. interdum etiam lentitia, flexibilitas. Cicero.  
Hunc crassum, qui lentus (ut scitis) dicere solebat ad imitatio-  
nem, quasi nostri generis contendisse. & pro securus, otiosus.  
Virgili. Nos patriam fugimus, tu Titire lentus in umbra. &  
pro tenax. Plautus. Quam lentum est, & usco simile. & pro re-  
missus frigidus. Virgili. Nocte leues melius styplae nocte arida  
prata tenduntur. noctis lentus non deficit humor. Vnde lente,  
pro remisse, et frigide usurpamus. Cicero. Neq; enim est facile per-  
ficere, ut irascatur ei cui tu uel iudex, si tu ipse id lente ferre ui-  
deare. In compositione autem lentum pro pleno accipimus, ut  
sommolentus. uinolentus. tumultus. Item a lenis lens dicitur no-  
tum genus leguminis, quod qui ea uescuntur lenes, ac moderati  
fiunt. Plyn. inuenio apud ueteres auctores aequanimitatem fie-  
ri uescantibus lente. Duo genera lentis sunt. Alterum rotundi-  
us, nigriusq;. Alterum sua figura. Ab hoc fit lentiscula dimi-  
nuium, quod modo paruum lentem significat, modo nasculum  
oleo accommodatum, de quo inferius dicemus. Et lentigo macu-  
la in facie ad lentis similitudinem. A quo lentiginosus. Lens  
uero cum in genituo lendis facit a laeo aduocatur. & secundum  
capitis animal significat, ex quo formatur pediculus. Quidam  
ab hoc lendiginosum deducunt, hoc est lendibus plenum. A le-  
to uero fit uerbum lenteo hoc est lentus fio. A quo lenteo eius-  
dem significationis. Sunt etiam qui putent lendisum ab hoc de-  
ducta, ob uirgultorum lentitudinem. Arbor est quae mastiche sa-  
dat gummi modo. Chia optima est. Reperitur tamen in Asia,  
graecaq; herba quaedam ē radice folia emittens, & carduum  
similem malo seminis plenum ex quo in asa parte summa lacry-  
ma erumpit, quae uix di gnoscā potest a mastiche uera. Tra-  
dunt Democritum medicum in ualitudine consulis M. Seruili  
consularis filiae omnem curationem austeram recusantis, diu  
efficaciter usum lacte caprarum, quas lentisco pascebat. Folia  
eius dentibus in dolore atteruntur, fusti culis pro dentiscalpis  
utuntur. Martial. Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis  
Defuerit, dentem penna leuare potest. item mobiles dentes len-  
tisci decocto colluuntur. Lacryma sedis utiq; prodest. Praeter la-  
crymam oleū quoq; fit ē femine eius quod attritis partibus me-  
deatur. illud animaduertendum est lacrymam eius mastichen,  
non mastichem dici debere, & rectum eius esse mastiche, non  
mastix. Nam mastix flagellum est, & mastix flagello.  
uerbero. A quo mastixgam uerberonem uocant. Plautus. Exi ē ca-  
lina sis foras mastixga. Hinc homeromastix, dictus est Coilus il-  
le, qui scripta sua contra iliadem, & Odyssam Homeri com-  
parata in Alexandriam ueniens Ptolemaeo regi obrulit. Ptole-  
maeus uero cum animaduertisset poctam optimum maximum  
abferentem

10

10

30

40

50

60



absentem uexari, nullum ei responsum dedit. Zeilus autem cum diuitius in regno fuisset, inopia pressus petijt a rege, ut sibi aliquid tribueretur. Huic uero respondisse rex dicitur. Homerum, qui ante annos mille decessisset, euo perpetuo multa hominum millia pascere, in dem debere eum, qui meliore ingenio se profiteretur, non modo unum, sed etiam plures alere posse. Læua uero à græco deducitur. Quippe græci λαινὴν læuam dicunt, & significat sinistram manum. A quo derivatur læuus. Læuus, læuum adiectiuum, quod significat cum de humanis rebus loquimur, contrarium. Virg. Si mens non læua fuisset. Cui uero de caelestibus, prosperum. idem intonuit læuum, quia sinistra numerum inuentibus dextra sunt. Dextrum autem sine dextero (utroque enim modo dicimus) pro felici, ac proprio accipitur. Idem, Et nos, & tua dexter ad pede sacra secundo, tractum à dextra manu, quæ ἀπὸ τῆς δεξιᾶς dicitur. Sic enim græci dexteram uocant. Nam dextra manus ualidior, ac præstantior est sinistra. Vnde dextram dare dicimus, non modo manum porrigere, sed etiam auxilium præstare. Idem. Da dextram misero, hoc est præsta auxilium. item dexter aliquando significat eum, qui dextræ partis est. idē. Quo tantum mihi dexter abis? interdum aptum, conuenientem ab aptitudine dextræ manus. Vnde dexterior fit. & dexterrimus, hoc est aptior. & aptissimus. & dexteritas, aptitudo. & dextere, dexterrime aduerbia, hoc est apte. aptius. aptissime. Antiqui dextimum, et sinistimum dixerunt pro dextero, & sinistro. Varro. A primo compito dextimam uisū nimit Epicurus. Dextrarum tibiarum genus est, quæ dextra manu tenentur. A dextra dextrosū dicitur, hoc est uersus dextram, sicut à læua leuorsū, & à sinistra, quod etiam læuā significat sinistorsū. A sinistra sinistrum, sicut læuum in rebus humanis aduersum, in caelestibus prosperū significat, quia sinistra numerum inuentibus nobis dextra sunt. Dicitur autem à sinendo, quod gere re nos dextra manu, quæ aptior est, sinat. Ab hoc fit sinistre aduerbium, quod significat feliciter, atq; infeliciter. FIXISSET. Vulnerasset. Figere. proprie est immutare. Columella. Palum humi fixit. Et quoniam, quæ figuntur etiam firmanantur, Figere frequenter pro firmare usurpamus. Vlyn. Fixum animo erat, hoc est decretum. firmatum. item quoniam, quæ figuntur, id quo figuntur ferunt, Figere pro ferire accipimus. Virg. Atq; humiles habitare caesus, & figere ceruos. Figere etiam aliquando est affigere, quod ab eo amponitur, hoc est applicare, & quasi ad aliquid firmare. Vnde omnia milita siue gladiatura milites, seu gladiatores arma figere dicebantur, quia ea in templis suspendebant, uel templorum parietibus affigebant. Vnde tractum est, ut figere arma, sit securum esse. Virgilius, Armaq; fixit Troia, nunc placida compositus pace quiescit. Ab hoc sunt composita i figo. de figo configo uota significatiōnis. à quibus infixio. confixio deducuntur. S V E M. Feram salicet, sus enim & de feris, & de domesticis dicitur. aper duntaxat de feris. hoc animal bis anno parit, tempus partus quatuor mensium. Numerus facunditati ad uicenos, sed educare tam multos nequeunt. Mares non ultra trimum generant. fœmina senectute fœcundat. ante coeunt. Fœnum suum si aliquando comedunt, non est prodigium. Suem oculo amisso putant cito extinguī. Alioquin uita ad quindecim annos quibusdam ad uicenos. Morbos patiuntur angina, & struma, de quibus superius disserimus. in dex ualeudinis in sue est cruor in radice setæ, quando euellitur, Caput obliquum in incesu gestat. gratissimâ habet uoluntionem in luto. atuda ei intorta est, sæpiusq; in dextrum, q̄ in læuum iacens. pinguescit sex aginta diebus, sed magis si tridui media saginato incipiat. omnium animalium maxime

10

20

30

40

50

60

brutum est. ideo non ille p̄de existimabatur animam ei datam pro sale. Comperitum est sues furto abactos, & in naui collocatos a gñita custodia uoce facta in alterum nauis gij latus inclinatione id demersisse, & ad custodem natando remeasse. Feri uestrigia sua urina delent simul eo pondere se in fugâ leuantem. Castrantur fœminæ post biduum in mediam suspensæ pernis, & uulua rearsa, celerius ita pinguescunt. inuentum M. Apicius fuit cariat eos saginare, & dato mulsi potu, satie repente necare. quinquaginta penè sapes ex eo fieri solebant. in primis comendabatur abdomen, seu fimen. Martialis, Esse putes non dū fimen, sic ubere largo. Effluet, & nullo lacte papilla tumet. Est autem fimen lac suis extractum, ac densatum sue occisa à sugendo dictum. antiqui abdomen uocabant, priusquam cilleret eijcentes occidere non assueti. Comperitum est primos genitos in quaque parte sues primas mammillas premere, & si esca sunt fauibus proxima, tamen suam nosse, nunquaque fœtum quo genitus sit ordine, eaq; ali. nec alia detracto illam alumino suo sterile scere illico, ac resiliere. uno uero ex omni turba relicto, solâ manifestem, quæ genito fuerat attributa, descendere. Secundo loco uulua habetur. Horatius, Nil melius uerdo. nil uulua dulcius ampla. Martialis. Te fortasse magis capiat de uirgine porca, me materna graui de sue uulua caput. V ulua enecto partu melior est, quàm ædito. illa eiectione uocatur, hæc porcaria. Primi paræ suis optima est. casius & fimen optimum, si modo à fœtu haustum non sit. Eiectione terrimum est, hinc glandia, hoc est ipsæ ceruices in ijs. n. glandulae positæ sunt, quæ in hominibus tonsilla dicuntur, et aliquando cum dolore intumescunt. Ita dictæ à similitudine glandium. Glans fructus est quercus, & aliarum arborum glandiferarum. Sed quia ex ijs homines quondam uuebant, glandis appellatione (ut Caius, & Vlpianus asserunt) omnes fructus continentur. Vnde duglandes, & iuglandes, & iuglæ uocantæ, de quibus supra diximus. Glans caduca est, quæ ex arbore cadit. Hinc glans plumbum est in modum glandis formatum. Virgil. Pars maxima glandis lucentis spargit plumbi. Sallustius, Pars eminens glande, aut lapidibus pingrare. Item glans pars summa colis est, quæ præputio tegitur, oculo similis. præputium enim pellis, quæ glans tegitur. coles ipse penis. à quo colei ipsi testis coli, quod testes sint uirilitalis. ij p̄dent ex cole. pubes, lanugo, quæ circa genitalia nascitur. à quo puberes dicti, qui quartumdecimum ætatis annum attigerunt, quod iam eam lanuginem immittant. in puberes, qui non dū ad eam ætatem peruenerunt. & pubesco, pubem emitto. & pubertas huiusmodi ætas in maribus in fœminis uero annus duo decimus. Item pubertas emissio ipsa pubis. à quo anni pubertatis dicuntur. Foramen, quod in media glande est urinae fistula siue tubus appellatur. frenum dicitur glandis principium, hoc est, ubi præputia desinunt uersus colem, quando glans ita contacta est, ut nudari non possit. Id utrium medicæ græca πιαμοσι uocant, remedium est à summa ora autem in adere recta linea usque ad finem. si uero aliquando est nuda. arti ficio tegi potest, dummodo nuditas ipsa naturalis sit, & homo non sit arctinatus. Cutis, quæ circa glandem est apprehenditur, atque extenditur, donec illam ipsam condat, ibiq; deligitur. deinde iuxta pubem in orbem tergus inciditur donec coles nudentur. Eo facto cutis ad uinculum inclinatur, nudaturq; circa pubem uelut circulus, eaq; lineamenta dantur, ut atro increseat, & id i pleat, satisq; uelamenti supra latitudo plagæ præstat. Sed donec ciatrix fiat, uinctum esse id debet. urinae in medio tantum exiguo itinere relicto. glandium multa genera sunt. alia signa est. alia querna. alia iligna. præterea ceruus glandem facit. robur. esculus suber. illic duo sunt genera. al-



terum genus graeci simlacem uocant. in provincijs aquifolia dicitur. utriusque glans breuior, & grauior est, quam Homerus acylon appellat. Quercus quoque duo genera sunt. altera latifolia ex argumento dicitur. quercum quidam appellatam existimant, quod haec arbor grauis sit, siue quod in miram amplitudinem crescat. quercuorum enim graue, ac magnum ueteres dicebant, propter quod & febrem frigidam cum tremore quercuam nominabant. Lucilius, lactans me, ut febris quercuam. Idem, Quercuam conseruitur, capitisque dolores. A quercus quernus deducitur. Sic ab acere acernus. & quercuam a quo quercetulana nymphae dicuntur quercueto praesidentes. & quercetulana porta Romae appellatur, quod quercuetum intra urbis muros iuxta se haberet. Est & robore genus, quod hemeris uocatur, glandem similiter ferens. Item alia arbor, quae a graecis ἀλιφλοιός a nostris falsicortex appellatur, cui glans amara, quam praeter sues nullum animal attingit. Quae glandem ferunt omnes, & gallam, sed glandem alternis annis. dulcissima omnium glans fagina est, qua obsessos etiam homines durasse longo tempore in Chio oppido constat. haec suem hilarem facit, carnem coctilem, & leuem, ac stomacho utilem. a fago arbore, unde fagina deducitur, fit etiam fagabal, quod fuit Romae sacellum Iouis, in quo erat fagus arbor, quae Ioui sacra habebatur, iligna suem angustam. nutidam. strigosam. ponderosam. querna diffusam, ac grauissimam. proximam huic cerrea, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram. strigosam carnem fieri constat esculo. robore. subere. galla nascitur, sole de gemmis exente erumpit noctu. crescit uno die candidior usque ad fabae magnitudinem. Ni gra diutius uiuet, et intantum crescit, ut interdum aequet magnitudinem mali. Hemeris optimam fert gallam, & coriis proficiendis aptissimam. Ferunt robora utriusque genus galla, & canchrym, ita uocatur pilula in medicina urendi uim habens. a glande glandeus. et glandifer deducitur. & glandula diminutiuum. & glandatio, glandium collectio. Item glandatio pasto suum ex glandibus commendatur praeterea ex sue sinaput uerrinum, hoc est pars capitis anterior. Nam posterior occiput appellatur. a quibus sinaputum. & occipitium eiusdem significationis. Plaut. Quae in occipitio quoque habet oculos pessima. Item scrutellus uenter suillus condito sarre expletus. Item testiculi testes, siue testiculi colei sunt ex cole pendentes, dicti ita, quod testes uirilatis sine. Virgilius, Magnis testibus ista res agitur. Hinc fit testiculus, quod est iumentis maribus saeminas, uel foeminas maribus ad moueo. Quod nonnulli etiam testilior dicunt. Testes peccidi, armentoque ad crura de cadui sunt, suibus adnexi. Delphino praelongi, sed ultima conditi aluo. Elephanto occulta. Quae oua pariunt, lumbis intus adhaerentes habent. & haec ocysissima sunt in uenerem, ut in gallis. columbis. & alijs huiusmodi cernimus. pisces. serpentes testibus carent, sed eorum uicem binas ad genitalia a renibus habent uenas. buteonibus terni sunt. Buteo uis est ex accipitrum genere a graecis, a numero testiculorum triorchis dicitur, quae in honore mensarum esse consuevit homini tantum iniuria, aut sponte naturae franguntur. Idque tertium ab hermaphroditis, & spadonibus semiuri genus habent. testiculi quiddam simile medullis habent. Nam sanguinem non emittunt, & omni sensu carent. dolent autem in ictibus, et inflammationibus tunicae, quibus hi continentur. De pendet uero in homine ab inguinibus per singulos nervos, quos <sup>ueneris</sup> ueneris graeci uocant, cum quorum utroque binas descendunt uenas, & arterias. haec autem tunica teguntur tenui nervosa, sine sanguine. alba, quae ἰσάποειδής a graecis nominatur. proprie autem testes sunt, qui testimonium dicunt, ab eo (ut quidam putant) appellati, quod uocantur statum causae, uel quod ante stent,

(ut nos opinamur) quasi antestest, hoc est antestestantes. a teste testatio, et testimonium deducuntur, quae proprie testium dicta sunt. & hoc differunt testationes. & testimonia a teste, quod illa ferunt in scriptis fiunt. testis uero praesens loquitur. Marcell. Censur et monumenta publica potiora testibus esse Senatus censuit. Callistratus. Dicitur Hadrianus Rufino proconsuli rescripsit testibus se, non testimoniis crediturum. Idem, Gabinius quoque maximo idem princeps in haec uerba rescripsit. Alia est auctoritas praesentium testium, alia testimoniorum, quae recitari solent. 10 Item a teste sit testor uerbum, quod proprie est testimonium dicitur. Virg. Testor in oatu uestro. ponitur tamen aliquando pro iuro, quia in iuramentis ueluti deos testes adhibemus. Idem, Vestrū testor nomen ait. aliquando pro precor, quia precando quoque sollemus numina adhibere. Plaut. Ipsus tete per superos omnes testatur. Item testamentum condo, hoc est uoluntatem meam supremam testificor. Nam & hinc dicitur testamentum, quod uoluntatis nostrae ueluti testimonium sit. Vnde & ultima uoluntas. et suprema uoluntas appellatur. definitur autem testamentum sicut uoluptatis nostrae iusta sententia, de eo, quod post mortem nostram fieri uoluerimus. Et si proprie testamentum illud, quod iure perfectum est. abusus tamen etiam quoque testamentum appellatur, quae falsa sunt. uel iniusta. uel irrita. uel rupta. testamentum falsum est, quod non secundum testatoris uoluntatem scriptum est, sed habet aliquid additum. uel diminutum. uel mutatum, uel aliud pro alio suppositum. Irritum uero testamentum est, quod de iure inualidum est, ut si is, qui testatur, sit capite diminutus. iniustum, quod non recte factum est, ut puta si sit inofficiosum, exhaereditis liberis, et extraneo haerede constituto, quod est contra pietatis officium. ruptum est, quod ex aliqua causa infringitur, ut si post mortem patris filius nascatur, qui dicitur posthumus, isque neque haeres institutus, neque exhaereditus sit. uel si duo testamenta condita sunt. posteriore non ruptum prius. uel si binae tabulae proferantur diuersis temporibus factae. unae prius, alterae posterius, utraque tamen septem testium signis signatae, & aperte posteriores uacuae inuentae sint. id nihil scriptum habentes, omnino superius testamentum ruptum non erit, quia sequens nullum est. Hoc et proatum testamentum dicitur, quasi prouocatum, penultima longae. Nam proatum penultima syllaba correpta significat petium. a proco, quod est peto. a quo procor. Lilius, Matrem proatum uenerat. illud uero a cito fit, quod ut superius diximus, significat uoco. Vnde proco dicitur se peccio. produco. & ueteres procoet pro prouocet dixerunt. Item suppressum testamentum dicitur, quando in fraudem haereditum, uel legatorum, seu libertorum, aliorum uel non est petulae resignatum, siue exhibitum. Et si non latet, tamen si ad quos pertinet, non perferatur, suppressum uidetur. Item authographum testamentum est, quod totum manu ipsius testatoris est scriptum. Tabulae dicuntur numero tantum plurali, in quibus testamentum est scriptum quacunque materia sit. siue e ligno sint, siue charta, siue membrana. siue ex corio alioque animalis, seu etiam ex lapide, aut aere. a testor testatus dicitur, qui testamentum fecit. Testamentum etiam dicitur apertum. nulgatum, ab omnibus cognitum, quod id quasi omnes testentur. a quo testator, & testatissimus deducuntur. Hircius, Quo notior, testatorque uirtus esset. ab hoc intestatus, qui nullo condito testamento mortuus est. Item cuius uerbis fides non adhibetur, qui uel testis esse non potest. Pomponius, Ipse cum uno seruo senex intestato proficiatur. Et intestabilis, qui iure facere testamentum non potest. Item intestabilis pro detestabilis. Gellius, Eos tamen, qui ad Annibalem non rediissent, usque a deo intestabiles, inuisosque suis se, ut tedium uitae ceperint, nec magis sibi constituerint. intestabilem Caius iuriconsultus eum esse dicit, qui lege iubetur, ne



eius testamentum recipiatur, ne ue ipsi dicitur testimonium in  
 te statum uero Paulus esse scribit non solum eum, qui testamen-  
 tum non fecit, sed etiam eum, qui te statum liberis suis tutela  
 non dedit. Vlpianus autem interstatos eos esse, qui cum pos-  
 sent testamentum facere, non sunt testati. Item quorum heredi-  
 tatis addita non est, uel si ruptum, aut irritum testamentum  
 est, sed qui testari non potuit, ut puta impubes, aut furiosus, uel  
 is, cui bonis interdictum est, interstatos proprie dici non potest.  
 Item a testor, quando significat testamentum condo, fit testator,  
 is, qui testamentum condidit, cuius socium est testatrix. Quā-  
 do uero significat testimonium facio, fit testifactor eiusdem signi-  
 ficationis. a quo testifactor. testifatrix. testificatio. et attestor,  
 quod est testimonium adduco. a quo attestatio. et detestor, qđ  
 apud iuriconsultos accipitur pro eo, qđ est absentis denuntio. a  
 quo detestatio, quae est (ut Vlpianus affirmat) denuntio facta  
 cum testatione. protestor, quod est cauenda, et quae fieri nō  
 debent manifeste denuntio. a quo protestator. protestatrix. pro-  
 testatio. contestor. a quo contestatio litis, de quibus supra dixi-  
 mus. quando uero testor pro precor accipitur, fit ab eo obtestor,  
 quod similiter precor significat. et detestor, quod est deprecor,  
 et abominor, et quasi preatando auerto. a quibus obtestator. et  
 obtestatrix. et obtestatio. et destabile. hoc est abominabile. et  
 detestatio abominatio. Item a testis fit contestis. contestes enim  
 dicuntur, qui idem testificantur. et a testamento testamentari-  
 us adiectiuum, quod ad testamentum attinet, ut testamentariae  
 tabellae. praeterea in suae perna commendatur, de qua supra di-  
 ximus. Martialis.

Ceretana mihi fiat, uel massa libet

De Menapij. lauti de petasone uoret. Et petasunculus. Idē.  
 Musteus est, propera, caros nec differ amicos,  
 Nam mihi cum uetulo sit petasone nihil.

Et in fera suae uesica. Est autem uesica folliculus, in quo urina  
 colligitur infra aluum a priore parte, nullum animal oua ge-  
 gnens eam habet, praeter testudinem, nullū nisi sanguineū pul-  
 monem habens, nullum pedibus carens. Inter eam, et aluum  
 arteriae sunt ad pubem tendentes, quae illa appellantur. in uesi-  
 ca lupi la pullus reperitur, qui syrtites dicitur, quod haec gemma  
 in litore syrtium inuenta primum fuerit, adeo uicinda aspe-  
 ctu, ut languentis intrinsecus stellas, et sub nubilo reniten-  
 tes persundat color croceus. Sed hominibus immascentes calca-  
 li, et capillamenta quaedam diro sunt cruciati. Constat autem  
 uesica membrana, quae uulnerate non solidescit. Per metaphe-  
 ram aliquando pro natura mulieris ponitur. Iuuenalis, V etu-  
 le uesica beat. Et callus aprinus, quem M. Catonis Censoris  
 orationes exprobrauerunt. Plau. Quid opus est uerbis? callum a  
 prinum callere. aequae non sinā. Est autem laridum feri suis ita  
 dictum a duritie. Callus enim cutis est labore uiae pedibus,  
 aut alio opere in manibus, parte uel alia corporis densior facta.  
 a quo fit calleo uerbum, quod est callum facio, quod et cal-  
 lum dico, siue callum obduco. a quo callisco. Cato aures nobis  
 calliserunt ad iniurias, hoc est callum fecerunt. Item obcalleo  
 eiusdem significationis. transferunturq; haec aliquando ad ani-  
 mum. Plau. Obcalluit animus. callere tamen aliquando pro scire  
 ponitur. Hora. Legitimumq; sonum digitis callemus, et au-  
 re. callemus, hoc est scimus. nouimus, quod sicut pes ex longo  
 uiae labore callū facit, ita mens longa experientia facit habitum  
 quendam rerū, in quibus uersatur. ab hoc deducitur callidus,  
 hoc est astutus. et calliditas astutia. et callide aduerbiū astu-  
 te. item a callus fit callis, quod si significat fenitiam ueluti callo pe-  
 dum praeduratam. Virg. Praedamq; per herbas couectant cal-  
 le angusto, et haec omnia per geminum. ll. scribuntur. nam si  
 per sim plex. ll. scribatur, callidus a calore deducitur. et modo

feruentem significat. Virgilius, Voluitur ille uomens calidum  
 de pectore flumen. modo ferocem. in consilium. Pacuuius. Ca-  
 ue, ne sis nimis calide loquaris. et turbam conates. nonnunquam  
 uelocem. celerem. Varro. Cum haec dixisset eae calidis pedi-  
 bus quidam nauicularis irrumpt in curiam. Item a calor fit  
 caleo uerbum, quod est ferueo. et ab eo calesco, et incaleo. Ci-  
 cero. is enim aliquantum uino incaluerat. et concaleo, eiusdem  
 significationis, a quibus incalisco. et concalesco. et calidior.  
 calidissimus. calide. calidius. calidissime. et subcalidus, et ca-  
 lidiocalus, atque aduerbiū calidiuscule, quae omnia simili-  
 ter a calleo. et callidus, quando per geminum. ll. scribuntur  
 formari possunt. Item a calido caldarium, quasi calidarium  
 dictum, de quo supra differimus. et calefactio, quod et calfi-  
 cio dicitur. a quo concalefactio, quod interdum significat ex cito in-  
 cendo. Cicero. Et ait idem, cum brachium concalefecerit, tum so-  
 lere pugnare. et calefio. et calefactio. et caloricum sicut a  
 frigore frigoricum. et caliditas feruor. et calix secundum  
 Varronem, quod in eo calida hauriri solent, de quo inferius  
 dicemus. ad haec in suae botulus commendatur, qui et botellus  
 dicitur, sarcaminis genus e carne suilla. a bolis. hoc est frustulus  
 carnis, ut quidam putant appellatus. Bolus enim cuiusque  
 rei frustum significat, unde bolum terrae glebam dicimus. bo-  
 lum argenti, massam argenteam. Martialis, Qui uenit botu-  
 lus medicae tibi tēpore brumae, Saturni septem uenerat ante di-  
 es. Item offula ab offa lucanica, quam facere ex mediocri intesti-  
 no Romanae mulieres a Lucanis didicerunt. Infusa ab eo, quod  
 infecta caro reticulo arcudatur. alio modo tomacula appellan-  
 tur, siue per synopen tomacula, quod graeci τομων sectionem  
 dicunt. Item faliscus uenter, quod eum farare a Faliscis di-  
 cere. hilla tenuissimum intestinum farum. A pex abo aliud  
 intestinum sanguine plenum admisto pingui, quod in summi-  
 tate quiddam habet, quasi in capite apicem. Longuio tertium  
 intestinum, quod longius sit, quam illa duo. Item e suae porcel-  
 lus lacteus in pretio erat. Martialis. Lacte meo pastum pi-  
 gre a mihi matris alumnus ponat, et etolo de sine diues edat.  
 Item lumbus apri, qui aprinos uocabatur, solidum aprum  
 primum Romanorum in epulis apposuit P. Seruilius Rullus.  
 Quinetiam porcum non modo integrum, sed etiam alijs ani-  
 malibus plenum apponere in conuiujs solebant, quem por-  
 cum troianum uocabant, quasi alijs inclusis animalibus gra-  
 uidum, ut ille Troianus equus grauidus armatus fuerat. Vi-  
 uaria aprorum primum togati generis instituit Fuluius Lip-  
 pinus, quem postea L. Lucillus, et Q. Hortensius sunt secu-  
 ti Apris in India habitales sunt dentium flexus, gemmae ro-  
 stro, totidem a fronte, ceu uitulæ cornua, exeunt. ferus aper (ut  
 diximus) uocatur. sus utriusque commune nomen. Domesticus  
 porcus ferē nominatur, et faemmino genere porca. Martialis.  
 Iste tibi faciet bona saturnalia porcus.

Inter spumantes ilice pastus apros.

Scribunt quidam porcatram a porca dici eam, quae semel pepe-  
 rit, serofam, quae sepius. Misset se porca domestica cum ferro, ita  
 natos hibridas antiqui uocauerunt. postea in homines quoque ea  
 appellatio translata est initio ab Antonio Ciceronis collega fi-  
 cto. ab apro aprinus deducitur, ut aprina caro. a suae suillus.  
 et suarius, suum custos. et succulae (ut quibusdam placet) de  
 quibus supra diximus. et seta, et suo. caeteraq; ab us deriuata,  
 de quibus inferius differemus. a porca porcinus, et porca-  
 rius custos porcorum. et porcellus, paruus porcus. DIA-  
 NAE. Venationis. quemadmodum enim pro uino Bac-  
 chum, pro mari Neptunum, sic pro uenatione Dianam poe-  
 ta usurpant. PART V S. Filij. Parere enim est factum  
 emitere, quod proprium foeminarum est. dicitur tamen etiam



de uiris. Caelius, Hic uicinus noster peperisse se filium memorat, hoc est genuisse. Item per metaphoram de ijs etiam dicitur, quæ non concipiunt. Et est acquirere comparare. Virgilius, Ite ait egregias animas, quæ sanguine nobis, hanc patriam peperere suo. Vt etes in quarta coniugatione hoc uerbum usurpabant. Ennius. Oua parere solet genus pennis condecoratum. à pario partus deducitur, quod modo actum ipsum parienti significat. Plinius, Quod à prægnantibus commanducatum partum faciliorem fiat modo pro ipsa prole. Martialis, Nec iam est parius, sed matre cadente accurrit. modo adiectum est, et significat comparatum, acquisitum. Apuleius, Partumq; à patre longo tempore, et multo labore pecuniam uno die consumpsit. Item à pario primipera, hoc est femina, quæ primū partum fecit. Plinius, Nec nouellarum suum præterquam primiperarum uulua probantur. Item puerpera, quæ mater est facta. à quo puerperium parus. Et proles ipsa. Cellius, Diuo Augusto imperante analla eius in agro laurente peperit quinque pueros, qui pauculos dies uixerunt. Mater quoque nō multo post mortua, monumentūq; ei factum iussu Augusti in uia laurentina, in quo scriptum fuisse constat numerum puerperij, de quo diximus. Et uipera, quod ut pariat. unde uiperinus, quemadmodum supra diximus. Et parens non modo pater. Et mater (ut uulgo putat) sed auus, proauusq; et auia, ac proauia. Caius etiam iuriconsultus sentit omnes si periores parentis appellatione contineri. Virgilius pro patria parentem metaphorice posuit, quoniam patria dulcissima parens est amissa cura parentis. ab hoc paritare deducitur, quod proprie est parentibus in sua celebrare. transferunt tamen et ad alios. à quo parentalia dicuntur conuiuia, quæ in parentum, aut propinquorum mortibus fieri consueuerunt. Et parricida, qui parentem occidit. ponitur tamen pro alio quocunque, qui qualemcunque hominem occiderit, unde extat lex illa Numæ Pompiliij. Si quis hominem liberum morti sciens det, parricida esto. Hinc paria appellabantur questores, qui causa capitalium rerum querendarum creari solebant. Et parricidium quemadmodum homicidium. Nam de eo, qui patrem occiderit parricidium dicitur, sicut matricidium, de eo, qui matrem occiderit, qui etiam patricida, et matricida nominari possunt. Item à pario, siue partu parturio, quod non est meditor parere (ut græcè matic omnes scripserunt) neque desydero parere (ut ualla) sed in pariendo laboro, quam si gnificationem habent ferè uerba in rio desinentia, ut conaturio. Martialis, In omnibus uacerra, quod conclauibus Consumit horas, et die tota sedet Conaturit uacerra, non conaturit. Idest laborat, ut conet. Quandoq; tamen aliter accipiuntur. parturio ergo est laboro, ut pariam. Plinius. Vtique constat parturientis folijs substratis celerius parere. Cicero, Vtinam aliquando dolor populi romani pariat, quod iandiu parturit. Liuius, Et quod diu parturit animus, utinam pariat. præterea à pario composita fiunt aperio, cuius alterum compositum est adaperio, qd proprie est patefacio. quippe in partu, quod latebat in utero mulieris aperitur, et fit palam. Teren. Abi præstrenue, ac fores aperi, per metaphoram tamen, quoniam quæ parum intelliguntur, lecti esse uidentur, et declarando aperi. hoc uerbum pro exponere, et declarare usurpamus. Plautus, Age iam, et hoc ænigma aperi nobis, hoc est exponere. declarare. Est enim ænigma quæsto uelata siue (ut Quintilianus ait) obscura allegoria, ut mater me genuit, eadem mox genuit me, quod de glacie dicitur, quæ ex aqua concreuit, et mox in aquam effluit rursus. græcè ἀνεκτά uocant ἀνεκτά μενεμύρια. Aristophanes ὡς πᾶν ἀνεκτὰ ἡσάφην μοι λέ-

γῆς, hoc est, o quam obscura, atque abdita mihi loqueris. ab hoc ænigma dicta, quæ ueteres latini scirpos uocare. eadem ratione aperire pro nudare accipitur. Cicero. Verentur enim, ne si quo casu acciderit, ut partes corporis quædam aperiantur. afficiantur non decore, et pro ostendere, quod prius erat occultum. Virgilius, Quarto terra die primum se attolere tandem, uisa aperire procul, et pro placare. mitigare. Idem. Et uastus aperit syrtes. Hinc etiam aliquando apertum pro claro, at que sereno accipimus, quod nullis sit nubibus tectum. Idem, scindit se nubes, et in æthera purgat apertum. ab adaperio adaperite deducitur, quod si gnificat apertum. Ouidius, Aspicias à dextra latus hoc adaperite tauri. operio. Tergo, quasi in oppositum pario. à quo operimentum dicitur, quod aliquid tegit, et operio frequentatiuum, et opercula. Varro esse scribit palia, quibus operimur. Ab hoc sunt adoperio, et cooperio eiusdem si gnificationis. operior uero deponens cum duplici. pp. scribitur, et si gnificat ex pecto, et quasi partum differo. Plautus. Mane dum, atque hic opperire. prætere à pario, ueteres perio uerbum actiuum traxere, quod si gnificat a perio. doceo. Vnde periti dicuntur docti. ex periti, sicut è contrario imperiti indocti, atque inex periti. à quibus peritia, et imperitia deriuatur. ab eo fit compositum, quod in usu est ex perior. Virgilius, Vos et cyclopea saxa ex periti, reuocare animis. Modo intelligo, sentio. Terentius, Nam fuisse ergo me miro ingenio ex perus sum. Aliquando tento. inde in expertum pro intentatum accipimus. Virgilius, Nequid in expertum frustra moritura relinquat. ab ex perior ex periti dicitur periti, et experientia usus doctrina. Idem, A pibus quantæ experientia parcas. ex perites uero ignari, rudesq; et nullam rerum experientiam habentes. Item ex perites dicitur, non sentunt. Vnde ex peritem doloris dicimus, qui non sentit dolorem. ex peritem mortis, qui non moritur. ex peritem humanitatis, qui nihil habet humani. ueteres ex perites quemadmodum imperitos dicebant. ex perite aduerbium accipitur pro eo, quod è docte, perite. Item ex perite dixerunt antiqui experitia habita. quidam ex pers non ab experiendo deductum existimant, sed ab ex, et pars, quasi sine parte, quemadmodum ex pes dicitur ab ex, et spes, quasi sine spe, ut superius diximus. Item à pario reperio. Vnde Pompeius, reperitum dicit asfirmat, quasi reperitum. et in lucem proditum. Est autem reperire proprie fortunæ. inuenire uero consilij. Ouidius, Tu non inuenta reperit es. Sed iam usus obtinuit, ut idem sit reperio, quod inuenio. ab hoc fit reperor, hoc est inuentor. Item à pario comperio, quod similiter si gnificat inuenio. à quo comperitor. inuentor. comperitum est mihi, et explanatum est mihi pro eodem accipiuntur, et similiter comperi, et explanari, quod est uestigando inueni. ab eodem etiam (ut quidam existimant) pars dicta, quod à toto emissu sit, quasi à toto parte. quamuis alij à parum potius partem dictam existimant, quod parum sit respectu totius, ut superius ostendimus. Item parca una litera mutata, quemadmodum de ijs, atque eorum deriuatiuis superius differimus. sunt etiam qui par à pariendo deductum putent, quod si gnificat simile. ita enim natura comparatum est, ut partus similitudinem ferè habeat cum partente. ab hoc fit par neutri generis, quod modo numerum duorum si gnificat, quasi inter se parium. unde unum par, et duo paria, siue bina paria dicimus. Suetonius, Domitianum quæstorij muneribus, quæ olim omisâ reuocauerat, ita semper inter fuisse tradunt, ut populo potestatem faceret, bina paria ex suo ludo postulandi, eaq; nouissimo uulgo apparatu induceret. modo æquum. conueniens. decans. Quintilianus, Si propter matrimonia uiolata urbes euerse sunt, quid fieri adultero pat

est. et



est. & paritas, hoc est aequalitas, similitudo. & pariter, quod modo ex aequo significat. Nonius, Ut pariter dispartiantur bona patris modo conuenienter. Titinnius. nā tu istam aedepol inedia extulisti pariter, ut dignum fuit. Aliquando similiter. Plautus. Is ex se hunc reliquit, qui hic habet filium pariter moratum, ut pater, atque auus eius fiat. pariter esse idem ē, quod sufficere alicui rei, siue resistendo, siue exequendo. Cicero, Tamen interpellat sletus. repugno quoad possum, sed adhuc pares non sumus. Quintilianus. Aspicio par laboribus corpus. paria facere est, quod alibi amissum, uel quod aliunde accipitur est, alibi uel aliunde compensare. Idem sic paria faciemus. Tu illic eris uicarius meus, ego hic tuus. Aliquando etiam pares pro duobus accipimus. paribus equis, id est duobus Romani utebantur in praelio, ut sudante altero transirent in sicum. a par sunt impar, & dispar. a quibus imparitas, disparitas. par impar genus ludi est uulgo noti, cum pluribus numeris manu occultatus petitur, par ne, an impar eorum numerus sit. Suetonius De Augusto scribit ad filiam. misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis conuiujs dederam, si uellent inter se post coenam, uel talis, uel par impar ludere. praeterea com par, quod idem significat, quod par. Linius, comparem cladem ad aegatis insulas Carthaginensium praelio nautali acceptam, qua fracti Sicilia, ac Sardinia cessere. Rhetores com par, quod graeci ἰσοβαλον, hoc est isocalon uocant, idem esse dicunt, quod duabus, aut pluribus sententijs breuibus, & inter se paribus exigitur, ut est illud, nequaquam mihi cum eo res est, qui neque finem habet capiendi, neque modum statuit utendi. Nam & malum desiderate egentis est signum, & nihil parcere, egestas est initium. Item illud, diuersam est beneficium dare libenter, & iniuriam facere nolle. Nam dando beneficium assequimur beneuolentiam non faciendo iniuriam, duntaxat odium uitamus. praeterea a par parilis, & imparilis deriuantur, hoc est par, & impar, a quibus parilitas, & imparilitas. Item a pario paro. nā quae parantur, quodammodo parere, & proferre uidentur. ab hoc composita sunt apparare, & praeparare, quae inter se ita differunt, quod praeparare est antea sibi, quae utilia sunt, aut fore creduntur parare. Cicero, Facile totius uitae cursum uidet, ad eamque dequendam praeparat res necessarias, ut passum, ut latibula, ut alia generis eiusdem. apparare uero est ad dignitatem quandam, seu uerius pompam. id eo oratores praeparare dicuntur, quibus obtinere causam possint. apparatus uero proceum reprehenditur, quod plus pompae, atque ostentationis, quam utilitatis habere uideatur. ponitur tamen aliquando apparatus pro praeparatione, ut belli, & classis apparatus. Sed in hoc quaedam pompa intelligi uidetur. praeterea a paro reparo, quod est refarcio, instauratio, quasi rursus paro. a quo reparatio, & reparamen, & se paro, quod est diuido, distraho. a quo se paratio, & aliud compositum disseparo, & quibusdam literis inter se dissipatio, quod significat disicio, distraho. a quo dissipatio. Martialis, Haec, quae puluere dissipata multo longius porticus explicat ruinas. Item disparo, quod similiter significat se paro. Varro. Comuocat omnes, bonos a malis disparat. Et comparo, quod proprie est paro. Cicero, Ut erat inter seruos copiosus conuiuium comparet. ponitur tamen aliquando pro acquiro. Apuleius, Ut senectutis mihi uaticum compararem. Cicero, Omnis auctoritas philosophiae consistit in beata uita comparanda. Et pro aequo coniungo. Plautus, Prende auriculis compara labella cum labellis. Et pro assimilo. Terentius, Abne comparandis hic quidem ad illum est? Cicero, Neminem tibi profecto hominem ex hominibus, aut ante posuisses unquam, aut etiam comparassem. ab hoc comparatio

deriuatur, dicimusque recte comparo tibi illum, comparo te cum illo, & comparo te ad illum. Et pro composito. machinor. Sifen na. eos, qui hoc malum publicum clandestinis consilijs comparauerunt. Et pro dispo. Terentius, an potius ita me comparem non perpeti meretricum contumelias. Et pro emo. Idem, illum autem uelle uxorem, ut cum desponderem, des, qui aurum, & uestem, atque alia, quae opus sunt, comparet. Item pro aestimo. Acius, proin tu id, cui fiat, non qui fiat compara. Et pro eo, quod est do. Cicero, Ex omni gemitu, ac dolore certa merces comparabatur. Item a pario parilia uocata sacra deae Palis, hoc est telluris, quae pro partu corporis celebrabantur XVII Calendarum Maij, qui dies natalis erat urbis Romae. Quippe eo die Romulus augurio capto urbem aratro designauerat. Varro tamen parilia, quasi palilia a pale uocata existimat. Palem existimant Vestam esse Saturni matrem. duae enim uestae a ueteribus memorantur, altera Saturni mater, altera eiusdem dei filia, de qua Ouidius. Ex ope Iunonem memorant, Cereremque creatam, semine Saturni, tertia uesta fuit. confundunt tamen haec poetae alteram pro altera ponentes. Quando eam terram esse dicunt, de matre Saturni intelligendum est. quando uero uirginem nominant de filia eius, quam ignem esse uoluerunt. Ouidius, Nec tu aliud uestam, quam uiuam intellige flammam, Nataque de flamma corpora nulla uides. Iure igitur uirgo est, quae femina nulla remittit. Huius simulachrum Romani Desinunt allatum in aede uictoriae, quae est in palatio, posuere. & uirgines ei sacrarunt, quae ignem perpetuum conseruarent. Haec si forte stuprum commississent, uiuae desodiebantur. a uesta uestales uirgines appellatae. uesta uero ἀπό τῆς ἰστίας, hoc est a foco, in quo ignis alitur. Nam, cum pro terra siue deorum matre accipitur. a uestitu denominatur, quod uarijs herbis, ac floribus uestita sit terra. & propero, festino, quasi ante tempus paro, de quo, eius deriuatus superius diximus. Et perpero, de prauo, quasi nimis exacte paro. Vnde perperi dicuntur stulti. rudes. inuisi. prau. mendace. Acius, de scribere eum miror perperos popularers. hinc etiam perperitudo fit, quod modo prauitatem, modo stultitiam significat. Idem, ductabilitate nimia uestra hoc facitis, ac perperitudine. Item perperam aduerbium, hoc est praeue, stulte. Plautus, Quidni semper agit perperam. Et impero, de quo similiter cum eius deriuatus locuti sumus. Itē a pario fit pareo uerbum, quod proprie significat uideor, quoniam parius, postquam extra uerbum est, uidetur. Virgilius, Cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent, hoc est a quo fibrae, & sidera cernuntur. hinc appareo eiusdem significationis. Virgilius, Apparet liquido sublimis in aere uisus. Item appareo, praesto adsum. Virgilius, Haec Iouis ad solium, saeuque ad limina regis apparent. Vnde apparitores, de quibus supra diximus, appellati, quod iussis magistratum praesto ad sint. & dispareo eius contrarium, hoc est a conspectu recedo, & compareo, coram aliquo appareo. & transpareo, per aliquod corpus lucidum uideor. pareo etiam pro obedio, atque obsequor accipitur. Virgilius, Pareat amor dictis aere genitricis. EXILIIIT. Prodyt. Exilio proprie est exeo. prodo, quae si extra salio ab ex, & salio compositum. Salio idem est, quod saltum facio. Eius frequentatiuum est salto, quod significat tripudium. a quo saltatio, terpidium. Nam saltus est qualis cernuorum, leporumque. a salto saltatus idem, quod saltatio, hoc est tripudium. Linius, ac per urbem ire cum tripudijs. solenni; saltatu iussit. Interdum salio pro saltu accipitur. Virgilius, Mollibus in pratis unctos salicre per utres. at saltus pro saltatione nunquam inuenitur. sed praeter hoc, quod di-



ximus, significat etiam *synnam* non facile peruiam, ut supra ostendimus. Virgilius, Saltibus in uacuis pascunt, et plana fecundum flumina. a quo saltarius dicitur, qui saltum custodit. et saltuosus, locus saltibus plenus. a salto fit aliud frequentatum saltito, et saltabundus, hoc est saltans, et a saltatione diminutiuum saltatiuncula. Item a salto praesulto, hoc est ante alios salto. a quo praesultor dicitur, qui in saltatione primus est, hoc est qui tripudium ducit. Valerius Maximus. cum ludis plebeis quidam paterfamilias per circum flaminium priusquam pompa induceretur, seruum suum uerberibus multatum sub fivca ad supplicium egresset, latino homini ex plebe iupiter in quiete praecipit, ut consilibus diceret sibi praesultorem ludis arcensibus proximis non placuisse. huius formi num est praesultrix. Item a salto saltator, et saltatrix. et eius diminutiuum saltatriciola. et saltuatum aduerbium, hoc est per saltus. Gellius. apud ultimas orientis terras homines sunt, qui monomeri appellantur, singulis curribus saltuatum currentes, uinacissimae pernicitatis. hoc et saltum dicitur. Nam saltum non a salto deducitur, sed quidam per defectionem dictum putant, quasi si aliter non potest, alij dicunt saltum dictum ueliter abieci. Nam a principio salutem dicebant, quod nos saltum dicimus. etenim cum alia quaedam petita, et non impetrata sunt, hinc solemus, quasi extremum aliquid petitori, quod negari minime debeat, dicere hoc saltum fieri, aut dari oportere, tanquam salutem postremo petentes, quam impetrari profecto sit aequissimum. praeterea a salio salix, de qua supra diximus. a qua salignum. salicium salictum. Item saluina herba e terra statim exiliens, foliosa quidem, sed breuis, et quae necli non possit, radia numerosae cohaeret herba uerius, quam flos, densa, ac ueluti manu pressa. tanta uero suauitatis, ut uestibus gratissime interponatur. Talis est apud graecos, quam uocant tripolion, quidam teurion, Hesiodi carmine in clyta, et ad omnia utilis, supraque; caetera ad famam etiam dignitatis, florem mutat ter die mane candidum habet. meridie purpureum. sole occidente caeruleum. Item salax dicitur libidine pruriens, cuius membrum faciale salt, hoc est qui faciale arigit. et salaces aquae scaturientes, quasi e terra profilientes. Vnde et nymphae salaces dicuntur. Ouidius, Nymphaeque Salaces. Salaciam deam aquae a salo aciendo dictam existimant, unde et pro aqua usurpant poetae. Pacuuius. Hinc saeuit a salacis fugimus. salebrae loca inaequalia, aspera, quae quasi praeterriri sine saltu non possunt. Et quandoque pro asperitate, ac inaequalitate usurpatur. Cicero, Alter enim sine ullis salebris, quasi sedatus amnis fluxit. hinc salebrosum dicimus, quod frequenters salebras habet. Item Salij uocantur sacerdotes Martis, quod in portandis analibus saltare eos mos esset. Liuius, Numa Salios duodecim Marti gradibus legit, tunicaeque in signe dedit, et super unquam aeneum pectori tegmine, caelestiaque; arma, quae analia appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina cum tripudijs, solenniisque saltu iussit. a Salij saliares caena appellatae, quas salij faciebant, amplissimo apparatu. Vnde uice pro uerbijs opi parae, ac copiosae caena saliares dicuntur. Item praesul, qui Salij praerant, hoc est pontificatum gerebat. et praesulatus, pontificatus. a salio composita sunt assilio, quod est aggreddior. transsilio, quod est transgreddior exilio, quod est ex eo prodo, et quasi saltando prorumpo. Cuius frequentatiuum est exulto, quod proprie significat supra modum exilio, atque effror, et quasi gestibus quibusdam, et saltibus affectum animi ostendo, siue ira id fiat, siue saeuitia, seu uoluptate, aut alia quacunque animi affectione. Cicero, Est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod uel exultat uoluptate, uel molestia frangitur. exultat inquit uoluptate, hoc est gau-

dio effertur. Idem. Quae sanguine alitur, quae in omni crudelitate sic exultat, ut uix hominum acerbis funeribus satietur. exultat inquit, hoc est saeuit, siue crudelitate effror. Virgilius, Exultantiaque; haurit corda pauor pulsans. exultantia inquit, hoc est iniuriam prona, siue iniuriandi animo elata. Lucilius, Qui in hominem innocentem sic exultat, hoc est iniuriam facis. Virgilius, Exultat Amaron, hoc est inani gloria effror, siue cum iactantia gloriatur. In quo sensu usus est etiam Cicero. Qui si quando aberrauerit, statim spe impunitatis exultat. Idem. Et Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua moliebat. ab hoc exultabundus, et exultatio deducuntur. Item a salto profilio, hoc est prorumpo. pro enim aliquando pro amplificando, ac palam faciendo ponitur, ut prodi. prouocat. protrahit. profili. alias pro in, ut pro rostris. pro tribunali. nonnumquam pro iuxta, ut pro sententia, pro iudicio. Aliquando pro causa, ut testis inductus pro testimonio, hoc est causa perhibendi testimonio. Quandoque pro ui priuandi, ut prohibeo. propudio, utrunque enim abnuit. alterum potestatem alterum pudorem. interdum pro loco, ut pecuniam et pro praedio dedi, hoc est loco praedij. plerumque pro ante, ut pro curia, pro ostio, hoc est, ante curiam ante ostium. saepe etiam pro porro, siue in longum, ut promissa barba, promissa capillis. Item pro autoritate, ut tribuni plebis pro potestate intercesserunt, hoc est autoritate potestatis suae. Item pro eo, quod est propter, ut pro iniuria, quam accipi, hoc est propter iniuriam, quam accipi. Vnde Cato pro scapulis, hoc est pro iniuria dixit, quoniam serui, quia natura contumeliosi sunt, scapulis uerberari solent, dum male dicunt. Quippe scapulae sunt, quae ueluti mollibus iugis a ter uice demittuntur. Vnde ualida, et substricta neruis ad fortitudinem brachia dependent. a quo et in brachia, hoc est a breuitate dicta. Vnde brachialia ornamenta uocantur brachiorum, a quibus insignibus toris extantes sunt lacerti cubitorum flexura utiles, ac decentes. brachia uero piscium dicuntur, quibus spirant, sicut pennae, siue pinnae, quibus imitant. Plinius, Brachia non sunt balenis, nec delphinis. haec duo genera fistulis spirant, quae ad pulmonem pertinent, balenis a fronte. delphinis a dorso. Idem uulgi marini, pennis, quibus in mari uiuant, humi quoque uice pedum serpunt. A scapula scapulae serui dicti, quia scapulis caduntur. Item scapularis uestis, quae tantum scapulas tegit. Vterque scapularis pro tergo usurparunt, et aliquando pro ipsa scapula, unde et spatium, quod inter scapulas est, inter scapulum nominare. Pro etiam aliquando aduerbium admirantis est. Aliquando interiectio dolentis, ut pro sancte iupiter. Pro deum, atque hominum fidem. Item a salio praesilio, quod significat ante salio. Aliquando pro praesulto accipitur, quod est tripudium ducere. In salio, salto. Cuius frequentatiuum est insulto, quod modo pro insilio usurpatur. Virgilius, Insultare solo, et gressus glomerare superbos. Modo pro irrideo, et contumeliosius in alium quem aut dico aliquid, aut facio. Lucilius, Insultat miserum. Virgilius, Cernit, ut insultant Rutuli. ab hoc insultatio, et insultabundus deducuntur. et insultura, sicut a desilio desultura. Plautus, Nam ego istam insulturam, et desulturam nihil hic moror. subsilio, et subsulto, paululum salto. a quo aduerbium subsultum. Suetonius. mox nihil aliud, quam uelutatur, et deambulabat. ita ut in extremis spatijs subsultum decurreret. Plautus. Tu subsultas, egomiser uix a isto, praeformidine. desilio, descendendo. cuius frequentatiuum est desulto. a quo desultor, qui in campo equum sine ephippijs, et curru agit, qui celetes a graecis dicitur, a nostris desultorius, ut superius ostendimus. dissilio, quod proprie est loco moueor. Apuleius, Verribus ossa dissilierant. Aliquando tamen accipitur pro crepo, frangor. Virg.



gor. Virg. Aerq; dissiliunt vulgo. resilio, quod est in contra-  
rium a gor. rebello. Plinius, Quandoq; resiliit vulnus, & cu-  
rare scilicet pello oportet. ab hoc fit resulto, qd est resilio. reductor.  
in contrarium feror. Accius, resultat echo. veteres residare pro  
sepe resilire usurparunt. praeterea a con, & salio fit consi-  
lium, quod in unam sententiam plures rationes consiliant.  
ab hoc fit consulo, quod si cum accusatio iungatur, significat  
consilium peti, siue inquiri. Quintilianus. Ego aureus con-  
sulens meas. si vero cum dativo, consilium do, vel provideo, ut  
consulo tibi, ne hostem laceas. & consulo saluti meae. consulo  
vita. consulo dignitati aliquando consulo pro delibero capitur,  
& tunc non regit casum, ut consulantur senatores. ab hoc fit con-  
sulto, quod similiter est delibero. a quo consultiatio. deliberatio.  
& consultor, quod modo significat eum, qui consilium capit.  
modo eum, qui dat consilium. Apuleius, Ad te consultor missus  
sum, tu mihi consilium tuum ex prome. Sallu. Simul ab eo petit,  
ut fautor, consultorq; sibi adsit. Gel. Malum consilium consulto  
ri pessimum. Hinc etiam consultrix foeminiuum. & consulti-  
tio in utroq; significatio. ab eodem deducitur consul, quod popu-  
lo consuleret. etenim ab initio urbis Romae reges omnem potesta-  
tem habere, quo tempore & tribunus celerum constituebatur,  
qui equitibus praerat, & ueluti secundum locum a regibus  
obinebat, quo in numero Brutus fuit regum eijciendorum au-  
thor. exactis uero regibus, duo consules creari coeperunt, penes  
quos (ut ait Pomponius) summum ius uti esset, lege rogatum est, di-  
cti ab eo, quod plurimum reip. consuleret, qui tamen, ne per  
omnia regiam potestatem sibi uendicarent, lege lata institutum  
est, ut provocatio ab eis ad populum esset, ne ue possent in ca-  
put cuius romani animaduertere iniussu populi, solo hoc eis re-  
lictum, ut coercere possent, & in uincula publica duci iuberent.  
a consule consularis, qd si cum homine iungatur, significat eum,  
qui consul fuit, si cum re, quod consulis est, ut consularis officii-  
um. consularis dignitas. & proconsul, non qui pro alio con-  
sule praestitit, sed qui cum potestate consulari extra or-  
dinem ad aliquam provinciam administrandam mittitur, qui  
tamen non duodecim, sed tantum sex fasces habet, quemadmo-  
dum praetor, & praefes. sic & propraetor, non q pro alio pra-  
toriam, sed qui extraordinariam praetoriam gerit. ita et qui di-  
ctor proquaestor, & si qui alij sunt huiusmodi. Item a consulo  
consulatus, quod modo participium est, & significat eum, a quo  
consilium petitur, ut consulti de salute medica responderunt  
incurabilem esse eum morbum. modo nomen, & accipitur pro  
iuris prudente. Quintilianus, Scripti, & uoluntatis frequen-  
tissima inter consultos quaestio est, hic & iurisconsultus, & iu-  
reconsultus appellatur, qd ab eo de ijs, quae ad ius pertinent, co-  
silium petatur. Inconsultus uero imprudens dicitur inconsyde-  
ratus, & nullius consilij. Quint. O inconsultam mulieribus  
semper amentiam. interdum tamen inconsultus accipitur pro  
eo, a quo consilium non est petitum. Varro. Etenim inscio, atq;  
inconsulto domino, serui saepe ex agro discedunt. interdum pro  
eo, qui cum consilium quaereret, non accipit, quasi pro indigno  
habitus. Virg. Inconsulti abeunt, sedemq; odere Sibyllae. ab  
eodem etiam fit consulto aduerbium, hoc est cum consilio, &  
non temere. & consultiatio. conciliu uero, quod conuentum po-  
puli, seu etiam populorum diuersorum in unum locum consu-  
lendi gratia significat, non a consilio, siue a consensu (ut non-  
nulli scripserunt) deriuatur, sed a concalando, hoc est a conuo-  
cando, qd omnes in unum locum conuocentur. a quo locus ipse  
concalabulum appellatur, sed quia in concilijs ob multitudinem  
conuenientium meratus fieri solebant, et necessaria compara-  
ri, factum est, ut conciliare, comparare, atq; emere sit. & concilia-  
tio, pro conuentione accipitur. Terent. Prodi male concilia-

te, id est magno pretio empte. Hinc etiam concilio pro eo usur-  
pamus, quod est amorem, ac beneuolentiam comparo. Virg. Tu  
sceptra, Iouemq; concilias. ab hoc fit reconcilio, qd est in grati-  
am reduco. & reconcilio in gratiam redeo, quamuis redire in  
gratiam et cum inanimatis dicimur. Cicero. In gratiam iam  
cum uoluptate redeamus. a reconcilio fit reconciliatio, qd est in  
gratiam reditio. DE. Ex. De enim aliquando significat  
πρὸς, ut cum dicimus de partibus orationis πρὸς μέρω τῶν  
λόγων. Aliquando ἀπὸ, hoc est ab. ex, ut hoc loco de  
uulnere, hoc est ex uulnere. Nonnunquam deorsum, sicut sus  
sursum. Vnde ueteres pro contemno dicere solebant, susq; deq;  
fero, hoc est sursum, an deorsum res feratur, paruisacio. in com-  
positione uero de aliquando significat πρὸς localem, ut de  
duco, detraho. derideo. interdum est intentiua, ut deprehendo.  
deamo. deprauo. deprimo. dedo. nonnunquam priuatiua, ut de-  
speratus. demens. desum. Eiusdem uero significationis sunt E, et  
Ex in appositione, quando de ἀπὸ significat, sed in hoc dif-  
ferunt, quod E ferè usurpamus, qm consonans sequitur, ut è do-  
mo. è rure. Ex uero, qm sequitur uocalis, ut ex aquis, ex aere,  
quod in compositione et accidit, ut educo. enarro. exigo. exuro.  
At de passim ponitur, siue sequatur consonans, siue sequatur uo-  
calis, ut de nobis, de illis. uerum ex sequente et consonante ponit  
interdum solet, si uocis asperitas non prohibeat. Virg. Ex quo  
me diuum pater, atq; hominum rex. Vnde notandum est E tam  
in appositione, qm in compositione ante has literas poni. B D  
G L M N R, & ante V, & L quando sunt consonantes,  
ut ebullio. edo. egero. elimo. emineo. eneruo. eruo. emeho. eijcio.  
Ex uero ante reliquas, ut ex cudo. effero. in quo et similibus. X  
in F commutatur euphoniae causa. exhorreo. expello. exquor.  
exquiro. extendo. exaro. exigo. exonero. exuro. E praeterea, &  
ex frequenter temporalia sunt. Virg. Ex illo celebratus honos,  
latiq; minores seruauere diem. Sed E in compositione uel pri-  
uatiua est, ut eneruis. enodis. uel intentiua, ut enectus. enarro-  
uel pro extra accipitur, ut educo. elimino. ex uero modo pro ex-  
tra accipitur, ut excludo. extra claudio. exterris. extra terram.  
ex lex, extra legem. ex pes, extra spem. exors, extra cor. modo  
priuatiuum, ut expedio. extirpo. modo intentiuum, ut expleo.  
exoro. efficio. a de fit dehinc quod significat postea. Item dein,  
deinde, deinceps, de quibus supra diximus. denuo, quod si gni-  
ficat rursus, quasi de nouo. demum, & deniq; quae eiusdem fe-  
re significationis sunt. Ponuntur enim pro tandem. Virg. Tu  
denum optatae gemini super arbore sidunt. Cicero. Cum ex assis-  
sent e uita, tum deniq; uiueret, sed deniq; plerumq; significat ad  
extremum, ut cum plura sunt enumerata, & subiungatur de-  
niq; significando ultimum omnium. Cicero. Cum sibi non mul-  
titudinem militum. non idoneos imperatores. non pecunia sibi  
praesto esse uiderent. non deniq; ullam rem, quae pertineat  
ad bellum administrandum. denum aliqui pro solum accipi-  
tur. Idem. ea denum magna uoluptas est Crispe Sallusti, & qua-  
lem, ac parem uerbis uitam agere. Aliqui pro omnino. Plinius.  
Ea denum sola auium non nisi uolatu depascitur. in hunc  
sensum denique quoq; aliqui accipitur. Ouid. Si qua metu dem-  
pto casta est, ea deniq; casta est. Vteres pro denum demus scri-  
pserunt. Pacu. Quid demus magis commodum est, qm ne iuum  
perduas iniuriam pati. Item a de desuper, & deinsuper, de  
quibus supra scripsimus, & desursum, qd significat desuper.  
cuius contrarium est deorsum. a quo dorsum dictum, qd ea  
pars corporis deuexa sit deorsum. dicitur aut dorsum, hoc est  
tergum non modo de hominibus, ceterisq; animalibus, sed etia  
de inanimatis, ut puta de litoribus. aquis. montibus, ceterisq;  
similibus. Virg. dorsum immane mari summo. Idem. Nanq;  
instructa uadis dorso dum pendet iniquo. ab ex uero extra de-



ducitur, de quo, atq; eius derivatiuis su pius late differimus.  
**MATRIS.** Genitricis. Mater tam eam significat, quæ fili-  
 um parit, quàm eam, quæ nutrit, quod uno in loco Plautus a-  
 perte declarat, ita forma simili pueri, ut mater sua non inter-  
 nosse posset, quæ mammam dabat, neq; adeo mater ipsa, quæ pe-  
 pererat. hoc nomen à græco deducitur, quod est μήτηρ un-  
 de μητρόπολις, hoc est Metropolis appellata, quasi ma-  
 ter civitas, à quo Metropolitani dicuntur, qui ex ea civitate ori-  
 di sunt, & Metropolitani quidam appellant eius civitatis pon-  
 tificem. à matre matrona, & mater familias deducuntur. Ma-  
 trona proprie dicitur, quæ in matrimonium cum viro conue-  
 nit, ut in eo maneat, et si liberi non sunt adhuc suscepti. qui-  
 pe appellationem habet à matris nomine non iam adepti,  
 sed cum spe, & omne mox adipiscendo. Vnde ipsum quoque  
 matrimonium uocatum est, quoniam ea spe uir, & uxor coniun-  
 guntur, ut illa mater fiat. mater familias aut uocatur ea sola,  
 quæ in mariti manum, ac potestatem uenit, siue in eius manum,  
 ac potestatem, in cuius manu, & potestate est maritus, quia ià  
 non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, et in  
 sui hæredis locum uenerit. Est aut familias casus genitrici facta  
 inclinatione more græcorum ideo mater familias, & mater fami-  
 liæ dicitur. aliqui tamen matronas dicunt esse honestas mulie-  
 res, quibus stolas habere ius esset. matrem uero familias non an-  
 te dici, quàm uir eius paternam familiam appelleretur. nec posse hoc no-  
 mine plures in una familia appellari, sed unam tantum ma-  
 trem familias dici. Item unum patrem familias eum. scilicet eam uel, q  
 in familia primi sunt, quiq; in ea dominium habent. siquidẽ  
 filij eorum filij familias uocantur, q; si is, ea uel, q; familiae præ-  
 sunt, filios nõ hēant, nihilo minus paternam familias, et mater fami-  
 lias dicuntur. non. n. solã psonã eius, sed et ius demonstramus.  
 Hic pupillũ quoque patrem familias appellamus. & cũ paternam  
 familias moritur, quotquot ei subiecti erant, singulas familias in-  
 capiunt habere, singuliq; patris familiarum nomina subeunt.  
 Idemq; enenit in eo, qui emancipatus est. nam & hic sui iuris  
 effectus propriam familiam habet. alij matrem familias dicunt  
 esse eam, quæ honeste, & cum dignitate uiuit. Vlpia. Matrẽ-  
 familias à cæteris foeminis mores discernunt, atq; se perant.  
 proinde nihil interest nupta sit, an uidua, ingenua sit, an liber-  
 tina. Nã neq; nupta, neq; natales faciunt matrem familias, sed  
 boni mores. Idem matrem familias cum audis, ac pe notã au-  
 thoritatis foeminam. Item à matre maternum deducitur. Vn-  
 de maternum amorem. maternã pietatem. maternum lac dici-  
 mus. Item matertera, matris soror, quasi mater altera, et matri-  
 tm, ac patrim, siue patrimus, & matrimus, quorum matres, ac  
 patres adhuc uiuunt. Item pater patrimus, qui cum ipse pater  
 sit adhuc patrem uiuentem habet. & mater matrima, quæ et  
 ipsa mater est, & matrem habet adhuc uiuentem. & matresco  
 matris similis fio. & mater matuta aurora à mane matuta di-  
 cta, ut quibusdam placet. à qua matutinus, quamuis aliqui à  
 mane hoc deduci potius uelint. & matrix, de quo supra dixi-  
 mus. & matralia matris matutã festa. et matronalia dies ma-  
 tronis festus Calendis Martiis celebrari solitus, quo mariti pro  
 conseruatione coniugij supplicare dijs solebant. & matricida,  
 & matricidũ, & materia cum derivatiuis eius, de quibus late  
 superius differimus. **O LVCINA FEROX.**  
 Ferozem appellat propter atrocitatẽ partus cum hæc Dea par-  
 tubus præsit. ideo lucina dicta, ut superius ostendimus. **S A V**  
**CIA.** Vulnerata. à secando enim saucius, quasi secius dici-  
 tur, & uulneratum significat. Virg. Quales mugitus, fugit cũ  
 saucius aram Taurus. ab hoc fit saucio uerbum, quod est uulne-  
 ro, & passinum eius saucior. **MORI.** Mortem oppete-  
 re. mors est seperatio animi à corpore. Virg. Multa bouem circa

mastrandò corpora morti. mors etiam dea est, quæ mortis est po-  
 tens. Statius, In scopulis mors sœna sedet. Idem.

Strygijs emissa tenebris,

Mors fruiuer cœlo, bellatoremq; uolando

Campum operit, nigroq; uiros inuitat hiato.

Nil uulgarè legens, sed quæ dignissima uita

Funera, præcipuos animis, ammiq; cruento

Angue notat.

Hanc Cicero noctis, & Hevebi filiam

fuisse scribit. Aristoteles oïum, quæ terribilia homini uidentur

10 maxmũ esse. hæc enim statim, postq̃ esse iccepimus, dicit nos

ad non esse, et cum quotidie moriamur, tunc uulgaro sermone

mori dicimur, cum mori desinimus. mortem aut uolentã, aut

naturalẽ esse scripserunt. uolentã, quæ ferro, uel igni, uel casu

aliquo inferitur. naturalem, quæ aia à corpore is effixo sepa-

ratur. Vnde mortem ab emerita iam uita hoc est acta, & abso-

luta dictam uolunt, & mortuos quasi emeritos appellatos, qd̃ à

mortali hac malitia absoluti, quasi ueterani quietiorẽ iam sta-

tũ sint adepti. mortẽ obire pro mori uisurpatur, quasi ad mor-

tem ire. Nã ueteres ob pro ad frequenter capiebãt. Vñ ob Ro-

20 mam legiones ductas, & ob Troiã missum exercitum legimus.

& uadimonium obisse, quasi ad uadimonium isse, & obuiã. ad

uiã. Nam ob aliquo uel pro circũ ponitur, ut cũ dicimus urbem

obsideri, uel pro p p, ut ob superatos hostes, ob fidem datam. à

mors fit morior, quod est e uita discedo, qd̃ non modo tertie,

sed etiam quartæ coniugationis reperitur. Plau. moriri sese mi-

serere mauolet, q̃ non perfectum reddat. à quo commorior, hoc

est simul morior. & demorior, atq; emorior, quæ simplici sui

significationẽ retinent. & mortuus, q̃ iã mortẽ obiit. q̃ et mor-

tuus, & demortuus dicitur. eos, q̃ mortui nascuntur Paulus scri-

30 bit neq; natos, neq; procreatos uideri posse, q̃ a nunquã liberi ap-

pellari potuerunt. mare mortuũ dicitur, q̃ nihil uiuũ gigni-

lacus est Syriæ in prouincia, quæ Pentapolis uocata fuit, nihil

præter bitumẽ gignens nihil in eo graue submergitur. id Asphalt-

tus uocatur, q̃ oia in eo tuta sint, græc. n. ἀσφαλτος tũ di-

citur. & mortalis, qui mortẽ subiectus est. à quo mortale pro-

hoie frequentissime usurpamus. huius contrariũ est immortalis,

qui nõ est mortẽ obnoxius. Vñ dij immortales dicuntur. ab ijs

mortalitas, & immortalitas deriuantur. & emortalis dies, in

40 quo quis mortuus est, sicut natalis, in quo natus. Plau. Certũ ẽ

mhi hunc emortalẽ facere ex natali die. & moribũdus, mo-

riens. & mortariũ instrumentũ, in quo teruntur ea, quæ solu-

uenda sunt, q̃ in puluerem redacta ueluti mortua conduntur,

& mortiferũ, qd̃ mortem affert, ut puta mortiferũ telũ. morti-

ferum uulnus. mortiferũ uenenum. & morticianũ exanguẽ cor-

ruptum. quippe mortiana caro in ulcere dicitur, quæ corrupta

est, & sine sanguine, quasi iam mortua. Item mortianã carnẽ

aliquõ dicimus ai alium, quæ non sunt ui mactata, sed per se

50 mortua. Plyn. Sola hæc auis in eo genere mortianã carnẽ non

attingit. morticianẽ et clauis pedũ dicuntur, q̃ ueluti mortiana ca-

ro sit, et morbus, q̃ corpora ad mortẽ ducit. quid morbus, quid

morbosus sit, quõ à uitio, & uitioso differat, superius declara-

uimus. à morbo et fit morbidus, qd̃ est morbo infectus. & re-

morbesco, quod est in morbum recido. hic et notandum est, q̃

quoad uiuet, & quoad morietur, et quoad Senatus habebitur,

60 & quoad Senatus dimittetur, & quoad scribendo pferabo,

quoad amplius non scribã, et quæ similia sunt, licet duæ res,

& inter se contrariæ uideantur, unum tamen significat. Mor-

tem et nonnulli à mordẽdo dictã existimarũt, q̃ oia mordeat,

hoc est rodat, atq; consumat. Mordere proprie est dẽnbis laede-

70 re. p metaphorã tamen accipitur pro detrachere, unde & mor-

dacem equum dicimus, qui dente hominem laedit, & mordacẽ

hominem, detractorem. Item morsus modo pro ipsa dentium

lesione



Lesione accipitur. modo pro detractioe, & maledicentia. Hinc mordacitas in utroq; si significato usurpatur. & mordaciter aduerbium, & comparatiua superlatiuq; eorum mordacior. mordacissimus. mordacius, mordacissime. & morsus, qui graecae somnia dicitur, quoniam figuratus est. sepe enim fraude, uel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intelligat, & mordico uerbum, quod si significat dolorem affero, perinde ac si morsu lederem. a quo mordicatio. eiusmodi dolor, et morsum pro mordendo. V arro. sicut pulli incedunt, & in labelis morsum ludunt. & mordicus eiusdem significationis. Lual. Mordicus petere aurum est flamma ex pediat. Plau. Tandem oportuit nasum ad eptu mordicus. Item mordicus pro strictim et quasi morsu, et dete. Ci. pspicitate, qua mordicus tenere tenemus, abesse dicimus. et mordicibus pro morsibus. Plau. A sinie mordicibus scandat. bones i curfent cornibus. Itē a mordeo coposita sunt admordeo. obmordeo eiusdem cum suo simplicia significationis. praemordeo, hoc est ante mordeo. imordeo, morsum infigo. submordeo. demordeo, morsu de arpo. comordeo. simul mordeo. remordeo, crucio. soluto. V irgl. Quando haec te cura remordet. Mordeo in praeterito momordi facit. V eteres tamen per e memoridi pronuntiant. sicut pro pupugi. curri. spondei. poposca. pepugi. curri. spondei. peposca scripserunt. Plau. Vt admemordit hominem. Item a mordeo morsio. a quo morsuacula diminutiuum, hoc est paruus morsus, qui fit osculandi gratia. Idem, nunc nostri amores. mores, consuetudines. iocis. ludus. sermo suauis. suauitatio. compressiones arte amantium comparate. teneris labellis molles morsuacula. PLVRIBVS. Voluisset inquit mori pluribus telis, quam mortua sit, ut filij ex utero facilius exirent. plus comparatiuū est significatione tenum ab eo, quod est multum. Nam secundum uocem habet originem a graeco πλεον, siue πλεον. utrunq; enim significat plus. Vnde a pleon pleonasmus derivatur, quod latine cumlatio dici potest. est enim figura, quae fit, quoties superflua adduntur. V irgilius. Vocemq; his auribus ausi. Et similiter superlatiuum eius, quod est plurimum, & a graecis dicitur πλεονιστος V eteres pluria, & complura dixerunt, pro eo, quod est plura, & complura. Vnde ab hoc fit compluribus aduerbium, quod si significat sepe. Plautus. Quid metuis? D O. Memio Herclueo. sensi ego compluribus. Com compluribus eorum milites mercenarij inter sese, multi alteri alteros occidere, compluribus multi simul, ad hostes transfugere. compluribus in imperatorem impetum fecere. plura & complura sic differunt, qd plura possunt esse duo. complura duo esse non possunt. illud comparatiuū est. hoc uero minime, ideoq; non regit casum. Complurimus non reperitur, sed tantum plurimus. V ir. plurimum pro longo posuit. cui plurima ceruix. ueteres plissima pro plurima usurparunt. a plus pluralis. & pluratiuus numerus dicitur. & pluraliter, ac pluriatiue aduerbia. & plurifariam, de quo supra diximus, & plusculum diminutiuum, hoc est paruum plus, & amplius, hoc est magnus. spatiosus, quasi omni ex parte plus. Am enim ueteres pro circum ut supra diximus, usurpabant. a quo fit amplior. & amplissimus. ample. amplius. amplissime. amplitudo pro magnitudine, & excellentia. amplio uerbum, quod si significat augeo. Item amplifico. a quo amplificatio. & amplius aduerbium, idem quod plus, & amplustria nauium ornamenta, qd amplius forent, quam essent necessaria. Quidam amplustria quasi aplustria a graeco nominata existimant, hoc est ab a priuatiua particula, & πλοῦς, qd est nauigatio, qd haec ad nauigationem nequaquam essent necessaria. item a plus pleriq; deducitur, quod authores aliquando usurpant, pro eo, quod est plures, & maxima ex parte. Sallustius in diuisione

orbis terrae pleriq; in parte tertia Africam posuere. Pauci tantummodo Asiam & Europam. Quin. Videas plerosq; ita peritos, id est nonnullos. Plerunq; potius in priore significato accipitur, si significatq; ferē semper. Pleriq; omnes una pars orationis est. Et similiter pleriq; omnia. Si significatq; idem, quod pleriq; siue pleriq; hoc est maxima ex parte. Teren. Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli. item a plus plenitas, quasi plenitas dicta. Plenitatem enim ueteres ignobilitatem dixerunt. Cato. Propter tenuitatem, & plenitatem. Hemina. Quicunq; propter plenitatem a gro publico electi sunt, & ploximum. capsa, quod plura ibi reponantur. Plus in nominatiuo, & accusatiuo singulari neutri generis est. in obliquis uero casibus, & numero plurali trium generum. Plus etiam aduerbialiter accipitur, & plus satis dicimus pro eo, qd est maxime. & plus quam satis. Reperitur etiam cum per compositum perplus. V T I T E R T R I S T E P A T E R E T. Vt uia, quae nunc difficilis fuit, aptior fiet. T R I S T E. Difficile, hoc est non naturale, sed uolentium. Tristis proprie maestus dicitur. V irgilius. Tristis at ille tamen cantabitur Arcades inquit, deducaturq; a tero, quod est contero. consumo. Martial. Seu lentum ceromateris, tepidumq; Trigona. V irgilius. Aut qua spe libycis teris ota terris. Tristis ergo, quasi tritus dicitur. Ab hoc tristimonia, hoc est maestitia derivatur. Hirtius, Caesar classem sub uesperum conscendit omnibus in exercitu inscijs, & requiritibus Imperatoris consilium magno metu, & tristimonia sollicitabantur. Sed quia tristitia in fronte hominis crudelitatis. grauitatis. irae. minarum. studij difficultatis indicium est, fit, ut tristis aliquando pro sauo accipitur. V irgilius. illi mea tristitia facta, Degeneremq; Neoptolemum narrare nemento. Aliquando pro graui. Cic. Qui numero optimatum, & principum reliquit grauitatis suae illum tristem, & plenum dignitatis sonum. Nonnunquam pro irato. Lual. Timeo certe, ne mihi sit tristior. interdum pro minaci. V ir. usq; adyns haec tristitia dicta reportat. Quandoq; pro docto. Lual. Addo eodem tristis, ac saeueros philosophos. item pro amaro. V ir. Tristisq; lupini, sustuleris fragiles calamos. Et pro difficili. Ci. Facilius i morbos cadunt adolescentēs, grauius a grotat, tristis curatur. Et pro horrido. Martia. Amator ille tristis lacernarū. Tero autē aro τού τριβω deducatur, qd est cōtero. frico. Vñ trica dicitur, qd proprie significat capillū gallinarū pedibus inuolutum, qd earum pedes terat. hoc uero, quoniam gressum illarum impediatur, factum est, ut omnia impedimenta trica dicerentur. Plautus. Quod argentum tu, quas tricas narras? Hinc tricones uocati sunt morosi, & ad reddendum diu. Ab hoc etiam fit intrico, quod significat implicū. & extrico. explicū. A quibus intricatio, & extricatio. a quo inextricabilis. insolubilis. V irgilius. Hic labor ille domus, & in extricabilis error. item a tero termetes, uermes lignum terentes. item tergo, qd significat mundo, qd terendo res conteruntur. Quod ueteres etiam tergeo dixerunt. Plau. Ornatur. tergatur. lauatur. poliuntur. idē. Nūquā cessauimus lauari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari. ab hoc fit compositū detergo. & terra galea, hoc ē deterfa. V arro. Terta nitet galea. et tersus dicitur serenus. itē a tero termētum apud Plautū, pro detrimētū. itē terebrū, notū instrumētū ad pforādū, qd et terebra dicitur. A quo diminutiū terebellū, et uerbū terebro, hoc est pforo. Cuius passiuū est terebror. itē terebro, de quo superius diximus, nisi potius a graeco deducatur. itē tritus quartae declinationis, qui attritus dicitur. Plynus. Calli, qui sunt ex attritu calaamētorum. item intertrigo, morbus partium attritarum, Plynus. Radix intertrignum, & aliarum uitij non dubie medetur. Attritum. & contritum. & attero. & contero. & dete-



ro. Ab attero ater dicitur, de quo, eiusq; derivatus superius, diximus. A detero. deter. Cuius comparativum est deterior, & superlativum deterrimus. item adverbia deterere, deterius, deterime. Est autem deterium cui aliquid deest, et quasi detritum est ne bonum sit. Sic enim deterior a bono dicitur, sicut peior a malo. Virgilius. Deterior, qui visus cum, ne prodigus obsit, De neci. Fit enim comparatio ad regem Apium, qui non est malus, cum mella servet. Dicitur itaq; deteriorem ex bonis, qui minus est bonus. Sicut peiorem ex malis, qui magis remotus est a bonitate. Et parca deteria dicitur, hoc est atra, macilenta. Præterea a tero fit trito frequentativum, quod est minutim contero. & trituro, quod de messibus dicitur. A quo tritratio. & triticum, quod tritum sit spicis. A quo triticum. & terra, quod teratur pedibus, ut superius ostendimus. & teres lignum, aut aliud aliquid rotundum, oblongumq; quod quasi terendo rotundum sit. Virgilius. incumbens tereti Damon sic cepit olive. & termes, ramus ex arbore decerpitus, qui quoniam in divisione agrorum ante, quam metæ ponerentur, figi solebat. termino nomen dedit. Terminus enim proprie dicitur signum, quod agrum ab agro dividit. Vnde Numam Pompilium tradunt statuisse, si quis terminum exarasset, & ipsum, & boves sacros esse. Hinc terminus se penumero pro fine accipitur. Cicero. Cum nullum tot calamitatibus, atq; erumnis terminum inveniremus. A quo fit termino, verbum, quod est finio. Cuius passivum est terminor. Ab eo Determino, quod est delibero, et quasi cogitationi terminum impono. Aliquando etiā definitio, & extermino, quod est expello, & eicio, & veluti extra terminos mitto. Cicero. Atq; hoc omne genus pestiferum, atq; impium ex hominum comitate exterminandum est, & Determino, quod est diuido. dissipatio. Ab ijs determinatio, & determinate adverbium. item exterminatio. et determinatio dicitur ea, quæ cum plura sint unum, atq; eundem terminum habent. Veteres non terminum sed terminem dicebant. Terminalis lapis dicitur terminus ipse lapideus. Item Terminum deum colebant veteres, in cuius tutela finis agrorum esse existimabant, et quo in loco colebatur hic deus, ibi super eum foramen patebat in templo, quod nefas esse arbitrantur terminum intra templum consistere. Terminalia vero arro ideo appellata esse existimant, quod ijs dies anni extremus erat constitutus. Ego potius a Termino deo sumptisse nomen existimo. item a tero terra, de qua, eiusq; derivatus superius locuti sumus. & terebra, siue terebrum, fabricile instrumentum ad perforandam materiam, a Dædalo primum inventum. Cuius diminutivum est terebellum. A quo fit terebro verbum, quod est perforo. Vnde exterebro, quod si significat extorquo, scrutor. pergro. Varro. Atq; omnes adeo pergrit, atq; exterebrat arteris. & trua, nas de quo alibi diximus, quod nimio usu teratur. Cuius diminutivum est trulla. A quo trulleus adiectivum. Quidam tamen truam a transuolendo dicitur putant, quod transuolet ex ea aqua. Vnde & truo avis dicta est, ob colli magnitudinem, quod per id aqua transuolet. Avis est cygno similis, nisi faucibus haberet alterius uteri generis. huc omnia in explebile animal congerit, tantaq; eius capacitas est, ut ipsi viderimus ingentis stature hominem ocreatum pedem usq; ad genu in faucibus immittentem, eximentemq; sine læsione, postquam omnia inquiratuit perfectam iam rapi nam sensim in os reddens in alteram inferiorem aluum ruum nantis modo defert. Cæcil. irridens magnitudinem nasi, pro diu immortales unde processit truo. Hic alio nomine onocrotalus dicitur, quod collum aqua mergens, spiransq; veluti rudium Asini edat ovis græce asinus dicitur. νερωταλιος οὐδὲς plausus, crepitus. & trudo, quasi tero manibus. A quo extrudo. Proprie enim trudere, atque extrudere est manibus violenta

quodam expellere. Cicero. Fac eum quamprimum extrudas. Virgilius tamen trudere posuit pro eo, quod est urgente vi naturæ expellere. Truditur è sicut radix oleagina ligno. Hinc trusatiles mole manuarie dicuntur, quod pellantur manibus, his ex necessitate quondam locasse se Plautus memoratur. & trutina foramen, in quo est examen, hoc est lingua bilancis, quod in ea examen digito trudatur. Ab hac fit trutinum verbum, hoc est examinatio. pensicula. Vnde trutinata sententia dicitur pensiculata. discussa. & trutina aliquando pro iudicio accipitur. Cicero. Ea probando, quæ non artificis statera, sed populari quadam trutina examinantur. Quidam etiā a tero truncum deductum putant, quod est amputo. recido. A quo truncator, truncatrix. truncatio. item truncus pars arboris, quæ ramis truncatis superstat. Truncus etiā adiectivum pro truncatus invenitur. Ovidius. Truncat manu. Hinc fit compositum obrucum, quod proprie si significat capite cædo. Ponitur tamen aliquando pro occido, quocumq; modo id fiat. Virgilius. Polydorum obrucat, & auro vi potitur. item detrucum, decido. Sunt etiā qui a tero Tetricæ deduci putent, quo nomine Cato aquam si significavit, qua horti irrigantur. item a tero tribula genus herbarum, quo teruntur frumenta. Vire. Tribulatioq; trahæq; & iniquo pondere rastro. & trapeum, mola olearia. idem. Venit hyems, teritur sicyonia bacca trapeus. Quidam tamen trapeum græcum esse existimant, sicut trapezium, sic enim greci mensam vocant. Vnde trapezita mensarij dicitur. PATER. Apertum esset. Patere. n. est apertum esse. Plaut. ingredi te, fores iandiu patent. Vnde patens, & patulum deducuntur, quæ inter se hoc modo differunt, quod patens dicitur id, quod ad tempus patet, cum frequenter claudatur, ut os. oculus. et alia huiusmodi. Plyn. Vt multi sæpe patentibus oculis nisi sunt dormire. Patulum vero, quod semper patet, ut aures. arbor, & similia. Vir. Tityre tu patula recubas sub tegmine fagi. Hinc Plautus patulum boue appellat, cuius cornua diversa sunt, ac late patent. item patibulum, quando feram significat, quæ hostia occiduntur, quod hac remota ualua pateant. Titinius. Si quisquam hodie præter hanc posticum nostrum pepulerit patibulo, hoc ei caput de fringam. Nā, quando patibulum pro cruce accipitur, a patior derivatur (ut quidam putant). Sallu. inquis notissimus quisq; aut malo dependens verberabatur, aut multo corpore patibulo emnes affigebatur. item patera poculi genus latum, ac patens, quo nunc quoq; passim utuntur. item Patina uasis genus, quo dapes elixæ, & iuruletæ in mensam feruntur. Terent. Iandudum animus est in patinis. Huius diminutivum est patella scutella similis nisi esset maior. A patina patinarium dicitur. Plaut. is habet succum, is suavitatem eum, quo uis pacto condias, uel patinarium. uel assum uerses quo pacto lubet. item palma, de qua paulo inferius dicemus. item a pateo pateo, quod est aperior, patens fio. interdum etiā pro pateo accipitur. Plynus. Quinq; hostijs pateat in mare. Sallustius. Hinc late patecentibus campis, exercitum tuto emittit. item pateficio, & patefio, de quibus supra diximus. & propatulum, quasi porro patulum dicitur est, si significatq; late patet, atq; apertum. et patulico uerbum, a perior, patulus fio. Plyn. Petilius flos aut unalis arca uepres nascitur. colorem habet rosæ syluestris. folia parua. gna. paruo calice, ac uersicolori luteum semen includente. Luteus & bellio color patulicantibus gnaque generis quinis barbulis coronatur. Similitudine nominis adducitur, ut bolellium dicitur genus gummi esse odoratum, quod arbor in Batriana regione producit. Arbor ipsa nigra est, magnitudine oleæ. folio roboris, fructu caprifici. Alij brocon appellant. Alij malachran. Alij maldacon. Gummi autem nigrum, et inoffensum conuolutum. Hadryobalum, in sacris uino per-



funditor, ut odoratus. Nascitur & in media. hoc quidam per  
 alicuius uocant. item ex pato uerbum, quod est de me in locum  
 parentem. Pacuius ex patant se omnes, publicoq; ostendunt.  
 Quidam tamen a spatio hoc uerbum derivari uolunt. & ex  
 patare esse in spatium se conferre. Sed & spatium a patendo  
 deducitur. Nihil enim aliud est spatium, quam locus, siue tem  
 pus patens, hoc est interuallum uel loci, uel temporis. unde spa  
 tari errare est. & spatiatorem Cato pro erratore posuit. A  
 spatio fit expator. a quo expatiator. & spatiatum aduerbi  
 um, hoc est errabunde. Quidam spargere quoque a spatio fie  
 ri putant, quasi per spatium agere. Proprie enim spargere est,  
 passim aliquid iactare. Virgilius. Spargite humum folijs, hoc  
 est spargite folia per humum. Per translationem tamen ali  
 quando spargere ponitur pro infundere. idem. Spargens humi  
 da mella, saporiferumq; papauer. Aliquando pro madesca  
 ere. unde aspergere dicimus. Solebant enim ueteres, ut nos  
 quoq; facimus, aqua corpus purgationis causa madescere dijs  
 inferis sacrificari. Na in sacrificijs superiorum, uino, aut flum  
 ine, aut fonte corpora abluebant. idem. Donec me flumine  
 uiuo abluero. Ab aspergo fit aspergimen. & aspergo aspergi  
 nis. idem. Spumant aspergine cautes. interdum etiam spargere  
 sumitur pro implere. idem. Et iam uere nouo spargebat lumi  
 ne terras. Ab hoc fit aliud compositum expergo. unde ex per  
 sum, madescentum dicimus. idem. Sanieq; ex persa narent  
 limna. & inspergo. a quo inspergimen. & respergo. disper  
 go. conspergo. a quibus respergimen. dispergimen. conspergime.  
 item sparus, rusticum telum in modum pedis recuruum, quod  
 passim pugnando spargeretur. Nam graeci *σπαρ* dicentes id  
 nomen a nobis sumpsere. Sallustius. Sed ex omni copia citate  
 quarta pars erat militaribus armis instructa. ceteri, ut quosq;  
 casus armauerat, sparos, aut laeas, alij praecatos suders por  
 tabant. Nos tamen spargere a graeco potius deduca existima  
 mus, hoc est *σπάρειν*, quod est seminare, unde *σπάρειν*  
 semen dicitur. Na spargere, quasi disseminare est. Quid  
 dam etiam iuniores aspergillum usurpant, nouum quidem,  
 sed non inelegans uocabulum. si significat autem instrumentum,  
 quo nos sacris aquis solemus aspergere. **QUIS NEGAT  
 ESSE SATVM.** Non est mirum inquit, Bacchum na  
 tum esse ex funere matris, quando quidem nos feram eo modo  
 natam esse conspeximus. Iupiter, cum Semelen amaret Cadmi  
 filiam, rem cum ea habuit, ex quo concubitu cum facta esset  
 praegrans, Iuno eare grauiter permota, ulasci pelliciam sta  
 nit. induta itaq; speciem Beroes Epidauriae, quae Semeles nu  
 trix fuerat, & anili, ac tremulo gressu Semelen adiens, fingit  
 dubitare sese, ne is, ex quo praegrans erat facta, sit Iupiter.  
 siquidem multi alia sub nomine deorum, uirgines deape  
 rant. propterea hortari eam, ut etiam si certo sciret Iouem huc  
 esse, peteret tamen ab eo, ut sumptis insignibus suis talis, tan  
 tumq; secum concumberet, qualis, quantusq; coire cum Iunone  
 consueuerat. Notat illa uetulae (quam nutricam suam puta  
 bat) uerba, & consilium eius primo quoque tempore exequi  
 cogitat. Cum igitur ad eam non longo post Iupiter esset re  
 uersus, inter primas blandientis illecebras, munus ab eo Se  
 mele poscit nullo addito nomine, eligere eam Iupiter quicquid  
 uelit iubet. iuratq; per stygiam paludem, quicquid poposcerit,  
 praesto mox futurum. Haec itaq; Iouem rogat, ut talem se si  
 bi exhibeat, qualis solet cum Iunone concubere, ingenuit Iu  
 piter, & os loquens conatus est comprimere, sed iam ea uer  
 ba ex ore extierant. Nec illi non postulasse, nec ei non iurasse  
 fuerat. Quamobrem sumpto fulmine Cadmeia domum in  
 gressus, in fausto numero illam a Iunone amantem intere  
 mit infantem uero, cui postea nomen fuit Baccho ex utero ma

tris exectum, femori suo imposit, & tendiu fuit, quo ad ma  
 ternos annos impleter, tum materter a primo, postea a nymphis  
 nutriendum tradidit. **NEGAT ESSE.** Dicit non esse.  
 Nego enim ex non, & ago, quod significat dico, compositum  
 est, ut superius ostendimus. **BACCHVM.** Iouis fili  
 um, & Semeles, quem uini inuentorem fuisse commemorant,  
 nutritum primo ab Ino matertera, deinde a Nymphis. Item  
 a Syleno, qui cum a rusticis aliquando captus fuisset, a Mi  
 da Baccho restitutus est. Curru ei attribuunt, quem tigris, et  
 lynces ducunt. comitaturq; bacchantium multitudo edera coro  
 natorum. Statius.  
 Promouet effrenae dextra, laeuaq; sequuntur,  
 Lyncae, et uida mero lambunt retinacula tigris.  
 Post exultantes spolia armentalia portant,  
 Semineaeq; lupos, scissasq; Minallones ursas,  
 Nec comitatus ineri, illic sunt ira, furorq;.  
 Et metus, & uirtus, & nunquam sobrius ardor.  
 Dicitur est a ueteribus uitisator, a serenda uite. Actius. O  
 Dionyse pater optime Uitisator Semele genitus Euchia. edera  
 ei sacra est, propter quod & poetae ea coronantur. Quod Par  
 nassius mons in huius dei tutela est, & tabernae uinariae hoc ma  
 xime insigne uentur. Baculum ab eo inuentum, & a nomine  
 eius ita appellatum prodidit, quo uino graues sustentaretur.  
 Eius diminutiuum est bacillum. A quo imbecillus. siue imbe  
 cillus, debilis, quasi baculo indigens. Vnde imbecillitas debili  
 tas. & imbecilliter aduerbium debilitate. Cic. ut enim baallu  
 aliud est inflexum, & incuruatum aliud ita natum. Nec ba  
 culus solum masculino genere dicitur, sed etiam baculum neu  
 tro. Oui. Baculumq; tenens a grege sinistra. Aristoteles Apol  
 linem, & Bacchum unum, eundemq; deum esse affirmat.  
 Propterea in Thracia aditum fuisse libero consecratum, ex quo  
 oracula redderentur. & Lacedaemonios, cum sacra Apollini ce  
 lebrant, edera coronari, & Baeotios Parnassum montem Apol  
 lini sacrum esse memorantes, simul tamen in eodem & oracu  
 lum delphicum, & speluncas bacchicas uni deo consecratis co  
 lere, & ob id Apollini simul ac libero patri in eodem monte re  
 diuina celebrari. Et sane constat in monte Parnasso baccha  
 nalia alternis annis agi solita, ubi & satyrorum frequens coe  
 tus cernebatur, & plerumq; uoces audiebantur, simulq; cymba  
 lorum crepitus ad aures hominum perueniebant. Et nequis  
 existimet diuersis Dijs huc montem dicat esse, Euripides Apol  
 linem, ac liberum unum, eundemq; deum esse demonstrat.  
*Ἰδίοτα φιλόδοξοι βόη χε παύειν ἄπολλον ἄλυσσι.* idem facit  
 Aeschylus *ὦ νυαὸς ἄπολλον ὦ βόη χε ὦ μέντις.* Hinc Ro  
 mani arcanam hanc sacrorum obseruationem custodiebant,  
 ut sol, cum in superno, hoc est diurno hemisphaerio esset, Apol  
 lo uocaretur, cum in inferno hoc est nocturno Dionysius di  
 ceretur, hoc est Liber pater. Praeterea simulachrum eius par  
 tim puerili aetate, partim iuuenili fingebant. item barbara spe  
 cie, seniliq; quae aetatum diuersitas ad solem proculdubio refer  
 tur, ut paruulus uideatur hyemali solstitio, cum dies breuissi  
 mi sunt. Adolefcens uernali equinoctio, cum iam dies sunt  
 longiores. plenissima barbae effigie solstitio aestiuo, quado sunt  
 longissimi. Senex postquam sol retrocedere, ac paulatim uires  
 amittere incipit. Thraes praeterea Liberum summa religione  
 uenerantes, eadem ei dicatam habebant, speciem rotunda, cuius  
 medium tectum patebat. Rotunditas aedis solis certe spe  
 ciem demonstrabat. Summo autem tecto lumen admittebatur,  
 ut appareret solem cuncta uertice suo, radiorum immensione lu  
 strare. Orpheus quoq; Liberum patrem Phanaeta appellat  
*ἀπὸ τοῦ φωτός καὶ φανερῶς,* hoc est a lumine, atq; illumina  
 tione, quia sol cunctis uisitur, cuncta conspiciens. item Diony



sum. ἀπὸ τοῦ δῖνασθαι καὶ περιφίρεσθαι .i. quod circumferatur in ambitum. Alij Dionysium ἀπὸ τοῦ διαύσου dictū existimant, quod est perficere, quia quotidiano impetu ab oriente ad occasum diem, noctemq; faciendo, caeli conficit cursum. Physica uero Dionysium uocatum affirmant, quasi δῖος νόον, hoc est Iouis mentem, quia solem mundi mentem esse dixerunt. Mundus uitem uocatur caelum, quod appellant Ionem. unde Aratus de caelo uerba factururus incipit. ἐκ δὲ δῖος ἀρχόμεθα. Solem postremo manifeste liberum esse ostendit Orpheus. ἥλιος ὄν διόνυσον ἐπικλήσθη καλλέουσι. Liber autem latina lingua nominatur, quia sol uagus igneas habenas immittit, ac terrae propius iungit. Nec me latet esse, qui affirmant Liberum ideo dici, quia uinum liberio rem hominem faciat, et curus solium. Et eodem modo Dionysium ἀπὸ τοῦ διαλύω appellatum, quod est soluo. Vel ἀπὸ τοῦ λύειν, τὴν δία, hoc est a pungendo Ionem, quoniam eius femori sutus eum pupugit. idem dictus est Lyæus ἀπὸ τοῦ λύειν, quod est solue. Bacchus. Bassareus. Bactes. Babacles ἀπὸ τῆς βάλω, qd est clamo. uocifero, ob bacchantium tumultuarium clamorem, et quia madidi uino huiusmodi uoces emittere consueuerunt. quamuis Bassareum aliqui nominatum uelint a genere uestis Baccharum. unde et Bacchæ ipse bassarides dicta a bassara ueste, quæ usque ad pedes demissa est, dicta a Bassara loco Lydiae, in quo fit. ubi enim numina uti uolunt. Virgilius. Pedes uestis defluxit ad imos, et uera inaccessu paruit dea. Similiter Iacchus ἀπὸ τοῦ ἰάχω, uocifero. Iobacchus ἀπὸ τῆς ἰαχῆ, hoc est a uoce, βάλω. et Bromius ἀπὸ τοῦ βρόμου, quod est strepitus. sonus. Alysius ἀπὸ τοῦ λύω soluo. Eraphiotes ἀπὸ τοῦ ἐπιμάειν, hoc est ab inducenda contentione, quoniam uinum iram, atque certamen inducit. Vel ἀπὸ τοῦ ἐρράσθαι, hoc est a suendo, quoniam femori Iouis insatus fuit. Dithyrambus ἀπὸ τοῦ δῖος εἶς θύρα ἀναβαίνειν, hoc est a bis inducendo ad ianuam, quoniam uinum ad ianuam corporis, hoc est ad os frequenter secreta perducit, uel quia duobus ostijs in lucem perductus est, Semeles. sac Iouis. Nyseus ἀπὸ τοῦ νύω pungo. uel a Nysa urbe Aegypti, felix Arabiae propinqua, in qua Bacchus fertur uinum primo inuenisse. ideoq; in ea religiosissime colitur. Vel a Nysa pago Helyconis, ubi simili modo colitur Bacchus. Nysa autem Megarensium emporium fuit duodeuiginti stadus distans ab urbe, quod et Minoa uocatur. item Nysa clarissima urbs in India a Libero patre condita sub radicibus montis, quem incole Merum appellant. Aegyptij uero (ut Diodorus refert) Osirim illius conditorē fuisse affirmant in memoriam illius, quæ in Aegypto Nysa uocabatur. Nysus uiri proprium nomen est. Virgilius. Nysus, et Euryalus, sicut Nysa proprium mulieris. Idem Mopsō Nysa datur. Fuit etiam urbs Hellados eodem nomine. Nysæus locus est in Media, in quo pulcherrimi equi nascuntur. Nysæe nomen est Nymphæ. Idem Nysæe, Spiog, Thaliag, Cymodoag; Nisyris parua insula est, non longe a Coaltera insula, in qua optima uina nascuntur. Thyoneus ἀπὸ τοῦ θυῶν, quod apud ueteres grecos significat grassari. impetum facere, quod proprie est temulentorum. Menalius ἀπὸ τοῦ μάλειναι, quod est furere, insanire, siue a Maenalo Arcadiae monte, in quo ei sacra annua celebrabantur. Euan- da uoce bacchantium, siue quia Phryges αὐτὸν Bacchum nominant, Bryseus ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod est inundare. maderescere. uel a Brysea urbe Laconiae, in qua præcipue celebratur Euchion ἀπὸ τῆς εὐχῆς, hoc est a uoto, quod ei uota et præces exhiberentur. Et Euhys, hoc est bonus filius, ὁ enim greci bene, ἕδν filium dicunt, quod cum Diu bellum cum gigantibus gereret, primus Bacchus in Leonem con-

uersus occidit gigantem. Propter quod eum Iupiter blande affatus est Euyie dicens, hoc est bone fili. Oreus a montibus, in quibus ei fieri sacrificia solebant. ignigena, quod igneum calorem inducat, hominemq; inflammet. Nyctilius, quod membra noctu resoluat. uix enim nox est, nisi soluo, uel quod eius sacra nocturno tempore celebrarentur. Lycaus a Lycaeo Arcadiae monte, in quo non modo Lycæi Iouis delubrum erat, sed etiam Liberi patris, et Bicornis Fauni. A quo Lycæa sacra, quæ a nostris Lupercalia dicuntur. Nam Lycæus lupum significat. Quid uetat arcadico dictos a monte Lupercos. Faunus in Arcadiae templa Lycaus habet, Lupercalia (ut Plutar. refert) ad expiandos manes instituta erant. Fiebant enim nefastis diebus, mensis Februarij, quem Diacula rem interpretantur. Ouid. Februa Romani dixerat Diacula patres. Hoc sacrum ab Arcadibus in Latium translatum fuit. Liui. Ferunt Euandrum solene ab Arcadia instituisse, ut nudis iuuenes currerent. Bimater, quod duas matres habuerit, Semeles, Iouemq; Lenæus ἀπὸ τοῦ ληνῶν, quod lacum significat, hoc est uas, in quo uina ex primumuntur. A quo Lenobates, hoc est Lenobates uinarum calator dicitur. Neq; enim nobis placet, quod scripsit Donatus Lenæum a lenienda mente appellatum. Eleus pater, quasi pius pater, quod libertatem hominibus præstet. Greci ἑλευσῶν misericordem uocant. Ouid. Thura dabant, Bacchumq; uocant, Bromiumq; Lyæumq; Ignigenamq; Saramq; iterum, Solumq; Bimatrem, Additis his Nyseusq; intonsusq; Thyoneus, Et cum Lenæo genialis confitor uina. Nyctiliusq; Eleusq; parens, et Iacchus, et Euan, Et quæ præterea per gratias plurima gentes.

30 Nomina Liber habes.

A Bacchus Bacchicus deducitur. et Bacchanalia, de quibus diximus. et Bacchari, quod proprie significant bacchanalia celebrare. Per metaphoram tamen accipitur pro furere. Nam ueteres a bacchantibus quicquid uehementius agerentur bacchari dicebant. Virgilius. Totamq; intansa per urbem, bacchantem etiam loca ipsa, in quibus esset bacchantum bacchata uocabant. idem. Et uirginibus bacchata lacænis Thrigetæ. Et bacchus per, quo in armenibus sacrorum Bacchi præcipue utebatur, constat ex prima breui, et duabus sequentibus longis.

40 et Bacchiadae populi, qui ex Chorocho exules effecti in Siciliam deuenere. Ouid. Bacchiadae bimari gens orta Corincho. et Baccha mulieres, quæ Baccho sacrificia faciebant. Mimalionides etiam dictæ. et mimaliones a monte minoris Asiae, qui Mimas uocatur, ubi sacra fieri Baccho consueuerunt. idem. Ecce Mimalionides sparsis in terga capillis, Sapho. Nunc feror, ut Bacchi feris Mimalionides actæ. Bacca uero non deducitur a Baccho, sed primo genium est, significat minutiores arborum fructus, ut sunt lauri, et oliuæ. a quorum similitudine gemma quoque, et lapilli bacæ uocantur. a quo bacatum dicitur gemmis ornatum. Virgilius. Colloq; monile bacatum. Bacca uero herba est radice odorata, quam nonnulli nardum rusticum falso appellant. Odor est ei Cinnamomi, ex qua uingenta soluta fieri testatur Aristophanes. Putabatur contra fascinoles utilis. Virgilius. Baccare frontem Cingite, ne uani noccat mala lingua futuro. SATVM. Natum. ferere proprie admonere est. Unde asserere manum ueteres dicebant comprehendere, cum eam prehendebant in libertatem. Hinc asserere etiam pro ueri, ac liberare accipitur. Plyn. Comendabat memoriam suam, orabatq; ut se ab iniuria obliuionis assereret. Et asserter, defensor. liberator. Martia. Asserter uenias, satisq; præstes. Quemadmodum è contrario desertor, qui patriam indefensam relinquit, et quasi proditor est. Asserere



etiam pro affirmare capitur, quasi dicto hærere. à quo asser-  
tio, affirmatio. Eadem ratione et conferere manum cum hosti-  
bus dicimus, quasi manum manu adiuuere. Conferere etiam  
nunc pro misere capitur. Virgilius. Multaq; per cæcã con-  
gressi praelia noctem conferimus. Nunc pro inferere. idem. ut  
nat hismã Baccho conferere. Hinc etiam seræ uocantur, qui-  
bus hostia clauduntur, quod foribus admotæ opponuntur de-  
fixæ postibus. et asseres, quod admoueantur, hærereq; parie-  
tibus. et a serâ aliud uerbum sero, quod est claudo à quo re-  
fero. aperio. Claudianus. Reseratq; claustra, intrat. et disse-  
ro, enarro. declaro. à quo dissero frequentatiuum. Cælius.  
Cum de antiquitate quorundam uerborum disserteremus. Et  
disserat bundus. idem. eumq; in corona astantium disserterat bû-  
dum inuenimus. et disseratio, enarratio. et edissero. Pacu-  
t. Edisserere fabulam hanc. à quo disseris, qui bene disserit, elegã-  
terq; enarrat. Cicero disertum ab eloquente sic separat. Eum  
statuebam disertum, qui posset satis acute, atq; dilucide apud  
mediocres homines ex communi quadam opinione dicere. Elo-  
quentem uero, qui mirabilis, atq; magnificentius augere pos-  
set, atq; ornare, quæ uellet, omnesq; omnium rerum, quæ ad  
dicendum pertinerent, fontis animo, atque memoriam conti-  
neret. Et diserte aduerbium faciunt, quod et disertum ueteres  
dixerunt. et desero, quod est derelinquo, quasi non amplius hæ-  
reo. Terentius. Si deseris nos tu, perimus. Hinc desertum lo-  
cum appellamus inhabitatum, quasi ab hominibus derelictum,  
quod græci eremum narrant. à quo eremita uocantur, qui  
se in solitudinem contulerunt, et eremos hoc est deserta inco-  
lunt. item eromodocum desertio causæ, absentia, siue negli-  
gentia partium facta. Contrahitur autem eromodocum triennij,  
aut alterius iusti temporis lapsu. Pomponius. item in eromodo-  
ciji pupillo subuenitur. Constat autem omnis ætatis hominibus  
instructationem eromodocij præstari, si se doceant ex iusta cau-  
sa abfuisse. quæ quoniã inculta sunt, desertum aliquando pro  
aspero, atq; inculto accipimus. Virgilius. Rupe sub aduersa de-  
serti ad Strymonis undam. Ab hoc fit deserto frequentatiuum.  
Acius. Cum me solum uterq; parens deserta essent. Quidam de  
fero, et prodo, et deficio ita distinguunt, ut dicant, deserere pa-  
trium. prodere patrẽ. deficere socium. Sed hæc apud autho-  
res confunduntur. Et obsero, quod modo pro sero accipitur. mo-  
do pro sacro. V eteres frequẽssime obstatum pro sacratum usur-  
pauerunt. Et exero, quod est extraho, quasi dimoueo. Statius. Ful-  
gentemq; exeret ense. item quia terræ admouentur, serere et  
pro inferere usurpamus. Vnde feri arbores. uiteres. fruges di-  
cimus. Transferturq; etiam ad animalia. et serere pro gene-  
rare accipitur. Satumq; pro genito. A sero fit semen, quasi feri-  
mẽ. quod etiam de uirgultis, et maleolis, et surculis dicitur.  
Virgilius. Seminibus positis superest deducere terram. Sæpius  
et satio, actus ipse serendi. et sementis ipsa satio. Lili. Vt cam-  
pani sementem facere possent. A quo sementina seruæ ideo in-  
stituta, ut sementem maiorem facere possent. et sermo notæ si-  
gnificationis. à quo disseminatio, quod est spargo. diuisio. et se-  
minarium, hoc est plantarium. Columella. Seminaria uitium  
facienda. Et seminatio, satio. Semen etiam frumenti genus est,  
quod etiam appellant, simile farri. Ex ea alia fit. præclara res.  
Propter quam Home. terram Terodon uocat, hoc est Teram do-  
nantem. *ναϊ δντοϊσϊ βρο τοϊσιν ἐπι τειδωρον ἀπορραϊ.* Neq;  
enim exponendum est Terodon aruran (ut nonnulli faciunt)  
terram uitam donantem, quod *τῆρ* uiuere est, quia. s. ter-  
ra uitæ alimenta subministrat, sed donantem *τῆρ* hoc est  
Teram, rem scilicet dignam, ex qua terra sibi huiusmodi cogno-  
men assumperit. Ex Terâ pulchrius, quàm ex tritico fit gra-  
num. Optima quondam in campania erat, Veronensisq; et Pi-

sero agro. Nuncius eius in Italia defecit. Dioscorides Teræ  
duplex esse genus scribit. Alteram simplicem dici alteram bi-  
cocam à gemino coniugato grano ita appellatam. Et serus, hoc  
est palus. cuius diminutiuum est surculus. Nam surculus pro-  
prie est, qui inferitur. germen, quod in surculis nascitur. A su-  
rus fit crebrisurus, quod si significat uallum crebris suris, hoc est  
palis munitum. Et seges, quod proprie significat fruges eorum  
femnum, ex quibus conficitur panis, nondum demissa. Ponit-  
tur tamen aliquando pro humo, ad accipiendam semina subacta,  
ut pote, continens pro contento. Virgilius. illa seges demum uotis  
respondet auari agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sentit. A  
sero quando pro semino, siue planto accipitur, fit infero, quod  
modo pro planto accipitur. idem. inferere nunc Melibæe puros,  
pone ordine uiteres. Aliquando pro insitionem facio. Est enim in-  
sino cum scisso trunco surculus fecundæ arboris in sterili in-  
feritur, uel cum oculi unius arboris adhibentur. hoc secundum  
genus quidam inoculationem uocant. inferere etiam generaliter  
pro interponere, atq; immittere usurpatur. Quem admodum  
interferere frequenter accipitur pro immiscere, et in medio po-  
nere. item sero aliquando pro contexo, et ordine ponitur, quo-  
niã ea, quæ ordinantur, adnectuntur inuicem, atq; coherent.  
Hinc serua coronæ dicuntur, non à satis (ut Plinius existima-  
uit) sed à fertis, hoc est digestis inuicem floribus, frondibusq;  
ex quibus ab initio fieri coronæ solebant. Hinc etiam series di-  
ctæ, quæ ab ordine sic disserit, quod ordo est digestio, quæ quidq;  
in suo loco collocamus, ueluti in acie, ubi pedites, ubi ala equi-  
tum, ubi signa ex utilitate distribuuntur. Et in argumentatio-  
ne, ubi ponenda sunt firmissima argumenta, ubi mediocria. Vñ  
in ciuitatibus ordo consularis. Prætorius equester, et alij, adeo,  
ut ordo pro ipsis quoq; hominibus illius conditionis accipitur.  
Cicero. Qui apud omnes ordines esset gratiosus, idest apud  
omnium ordinum homines. Series autem est quæ ad continuata  
progressio, ut in serie orationis, idest in continuato contextu.  
Quintilianus. Quod non nisi in contextu orationis, serieq; cõ-  
tingit. Et serium, quod significat cum assertione. et non per  
iocum. Acius. Vos nugis asseritis, nos seria loquimur. à quo  
fit serio aduerbium. Plautus. Nunc quidem præter nos nemo  
est, dic mihi uerum serio. Propter quod quidam serio, quasi si-  
ne risu dictum existimauerunt. et serilla nauigra. et sericula-  
tæ uestes, de quibus supra diximus, quæ lino, ac sparto con-  
densantur, à conferendo. et contextendo dictæ. et sermo à com-  
positis, et simul contextis uerbis. Sermo enim loquela est. à  
quo sermoanor loquor. et sermocinatio, collocatio. Seria sæ-  
minino genere uasis genus est oblongum. Persius. O si sub  
raastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule. Terentius. Re-  
leui omnia doli, omnes serias. Huius diminutiuum est serio-  
la. item à sero fit seruo, quod aliquando idem est, quod assero.  
libero. Virgilius. Seruatum ex undis strophadum me litto-  
ra primum accipiunt. Modo custodio, tueor. idem. Dij patrij  
seruate domum, seruat ne potem. quandoq; diligenter, ac su-  
perseruitose obseruo. Plautus. Tuus seruus seruet, meneri ne eas  
det, an uiro. Plerumque in habito. possideo. Virgilius. Cen-  
tum quæ syluas, centum quæ stumina seruant. Aliquando te-  
neo. idem. Curnam seruans sub imagine falcem. A seruo serua-  
tor deducitur. cuius femininum est seruatricis. et seruus, quod  
in bello serui non necabantur, sed uiui seruabantur. Est au-  
tem seruus, qui domino alieno contra naturam iuris constitu-  
tione subijcitur. Eius diminutiuum est seruilis. Ab hoc fit serui-  
lis adiectiuum. à quo aduerbium seruiliter, et seruitus, quæ  
est constitutio iuris gentium, quæ quis domino alieno contra natu-  
rã subijcitur. Et seruitium, quod in singulari est ipsa seruitus. Te-  
ren. Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo conari manibus,



Et pedibus nocturnis; et dies capitis periculum adire, dum prosum tibi in plurali uero quandoque ipsi serui. Sallustius interea seruitia repudiabat, quorum in initio magna copia ad eum conuerebant. Et seruo uerbum, quod est in seruitute sum. A quo composita sunt de seruo, atque in seruo, quod est obsequor, et quasi officium seruientis alicui praesto. Conserui dicuntur, qui in seruitute pariter sunt. Seruorum dies festus Romae erat Idibus Augusti, quia eo die Tullius rex analla filius natus est. A seruis etiam Seruius, et Seruilius cognomina. et Seruilius locus Romae a conditore ita uocatus. item a seruo uerbo fit asseruo, quod est custodia. a quo asseruatio. et obseruo, quod modo similiter est custodia aliquid oculis, animoque in modum speculatoris. Plinius. Obserua interm, ne quid temere agat. Hinc fit obseruatio, quasi adnotatio quaedam, et animaduersionis. Modo ueneror, et cum cultu quodam, atque admiratione suspicio. Unde fit obseruantia, hoc est exhibitio uenerationis. et praeseruo, ac reseruo nota significationis. a quibus praeseruatio. et reseruatio. et conseruo. a quo conseruator. et conseruatix. et conseruatio. Sunt etiam qui seruum a serendo, hoc est sermendo deductum putent, quod si significat tranquillum, sine nubibus sine imbre, quod id maxime tempus sationi aptum sit. Ponitur etiam aliquando pro siccio. Virgilius. Unde serenas uentus agat nubes. Hinc serescit pro siccatur frequenter ueteres usurpare, quasi serenesca, quoniam serenitas siccata est. Lucilius.

Denique fluctuago suspensae in litore uestes. Vuesant, tandem cadenti sole serescunt.

A serenus serenitas deducitur, hoc est tranquillitas, claritas. et sereno. uerbum, clarifico. tranquillo. Virg. Vulu, quo caelum, tempestateque serena. Ad animum quoque, mentemque transferuntur. Apule. Opitanda in primis quies est, et mentis serenitas. FVNERE. Morte, ut supra diximus. NVMEN. Deum, hoc est Bacchum. Proprie numen uoluntas dei est. Virg. Non haec sine numine diuinae eueniunt, hoc est sine uoluntate. idem. iam caelum, terramque, meo sine numine uenti miscere, et tantis audetis tollere moles? Tractum a nuco, quod ueteres pro uolo usurpabant. Proprie autem nuere est signo capitis uoluntatem suam ostendere. A quo nutus signum ipsum capitis dicitur, et uoluntas, quae ex huiusmodi signo declaratur. Liuius. Sub umbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum late re. Nutus eius pro decretis patrum, pro populi iussis esse. Per metaphoram tamen numen aliquando pro potestate dei ponitur. unde diuersa numina, hoc est diuersae potestates in uno deo esse possunt. Virgilius. Musa mihi causas memora, quo numine laeso. Quid ue dolens regina deum. Quippe Iuno multa habet numina. est Curetis, quae utitur curru, et hasta. idem. Hic illius arma, hic curruis fuit. Est Lucana, quae partibus praestit. Teren. Iuno Lucana fer opem. Est regna. Virg. Ast ego quae diuina incedo regna, Iouisque et soror, et coniux una cum gente tot annos. Est Pronuba quae nuptijs praestit. idem. Et pronuba Iuno. item alia eius numina. Aliquando numen ponitur pro ipso deo. idem. Spero equidem medijs, siquid pia numina possunt, Supplicia haurisurum scopulis. Martia. Sic genitum numen credite. Hinc quidam Numam Pompilium a numinu, hoc est deorum cultu nomen sumpsisse existimant. Constat. necum religiosissimum fuisse, et cum Romulo in regnum successisset, pacatis rebus, et metu bellorum seposito, ne luxuriarentur otto animi, deorum metum iniiciendum putauit, rem ad multitudinem imperitam, et illis seculis rudem efficacissimam. interdum etiam numen pro habitu, atque ornatu accipitur a poetis. Virg. Vadamus immisi Danais haud numine nostro. A nuco fit etiam nuto, quod modo idem significat, quod suum

simplex, hoc est signum capite facio. Modo moueor, et quasi minor ruina, tractum a motu capitis, quem inclinando asfirmantes, concutiendo negantes facere solemus. Unde nutare aedificia dicimus, cum male solidata ruinae minuantur. Transferuntur etiam ad animum. et idem significat, quod titubo, hoc est quam in partem me uertam dubito. Nutius, quod tam eum significat, qui nuntiat, quam rem ipsam, quam nuntiat. et nuto uerbum, significo. et in foemino nuntia, quae aliquid nuntiat. et internuntius, qui inter duos medius est ad aliquid tractandum, et modo huic modo illi per uices nuntiat. Cuius foeminiuum est internuntia. et annuntio compositum nota significationis. et denuntio, futurum aliquid nuntio. et fere in malam partem accipitur. et pronuntio, quod modo significat profero. Unde pronuntatio pro ipsa prolatione accipitur, modo decerno. iubeo. a quo pronuntiatum statutum iuris consulti dicunt. Pro prie enim pronuntiare, et statuere de iis dicitur, qui habent ius cognoscendi. et renuntio, quod aliquando pro nuto accipitur. Plinius iunior. Postquam mihi renuntiationem fuit. Aliquando pro renuo. a quo renuntiatione cessio dicitur. et obnuntio malam rem nuntio. Obnuntiare enim proprie dicitur augures, qui aliquid sacrum, ac mali ominis uiderunt. Terentius. Primus sentio mala nostra. primus resisco omnia. primus porro obnuntio. item a nuco composita sunt annuo, quod et anno dicitur, et est assentior, et quasi nuco affirmo. Abnuo, quod est recuso, et quasi nuco aliquid nego. a quo abnuto, hoc est saepe abnuo. in nuco signo aliquo capitis uoluntatem meam ostendo, siue affirmem aliquid, seu negem. Cicero. Quia si iste hospites rogasset, immo inuisset, modo facile hoc perfici posset. renuo, respuo, et quasi displicere mihi signo aliquo ostendo. Sunt qui nuto uerbum a nuco deductum putent, quod a nuto ita distinguitur, ut nutare capitis sit, inclinando, aut in gyrum mouendo, nutare uero oculorum patefaciendo eos, aut claudendo, uel utrunque, uel alterum. Plinius. Nec illa ulli homini nuet. annuat. nutet. hoc est nec capite signum faciat, nec facienti assentiat, nec oculis quequam indiat. A nuto nictatio deducitur. SIC. Hoc modo. i. matre interfecta.

DE EADEM EPIGRAMMA. XIII.

ICTA GRAVI TELO. Idem huius epigrammatis argumentum est, quod superioris. Sus praegians ferro uulnerata pariter et filijs uitam dedit, et ipsa perdidit. ICTA. Percussio enim percussio est, et passiuum eius ior. percutior. Plinius. Arborum mansuatorum, receptarumque in domos, a fulmine laurus sola non ictur. Ab hoc fit ictus, hoc est percussio. uulnus. Martialis. Dorica quam certo uenabula dirigit ictu. GRAVI. Ponderoso, de quo supra diximus. CONFOSA. Perforata. aperta. fodio enim cauo significat, dictum quasi foras do. Hinc fouea dicitur scrobes, quod tam in masculino, quam in foemino genere inuenitur. Virgilius. Forsitan et scrobibus quae sint fistiguaris. Lucanus. Exigua posuit scrobe. Ouidius. Et exista scrobibus tellure diuabis. Foni principio dicti, qui postea Fauij appellati sunt, quod princeps eius gentis ex ea natus sit, cum qua Hercules in fouea concubuit. quamuis alij putent ita uocatum, quod primus ostenderit, quem admodum urfi, et lupi foueis caperentur. item fossor qui fodit. et fossa, quae fit aut ad recipiendam aquam. Unde Vlpianus scribit fossam esse receptaculum aquae manu factum, ut ad castra, siue urbes, oppidaue, aut alia huiusmodi munieda. Li



nius. Castraq; uallo, & fossa munuit. Et fodio idem, quod fo-  
dio. Cicero non est in potestate fodiantibus eis rebus, quas ma-  
las opinamur. dissimulatio. & obliuio. & per fodio uehemen-  
ter fodio. A quo per fossor. & per fossus. Trans fodio nota si-  
gnificationis. Ouid. Gemino trans fodiis uulnere pectus. A  
quo trans fodiō. & trans fossus. & de fodio, atq; effodio. a qui-  
bus de fossor. & effossor, & de fossus atq; effossus. et confodio.  
a quo confossor. & confossus. item confossio, sicut de fossio. et ef-  
fossio. CERTA DEXTERA. Certus ictus dexte-  
re. siquidem habita ratione teli, neq; plus neq; minus percus-  
sit, quam in animo erat. Tale enim temperamentum adhibu-  
it, ut nec atrocitate uulnere filios interfecerit, nec paruitate,  
uel suam uiam, uel plagam minorem fecerit, quam emitten-  
do parui erat necessaria, uel certa dextera firma non uacillan-  
te. Ouidius. Da mihi quod petiur certo contingere telo.  
LIBRATO. Ponderato. FERRO. Telo, quod ca-  
spidem habeat ferream. Ferrum metallum est uulgo notum,  
de quo superius locuti sumus. Dubium est, maior ne ex eo uti-  
litas, an maius damnum sit hominibus. Hoc enim terram coli-  
mus. serimus fruges. arborum. pomaria. uiteris. hoc eadē omnia  
putamus. et de suo squallore omnibus annis cogimus inuenire se-  
re. Hoc domos extruimus. paramus materiam. cadimus saxa.  
& alia penē infinita ad uitae humanae usum necessaria faci-  
mus. Praeterea hoc ad uoluptatem etiam uiuimus, ut puta ad ue-  
natus. aucupia. piscationes. Siquidē in uenatu tela. in aucupio  
sagittas. glandes in piscatu fuscinam adhibemus. Sed eodem  
ad bella. caedes. rapinas. latrocinia utimur. & modo tormen-  
tis excruciamus. modo lacertis iacimus frequenter pennatis sagit-  
tis emittimus, ut celerius mors ad homines perueniat. in foede-  
re, quod ex pulsis regibus. Romani cum Porfena fecerunt, pro-  
hibitu est, ne ferro, nisi in agricultura, uteretur. Veteres,  
quidam nec cum sulo etiam scriberetur, uentum prodidere. in  
tertio Consulatu Magni Pompei extat edictum in tumultu ne  
eis Clodiana, quo prohibetur ullum teli genus esse in urbe. Fer-  
rum in Hispania. Bilbilim nobilitauit patriam Martialis.  
In Italia Comum, non quia in ijs locis ferrariae sint, sed quia  
aqua optima ad ferri temperamentum. Ex omnibus generi-  
bus palma quondam serico ferro erat. Mirū est, quantam cum  
ma gnete lapide, de quo supra diximus, hoc metallum concor-  
diam habeat. Virus enim a ma gnete accipit, quod nulli alteri  
metallo accidit, retinetq; longo tempore, aliud apprehen-  
dens ferrum. De ma gnetē lapide Democritus architectus Ale-  
xandri, Aristoteles templum concamerare incohauerat, ut in eo  
simulachrum eius ē ferro in aere pendere uideretur, interca-  
sit mors, & eius, & Ptolemaei regis, qui ad sorori suae iusse-  
rat feri. Ferrum acaensum igni, nisi ictibus duretur, facile cor-  
rumpitur. Rubens non est habile tundendo, neq; ante, quam al-  
bescere incipiat. aceto, & alumine illitum fit simile aeri. A ru-  
bigine uendicatur cerusa, & gypso, & picā liquida. A can-  
dente ferro, hoc est ignito fit ex candescō, quod est ira inflam-  
mor. a quo ex candescētia ira sine modo existens, & ueluti  
quaedam inflammatio animi. Candere proprie est album esse.  
Virgilius. Candentis uaccāe media inter cornua fudit. Po-  
nitur etiam pro ignitum esse. Nā tunc uere ignita dicitur quae-  
cunque materia, cum non rubet, sed iam candet. Cicero. Can-  
dente carbone adurebat capillum. Hinc fit acaendo, quod signi-  
ficat inflammo, & succendo eiusdem significationis, & incen-  
do. A quo incendium, inflammatio. Unde incendiaria aus  
in auspicata, propter quam lustratam se penumero urbem le-  
gimus. & stinturnix a quibusdam uocatur. Quidā interpre-  
tantur ita nominari quae cūq; apparuerit carbonem ex aris,  
sive altariibus ferens. Candidus, quod ab albo differt. Nam

candidum dicimus, quod quadam nitenti luce persusum est.  
Album autem, quod pallori est uicium. Virgilius. Color de-  
terrimum albis. & gluo. A candeo fit candescō. & candela a  
candore luminis. a qua candelabrum, & candela, de qua su-  
pra diximus. & candido uerbum, de albo. Plinius. Cuius ra-  
dice utuntur ad candidandos capillos. Et candido eiusdem si-  
gnificationis. Pomponius. Vestem lixinio candidans. & can-  
difico. Nonius. Poliens sese, & succis herbarum candidans ca-  
tem. Ab hoc candidatio derivatur. & candescio. a quo cande-  
factus. & candor, hoc est albedo. et a candido candidatus. can-  
didati enim dicebantur, qui in conitijs magistratus petebant.  
hi enim albo uestiri solebant. hinc Caesaris candidati appella-  
ti sunt, qui epistolas principis in Senatu legebant. Vlpianus.  
Sanē uero omnes quae stores prouincias sortiebantur, uerum ex-  
cepti erant candidati principis. ij enim solis libris principali-  
bus in Senatu legendis uocabant, hodieq; obtinuit indifferen-  
ter quae stores creari tam patrios, quam plebeios. ingressus  
est enim, & quasi primordium gregendorum honorum, sen-  
tentiaq; in Senatu dicendae. Ex ijs sicut diximus, quidam fue-  
runt, qui candidati principis dicebantur, quiq; epistolas eius  
in Senatu leggebant. Quint. Galba pilam negligenter peten-  
ti, sic inquit. Petis tanquam Caesaris candidatus, id est secu-  
rus. A candeo etiam canus deducitur nota significationis, quod  
tamen interdum pro antiquo accipitur, quia uetustate canesci-  
mus. Virgilius. Cana fides, & uelut Remo cum fratre Qui-  
rinus, iura dabunt. Ab hoc canescō, canus fio. & canities, co-  
lor ipse. Plinius. Et ipsa iam canitie uenerabilis. Haec &  
canitudo a ueteribus dicta est. Var. Sed neque uetulus can-  
terius, quam nouellus melior, nec canitudini comes uirtus. Mi-  
rum est Aristotelem scripsisse canitatem hominis propriam es-  
se, cum constet equum quoque canescere. Sed homo semper a  
priori parte accipit incipit, postea ab aduersa. Canam graeci  
dicunt castam rusticam ex uimibus factam, quam nos cani-  
strum uocamus. cuius diminutiuum est canistellum. unde ca-  
niferā mulieres appellatae, quae canistrum capitis gerunt.  
Veteres canentis capitis ornamenta dixere. & canitas sur-  
sures. Unde canitaceum surserum dicimus. Pacuuius. Qui  
apud te quasi feruus est canitaceum panem. NVMEN.  
Potestatem. QVA Diana, Luana salicet. SOLV-  
TA. Absoluta. liberata a partu. QVA. Diana. salicet  
quae praest uenationi. PEREMPTA. Interfecta. Pe-  
rimo ex per, & emo componitur. Emere, comparare est. Plau-  
tus. Ut uos in uostris uoltis mercimonijs emundis, & uen-  
dendis me latum lucris afficere. Veteres enim pro eo, quod est  
accipio frequentissime usurparunt. Ab hoc igitur perimo de-  
ductum, quasi in totum emo. Nam, quod interficimus a nobis  
emptum, & nostri omnino iuris factum esse uidetur. Ab eo-  
dem fit adimo, quod est aufero. & interimo idem, quod per-  
imo, & eximo. aufero. exapio. Pomponius iurisconsultus exi-  
mendi uerbum generale esse affirmat. Etenim eripere, inquit,  
est de manibus auferre per raptū. Eximere uero quoquomodo  
auferre. Ut puta, si quis non raperet aliquem, sed moram face-  
ret, quo minus in iudicium ueniret, ut actionis dies exiret, uel  
res tempore admitteretur. uidetur eximisse, quāuis corpus nō  
exemerit. Hinc eximum dicitur excellens. egregiū. tractum  
ab eo, quod in sacrificijs optimum pecus de grege eximebatur,  
uel quod primum erat natum. Et eximij porci dicebantur ma-  
iores, qui ad sacrificandum electi erant. Sicut egregiae oues  
dicebantur ē grege electae. a quo egregium diamus excellens.  
Ab hoc fit exime aduerbium, hoc est egregie. excellenter. et  
ab eximo exemptio. & ab emo, idem quod adimo. Plautus.  
Abemito uestem. & redimo, quod modo simplicis sui signi-

10

20

30

40

50

60



fictionem habet. Cicero. Qui mercens redimunt, ut statim uē dant. Modo accipitur pro eo, quod est libero. Vnde qui ab hostibus capti sunt, uel qui alicui poenae obnoxij, soluto pretio redimuntur. item qui iniuste uexantur, si per solutionem pecuniae liberati fuerint, redemisse uexationem dicuntur. Ab hoc redemptor. & redemptrix. & redemptio deriuantur. & redemptio frequentatiuum. Cuius aliud frequentatiuum est redemptio. Plautus. Redempti uere ad unum captos. Redimo uero si gnificat caput orno. coronato. Vnde redimitum coronatum dicitur. Virgilius. Coppa strigat caput graia redimita mitella, hinc redimicula ornamenta capitis mulierum, & uittarum tenias uocamus. Iuuenalis. Accipiant te paulatim, qui longa domi redimicula sumunt frontibus. Et uero idem quod emo, uel simul emo. A quo emptor. & emptrix. & emptio. & demo, detraho. A quo demptor. demptrix. et demptio. item danum, Siquidem Paulus iuriconsultus damnatum. & damnationem ab ademptione, & quasi diminutione patrimonij dicta esse affirmat. & damno uerbum quod modo significat damno afficit. Vnde et condemnatio dictum est. Et e contrario, qui nullo dāno afficitur, indemnis appellatur. Modo pro exheredo accipitur. unde e duobus filiis alterum heredem institutum, alterum damnatum legitur. interdum pro compello. obliquo. & necessitate astringo. Terentius. uis est danatus gnatus, nō tu. Quod apud iuriconsultos per synopē damnas dicitur. Marcus. Quisquis mihi haeres erit dare danas esto, fideiq; eius committo, uti det quantas summas dictauero. Sic enim damnas pro danatus dicitur. sicut rucis pro rucitas. Satias pro satietas. Nonnunquam pro morte do. Vir. Non dum illi flauum Proserpina uertice cernem abstulerat, Stygiq; caput danauerat oro. item pro culpo, reprehendo. Martia. si schola danatur, fora libris omnia ferient. Saepe etiam pro libero. in quasi significatione & condēno accipitur. Titinius. Fortasse notū fuisse quo die liber foret, nunc uoto condemnatus est, imelaui hostiam. Virg. Quem dānet labor, aut quo uergat pondere leuam. Idem. Damna-bis tu quoq; uotis. Turpilus. Et amplius illam apparere condecet, quando quidem condemnata est. Sifenna. Quod uoto dānati factum omnem dicuntur eius anni statim consecrasse. Cicero. Rerum naturam qua errorem dānare maluimus nostrū. Damnum datum dicitur, quoties in agris nostris aliquid demptum est. idem. Damni dati formulam excessit. a' damnum et Epidānius deduci uidebatur, urbs Macedonia. Propter quod romani id nomē uelut in auspiciatum mutantes Dyrhachiu uocauerunt. Ab emo etiam fit emptor. emptrix. emptio, & emptitius adiectiuum. Quippe emptitiae res dicuntur, quae emptae sunt. & emptitius miles mercenarius. Quidam scripserunt emporium quoq; ab emo dictum, quasi emptorium. Est enim emporium locus, in quo mercatus, seu nundinae fiunt, et in quē uendendi & emendi causa conueniunt mercatores. Sed falsum est. Quippe graeca uox est emporium. Graeci enim ἐμπορῶν mercatorem dicunt, ἐμπορίαν mercatum, ἐμπορίον oppidum, siue alium quēuis locum, in quo fiat mercatus.

DE EADEM EPIGRAMMA. XIII.

**S**US FERA. Idem ferē argumentum, qđ superiorum duorum epigrammatum. Sed in hoc admiratur partum, qđ statim mortua matre, quasi agnito periculo currit iam grauior. Propinqua partui. FACTA PARENS VVL NERE. Quia per uulnus peperit. EMISIT FOETVM. Ordo est. Emisit foetum, hoc est pignora uētris maturi. FOE

De sue praegnante.

Sus fera iam grauior maturi pignora uentris Nec iacuit partus, sed matre cadente cucurrit.  
Emisit foetum uulnere facta parens. O quantum est subitis casibus ingeniu.

**TVM.** Partum. Foetus enim dicitur quicquid animal parit, siue oua sint, siue animalia. Nam & mulier ipsa facta, dicitur, siue quae grauida est. Vnde factum pro pleno ponitur. Virgilius. Loca facta surrentibus austris, siue quae iam peperit, & onere leuata est. idem. Fecerat et uiridi factum Mauoris in antro. Nam enixam hanc fuisse lac, quod pueris praebebat, ostendit. Hinc foetura deducitur, quod significat actum ipsum pariendi, & ipsam (ut ita dicam) foetionem. Etenim foetare quoq; ueteres usurparunt pro eo, quod est foetum emittre. Plinius. Optima foetura est post uernum aequinoctium. Foetificatio quoq; ab eodem deriuatur, quod significat foetum facio. A quo foetificatio, hoc est foetura, & foetificatio, quae foetum faciunt. & confecta sus a ueteribus dicebatur, quae cum omni foetu adhibebatur ad sacrificium. & effecta non solum quae foetum emiserunt, sed etiam quae non amplius pariunt, siue quae foetum facere desierunt. idē. Est autem tanta gallinis foetuditas, ut aliquae & sexagena pariunt oua, aliquae quotidie, aliquae bis die, aliquae inuicem, ut effecta moriantur. Hinc effectum dicimus exhaustum debilem, a similitudine mulierum, quas parit debiles reddit. & foetifera, quae foetum fert. Haec ferē omnia ad inanimata quoq; transferantur. Nam & foetum terrae dicimus. & effectam tellurem. & foetificare arbores, et foetueram pratorum, & alia huiusmodi. A factu quoniam factum do matres polluitur, fit foedo uerbum, quod significat pollui. inquinio. Et foedum nomen, quod modo significat deformis. Terentius. Nunc tibi uidentur foedus, quia illam non habet. Modo per metemphoram execrandum. Virg. Aersusq; resugit foeda ministeria. Aliquando crudele. Sallius. Foedi oculi. Hinc foedere aliquando pro lacerare, et cruentare accipitur. Hinc etiam foede aduerbium, quod modo pro turpiter, modo pro crudeliter. Et foederis foederis secundum quosdam a' porat foede, hoc est crudeliter interfecta. A quo foedero uerbum. & foedi fragus ruptor foederis. & confodisti a pud ueteres foedere conuincti. itē a' foeto foeto, hoc est male oleo. A quo foetidus male olens. & foetor, malus odor. Foedum etiam ueteres hedum. hoc est caprae filium dixerunt. Vnde hedus, quasi foedus est uocatus. Sic solus pro holus. Foetem pro hostē. Foetiam pro hostiam dicebant. itē foemina appellata, ut supra diximus. item foenus, hoc est usura. Nihil enim aliud est foenus quam foenus, hoc est partus pecuniae. Quae propter graecum quoq; a' pariendo foenus τὸ ζῶν uocant, & τοξίτην dicunt foenerare. Nam quod aliqui scripserunt foenus ἀπὸ τοῦ φαίνωμαι, quod est apparere deductum, quod id genus hominum speciem ostentent humanitatis & commodi esse uideantur in opibus numeros desiderantibus penē ridiculum est. A foenore foenusculum diminutiuum. Plautus. Ad danistam deuenires, ad dederes foenusculum. Et lex foenebris de credita pecunia, siquidem credendum alios pariunt. Et foenore uerbum, quod est pecunia, siue aliam rem ad foenus mutuo. & cum accusatio iungitur. Martialis. Haec sapit haec omnis foenerat una deos. Huius passiuum est foeneror. Vnde res foenerata dicitur ad foenus tradita. A' foenore foenerator, qui graeca uoce, sed apud nos uisitatissima danista dicitur. & foeneratrix, quae ad foenus dat. & foeneratius. Pecuniam quippe foeneratitia uocamus, quae ex usuris est collecta. item a' foenore foenum, quod herbae eadem manentes quotannis nouas pariunt. Sed de hoc, & de deriuatis ab eo superius late disserimus. Sunt qui foeniolum quoq; a' foenore deductum uelint, quasi paruulum foenus, quod semen eius terrae mandatum magno foenore reddat fructum. Herba est, quam graeci marathron uocant, uulgo nota. Hanc maxime nobilitauerunt serpentes, quae gustatu eius foenitiam exuunt. & oculorum aciem suam reficiunt. Ex quo intellectum est hominum quoq; caliginem



quosq; caliginem eo præcipue releuari. Est in hoc genere sylue-  
stre, quod alij hippomarathron, alij myrseneum uocant. folijs  
maioribus, gustu acriore. Succus auribus instillatur, uermicu-  
lorq; in ijs necat. Fœniculum condimentis fere omnibus inse-  
riat. Oxyporis, hoc est condimentis, quæ ex aceto fiunt a-  
ppissime. A quo oxyporopola dicuntur huiusmodi condimen-  
torum uenditores. Quin crustis quoq; panis fœniculum subdi-  
tur. Genitura abundantiam quoquo modo sumptum facit. ui-  
uum commendat. halitum oris gratiorem reddit. Petridius,  
et Nicander, qui ophiaca, hoc est quæ ad serpentes attinent  
scripserunt, et Mycon, qui rizonumena, hoc est de radicibus  
ad medicinam pertinentibus tradidit. nihil hippomarathro ad-  
uersus serpentes efficacius esse putauere. Valla fœnero scripsit  
duntaxat datiuo adiungi. et fœneror accipi pro eo quod est pe-  
cuniam mutuo. Sed utrunq; falsum. Nam et accusatio ad-  
iungitur fœnero. et fœneror de re dicitur, quæ mutuo datur,  
non de homine, qui ad fœnes accipit. item a fœnore fœneratio,  
hoc est mutatio ad usurâ, quæ et fœneratus dicitur, quar-  
tæ declinationis. Fœtus autem a foueo deriuatur, quoniam et  
dum in utero est, et postquam eductus est fœtus a matre fo-  
uener, hoc est calefit. Fouere enim proprie calidum tenere, siue  
calefacere. unde fœtus dicitur, in quo ignis seruat, etiam si  
ara sit. Cuius diminutiuum est foculus. Gellius. Tum illa fo-  
culum coram rege cum igni apposuit, et tres libros ex noue  
decurit, et coquit. Et ab hoc aliud diminutiuum focillus. a quo  
focillo calefactio. unde fit aliud compositum re focillo. a quibus  
focillatio. et re focillatio. Reperitur etiâ focillo deponens. V ar-  
ro. Propter secundas res sublato metu nō in communi spectat,  
sed suum quiq; commodum focillantur. Et autem focillare, siue  
focillari recreare, nutrire. et focillatio, recreatio. V etres focu-  
lare quoq; aliquando pro focillare usurparunt. et focilla pro  
nutrimentis. Foseo tamen aliquis do pro nutrio accipitur. V ir-  
gil. Progeniem, nidorsq; fouet. Hinc fœm, de quibus supra dixi-  
mus, appellat, quod in ijs a pes fœnis suis foueant. Et fauoni-  
us, quod cœli foueat. Est enim hic uentus, ut supra diximus  
genitalis spiritus mundi. Et maritantiur uiuiscencia e terra, et  
equæ etiam in hispania concipiunt. Aliquando pro madefa-  
co. idem. Fouit ea uulnus lympha longæuis Iapix. Hinc fo-  
menta dicuntur applicationes rerum calidarum, siue humida-  
rum ad partes corporis lesas, et medendi gratia, quæ et fo-  
nus appellantur. Plyn. decoctura corum cœliacos inuat potio-  
ne, et fœm. interdum etiam pro consilio. V irg. Sub terra fo-  
uere larem. Hinc fœuissæ dicitæ sunt foueæ, in quibus arca tē-  
pla a qua iclusa constituebatur. Sunt etiam qui putent fœuissas  
fuisse i capitolio cællis, Cisteruisq; similes, ubi reponi erant so-  
lita signa uetera, quæ ex eo tēplo collapsa essent. et alia quæ  
dam religiosa donis consecratis. Quidam tamen fœuissas, quasi  
fluuissas dicitas existimant de quo i ferius dicemus. Quandoq;  
etiam pro foueo, et in delitijs habeo. idem. ille Neeram, Dū  
fouet ac ne me sibi præferat illa, ueretur. Ab hoc duo composita  
fiunt, re foueo eiusdem penæ cum suo simplici significationis.  
et confoueo simul foueo. Confœta sus dicebatur, quæ cum o-  
mni fœtu adhibebatur ad sacrificium. item fomes a fouendo,  
hoc est nutriendo ignem. Est enim fomes assula ex arbore ex-  
cussa dum caditur. item quæ cuiq; materia fiat, in qua facile  
ignis inflammatur, quod aperte declarat V irgilius. Ac pri-  
mum silicis scintillam excudit Achates, suscepitq; ignem foli-  
is, atq; arida circum nutrimenta dedit, rapuitq; in fonte flā-  
mam. Per metaphoram autem fomitem appellamus, quicquid  
accendit nos, atq; excitat ad aliquid agendum. Gellius. Fomi-  
tem esse quendam dicens et inatabulum ingenij, uirtutisq; si-  
mens, et corpus hominis uino flā graret. et fullo a fouendis

aqua calida uestibus. Sunt enim fullones (ut Vlpianus affir-  
mat) qui cranda, poliendaq; uestimenta accipiunt, quorū ars  
fullonia appellatur. et fauilla, quod ignem tectum foueat. Est  
enim fauilla deferta igne scintilla, dicta a scandendo, quasi scan-  
tilla, quod scandatur ab re ignita. A qua fit scintillo uerbum,  
quod significat resurgere. splendo. mico. A scando uero fit re-  
scando. scissio. scissura. item scandula, quasi sandula. Sunt eni  
scandule parue tabelle, hoc est in paruas lamina scissæ e ro-  
bore, aut alio ligno maxime e glandiferis, et quæ resinam  
ferunt omnibus, quibus tecta teguntur. scandula tectam fuisse  
Romam usq; ad bellum Pyrrhi, quadringentis septuaginta an-  
nis, Cornelius Nepos author est. item scissus quartæ declina-  
tionis, hoc est scissura. V arro. Scissu materia fatigatus quiescebat  
lectulo. Item scissile, quod scandi potest, et est primogenium  
uerbum, nisi forte a cadendo deductum uideatur, aut a græ-  
co χιζω. A quo χιζμα, hoc est schisma scissura di-  
citur. Hinc diuisionem ecclesiæ schisma appellamus. PI-  
GNORA. Pignus proprie hypotheca est. Sic enim  
græci uocant, quod creditori datur, ut sit se curus. Aliquando  
tamen accipitur pro eo, quod deponitur ab ijs, qui simul decer-  
tant apud se questum. V irgilius.  
Ego hanc uulam, ne forte casēs,  
Bis uenit ad nucleam, binos alit ubere fœtus,  
Depono. Tu dic mecum quo pignore certes.  
Sed i hūc sensum raro reperitur. illo figurato crebrius utimur,  
cū aut munus nostrū, aut aliqd aliud simile pignus esse amo-  
ris, et beneuolentiæ dicimus. Idē, nostri monimētū, et pignus  
amoris. Idem. ipse pater dextram Anchises haud multa mo-  
ratus dat iuueni, atq; animum præfenti pignore firmat, quasi  
dicat se curum facit, ut qui dat pignus. quoniam uero filij ui-  
dentur tanquam pignora inter uirū, et uxorem esse, tum uin-  
culi, ne alioquin forte diuortium fiat, tū caritatis, factum est,  
ut frequenter Pignora pro ipsis filijs accipiamus. Ouidius. Dul-  
cia sollicitæ gestabant pignora matres. huius rei argumentum  
est, quod legimus sæpe pignora filiorum. Suetonius de Tibe-  
rio. communis filij pignora. Idem tam marium quàm fœmi-  
narum pignora. quidam pignus ab hypotheca ita distinguūt,  
ut pignus sit, quod traditur creditori præsertim si mobile sit,  
hypotheca uero, quod sine traditione nuda conuentione tene-  
tur, sed hoc falsum esse manifestum ē, cum hypotheca nihil ali-  
ud apud græcos, quam apud nos pignus significat. a pigno-  
re fit pignoro, et oppignoro, quod est in pignus do, et repi-  
gnoro, quod est soluto debito pignus recipio. ab ijs pignerator  
oppignerator. repignerator. pigneratio. oppigneratio dedu-  
cuntur. mirum est scripisse V allam, quod pignero est do ali-  
quid arraboni. pignerare enim aliud est, quam dare arrabo-  
ni, siue arræ. qui pper pigneramus, quod nobis restituta credi-  
tori pecunia, reddi uolumus. Damus autem arram, siue arra-  
boni, siue arræ uel partē pecuniæ, uel aliud aliquid pro re em-  
pta, quod non restituitur, sed uel amittitur, nisi soluat, residu-  
um, uel si soluat, in partem pretij, quando solutio fit, com-  
putatur. Plau. Cui subegi fœnore argentum ab danista, ut su-  
merent, quod isti darentur arraboni. Danista fœneratores di-  
cuntur. græci enim δανισται fœnerari. δανιστήν fœne-  
ratorem, δανιστήν fœnus, δανιστήν fœneraticium  
nuncupant. MATVRI. Iam apti ad pariendum, de  
quo uocabulo superius locuti sumus. IACVIT. Mor-  
tuus est. Iacere manifestam significationem habet. V irg. Sile-  
num pueri somno uidere iacentem. Idem. Strate iacent pas-  
sim sua quæq; sub arbore poma. Cicero. patris iij, quos uidētis  
iacerunt in lumine. per metaphoram tamen iacere aliquando  
accipitur pro eo, quod ē esse. extare. V irg. Sed iacet a ggeribus



niveis in formis, & alto terra gelu. Sallustius, i medio campus iacet, aquis undiq; scaten. Aliquando pro squallere, & mœstum esse, quod infirmorum, ac male habentium iacere proprium sit. Lucilius. Et sua præcipue retro relicta iacere. Idē, humana ante oculos fiede cum vita iaceret in terris. Quandoq; etiam pro mortuum, siue interfectum esse, quod iaceant, nec amplius moueantur cadavera. Lucanus, ille iacet, paci quem prætulit orbis. Item pro sepulchro esse. Martialis. Nō aliter cineres mando iacere meos. ab hoc composita sunt adiaceo, quod est adhæreo. obiaceo ex aduerso situs sum. subiaceo, subditus sum. a quo subiecti dicuntur subditi. Virg. Parcere subiectis, & debellare superbos. Ennius pro subiectis frequenter subiectes usurpauit. CVCVRIT. Cum cursu fugit, ut euitaret periculum. Currere proprie in terra diamus. Vnde fit cursus. Virg. Hinc qui forte uelint rapido contendere cursu. sed figurate, & in mari naues uelociter euntes. & in aere aues uelociter uolantes currere dicuntur. Idem, sed tibi qui cursum uenti, quæ sita dedere. Apuleius. Et inopinati auium cursus terrorem adiecere. a curro etiam deducitur cursio. idem quod cursus. & currus, hoc est carrus, quod eo ueteres ad cursum in ludis uterentur. Quippe currus appellacione bigæ etiam, & quadrigæ continentur, unde triumphales currus uocati. huiusmodi cursus stadiodromos dicitur. etenim σάδιον græca locum, i quo ludi tales exercantur, appellant, quem nos curriculum dicimus. ἄρομον cursum. Plynii, Pythagoram uocat Leontius, cum fecit stadiodromon monostylon, qui olympia ostenditur. Monostylon, unius columnæ significat, hoc est una columna descriptum. ἄρομον græca solum dicitur. σῦλον columnam. A curru fit curriculus, siue curricularium (utroq; enim genere dicitur) quod proprie significat paruum curruum. Curuus. Aliorum turbati equi non in uocagines modo, lacinasq; sed etiam in anem præcipitauerunt curricula. Hinc a curruum cursu, curriculum etiam pro cursu ponimus. Plaut. Licet nobis abire curriculo. Idem. Nam ad portū te cōspexi, curriculo occæpi sequi. uix adipiscendi potestas. modo fuit. Item pro loco, in quo curritur. Apul. Quos sæpe in curriculo uictores fuisse constat. hinc curriculo pro temporis aduerbio ponitur, & significat statim. celeriter. Virg. Curriculo expulerat somnum, cum fœmina primum. Item a curru curulus una litera detracta. hinc sellam curulem uocamus, qua sedentes magistratus in curru uehebantur. quod insigne a Thuscis sumptum supra memorauimus. & adiles curules, de quibus superius diximus. & curules equos, quadrigarios, qui a reda redarij uocantur. reda uehiculum est. Cicero, si tuam heri redam nō habuisses, nauis haberem. currus, & carros diamus, & in neutro genere carra. Cæsar, inter curus, impedimenta q; prælium commiserunt. Hirtius. Pompeius ea die per uiam angustas carra complura, multoq; lanistas retraxit. a carro carruca dicitur, curricula genus. a quo carrucarius. Pompo. Pleraq; malas carrucas tales esse, ut transiungi non possint. carpentum quoq; genus carri est, non tamen a carro deductum, ut quidam uolunt, sed a Carmente Eandri matre, quasi carmentum. Ouidius.

Nam prius Ausonias matres carpenta uehebant,

Hæc quoq; ab Euantri dicta parente reor.

Ab hoc fit carpentarius. Vnde carpentarium equum dicimus, qui carpentum ducit. carpentarium fabrum, qui carpenta facit. Item a curro fit cursim aduerbium, quod significat currendo. & incursim, quod significat celeriter. Cælius. nullus sum, nisi meam rem iam omnem propero incursim perdere. & cursor, qui currit. Aliquando etiam tabellarius a celeritate currendi. Martia. Cursorē sexti tibi Ruse remisimus hora. Et car

sito frequentatiuum. a quo cursitabundus, qui currit, & quo nonnulli utuntur, Cursorius equus, pro de sultorio. Item ab eo composita sunt acurro, & intercurro, notæ significacionis. oc curro, quod modo significat obuius fio. Virg. Hic illi occurrit Tydeus. modo in mentem uenio. Cicero. Nihil mihi nunc occur rebat, quod ad te scriberem. aliquando offeror. Idem. occur rebat ibi oratio. id est offerebat sese oratio. ab hoc derivatur oc cursus quartæ declinationis. & occurso. a quo occurso. per curro, currendo per a gro, ut omnem proniciam per curru, hoc est currendo uestigat. Hinc figurate percurrit librum diamus, hoc est celeriter legit. percurrit exercitum. percurrit castra. id est cum quadam celeritate lustrat. ab hoc fit percur sio, hoc est ex cursus. Cicero. Propter animi multarum rerum per cursiones breui tempore. transcuro, currendo transgredior. a quo transcursus. Decuro, deorsum curro. a quo decursus. excurro, extra curro. Vnde ex cursus, & excursiones nullam diamus, qui ex castris exeuntes in hostilem agrum grassantur. Procuro, procul curro. præcurro, currendo præuenio. a quo præcursus, & præcursor. incurro, aduersus aliquem cur ro. Vnde incursum, atq; incursiones hostium diamus. Item inado. Plyn. iunior. neq; enim putauit fore, ut in tantum odium tam leui causa incurreremus. ab hoc fit incurso, & incurso deponens. a quo incurso. & incursum aduerbium, hoc est celeriter. Cælius. Nullus sum, nisi meam rem iam omnem propero incursum perdere. succurro, quod modo significat subuenio, opem fero. Plaut. Succurrite mihi sultis, nec tam turper sinitelabefactarier. Modo in mentem uenio. Cicero. Neq; enim mihi succurrebant uerba, quæ ante discessim a Dolabella audieramus. discurro, uagor, & modo huc, modo illuc curro, nec consisto alicubi. Martialis.

Discurris tota uagus urbe, nec ulla cathedra est,

Quo non mane feras irrequietus aue.

Vnde discursum orationis diamus, cum eam celeriter legendo percurrimus. recuro, rursus curro. aliquando etiam cōsurgō. a quo recursus. concuro, simul curro. confluō. Valerius. Concurre inquit aues, nam moenia urbis ruunt. ab hoc concursus. concursio. cōcurso. & concursatio. Cicero. Concursatio illa atomorum. sunt etiam qui carinam a curro deductam uelint, quasi curinam, quod per eam liceat currere. Est enim in fina pars nauis, & ipsa nauis concavititas. a qua carinam aduerbium, quod significat ad similitudinem carinæ. Item carina Romæ dicebantur ædificia facta in modum carinarū, quæ erant intra templum Telluris. Virgilius. Passimq; armenta uidebant romanoq; foro, & lauis mugire carinis. a carina etiam carinatum dicimus concatum, & ad carinæ similitudinem factum. Item carino uerbum, quod significat probra obijco, qd carinantes, hoc est probra obijcetes sint in fina sortis hominum, sicut pars nauis in fina est carina. poetæ aliquando carinam pro ipsa nauis usurpant. CADENTE. Moriente.

50 Cadere proprie ruere est. Virg. Illa cadens rauicam per leuia murmur, saxa ciet. interdum tamen ponitur pro eo, quod est accidere, euenire. Cicero. Et ut idem dicunt omnes numeros habet, nec præter sapientem cadere in quenquam potest. interdum pro mori, occidere. Virg. Cadit & Rhipheus iustissimus unus, qui fuit in Teucris. ab hoc fit casus, quod modo fortunam significat. Sene. Multa eni casu potius, quam ratione eueniunt. Modo ruinam. Curtius, inopinato red. e casu oppressus. Aliquando calamitatem. i fortunium. Virg. Sed si tannus amor casus cognoscere nostros, & breuiter Troiæ supremum audire laborem. interdum uocabulorum formas, ut puta generandi. ac casandi casus, quia in aliam, atq; aliam cadunt effigiem. casum etiam ueteres, antiquum uocabant, quasi iam cadentem.

Item



Item a' cado casu, quemadmodu' supra diximus, quamuis aliqui a' catione potius nominatam uelint. a' qua fit diminutivum casula. Et casaria dicta est mulier, quae casam custodit. Item a' cado casu frequentativum. Et ab eo aliud frequentativum casito, de quibus superius diximus. Et casibundus, crebro cadens. Et caducor, praecipitor. V arro. Et frigidum nimbo aqua iacta caducatur uentis pertinere aquantiles querquedulae natantes. ubi obiter notandum est querquedulas anaticulas esse paruas, i' aqua ferè uiuentes, quae uulgo etiam ita uocantur, a' uoce ita dicitur. Et caducum, quod momentaneum est, non perpetuum. Item caducum mortuum. Virg. Belloq; caduci Dardanide. hinc caduca auspicia dicebantur, cum aliquid in templo exadebat, ueluti uirgæ manu. Et caduca hereditas, cum heredes ceciderunt, unde qui huiusmodi hereditatem accipiunt, uocantur caducatrij. Et caduer, corpus mortuum. Et caduum, quod per se cecidit, unde cadina poma appellamus, quae non sunt manu collecta, sed sua sponte in terram cecidere. Item folia cadina, quae per se ex arboribus cadunt. Plyn. colligi mala post æquinoctium autumnale, cadina se parari stramentis. storij, paleis uel sterni. Idem, cætera mala folijs siculis, praeterquam caduius singula conuolui. Et caduceum, ut quidam putant, quod cadere faciat contentiones, atq; certamina. a' quo caducator, de quibus superius diximus. Et caducor, uulgo morbus comitalis, quod cadere hominem faciat. Et stilladium, ac stiriadium, de quibus supra diximus, qd stillam cadunt. Et cauda, quasi cito cadens. V iuit enim rore, et cito defiat. Casinar quoq; a' cadendo deductum nonnulli uolunt, sed hoc Osorum lingua senem significat. cadurcum uero tentorium est, quo merces teguntur. praeterea composita. a' cado sunt acido, quod proprie significat euenio. a' quo fit acidem, oppositum substantia, quod dialectici de finium, quod adest, et abest praeter subiecti corruptionem. iurisconsulti acido uisurpant pro eo, quod e' morior, quemadmodum simplex quoq; eius accipi supra memorauimus. Vnde si quis in testamento ita scripserit. siquid filio meo aciderit, Dama seruus meus liber esto. Idem e', ac si dicere tur, si filius meus mortuus fuerit. occido penultima correpta, modo obuenio, Vnde occasio dicta est opportunitas temporis casu proueniens, modo iterimor. a' quo occasus, interitus. Aliquando cado, unde occidere sol dicitur, quia cadere uidetur, dum mergitur. Et occasus uersio solis in oceano. uel per metaphoram occidere sol, hoc est mori dicitur, dum mergi uidetur, quemadmodum e' contrario oriri, dum uidetur surgere. ab hoc etiam occiduum derivatur, quod occidit. Et occidens substantiuum plaga, in quo sol occidit. Vnde Et occidentalis plaga appellatur. decado nota significatio nis. a' quo decadium eiusdem significationis, cuius est occiduum. Laberius, decidia folia pandit. ex cado modo cado. Virg. Exaderat puppi. Hinc exadium, et excidio, de quibus superius diximus, quamuis aliqui a' cedendo potius haec deducta existimant. modo in obliuionem uenio, Idem. Nec dum etiam causa irarum, seuq; dolores exaderant animo. Plyn. Subijt autem mihi, quod anno ante exaderat. pro cado, cado. pro cumbob. incido, cado. recido, rursum cado. a' quo recens, nouum, hoc est quod nuper accidit. Vnde recentior. recentissimus. Et aduerbia recenter. recentius. recentissime. Cicero. Horum recentiorum nunquam dictum ab ullo, quod sciam. Item aduerbium recens. Pluu. Qui recens ex agro uenerat. Et recente uerbum, renouo. cuius passiuum est recentor. Accus. Iam iam albicat, ac recentatur comune lumen hominibus. cõcado, cado. morior. O QUANTVM EST SVBITIS CASIBVS INGENIUM. Sententia est Thucydidis. subita ingenium excitant. QUANTVM INGENI-

VM. Quantum naturalis sapientiae, ut supra diximus. SVBITIS. Repentinis, impraeditatis.

DE CARPOPHORO EPIGRAMMA. XV.

**S**VMMA TVAE. Blanditur Domitiano in laudando Carpophoron, qui uenator excellentissimus fuit, et ob id atrissimus principis ordo est. aper fuscus, qui fuit summa gloria tua famae o Meleager quanta portio est famae Carpophoron: quasi dicit parua quaedam particula est gloria eius, cum ille aprum tantum interfecerit. hic uero et Vrsum, et Leonem, et Pardum. MELEAGRE. Meleager. nam in recto et Meleager, et Meleagrus dicitur. Ouidius. Donec Meleagrus, et una lecta manus iuuenum. Meleager filius fuit Oenei regis Aetoliae ex Althea coniuge, quem cum Althea peperisset, animaduertit tres paruas iuxta ignem sedentes, lanamq; colo trahentes, quae cum forte stypitem i' igni admo- uissent, iudicæ sunt uerba haec proferre. O nunc nate erit, aqua tibi cum stypite uita. quapropter illis mox discedentibus Althea stypitem ex igne subtraxit, et ne ueretur, diligenter seruauit. Meleager uero creuit robore, ac uiribus corporis praestans. inter haec Oeneus, cum omnibus dijs sacrificia pro susceptis frugibus fecisset, solam Dianam inhonoratam reliquit, siue ille oblitus huius deae fuerat, siue ita putauerat agendum. ob hoc irata dea terribilem fetis, ac dentibus immisit aprum, qui prouinciam Oenei omnem uastaret. hic et alia damna infererebat innumera, et arbores radicitus euellens cum ipsis pomis in terra prosternebat. cecidit praeterea pecudes, atq; armenta, nec canes, neq; pastores esse adiumento poterant, cum ipsi quoq; homines ferae immanitatem formidabant, uix se intra tecta tuto putantes. sed tandem Meleager in ferae perniciem, et canes, et praestantissimos quoq; uiros e' finitimis urbibus conuocauit, inter quos et Atalantis filia Iasij filij Abantis Arguorum regis, a' quo Iasis dicta, uenit, uirgo et forma, et corporis uiribus praestans, quae prima aprum sagitta uulnera uit, huius amore captus est Meleager, qui tandem feram confecat, et illius caput, ac fetosum tergum Atalantidi, quasi praemij partem consorti laudis dedit. Cuius rei inuidia permoti alij, praesertimq; duo auunculi eius, cum uirapere a' uirgine apri exuias conati essent, a' Meleagro interfecti sunt. Calydones ob mortem apri letitia elati sacra dijs fecere dona pro more patrio templis inferentes, inter quos Althea quoq; cum ob necem ferae, et filij gloriam letabunda incederet, postquam de caede fratrum allatus ei est nuntius, in furorem acta, stypitem tandiu seruatum flammis iniecit, quo ardente pariter et Meleager intestinis flammis exuri uisus est. sunt qui cum tradant Parthenopeum filium ex Atalantide suscepisse, qui cum Adrasto aduersus Thebas profectus in bello desyderatus est, hunc alij non Meleagri, et Atalantidis, sed Menalippes, et Martis filij fuisse existimant. miru' est Ouidiu' haec Cenei filia scripisse cum Cenei filia Atalantia cõster uocata fuisse cursu i' signe, quae ab hoc Ceneia dicta est. Ouid. T alia dicetè molli Ceneia uultu aspiciat. APER FVSVS. Aper a' te prostratus. tres apri inter portenta a' poetis numerantur. Erymanthius, siue Arcadicus, quem Hercules peremit. Olympius, in cuius uenatione occubuit filius Cræsi uulneratus ab Adrasto, et hic Calydonius, quem interfecat Meleager.

QUANTA PORTIO. Quanta parua pars. CARPOPHORI. Hoc nomen a' fructu ferendo declinatum est. græci. eni κάρπov fructu, πίπει ferre dicunt.

Summa tuae Meleagre fuit quae gloria famae,  
Quantula Carpophori portio fuscus aper.  
Ille et praecipiti uenabula condidit uirgo,  
Pinnis in Arctoi qui fuit are poli.  
De Carpophoro.  
Stravit et ignota spectandum mole leonem  
Horridas potuit, qui deussit manus,  
Et uolure longo porrexit uulnere pardum,  
Praemia cu' laudis ferret, adhuc poterat.



duo Carphophori temporibus Domitiani leguntur fuisse, alter mango, qui senior erat. alter qui erat iunior clarus fortitudine. hic Domitiano carissimus fuit, quod uiribus eius in feris cōficiendis oblectaretur. ILLE. Carphophorus. COMDIDIT. Abscondit, magnitudinem ictus ostendit, i quo totum uenabili ferrum abscondit. PRAECIPITI. In se ruenti. QVI. Vrsus. FVIT PRIMVS. Principatū & robore, & magnitudine obtinuit. IN ARCE POLI ARCTOI. In septentrionali plaga. Septentrio enim maximos uros, ac ferocissimos mittit, uti alias plerūq; feras. ARCE. Summitate. Arx proprie munitior pars urbis est, quae quoniam in altiori parte fieri consuevit, inualuit usus, ut arcem pro monte, & pro quacūq; altitudine ponamus. Ideo autem septentrionalis plaga alta dicitur, quia super stare nobis uidetur. qui ppe & polus arcticus supra nos est, quemadmodum antarcticus, quatenus ad situm terrae spectat, infra nos esse uidetur. ideoq; impediēte terra cerni non potest. Virgilius.

Hic uertex nobis semper sublimis, at illum

Sub pedibus Styx atra tenet, manesq; profindi.

Arx ab arceo dicta est, quod prohibeat hostes accedere. Arce enim prohibere est, ne i, qui ueniunt, accedant. Virgilius. Hostesq; a moenibus arcene transferunturq; aliquando ad incorporate. Cicero. Quae uis enim est, quae magis arceat homines ab improbitate, quā si senserint in delictis nullum esse discrimen. ab hoc arca quoq; deducitur, quod ab ea clausa arcantur fures. Eius diminutuum est arcula, & huius aliud diminutuum arcella. ab hoc arcanum, hoc est secretum, atq; absconditum, quod quae i arca sunt, caelata sint, atq; abscondita. Virgilius. Longius euoluens fitorum arcaena monebo. Pompeius tamen arcaeni sermonis significationem tractam dicit uel ab arca, quae uisissima pars urbis erat, uel a genere sacrificij, quod ab auguribus in arca fiebat, adeo remotum a notitia uulgari, ut ne literis quidem mandaretur, sed per memoriam, successioneq; hominū celebraretur, uel ab arca, i qua quae clausa sunt, tuto custodiuntur. Item ab arca Arcaeus deus, qui tutelam gerebat arcarum. & arcera, plaustrum undiq; tectum, & munitum, quasi arca quaedam magna uestimentis strata, quae a gri, aut senes portari cubantes solebant. praeterea ab arceo erascor, quo uerbo iuris consulti utuntur, cū inter confortes hereditas diuiditur. Vnde erascundae familiae iudicium dicitur, quasi arcendae ab hereditate, quod sit in bonorum diuisione. Erctum, atumq; inter confortes in antiquis legum libris legitur, erctum ab arcendo, atum a citando, quasi citatum. Item ab arceo Ercaus, dicebatur Iupiter, qui intra conspectum domus cuiusq; colebatur, quem etiam Deum penetralem appellabant. quidam tamen hercaum per aspirationem scribunt, & ab herendo dictum malunt. arcesso eiusdem significationis. & arcus, quod missis sagittis non sinat hostem accedere. a cuius similitudine arcuata uocabantur circuli, qui ex farina in sacrificijs fiebant. Item arculi circuli, quos capitibus imponebant ad sustinenda commodius uasa, quae ad sacra publica capitibus portabantur. Item ab arceo arcula dicebatur uis, quae in sacrificijs aliquid fieri uetabat. praeter haec cōposita ab eo sunt arceco, quod est arce. a quo arcer. & arceres, de quibus superius diximus. & aberceo, prohibeo. Pla. Atq; eam abhercet domo. & porceo, prohibeo, quasi porro arceo, tractum a magistratibus, quorum potestas erat, uel cogere aliquid, uel prohibere. Item exerceo, quasi extra arceo. premo-fa tigo. Nam exercere proprie fatigare est. Terentius. I sane ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium. ponitur etiam pro agitare. commouere. Cicero. Exerenda etiam est facultas, &

altitudo animi. & pro insequi. Virgilius. Tum uos o Tyrū strpem, & genus omne futurum, exerceate odijs. Et pro labore, colere. Idem, Exerceatq; frequens tellurem, atq; imperat aruis. ab exerceo fit frequentatiuum exerceo. a quo exercitum, & exercitatio, & exercitus, hoc est multitudo militum, quod exercendo fit melior. Vlpianus. Exeratum dicimus nō unam cohortem, neq; unam alam, sed numeros multos militum. Nam exercitū diximus praesse eum, qui legiones cum suis auxilijs ab imperatore commissas administrat. Cum uero exercitus secundae declinationis est, significat fatigatum. & exercitatum. Veteres exercitationem exercati dixerunt, pro exercitacionem exercitati. & exercatiorem, ac exercatissimum pro exercitacione, & exercitacione. exercere uero sarcare est, & ab ex, & sarco componitur. sarco idem est, quod intergrum sarco. Vnde sarco res dicti, qui uestes sarcaunt, hoc est fiunt. & sarca tecta opera publica, quae locantur. & sarca, intergre. Nam sarco sine c a sarriendo deducitur. sarrire etiam uetres purgare dicebant. Vnde sarculum instrumentum rusticum, quo terra purgatur. & sarmenta, uirgulae uinum si peruacuae abscissa. & sarca uinea putata, & pura sarca. Plautus. Sator sarcoq; seleturum, & messor optime. ocatrem dicere debebas prius. Nam semper ocatant priusquam sarriūt rustici. Sarco etiam aliquando pro eo accipitur, quod est damnum saluo. Pacuius. Tu dā nō nostri causa fuisse. Tu nobis sarco, ut debes. ab hoc fit sarca, quae proprie est utensilium, & eorum, quae ad cultum pertinent, ueluti sarca, quem quis in itinere faciendum portare possit. hinc milites, cum castra mouere uolunt, sarculas colligere dicuntur, & qui in aliam domum migrant, sarcas suas componere. per metaphoram tamen sarcanam pro inuisione re ponimus. Aurelius. Et hāc corporis sarcanam aliquando deponerem. hinc sarcanator, cuius foeminiū est sarcanatrix. significatq; proprie eum, qui plurimum uestium sumit. Aliquando etiā pro futuro accipitur. Lucius. Sarcanatorem esse summum. fuere centonem optime. Item a sarco compositum resarco, quod est instaurare, interpolare, & quasi nouam formam idu co. hoc enim proprie interpolare est, immittere scilicet, & nouam formam fingere, dictumq; interpolo, quasi interpolio, & ab arte fillonia tractum, qui poliēdo uetera quaeq; in nouam speciem mutant. Cicero. Aliquid demendo mutando. interpolando. Plautus. illic me homo interpolabit, meumq; os finget denuo. interpolando inquit Cicero hoc est renouando. & Plautus. Interpolabit, hoc est renouabit. Plynius. At Hercalex Alexandriae, ubi thura interpolantur inquit, hoc est purgantur, cernuntur, quasi reuocantur. Vlpianus. Vbiq; arant adiles, ne emptores a uenditoribus arcanu eniantur. praesumptū est enim ea mancipia, quae rudia sunt, & simpliciora esse, & ad ministeria aptiora, & doctiora. trita autem mancipia, & ueterana difficile est reformare, & ad suos mores formare. quia igitur uenaliu arij sciunt facile decurri ad nouorum emptionem. idcirco interpolant ueteratores, pro nouijs uendant, interpolant inquit, hoc est ornant. fingunt. renouant. ut nouitijs esse uideantur. ab hoc interpolo dicitur noua inuenta, & (ut ita dicam) renouatiōes artium, & aliarum rerum. Plynius. Mutatur ars quondie, quoties interpolis, & ingeniorum Graeciae flatu impellimur. & interpolatorem uocamus, qui antiquas uestes resarcit, ac renouat, ut eas facilius uendat. cuius foeminiū est interpolatrix. Pomponius interpolatricē accersire oportet, quae huic uesti adducat. SPECTANDVM. Dignum spectacione. MOLEIGNOTA. Magnitudine non prius uisa, ideo incongnita. DECVISSE HERCVLEAS MANVS. Conuenisse manibus Herculeis, quae Nemeum Leonem, ut superius diximus,



mus, interfecerunt. PORREXIT. Prostravit. interfecit. VOLUCREM. Celerem uolucrum. V eloassimum quippe animal Pardus est, adeoq; currendo extenditur, ut uentre pene terram contingat, sed nisi mox ad piscatur praedam, desistit a cursu. LONGO. Mortali. pernicioso. Longum enim proprie dicimus porrectum, altum. Virgilius. Stant longis innixi hastis, et scuta tenentes. sed per metaphoram modo pro diuturno ponimus. Idem. et longum Andromaches testentur amorem. modo pro magno. Vnde longiores dies maiores dicimus. modo pro pernicioso. Idem. Infelix Dido, longumq; bibeat amorem. ab hoc fit prologo, hoc est ual de longis. et longurio idem, quod longus. Varro. Hic qui ante me est, ne scio quis longurio. et longisio, longus fio. Ennius. Neq; corpora firma longiscent quicquam. Idem. Cum sola est eadem faciunt longiscere longe. et elongo, ac prolongo, quae significant protraho, differo. Plyn. Quo maxime tempore elongantur dies. Plau. Quae mihi annus prolongat promissa. et longe, delonge, alonge aduerbia, quae significant procul. quadoq; per longitudinem, ut cum dicimus, longe, lateq; discurrit. Item aliud aduerbium longum, quod si significat longo tempore. Martialis. Vtq; nis longum dominusq; puerq; fruuntur numeribus, hoc est per longitudinem. et latitudinem. et longiorum sicut dextrorum, et sinistrorum. et longaeuis, antiquus, quasi longi aui. a quo longaeuitas. et longitudo, prolixitas. et longanimus, perseverantis animi. a quo longanimitas, perseverantia. et longinquum, remotum, distans. Vnde longinquas, distantia uel loca, uel temporis. CVM FERRET PRAEMIA. Quando post confectas feras dabatur ei praemium. est enim praemium, quod in ludis proponitur dandum ei, qui fortiter fecerit, uel qui in aliquo certamine uictor euaserit. differetq; a pretio, quod praemium duntaxat pro recte factis datur. praemium uero non modo pro recte factis, sed etiam pro male gestis. Sallustius. Vicat tamen in Senatu pars illa, quae uero praemium, aut gratiam anteferebat. Terentius. Ego praemium ob stultitiam fero. Lilius. Si malos imitabor, uero praemium pro noxa dabis. proprie tamen praemium est, quod pro re empti datur. Terentius. Praemium sperans illico produxit, ac uendit. hinc pretiosum dicimus, quod carum est, et magna pretij, cuius comparatum est pretiosior. et superlatiuum pretiosissimus. et appretio, aestimo, praemium pono. dictum autem praemium existimant a praecundo, quasi praetium, quoniam primo soluitur pecunia, deinde res empti apprehenditur. et eodem modo praemium, quasi praemium, quia primo proponitur, quod dandum est uictori, deinde certatur. V ceteris aliquando praemium pro pecunia usurparunt. Neuius. Sine praemio sum, marsupium reliqui domi. hinc praemiosus pro pecunioso accipitur. Actus. diuitem, ac praemiosam animum. et praemiatore, praedones. Neuius. In scena nos nocturnos cepit praemiatore tollere. LAVDIS. Virtutis. Virgilius. Sunt hic sua praemia laudis. ADHVC. Etiam. Quintilianus. Est adhuc alia in respondendo figura, quasi dicat praeter has, quarum mentionem fecit, est etiam illa figura. aliquando tamen adhuc pro hucusq; ponitur. Cicero. Adhuc, quae dicta sunt arbitror mihi consistere cum ceteris artu scriptoribus. Est enim uox ipsa composita ex ad praepositione, quae tam in compositione, quam in appositione aliquando significat usq; Apule. Ad montem eum committis sum, hoc est usq; in montem, pro quo etiam ad usq; aliquid reperimus. Idem. Iam ad usq; annem perueneramus. hinc et quo ad dicimus, pro quousq; Sallustius. Dummodo putatis nos tutos esse, quo ad reliqua multitudo aduenit, et quo ad usq; Actus. Nihil eni te impedito, quo ad usq; rem peragat.

et quo ad eius. Cicero. Oratoris officium est de iis rebus posse dicere, quae ad usum civilem moribus, et legibus constitutae sunt, cum assensione auditorum quo ad eius fieri poterit. Idem. Elaboro enim quo ad eius facere possum, ut consilia hostium intelligam. uerum hoc non tam usq; quam in quantum significat. sicut adeo, quod ab ad, et eo compositum est, pro tantum accipitur. Martialis. Quae adeo antiquis auctoribus desuit, ut nominibus non tantum ueris abusi sint, sed et magnis. Quintilianus. Numquam adeo pro nobis sollicita lex est, ut quae praestet, extorqueat. Idem. significat usq; adeo, et usq; eo. Cicero. Ne si quando ei dicendum erit de iustitia et fide mutuetur a Platone, qui cum haec ex primenda uerbis arbitretur, nouam quandam finxit in libris ciuitatem usq; illa, quae dicenda de iustitia putabat, a iuris consuetudine, et a ciuitatum moribus abhorrebant. usq; hoc est adeo. intantum. interdum tamen adeo pro ualde accipitur. Teren. Adolescentem adeo nobilem. aliquando etiam ad pro iuxta accipitur. Curtius, erat ad ripam fluminis ingens arbor, hoc est iuxta ripam fluminis. et assideo assisto, hoc est iuxta sedeo, iuxta sto. Item pro eo, quod graecae dicunt *ἔτι*. Virgilius. Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles, significatq; et personam, et locum, et tempus. Et pro cititer, ut ad tria millia, hoc est cititer tria millia. quandoq; etiam causam significat, ut ad quid uenisti, hoc est cur, siue qua causa uenisti? Quandoq; similitudinem. Terentius. Sed nihil ad nostram hanc. Et ad unguem, quod significat perfecte, translatum a marmorarijs, qui iuncturas unguibus probant. nonnunquam itentina particula est, ut adedo, in totum edo. consumo. Virgilius. Nam saepe fauos ignotus adedit Stellio. Interdum significat prope. Idem. Ad quem tum Iuno supplex his uocibus usa est. interdum aduersatiua est. Pomponius. ad hostem furibundus prodit. hinc aduersus. et aduersum. et aduersor. et aduersari us, de quibus superius differimus. Aliquando significat post, ut ad haec. id est post haec. ad unum cum dicimus significamus nemine excepto. Virgilius. Iuppiter omnipotens si non dum exosus ad unum. ad tempus uero duobus modis sumitur. uno cum significat ad conditionem, siue necessitatem, siue opportunitatem temporis. Quintilianus. Fingere nimirum ad tempus uidebor, et rem nimium manifestam impudenter comprobare. altero, cum significat ad spatium temporis. Varro. Qui cum ad tempus latitasset, tandem sub sponda iacens inuenitus est. POTERAT. Potens erat, ite gras uireis habebat, perinde ac si in conficiendis feris non laborasset.

DE TAURO CAESAREM VELENTE EPIGRAMMA. XVI.

**R**APTUS ABIT. Blanditur Dominano, quod in ludis tauro insidens in altum uectus fuerit, quasi in caelum ascensurus. RAPTUS. Machinis quibusdam sublatus in altum, ut caelum ascendere uideretur. rapere proprie est cum impetu quodam, et uiolentia auferre. Virgilius. Raptus sine more Sabinas, hoc est ablatas. ponitur tamen aliquando figurate pro uirgine. et proprie de uirginibus, atq; in puberibus pueris dicitur, etiam si loco non dimoueantur. Idem. Et rapti Ganymedis honores. rapti uirgo simulabatur apud ueteres, quando uiro tradebatur ex gremio matris, aut si ea non esset ex proxima necessitudine, quod ea res sub Romulo principe in Sabinarum raptione feliciter successisset, quemadmodum uirgines quoq; uestales capi dicebantur, quia pontificis maximi

De Tauro. Raptus abit media, quod ad aethera thaurus arena, Vexerat Europen fraternam paequoza thaurus, Cesaris atq; Iouis confer nunc stem Non fuit hoc artis, sed pietatis opus. At nunc Alciden taurus in astra tulit. Par onus ut tulerit, alioq; istetult. *Z ij* *ma iuuentus,*



manu prehense ab eo parente, in cuius potestate essent, ueluti bello capti, abducebantur. a rapio raptus quartæ declinationis derivatur, quod a raptione, & rapina ita distinguitur, ut raptio proprie ad personam referatur, rapina ad rem. Raptus ad stuprum. Terentius. Disperij Theſiphonem audiui filium unam in raptione fuisse. Cicero. Quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contumelijs efficere potuisset. Idem. Maroniarum cædes. uirginum raptus. ab eodem fit raptor, qui rapit. Cuius femininum raptrix. & rapax, auidus. & rapinis semper intentus. Suetonius. Inopia rapax, metu scæuus. a quo rapacior. rapacissimus. rapacitas. & aduerbia rapaciter. rapacius. rapacissime. Item rapidus, hoc est celer. festinus ab eorum qui rapiunt, celeritate. & rapide, ac raptim aduerbia. festine. & raptor raponis, quod est rapax. Pomponius. Ne nos conturbent auari, atq; rapones. & rapinator, pro raptor. Varro. Inuidiam ueniunt in hoc ipso rapinatos. Lucretius. Homo impudicus, & impune est rapinator. & raptio frequentatiuum. a quo aliud frequentatiuum raptio. & rapum siue rapa (utroq; enim genere dicitur) quod passim rapiatur, tum quia abus hominum grauissimus est. Martialis.

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa,

Quæ danus in cælo Romulus esse solet.

Tum quod ex eo cetera quoq; animalia, & alium genera partem. quadrupedes etiam fronde earum gaudent, & homines ex ijs decoctis cibum sumunt. rapacia dicitur, quemadmodum in brassica & ceteris herbis. caules. uescuntur etiam cyma. Sic enim herbarum summatem uocamus. Plinius. Et homini non minor rapaciorum suis horis gratia, quam cymarum. reperitur etiam neutro genere, & declinationis tertie. Colu. Frigoribus caules, & ueri cymate mittit. est etiam flacidorum raporum non minor gratia, quam uirentium. seruantur & passim usq; ad alium prouentum, fæmeniq; sentiri prohibent. transpadani tertium hunc fructum habent, post uinum, & fruges. medica in ijs masculini generis faciunt, quæ rotunda sunt, latiora, & concua feminini generis sunt. rapum aqua decoctum frigus e pedibus pellit, etiã in cibo sumptum uenerem multum simulat. pluribus modis commendatur in cibo, præsertimq; sinapis acrimonia duratum, purpureo etiam, & alijs coloribus pingitur, quod raro accidit in cibus. palma rapus est in nursino agro nascentibus, & frigore dulcora fieri existimantur. iatro Martialis inquit, gaudentia frigore rapa. Idem. Nursinas poteris parcaus esse pilas. Martialis. Curius dentatus, qui primo de Samnitibus triumphauit, iterum de Sabinis, tertio de Lucanis ouans urbem introuit, Pyrrhum Epyrotarum regem ex Italia pepulit. quaterna dens a gri iugera uirum populo diuisit, sibiq; deinde constituit, dicens neminem esse debere, cui non tantum sufficeret, cum legati Samnitum ad eum uenissent aurum offerentes, rapum torreat in foco, malo itaq; iquit hæc in fictilibus meis esse, & aurum habentibus imperare. cumq; aliquando inuersæ pecunie argueretur, cadum ligneum, quo uti ad sacrificia consueuerat, in medium protulit, innuitq; se nihil amplius de præda hostili in domum suam conuertisse. rapis pene similes nati sunt, nisi quod longiores, grauiioresq; optimi quondam amiterni erant. Martialis. Hos amiternus ager felicius educat hortis. naporum duo genera sunt. alterum angulosi foliorum caulibus bu non uocant. alterum buniada raphano. & rapo similis. Est præterea tertium genus syluestre, cuius folia eruca similia sunt. Estur in acetarijs, uulgo a rapo rapunculum uocant, raptus exigua. dia recte, latineq; napunculus potest. sunt etiam qui a raptio rabiem, quæ & rabia dicitur, appellatam pu-

tent, morbus est canum, cum ueluti furore quodam acti huc, atq; illuc rapiuntur, nec ullum quietis locum inueniunt. a quo dicitur rabiōsi. hinc rabio uerbum deducitur, quod e nimia ira, & quasi rabie agitur. Varro. Quid est, quod latras? quid rabis? quid uis tibi? Cælius. Rabia rabere se ait. ab hoc fit rabiōsus, plenus iracundia, & ueluti rabie agitur. & aduerbium rabiōse. & rabula, quod proprie significat aduocatum, siue patronum nimis maledicum, acremq; in causis agendis, & quasi rabiōsum. a quo Appius caninam eloquentiam uocauit. Quintilianus. Super omnia perit illa, quæ plurimum oratori & auctoritatis, & fidei affert modestia, si a uiro bono in rabulam latratoremq; conuertitur. Alij rabiem, quasi rabiem dicitur uolunt, a rabiōte uocis, quam rabiōsi habent, similem canis latratu. Vterque enim rabiōsus obtusum dixerunt. Vnde rabiōsus uox obtusa, & rabiōsus liquidus. a quo rabula quasi rabiōsus. & rabiōsus color obtusus, hoc est niger cum fuluo. a quo fit diminutiuum rabiōstus. Plautus. Quis inquit hæc mulier, & ille rabiōstus, qui uenit. a rabiōsi deriuatur rabiōsus, qui uocem nimio clamore, sine alia causa obtusam habet. Vnde rabiōsus cæcus dicitur. Martialis.

Quod fumantia qui tomacla rabiōsus

Circumfert tepidis coquis popinis.

Ab hoc fit rabiōsus uerbum, hoc est rabiōsus sum. a quo rabiōsus, rabiōsus fio. & rabiōsus, obtusitas uocis. & rabiōsus aduerbium hoc est uoce obtusa. rabiōsus dicitur, qui rabiōsus oculos habent, quemadmodum cæcos cæculi. rabiōsus ueteres pro rabiōsus potuerunt. Plautus. Ex purgabo herede omnia ad rabiōsus rabiōsus. præterea a raptio composita sunt arripio, eiusdem cum suo primitiuo significationis. a quo arripitum ueteres dixerunt laruatum, quasi a laruis arripitum. abripio per uim aufero. eripio. rapio. præripio, quod proprie est in meos usus rapio, nec præpositio illa aliquam temporis antecessorem significat. Cicero. Demosthenes tibi præripuit, ne esses primus orator, tu ille ne solus. proripio. prociat rapio. Apuleius. Quæ cum dixisset oppido se e conspectu nostro proripuit. corripio interdum capio. Ouidius. Et corripit ense. interdum raptim perago. Virgilius. Corripunt spatium medium. interdum abbrevio, unde correptas syllabas, ac productas dicimus. a quo correptio. subripio. furor, clam aufero. quandoq; etiam in altum tollo. a quo subreptio, quod modo furtum significat. modo impetrationem, quæ fit a principe, siue magistratu per falsam rei narrationem. Vnde & subripere aliquando usum panis pro eo, quod est per mendacem narrationem aliquid extorque re, & quasi furari. hinc postulatio subreptitia. & subreptitia literæ dicitur, quæ ad falsam aliquis suggestionem concessæ sunt. differitq; subripio ab obripio, qui a obripere est, non falsa narrando, sed quæ ex promere necesse erat tacendo aliquid impetrare. hinc obreptio, & obreptia postulationes, ac obreptia literæ dicitur. Vlpianus. Patronum autem appellamus, etiam si capite minutus sit, uel si capite libertus minutus, dum arrogatur per obreptionem. cum enim hoc ipso, quod arrogatur, & aliam conditionem, non id actum uidetur, ut fiat ingenuus, per obreptionem inquit, quia petendo arrogationem, tacuerat se libertum esse, quod ex promere in arrogatione necesse erat. Vterque subrepsit pro sustulerit scripsere, sicut suremit pro sumpsit. Ennius. Inq; manum suremit hastam. diripio. deprædor. depopulo. a quo direptio. Cicero. Vexatio Macedonia, an oppidorum turpis amissio. an sanctorum direptio, an agrorum depopulatio. AETHERA. Cælum. proprie aether elementum ignis e, dictum a æthi, quod est uro. cremo. Cleantes physicus aethera summum deum esse existimauit, cuius opinionem secutus est Virgilius.



gilius. Tum pater omnipotens fecundis imbribus aether, con-  
 uigis in gremium laeta descendit. Aristoteles aethera caelum  
 dixit, quem imitatus est Ouidius. Sic habites terram, ut te desi-  
 deret aether. nonnunquam tamen pro aere accipitur. Apul. A-  
 qua, tellus, aether, ignis, ab aethere fit aetherius. Virgilius. Ae-  
 thera quos lapsa plaga Iouis ales aperto. & aethra, quae aethe-  
 ris fulgorem significat. Idem. Nec lucidus aethra sydere a po-  
 lus. sunt qui dicant aethram ab aethere non differre, siquidem  
 Homerus & aera, & aethra communis generis facit. Sicque  
 aethra sydere a exponunt pro aethere, hoc est caelo sydereo. Ae-  
 thra etiam Aegaei Athenarum regis coniux fuit Thesei mater.  
 & altera Aethra comes Helenae. Ouidius.

Cætera per socias Clymenen, Aethramque loquamur.

Quæ mihi sunt comites, consiliumque ducæ.

**MEDIA ARENA.** Per mediam arenam, hoc est me-  
 dium theatrum, quasi dicat omnibus spectantibus. **NON  
 FUIT HOC ARTIS, SED PIETATIS O-  
 PVS.** Non artificio scænico, ac fabuloso factum est, sed di-  
 uino quodam cultu, atque miraculo, ut Domitianus inter deos  
 referendus ostendereatur. Pietas enim proprie dicitur diuinus  
 cultus, quem græca *εὐσεβία*, hoc est eusebian uocant, di-  
 cta, ut doctissimi ueteres tradiderunt, quod quæ in ea sunt, pe-  
 nius & in penetrabilibus recondantur. hinc sit pio uerbum,  
 quod proprie est colo. Plautus. Vbi piem pietatem, si isto more  
 morata tibi postulem placere. Vnde piaculum sacrificium, cul-  
 tus. Virgilius. Ea prima piacula sunt. Aliquando tamen poni-  
 tur pro eo quod est contaminatio, pollutio, quod & impio dicitur,  
 quemadmodum sacrum aliquando ponimus pro execrabili.  
 hinc piacula crimina, & flagitia dicuntur. Idem. Distulit in-  
 seram ammissa piacula mortem. a pio fit expio, quod est pur-  
 go, purifico. & piatrix sacerdos, quæ ex piare erat solita. &  
 piamentum, quo in ex piando utebatur, ductum a poetis pia-  
 men. & piacularis porta Romæ appellata ob quædam piacu-  
 la, quæ ibi fieri solebant. piacularia uero auspicia dicebantur,  
 quæ sacrificantibus tristia portendebant, cum aut hostia ab  
 ara profugisset, aut percussa magna ædidisset, aut in aliam  
 partem corporis, quam oporteret, cecidisset. Item pio quandoque  
 accipitur pro eo, quod est pie amo. Nennius. Nemo est, qui magis  
 suos piet liberos. hinc piens pientior, piensissimus. pienter. pi-  
 ennis. piensissime. hinc pietas officium, & cultus est, quem pa-  
 tris parentibus sanguine coniunctis, beneuolis, ac etiam sub-  
 ditus exhibemus. Item Pietas dea, quam colebant Romani. hinc  
 pius aliquando religiosum dicimus. Virgilius. Dii meliora pi-  
 is. Aliquando misericordem, benignum. Cicero. Non secus im-  
 me pius, quam pater in filios. Aliquando etiam castum. Virgi-  
 lius. Quis pi uates. Quintilianus. Et pios amores, ac pudici-  
 cor, huius contrarium est impium, hoc est crudelis. a quo pie-  
 tati contraria impietas, & pie aduerbium, quod modo religio-  
 se significat, modo clementer, cui contrarium impie. a quibus  
 piissimus. & piissime. impiissimus. & impiissime deducun-  
 tur, & pienter pro pie. **TAVRVS.** Cuius effigiem  
 Iupiter sumpserat, quemadmodum superius in Europa fabu-  
 la declarauimus. **VEXERAT.** Portauerat. uehere  
 proprie de equis, cæterisque quadrupedibus, idem de plaustris,  
 & nauibus dicitur. Veteres uehite dixerunt, quod ex Osco-  
 rum lingua sumpsum est, apud quos uehia plaustrum dicitur.  
 Vnde uehiaturam quoque pro uectura usurparunt. a uehio ue-  
 ho deductum. a quo uecto frequentatiuum, & aliud frequen-  
 tatiuum uectio. & uector, quod modo significat eum, qui ue-  
 hit, modo eum, qui uehitur. & uectatio, quod semper passiuè  
 accipitur contra aliorum uerbalium naturam. & uehiculum,  
 in quo aliquid uehatur, quod cum quatuor rotis Phryges tra-

duntur inuenisse. hinc uehicularius, qui uehiculum ducit. &  
 uehicularis, unde uehicularem rotam, & uehiculares equos  
 dicimus. & uectabulum, quod similiter pro uehiculo antiqui  
 usurpauerunt. & uectigal, quod pro deuectis merabus, fructi-  
 bus ue, aut quacunque alia re in publicum soluitur, quamuis ali-  
 quando etiam ex priuato uectigal accipitur. Cicero. Ex meo te-  
 nui uectigali capio ego ducenta. ponitur & pro ipso fructu.  
 Idem. Non intelligunt homines quantum uectigal parsimonia  
 est. & uectis, quod manibus percutiendo uehatur. Est enim pa-  
 lus e ferro siue ligno grandior, rustias, & fabris cementarijs  
 ad multa necessarius. Plinius. Cato uectis aquifolios, laure-  
 os, ulmeos fieri iubet. Cato. i torculari ferias tres. fibulas qua-  
 draginta. uectis quadraginta. confibulas ligneas, quæ arbo-  
 res comprimant, si debescant, & cuneos sex. græca uectem *μὲν*  
*ἰσχυρὸν* uocant. hinc uecticularia uita dicitur eorum, qui uecti-  
 bus parietes perfodiunt alienos furandi gratia. Cato, uecti-  
 lariam uitam uiuere est repente largiter habere, repente ni-  
 hil. & uectura, quæ modo actum ipsum, ut ita dicam, uectio-  
 nem significat, modo mercedem, quæ pro uectura soluitur, ut  
 puta pro nauis, siue uehiculo, seu equo meritorio, & uexo quod  
 est agito. r. apto. molestio. & huc atque illuc distraho, atque uexa-  
 tor. & uexatrix. & uexatio. & uexabundus deducuntur. cō-  
 positæ præterea a ueho sunt adueho, quod est apporto. a quo  
 aduectio. circumueho circumporto. a quo circumuectio. perue-  
 ho. porto. deueho. deorsum ueho. eueho, extollo. præueho, ante  
 ueho, proueho, produco. & prouehor, producor. Virgilius.  
 Quid ultra prouehor, & fando surgentes demoror austros.  
 hinc etatem prouectam, & etate prouectos dicimus. inueho,  
 ueho, cuius passiuum est inuehor, quod modo uehor significat.  
 Idem. Centuuro inuehitur magna, modo aggredior maledi-  
 ctus. & ueluti quodam impetu sermonis in aliquem feror. Ci-  
 cero. Itaque in eâ Panfa uehementer inuectus. hinc inuectiue  
 orationes dicuntur, quæ sunt aduersus aliquem scriptæ, quod  
 in illius mores, uel ingenium, aut uitam inuehamur. subueho,  
 extollo. reueho, reduco. conueho, comporto. a quo conuexum di-  
 cimus, quod concavo oppositum est, quemadmodum specula,  
 quæ neque plana, neque concava sunt, conuexa dicuntur. hinc con-  
 uexitas ipsa, ut ita dicam, porrectio aduersus nos, & conuexe  
 aduerbium tractum a concauitate nauium, quæ extrinsecus  
 huiusmodi habent formam, quæ alio nomine carinata dicitur.  
**PER AEQVORA FRATERNA.** Per ma-  
 re phoenicum, quod erat sub ditione Cadmi Agenoris filij fra-  
 tris Europæ. Syria Asiæ prouincia est late litora tenens. ter-  
 rasque etiam latius introrsus alij, atque alij nuncupati nomini-  
 bus. Nam & qua contingit Arabas Palestina dicitur, & Iu-  
 dea, & Cœle, dein Phœnicæ, tum inter duo flumina Euphra-  
 ten, & Tigrim Mesopotamia, & qua recedit intus Damasce-  
 ne, & qua magis etiam nunc Meridiana Babylonia, & qua  
 transit Taurum Rhophæne, & citra etiam Commagene, &  
 ultra Armeniam Adiabene, cum Assyria ante diceretur, &  
 ubi se Ciliciæ committit, Antiochia, olim, ac diu potens, sed  
 cum eam regno Semiramis tenuit longe potētissima. Id, quod  
 periacet mare totum Phoenicum appellatur. ipsa gens Phœni-  
 cum in gloria magna literarum inuentionis, & syderum, na-  
 ualiumque, ac bellicarum artium fuit, uel quia mari potens  
 erat ab Aegypto sumpta, ueluti a se inuenta in græciam tran-  
 sinit. Lucanus.  
 Phœnicæ primæ (famæ si creditur) uisi  
 Mansuram rudibus uocem signare figuris.  
 Non dum flumineas Mæmphis contexere biblos  
 Nouerat, & saxis tantum, uolucresque, feræque,  
 Scælpitæque seruabant magis animalia linguas.



A Phoenicia Phoenices uocati. Et feminino genere phoenissa, et detracta aspiratione poenias. a quo poenulus diminutuum. unde plautina fabula nomen sumpsit. Et punicus, quasi poenicus. Virg. Punica regna uides. unde punicam genus libi uocatum est, a poenis translatione, quod et probum appellabant, quia erat ceteris suauis. phoenix graecae fructus palmae arboris dicitur. a cuius colore phoenice appellata ob purpurarum oper, et Tyrii coloris, quia a Tyro phoenices urbe nomen sumpsit, quemadmodum superius docuimus. Tyrus quoddam pro alto mari septingentis passibus diuisa fuit. Postea uero Alexandria oppugnantis operibus continens conchylio, ac purpura nobilitata, arcum decem, et nouem millium passuum inclusa pale Tyro oppidum ipsum uiginti duo stadia comprehendens quondam Sarra appellatum. phoenix praeterea purpureo pennarum colore auis appellatur toto orbe celeberrima. in Arabia nascens, aequae magnitudine, auri fulgore circa colla reliquo corpore purpurea rosae pennis, caeruleam caudam distinguentibus, in facie geminas cristas habens in capite plumbeum apicem. nemo unquam uescentem uidit. soli sacra traditur. et uiuere annis sexcentis sexaginta, senescens caesia, thurisque succulis construere sibi nidum, replete odoribus, et super mori, ex ossibus deinde, ac medullis exiguis nasci uermiculus, et deinde pullus fieri, et principio iusta priori facere, totumque nidum de ferre prope Panchaiam in solis urbem, et ibi in ara deponere. extat de hac aue elegantissimum carmen Claudiani poetae, et Lactantii firmiani. dicitur autem et masculino, et feminino genere phoenix, quae masne, an foemina sit, ignoratur. Lactantius. Foemina, uel mas haec, uel neutrum sit magis, felix

Felix, quae ueneris foedera nulla colit.

Phoenix etiam Agenoris filius fuit Cadmi frater, qui phoeniciae imperauit. Item Phoenix stuuus non magnus ex Thermopylarum montibus in Asopum fluens (ut testatur Herodotus). Item phoenix pterus altera auis est, rubentis habens pennas, unde ei inditum nomen. Nam graeca μερὸν pennam uocant. huius linguam praecipui saporis esse Apicius docuit. Excellet magnitudine perdicis rostrum quoque, et pedes phoeniceos habet. Martialis.

Dat mihi penna rubens nomen sed lingua gulosis

Nostra sapit, quid si garula lingua foret?

Sunt tamen qui phoenicem a uem a palmae potius arbore, quae graecae phoenix dicitur, appellatam putent, ob rationem, quam inferius dicemus. ALCIDEN. Domitianum. Alcides proprie Hercules dicitur ab Alceo uo Amphitryonis patre. Sed Domitianus aedificato Herculi templo uia appia octauo ab urbe lapide statuam suam sub Herculis nomine in eo locauit. Itaque simulachrum eius sub Herculis, siue Alade nomine adorabatur. Propter quod uocatus et ipse Alcides est. et a blandientibus poetis maior Alcides dicitur. Martialis.

Hercules in magni uultus descendere Caesar

Dignatus, laetiae dat noua templum uiae.

Qua Triviae nemorosa petit dum regna uiator.

Octauum domina marmor ab urbe legit. Idem,

Focundam uenit reparari mortibus hydram,

Hesperias thysco lauit in amne boues.

Haec minor Alcides, maior quae gesserit, audi.

Sextus, ab albana quem colit arce, lapis.

IVVENTVS. O iuuenes quasi dicat. O uiri Romani. Nam iuuenes a iuriconsultis dicuntur, ut Marcellus testatur, qui adolescentium excesserunt aetatem, quoad incipiant inter seniores numerari. iuuentus modo aetatem ipsam iuuenilem significat, modo frequentiam iuuenum. Aliquando etiam pro ipsa dea accipitur, quae praestit huic aetati. haec etiam iuuentus

nonnullis uocatur, quae admodum libertas. et iuuenta, quam uis hoc frequenter etiam pro aetate ponatur. iuuentati sacra pro iuuenibus instituta sunt. et a iuvene dicitur est iuuentus. et iuuentas. et iuuenti. et iunior comparatum et iuuenilis possessiuum. iuuenilia fingebantur Dianae simulachra, quae aetate fortis est ad toleranda uia, marum autem dea existimabatur Diana, ut supra dictum est. et iunius mensis a iunioribus. et iuvene scio, iuuenis fio. et iuuenilitas pro iuuentate. Varro. Quae de religio cupida iuuenilitas. et iuuenes, tenerae aetate boues, quae iam cessarunt uiuile esse, nec dum tamen ad summam magnitudinem puenerunt, dicitur, quasi iuuenies. Persius. Tot tibi cum in stama iuuenium omenta liquefiant. iuuenis autem a iuando uocatus est, quod ea aetate maxime apta sit ad laborem tolerandum. iuare iterum auxiliari est, et opem ferre. Unde iuuenos, et iuuenca appellati. et iuuentum, cuius appellatione animalia continentur, quae uel salmas gerunt, uel currus trahunt, bobus dicitur, exceptis. Est etiam uehiculari genus, quod quoniam a iunctis pecoribus traheretur, nonnulli a iungendo dicitur existimant. et iupiter, quasi iuuans pater. et iuno quod iuuet mortales. et iuumentum auxiliium, quod iuumentum dicitur. et adiuno operi fieri. a quo adiutor. adiutrix. adiumentum, quod et adiumentum dicitur. et adiuto frequentatiuum, quod et adiutor ueteres dixerunt. Pac. adiumentum quae ioseph, et defendite, et coadiuno. a quo coadiutor. coadiutrix. coadiumentum. iterum iuare est delectare. Virg. Non omnes arbuta iuuant, humilesque myrica. ab hoc sit iuuentus, quod non significat laetum (ut quaedam barbata accipiunt) sed laetitia plenum, et quod delectationem affert, differtque a grato, quod iuuetudo aliquando sola delectatio est, i grato etiam comodu, ut infantia filiorum, ac pueritia parentibus iucundior est, adolescentia uero, ac iuuentus gratior. Ci. Est mihi iucunda i malis, et grata in dolore uestra erget me uoluntas, iucunda igit, quasi plena uoluptatis, i prosperis, et gratia, quasi plena fructibus in aduersis. Idem. Quae quae quod praesens tanquam i manu datur, iucundius est, tamen haec in posterum gratiora, manu naualia portus. aquarum ductus, omnia quae ad usum reipublicae pertinent. a iucundo fit iucunde aduerbiu, hoc est cum laetitia. et iucunditas delectatio. ite iucundior. iucundissimus. iucundius iucundissime. et iubar. et iuba et iubilo, de quibus superius diximus.

CONFER. Copara. STEMMA. Faemus, rem gestam. Stemma proprie coronamentum significat, dicitur a graeco, quasi σέπρωμα. σέπρωος enim corona est, σέπρωω coronatus σέπω redimo, σέπωμαι redimor, σέπρωμα stemma, quoniam uero mos erat antiquissimus, ut clari uiri ob re bene gestas coronis donarentur, et eadem statuam apud ipse ponebantur, inualuit consuetudo, ut stemma aliquando pro stantore, et (ut ita dicam) strategemate accipitur, ut hoc loco. aliquando pro ipsis maiorum imaginibus, quae poni i atrijs solebant. Martialis. Atria Pisonum stabat cum stemmate toto. Iuuenis. Stemma quod faciunt. Phyn. pro corona posuit. Stemma uero lineis discurrebat ad imagines pictas. Suetonio. Quid i uetere gentiliu stemmate C. Caesari passoris Caesaris imagines retinuerunt. iuriscōsulū aliquando stemmate uocat (ut ita dicam) i iurispites, quibus familia partitur. ut hic pater illius est, hic illius filius, cui ille succedit. CAESARIS. Qui taurum fecit i aethera tollere Aladen. IOVIS. Qui se i taurum formauit aequora uehentem Europam. UT TULERINT. Quae uis tulerit, ut iterum adiunctua coniunctio est. Plautus mihi suasisse, ut ad te ire iterum temporis aduerbiu est, et significat statim. postquam. quae primum. Aliquando qualitatis, et significat quomodo. Virg. Ut uidi, ut perij, ut me malus abstulit error. id est statim postquam uidi, sine quam primum uidi, quomodo perij nonnunquam praepete,



quippe sine ut pote accipitur sequente relativo. Quintilianus, Nec ignoro igitur quos transeo, nec utique damno, ut qui dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid. interdum similitudinis est. Plautus, Ut mbrices flumens oculi. Est etiam quando significat secundum quod. Quintilianus, At uero orator, ut est semper ad dicendum paratus. Cicero, Qui sermo. quae praecipit. quanta notitia antiquitatis. scientia iuris. augurum. multa etiam ut in homine romano litera. id est secundum quod est semper ad dicendum paratus, et secundum id, quod solent scire Romani. Item pro utinam elegantissime accipitur. Terentius, Ut te dii, deaeque omnes perdant. Et pro quamuis, ut hoc loco. Et apud Plautum, ut istuc periculum ingens sit, me tamen non terrefact, hoc est quamuis sit ingens periculum, quod nemo antehac notauit. ab ut deducatur uti, et sicut sicut. uelut uelut, de quibus supra diximus. Et utinam quod optanti aduerbium est, diciturque etiam O utinam, et utique, quod significat prorsus omnino, et prout pro sicut, et utinamque pro quomodo inique, et ut pote, quod significat quandoquidem, et ut puta quemadmodum. ONVS. Pondus. a quo sit onero, quod est pondus impono. transferturque etiam ad animum, ut onerat me caris. onerat lacrymas, hoc est implet. premittit. hinc oneratum, et onustum pro pleno frequentissime accipitur. et onuste aduerbiu plene. onerosus quoque si frequenter inuenitur, quod est plus, quam oneratus. et onerariae nauis dicte, quae onere tarda sunt, et ex onero uerbum, quod est alleuo, onus detraho. a quo exonerator. exoneratrix. et exoneratio. ISTE. Taurus Caesaris. ALTIUS. Sublimius. Altus aliquando ab alio deducitur, quod est nosterio. Varro, Altus alieno sumptu. Plyn. Onullo lacte altus, hoc est nosterius. Aliquando ab ala, quasi alatus, et si significat proprie sublimem. aerum. hinc proceras arbores altus dicimus, et altus pyramides. alta aedificia. altos montes. ponitur tamen frequenter pro profundo, quae admodum est contrario profundum pro sublimi ponitur. hinc altum aliquando pro caelo, pro mari usurpamus. Virgilius, Haec ait, et Maiae genitum demisit ab alto. Idem, Multum ille et terris iactatus, et alto, in superum. altum etiam uocamus profundioris maris partem, et a terris remotiorem. Sallustius. Et piscatoria scapha in altum nauigat. per metaphoram quoque altum aliquando pro excelso, ac glorioso accipimus. Virgilius, Te sine nil altum mens inchoat. et pro ueteri, atque antiquo. Idem. Altius omne expediam prima repetem ab origine factum. et pro presso. occulto. obsuro. Idem. Quid me alta silentia cogis rumpere? Idem. Sin altior istis sub pedibus uentia ulla latet. ab hoc fit alte aduerbium, quod modo excelsi, modo profunde significat. a quo altius, et altissime, sicut ab altus altior, et altissimus. Item. Altitudo, quod modo sublimitatem, modo profunditatem significat. et altare, quod antiqui dijs superis in aedificijs a terra exaltatis sacrificia faciebant, sicut dijs terrestribus in terra, dijs infernalibus in fossa terra, quamuis sine, qui altaria potius appellata uolunt, ab eo, quod igne adolentur, uel quod in ipsis oleat, hoc est excretae ignis. unde exoleti appellati sunt, qui oleandi, hoc est cretae modum excreuerunt. Plautus, Reliqui domi exoletam uirginem. cum uero id nomen substantiuum est, si significat sortum masculinum iam adultum. et Altellus Romulus dictus, quia si in terra altus a lupa, siue quod telis aleretur, siue quod rebus gestis excelsus, ac gloriosus esset, seu quod a Tatio Sabinorum rege in colloquium postulatus alternis uocibus audierit, ac locutus fuerit. Nam sicut a Macro Marcellus, a Vastro Vafellus, ita ab alterno Altellus secundum aliquorum opinionem deducitur, et Altanus uentus, quod in alto flat. et alto uerbum, quod non est in usu, sed eius compositum ex alto, quod est

extollo. a quo exaltatio, et altifonus, quod ex alto sonet, et altitonans, quod e caelo tonet. et altiuolans, quod in altum uolet.

DE ELEPHANTO CAESAREM ADORANTE EPIGRAMMA. XVII.

**Q**UOD PIVS, ET SUPPLEX. Rursus blanditur Domitiano, quod ab Elephanto adorari uisus sit, tribuens hoc diuinitati principis. Ordo est. quod hic elephas, qui modo erat tam metuendus Tauro, nunc pius, et supplex adoret te d' Caesar, faciat hoc non iussus, et nullo magistro docente, sed quia deum te esse intelligit. ELEPHAS. Elephatus, siue elephas (utroque enim modo dicitur) maximum terre strium animalium est, proximique sensibus humanis obediens in magistros, officiorum memoria. adorat regem, genua submittit, coronas porrigit, et quod in homine quoque rarum est, probitatem praese ferre uidetur, prudentiam. aequitatem. religionem. solis quoque, et lunae uenerationem, siquidem in mauritaniae saltibus ad quendam amnem, cui nomen est Anulo, nitescente luna noua elephantorum greges descendunt, ibique se purificantes soleniter aqua circansperguntur, atque ita salutato sidere in syluas reuertuntur. Romae uicli primum ad curium suere Pompeij magni a phryco triumpho. Nam prius liber pater eos subiugata India iunxerat. Germanici Caesaris gladiatorio munere quosdam inconditos motus adere nisi sunt saltantium modo. Vulgare in ipsis fiat arma in altum iacere, gladiatorios congressus exercere, per sineres incescere, plenisque hominum triclunij ita libratis uelut stigijs per lectos ire, nequis potentium attingeretur. tradunt etiam non ignobiles auctores quaedam ex ipsis ductus graecarum literarum didicisse, et eius linguae uerbis ita solitum perscribere. αὐτὸς ἐγὼ τὰς ἱερὰς ἀσπίδας τε καὶ ἀνδύνας. id est ipse ego, haec scripsi, et spolia celticae diuinae. praedam in se expeti sciunt solos dentes, quae aliqui cornua appellarunt. quae obrem electos aliquo casu terra de fodiunt. hoc solum ebur est, in caetero corpore uilitas ossa. quanquam ossa quoque aliquando in lammas dentium penuria seauerunt arcuuenti a uenantibus primos dentes constituant, quibus sunt minimi. postquam fessi sunt, in pactos arbori frangunt, hac praeda se redimentes, quemadmodum facere de testiculis Castorem tradunt, adeo quibusdam animalibus exploratum est, quare ab hominibus petantur. tradunt praeterea elephantos homine obuios in solitudine. et simpliciter oberrante, elementem, placidumque demonstrare uiam, uestigio uero hominis priusquam in ipso homine animaduerso insidiarum metu contremiscere. olfacere. subsistere. circumspectare. irasci, nec calcare, sed erutum proximo tradere. illi sequenti pari modo usque ad extremum, tunc agnens circumagi, et directam acie reuerti. gregatim semper incedunt, ducit agnens, qui senior est, cogit aetate proximus. flumina transiri minimos praemittunt, ne maiorum pondere atterente alueum altitudo gurgitis augetur. imponitur eis nomina, easque intelligunt. Cato unum, qui in punice acie fortissime fuerat praeliatus, suorum tradidit uocatum altero dente mutilato. Antiochus duos habuit in bellis usibus celebres, Aiacem, et Patroclum. Cumque aliquando uadum fluminis ex periret, renuit Aiax transire, qui semper dux agminis fuerat. Tum pronuntiarum iussit Antiochus eius fore principatum, qui prior transisset. Transiit itaque Patroclus donatus ob id faleris argenteis, quibus id animal maxime gaudet, et reliquo omni primatu. Aiax mortem ignominiae praeferebat in media uitam finiuit. Mirus nanque in ipsis pudor est, uictique uictorum uocem fugunt. Pudore nunquam, nisi in abdito co-

De supplexe elephante.  
Quod pius et supplex, elephas te Caesar adorat,  
Hic modo, qui tauro tam metuendus erat.  
Non facit hoc iussus, nullusq; docente magistro  
Crede mihi ferre et ille tuum, numerum.

10  
20  
30  
40  
50  
60







gentes à tota controversia uelint. Modo significat id, quod animus sentit, hoc est credulitatem. Vnde ex animi nostri sententia loqui, uel euenire aliquid dicimus. Modo capitur pro eo, quod uerba significant. Idem, tam obscure loquimur, ut nulla ex uerbis eius sententia colligi possit. Nonnunquam etiam sententias uocamus lumina ipsa orationis, praesertim quae in elusis sunt breuiter collecta. Et à graecis νόμος uocantur, ut quomodoq; ab eo nomine deducto, quod similes sint consilij, atque decretis, & haec interdum ad rem tantum referuntur. Ut nihil est tam populare, quam bonitas. Interdum ad personam. Ut qui uult omnia scire, necesse habet multa cognoscere. Aliquando non sunt simplices, sed rationem quoque subiectam habent, ut in omni certamine, qui opulentior est etiam si accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facere uideatur. Quandoque duplices sunt. Ut obsequium amicos, ueritas odium parit. Plerumque fit ex diuersis. Ut mors misera non est, adiuuans ad mortem est miser. Item tam deest auaro, quod habet, quam quod non habet. Nonnunquam per interrogationem fiunt. Ut usque adeo ne mori miserum est? Hinc orationem, quae huiusmodi lumina crebra habeat, sententiosam dicimus. Sensus quoque licet, proprie corporis sint, ut supra diximus, tamen consuetudo iam tenuit, ut mente concepta. Sensus uocauerunt, quae à ueteribus sensa dicebantur. Cicero. Quod exprimere dicendo sensa possumus. Plinius, Nihil enim tam ridiculum, quam uerborum sonitus inanis sine sensu, ac scientia. A sensu fit sensibile, tam quod sentit, quam quod sentitur. A quo sensibilitas, & sensificum, quod sensus causam praestat. Macrobius, spiramentum sensificum ad sua quaeque loca naturali lege ducentes. Et sensibile pro sensibile. & sentina pars nauis inferior, quae eius factor sentitur. A qua sentinor, & sentinum, de quibus superius diximus. & sentis spina, quod à tangentibus quam primum sentitur. A quo senticosum spinosum dicimus. Interdumque pro aspero ponitur. Lucilius, Quam sentiosa uerba peritorquet turba. Et sensim aduerbium, paulatim, quasi cum meditatione, & sensu. Quinque sensus corpori ita uocati sunt, quia per eos tanquam per quasdam fenestras animus sentit. Huius enim sedes, & habitatio in cerebro est. De uentris autem cerebri, quas uentriculos cerebri antiqui uocauerunt, septem paria neruorum, quas graeci οὐρίαι, hoc est coniunctiones uocant, oriuntur, & spiramentum sensificum ad sua quaeque loca deducunt, ut sensum e uicinis, ac longepositis membris animalis hauriant. Primum par neruorum tallium oculis petit, & agnitionem specierum, ac colorum discernitionem illis praestat, quae referant. Secundum in aures se diffundit, unde oritur notitia sonorum. Tertium naribus insertum ad odorem percipiendum. Quartum palatum tenet ad gustum, atque saporem. Quintum per totum corpus diffunditur, ut mollia, aspera, frigida, calida discernantur. Sextum, stomachum petit, ut quae desunt appetat, & quae sunt superflua respiciat, seque ipse moderetur. Septimum par neruorum uitali medullae sensum infundit, quae id est in animali, quod in nauis atrina, & adeo ceteris usu, ac dignitate praestat, ut longum cerebrum à philosophis uocatur. Ex hac ergo, quasi ex cerebro diuersi nascuntur meatus, qui cordi, & icori, & pulmonis uires ministrant, neruis pedum, manuumque uirtutem ingerunt, & ut successio procuretur, pudendis quoque, & uteris muliebris opem subministrant. A sensu fit diminutuum sensiculus. Quintilianus, inde minutum corruptaque sensiculi, & extra rem petiti. A sentio composita fiunt assentior, quod est consensum praesto. A quo fit assentor, hoc est adulator, & quasi omnibus consensum praesto, ut ille apud Terentium, Aut, aio, negat, nego. Differuntque haec tria, assentor, adulator,

blandior, quod assentari proprie est uoce, uel laudando, uel a sentiendo capere. Adulari quoque modo uel uoce, uel gestu suauem querere. Blandiri proprie tactu. Veruntamen ad alios quoque sensus transfertur, et nonnunquam ad animum. Quintilianus, Tu non cogitas, quem admodum suffensa manu sonantem blande cordinem flectas. blande inquit, hoc est suauiter idem. Blandiar iudices paulisper calamitatibus meis, & sic agrum tanquam inuenerim utrunque sanum. Confunduntur tamen haec, & fere pro eodem plerumque ponuntur. 10 Ab adulator, adulator, & adulatrix, & adulatio deducuntur. A blandior, blandus, & blanditia, & blandiculus, & blandicellus diminutina. Vnde blandicella uerba apud Neuium, & alios legitur, & blande, & blandicula aduerbia, & compositum subblandior. Plautus, non matronarum, sed meretricum officium est uiris alienis sublandier. & blandidicus, qui blande loquitur. Plautus, Nunc mihi blandidicus es, heri in tergo meo tres faece corios contriuisi bubulos. Blandusia fabianensis a gri regio, in qua fuit ager Horatii poetae. Ab assentior assensus, ab assentor, assentator, & assentatrix, & assentatio in genere blandientium adulatorum, atque assentatorum, Parasiti sunt, ita eum uocantur, qui ad uoluntatem eius, in cuius contubernio sunt loquuntur, & faciunt nihil repugnantes tibi, & uentris gratia, à quo nomen habent. Nam παρὰ apud graecos ad significat citior abusus citia sagna. A parasitus fit diminutuum Parasitaster, quod non significat paruum parasitum, sed parasitorum imitorem. in aster enim desinentia nomina non diminutua sunt, sed imitationem quandam significant eius, à quo descendunt, ut superius diximus. παρὰ etiam graeci praeposito pro apud absque penes, dis, re, pra. Ab tam in appositione, quam in compositione accipitur. Hinc parabola similitudo. Paradigma exemplum, quod tribus modis fieri solet. A pari. Virgilius, Ac ueluti magno in populo, cum saepe cohors est seditio. A maiori ad minus idem. Qualiter expressum uentris per nubila fulmen. A minore ad maius idem. Si potuit manes accersere coniugis Orpheus Threicia fretus cithara. Paragege deductio, ut cum dicimus dicitur pro dicit, Lucrarier pro lucrari. Paranympus, auspex, de quo diximus. Paragraphe praescriptio. Parathesis appositio. Paralysis dissolutio, & langor neruorum. A quo, qui eum morbum patitur, paraliticus. Parallelus, quasi altermus, à quo lineae aequae distantes parallelas uocamus. ideoque segmenta mundi, quae nos circulos dicimus, graeci parallelos nominant. Paradiastole dilatio. Est enim figura, per quam rem aliquam per interpretationem dilatamus, ut cum astutum sapientem, prodigum liberalem uocamus. Paronomasia agnominatio, ut cum dicimus abire non obire te conuenit. Parascene, apparatus. Parenthesis, interpositio. Paromia prouerbum. Parapetasma uelum, de quo superius diximus. Parodos transiit. Paroxysmus, stimulatio, conuulsio. παροξύσει enim incitare, urgere, stimulare est. Paradromus, ambulatio, siue xystus, de quo superius diximus. Paraconium gladii genus ad conam aarngi solutum. Martialis. Militiae decus hoc, gratiaque erat omen honoris. Arma tribunitium cingere digna latus. Parochus auspex, siue paranympus, quod ante uehicula erat, quae graece ὀχνηματα dicuntur. uehiculis enim sponsae ducti ad uirum solebant. Parotis apostema, quod secundum aures oritur, quae graece ὠτία dicuntur. Parectae, qui de pueritia ueniunt ad pubertatem. Lucili inde parectae chlamydes, ac barbula prima. Varro. Parectae adsunt, mulierque, & Venus caput. Parasange apud Persas uiarum mensurae



sunt. prætere a assentio. præsentio idem, quod sentio. Præsentio, antepresentio. antepresentio. à quo præsentio præcognitio, & quasi presentia. & dissentaneum discors, atque dissentiens. Nigidius. Eum locum facit dissentaneum. Consentio, conuenio. à quo consensio. consensus. & consentaneum, hoc est conueniens. Consentaneæ, conuenienter. Et consentia sacra, quæ ex consensu multorum sint statuta. item à dissentio dissentaneum. idem. Eum locum facit dissentaneum. NVMEN TV-VM. Diuinitatem tuam, hoc est te deum esse. Constat sanè Domitianum ita appellari uoluisse. Nam cum procuratorum suorum nomine formalem dicitur epistolam, sic cœpit, dominus, & deus noster hoc fieri iubet. Vnde institutum in posterum, ut ne scripto quidem, ac sermone cuiusquam aliter appellaretur.

DE TIGRIDE DILANIANTE LEONEM  
EPIGRAMMA. XVIII.

**L**AMBERE SECURI. Blanditur Domitiano de Tigride, quæ leonem dilaniauerat, rem ante actis temporibus inuisam. Rursum hoc tribuens principis numini. TIGRIS. Appositue magna gloria ab Hyrcano iugo, hoc è quæ in hyrcania gloriæ principatum obtinisset ob magnitudinem, ferocitatemq;. Tigres hyrcani, atque indi ferunt, sed in Hyrcania ferociores sunt. Virgilius, Hyrcanæq; admouunt ubera tigris. Ex omni bestiarum genere sola ferè panthera, & Tigres macularum uarietate spectantur. Tigris est uelocitatis tremenda. & tunc maxime cogitur, cum capitur. Totus eius factus, qui semper numerosus est absente matre capitur, ab insidiante homine, quammaxime pernicia equo insidente, & in recentes de industria paratos se subinde inferente. At ubi uacuum cubile in reditu reperit facta (Mas enim sobolis curam non habet) fertur præcepit, odore uestigia persequens. Raptor appropinquante fera, unum ex oculis abijcit, apprehendit illa morsu, & quasi pondere aucta celeritate ad cubile reportat, iterumq; consequitur, donec raptor nauim ingressus irritam faciat illius in litore feritatem. Hinc tigris nomen huic feræ impositum, siquidem Mædi tigrim sagittam appellant. unde flumen quoque mira celeritate decurrens, Tigris appellatus est in regione Armeniæ minoris, fonte conspicuo ortus in planitie, ubi tardior fluit. hoc est usque ad medorum fines Diglito appellatur, tum incipit uocari tigris, quod ueluti sagitta uolare uideatur. insluit in lacum arethissam, omnia illata pondera sustinentem, & nitrum nebulis exhalantem. Vnum ei piscium genus est, & hoc transcurrens flumini alueo non miscetur, sicut nec è tigris pisces in lacum transnatant. Fertur autem & cursu, & colore dissimilis, transuetusq; occurrente tauro monte in specu mergitur, subterq; lapsus ab altero latere eius erumpit. quem locum Zoroandam nominant. Eundem esse paleæ. aliq; diuersa ostendunt. Alterum deinde transit lacum, qui thesbitis appellatur, rursusq; in cuniculos mergitur, & post uiginti quinque millia passuum circa nymphæum redditur, tam uicinum Arsanie, ut confluant. non tamen miscantur. leuior enim arsanias innatat. quatuor ferè millium spatio mox diuisus in euphraten mergitur. Tigris autem ex armenia acceptis fluminibus claris arabas. oreos. adiabeno; q; determinans. Mesopotamiam facit, & circa babyloniam in duos alueos diuisus altero meridiem, ac seleuciam pent, altero ad septentrionem flexus campos cauchas fecit, & ubi remeare aquæ Pasitigris appel-

latur. Postea recipit ex media hydaspen, & in lacus chaldaicos se fundit. Mox uasto alueo profusus decem ostijs mari persico inferitur. Proxima tigris regio paropotamia appellatur. Armenia duæ sunt, maior & minor. Maior incipit à pariedris montibus, & eu phrate amne aufertur cappadociæ, quem ipsa simul, & tigrim fundit, quo à mesopotamia disternatur. initium eius regionis faciens inter duos amnes iteræ. Quod interest ibi tenent arabes orei. Sic fines usque in diabenen profert ab ea transuersis iugis inclusa. Latitudinem in læna pandit ad cyrum amnem transuersa in araxem. Longitudinem uero usque ad minorem armeniam, quæ ab araxem in pontum defluente, & pariedris montibus, qui fundunt ab sarum clauditur. Araxes oritur in emochis montibus eo modo quo euphrates sex millium passuum intervallo. Hic quo ad campos armenie fecit, labitur placidus, & silens, neque in utram partem currat, manifestus. Cum in asperiora deuenit, hinc atque illinc rupibus pressus, & quanto angustior, tanto magis pernix, frangit se subinde ad opposita cœlitum, atque ob id ingenti cum murmure, sonansq; deuoluitur adeo citius, ut qua ex præcipiti in subiecta casurus est, non declinet statim undam, sed ultra, quam canalem habet euehat, plus iugeri spatio sublimis, & aquis pendentibus semetipse sine alueo ferens. Deinde ubi in curuus, arcuatoq; amne descendit, fit tranquillius iterumq; per campos tacitus, & uix fluens in id litus elabitur. A IVGO. A monte parsi pro toto. Quid iugum montis sit, superius diximus. HYRCANO. Hyrcania scythiæ prouincia est in regione, quæ Apauortene dicitur, à cassijs orientem uersus, à qua gentes Hyrcani dicitur. Ab eorum litorebus hyrcanum mare uocari incipit à flumine sideri. Abundat hæc prouincia pantheris. pardis, & tigribus. Lucanus,

Quas nemore hyrcano matrum dum lustra sequuntur,  
Alis caesorum pauit cruor armentorum.

CONSVETA LAMBERE DEXTRAM. Mansuefacta. Talis in spectaculis proposita fuerat prius à diuo Augusto, postea à Domitiano. CONSVETA Solita. Sueræ proprie sarcanare est. unde sutores dicuntur, qui calceos suunt. & sutrina, sutorum taberna. & sutorium nomen possessiuum, unde artem sutoriam, & instrumenta sutoria dicuntur. Et suterna ipsa sutura, siue opus sutorum. Varro, Quod suternas facere inscius, Nihil homo agis. Et subula qua perforantur calcei, ut setæ immittantur. à qua fit de subulo uerbum, quod est per fodio. Varro, Alteram carne adensubulasse bona corporis secutum. & subulo animal è cernuum genere, de quo alibi diximus. Et sutela dolose astutia, à similitudine suentium dicitur. & sueco, quasi suor, atque aligor ad aliquod agendum. & consuetudinem capio, hoc etià suefacio dicitur. à quo suefio. & suefio. & suefactus. & suefudo. & suefactio. item à suo composita fiunt assuo, quod est suendo annecto. à quo assuesco. & assuefacio. unde assuetus, & assuefactus. item assuetudo. & assuefactio. inter suo, interpono. intermitto. Per suo in totum suo. Exuo, quod proprie est exoluo, & quasi dissuo. Virgilius, Exultat exutas uicli ad sidera palmas. Aliquando tamen ponitur pro denuo. idem. Magna ossa, lacertosq; exuit. Modo pro alieuo. idem. Et si quis adhuc precibus locus exue mentem. item pro libero. Lucretius, Vnde domum uix redeat, uixq; hoc periculo exuat se. Hinc deriuantur exuuiæ, quæ sunt non solum hominum, sed aliorum, quoque animalium spolia. Virgilius de serpente compositis nouis exuuijs, nitidusq; iuuenta uoluitur. Huius contrarium est induuiæ ab induendo dicitur. Vnde & indumentia, hoc est uestimenta. induo uero ab inuis deduc-

De Tigride & Leone.

Lamber securi dextra consueti magistri  
Tigris ab hyrcano glosa zara iugo.  
Sua feru zabudo lacrauit dente leonem,  
Res noua nō ullis cognita temporibus.  
Ausa est tale nihil syluis dum uixit in malis  
Postquam inter nos est, plus fortians habet.



citur quasi intuo, sicut indusium, de quo supra diximus, quasi intusium. Ab induo indutor. Et induerix deriuatur. Praesuo, ante suo. insuo idem, quod suo, siue intersuo. Ab hoc insuetum dicimus eum, qui non fuit insutus, hoc est frequens ad aliquid agendum. et ideo non habuit consuetudinem. sed est insolitus. Subsuo, subter suo. Dissuo, dissoluo. Cicero, Magis censent sapientes docere sensim dissuere, quam repente praecidere. A quo dissuesco, hoc est dissoluo me amore, et consuetudine pristina, quod et dissuefacto dicitur. unde dissuetus, et dissuefactus. et dissuetudo. et dissuefactio. Veteres dissueui illum actiue dixerunt pro dissuefacto, hoc est consuetudinem dissolui. Titimius. Parasitos ammoni lenonem aedibus expuli, dissueui nequo ad cenam iret extra consilium meum. in eadem significatione desuo quoque usurpamus. et ab eo desuesco. desuefactio. desuetus. desuefactus. desuetudo. desuefactio. Resuo, rursus suo. Consuo, simul suo. Hic consuesco, quasi applicor, atque ascribor ad aliquid agendum, ita ut consuetudinem faciam. Ab eo consuefactio. et consuetudo deducuntur. Plautus etiam consuetionem pro consuetudine frequenter usurpat. Consuescere etiam aliquando ponitur pro eo, quod est coire, et rem habere. idem. Sed tu unquam cum quiquam uiro consueuisti. Le. Nisi equidem cum Alchephimarcho nemine. Neque pudicitiam meam mihi alius quicquam immunuit. Suo uero a sue deducitur, quia huius animalis pilis in suendo sutores utuntur, ut in ferius dicimus. LAMBERE. Lingere. Hinc quidam labrum deductum uolunt, quod falsum est. Nam labrum a lauando dicitur, quod aquae superficie perluatur. Etenim proprie labrum margo, et extrema ora fluminis. Lacus. fontis, et aliorum huiusmodi, quae leui aquae motu perlumuntur. Hinc labra et oris, et aliarum rerum extremitates uocamus, quae in homine etiam labia dicuntur, et foemino genere Labia. Terentius. Continuo accurrat ad me, quam longe quidem incuruus tremulus, labijs demissis gemens. Ab hoc fit sublabro uerbum, quod significat intra labra immittit. Nenuius, iam ego illis subiens sublabro esui illud sinciput. et diminutiuum labelum, quod modo de paruo hominis labio dicitur. Plautus, Contere labella labellis. A quo fit collabello, quod est labra adiungo. Laberius. Perge iam collabella osculum, hoc est iunctis labijs osculare. Modo genus uasis est, quod et labrum a lauando dicitur. Plinius, Cineremque in labellis aqua addita confricat manus, et considerare patuntur. Hinc labra uariaria dicuntur. Labra lupinaria, et labra olearia, in quibus lupini conduntur, et in quae uina et lacu, oleum et cortina transferuntur. Labra etiam plagiarum, ac uulnerum, et fistularum dicuntur, hoc est extremitates. Hinc labrusca appellata, quod in labris, hoc est extremitatibus agrorum, sepibusque nascitur. haec est uitis syluestris, in qua fit optimum uinum, quod uocatur oenantheinum, hoc est uinum e floribus, quippe oiuos uinum est, arbor flos. duae florum eius librae sumuntur, et in musto cito macerantur post triginta dies mutantur. et labrum uenerium, herba in fluminibus nascens, cui uermiculus inest, qui arat dentes in dolore ligatur, aut cauis eorum cera includitur. Miro certe decore laborum situm natura dispositum, et quae quasi antea cohaerebant, decenter interfecit, quorum superius sub ipsa medietate narium lacunar quadam leui, quasi ualle signauit, inferius honestis gratia foras molliiter explicauit. A labris bronchi labeones appellati sunt. qui prope bronchi dicuntur, qui producto sunt ore, et dentibus eminentibus. A labris ergo potius, hoc est oris extremitatibus est lambo deductum. Nihil enim aliud est labere, quam lingua, et laborum extremitatibus leuiter aliquid tangere. A lambo fit delambo. et prolambo eiusdem significationis. SECV

RI. Nihil tale timentis. Securus enim dicitur, qui sine cura est, quasi seorsum a cura. Hinc aliquando pro contemptore accipitur. Virgilius, securus amorum germanae. idem. Securi pelagi, atque mei. Ab hoc fit secure aduerbium. et securitas nomen, hoc est quietas. tranquillitas. Cura aliquando studium, et diligentiam significat, ut salus tua est mihi cura, hoc est ad ea, quae ad salutem tuam pertinent, omne studium, diligentiamque adhibeo. Aliquando accipitur pro opere, quod adhibita cura, et studio fit. Martialis, Teque piget curae praemia ferre tuae, id est praemia operis abs te facti. Item pro sollicitudine, et anxietate. Terentius. Quanta me cura, et sollicitudine affecit, et ita inuicem haec duo distinguuntur, quod cura proprie est in spe bonorum. Sollicitudo uero in metu malorum. Dicitur autem est cura, quod cor urat. Quidam curam, et curationem. et curaturam, ita separant, ut cura mentis sit, curatio medicinae. Curatura diligentiae. Terentius. reddunt curatura iuueas. Verum haec saepe numero confunduntur. A cura fit curiosus, qui nimis affectate cuncta perquirat, etiam quae ad eum non attinet. A quo fit curiositas. affectatio. diligentia. et curiose aduerbium, et horum contraria incuriosus. incuriositas. incuriose. item accuratus, ut accurata oratio, hoc est cum cura, et diligentia facta. et accurate aduerbium, id est ex arte diligenter. item curo curas, quod modo significat do operam. Cicero, Cura, ut ualeas. Modo in combo, curam habeo. Plautus, Tu quae agenda sunt cura. id est incumbe ad ea, quae agenda sunt. Nonnunquam me deor. Cicero. Difficilius enim alij alijs morbis curantur. interdum reficio. Vnde curare corpus, cum de hominibus loquimur, est cibo, lauacroque, et alijs similibus operam dare. Virgilius, Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus. Cum uero de apibus, aut alijs huiusmodi animalibus, cibo tantum. Hinc curatores dicuntur, qui pupillis loco tutorum dantur, quod pupillarium bonorum curam gerant. item illi qui rei frumentariae, et agris diuidendis praepositi sunt. Huius uocabulum foemininum est curatrix, et a curatore curatorium dicimus, sicut a tutore tutorium, et curatoria actio. curatorium munus. A curo etiam curia deriuatur. Quippe Romulus populum Romanum in triginta partes diuisit, quas, quoniam tunc rei publicae curam per earum partium sententiam ex pediebat, curias appellauit. his postea additae aliae quinque fuerunt, ita ut in sua quisque curia sacra publica faceret, feriasque obseruaret, ijsque curijs singulis nomina earum uirgnum imposita sunt, quas Romani a Sabinis rapuerant. Dehinc curia hostilia, quam primum aedificauit Hostilius rex, quod ibi senatus curaret res humanas, sicut in curijs ueteribus curabant sacerdotes res diuinas. Vnde curiones dicti, qui ad sacra accersiebant, et supplicationes indicabant. et curiatus ipse sacer magistratus. et curionum aes, quod dabatur Curioni ad sacerdotium curiatus. et curionia sacra, quae a curionibus instituta in curijs fiebant. et curiata comitia conuentus, qui litium causa in curijs fiebant. Curionem magnam Plautus pro macro posuit, quasi confectum, atque extenuatum curis. et excurio uerbum, quod est extra curiam eijcio. Varro. Apollonium ideo excuriuit, quia nihil habebat. A curia etiam curiales uocati eiusdem curiae tribules. et curiales flamines, sacerdotes curiarum. Curiales uero mense uocitabantur, in quibus immolabatur Iunoni, quae Curitis appellata est. non a cura, sed ab hasta, quam manibus ferebat. haec enim Sabinorum lingua dicitur curis. Quemadmodum Romulus Quirinus est dictus, quod hastam ferre solitus erat. a quo Romani quirites nuncupati. Nunc quoque pari ratione Romana curia dicitur pontificis maximi, patrumque, et minorum pontificum conuentus,



quod in ea totius orbis terrarum, & christianæ reipublicæ negotia curantur, nec minus profana, quam sacra. à qua qui eam sequuntur curiales appellantur. A' curio præterea fit compositum procurio, quod interdum idem quod curio significat. Apulcius, Hunc enim equulum suum curiose nimis procurantem inueni. interdum aliena negotia gero. unde procuratores dicti, quem admodum Vlpianus definit, q' aliena negotia mandato domini administrant, potestq; uel omnium rerum, uel partis, uel tantum unius esse procurator, constituitq; uel coram, uel per nuntium, uel per epistolam. unde literæ ipsæ siue tabellæ procuratoris appellantur, & gestio ipsa negotiorum procuratio. item à curio custos, qui rem aliquam curat, & tuetur. unde custodem ostij dicimus, qui curat, ne quis iniussus ingrediatur, custodem hortum, qui hortum tuetur, nec aliquè patitur ingredi, aut damnum facere. Custodem furum, qui fures obseruat, et prohibet. Custodem sacrorum, qui sacra ministrat, atque obseruat. V'rgilius, At domus herculei custos pinaria sacri. Ab hoc fit custodia uerbum, quod est obseruo. & custodia obseruatio, quam ueteres custodelam dixerunt. & custodito, opera ad aliquid custodiendum sumpta. & incustoditum, quod sine custodia est. Martial. incustoditis, & apertis Lesbica semper liminibus peccas. item à cura obscurum, quod ea quæ lumine carent, curam nobis obijciant, de quo inferius latius differemus. item aliud compositum Curisugia nomē à nobis uillæ nostræ nuper inditum, quam in sentinati a gro habemus, inter duo situenta sentinum, & neuolam, ubi saluberrima est cœli temperies. Situs amœnissimus. cœlum hyeme non nimium frigidum. æstate gelidum stantibus semper suauissimis auris. a gri forma pulcherrima, & quasi amphitheatrum quoddam immensum naturæ manibus factum. Lata & diffusa planities. montibus angitur. Montes prociore sui parte syluas habent. & nemora antiqua, inter quæ sunt pingues, & terreni colles apti frugibus, & omni fructiferarum arborum genere consiti. Sicubi saxum est, præstat cubilia feris. Nullum aucupio, nullum uenationi commodum deest. Sub ijs per latera uincæ porriguntur longe, latèq; contextæ, arcum quas oleæ sunt nostro iussu plantatæ miram præ se uiriditatem ferentes. à fine uero, imòq; margine arbuti omnis generis, & sylua solis consita castaneis, quas in altum surgere singulari uoluptate spectamus, tum præta floribus, & teneris herbis uirentia, ut quæ perennibus riuis nutriuntur. Campi præterea lati, spatiosiq; quos nisi ingentes boves, & fortissima aratra non domant, adeo tenaces sunt glebæ. solumq; profectum assurgit, ut nouo profcandi sulcosit necessarium. in ijs sunt ulmi miro ordine dispositæ, quibus adiunctæ uites sustententur. Sunt ad terendas fruges pistri na, quæ ueteres à molendo moletrinas uocabant. sunt siglinæ operum uarietate mirabiles, in quibus imbrices tabulæ. tegulæ. lateres. folia. uasa omnium generum fiunt. & ne piscatus quoque commoditas deesset, lacus est amplissimus, nostra opera nuper factus, non magno quidem sumptu propter colonorum, qui nobis adiumento fuerunt egregiam erga nos fidem, ac beneuolentiam, sed tanto studio. cura. diligentia, ut uix credas tantum opus priuatis uiribus tam breui tempore fieri potuisse. Gignit hæc aqua sponte sua uarios, ac laudatissimos pisces. Veruntamen & Perusini nostri, qui nuper nos cum omni nostra progenie ciuitate donarunt, e' trasimeno suo non paruum piscium quantitatem misere, & Sentinates nostri certatum undecunque alios aduehunt, ut celerius impleant æquor, nec ullum piscis genus desit, quod aquis dulcibus nutriripotest. Operæpretium est uidere iam naues per ea loca discurrentes, in quibus nuper satæ erant, & præta. & arbores. & pisces nunc ali, ubi paulo ante greges, atque armenta pascebantur.

ingens præterea uoluptas est e fenestris uillæ, quæ in edito ri colliculo sita est, hæc loca prospicere, neque enim terram, aquasq; sed pulcherrimam quandam speciem ab eximio pictore descriptam cernere uidemur, usque adeo multarum, ac uariarum rerum pulchritudine oculi quatinque inaderint, reficiuntur. Ratio autem impositi huic uillæ, quod diximus, nominis hæc fuit. Quod cum quidam ciues nostri, uel leuitate animi, uel quod potius remur inuidia, quia domum nostram bonorum omnium commune persequum esse animaduertebant, exhibere nobis in repu. negotium coepissent cedendum eis esse putauimus, ne, quod dicit uulgo solet, pugno aduersus caltrantes a fellos contenderemus. Transulimus itaq; nos in hanc, quam diximus uillam, eamq; curisugiam nominari in posterum iussimus, quod se curi in ea studijs nostris, quæ uita nobis uicandiora sunt, & confluentium ad nos amorum dulcissima consuetudine perfruamur. egestatem. miseriam. mendicitatem. & (ut dicam) liuorem leuissimorum hominum irridentes. FERA. Quasi reuersa in pristinam feritatem. TEMPORIBVS. Tempus quidam esse definiunt certam dimensionem, quæ ex cœli conuersione colligitur. Alij numerum motus esse dixerunt. Sed neutrum probo. Cur enim solis, & lunæ, ac syderum motus sint tempora, & non potius omnium corporum. An uero si cœssarent cœli luminaria, & rotæ figuli moueretur, non esset tempus, quo eos gyros metremur, diceremusq; aut æqualibus morulis agi, aut si alijs tardius, alijs uelocius moueretur, alios magis diuturnos esse, alios minus. Quid uero? Non ne & nos cum hæc diceremus, in tempore loqueremur? Sed ne corporis quidem motum de finiri tempus posse existimo. Si quidem corpus aliquando mouetur, aliquando stat. nec solum motum eius, sed etiam statum tempore metimur, & dicimus tantum stetitisse, quantum tempore abiit. Et cum uoto cuiusdã stetitisse sol dicatur, ut uictoriosissimum prælium perageretur, non ne sol stabat, tempus uero ibat? Nequaquam igitur corporis motus dici potest. Nam numerum motus dicere tempus penè insania mihi uidetur. Democritus atque Epicurus mundum ex indiuisibilibus frustis, quos atomos uocant, fabricatum esse dixerunt. Dura sanè, & minime probabilis sententia. Quantum autem magis fuisset improbanda, si mundum constare ex atomorum numero dixissent. non aliter ac si dicerent domum constare ex numero lapidum, aut lineam constare punctorum, cum paries ex numerosis lapidibus, & linea (ut quidam uolunt) ex numerosis punctis, non ex eorum numero constet. At tempus non modo numerus non est, sed ne numerosum quidem, aut numerabile. Arenam. peccuniam. gentem numerosam dicimus, quia multa numero, uel numerabilem, innumerabilem uero, quia potest, aut non potest numerari. Agrum uero, mare. cœlum nõ numero comprehendimus, sed metimur, quamuis mensura ipsa numero colligitur. Dicimus enim aut indefinite longius est hoc tempus, quam illud, aut definite duplum est, hoc ad illud. Sed si metimur, quod nam tempus metimur. Tria sanè tempora affirmant. Præteritum. præsens. futurum. Sed quomodo tria sunt, cum præteritum iam non sit. futurum non dum uenerit. instans nõ perstet? Non igitur metiri præteritum possumus, quia iam non est. nõ futurum, quia non dũ est. non præsens, quia nullum eius spatium est. Quomodo igitur tempus ipsi definiemus? Dicimus ne cum Cic. tempus definire difficile est? An uero distensionem quandã esse affirmabimus? Certe hoc affirmabimus. Sed cuius rei distensio sit, ignorare nos dicemus. Scimus sanè nos ista in tempore dicere, diuq; nos id de tempore locutos esse, atq; ipsum diu nõ nisi mora temporis diu eẽ. sed quõ hoc scimus, quã do qd sit tẽpus nescimus, An forte nescimus, quõ id dicimus qd scimus. An uero animi disten-



sionem esse tempus dicemus? An potius academicorum more dicimus nos nescire, quid nesciamus. Ab huius temporis similitudine, quod spatio metimur syllabarum quoque in numerosa oratione tempus appellamus, quod breuiores productioresue sint, & breuiore longioreue tempore proferrantur. item tempora dicimus quatuor anni tempestates. Verastatem. autumnum. hyemem. item quæ caluaria ex utroque latere subiacent, quod mouentur, & mobilitate ipsa quibusdam intervallis quasi tempora imitantur. Sunt qui scribant continuum, ac iuge tempus per accusatiuum casum significari. Terentius. Tringit dies in nauis sumus. Per ablatiuum uero cum aliquo intervallo. Plautus. Agrum hunc decennio colui. Sed hoc falsum esse doctissimorum uirorum auctoritate probatur. Cicero. sanè, et Virgilius. ac casuano, ablatiuo rariis uiuantur, & tamen indifferenter. Aliquando tempore in ablatiuo pro eo, quod est intra tempus usurpamus. Cicero. Paucis diebus eram missurus domesticos tabellarios. idem. biduo, aut ad summum triduo perierunt, hoc est intra paucos dies, & intra biduum, uel triduum. Et quandoque in hoc genere sermonis omittimus post. ut intra decem dies, quam uenit, conficit omne negotium. Paucis diebus, quam Rhodum appulsus est, duxit uxorem. id est postquam uenit. & postquam appulit, quæ exempla apud historicos frequentissima sunt. Pro tempore aduerbially usurpamus, id est oratione temporis. Cum tempore, id est cum mora, & spatio temporis. In tempore opportune. Ex tempore subito, quasi extra tempus commoditate. à tempus deriuatur tempestas, quod modo simpliciter pro tempore ponitur. Sallustius. ea tempestate in exercitu nostro fuere complures nomines, atque ignobiles. interdum significat serenum tempus, atque tranquillum. Virgilius. Vnde hæc tam clara repente tempestas. nonnunquam procellam. Plynium. hunc diem festum tempestatibus leniendus ferunt institutum. id est tempestates uocamus, in quibus grandines. procellæ, cæteraque similia intelliguntur. Virgilius. Et scædam glomerant tempestatum imbribus atris. Hinc tempestuosum pro procelloso accipimus. Gellius. Mare sæuè, ac tempestuosum erat. tempestas alba dicitur, cum nubes candidans obtegit cælum. Plynium. Nube grauida candidante, quod uocant tempestatem albam, grando immunebat. item à tempus tempestuosus, hoc est opportunitus. à quo tempestantis opportunitas, & tempestiue opportune. Eius contrariis intempestuosus. à quo intempestiuitas. & intempestiue, hoc est importunus importunitas. importune. Veteres etiã tempestum pro tempestuosum. intempestum pro intempestiue usurpauerunt. Vnde nox intempesta de qua supra diximus, quod minime tempestiua sit rebus agendis. item à tempus temporariu dicimus, quod non est perpetuum, sed ad tempus durat. Plynium. Opus maximum omnium quæ unquam fuere humana manu facta, non temporaria mora, uerumetiam æternitatis destinatione. Hinc temporarium theatrum, de quo supra diximus. Quidam in huius sensum temporale etiã usurpant. Temporarium etiã, & temporale, & temporaneu dicimus, quicquid ad tempus atinet. Vnde extemporariu, siue extemporale, siue extemporaneu pro subituario accipimus, ut extemporariam, siue extemporalem orationem. hoc est impremeditatum, ac subitariã. à temporeo etiã contemporeu dicimus eiusdem temporis, quæ nonnulli graecæ uoce synchroniu appellant. Sunt etiã qui ab his aduerbia usurpent temporarie, & temporaliter, & temporanee, hoc est ad tempus. Et ab ijs composita extemporarie. extemporalter. extemporanee, quæ significant impremeditate, et extemporales dictio sine præmeditatione. Suetonius de Tito. Latina, graecæque lingua, uel in oratio, uel in fingendis poematibus promptus, et facialis ad extemporalityatem usque. item à tempus fit temporior, hoc est celerior, & quasi tempestiuor. & temporiu aduerbiu

hoc est celerius, & quasi ante tempus. Colu. et ante crepusculu propter abi spem temperius ad officinam redeant. item tempore uerbum, quod proprie est temporis rationem habeo. moderator, tempore accommo uerum ad alia quæcunque transfertur. Vnde tempore uerbum dicimus adhibita aqua. Temperare irã, sedato animo. temperare ferrum, flammis, & ictibus. à tempore fit temperamentum, hoc est modificatio quædam. Plynium. Tali adhibito temperamento, ut nec lax et nimis, nec arctum esse patitur, & temperatura. idem. ferrum à rubigine uindicatur æruse, et gypso, & liquida picæ. Hæc est temperatura. à graecis antipathia dicta. & temperies, quod modo significat temporis aptitudinem, ac commeditatem ad aliquid agendum. idem. Sic iudicatur anni tempus. alibi tardius. alibi maturius. modo temperamentum. Plynium. Iunior, in quo saluberrima est aeris temperies. pro hac aliquando temperaturam ponimus. Varro. Quæro utrum hoc adduxerit cæli temperatura, an terræ bonitas. & temperantia, quod homo per eam afflictiones animi temperet, ac moderetur. Desinitur enim hoc modo. Temperantia est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma, & moderata dominatio, quam graeci σωφροσύνη uocant. Eius partes sunt continentia, per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. Clementia, per quam animi timere in odium alicuius conatati comitate retinentur. & modestia, per quam pudor honestus puram, ac stabilem comparat auctoritatē. Contraria temperantiæ est intemperantia. Ab illa temperans dicitur, quem graeci σωφρονα uocant. et temperanter aduerbiu quibus contraria sunt intemperans, & intemperanter. Et comparatiua, ac superlatiua eorum temperantior. temperantissimus. intemperantior. intemperantissimus. temperantus. temperantissime. intemperantius. intemperantissime. Præterea à tempore temperatus, hoc est moderatus, & temperate aduerbiu, moderate, & temperator. temperatrix. temperatio, quod est moderator. moderatrix. moderatio. & obtempore, quod proprie significat consulo proinde. Terentius, Ex qua re minus aut fama foret, aut rei obtemporens. Figurate tamen & frequentius accipitur pro morem gero. Cicero, Sic mihi semper obtempore aut, tanquam filius patri. IN ALTIS SYLVIS. In iugis montium hyrcaniæ. NIHIL. Non aliquid. Hilum ueteres dixere paruum illud nigrum, quod in summitate fabæ adhæret. unde pro breui et exiguo usurparunt. Ennius, neque dispendium facit hilum. Lucretius. Quod tua lades culpa non proficit hilum. Cicero, Tum illud quod Sisyphus uerfat saxum sudans nitendo, nec proficit hilum. Ab hoc fit nihilum, pro non aliquid, quasi ne hilum quidem. Et per apocopen nihil, rursusque per synocopen nil. Lucretius & Persius. è nihilo nihil in nihilum nil posse reuerti. POST QUAM. Postquam, & posteaquam connexiue particulae sunt. Virgilius, Postquam altos tetigit fluctus. Sic enim dictis sequentia copulantur. Sunt autem composita à post præpositione, & quam. post composita, et separata inuenitur, & significat iuxta graecam præpositionem, quando ordinem demonstrat, siue loci, siue temporis, siue alicuius alterius rei. Virgilius, Post montem oppositum. Similiter dicimus post multum temporis, post pietatum utilitas ponenda est. Accipitur etiã loco aduerbi pro postea. Terentius. Post faciet tamen. Virgilius, Post mihi non simili poena commissã luetis. Ab hoc fit postea. posterior. à quo posterius. postremus, ultimus. à quo postremo aduerbiu, quod & ad postremum dicitur, et quod ueteres usi fuerunt. Postremissimus, et postrematus, pro extremitate. posterus, quod post nos futurus est. à quo posteritas. ut quod mox aliquæ sequitur, ut postea lux, hoc est sequens. Præposterus, quod prior loco est, cui deberet esse postremo. à quo præpostere aduerbiu,



hoc est ordine conuerso, & in quadrupedibus posteriori pedes, qui post primos sunt, & posteriora, quæ à uultu auersa sunt. & postes, quia post osium stant. & posticum. posticus. postica. posthumus. postilena. posthabeo. postridie. postriuanus, de quibus superius diximus. & postliminium, quod quis adeptus esse dicitur, cum extra limina, hoc est terminos provincie in captiuitate detentus, rursus ad propria limina reuertitur. Paulus iuriconsultus postliminium scribit esse ius amisse rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ inter nos, ac liberos populos, regesq; moribus, ac legibus constitutum. Nam quod bello amissimus, aut etiam circa bellum, hoc si rursus accipiamus, dicimus postliminio recipere, idq; naturali æquitate introductum est, ut qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is ubi in fines suos rediisset, pristinum ius suum reciperet. Sūt etiam qui à post postulo dictum uolunt, quasi post uolo, de quo paulo mox dicemus.

**DE TAURO AB ELEPHANTO INTERFECTO, EPIGRAMMA. XIX.**

**Q**VI MODO PER TOTAM. Insultat Tauro, qui elephantum petere ausus, ab eo interfectus est. MODO. Paulo ante. STIMULATVS. Agitatus, percussus. Stimulus proprie instrumentum est, quo punguntur boues. Vnde per metaphoram stimulum uocamus omne id, à quo uexamur. Hinc stimulum carni, stimulum uitiorum dicimus. Ab hoc fit stimulo uerbum, quod est agito-uexo. Hinc stimulator, stimulatorix, stimulatorio. & Stimulam deam ueteres dicebant, quæ ad agendum stimulat. Stimulus autem à τὸ σῆμα deducitur, quod est pungo. A quo fit sigo latinum. A quo instigo, quod similiter significat stimulo-irritio. Vnde instigator, instigatrix, instigatio. & stigma notæ infamæ iuxta corpori. Poniturq; pro ipsa infamia, ut supra diximus.

**FLAMMIS.** Nimia ira, per quam accenditur animus, atq; inflammatur. Flamma à græco deducitur φλῆξ, quod est ardeo. Vnde græce quoq; φλόξ dicitur. hinc flammeus, de quo supra diximus, quæ & flammæ togæ dicitur. Vnde flammearius, flammeorum infectores, à colore uolæ luteæ, quæ flammea appellatur, et flammæ gena flamma genitus & flammiger, flammæ gens. & flammuomus, qui flammæ uomit. & flammifer, qui fert flammæ. & flammescio, accendor. & inflammo, accendo. Cuius passiuum est inflammor. A quo in flammator, inflammatrix, inflammatio, & flagro, ardeo. A quo confla gro. Hinc flagrans à fra grante distinguitur, quoniam flagrans incendium significat. fra grans uero odor, quod specie facta sit maior. ab eo fragrantia, hoc est odoratus deducitur. A flagro uero flagratio, hoc est incendium. A quo conflagratio, uniuersale incendium. Sicut enim aqua diluuium facit, ita ignis conflagrationem. & flagrum. Cuius diminutivum est flagellum, hoc est summa arborum pars, & uirga, quod caro eo percussa confla gret, quamuis aliqui à flando potius dictum uelint, quod uentorum crebros sustinet flatus. Hinc flagriones appellati sunt ferui, sicut à uerberere uerbero nes. & flagratoris genus hominum, quod mercede flagris cædi se permittent. & flagello, quod modo significat cædo, modo increpo. Vnde flagitium dicimus errorem, ut pote rem uel flagris, uel increpatione dignam. Cæro. Tantam ne obliuionem inquit, inscripto præsertim, ut ne legens quidem senserit quantum flagitij admisset? Aliquando pro scelere ponitur. Vnde flagitiosum dicimus modo increpatione dignum. Modo sceleratum. Ab eo fit aduerbium flagitiose, hoc est scelerate. si-

ue per errorem. Sunt qui à flamma flagito quoq; deductum uelint, quasi flammæ agito. Est enim flagitare uehementer, et ueluti cum quadam inflammatione animi petere. A quo fit compositum efflagitare. Cicero. Quæquam hoc causa postulat, non tamen flagitat. Quintilianus. Efflagitasti quodiano conuicio, ut liberos, quos ad Marcellum matrem de institutione oratoria scripseram, iam emittere inciperem. item à phlox, quod græce φλόξ significat, flox appellatur uolæ lutea, quæ & luteola a nostris dicitur, & flammea. Plyn. florum prima uer nuntiantium uolæ alba. Tepidioribus uero locis etiam hyeme emicat, postea quæ appellatur purpurea, proxime flammea, quæ & flox uocatur. item à phlox flox, quia emicat, scintillatq; ut flamma. Eius diminutivum est flosculus. Ab hoc fit floreo. A quo floresco, quod & florescacio dicitur, hoc est florem facio. Vnde effloresco, siue defloresco, florem facere desino. siue flore amitto. & florem, quod totum ex floribus est. & floridum, quod floribus abundat. & florido uerbum pro floreo. A quo prata floridantia dicuntur. & florifer, ac floriger, qui fert flores, & floriferum, quod eo die, spicæ ad sacrarium feruntur. & florulentus floribus plenus. & Flora, dea. & floralia, eius deæ sacra. Herculis ædium Romæ tradunt onosum quondam, ac feriatum luisse tessera secum utraq; manu alternante in una constituisse Heroslem, in altera seipsum, sub ea conditione, ut si ipse uicisset, dispendio templi sibi cœnam pararet, amictumq; conducere. Si autem uictoria Herculis foret, hoc idem de pecunia sua uoluptati Herculis exhiberet, deinde cum à seipso tanquam ab Hercule uictus esset, debitam cœnam, & nobilissimam meretriciam Laurentiam deo Herculi dedisse, hanc cum in templo dormisset, uidisse sibi in somnis Herculem commisitum, ab eoq; audisse, ut inde discedens: cui primam iuueni obuiam feret, ab eo acciperet mercedem. & eam sibi crederet ab Hercule esse per solutum. Ab eunti ignitur iuuenem ditissimum Taracum primo occurrisse, eamq; dilectam secum diutius habuisse. tandemq; morientem testamento heredem instituisse. Laurentiam igitur amplissimam adeptam pecuniam, ne diuina mercedi in gratia uideretur, quod acceptissimum putauit esse nuntium, popululum Romanum, & ipsam scripsisse heredem, statuisseq; ut ex eius hereditatis annuo fœnore suus natalis dies celebraretur ædificatione ludorum. Senatuum uero quia id flagitiosum uidebatur, deam hanc esse finxisse, quæ floribus præfesset, eamq; oportere placari, ut fruges cum arboribus, & uinibus bene, prosperèq; florescerent. itaq; floram nuntia passè, & ludos ei dicitos appellauisse floralia. item à phlox hoc est à flamma phlegonitis deriuatur Lapillus, de quo supra diximus, in quo flamma quædam intus ardere uidetur. & phlegæus, de quo diximus. & phlegæus Martii filius, rex Lapharum in Thessalia pater Ixionis, & Coronidis. à quo phlegæ Thessaliæ populi sunt cognominati. & phlebes uena, quæ sanguine ferueant. A quo phlebotomia, incisio uena, quæ fit ad sanguinem minuendum sedandi feruoris gratia. & phlegma pinata. et phlegmone, tumor, siue sty por. & flo uerbum, quod est spiro, quia spiritus omnes calore humorem diffundente proueniunt, hinc flatus, spiritus uocatur interdumq; accipitur pro uento, qui & ipse spiritus est. & flatores. ita enim antiqui tibianes uocabant, quod flando tibia sonarent. & flabellum, quo uentilatio fit per æstatem ad refrigerandum corpus Ter. heus inquit Dore, atpe hoc flabellum. & uentulum huic ita factum. hoc & muscarium dicitur à muscis abigendis. Martialis de muscario paonino. Lambere quæ carpes probibet tua prandia muscis. Alitis eximie cauda superba facit. Idem de Muscario bubulo, sordida si paruo fuerit tibi puluere uestis, colligat hanc tereti uerbere cauda leuis. Ab huius similitudine

De Elephante.

Qui modo per totam flammis stimulat us aruena. Occubuit tandem cornuto ardore potius. Subtulente raptas tauris in astra pilas. Dum facilem tolli sic elephanta putat.



litidine muscatrum etiam appellatur, coma illa quarundam herbarum, in qua semina dependent, qualis est ferula. feniculi. anethi. Olerisatri. et similia. Plyn. femine in muscatris dependente, ut ferula. idem, in papauere, et similibus Scapus in harundinibus, in glandibus. auellanis Panicula appellatur. idem. Alterum genus papaueris nigrum, cuius scapo inaso lacteus succus ex primatur. Idem. Orthomnium linum fit è palustri, velut harundine dicitur at panicula eius. hæc à pani, de quo supra diximus similitudine, nomen sortita est. Flo èt aliquando pro eo, quod est signo usurpatur, pæs, siue aurû, siue argentum flando hoc est flatu calfaciendo signetur. hinc flatum æs, et flate pecunia dicitur. et flauis as prisca latini dixere, quos græci θύρασ πούρ, hoc est thesauros nominant, quod in eos non ru de æs, argentumq; sed flata, signataq; pecunia conderetur, unde per detractionem secundæ literæ Fauissæ dictæ sunt cellæ quedam, et specus, quibus ædifici capitolini utebantur ad custodiendas res veteres religiosas, quod tamen nonnulli a fouendo potius deductum existimant, ut superius ostendimus. Item a flo flamma dicitur, cum ex labore viæ sanguis effluit circa talum. Præterea ab eodem composita sunt afflo, quod est in aliquem spiro. Cuius passiuum est afflor. Perflo, ualde spiro. Efflo, extra spiro. emitto. Vnde efflare animam dicimus. Suet. Priusquam efflaret animam, pro mortuo descrii iussit. in flos, turgescit, tractum à folle, qui flatu turgescit. Sufflo, notæ significacionis. Plyn. Qui fecit di gnium præceptor puerum sufflantem Languidos ignes. Resflo, retro spiro, siue rursus spiro. Ab his afflator. persflator. efflator. inflator. sufflator. reflator. Afflatus quartæ declinationis. Perfllatus inflatio. sufflatio. reflatio deducuntur. Sufflatum èt ueteres dixerunt, tumidum, et reatum, quasi uento quodam latius factum. Pacu. Viden' ut sufflans incedit. ite conflo, quod modo pro sufflo accipitur. Plynus, Philiscus Officinam pinxit pictoris ignem consilante puero. Modo pro signo, quia hoc non nisi consilato igni fieri potest. Vnde consilatum pecuniam dicimus, hoc est si gnatum, et figurate consilatum æs alienû, hoc est contractû debitû. A' cõslo cõsflator, et consilatio deriuatur. iterdû èt conslo accipitur pro eo, quod est simul flo, hoc è simul spiro. A' quo cõsflages dicitur loca, in qua undiq; spirant uenti. Præterea difflo, quod est flatu disturbato. Plu. Cuius tu legiones diffilauisti spiritu. Ab hoc diffilator. diffilatrix. diffilatio. T A N D E M. AD Extremum. Tandem enim quando sine interrogatione ponitur, significat ad possumum, nouissime. Virg. iam tandem Italiæ fugientes prendimus oras. Per interrogationem uero habet quiddam uergens, ac aletansq; Cicero. Quousq; tandem abutere Catilina patiētia nostra. Virg. Sed uos qui tandem, quibus aut uenistis ab oris. Nonnunq; pro aliqui ponitur. Ter. ita ne tandem sorore duxit? Aliquando accipitur pro uix. Cicero. Tandem aliquando quiriti. POTITVS ARDORE CORNVTO. Affectus, quod desiderauerat cornu ferire. PVTAT. Cogitat, ut superius diximus. SIC. Quemadmodum pile tolluntur. TOLLIT. Eleuari, in alium iactari. Cic. Vel in cœlû nos si fieri poterit, humeris nostris tollemus. OCCVBVIT. Perit, oppetit. Cubare proprie iacere est, unde cubantes auspicari dicebantur, qui in lecto querebant augurium. et cubile lectum dicimus. et cubiculû, locû in quo cubilia sternimus. A' quo cubicularis uestis, qua intra cubiculû uitamur, et cubicularij, qui nobis in cubiculo ministrant. Cic. Hunc uestri ianitores, hunc cubicularij diligunt. Suet. Saucium, et repugnantem adorti Clodius cornicularius, et Maximus Parthenij libertus, et Saturius decurio cubiculariorû, et quidâ è gladiatorio ludo uulneribus septem contrucidarunt. quidâ tamen cubiculum à cuba deductum uolunt. Cumbam Sa-

bini uocabant lecticam. Cubilia etiâ uocamus loca, in quibus feræ cubare solent. et cubitus in quo est decens flexura brachiorum, p supra eum cubare soleamus. Capiturq; èt pro mensura duorum palmorum, tanta est enim cubiti longitudo, quæ et ulna dicitur. Virg. Treis pateat cœli spatium, non amplius ulnas. Hinc cubitalis mensura dicitur. et bicubitus. tricubitus. bicubitalis. tricubitalis. Quidam tamen cubitum dicunt genere neutro. Aurelius. Qui inde uidentur non computare nisi trecenta cubita longitudinis idem, Ac p hoc ter ducta illa cubita fieri noningenta. V ceteres et cumbo dixerunt in tertia coniugatione, quod nunc in usu non est, præterquam in compositione. Ab his composita sunt accumbo, quod significat adiacere. Nam iacere ueteres in lectis edendo solebant. Virg. Tu das epulis accumbere diuim. A' quo accubitus quartæ declinationis. et accubitor, atq; accubitrix uerbalia. Occumbo, morior. Plu. Hæc enim postquâ pater occubuit, nata est. decumbo, et decumbo, iaceo. Apuleius, Decubantem excubimus feram. Excumbo, uigilo, quasi minime iaceo. uñ excubiæ dicitur uigilia, quâ uis aliqui uigilia ab excubijs ita distinguant, ut uigilia tantummodo nocturnæ sint, excubiæ uero etiam diurnæ. et excubitor ales gallus uocatur, quia per uigil horas cantu indicat. et exquilie mons Romæ maximus, siue potius duo montes, simul iuncti, ubi macellum erat, et nunc equi marmorei conspiciuntur cum uiris seminudis lora tenentibus Phidias, et Praxitelis opera, quos Tyridatem armeniorû regem Neronis principatu Romam portasse manifestum è, quæ Nero ut laute exciperet Theatrum Pompeij unius diei opera totum inaurauit, in hoc etiam reliquæ sunt thermarum Dioclitiani. Dicitur autem sunt exquilie, quod ibi excubiæ reges essent. unde et exquilie uicus Romæ dicitur est. uicus africanus, p ibi obsides ex africa bello punico dicitur custodi. Ab exquilij, exquilina porta. et exquilinus uicus. et exquilinus lacus. et procumbo, quod significat prosternor. procumbo uero uigilo, quasi porro, hoc est longe sum à cubando. unde procubitores dicti, qui noctu custodia causa ante castra excubant, cum castra hostium in propinquo sunt. incumbo, toto pectore alicui rei insisto, ut incumbo remis. incumbo studijs. Virg. Validisq; incumbite remis. Sed notandum quod incumbo in studijs, et ad studia dicimus, non autem incumbo in remos, et ad remos. Cic. pergitte adulescentes, atq; in hæc studia, in quibus estis, incumbite idem. Quare incumbamus o noster Tite ad illa præclara studia, et eò unde discedere non oportuit, aliquando reuertamur. Neq; hoc in bonum tantummodo accipitur, sed etiam in malum idem. Catoni incumbenti ad eius perniciem. ita enim cum accuratius quid agimus, incumbere dicimus, hoc est toto pectore procumbere, quemadmodum è contrario Supini dicuntur, qui negligenter agunt. incubare uero proprie dicuntur ij, qui dormiunt ad accipiendæ responsa. Virg. Pellibus incubuit stratis. Vnde ille incubat Ioui dicimus, hoc est dormit in Capitolio, ut responsa possit accipere. incubare etiam aliquando pro coire accipitur. unde incubi dicti sunt syluani, et fauni, quos improbos quandoq; fuisse mulieribus compertum est, et earum appetisse, ac peregrisse concubitum. item quidam demones, quos galli clusos nunc cupant, hos nonnulli existimant spiritus esse elemento acrio corporatos. Nam ut hoc elementum etiam cum agatur flabello, sensu corporis, tactuq; sentitur, ita hos demones hanc etiam pati libidinem posse, ut quando possunt sentientibus foemnis miscerantur. Demones quidam scripserunt animas hominum esse, et ex hominibus fieri lares. Si meriti boni sint, Lemures, seu Laruas. si mali. manes autem dicitur, si incertum est bonorum ne, an malorum sint meritorum, illos Eudæmonas, hoc est bonas animas. Hos uero acodæmonas, id est malas animas appellari.



Alij animalia, in quibus rationalis anima est, tripartito diuidentur, ut alia dij sine. alia homines. alia daemones. Deos aiunt excelsum locum tenere, homines in finem, daemones medium, deorum sedem in caelo esse, hominum in terra, in aere daemorum. Daemones medios quemadmodum dijs quibus inferius habitant post ponendos, ita hominibus quibus superius praefrendos esse. habere cum dijs commune immortalitatem corporum. Animorum autem cum hominibus perturbationes. Apulei irritari eos iniurijs scribit. obsequijs, donisq; placari. gaudere honoribus. diuersis sacrorum ritibus oblectari. et in omnes, si quid neglecti fuerit commoueri, ad eos pertinere diuinationes augurum aruspicum. natum, ac somniorum. magorum praetera miracula. Breuiter autem eos definiens ait daemones esse genere animalia, animo passiva. mente rationalia. corpore acria. tempore aeterna. horum quinque, tria priora illis esse, quae nobis. quartum proprium. quintum cum dijs habere coe. Homerus Deos omnes daemones uocat, et aliquando ipsum Iouem. Nostrae uero religionis homines Daemones appellant spiritus in caelo ab oium rerum opifice creatos, qui de caeli sublimitate deiectione partim in terrae infimo, partim in hoc aere ueluti congruo sibi carcere damnati sunt nocendi semper cupidi. a iustitia alieni. superbia tumidi. inuidia liuidi. fallacia callidi. humana quaedam corpora ingredientes, uel uiuentia adhuc, uel iam mortua, et sub humana specie modo ineuntes mulieres (qui in cubi dicuntur, mo se uiris subijcetes, quod uocantur succubi. A daemone daemoniaca dicuntur, quos supra a larua Laruatos nunc pari diximus. Quidam etiam Daemonium pro daemone scripserunt. Succumbo, modo subijctor significat, modo subiugor. Succubo uero idem est, quod inco. Dissumbo, comedo. conuiuor. epulor, quod ueteres epulando iacebant. Recumbo, iaceo. quod et Recubo dicitur. A quo recubitus. Virg. Tityre tu patulae recubans sub tegmine fagi. Concumbo, coeo. A quo concubitus, coitus. Concubitor qui coit. et Concubina, mulier, quae domi quasi uxoris loco tenetur, Pallax a graecis dicta. Concubo uero conquisco. A quo nox concubia, de qua supra diximus.

DE DOMITIANI COMITATE EPIGRAMMA. XX.

**C**VM PETERET. Blanditur Domitiano, quod cum promississet se unum par gladiatorum populo daturum, quod uellet, et alij Myrimum gladiatorem, alij triumphum peterent, ipse ductus in eos, qui dissidebant, manibus, utrunq; magna comitate promiserat. Constat sane Domitianum quae storij; numeribus, quae olim omissa reuocauerat, ita semper interfuisse, ut populo potestatem faceret binae partia ex suo ludo postulandi, eaq; nouissime aulico apparatu indueret. PETERET. Postularet. Petere enim proprie postulare est. Virg. Mittitur et magnum Venulus Diomedes ad urbem, qui petat auxilium. accipiturq; in bonam et in malam partem, quod per ipsam rem declaratur bonum significantem aut malum. in bonam, ut pater salutem filij peti, seruus bene uolentiam domini. in malam, ut hic petit caput alterius, aut famam, aut pudorem. Haec enim in hominis perniciem petuntur. Cum uero peto habet ablatiuum instrumentum significantem non in malam semper partem accipitur (ut ualla existimauit) sed pro instrumenti diuersitate diuersa significat, siue in rem, seu in personam referatur. Etenim petere manu est ducere. Virg. Tartareum ille manu custodem in uincla petiuit. Petere pedibus est ire. Apul. Dum pedibus iter faciens propinquum rus petere. Petere ui aut in pete, a gredi. Virg. Quem petit, et sum

mis adnixus uiribus urget. Petere gladio. aut ueneno. aut lapide. aut cornu. aut alio simili, est inuadere. ferire. et saluti insidiari. Idem, in cornu petat, et pedibus qui spargat arenam. Idem, Malo me Galatea petit lasciuia puella. Et fugit ad salices. Petere cursu adipisci. obtinere. idem. Quae proxima littora cursu contendunt petere. Petere osculis. Petere precibus. Petere muneribus. Petere blanditis, est blandiri, conciliare. Quint. Nouerant blanditis petit, quae uult facile suadet. Apul. Cum me lacrymis, precibusq; petisset. Petere oculis est contemplari. Petere auribus, audire. Petere naribus, olfactare. Petere tactu, palpare. Praetera petere aliquando inquirere est. Virg. Euandrum petimus. Aliquod cupere. appetere. idem, pulchramq; petunt per uulnere a mortem. interdum eligere. idem, principio sedes apibus, statioq; petenda. Nonnunquam manere. ex petere. idem. Troianos haec monstra petunt. Quidam petere, postulare. et postulare ita distinguunt, ut petere praecario sit. postulare in perio. postulare in re. Nobis magis uidetur postulare esse re debitam, atq; honestam petere. Unde re postulare est rem creditam sibi restitui petere. postulare uero quodam modo requirere, ut res. locus. res. tempus postulat. Aliquod tamen ponitur pro eo, quod est re tanquam iustam petere. Qu. Curtius, postulabat autem magis, quam petebat. Ab hoc fit postulator, et postulatix, et postulatio, quod modo actum ipsum postulandi significat, modo epistola, quae uulgo supplicationem uocant. Et aliud uerbum ex postulo, quod significat cum querela inquiri, et quasi amicitiae officium in alio desydero. Teren. Quae ipsi fecerunt, ultro iniuriam ex postulant. sed frequentissime habet post se ablatiuum cum praepositione cum. Ut, quid habes, quod mecum ex postules, hoc est conueraris. a quo fit ex postulatio. i. querela. a peto uero fit petitor, qui aliquid petit, poniturq; frequenter pro mendico, et stypem ostentantem, qui et postulator, et rogator dicitur. locus uero in quem conuenire postulatotes huiusmodi solent, ut erant pontes Romanae. et cliuus arimius, propter confluentes ad templum Dianae profuecha diabatur. Nam graece προφαχη deprecationem, siue obsecrationem significat. Iuue. Aede, ubi consistas, in qua te quae uero profuecha. Item a peto, petio, et petisso uerbu, quo ueteres pro peto uisui suere. et petulans improbus. a quo fit petulantia, i. probitas. et petulanter i. probe. Cic. Illud assequor, ut si qui mihi forte maledicant, petulans, aut sane insanus esse uidear. Aliquod tamen petulans accipitur pro superbus. Idem. Petulanter diues. Aliquod pro lasciuus. Virg. Petulansq; inuenat. Ouid. Quinet ut possent uerbis petulantius uti. non semel ebrietas est simulata mihi. quandoq; et pro impudens iue recundus. Cic. Non quod inusitatae rabie petulanter in uxorem, filiamq; mea inuasi. Idem. Desine bonos petulantissimum infestari lingua. Idem. Bibula petulantissimum uerbis ledis. eiusdem fere significationis est proteruus. a quo proteruius. et proteruius uerbu, quod est in probe facio. et proterue aduerbiu, petulant. Et quo ueteres interdum uisui fuerunt, proteruitas. a quo proteruiter. Idem. Si uidua libere proterua, petulanter diues, effuse libidinosam meretricio more uiueret. et petulus lasciuus. Virg. Hediq; petula. Unde meretrices quoque petulas ueteres dixerunt. Et petula uulera in humeris iumentorum, quae ima, hoc est profunda petant. et petigo, quae et impetigo dicitur, quae uicina petat, sese late summa cute diffundens. Est aut morbi genus grauissimum, quod graeci λεχηνας uocant, et a mento fere inapit oriri. ideo ioculari quadam lasciuia ueteres principio mentagram appellauerunt. occupat plerumque totos uultus oculis dumtaxat exceptis, et in colla, pectusq; ac manus saedo uitis sursum descendit. Tiberij primum Caesaris principatu hic morbus in Italiam irrepsit, contagione eius per quendam Versinum equitem Romanum quaestorium scribam ex Asia importata. Nec fore

Dum petere pars haec Myrimum, pars illa triumphum Non potuit melius litteram finire iocum.  
 Assentatur Caesari.  
 O dulces inuicti principis ingenium.  
 Promisit pariter Caesar utraq; manu.

minia.



mine, uel serui, aut ex infima plebe homines id malum sensere, sed proceres osculandi maxime consuetudine. adueneruntque ex Aegypto huiusmodi morborum parente, medici hanc solam curam proficentes, ingenti suo lucro, constat sane Manilium cornuam legatum Aquitaniae festeria ducenta ad eius morbi curam expendisse. petaurum quoque nonnulli a peto deductum existimant, sed falsum est. Nam graeci πῆταρον dicunt, quasi πῆταρον παρὰ τὴν ἀδελφὴν τὰ πῆταρα, quasi in ijs uolueria insideant. Est enim petaurum supra, quod homines agilitate corporum insignes ludunt, ut haestae, circa quas se inuoluunt. fines, supra quos et reciprocum ambulat. Circuli, per quos piscium se more transmittunt. tabulae, quibus in aera pendent, uno brachio se sustinentes uolare itaque in ijs homines uidentur ob nimiam leuitatem. hinc petauri saepe appellati, qui ita ludunt, et leuioribus salibus mouentur. Varro. Galli, et germani petauri saepe. Tales fieri astrologi censent eos, qui sub delphini signo oriuntur. Martialis.

Quid si per graecales uias petauri  
Inuicem iubeas subire Ladam? De ijs locutus est Claudianus.  
Vel qui more auium sese iaculantur in auras,  
Corporaque edificant celeri crescentia nexu.

Item a peto cornu petat, qui cornu petit. et cornipeta, qui petit frequenter alienas carnas. appeto, et ex peto, quae ita inter se differunt, quod appetimus, hoc est desideramus quae cinque libido fert, Ex petimus duntaxat honesta. Unde de rebus ex petendis scripserunt philosophi, hoc est de rebus, quae merito optari, et perquiri debent. ex petere etiam aliquando pro uelle usurpatur. Pacu. Dum me, et si perdunt, tamen esse adiutae ex petunt, cum priusquam itere, spatium uelascendi dantur. ab ex peto ex petito fit, quae in ratione posita docet, atque ex planat quid faciendum, fugendumque sit. ab appeto appetito, quae a graecis dicitur ὁρῶν huc, atque illuc rapiens, atque impellens. ex quo fit, ut ex petito praesit, appetito obtemperet. Itaque appetitus, et appetentia. Plyn. Vnus eius cum aeto cibi appetentiam facit. graecae ὁρῶν dicitur, quod uocabulum latini usurpant pro uehementi illa edendi auaritate, quae a uomitu fieri solet. Inu. Rabidam fecterus orex im. Idem. Hinc surgit orexis, hinc sto macho bilis. hanc ueteres ut excitarent, bibere largus solebat. deinde euomere. Martialis,

Post haec omnia forte si mouebit  
Bacchus, quam solet esuritionem.

Idem est enim esuritio, et orexis. oppeto, occumbo, quasi mortem peto. Vir. Quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis, contigit oppetere, dicimusque et simpliciter oppeto, et cum additione mortem oppeto. sicut ex piro, et animam ex piro. obo, et mortem obo. Aliquando tamen oppeto est incido. in curro. Plautus, Atque illa uina uinat, et pestem oppetat. opto, quod significat desidero, tractum ab ope petenda. Unde optatum modum, hoc est desideratum dicunt grammatici. quoniam uero ea, quae optamus, eligere solemus, et adhibitis et precibus postulare, factum est, ut opto frequenter pro precor, et postulo usurpetur. Virg. Et reor, et si quid ueri mens augurat, opto. Item pro eligo. Ter. Quod si efficeris, quod uis praemium a me optato. hinc optio derivatur, quod significat electionem. et optati dicuntur, quae electi, et asati sunt in honestum aliquem gradum. a quo optiones in turris decurionum, et in cohortibus centurionum appellatae. hinc etiam fit coopto, de quo superius diximus. et adopto. a quo adoptio, quae duobus modis fit (ut Caius inquit) aut principis auctoritate, aut magistratus imperio. principis auctoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt, hoc est non sunt amplius in parentum potestate, quae species adoptionis dicitur arrogentia, quia et is, qui adoptat rogatur, an uelit eum, quem ado-

ptaturus est, iustum sibi filium esse, et is, qui adoptatur, interrogatur, an id fieri patiatur. Imperio magistratus, adoptamus eos, qui in potestate parentum sunt, siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filiaque, siue inferior, qualis est nepos. neptis. pronepos. proneptis, ab adopto fit adoptatus, hoc est ex adoptato filio natus. Item ab opto fit exopto, quod est uehementer desidero. et subopto aliquantum desidero. perpetuo, continuo, hoc est ualde, et sine intermissione peto. perago proficio. unde perpetue, et perpetuum dicimus ite grum. solidum, et nunquam interruptum. Terentius. Vtinam hoc perpetuum fiat gaudium, phrygiae uxorem ut meam una mecum uideam liberam. hic fit perpetuo uerbum, hoc est perennis. continuo. Nonius, Misferum me, cui datum est, ut hunc solus perpetue laborem. et perpetuitas seruet. et perpetuo aduerbium continue. semper. Plyn. Tradunt id, si sale obduretur, perpetuo durare. impeto, inuado. Apule. Turgis me oppido impetens. ab hoc impetus, quod et impes dicitur. Virg. Impete nunc uasto. competo, quod interdum est simul peto. Unde competitors dicuntur, qui in magistratibus. in officiis. in honoribus petendis concurrunt. interdum ualeo, et quasi compos sum. Sallustius. Sic uero quasi formidine attonitus neque animo, neque auribus, aut lingua competere. Aliquando conuenio, et par sum. Seneca. Nihil ei magis competebat. Item compta, quae sunt quadriua, ab eo quod multa uiae simul petant. Unde compta dicitur sunt festa, quae in comitis peragebantur. quidam tamen compta ab eundo potius deduci putant, quod multa uiae in unum coeunt. suppeto, sufficio. suppetito. Plyn. Iunior. cui abunde suppetunt facultates. ab hoc suppetiae derivantur, hoc est subsidium. praesidium. Plautus. Auxilia mihi, et suppetiae sunt domi. Idem. Sed memento, siquid sceniue senes, suppetiae mihi cum sorore ferre. apud historicos raro casus aliquis praeter accusatum inuenitur, significatque in subsidium. Caesar. Nutria batur auxilia magna equitatis oppidanis suppetiae uenire. Idem. Susque rebus timens elephantis triginta relictis, suis finitimis suppetiae profectus est. repeto rursum peto. reuertor. Cicero. Dum ex foro domum repeterem. aliquando quae dicta sunt recenseo. Idem. postremo, quae a nobis dicta erunt, breuiter repetemus. hinc repetitio, quae modo anacaphaleosin significat, hoc est breuem (ut ita dicam) recapitulationem eorum, quae dicta sunt. Modo figuram, quae a graecis ἐπιναρῶν, a nostris aliquando re latum dicitur, cum eadem pars orationis saepius per singulos ambitus, aut per singula membra repetitur hoc modo. Verres calumniatorem apponebat. Verres de causa cognoscebat. Verres pronuntiabat. uel sic. ille uenire hostes nuntiavit. ille nos in motu belli compulit. ille in tumultu, ut ciuitas esset, effecit. Virg. Te dulcis coniux te solo in littore secum  
Te ueniente die. te decedente atnebat  
Per ambitum uero in hunc modum. Tandem T. Cracchus populo gratus fuit, quandiu leges ad uoluntatem eius, non ad utilitatem reip. compositas afferebat. Tandem C. Cracchus remp. offendit, quandiu legibus agrariis, et frumentariis, et ceteris professionibus aerarij multitudinem imperitam promerebatur. Tandem Saturninus plurimum posuit, quandiu easdem illas frumentarias largitiones, et agri diuisiones pollicebatur. Item a repeto repetundarum dicimus. et de pecuniis repetendis, nec alios habet casus. Ut Verres accusatus est repetundarum, et de repetendis pecuniis. Nam cum dico repetundarum, subintelligo pecuniarum. quo nomine, quae diuitiis constant, continentur. haec accusatio proprie cadit in eos, qui magistratum gerent. prouincialibus, aut ui, aut do lo eripuerunt pecunias, aut uasa pretiosa. uestes nauigiae. aliaque huiusmodi. ad res uero repetendas mitti dicimus, cum principi, uel populo crepta sunt, uel pecorum, uel



hominum, uel locorum, ac terrarum, agrorumq; corpore.  
**MYRINVM.** Myrinus, & Triumphus propria nomina sunt gladiatorum. Myrini etiam alibi hic poeta mentione facit. nu per cum Myrino peteretur nissio laeso. **VTRAQUE MANV.** Ductus manibus in utraque partem dissidentium, quod facere solentis, dū aliquid liberaliter donamus, uel utraq; manu. i. toto animo, quoniam, quae maxime cupimus, ambabus uulnis amplecti solentis. Mart. Haec utraq; manu, complexuq; asserere toto. Apul. Et libertatem ambabus manibus amplectens.  
**FINIRE.** Absoluere. terminare. Finis est extremitas uniuscuiusq; rei, hoc est id, in quo unaquaeque res terminatur. Quod a graecis τέλος dicitur. Vnde finem lineae dicimus esse punctum, & sphaeram, nec principium habere, nec finem. hinc etiam artifices finem uocant id, ad quod omnia referuntur. & cuius gratia caetera sunt, ut finis media est curare. Finis oratoris benedicere. Finis bene uiuendi (ut quidam philosophi uolunt) uirtus ut alij, uoluptas. ab hoc confines agri dicuntur, & eodem loco finiunt. & confinia termini eorum. Simili modo affines agri uicini dicuntur. Item affines sunt uiri, & uxoribus cognati, dicti ab eo, quod duae cognationes, quae diuersae inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. ab eo affinitas deriuatur. nomina uero eorum sunt. haec. socer. socrus. gener. nurus. uetricus. nouerca. priuignus. priuigna. Gradus uero affinitatis nulli sunt. Et quidem uxoris meae pater mihi socer est. mater est socrus. Ego illis sum gener. Vxoris meae auus, mihi magnus socer est. Aua, magna socrus. Ego illis sum progener. Et retro pater meus uxori meae socer est. Mater mea socrus. uxor autem illis est nurus, & auus meus uxori meae magnus socer. Aua, magna socrus. uxor autem illis pronurus. priuignus meus est uxoris meae filius ex alio uiro natus. Ego sum illi uetricus. Et e contrario uxor mea liberis meis, quos ex alia uxore habeo, nouerca dicitur. liberi autem mei illi sunt priuigni. uiri frater leuir est. uiri soror glos. duorum fratrum uxores ianitricae dicuntur. Et finio uerbum, modo perficio. Apul. Sive opus finiam, quod inaecepi. Modo terminum pono metor. Vnde finitores dicebantur, quos nunc agrorum mensores uocamus. Plau. Eius nunc regionis limites, confinia determinabo, rei ego sum factus finitor. Finio etiam aliquando pro definio accipitur, quemadmodum et finitio pro definitione. Est autem finitio, siue definitio rei propositae propria, & dilucida, & breuiter comprehensa uerbis enuntiatio, quae constat maxime genere. specie. differentis proprijs, ut homo est animal rationis capax, morti obnoxium. Differtq; a descriptione, quae haec est rei propositae per quasdam proprietates declaratio. ut homo corpus est bipes, caput erectum habens, spectansq; in caelum. & definitio, quod est circumscribo. a quo in definitum dicimus, quod nullis rationibus circumscripsum est. Vnde grammatici indefinite positum esse nomen affirmant, quando nec relatiue, nec interrogatiue positum est. indefinitum uero dicimus, quod non est definitum. Infinitum autem quod non habet finem. Vnde infinito & infinitas deducuntur. Cic. Quorum incursionem non solum uideamus, sed etiam cogitemus infinitationem ipsam, quam apirian uocant. Idem. At hoc a Maximandro populari, & sodali suo non persuasit. In ijs enim immutatam rerum, atq; naturae. & in hoc mundo ipso caelum. terram. maria cognoscimus. Grammatica quoque infinitiuum modum uocant, qui nec personis aliquibus, nec numeris finitur. A finio est praefinitio, quod est praescribo, et quasi finem, quem non transgrediari ostendo. a quo praefinitum dicimus praescriptum. constitutum. Infinitum. & infinitum aduerbia sunt, significantq; sine fine. **LITEM IOCOSAM.** Contentionem, quae de ludo erat. ludus, & iocus differunt, sicut ludo,

& iocor, quod iocus in uerbis est, ludus potius in facto. Sed frequenter alterum pro altero ponitur. Iuue. Quoties uoluit fortuna iocari. de facto. non de uerbis intellexit. Ouidius, Ignariq; iocos tribuit fortuna puellis.

Materia ludunt uberiore uiri,

Mille sic esse iocos, turpe est nescire puellam

Ludere, ludendo saepe paratur amor.

Hic iocos pro ludis posuit, quod iocari aliquando neutro genere dicitur animaduertimus. Cic. Ita q; iocata tua plena facetiarum. E di

uerso ludum pro ioco posuit Hora. Sed tamen amoto quaramus seria ludo. Item Plyn. Ludere me putas, serio peto. Nam iocos, & seria proprie contraria esse Quintilianus ostendit. iocum uero inquit accipimus, quod est contrarium serio. Ludere etiam aliquando dicimus pro eo, quod est uersibus scribere. Virg. Ludere, quae uellem calamo permisit a gestu. sed hoc ferre non nisi in opusculis dicitur, qualia sunt epi grammata, et huiusmodi opuscula, lusus, siue ludi dicuntur. sunt qui existimant poetas carmina sua pro quadam uere cunctia ludos appellasse. Item ludere quandoq; pro moueri accipitur. Virg. Ludere pendentes pueros. Teren. Congruum istum maximū in aqua finito ludere paulisper. nonnunquam pro deridere, decipere. Neuius. Tu me ludere ausus es Sycophanta? Virg. Multa malus simulans uana spe lusit amantem. & pro canere, pulsare. Gellius. Is optime fidibus ludere a magistro eius didicerat. lusus etiam, & lusio pro ludo ponitur. Suetio. Ac ne ex lusu quidem alexa compendium spernens. Quint. Nec me offenderit lusus in pueris. Est hoc si gnium alacritatis. Idem. Sunt nonnulli acuedis puerorum ingenij non inutiles lusus. Cic. Ex multis lusionibus nobis senibus talos relinquant, & tesseras. Ludus etiam proprie dicitur locus, in quo gladiatores, athletaeq; discendi gratia exercentur. Nam & ipsa exercitatio nihil aliud, quam ludus est. hinc per meta phoram & schola grammaticae, aliarumq; disciplinarum ludus appellatur. Seneca. Dionysius tyrannus de regno eiectus, ludi magister factus est. Linius, Camillus magistrum ludi discipulos hostibus prodentem eisdem pueris in urbem usq; cadendum praebuit. hinc literarij ludu dicimus, in quo grammaticae, & rhetoricae docetur. Ludu musicum, in quo musica, ut e apud Terentium de fidiana, quae quotidie discat in ludo. Ludum armorum, in quo gladiatores discunt. V eteres omnia spectacula publica, et in honorem deorum facta, ludos uocabant. hinc ludi computatij dicti ludi liberales, hoc est libero patri dicitur, quos Athenienses primo arca computa instruerunt, in quibus nomine praemij hircus dabatur. ludi, quando spectacula si gnificant, numero ferre plura tiuo profereuntur. a ludo deducitur ludicrus, hoc est lusorius. iocularis. leuis. Virg. Neq; eni leuia, aut ludicra penantur praemia. Vnde ars ludicra dicitur ar. histrionica. & scenica. & quicquid ludicri appellatiōe continetur. Nam ludicrum, quod est substantiuum non modo ludos histrionicos, & scenicos, sed quodcumq; lusorium opus, ac iocularia significat. Item a ludo lusor, qui ludit. & lusorium quicquid ad ludum spectat. hic lusoria pila dicitur, & lusoria tabula, qua tesserae, uel calculus ludimus. Martialis, de lusoria tabula.

Hic mihi bisseño numeratur tessera puncto,

Calculus hic gemino discolor hoste perit.

Ab hoc fit lusorie aduerbium, hoc est ioculariter. Item ludificor. & ludificatio, de quibus supra diximus. Et foemininum ludificatrix. & ludibrium res uana, & deridenda. Virgili. Folij tantum, ne nomina manda, ne turbata uolent rapidis ludibria uentis. Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus, hoc est derisui. contemptui. & ludio histrio. Linius, Accit ex Hetruria Romam ludiones qui ad tibianis modum saltabant. Idem,

Et quia



Et quæ hister thysco uerbo ludio uocabatur, huiusmodi artifices histriões uocati legimus et feminas ludias appellatas. Martiana. ludia quædam gauditanam saltantem uidimus semicincta. Et ludibundus, ludens. Item composita alludo, quæ est cum aliud dicimus, et ad aliud sententia latenter referretur. Virgil. Aethiæque iliacis celebramus littora ludis. dicitur ludos Aeneæ narrat, alludit ad Augusti uictoriam, quæ contra Antonium in ijs locis potius est deludo, atque eludo, quæ si significant derideo. decipio. Plautus. Quid me deluditis, et nocte excluditis foras? Cicero. sed nos ab illo irridemini, et ipse illi uicissim eluditur. præludo, ante ludo. à quo præludium, quod proprie significat præcentrationem, hoc est id, quod ante inchoationem cantus legitime præmitti à Citharædis emerendi fauoris gratia solet. Hinc præludium à quibusdam proœmium appellatum. illudo, quæ modo significat per ludum neco. Virg. Neu uariae illudent pestes. modo derideo, dicimusque illudo tibi, et illudo te. Idem, Certantque illudere capto. Idem. Verbis uirtutem illude superbis. colludo, simul aliquem deludo. Vnde iurisconsulti colludere causidicos dicunt, cum diuersam partem adiuant, prodita causa sua. Sic. n. clientem suum simul cum aduersario ludunt. hoc est fallunt. decipiunt. Marcus. Præuariationem esse eum ostendimus, qui colludit cum reo, et translative munere accusandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes dissimulet, falsas uero excusationes admittat. ab hoc collusio deducitur, quod præuariationem significat, de qua inferius differemus. à iocis uero fit iocor uerbum, quod, ut diximus, modo ludo significat, modo non serio loquor, sed iugis ago. Aliquando facere, et cum quadam uenustate loquor. Vnde iocari siue iocari, utroque enim modo dicimus, sunt, quæ ueteres dicta, siue dicteria nomina-runt. his in primis usum fuisse Plautum comicum poetam, et M. Tullium summum oratorem constat. Vnde post mortem Plauti, cum multa eius comædiæ incertæ uagarentur, Plautina tamen esse de iocorum copia iudicata sunt. De Ciceronis uero iocis libertus eius Tiro libros composuit, quos quidam ipsius Ciceronis fuisse existimauerunt. à iocis iocularia deducitur, quæ modo lusorium significat, modo inane, modo serium. modo amœnum, et uenustum. Item iocosum, quod modo accipitur pro eo, quæ ad ludum pertinet. Vnde iocosas contentiones dicimus, quæ in ludis, uel de ludis oriuntur. modo inane, ut iocosa uerba, hoc est uana, non seria, sed per iocum dicta. modo fictum. ut iocosus homo, hoc est factus. lepidus. iocis abundans. O DULCE IN VICTI PRINCIPIS INGENIUM. O Dulcem, hoc est clementem naturam fortissimi principis. ingens imperatoris laus cum fortitudine coniunctam habere clementiam, cum potius fortitudinis soleat comes esse seueritas. rarum hoc deorum munus est. sed in te FEDERICE. Ita illustre, ut dubium sit, ac difficile dictum magis, ne hostes fortitudinem tuam pugnantem timeant, an clementiam, ac naturæ suauitatem diligenter uideat. Dulce proprie dicimus, quod gustu suaue est, ac iucundum, ut supra ostendimus. cuius contrarium est amarum, hoc est in suaue. asperum. iniucundum. suaue minus est, quam dulce, cui opponitur austerum, sumptum à grecis. apud quos αἰσχροῦς austerus dicitur, et αἰσχροῦς austeritas, et αἰσχροῦς austere. qui diligentius hæc perquirunt, trededam saporum genera faciunt. Dulce. suaue. pingue. amarum. austerum. acre. acutum. acerbum. acidum. salsum. in uno plures sentiuntur sapores, ut puta austerus. acutus. dulcis. suauius. omnes alieni. in late sapor est alienus quidem, sed et suus quidam, et peculiaris, qui iure dici dulcis non potest, et pinguis. et suauius obtinet lenitate, quæ ipsa succedit in uicem saporis. aquis nullus est sapor, et ne succus quidem, et tamen hoc ipso fit aliquis, ac suum genus facit. Quod si in ijs sapor, aut succus sentiatur uirtu

est, quemadmodum si sentiatur odor. mirum tria naturæ præcipua elementa sine sapore esse, sine odore, sine succo, aquam. aerem. ignem. transfertur tamen aliquando hoc uocabulum etiam ad animum ingeniumque, et simpliciter ad omnia, quæ usu grata, ac iucunda sunt, ut dulcis nox. dulcis consuetudo. dulcis sermo. dulcis ingenium. dulcis memoria, ac recordatio præteritorum. dulcis auicula. dulcis puer. dulcis melos. dulcis cogitatio.

AD DOMITIANVM DE ORPHEO EPIGRAMMA. XXI.

10

20

30

40

50

60

70

80

90

100

110

120

130

140

150

160

170

180

190

200

210

220

230

240

250

260

270

280

290

300

**Q**UICQUID IN ORPHEO. Blauditur Domitiano, quod ita omnia, quæ de Orpheo fabulose scribuntur, representari in ludis suis fecerit, ut uideri uera, non ficta potuerint. ARENA. Amphitheatrum. EXHIBUIT. Produxit, representauit.

RHODOPE. Thracia. partem pro toto posuit. Itæ continēs pro contento, hoc est thraciam pro thracibus. THEATRO. Spectaculo. ORPHEO. Thracio, quemadmodum supra diximus. SCOPVLI. Saxa. proprie enim Scopulus est saxum eminent, à speculari ita uocatus. enotiv n. speculari est, unde scopum dicimus locum, in quem sagittando tela dirigimus. Suetonius de Domitiano. nonnunquam in pueri procul stantis, præbensque pro scopo dispensam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per iterualla innocue eua-

derent. et græci scopelon locum eminentem, hoc est speculari nominant. à scopulo scopulosum dicimus locum scopulis plenum. à enotiv uero, quæ speculari significat, episcopus deducitur, quasi speculator. non autem pontificem significat, ut nunc uulgo existimatur, sed ut Martianus scribit, ij proprie dicuntur episcopi, qui præsent panem, et cæteris uenalibus rebus, quæ populis ciuitatibus ob quotidianum uictum necessaria sunt.

REPSEVNT. Ambulauerunt. repere proprie dicitur de animalibus, quæ pedibus carent, et uentre gradiuntur, ut sunt uermes, et serpentes, quæ à rependo dicuntur reptilia. per metaphoram tamen ea quoque, quæ exiguos pedes habent, repere dicuntur, ut lacertæ. stelliones. et similia. ab hoc fit reptus frequentatiuum, quæ est lente, et quasi te studinis passu incedo, ut ij ficere solent, qui in hortis, et similibus locis spatiantur. Horatus, An tacitum syluas inter reptare salubres. Et irrepo compositum. Messala, irrepsitque serpens in altiore partem. Item. repente aduerbium per antiphrasim, quod significat subito. à quo repentinus subitarius. deducitur autem repo per immutationem unius literæ à græco, quæ est ἑρπω. à quo Herpes animal apud græcos uocatur, quo sanantur quæcunque serpunt. et herpetæ dicuntur ulcera, quæ serpunt. Plyn. Aiscoum herpetas quoque, et nomas, ac putrescentia sanat. et serpo uerbum eiusdem cum repo significationis, et serpyllum, quæ græci ἑρπυλλον uocant, herba est uulgo nota ad palmi altitudinem in crescens, dum satina est, nec serpens. syluestris uero mirifica serpit, et odoratior est minutioribus folijs aduersus serpentes effica, quos et odore, si uratur expellit. adhibetur et condimentis. Virg. Allia, serpyllumque herbas contundit olentis. à serpo serpens deducitur nota significationis, quæ tam masculini quam foemini generis reperitur, sed frequentius foemini à ueteribus serpula dicebatur. Vnde serpula serpsit apud Ennium legimus, pro serpens irrepsit. et à serpo proserpo, hoc est porro. i. longe serpo. Plyn. Herba hæc nisi sata sit, mirè proserpithinc proserpina, de qua superius diximus. à serpens serpentinus deriuatur. Idem. Serpentino adipe perunctus resoluatur. et serpentarius, de quo supra diximus. Vulgatum est plerisque

Ad Cæarem.

Assuet immixtu perudu genus omne ferarum,

Et supra patrem multa pendit auis.

Ipsæ sed ingrato iacuit lacertans ab urso,

Hæc tamen ut res est facta, ita facta alia est.

Ad Cæarem.

Assuet immixtu perudu genus omne ferarum,

Et supra patrem multa pendit auis.

Ipsæ sed ingrato iacuit lacertans ab urso,

Hæc tamen ut res est facta, ita facta alia est.

Ad Cæarem.

Assuet immixtu perudu genus omne ferarum,

Et supra patrem multa pendit auis.

Ipsæ sed ingrato iacuit lacertans ab urso,

Hæc tamen ut res est facta, ita facta alia est.

Ad Cæarem.

Assuet immixtu perudu genus omne ferarum,

Et supra patrem multa pendit auis.

Ipsæ sed ingrato iacuit lacertans ab urso,

Hæc tamen ut res est facta, ita facta alia est.

Ad Cæarem.

Assuet immixtu perudu genus omne ferarum,

Et supra patrem multa pendit auis.

Ipsæ sed ingrato iacuit lacertans ab urso,

Hæc tamen ut res est facta, ita facta alia est.

Ad Cæarem.

Assuet immixtu perudu genus omne ferarum,

Et supra patrem multa pendit auis.

Ipsæ sed ingrato iacuit lacertans ab urso,

Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro  
Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi.  
Raptum scopulis, mirandisq; filia rucurrit,  
Quale fuisse nomus creditur Hesperidum.

Assuet immixtu perudu genus omne ferarum,  
Et supra patrem multa pendit auis.  
Ipsæ sed ingrato iacuit lacertans ab urso,  
Hæc tamen ut res est facta, ita facta alia est.



terras serpentium, quæ in ijs occultentur, colores habere, innumera eorum genera sunt. in India tanta magnitudine adulescere dicuntur, ut solidos hauriant cervos, taurosq; in ponto uero iuxta rhindacum amnem superuolantes, quibus alte, perniciousiterq; alites haustu raptus absorbeant. nota est bello punico expugnata balisus, tormentisq; ueluti oppidum quoddam a Regulo imperatore serpens centum uiginti pedum longitudinis, cuius pellis, maxillaq; usq; ad bellum Numantinum Romæ in templo durauerunt. serpentum alia squamas habet, alia picturas. omnibus ferè exitiale uenenum. cerasta præferunt quadrigemina cornicula, quorum ostentatione ueluti esat illico sollicitas aues permittunt. Nā reliquū corpus de industria arenis tegunt, nec ullum iudicium sui præbens, nisi ex ea parte qua imitatus dolo passibus necem perpetim occupantur. ἀπό τῶν νεπέτων, hoc est a cornibus cerastæ appellata. Luca. Spinnaq; uagor torquente cerastæ. Amphisibena, quæ & amphisibena dicuntur, consurgunt in caput geminum, quorum alterum loco suo est, alterum loco quod cauda, quæ causa est, ut capite utrinq; uenenum fundente serpat tractibus circularis. Idem. Et grauis in geminum surgens caput a phebena. iaculi abores subeunt, è quarum ramis uel maxima uibrant. penetrant animalia quodcunq; obuium fortuna fecerit, ne pedibus tantum pauentis serpentes eunt, sed missili quoq; uolarent tormento. Idem. Iaculiq; uolucres. aspides intumescent collis, nullo ferè ictus remedio præterq; confestim si partes tactæ amputentur. murus huic tã pestifero animali amoris affectus est, coniugæ ferme uagantur, nec nisi cum compare uita est itaq; alterutra interempta, incredibilis alteri ulhonis cura est. persequitur interfecto rem unūq; eum in quâtolibet populi agmine notitia quadam infestat. superat omnes difficultates, pmeat spatia, nec nisi amibibus, aut celeri fuga arceatur. hebetes natura oculos hêt, eosq; non in fronte, ne ex aduerso carneret, sed in temporibus. itaq; auditu sæpius, q̄ uisu exatatur. Venenum aspidum si sanguis attingit statim perimit. de cætero potum quantalibet copia non nocet. non. n. est tabificat uis. itaq; occisa morsu earum animalia cibis innoxia sunt. scribit Varro aspidum ictus efficacissime curari, hausta a percussis ipsorum urina. constat aspidem percussos torpore, & somno necari. Lucanus. Hic quæ pria caput morit de puluere tabes. aspidem somniferã tumida ceruice lenauit. plenior huic sanguis, et crassiguita ueneni deacidit, i nulla plus est serpente coactum. aspidis sputum quoq; qd̄ ptyas dicitur, constat perniciosum esse. dicitur autem ptyas ἀπό τοῦ πύου, qd̄ est spu. Unde & πύου μα sputum appellatur, qd̄ et ptyasma dicitur. Nā & πύου pro spuere accipitur. Iuu. Ille fruatur uocibus obscenis, omniq; libidinis arte, qui læcædæmonium ptyasinate lubricat orbem, hoc est qui lubricat annulum sputo. per hunc. n. ditorem intelligit Mart. Per cuius digitos currit leuis annulus. Est. n. ditior uis, dum otiosi sedent, annulos uoluerit, eosq; sæpe extrahere, & reponere, digitosq; ut id facilius faciant, sputo irrorare. Hunc locum Iuuenalis ita primum interpretati sumus. quã ridicula hic ab alijs dicta fuerint, opere prenum est perlegere. orbem autem læcædæmonium uocari annulum constat, quia a læcædæmonis primum annulorum usus manauit. Plyn. Hoc in tarquinis maxime miror, quorum è græcia fuit origo, unde hic annulorum usus manauit, q̄q̄ èt nunc læcædæmone ferreo annulo utuntur. Itē ptyas dicitur sputum, phthisis uero exulceratio pulmonis appellatur, cum tabe, et extenuatione totius corporis, ac sanguinis excretionem ἀπό τοῦ φθίσεως, quod est tabescere. consumit, unde phthisici nominantur. cyrenatica prouincia Basiliscum generat. xij. non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam diademate insigni, sibilo omnes fugat serpentes, nec flexu mul-

tiplicia, ut reliquæ corpus impellit, sed celsus, & erectus in medio incedit. Necat frutices non modo contactu, sed èt afflatu. exurit herbas, rumpit saxa. compertum est occiso quondam ex equo hasta, uel ueneni per eam subeunte non equitem modo, sed equum quoq; absumptum fuisse. Mustellarum uirus huic exitio esse perhibetur. interficiunt eos cauernis facile cognitis solatibe. Magi basilisci sanguinem miris laudibus celebrant cœntem pias modo. tribuunt ei successus petitionum a principibus, ac potestatibus, & precu a dijs. quidam saturni sanguinē appellant. sunt èt qui basiliscum tradant, uel solo aspectu hominem interimere, quod et catoblepas facere dicitur. modica fera, cæterisq; membris iners. caput tantum præ graue a gre ferès, idq; detectum semper in terram omnibus, qui oculos eius uide re, confestim expirantibus. Nasatur in æthiopia hesperia apud fontem, qui Nigrus dicitur, nili ut pleriq; existimauerunt caput. & luporum quoq; uisus noxius esse homini in Italia existimatur, ut supra diximus, uocemq; homini quem priores contemplerentur ad præfens adimere. de basilisco sic scribit Lucanus, Sibilaq; effundens cunctas terrentia pestes, ante uenena nocens, late sibi submouet omne uulgus, & in uacua regnat basiliscus arena. Boa serpens est in Italia nasens, de qua supra diximus. alitur primo bubuli lactis succo, in tantamq; aliquando magnitudinem excrescat, ut Diuo Claudio priape occisa in uaticano fuerit, quæ solidum infantem gestabat in aluo. Dracones atre ueneno existimant, ueruntamen in africa sunt pestiferi, alasq; habent & pulchritudine, ac splendore tergris cæteras serpentes excellunt. Lucanus. Vos quoq; qui cunctis innoxia numina terris, serpit aurato nitidi stigye dracones, pestiferos ardens facit africa, ducitis altum æera cū pennis, armentaq; tota secuti, rumpitis iugentis amplexi uerberare tauros, nec tutus spatto est elephas, datus omnia leto. nec nobis opus est adnoxia fati ueneno. caput draconis limini lanuaru subditum, propitiatis oratione dijs fortunatam domum facere magi affirmant. oculis eius inueteratis, et cum melle tritis imminctos nō pauescere ad nocturnas imagines. dentes eius illigatos pellibus caprearum ceruinis neruis interis præstare dominos, & exorbiles potestates. Cauda draconis, & capite uillis leonis è fronte, & medulla eiusdē, ac equi uictoris spuma. canis unguibus ad alligatos ceruino corio, neruisq; cerui, & dorcadis alternatis in uictos homines fieri, quæ arguendi potius gratia, quàm docendi referenda existimamus. quidam dracones scribunt parua habere ora, & admodum non dehiscencia, sed arcitas fistulas, per quas trahunt spiritus, & linguas exerunt, in dentibus uim nullam, sed in caudis, hinc uerberare potius, quã rictu nocere. uisi sunt apud æthiopas. xx. & amplius cubitorum magnitudine frequentissimi. reperiunturq; in eorum maritimis quaterni, & quini cratium more contexti. dracena draconis formata est. a dracone dracuncululus diminutiuum deducitur. et draccontium herba, de qua supra diximus. Dracones dictos existimant ἀπό τοῦ δειπνιδου, quod est uidere. Clarissimã habere dicuntur oculorum aciem, quæ ex causam cubantes eos thesauris custodia causa finxerunt antiqui. idq; Aesculapio attribuerunt (ut nonnulli existimant) q̄ uigilantissimi esse existimantur, quæ res medicinæ maxime est necessaria. a draconis similitudine, Draco èt appellatur palmes emerinus pluribus annis induratus. Plyn. Nuper, reperiuntur draconem ferere iuxta arborem. ita palmitem appellamus emerinum, pluribusq; induratum annis nunc præcisum, quã maxima amplitudine tribus partibus longitudinis de raso cortice, quatenus obruatur, unde & rasilem uocant. deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta. De uia paupis locuti sumus, quæ & græca uoce ἰχθυόνα, hoc est Echidna dicitur. Ouidius,



Sanguine centauri lerne & sanguis echidnæ

Mistus ad auxilium tempora nulla dabit.

In hoc genere, dum coeunt, mas caput inserit in os foeminae, quæ illa uoluptatis dulcedine abrodit. eadem sola intra se parit ova minus coloris, & mollia, ut pisces. Tertia die intra uterum catulos excludit, deinde singulis diebus singulos parit XX ferè numero itaq; cæteri tarditatis impatientes perire puncta terra occisa parente. Cæteri serpentes contacta oua in terra incubant, & factum sequente excludunt anno. Viperæ theriacæ adhibentur, hoc est multiplici illi compositioni, quæ aduersus uenena inuenta est. Ma. gno errore hanc uulgis medicorum tyriacam uocant, & a tyro serpente appellatam dicunt. nullus est serpens qui tyrius appellatur, nec tyriacæ a tyro, sed theriacæ, siue theriacæ ἀπό τοῦ ἐπιώρ, hoc est a feris, siue belluis uocata est, quæ hæc compositio aduersus omnes beluas uenenatas instituta sit. admiscetur ei uiperinæ carnes. quippe ex uiperæ pastilli sunt, qui & ipsi theriaci appellantur, ternis digitis utring; amputatis, exemptisq; intertaneis, & luore spinae ad hærent. reliquo corpore in patina ex aqua, et anetho dissecto, spinae exemptis, & addita simula gine, atq; ita in umbra siccatis pastillis. quidam tradiderunt eos, qui aliqui uiperæ reor colatum hauserint, nunquam postea ferri a serpente. theriacæ simile est mihridaticum antidotum ex rebus LIII compositum, quod uulgo nunc auctoris nomine mihridaticum uocant. anguem quoq; minime uenenatum esse putant, nisi per mensem dum luna instigatur. Serpentis genus est uulgo notum. Virg. Frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba. hunc ex ne nulla hominis spinae gigni multi prodiderunt. puleherrium anguinum genus Hydrus est, in aqua uiuens, de quo & hydra abunde superius disserimus. ab angue anguinus deducitur. Plyn. Anguino adipe illumitur. Et anguinus cucumis dictus est oblongus, & ad anguis similitudinem contortus, qui & erratus dicitur. Hemorrhoidis quoq; serpentis genus est pestiferum a fluxu sanguinis ita appellata. quippe græci αἷμα sanguinem πῦρ fluorem dicunt. huius morfu sanguis omnis a corpore fluit, nec sisti potest. Lucanus. At non stare suum miseris passura cruorem, quam ferus ingens hemorrhoidis expliat orbes. Idem. Im pressit detersis hemorrhoidis aspera tello, utq; solet pariter totus effundere si gnis. Coricij pressura croca sic omnia membra emiserit simul rutilo pro sanguine uirus. sanguis erant lacrymæ quæ a cing; foramina nouit humor, ab his largus manat cruor, ora redundant. & patule nares, sudor rubet, omnia plenis membra flumit uenis, totum est pro uulnere corpus Plyn. Porulacæ, quæ pelion uocant, non multum satuae efficiunt sagittarum uenena, & hemorrhoidium, & presterum plagi in posita extrahit. hæc et hemorrhoidia dicitur. Idem. Muscum serpentinibus aduersatur maxime hemorrhoidia, et salamandra hemorrhoidia est uocatus genus morbi, cum ora uenarum iuxta anum, tanquam ex quibusdam capitulis turgent, & sanguinem fundunt, quod & in ore uulue faminarum incidere consuevit. quæ hæc purgatio est non morbus. ideoq; curati eo quidam cum sanguinis exitum non haberent inclinata in præcordia, ac uisera materia subitis, ac grauissimis morbis correpta sunt. ideoq; quoties is suppressus est, nequid periculi afferatur multa exeratione digerenda materia est, & sanguis interdum è brachio mittendus. præster quoq; serpentis genus è miro ardore eum, quem la serit inflammans, & supra modum tumesciens. Lucan. Narsidum Marsi cultorem torridus agri percussit præster, illi rubor igneus ora succendit, tenditq; autem perente figura miset cuncta tumor, maior iam corpore toto. huius manuq; egressa modum super omnia membra, inflatur sania late tollente ueneno. se se serpens est, cuius uel leni ictu tota

atro putrescit. ideo ἀπό τοῦ ὄφθαλμο nomen habet, quod est putreo. Plyn. Profuisse tamen Oxymel fatentur contra serpentes, quos se pas uocant. Luca. Ossaq; dissoluens cum corpore tabificus seps. Idem. Parua modo serpens, sed qua nonnulla cruentæ, tantum mortis habet, nam plaga proxima circum fugit raptæ cutis, pallentiaq; ora retexit. Iamq; sinu lapsa, nudum est sine corpore uulnus. membra natant sanie, suræ fluxere, si ne ullo tegmine poples erat, femorū quoq; musculus omnis linquitur, & nigra distillant inguina tæbe. Scytale serpens è gracilis, nec nimium longa, sed tanta macularum uarietate spectabilis, ut intuentes remoretur, tanto aut feruore, ut præter cæterarum serpentium consuetudinem media hyeme tuniculam exuat. Idem, & scytale sparsis etiam nunc sola priuimus exuuias positura suas. Plyn. Eadem uis contra uenatorum oium morsu priuatum scytalem etiam lacæ demonij uocabant huiusmodi furtiuum genus epistolæ. furculi duo erant Teretes oblonguli pari crassitudine, eiusdem longitudinis, derasi, atq; tornati consimiliter. Vnus imperatori in bellum proficiscenti dabatur. alterum domi magistratus seruabant. quæ usus uenerat litterarum secretorum arcum furculum lorum modica tenuitate, longum quantum rei satis erat complicabant, uolumne rotundo, & simplici, ita ut ora adiuncta undiq; coherentes lorū, quæ plucabatur coirent. literas deinde in eo loco pertransierat iuncturarum oras uersibus a summo ad imum proficiscentibus conscribebant. Id lorū literis ita perscriptis reuolutum è furculo, imperatori commenti illius conscio mittebat. resolutio aut lorū literas truncas, ac multas reddebat, membraq; carū, & apices in partes diuersissimas spargebat, sed ubi ille, ad quæ erant missum, acciperat, furculo compari quem hæbat a capite ad finem perinde, ut debere fieri sciebat, arcum plucabat, atq; ita literæ per ambitum eundem furculi coalescentes rursus cohibant, intergræq; & incorruptam epistolam, & legi facilem præstabant. σκυτάλη autem, hoc est scytalen a loro uocabant, quæ græci σκῦτος dicitur. Sic etiam serpentem scytalen, a corio, quæ facile exiit. unde σκῦτερον græci scortum uocant. et σκῦτῶς sutor. σκῦτῶν sutrina appellatur. hinc è scutulum uocatus tenuis, & macrū, & in quo tantū exilis pellicula cernitur. unde scutica dicitur, qua pro flagello utimur, & scutum, quæ corio tegi consuevit, a cuius similitudine scutum uasis genus. Hora. Viliæ uendentem tunicato scuta popello. hoc & scuta feminino genere dicitur. a quo scutula diminutiuum, quæ modo huiusmodi uasculum significat. modo lignum teres, quo liniū, & alia huiusmodi tundimus. hinc scutulata uestis, de qua superius locuti sumus. Et aliud diuinitiuū scutella. Item a scuto deducitur scutatus, sicut ab hæstia hæstus. & scutifer ferens scutum. scutū græce aspis uocatur. a quo ἀσπίδος parma appellatur, hoc est paruū scutum, et breue. Vir. Ense leuis nudo, parmaq; in gloriis alba. huius diuinitiuū est parmula. coluber quoq; serpens est in aqua uiuens, huius adipe, & fel habentes, qui crocodilos uenantur mire ad iuuari produuntur, nihil aduersus eos bellua audente. è colubrorum genere est, qui a græcis enydris uocatur serpens masculus, & albus. huius quatuor dentibus si prioribus in dolore superiorum ginguas scariificant, inferiorum inferioribus. Dipsas plagam ferè nullam morfu iducit, nec tumorem, sed humore oem consumens, sum inestimabilem facit. id nomen habet ἀπό τοῦ δίψω, quod significat sitio. Plyn. Vnedines serpentium uenenis resistunt maxime seps, dipsas & uiperæ. Lucanus, Signiferum inuenem tyrrheni sanguinis Aulium

60 Tortia caput retro dipsas calante momordit.  
Vix dolor aut sensus dentis fuit, ipsaq; leti  
Frons caret inuidia, nec quicquid plaga munatur.



Ecce subit virus tacitum, atq; pitq; medullas  
 Ignis edax, calidq; incendit viscera tabe.  
 Ebbit humorem arca vitalia fufum  
 Pefus, & in fisco linguam torrens palato  
 Cœpit, defeffiret qui sudor in artus  
 Non fuit, atq; oculos lacrymarum ueni refugit,  
 Non decus imperij, non moesti uita. Catonis  
 Ardentem tenere uirum, quin fpargere figna  
 Auferet, totisq; furens exquireret aruis.  
 Quis pofcebat aquas fitiens in corde uenenum.  
 Ille uel in Tanam niffus, Rhodanumq; Padumq;  
 Arderet, Nilumq; bibens, per rura uagantem  
 Nec fentit, fatiq; genus, mortemq; ueneni,  
 Sed putat effe fitim.  
 Cicina parua & gracilis ferpens in Italia ferè ueneno atres.  
 cherydros terreffris ferpens hydro aqua fimilis. et chelydros  
 non multum afpectu diftans fimum, qua ferpit, emittens. Luca.  
 Natus & ambigue coleret, qui ftyridos arua cherydros, tra  
 etiq; uia fimante chelydri. cenchris ferpès maculis plena. the  
 bilarius, & a ferpentium maculis ophites uocatur. quippe  
 opis græcæ ferpens dicitur. non inueniuntur ex eo colina, ni  
 fi admodum parua. duo eius genera, molle candidum, et nigri  
 cans durum. differunt ab hoc tiberianum, & Augufteum ho  
 rum imperatorum priapatu in a gypto reperta, quod hæc ma  
 culas diuerfo modo colligunt. augufteum undatim criffum in  
 uertices. Tiberianum fparfim conuoluta canicie. cenchris etiã  
 auis ex acapituum genere. de cenchride ferpente Idem, & fem  
 per recto lapfurus limite cenchris, pluribus ille notis uariatam  
 tingitur aluum, quã paruis tinctus maculis thebanus ophites.  
 de cenchride auis. Plyn. Fimum cenchridis albugines extenu  
 at. Ammodites ferpens est arenæ fimilis colore, a qua nomen  
 habet. Luca. Concolor exuffis, atq; indifcretus arenis ammodi  
 tes. natrix etiam ferpens aquas quoq; ipfas ueneno inficiens.  
 Idem. Et natrix uiolator aquæ. natrix etiam herba est, cuius  
 radix emulfa uirus hirci redolet. hæc in pueno a fœminis abig  
 unt, quos uocant fatuos. philofophi fpecies limphantium hoc  
 modo animorum effe crediderunt, qui tali medicamento inuen  
 tur. pharias ferpens est, fulcum dum ferpit, cauda in terra fi  
 ciens, & fupra eam ferè ambulans. Luca. Et contentus iter cau  
 da fulatre pharias. ferpentes omnes pariunt oua. coeunt com  
 plexu adeo circũuoluta fibi, ut unam exiffimare bicapitem pof  
 fis. MIRANDA. Admiratione digna, quæ fcilicet mo  
 ueri. & currere indebatur, uel admiratione digna propter pul  
 chritudinem, quia ut mox fubdit. fimilis erat hortis heffperidũ,  
 de quibus fuperius locuti fumus. IMMISTVM. Cõ  
 miffum, licet aliquando reperiatur immiffum pro non miffio,  
 miffere proprie confundere est. unde miffarius uas dicitur, quo  
 uinum aqua miffemus. Lual. V ræcus, aut gemina longus mu  
 ffarius anfa. hinc miffor, & miffio. & miffura. & miffie ad  
 uerbium notæ fignificationis. Item com pofita admiffio. inter  
 miffio. permiffio. immiffio. fubmiffio. commiffio. eiusdem fe  
 re omnia fignificationis. a quibus admiffor. admiffio. admiffu  
 ra. admiffie. intermiffor. intermiffio. intermiffura. intermiffie.  
 permiffio. permiffio. permiffura. permiffie. immiffor. immiffio.  
 immiffura. immiffie. fubmiffor. fubmiffio. fubmiffura. fubmiffie.  
 commiffor. commiffio. commiffura. commiffie. Item, Miffum.  
 immiffum commiffum aduerbia. Item miffella colubæ genus,  
 de quo fuperius diximus. Item miffellæ uites, quæ in omni a  
 gro conueniunt, quod cum cæteris ubiq; utiliter miffantur. et  
 promiffum, miffum. confufum. incertum. Vnde apud gram  
 maticos promiffum genus incertum dicitur. a quo promiffie

aduerbium, miffie. confufe. incerte. Veteres etiam promiffam  
 pro promiffie fcripferunt. Et miffum uinum nõ purũ, fed aqua  
 temperatum. uero contrarium. aliqui tamen miffere pro pertur  
 bare acapitur. Virg. Miffet agens telis. diciturq; miffio a τὸ  
 τῶν μίξετε, quod apud græcos miffere est. unde & μι  
 ξίς miffura appellatur. PECORI. Animalibus miffibus.  
 proprie enim pecus pecoris, fime pecus pecudis (utroq; n. mo  
 do dicimus) fignificat omne animal, q̄ fub hominis i perio e pa  
 bulo terræ pafatur, ut boues. afini. equi. cameli. oues. capræ. et  
 reliqua huiusmodi. Item elephanti. Plyn. Qui cum elephanto  
 10 congreffus gemino ictra pecudem exanimauit. re peritur tñ in  
 terdum pecus pecoris pro multitudiue pecudũ, fime pecorũ. Vir  
 gl. Dic mihi damocæ cuiũ pecus, an Melibœi? Idem, Infelix o  
 femper ouis pecus. Idem, Caprigenumq; pecus nullo cufte de p  
 herbas. interdum pecus pecoris pro oue ponitur. Plyn. Suis fœ  
 fificio die quinto purus est. pecoris die fexto, bouum trige  
 fimio. Quinilianus, Cur in uifum ueffrum fæpe pecori lanæ  
 detrabuntur. Ouidius,  
 Hoc pecus omne meum est multæ stabulantur in antris.  
 20 Multas fylua tegit, multæ quoq; uallibus errant.  
 Nec, fi forte roges, poffem tibi dicere quot funt.  
 Pauperis est numerare pecus. de laudibus harum,  
 Nil mihi credideris, præfens potes ipfa uidere.  
 Ut uix arcueant diftentum cruribus uber.  
 Sunt fœctera minor tepidis in ouilibus agni.  
 Interdum etiam pecus pecoris transfertur ad omne animal,  
 qđ humana lingua, & effigie caret. Virg. Ignauum fucos pe  
 cus a præfepibus arcent. pecus quoq; pecudis pro oue pofitum  
 legimus. Plyn. Ipfius animalis tanta narratur clemẽtia aduer  
 fus minus ualida, ut in grege pecudũ occurrentia manu dimo  
 ueat, neq; obferat impudens. Itẽ pro quocũq; animali huma  
 na effigie, & fermone atrente. Virg. pro apibus. Et pecudũ ca  
 fto dia folers. Lual. pro pifcibus, præterea genus humanũ, mul  
 30 tæq; natantes fquamgere pecudes. V eteres, pecu, & pecus pe  
 coris, & pecus pecudis neutro omnia genere protulerunt. Vn  
 de pecua, & pecora, & pecuda frequentiffime legimus. Neu  
 us. Homines. pecua, belluasq;. Accius. in alffis montibus pecua,  
 atq; iter collers pafcunt. Idẽ. V agantur pauore pecuda, & in  
 40 tumulis paftores fedent. Sifen. Iumenta, & pecuda loas crepi  
 dare com pluribus. Cic. Cum adhibent in pecora paftores. Ca  
 to pecuniam pronulit genitiuo plurali ab eo, quod est pecu. a quo  
 pecuarium deducitur, quod ad pecus attinet, ficut a pecore pe  
 corarium, & pecoreum, & pecorinum, ficut a pecude pecudi  
 num. pecuarium etiam dicimus aliquãdo armentarium. et  
 pecuaria loca, in quibus armenta confiftunt. Item ipfa armenta.  
 præterea a pecore fime pecu pecunia deducitur. cuius dimmiffi  
 uum est pecuniola, q̄ olim diuitiæ oēs in agris, atq; pecoribus  
 effe exiffimabantur. nõ locupletes, et pecuniofi appellati funt  
 diuites, quafi locorũ, & pecorũ pleni. q̄ ppe pecuniæ appellatio  
 ne non nõ numi, hoc est numerata pecunia, fed oēs res tã foli,  
 50 q̄ mobiles, & tã cor pa, q̄ iura continentur, ut Hermogenianus  
 iurifcõfultus affirmit. Frequentius tñ pecunia pro ea, quæ nu  
 merata est ab authoribus uifurpatur. Item a pecore, fime pecu  
 peculium, qđ proprie fignificat rẽ, quæ non in pecunia nume  
 rata confiftit, fed uel in folo, uel in pecoribus, uel in fupelle  
 ctile noffro labore, & industria partum, & a nobifipfis lu  
 crefactum. Virg. Nec ftes libertatis erat, nec cura peculi. Cic  
 ro, An eorum feruitus dubia est, qui cupiditate peculij nullam  
 conditionem recufant duriffimæ feruitutis. & Celfus iurifon.  
 60 fcribit pecuniam fine peculio fragilem effe, hoc eff sine lucro.  
 hinc peculium cãffrenfe dicitur, ut Põponius affirmit, qđ a pa  
 rentibus, & agnatis in militia degenti donatum e, uel p filius  
 in militia



in militia acquisiuit, quod nisi militaret, acquisiturus non fuisset. Nam quod fuisset sine militia acquisiturus, id peculium eius castrensē non dicitur. aliquādo etiā peculium pro paruo patri monio accipi a seipso. ab hoc peculiaris deriuatur, quod proprie significat rem ad peculium pertinētem sed usu iam receptū est, ut pro proprio, siue speciali, seu præcipuo ponatur. Vnde fit peculiariter aduerbiū, hoc est specialiter. præcipue. Item peccator. a quo depeccator, quod proprie est ea, quæ ad reipublicam siue primapem, seu sacra pertinet, furor. a quo pecculator, siue depeccator, quod tale furum facit, quorū foemina sunt peccatrix, & depeccatrix. Itē pecculus quē Paulus, et Labeo definiunt esse pecunie publicæ, aut sacræ furum, non ab eo factum, cuius periculo fuit, & ideo æditū in ijs, quæ sibi tradita sunt, pecculam non admittere. Idē etiam scribunt non modo pecuniam publicam, sed etiam priuatam crimen pecculatus facere, ut si quis, quod fisco debetur simulans se fisci creditore, ac ceperit, quāuis priuatam abstulerit pecuniā. is autem qui pecuniā traiciendā accipit, uel quilibet alius, ad cuius periculum pecunia pertinet, non dicitur pecculam admittere. PEPEN-DIT. Immobilis stent, cessans a uolatu desiderio uidendi poetam. SUPRA VATEM. Supra eum, qui uatē, hoc est Orpheum agebat. Vates antiq̄ uocabant quos græci dicunt prophetas, hoc est antistes phanorum, & diuinorum oraculorum interpretes. uel quasi fates, ut supra diximus, quod futura farentur, siue facta prædicarent, uel a uersibus uiendis, hoc est connectendis. solebant. n. affiatū diuino numine uersibus contextis futura prædicere, unde deducta sunt uaticinor. uaticinium. uaticinūs, de quibus diximus. uaticinū a gryum primus Leo. iij. Romanorum pontifex moenibus exiit. Nicolaus. V. instituit, & uaticinū, quod græco uocabulo propheticum dicitur. ab huiusmodi uerbis poetæ quoque uates appellati sunt tam masculino, quā foemino genere, quod & ipsi musarū furorē pleni carmina componere existimant. Nā qui absque carminum furorē ad poesin accedunt, et ipsi (ut Plato inquit) manes sunt, & uana est eorum poesis. idē poetæ appellantur, hoc est ποιηταὶ ἀπὸ τοῦ ποιῶ, quod est facio. effingo. forma, quasi fictores, unde opus eorum poema, & poesis dicitur hoc est figmentum, siue fictio. quidā hæc ita distinguunt, ut poema sit inuētio parua, quæ paucis uerbis exprimitur. poesis uero textus ipse scriptorum, & opus totum. Lucil. Non hoc quod ualeat, quid ueriter sit hoc, quā illud cognoscis, primum hoc quod diximus esse poema, pars est parua. idē item quæuis non magna pars poema est, poesis opus totū, totūque illa summa est una. Item a poeta poetam dicimus, quod ad poetam attinet. & poetam artem ipsam sicut grammaticā, & rhetoricā, & poetice aduerbiū, sicut grammaticā, & rhetoricā, et poetor uerbiū, quod est in poetice exercere, siue poetam ago. & poeticus quoque usus est Ennius, qui Caballinū fontem poetice nominauit. LACERATVS AB VRSO. Quæ admodum uerus Orpheus a mulieribus. INGRATO. Quia non peperat ei, cuius cantu fuerat oblectatus. IACVIT. Extinctus est, quem admodum superius diximus. FICTA. Simulata. Fin gere. n. proprie formare, et facere est. Vir. Nec si miserū fortuna Simonē finxit nanū ēt, mendacemque i proba finget. Ci. Virū bonū finxit de eius deliberatione et cōsultatione. Sallust. Quæ natura uentri prona, atque obediētia finxit. Vir. Sic. n. parato luto tegulas fingebāt. hinc figuli dicti siue fictores, quod ex creta, atque argilla opera faciunt, et figulina, seu per syncope figlina, officina, in qua huiusmodi opera fiunt, & opera ipsa figulina & fictilia dicuntur, quæ tanto in usu apud ueteres fuisse, ut NUMA rex septimū collegū figulorū Romæ instituerit. non. n. imbricis tū, tegulæ, laterculique fiebāt, sed et tabulæ. lucernæ. cā

delabra. Vasa ois generis, doliūque ad tenēda uina, aquasque, quoniam etiam defunctos sese multi fictilibus solijs condi maluerunt, quod mar moreis se pulchris. M. V. arro pythagorico modo in myrtum, & olea, ac nigrae populi solijs. samia uasa in esculētis laudari maxime solebāt, hoc est in Samo insula facta. samos duarū insularū nomen est in mari a gæo. una adiacet thraciæ, quæ postea Samothracia dicta est. Vir. Threiciamque samū quæ nunc samo thracia fertur. altera epheso opposita est, & uicina Andro, in illa luno fertur nata fuisse. et Pythagoras philosophus, et una ex sibyllis quæ exinde Samia dicta est. in ea genus cretæ erat ad uasa fictilia aptissimū. unde uasi fictilibus in ea prima nobilitas. in eadē nemorosus collis fuit, ut Homerus testatur, unde omnē idā, & oēm troianā urbē subijcere oculis licebat. quā nobilitatē Arretinū in Italia tenuit. Martia. Arretina nimis ne spernas uasa monemus. Lausus erat thuscis Porfena fictilibus. Surrenti calices tū in pretio fuisse. idē. Accipe non uili calices de puluere natos, sed surrentina leue torcum rotæ. simili modo in hispania Sagunti. Idē. Quæ non sollicitus teneat, seruetque minister, summe saguntino pocula facta luto. nec minus ijs nobilitatē sunt in Campania Cumæ. idē. Hanc tibi cumano rubicundam puluere testam, Muni pem misit cæstit Sibylla suam. Samia testam matris deūm sacerdotes, qui galili uocantur, uiriliter amputabant, nec aliter hoc citra perniciem fieri poterat (si. M. Cælio credimus) qui linguam quoque sic amputandam graui probo obiecit Vitellio. hinc sanum aliquando ueteres pro acuto usurparunt. & samare uerbum pro acere, & quasi samie testæ acumen inducere (ut Marcell. testatur) fractis quoque testis uti ex cogitātū est, ut pumentum firmus durent, addita calce, quæ uocant signina. ab hoc etiam figurā fit, hoc est forma. aspectus. qualitas. uñ tres figuræ apud grammaticos esse dicuntur. simplex. composita. & decomposita. Item figuræ uocantur, quas græci χηματα dicunt, hoc est schemata, quasi cultus, & ornamenta orationis. hinc schemata lex eos, & schemata dianœas, hoc est figuræ uerborum, & figuræ sententiarum. a quo fit figura uerbum, & figurā. tim. Vnde oratio figurata, & figurate aduerbiū, hoc est per figurā. Item effingo, quod est ad alterius formam fingo, et qualem uolo fingendo re præsentō. Quint. Nam mihi uidetur M. Tullius, cum se totum ad imitationem græcorum contulisset, effinxisse uim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Vnde ductum est nomen effigies, hoc est signum ad uisū alterius similitudinem uel ad ueritatis imaginem factum, tam in picturis, quā in sculpturis. Aliquā etiam pro aspectu ponitur. ab hoc fit effigio uerbum, hoc est ad effigiem formam a quo effigiat, hoc est ad aliquam similitudinem formatus. aliquando tamen fingo pro simulo capitur, quoniam ea, quæ simulamur, ita formamus, atque componimus, ut uera esse uideantur. Afrā. Tu cogitatu finge, fabricare, uti libet. Vir. Non hic te carmine ficto, atque per ambages. Teren. Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam. Cic. Talibus exemplis non fictæ solū fabulæ, sed etiam historiæ refertæ. Plau. Nam nec factum usquam nec fictum, neque scriptum in poematis. hinc fictio, & figmentum deducuntur, hoc est res simulata, & ficta. & ficte aduerbiū, hoc est simulate, & fixula, quod pro fabula ueteres usurparunt. Est etiā quando fingo pro compono accipitur. Virgil. Persequitur uitam attondens, fingitque putando. Et pro paro. Lucil. Fugit fingitur, timido uadit pede peratus. Et pro iungo. Neuius. Labra fingo labellū, fictricamque ipsam deosculor. a quo etiam fit confingo, quod similiter pro simulo accipitur. a quo confictor. confictrix. confictio. & aduerbiū conficte. Item diffingo, quod est conuassatum reformo. Seneca. Dissipatum inflatur, atque diffingit.



*Nang, graue gemino rostru sic getulit uisum?  
Iactat ut impositas tauros in astra pilas.*

*De Rhinocero.  
Desperabantur promissi pocali martis,  
Sed tamen is redijt cognitus ante fuor.*

*De Rhinocero.*

*Sollicitant pauidi du Rhinocero magistri,  
Sed diu magnie colligit ira fere.*

**S**OLLICITANT PAVIDI. Rur-  
sus blanditur Domitiano de rhinocero,  
qui cum torpescere aduersus uersum uidere  
tur, tandem non secus eum extulit, quam ta-  
ctare tauri pilas cornibus impositas consue-  
uerunt. PAVIDI Timidi. Pauere. n-  
timere est. a quo pauescere. Pauor, timor. Pavidus semper timens.  
Nam pauens dicitur qui ad tempus, uel ex causa timet. puides,  
timide, puidos etiam interdum dicimus glorie cupiditate so-  
liatos. Vir. Corda pauor pulsans. SOLLICITANT. Mo-  
lestant. inquietant. DIV. Longo tempore. COLLI-  
GIT. SE. Parat. munus excitat. Colligere proprie est in unum  
redigere. Virg. Colligere arma iubet, ualidisq; incumbere re-  
mis. Aliquandem ponitur pro auferre. Lucul. Rur huc, & col-  
ligis omnia fuerunt. Plau. Quin pridem tonfor unguens, quos de-  
pserat, collegit, omnia abstulit praese gmina. aliquando idem si-  
gnificat, quod legere. Vir. Collige uirgo rosas. cum uero de ani-  
mali dicimus, colligo me, aut colligis te, aut ille colligit se, collige-  
re tunc pro re scire accipitur, quasi dilapsum spiritum in unum  
redigere. Cic. Sed manifesto fuerit perturbatus, ubi se collegit,  
quod si aliquem alium casum addamus, ut collegit se in iram,  
collegit se in lenitatem, collegit se in arma, idem est quod para-  
uit, munus excitauit. Vir. Sustulit Aeneas, & se collegit in ar-  
ma poplite subsidens. & idem sensus est, si dicimus, ille collegit  
se in iram, et ira illius collegit se. ille collegit se in mansuetudine,  
& mansuetudo illius collegit se. a colligo fit collector. collectrix.  
& collectio. & collecte aduerbium, quod & collectum aliq dixe-  
re pro suauitate. Item collecta, siue collectanea, hoc est scripta,  
quae ex pluribus excerpta loca in unum lecta sunt. componi-  
tur autem colligo a con praepositione, & lego legis, quod pro-  
prie significat colligo. Virg. Qui legitis flores, & humi na-  
scentia fraga. Idem. Atq; omnis nauata ponto humida lina leg-  
git. hinc tractum est, ut legere etiam sit oculis scripta percurrere,  
quoniam litera oculis legi, hoc est colligi uideantur. Idem.  
At simul heroum laudes, et facta parentis, iam legere. propter  
quod ea quoque, quae picta sunt, legere dicuntur. Plyn. Dum maio-  
rum suorum imagines in atrio legeret. Itē quae id, ad quod accedimus,  
melius oculis uernimus. factum est, ut legere etiam pro adhaere-  
re usurpemus. Vir. Ades, & primi lege litoris oram. Item quoniam  
nauata diu aspera loca praeteriunt, legere, hoc est colligere ue-  
la consueuerunt. Idem uerbum plerumque pro praeterire accipi-  
tur. Idem. Littoraq; eperi legimus. Itē etiam quoniam pro eligere po-  
nitur, quod ea, quae eligimus, colligere quodammodo uidemur.  
Idem. Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. Cic. Cae-  
tera ita demum legere debemus, si natura non repugnant. Item  
legere, surripere est, quod ea, quae firantur, colligimus. Virg.  
Vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper. hinc sacrilegi di-  
cuntur, qui res sacras, uel e sacro surripiunt, & sacrilegium  
factum rerum sacrarum, uel e sacro loco factum. legere etiam  
Plautus figurate pro percurrere posuit, quod uis, quos percuti-  
mus, adhaeremus. quod te legam hoc est Sapione. a legendo, hoc est  
colligendo leguli dicuntur, qui oleam, aut uinas legunt, & legu-  
men, quod legitur, hoc est euellitur e terra, non autem subsec-  
tur. Nam cum duo sint frugum genera, frumenta, ut triticum.  
ordeum. far. & legumina, ut faba. cic. lens. illa quidem me-  
tuntur, haec uero uelluntur. Item lectus cuius diminutiuum est  
lectulus. & lectica qua uehimur, quia stramenta, & herba,  
unde haec facerent, legebant, quod nunc quoque in castris fieri  
uidemus, quidam tamen lectum a graeco potius uocatum uo-  
lunt, quod illi dicunt λειπρον. alij a collectis pannis ad

cubitandum, uel quod fatigatos ad se alliciat. a lecto lectister-  
nium deducitur, cum in templo stratis lectulis, ac puluinaribus  
sedebant. & a lectica lectuarij, qui lecticam humeris fe-  
rebant. Item a lego ligna, quod ea caduca leguntur in agris,  
quibus in foco utuntur. a quo fit lignor uerbum. unde mili-  
tes lignatum ire dicuntur, cum eunt ad ferenda ligna, sicut a-  
quatum, cum eunt ad ferendam aquam. a quo lignatio. &  
lignarius adiectiuum. unde fabrum lignarium appellamus,  
qui facit lignaria opera, qui & materiarius appellatur. & li-  
gnosum, quod instar ligni durum est. & ligneum, quod ex li-  
gno est. item a lego ligustrum, quasi legustrum, de quo supe-  
rius diximus. item a lego ligo ligois instrumentum rusticum,  
quod per latitudinem sub terra facilius legitur. item spicilegium,  
collectio spicarum, & tempus ipsum messis. V arro. Nemo repre-  
hensus, qui a segete ad spicilegium reliquit spiculam, et ligna-  
ite a lego cum pro eligo capitur, fit ipsum eligo. a quo elector.  
electrix. electio. & deligo eiusdem significationis. Unde delectum  
milium dicimus. quod am eligo et deligo ita distinguunt, ut  
eligere sit magis idoneum ad rem gerendam facere, delige-  
re uero ad nostrum emolumentum uel ad illius, qui eligitur di-  
gnitatem, ut imperator delegit milites ad rem bellicam idoneos,  
non elegit. & delectum agit a gricola inter tauros, quos pro-  
creanda soboli, aut terra colenda meliores putat. sicut enim  
deligere, ita delectum agere & delectum habere dicimus. eli-  
gimus autem nobis imperatorem. eligimus ducem, licet aliquando  
in hoc etiam deligo usurpetur. & cum res inter pares est co-  
opto. Lucretius. Dicitur etiam placet. dicitur M. Furus Camil-  
lus, qui magistrum equitum L. Aemilium cooptat. Cicero. A  
quo in collegium augurum fueram cooptatus. sunt qui ab eligo  
elegantem quoque dictum existimant, hoc est cultum. ornatum.  
politum. a quo eleganter aduerbium. & elegantia, hoc est cul-  
tus. ornatus, quae uox apud ueteres non ad ingenij opera, sed  
diuitias at ad nimis amonum, letumque cultum, ac uictum ap-  
plicabatur, nec quisquam usque ad Catonis tempora elegans si-  
ne uitio dictus est. postea uero elegans reprehendi desit, uerum-  
tamen nulla laude dignabatur, nisi cuius elegantia esset mo-  
deratissima. Cic. Crassus inquit erat paratissimus elegantissimus.  
Scæuola parcorum elegantissimus nunc elegantem diuitias at  
laudando dicimus, ut puta elegantem orationem. elegans, et ter-  
sum carmen. elegi non ab eligendo dicti sunt (ut quidam ignari  
scripsere) sed a graeco uoce eleos, quod miseracionem significat.  
Etenim eo genere carminis res fere miserabiles scribi consue-  
uerunt. Hora. Versibus impariter iunctis querimonia primus,  
post etiam uoti inclusa est sententia compos. hic est elegia dicta.  
Oui. Venit odoratos elegia nexa capillos. ab eodem & eleemosy-  
ne dicta est, quod proprie miseracionem siue miseracionem si-  
gnificat. unde uulgo nunc munus inopi datum eleemosyne uo-  
catur. & seligo secerno. a quo selectus, & selectio. & diligo  
amo, quod eum, quem amamus, eligere uideamur, quasi nostra  
beneuolentia dignum. a quo diliges studiosus, quod eorum, quae ama-  
mus sumus studiosi. hinc diligenter. diligenter. diligentius. diligentissime. & diligentia, studium. contra. quo-  
rum contraria sunt, indiligens. indiligentior. indiligentissimus. indiligenter. indiligentius. & indiligentia, incuria. & re-  
ligo idem, quod eligo. a quo religio, quod deum, quem diligimus,  
eligimus. nihil enim aliud est religio, quam dei cultus. a  
quo religio sus. religiosior. religiosissimus. religioso. religiosus.  
religiosissime. quidam tamen religiosum a relinquendo di-  
ctum existimant, & id esse definiunt, quod propter sanctita-  
tem a nobis remotum, atque sepositum est, quod significatum  
optime seruauit Virgilius, Dum inquit. Est ingens geli-  
dum lucas prope Ceretis amnem Religionem patrum la-



re facer, undiq; colles inclusere caui. Et nigra nemus abiete cin-  
 git. Eleganter quippe ostendit religiosum locum esse a populi co-  
 munionem separatum difficultate ad eundem. Pompe. festus. Reli-  
 giosos esse inquit, qui facienda, et uitanda discernunt. Vñ idem  
 Virgilius inquit. Riuos deducere nulla religio uenit, ubi de-  
 ducere pro detergere posuit. Nam festis diebus riuos ueteres sor-  
 didatos detergere licebat. nouos fodere non licebat. Religiosum  
 locum (ut iurisconsulti affirmant) unusquisq; sua uoluntate fa-  
 cere potest, dum mortuum in seipso in locum suum. Cenotaphium  
 quoc; hoc est sepulchrum, in quo non dum sepultus sit mortuus  
 quibusdam placuit religiosum dici, quod diui fratres negare  
 runt. Religiosi etiam dies, infames, atq; infasti dicuntur. Cic.  
 itaq; aliter religiosos etiam nunc dies, aliter in uulgus. Religio est  
 pro metu, et sollicitudine ponitur. Vir. iam tunc religio pauidos  
 terreat a grege. Diria loci. Ter. Dignus cum tua religione ista  
 odio, non in seipso queris. Legatus, quod legitur publice ut  
 mittatur. et legatio, missio legatorum. Eligebantur quippe publi-  
 ce legati, quorum opera, consilioq; peregre magistratus uterentur  
 quod nuntii essent senatus, ac reip. Vnde legationum uaticium  
 dicitur (ut Martianus iuriscons. affirmat) quod interdum accipere  
 legati solent, qui ad sacrarium principis mittuntur. et lego legas,  
 quod est mando. decerno. delibero, ut testator liberto suo argenti  
 pondo decem legauit, hoc est decreuit ex hereditate sua decem  
 pondo argenti liberto suo conferri. Hinc deducitur legatum, quod  
 est ut Florinus inquit) delibetatio quaedam hereditatis, qua  
 testator ex eo, quod uniuersum heredis foret, alteri collatum uo-  
 luit. itaq; Modestinus legatum inquit, est quaedam donatio testa-  
 mento relicta. Quidam existimauerunt et fideicommissum, et  
 donationem causam mortis legati appellatione contineri. Ab eo le-  
 gatum dicitur, quibus aliqd testamentum legatum est. Ab hoc  
 lego composita fiunt allego, quod est adduco. Plyn. Tum multa  
 allegauit, quae ad rem propositam pertinere minime uideban-  
 tur. Aliqui etiam mitto. Plau. Quin eam ipsa me allegauit, quae  
 acerferem. Delego, demando. comitio. Cic. Post delegatum mi-  
 hi hanc prouinciam, hoc est post hoc onus mihi impositum. Sueti-  
 de Nerone. Nulli delegauit officium, ut non aduiceret. Sas quid  
 mihi opus sit, et hoc agamus, neque quicquam habeat. et dele-  
 gata a principe causas dicuntur, quae sunt alicui commissae. Vñ  
 de subdelegare dicimus, delegatas nobis a principe causas alte-  
 ri nos scendas iniungere. Est etiam delegare uice sua alium  
 rem dare creditorum, cui creditor iusserit. Vñ etiam delegat  
 re pro discedere, et dispartire posuerunt. Plau. Cui fautores de-  
 legatos uiderit. et delegata, dixerunt, diis consecrata, quae  
 nunc dedicata dicimus. item relego relegas, quod est exulem fa-  
 cio. et relegati dicuntur in exilium missi. et relegatio, exilium.  
 Sueti. de Domitiano. Dum sororum suarum corruptores relegasset.  
 et ablego, alio mitto. Teren. Aliquo est mihi ablegandus, dum  
 partem philomena. item collegae a legendo, hoc est eligendo di-  
 cuntur quod una electi sint. Collegae sunt in legatione, aut magi-  
 stratu socii. Collegarum appellatione eos omnes contineri. Vñ  
 affirmat, qui sunt eiusdem potestatis. A collegae Collegarum dedu-  
 citur, quod proprie significat societatem ipsam collegarum. Praete-  
 rea a lego, cum significat oculis scripta pariter, deriuatur lecto-  
 r, pro eo qui legit. Gelli. Siquis lucubrationum nostrarum le-  
 ctor erit. et lectio. Plyn. Multa lectione fatigatus. et secundum  
 quosdam litera, quasi legitima, quod legenti iter praebet. et lex quae  
 publice legitur, ut uniuersi eam obseruent. et legitimum, quod  
 aequum. iustum. conueniens, et secundum legem est, a quo legitime  
 aduerbium. Et contrarium eius illegitimum. a quo illegiti-  
 me. Vnde legitimi filii dicuntur qui iusto matrimonio orti sunt,  
 et contrario illegitimi. et legislator, qui legem tulit. et le-  
 gifer eiusdem significationis. Vir. Legiferae Cereri. et legule-

ius, qui legum studia sectatur, seu uersatur in legibus. Cic. ita  
 et ibi iurisconsultus ipse per se nihil nisi leguleius quidam cau-  
 tus, et acutus. praeco actionum tantorum formularum. uiceps syl-  
 labarum. et illex, qui sine lege uiuit, sicut exlex. Plau. impu-  
 re. inhoneste. iniure. illex. et legirupa, qui legem frangit. idem.  
 impudice. scelerate. uerbero. bustrape. furaster. socio fraude. par-  
 ticida. sacrilege. periure. legirupa. pernicies adolescentum. Fur-  
 fugitue. fraus populi. fraudulente. impure. leno. coenium. uer-  
 berasti patrem, ac matrem. idem. Hominem ego hic quareo ma-  
 lum. legirupam. impium. periurum. atq; improbum. item ab  
 hoc lego, lectio frequentatiuum. A quo lectitatio. et perlego,  
 quod est diligenter, et usque ad finem lego. et relego relegis,  
 rursum lego. Ouidius.

Cum relego scripsisse pudet, nam plurima cerno,

Me quoq; qui scripsi iudice digna lini.

A lego etiam cum pro uideo accipitur, fit compositum ne gligo,  
 quasi ne lego quidem, et non dignor uidere. Est enim proprie ne-  
 gligere, continere, paruifacere. Hinc ne gligatio. et ne gligatus,  
 hoc est contemptus. et ne gligenus, continens. et ne gligentia in ca-

ria. et ne gligenter sine cura, indiligenter. Ab ijs praeter ea com-  
 paratiua, et superlatiua fiunt ne gligentior. ne gligentissimus.  
 ne gligentius. et ne gligentissime. ite intelligo, quod est uideo, et me-  
 te pappio, quod ueteres interlego dicebant. Sicut plego. et pellego.  
 Plau. tabellas tenet has, pellego. ab intelligo fit intelligibile, quod  
 mente percipi potest. et intelligentia ipsa mentis perceptio. ite in-  
 tellectus pars animi rationalis, quae cuncta percipimus. A quo  
 intellectuuale. et intellectu u deducitur. Lego uero a greco de-  
 ducitur. Nam greci λεγειν dicere dicunt. Vñ fit logos, quod apud  
 eos modo sermonem, modo uerbum. modo rationem. modo orationem si-  
 gnificat. Apud nos uero aliquando pro dicto ridiculo, ac continen-

do accipitur. Ci. Ego te certe scio omnes logos, quod ludi dicti sunt,  
 animaduertisse. A logos fit epilogus, qui a nobis peroratio di-  
 citur. et catalogus oratio, siue sermo alicuius rei ordinem, ac di-  
 spositionem continens. et logice scientia differendi. Vnde et  
 λογική, quod differere est, Dialectica uocatur. et  
 syllogismus oratio, in qua quibusdam positis et concessis neces-  
 se est per ea aliud euenire, qui si imperfectus sit, hoc est si ex  
 duobus assumptis alterum desit, Enthymema dicitur, ut omnis  
 homo est animal. ergo omnis homo est substantia propter quod fe-

stinus, et imperfectus syllogismus uocatur, quia ad eum perfici-  
 endum alterum assumptorum desit, quod erat omne animal est  
 substantia. Iuue. Aut caritum sermone rotato, torqueat enthy-  
 mema. et dialogus, quae colloquutio, seu disputatio inter pretari  
 potest. Est. n. dialogus liber, in quo aliqui simul de aliqua re dis-  
 ferentes introducuntur. et elogium, quod est testificatio de ali-  
 quo. siue honoris seu uituperationis causa, quae admodum supe-  
 rius ostendimus. et analogia, quae a quibusdam proportio di-  
 citur, cuius usus est, ut incerta certis probet, ut puta si quaeratur  
 funis masculini, an foemini generis sit, ex diminutiuo eius  
 agnoscitur, quia funiculus masculini generis est. et inanilo-

gus, qui inania loquitur. Plau. Profecto inanilogus es. M A R-  
 T I S. B e l l i. D E S P E R A B A N T V R. Nulla am-  
 plius de eis spes erat. Spes quae graece ἰλπίς dicitur, est  
 opinio futurorum, et (ut Plato scribit) commune nomen est  
 tam ad bona, quam ad mala. Singuli quippe homines duos in-  
 tra se comites habent utrumque amentem, et alterum alteri con-  
 trarium. huic uoluptas nomen est, illi dolor. Singulos praeterea  
 futurorum opiniones, quarum commune nomen spes est. Pro-  
 prium uero eius, quae dolorem praecedit, timor. illius uero quae  
 uoluptatem, fiducia. Ab hac fit spero uerbum, quod similiter  
 tam ad dolorem, quam ad uoluptatem refertur. Virgilius. Hunc  
 ego si potui tantum sperare dolorem, et perferre soror potero.

60



Sperare inquit, hoc est futurum opinari, siue timere. Hinc bene spero, & male spero dicimus. Abusue tamē aliquando spero pro existimo, siue credo accipitur, siue de presenti tempore loquamur, siue de præterito. De presenti Quinti. Facilis, ut animaduertere nos spero, defensionis meae cursum est. De præterito. Et innocentiā quidem puellae satis, ut spero, defendimus. Hinc speratū ueteres prociū, hoc est eum qui uxore petiit, dixerūt. Et speratā uirginē, quae petitur. A fra. Curre, & nuntia uenire, & mecum speratā adducere, ut uideat puellā. curēt. confortament, iube. idē. Speratā non odi tuam. Postquā uero sponsio facta erat, nō speratā, sed uel dictā, uel pactā, uel sponsa uocabatur. Item a spero despero deducitur, quod est extra omnem spem sum. a quo desperati dicuntur in morbis, de quorū salute nulla amplius spes, qui & deplorati uocantur. item desperati, quā nullam amplius salutis spem hnt. Vnde uetus illud prouerbiū. Nō esse cum desperatis decertandū. Hinc et desperatio dicta. Sall. Ne forte desperatione adducti uitae mortē præferrent. item a spes ex pes, quod sine spe est. Axi. Orbus, & liberorū ex pes. Veteres pro spem sperem dixerunt. V ar. Sublimis speribus oēs deridet. idē. Quibus suā delectet ipse amicitiam, et sese speribus iacet suis. Ab hoc factū est prospere aduerbium, quasi pro spe. Hinc prosper, felix hoc est quod spem nostrā implet. Vnde prosperos deos dicimus. Prospera sidera. tempora. loca. fines. actioes. suauissus. Sæpe et pro eo, qui recipit, hoc est qui spe sua potitus est accipitur. Hinc Suet. Caesarē scribit fuisse prospera uale tudine. i. bona, et quasi felicia. Ab hoc prosperitas deriuatur, hoc est felicitas, et ad notū successus. Quidā etiā prosperiter pro prospere usurparūt. Sūt qui a spero sperno quoque deductum existimant, quod significat fastidio, despicio, quasi nullā de eo spem habeo. Virg. Comitē ne sororē spreuisti. Terē. Quot modis contēptus, spreus, facta trā facta oīa. Ab hoc fit aspernari aspernaris eiusdē significationis. A quo aspernatio. item desperno, ualde sperno. V ar. Hō ridiculus, & ab omni pube despretus. Nos sperno a separando potius deductum existimamus. nā ea quo fastidimus, reijcimus, ac separamus a nobis. unde et spernere ueteres aliqui pro se grege uisurparunt. Ennius. ius atque aquū se a malis spernit procul. Ante prius. Ante enim modo præpositio est, quae & composita et separata inuenitur. ut ante pono. ante domum. et significat propter gratiam localem, uel temporalem, ut antecedo προουμα, et ante annū προειρωτῶ. inuenitur & sine, et tunc aduerbially accipitur, significatque antea, quod apud graecos προτερον dicitur, ut hoc loco et apud Virgiliū. Ante peratis amborū sinibus exul. Aut ararim parthus bibet, aut germania tigris. Ab hoc fit antea eiusdē significationis. & antehac, quod significat non modo ante hoc, sed etiā ante illud tempus. Sicut posthac nō tantum posthoc, sed et post illud tempus. Sallu. Sic erat accensa libidine, ut sæpius peteret uiros, quam peteretur. Sed ea spe antehac fidem perdidit. & antiquus. a quo antiquus. antiquo. antiquor. antiquarius. antiquus. antique. antiquatio. de quibus supra diximus. et anterior, qui ante est, sicut posterior, qui post est. & antesto nota significationis. a quo antistes de quo supra diximus. et aduerbium antexpectatum, quod significat dicto citius. et ante, quā eius expectaretur aduentus. Vir. Antexpectatum positus stat in agmine castris. et anturbanū prædiū, urbi propinquū. & antariū bellū, quod ante urbem geritur. et antefixa, quae ex opere figulino testis affiguntur sub stillicidio. & antigerio, quo ueteres pro ualde, & pro statim utebantur, quasi antequam res geratur. & anticum, atque antica, de quibus superius disseruimus, sicut posticum, & postica. & anticipo, quod est præuenio. præoccipio, quasi antecapio. A quo anticipator. anticipatrix. anticipatio. V ar. Anticipate, atque addite calat, stultos contemni

te docti. & antecello, præcello. & anteceniū abus, qui ante eam sumitur, hoc est merenda. Sicut Domicianū caena, quae domi fit. & antilena, qua pectus equi, aut iumentū siue alterius animalis cingitur, sicut postilena, quae sub cauda ponitur. et antelucā, siue antelucor (utroque enim modo dicitur) ante lucē uigilo. A quo antelucanus deducitur. unde antelucaniflatus, de quibus supra diximus. & antelucanū tempus. & antelucana industria. Cic. Socrates a gre ferre solebat, si opificum antelucana uinceretur industria. & anteambulo uerbu, quod est ambulando præcedo. A quo anteambulones, qui reges, aut principes comitando antecedunt. Suet. de Vespasiano. Dū eū idem per contumeliā anteambulonem fratris appellat. et ante pono. antefero. præfero. anteloquor, prius loquor. A quo ante loquiū, primus in loquēdo locus, siue prior locutio. Macro. Sed & Eustachius, & post hunc Nicomachus meminerint crastina dissertatione seruari sibi anteloquiū functionem. & antestari, quod significat ante iudicem statuere. & antestagnari milites, qui in exercitiū signa antecedunt. & antecedo, præcedo. & antenna, lignū intransuerso mali positū, ex quo uelū dependet, quod ante se habeat amnem. quem admodum inter amna dicta est urbs Vmbria, quod inter amnes constituta sit. Vir. Cornua uelaterū obuertimus antennariū. Nā antemon uelū est, quod potest facilius obliquari, quo nautae in summo tempestatis discrimine utuntur. et antegenius, primogenitus. & antipagmenta ualuarū ornamenta, quae ante ualuas appinguntur, hoc est affiguntur, siue (ut alij uolunt) quod appinguntur anitis. et āta, quae sunt latera osthorum. & antes eminentes lapides, uel colunae ultimae, quibus fabricae sustentantur, quod ante stent. item extremi uinearum ordines. Vir. iam cūni efficitur extremos uinor antes. Si significant etiam materias quibus uineta clauduntur. et antie muliebres capilli in frontem demissi, quod ante faciem siti sint. & antiū urbs Latij, et Romanorū Colonia, quod an alias urbes, hoc est in ipso litore sita sit. A quo Antiates appellati. Ante uero a graeco deducitur arior, quod significat contrariū, quia quae ante nos sunt ueluti contraria nobis esse uidentur. Ante diem duodecimum Calen. & post diem duodecimum Calendarum, aequē utroque sermone undecimum diem significari Paulus iuriconsul. affirmat. NANQVE. Et enim. Nam & ab eo compositum Nanque, significat proprie quia. etenim. quoniam. interdū autem ad distinctionem diuinitat sententiarum ponuntur. Sallu. Nam quod in uxorem, ac filiam meam tam petulanter inuectus es, quod perinde est, ac si dixisset. quod autem in uxorem. interdū etiam nam interrogantis aduerbium est, si cum qui. quae quod iungatur, ut quisnam. quae nam. quod nā. item cum uter, ut uternam. Et cum quae, ut qui. nam. i. cur. Solebatque apud ueteres præponi. Vir. Nam quis te iuuenem confidentissime nostras iussit adire domos? Teren. Nanque est haec anus a fratre egressa modo. Veteres Ennam quoque scripserunt pro etiam ne. GRAUEM. Vel ponderosum propter magnitudinem, uel perniciosum propter ferocitatem. GEMINO. Non duplici. unum enim duntaxat cornu habet rhinoceros, sed ualido. uehementi. tractum ab eo, quod ea quae geminata sunt, ualidiora sunt. Virgilius. Geminodentalia dorso. Syllius. inque gemens geminum contra uenabula fertur. Proprie tamen geminos dicimus duos. Virgil. Sūt geminae somni portae, quarū altera fertur Cornea. Hinc gemini appellantur, qui ex uno utero uno die editi sunt etiam si plures sint, quā duo. Nā si tres sunt, tergemini dicuntur. Si quatuor, quatergemini. idē, Geminos huic uerbera arcum Ludere pendentis pueros. Hi etiā gemelli uocantur. idē. Mō nā quod gemellos, spem gregis ab silice in nuda connixa reliquit. Et quoniam qui ita nati sunt frequenter similes esse cōsueuerūt, Ge



minum aliquando pro simili usurpamus. Pach. Par. fortitudo, gemina confidentia. geminos etiam dicimus caeleste signum. de quo supra diximus, quod castor, et pollux id constituunt, qui uno partu sunt editi. A geminus Geminus uerbum deducitur, quod est duplici, itero. Unde geminatio. iteratio. et gemine, ac geminum aduerbia. et congemino eiusdem cum suo simpli a significationis.

DE CARPOPHORO. EPIGRAMMA. XXIII.

**D**ORICA QUAM CERTO. Rursum blanditur Domitiano in laudando Carpopphoro, cuius dexteram ob confectas maiores feras, timens leo, sese in aliorum tela coniecit. **FOR TIS.** Valida, ut superius diximus. **TENERI.** Adolescentis, et ferè adhuc pueri. Virgilius. Et ros in tenera pecori gratissimus herba. Ponitur tamen pro molli. Transferunturq; etiam ad animum. Iuue. Cum tener uxore ducit spado. Hinc teneri dicuntur, qui in ætate puerili sunt. et tenera. etas puerilis. item teneri per metaphoram mites, et qui facile commiserentur. A quo teneritas, et teneritudo, quæ modo mollicem, modo misericordiam significant. et tenere, siue teneriter, mollior. misericorditer. et tenere se, modo mollior fito, modo mitesco. misericordia duor. Lual. Scilicet in tenero tenere se corpore mentes. **DORICA.** Cretensia. Doris regio est græcæ iuxta Maliacum sinum. Cuius a tergo mons est Oeta. a qua dorij siue doriæses, siue dories appellati. Ab his doricæ lingua nominata est. Doris etiam urbs est eius regionis. Dorios Plato appellatos existimat a dorico quodam, a quo exules restituti sunt, cum prius achui nominarentur. Seruius uero honoratus grammaticus a dorio Neptuni filio nominatus affirmat. Sunt etiam qui a Dori Nympha Oceani, et Tethyos filia nomen putent sumpsisse, quam Nereo fratri uxorem dedit, et ex qua magnus Nympharum numerus procreatus est, quæ quoniam maris dea est, aliquando pro mari a poetis usurpatur. Vir. Doris amara suam non intermiscuit undam. Ab hac doris appellata est urbs in Thraciæ litore sita, et ferè Samothraciæ opposita, iuxta quæ campus est eiusdem nominis, per quæ hebrus amnis labitur, in hoc campo Darius persarum rex aram struxit, et post eum Xerxes exercitum recensuit, decies centum viginti nullum hominum capax, tot enim Xerxes ibi dinumerauit exercitum. A doride etiam Dorion Achiæ oppidum nuncupatum. Quoniam uero Dorienfes præsertim qui Parnassum incolabant, Altemene duce in cretam belli Troiani temporibus profecti sunt, ibiq; orientalem oram incolentes decem urbes condiderunt, Cretenses quoq; doriensium nomen sumpsere. Hinc doricæ uenabula cretensia dicimus. Quippe in creta præcipuus usus calamis est, neq; sagittas solum ex ijs conficiunt, sed etiam uenabula, hastasq; additis cuspidibus. Arundo aquaticus frutex est omnibus notus, et belli pacisq; experimentis maxime necessarius, in delitijs etiam gratus. hoc septentrionales populi domos suas operiunt, hoc parietes etiam nostri edificiant, ac gypso tegunt. hoc cameras suspendunt. Chartis feruunt calami, sic enim tenuiores arundines uocantur, præsertim ægyptij ob cognitionem quandam papyri. Martia. Dat chartis habiles calamos memphitica tellus.

Texantur reliqua recta palude tibi.

In Asia etiã arat. Aneticum lacum præstantes nascuntur. itali as fungosior est natura. atuo itus: corpore. superne tenui ligno. fissiles ubiq; sunt. acuta semper acie geniculis distincti. attenuati leuiter in cacumina. crassiore coma. quæ uel pro pluma imponæ utuntur, uel ubi limosiore callo induruit, ad ferrume-

mandas nauium commissuras. Contusa. n. tenacior glutino est, et ad explendas rimas fidelior pice. Calamus orientales populi bella conficiunt ijs spicula addunt irrenocabili hamo noxia. Addunt etiam pinnas, ut mortem accelerent. His armis solem ipsum obumbrant, propter quæ serenos maxime desiderant dies, uentosq; et imbres odere, qui inter illos pacem esse cogunt. Nullus tamen sagittis aptior calamus, quam in Rheno Bononiensi amne, cui plurima medulla, et uolucres pondus inest. Libri tamè non eam gratiam habent, quæ Belgicus, Creticusq; habi quemadmodum indi hastarum et uicem præbent additis, ut diximus, cuspidibus. Arundini indicæ arborea amplitudo est. quippe nauigiorum uicem præstante singula interno dia. Radice natura iuuax est geniculata et ipsa. ex ea indi uasa pulcher rima, et omnium tenuissima, ac leuissima faciunt. Ex arundinum geniculis exiunt aliqui rami, qui sunt calami tenues. Plurima calamorum genera, alius totus cotinus est, quæ syringæ uocant, quæ utilissimus sit fistulis, quoniam nihil ei charalaginis, atq; carnis. Græci sanè σὺριγγα fistulâ uocant. Alius est continuo foramine puius, ut orchomenius, quæ auliticon uocant tibys unliorem, quas græci ἀλωὺς appellant. Est alius crassiore ligno, et tenui foramine, quem totum fungosa replet medulla. Fruticosissimus, qui uocatur donax, non nisi in aquaticas natus. suu genus sagittario, qui ut diximus, longissima interno dia habet, et dum calefactus est, facile flectitur. Est et obliqua arundo non in excelsum nasens, sed iuxta terræ fruticas modo se spargens, suauissima in teneritate animalibus a quibusdam elegra uocatur. Est et in Italia nasens calamodinus, latine adareæ appellatur, nascitur circa arundines tenues, ubi spuma aquæ dulcis, ac marinæ se miscent. Sub ipsa coma utilissima denibus, quoniam uis eadè est, quæ sinapi. Characi uocant arundinem crassiore, firmioremq; quæ aptior sit sepius faciendis. quippe χαράκιον apud græcos sepiæ est. Plocam uero nuncupant subtiliorem, quæ nexibus apta sit. πλοκὴ enim nexus dicitur. Est et aucupatoria arundo, et piscatoria. et Zengita a paritate appellata, quod ex ea tibia fierent. et bombicia sic dicitur a mollitie. E solis quondam arundinibus fieri tibia solebat. Postea sacrificæ thusarum è buxo, ludicræ è loto, ossibusq; asininis, mox ex argento fieri cœperunt. Aucupatoria arundo è panormo laudatissima ferebatur. Piscatoria ex Africâ. Arundinis Italiae usus maxime ad uineas est. Cato eam fieri iubet in humidis agris solo prius bipalio subacto, oculis trium pedum interuallo dispositis. Simul autem feri, et corrudâ, sic enim uocant fruticem, ex quo asparagi fiunt. amantia cum arundinibus concordant. Asparagus a fruticis asperitate dicitur est. est enim nihil aliud quam spina. Græci tamen eodè uocant nomine a nobis (ut opinor) sumpto, ut in plerisq; alijs. Satui asparagi maiores sunt, ac crassiores, sed minus sapidi, et spina eorum mollior. Martia. Mollis in æquorea quæ creuit spina ræ uenna, Non erit in cultis gratior asparagus. Circundare ijs ueteres pisciculos in conuiujs solebant quemadmodum cybia ouis, ut alibi dicimus. Iuue. Quæ fertur domino squilla, et quibus undiq; septa asparagus. Ab arundo arundineus et arundinetum. A calamo calamari deducitur, unde calamare thecâ dicimus, in qua calami reponuntur. Calamus et pro stipula accipitur, et pro quacumq; re tereti, ac fistulosa, ad similitudinem arundinis. unde arborum quoq; ac uitium calamos dicimus, hoc est teretes particulas et uirgas quasdam ad ferendum aptas. Plyn. Quod si longius afferantur pomorum calami ræpe infixos optime custodire succu arbitrantur. idè. Tertium genus est terebrare uicè in obliquum, calamosq; addere longos pedes binos, atq; ita ligatum istum o pite terra calamis subiectis. Hinc calamitas deducitur, quæ proprie a rusticis grædo appellatur, quæ calamum, hoc è cul

Doricam quam certo uenabula dirigit. et tu  
Forsis adhuc teneri dextera Carpopphori.

Ille tibi geminos facili ceruice iuuencos,  
Illi cœsit atrox bubalus, atq; bison;

Hunc leo cum fugeret præcepit in tela rucurrir.  
Iuuenc, et lentas corripit turba moras.

De Carpopphoro.



men. segetem'ue comminuat. Teren. Sed eam ipsa egreditur no-  
stri fundi calamitas. Ponitur tamē pro miseria, atq; erūna. Vn-  
de calamitosum dicimus malis ac calamitatibus prægrauatū.  
Ci. Et honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos. &  
miseros, calamitososq; defendere. Ab hoc fit calamitose aduer-  
bium, hoc est misere. item a calamo calamistrū, hoc est acus, si-  
ue fistula quædā quæ calefacta intorquet capillos. a quo Cice.  
Calamistratam comam appellat. & calamita ranarū genus,  
de quo supra diximus. Calamus odoratus, quē vulgo aroma-  
ticum uocant in arabia nascens ad nos uehitur. Quoniam ue-  
ro asperitatis mentionē fecimus illud monēdū iudicamus aspe-  
rū a græco deducit, quippe græci ἀσπερὸν asperū, ἀσπερὸν  
asperitatem dicunt unde quidā aspide noiatum uolunt a mor-  
sus asperitate. aspis a græcis clypeus uocatur ab asperitate si-  
gnorū. Quæ ratione nostri quoq; ueteres scutum clypeū uoca-  
tū, non a duendo, hoc est a pugnādo, ut grammatici pu-  
tant, non a cælando, hoc est a tegendo corpore (ut Seruius exi-  
stimaui) sed ἀπὸ τῶν λυπῶν, hoc est a scilicet uis imaginū.  
Plym. Scutis. n. qualibus apud Troiam pugnantium est, contine-  
bantur imagines, unde & nomen clypeorū. A clypeis clypea-  
ti, sicut a scutis scutati dicuntur. Proprie autem asperū uoca-  
mus, quod uel usu, uel gustu, uel tactu, aut alio sensu insua-  
ue est. Vñ Vir. Bina dabo argento perfecta atq; aspera signis  
pocula. per metaphoram tamen ad ea omnia transfertur quæ  
dura, atq; insuauia sunt. Ter. Asperū para, hoc est aliud sodes  
para. Vñ & pro nocente accipitur. Vir. Asper acerba tuens. Et  
pro iniquo. idem. Tum aspera Iuno. Ab eo fit diminutuum  
asperulus, & aspere aduerbiū. et ex aspero uerbū, hoc est aspe-  
riorem facio. & subasper, parum asper. Et per sinōpē (ut qui-  
dam putant) aper, de quo diximus. Sunt etiā qui asper non a  
græco deductum uelint. sed a spe, quæ admodum prosper de  
quodiam differimus. TVLIT. Sustulit, interfect. GE-  
MINOS. DHOS. FACILI CERVICE. Facile suc-  
cisa. Cervix posterior colli pars est, ex qua origo est omnibus  
neruis, & quoniam nervi ipsi corpus erectum, ac rigidū faciūt,  
ac in ceruice sunt collocti dicimus hominē duræ ceruicis quasi  
indomabile, more ferocū boum. item qui ceruicē erecta & rigi-  
da est, contumaciā quandā & mentis rigore uidetur præ se fe-  
re, quasi caput nemini iclinare uelit, tali nomine uocatur, quasi  
duri capitis. duræq; mentis. Vterque ceruicis multitudinis nū-  
ero dixerit, nemōq; ante Hortensiu, ut supra ostendimus, usus est  
singulari. Recentiores quidā ceruicosum pro duro, & inexora-  
bili usurpant. Cervix nulli est, nisi quibus gula, et arteria ē.  
Arteria est, quæ ad pulmonē ducit, tegiturq; epi glossi, quam  
& minorē linguam uocant, ne si potus, abus ue in epulando  
uocē illac meante, in alienum deerrauerit tramitem, torqueat,  
& hæc exterior est. Gula uero interior, qua abus atq; potus  
deuoratur. Tendit hæc ad stomachum, inde ad uentrem. A gu-  
la fit gulosus notæ significationis, qui græcæ γαίμαχος,  
hoc est Lemargus dicitur. & Lemargia in gluuies. & degulo  
uerbum, quod est gulæ tradit. Plau. postquam degulato patri-  
monio pauper est factus. & guttur anterior pars colli, quæ ho-  
mini tantum & suibus inuemescit, aquarum plerunq; uitio.  
Ab hoc gurgulio, quod totus sit guttur. & gulositas. et gulo-  
se ad uerbium, hoc est auuiditas cibi. & auide. & in gluuies, hoc est  
uentris rapacitas. Vir. Piscibus atrā improbus in gluuem, ra-  
nisq; loquaribus implet. in gluuies etiā (ut Varro scribit) tori  
sunt, qui circa gulā sūt propter pinguedinē, atq; iteriectas ha-  
bent rugas. item glutio. A quo de glutio, quæ significant deu-  
ro. Gluuire tamen etiā pro glocidare accipitur, quæ propriū est  
gallinarū. quæ do oua excluderūt, unde talis uox glocidatio uo-  
catur. item a gula singultus, quæ ferē in gula fiet. Differt. n. sin-

gultus a ructu, quia ructus fit cum uentriculi humor recalcē  
inflatur, atq; concoquitur. Singultus uero quoties spiritus uacans  
ab humore in loco spiritui deputato retinetur. hic. n. dū emitti-  
tur, nec potest erūpere, distentionē inducit, quæ appellatur sin-  
gultus. Ex quo fit, ut ubi refrigeratus inducatur singultus. Fri-  
gus. n. humorem spiritui obductum cogit. Spiritus circumuen-  
tus exilit, cuius comotio nihil aliud est quàm singultus. Ab hoc  
fit singulto uerbū, quæ est singultus emitto. Singultire & gallina  
dicitur cum uocē illā singultuensi similitē post foetum emittit. Nā  
glocire dicuntur gallinæ, quæ uolūt incubare. Columel. Quæ  
do oua supponenda sunt glocientibus gallinis. Gluma hordei  
folliculus ē, dictum, quæ gluuatur, hoc est nudatur illud granū,  
unde & porcus gluuus dicitur, cum ei detrabitur pellicula. Var-  
ro. Granū dictū est, quod intumē solidū. Gluma folliculus eius  
Arista, quæ et acus tenuis longe eminet. Gluuire, distinguere  
& separare est. idē. Quæ nō modo distinguit uocem, sed etiā  
ramis gluuuit. Gluadātū, suaue & iucundū dicitur a græ-  
co γλυκῦν, quæ dulce significat. item a gula strāgulo deduci-  
tur, quæ significat suffoco. A quo strāgulo dicitur, quæ de herbis quoq;  
et arboribus dicitur. itē gurgulio uermis, de quo diximus, quæ  
nihil aliud ferē sit, quæ guttur. a quo gurguliu, et gurguliohum,  
de quibus similiter diximus. itē gurgis locus in iuonne profun-  
dus in quo aqua uertitur, quæ gule instar ad se trahat, ac deu-  
ret. A quo fit ingurgito, quod modo, pro deuoro accipitur, et fe-  
rē de potu, ac de cibo dicitur. Plau. Et pleni uini amphora in-  
gurgitat. Mō pro impleo. Ci. in Antonii. Cū se abis ingurgita-  
uisset. A collo uero fit subcollo, quæ est collo impositio, siue in col-  
lo gesto. et decollo, ex collo depono. Suet. de Claudio. Ab ijs le-  
thicæ impositus, & quia sui defugerat uicissim subcollanibus  
in castra delatus est. Afranius. Nūc Iouē in tuo collo habet. De  
colles caue. itē a collo collare deducatur, quæ admodum superius  
ostendimus. Quæ gulā tantū habent, carent ceruicē, & col-  
lū duntaxat habēt. sed quibus est ceruix, multas uertebatasq; of-  
sibus ad arcuspectū articulum nodis iungitur, Leoni tū &  
lupo, & hyenæ singulis, relictisq; ossibus rigens, cætero spine  
adnexa. Hyena animal est in Africa præcipue nascens, utraq;  
ei naturā esse nonnulli existimāt, & alternis annis marem al-  
ternis foemina fieri. hoc Aristoteles negat. Collum et iuba cō-  
tinuitate spine porrigitur, flectiq; nisi arcumactu totius corpo-  
poris nō potest. humanū sermonem inter pastorū stabula assi-  
milare dicitur, nomenq; alacrius discere quæ foras euocatum di-  
laceret. V omissionē ēt hoīs imitari ad sollicitandos canes quos  
inuadat. Solū præterea id animal se pulchra eriere, ut corpo-  
ra ingrat. Oculis mille esse uarietates, colorumq; mutationes.  
huius generis canis Leana athiopica parit crocitatam, similiter  
hominum, pecorumq; uoces imitantem. Aries ei perpetua in u-  
traq; parte oris, nullis gingiuis. dente continuo, qui ne contra-  
rio occurso hebetetur, caprarū modo includitur. Hominum ser-  
mones Manticorā quoq; in Aethiopia imitari nonnulli prodi-  
derunt. BVBALVS. Vrus. Secutus est poeta uulgū opi-  
nionem, qui ut supra diximus ob imperitiam uirum bubalū  
uocat, cum nullam bubali similitudinem habeat, sed tawo po-  
tius similis sit specie colore, ac ceruicis figura, ma gnuidine est  
paulo in fra elephantum. Magna ei uis est. et magna uelocitas  
neq; homini, neq; feræ, quæ cōspexerit parat. Re pitur in Afri-  
ca, atq; ēt in hercymia sylua Germaniæ. Cuius latitudo est no-  
uē dierū itinere. Oritur ab Heluetiorū, & Nemetū, et Tau-  
riorū sinibus, relictisq; fluminis Danubij regione pnet ad fines  
Dacorum, & anartū. hinc se flectit sinistrorsus diuersis a flu-  
mine regionibus. multarumq; gentium fines propter magnitudi-  
nem attingit. Nec quisquam adhuc est, qui inuē eius syluæ  
uidisse se dicat, cum multi sexaginta et amplius dierū iter pro-



essent. Hercynij uero populi sunt, uetus pelagorum colonia. in caesyluauri studiose fonsis capti interficiuntur. hoc se laborant adolentes, atq; hoc uenatus genere exercentur, et qui plurimos ex ijs interficiunt, relatis in publicum cornibus quae sint testimonio, magnam laudem adipiscuntur. Mansuetere ne parvuli quidem possunt, amplitudo cornuum, et figura et species multum à nostrorum bouum cornibus differunt. Haec studiose exquisita ab labris argento circuncidunt, atq; in amplissimis epulis pro poculis utuntur. Vros primus Romae Caius princeps in arena ostendit. BISON. Animal est e bouum syluestrium genere. cervi figura, media fronte inter aures unum cornu habens: excelsius, magisq; directum ijs, quae nota sunt cornibus, ab eius summo sicut palmae rami late diffunduntur, eadem est foeminae, marisq; natura. utriq; sunt iuba eadem utriq; forma. magnitudoq; cornuum. Hi quoq; in hercynia sylua Germaniae reperiuntur, quae admodum alce mulis comparanda, nisi quod adeo propensum habet superius labrum, ut nisi recedens in posteriora uestigia pasci nequeat. itaq; retro greditur in pascedo, ne in priora tendens inuoluatur, alias uelocitatis miranda. Crura sine nodis, articulisq; habet, neq; quietis causa procumbit, neq; si quo afflicta casu conciderit, erigere sese, aut subleuare potest, arbores pro cubicalis habet ad eas sese applicat, atq; ita paululum modo acclinate quietem capit. Venatores cum e uestigijs, quod se receperit inspicere, omnes eo loco, aut à radicibus subruunt, aut incidunt arbores, tantum ut summa species earum stantium relinquatur. Huc cum se cōsuetudine acclinauerit, infirmas arbores ponderē affligit, atq; una ipsa concidit. Cui simile feram machlin nomine, stantidania insula gignit è regione Germaniae posita. IN VNC ET LENTAS CORRIPE TVRBA MORAS. Solebant spectatores aliquando uoce uel plausu feram excitare, ut suae salutem quaerere, qd in hoc leone perniciosum fuit. nam fugiendo currit in tela. Est autem modus loquedi, cum uel corripere uel deridere, uel monere aliquem uolumus. Vt in nunc, et rebus nimium confide secūdis. In nunc, et in fortuna stem pone. In nunc et dormientē exita. In imperatū est huius uerbi eo, quod significat uado. proficiscor. Terentius. eom uillā. Eo etiam ablatiuus casus huius pronomnis is ea id. Et aliquando pro tanto. ut eo maior. eo minor. eo magis. eo minus. interdum aduerbialiter accipitur, significatq; ad eum locum. Cicero. Redactae res erant, ut nulla amplius spes superesset. interposita uero aspiratione eho modo interiecto est admiratio. Terentius. Eho an tute intellexisti? modo uocantis. eho dum ad me. ali quando intentionem audientis exposcit. idem. Eho dic mihi si omnes hunc comiectum in nuptias inimica uellent. Quidā ab eo meo uerbum deductum existimant, quasi magis eo. Meare enim est ultro, atq; ire. item exire, manare, hoc est fluere. à quo meatus dicuntur, quos graeci poros uocant. Plyn. Succus maluae decoctae poros, hoc est meatus suauis facit. A meo sit remeo, quod est reuertor, resuo. et commeo, quod est animo redeundi ab eo. Hinc commeatu dicitur facultas discedendi ad tempus à milita alio uel ministerio data, siue ab imperatore militi, siue à praeposito inferiori, reuersionis die praescripto. Lilius, magna pars sine commeatibus dilabebatur. significat etiam commeatu cibaria ad ciuitates, aut etiam priuatorum alimoniam necessaria. Cicero. iam commeatu et priuato et publico prohibebamur. Sunt et alia multa ab eo deducta uocabula, de quibus inferius dicemus. TVRBA. O multitudo spectantium. MORAS. Expectationes. Morari enim à quo mora deducitur cuius diminutiuum est morula, aliquando expectare significat, quemadmodum compositum eius demoror.

Vir. Et tua progenies mortalia demoror arma. Aliquando de tenere, et in mora tenere. Quintus. Quid me pater detines? quod moraris abeuntem? in qua significatione demoror etiam ab eo compositum frequentissime usurpatur. Apul. Sic me abire oppido uolentem suauem demoratur ille abra. A quo demores sues in auspicio appellatae, quae acturum aliquid demorari compellunt. et remeligo, quae demoratur. Plautus. Quid illac nunc tam diu nitus demorantur remelignes. et demora, retardatio. Lucilius. Quae nam uox ex te resonans meo gradu demoram faciet? Remoram etiam ueteres dixerunt piscem admodum paruum asuetum petris à demorandis nauibus quemadmodum superius diximus. Aliquando etiam morari tardare est, unde et mora pro tarditate accipitur. Plautus. Cui mora semper obfuit, diligentia profuit. A demora alia quoque composita sunt demoror eiusdem cum suo simplicis significationis, et commoror, simul moror in eadem fere significatione. Maneo uerbum usurpatur. aliquando enim significat expecto. Terentius. Mane omnia prius experiri consilio, quam armis sapientem deat. idem. Quem hic manes? interdum immineo. debeor futurus sum. Virgilius. Te quoque magna manent regnis penetralia nostris, hoc est imminet. debentur. futura sunt. idem. Te Turne ne sis. te triste manebit supplicium, hoc est futurum erit. Cicero. Cuius te fatum, sicut Curionem manet, hoc est futurum est tibi, sicut Curioni. Proprie tamen manere est loco insistere. Virgilius. Manet imperterritus iste hostem magnanimum operies. Et aliquando accipitur pro fixum eadem. Manet alta mente repositum iudicium Paradisi. A maneo quoque pro immineo accipitur minor uerbum deducitur, quod quae imminet quodammodo minari uidentur. item composita sunt permaneo. et remaneo notae significationis. Emineo, quod est supersto, quasi extra alios, hoc est praeter alios maneo. A quo eminentia, et aduerbiū eminenter, hoc est alte. Quidam etiam maneo usurparunt pro eo quod est extra maneo. Unde emanfor (teste Modestino) dicitur, qui diu uagatus ad castra regreditur. Sicut desertor, qui per longum tempus uagatus reducitur. Praemineo praesum. antesto, quasi ante alios emineo. A quo praeminentia, promineo. porrigor. A quo prominentia, et prominenter. imineo, in isto. Ouid. imminet exito uir coniugis, illa mariti. ite à maneo fit eminus aduerbiū, quod significat de longe, quasi ab extra manente. et cominus, quod significat de prope, quasi à commanente, hoc est simul manente. item manito frequentatiuū, quo ueteres usi sunt pro saepe maneo. item mansio, quod significat iter unius diei. Plyn. Gebanitarū caput Thomna est. Abest à Gaza nostri litoris iudea oppido M DXXXVII millia passuum, quod diuiditur in mansiones camelorum sexaginta duas. Hinc percipi potest iter Cameli unius diei esse circiter quadraginta, aut paulo amplius millia passuum.

DE NAVMACHIA DOMITIANI.  
EPIGRAMMA. XXIII.

50

**S**

IQUIS ADES. Blanditur Domitiano de nauali pugna, quam edidit, Mones spectatores ne putent locum, in quo tanto ardore nauale praedium geri uidebant, uerum mare esse, nam et paulo ante ibi terra erat, et mox finito nauali bello, nulla amplius maris species erat futura. Constat sane Domitianum (ut Suetonio scribit) nauales pugnas edidisse penè iustarum classium effosso, et circumstructo iuxta Tyberim lacu, et aliquando inter maximos imbres prospectasse. quod inferius notauit Martial. dum inquit, aspice quam densum tacite rum uellus aquarum, defluat in uultus Caesaris, inq; sinus.

60

De Naumachia Domitiani.

Siquis ades longis serus spectator ab oris, Ne te decipiat ratibus naualis Enyo, Non credis, spectes, dum laxent aequa Martem,  
Cui lux prima sacri muneris ipsa fuit, Et par unda fretis, hic modo terra fuit, Parua mora est, dices, hic modo potus



**AB ORIS LONGIS.** A regionibus longe remotis. Ora quando sine aspiratione scribitur, cuiusq; rei extremitatem significat. Virgilius. Et mecum ingentis oras evolvere belli. Hinc uestimentorum extrema ora dicuntur & regionum, ac terrarum fines. item ipsae regiones. idem, Arma, iurumq; cano, Troia. qui primus ab oris Italiam fato profugus, launina uenit littora. Ora etiam finis est, quo nauis ad terram ligatur. Lilius, in ipsis quoq; trepidatum nauibus, dum ne hostes cum suis irrumperent, trahunt scalas, orasq; et anchoras ne in mollientibus mora esset, praecidunt. Quint. permittamus uela uentis, & oram soluentibus bene precamur. Hora uero cum per aspirationem scribitur, tempus significat. hoc est quacumq; aeternitatis partem, siue annum, siue diurnum, siue nocturnum spatium significat. Hinc quatuor anni tempora, hoc est Hyems uer. aestas. autumnus horae dicuntur. Itē partes ipsae in quas distinctus est dies, similiter horae uocantur. Haec principio duodecim instituta sunt, cuius ordinationis haec fuisse origo memoratur. Quodam tempore. Hermes trismegistus, cum esset in Aegypto sacrum quoddam animal Serapi dicatum, quod in toto die duodecies urinam fecisset pari semper interposito tempore, per XII horas diem diuidi debere coniecit. Exinde hic horarum numerus longo tempore custoditus est. Postea in XXIII horas diuisus est dies. item horam ueteres inuentatis deam uocabant. Ennius. Te Quirine pater ueneror, horamq; Quirini. Ab hora horologium deducitur, quasi horarum ratio. Quicquid enim quoquomodo horas indicat, horologium dicitur. Primus horologium solarium, in quo umbra solis, quem Gnomonem uocant, umbra horas ostendit, inuenit Anaximenes milesius lacedaemone, ipsumq; ἀπὸ τῆς σκιάς, hoc est ab umbra sciotericon appellauit, Roma multo secius contigit. Duodecim tabulis ortus tantum, & occasus solis nominabatur. Post aliquot annos adiectus fuit & meridies. Aetius consulis eum pronuntiabat, cum ē curia inter rostra, & graecostasin solem perspexisset. A columna aenea ad carcerem inclinato sydere supremam horam pronuntiabat. Sed hoc serenis tantum diebus usq; ad primum punicum bellum. Licet enim quidam scripserint primum L. Papyrium aedilem ad aedem Quirini, cum eam a patre suo uotam dedicaret, solarium horologium statuisse ante XII annos quam cum Pyrrho rege bellatum est, tamen neq; facti horologij rationem, uel artificis significans, nec unde translatus sit, uel apud quem id scriptum inuenerint. At M. Varro primum horologium solarium in publico secundum rostra in columna statutum fuisse tradit bello punico primo a M. Valerio Messala Con. Catina in Sicilia capta deportatum anno urbis quadringentesimo, septuagesimo septimo. Nec eo gruebant ad horas eius lineae, ueruntamen ei annis nonagintanouem paruerunt, do nec Q. Mar. Philippus, qui cum L. Paulo censor fuit, diligentius ordinatum iuxta posuit, quod munus inter censoria opera gratissime est acceptum. Sed tunc quoq; nubilo tempore incerta horae fuerunt, usq; ad proximum lustrum, quo tempore Scipio nascitur primus aqua horas diuisit aequae nocturnum, atq; diurnum, idq; horologium sub tecto dicauit anno urbis quingentesimo nonagesimo quinto. Mirum sane populum Romanum tandis indiscretum lucem habuisse. inuentum deinde horologium, quod nunc frequens cernitur, ē tenuissimum arenis Aegyptijs. item ē metallis rotis dentatis atq; ponderibus partim umbilicis horas indicantibus, partim testantibus tintinnabulis. Quinetia aliud horologij genus sine aliquo pondere, cui tantum torto calybe, neruisq; arcuato, qui sese paulatim euoluens uice ponderum rotas uertit. item ab hora deriuatur horoscopus, quod modo substantiuum est, si significatq; caeli particulam, in qua ponitur

ab astrologis hora, in qua aliquid gestum est, notatio. Aure. ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascitur, ut eadem pars horoscopi maneant paria cuncta quae, quae in nullis possunt geminis inueniri. Si autem sequentis tarditas horoscopus mutat, parentes diuersos quae, quos gemini habere non possunt. Modo adiectiuum, si significatq; omne id, in quo horae notantur. Plyn. Vasa horoscopa non ubiq; eidem sunt usui, trecentis stadijs aut longissime etiam quingentis mutantibus semet umbris. Horam a graeco dictam uolunt, nam & illi ὥρα uocant, nomen autem traxisse ἀπὸ τοῦ ὀρίων, quod terminare est. Mam. & extremitas cuiuscumq; rei terminus est, et horae terminant tempora. Hinc & horicon horicon dicitur arcus, quo uisio terminatur. **CVI LVX PRIMA SACRI MUNERIS IPSA FUIT.** Qui ante huc diem in urbe non fuisse. Ordo est, cui ipsa lux muneris sacri fuit prima. **LVX.** Dies. Proprie lux claritatem, siue splendorem significat. Quoniam autem dies clara est quemadmodum ē contrario nox obscura, ponitur aliquando lux pro die, unde luce, & tenebris pro die, et nocte accipimus, quamuis prima luce, & primis tenebris, non primam diem, ac noctem, sed primam partem diei, ac noctis significat. Diamus etiam lux ad uerbialiter, sicut uesper. Lux ἀπὸ τῆς λύκος dicta est. λύκων enim ueteres graeci appellant primam lucem, quae praecedit solis exortu. Home. ἄλλο δ' ἀπὸλλωνίου λυκισίτη καυτοτόξω, hoc est Apollini, qui generat exortu suo lucem. λύκων autem a sole nomen accepit, qui λύκος dicitur, unde antiquum uetustissimi graecorum λυκοβάστα appellabant, quasi ἀπὸ τοῦ λύκου βαιὸν μινον, hoc est a sole dimensum. Sole autem λύκων uocari etiam lycopolitana Thebaïdas ciuitas testimonio fuit, quae pari religione Apollinem, et lupum coluit, qui graeco λύκος dicitur in utroq; solem uenerans, quod hoc animal rapit, & consumit omnia in modum solis, plurimumq; oculorum acie cernens tenebras noctis euincit. A lyco, hoc est lupo lycium Apollinem dictum Clearches affirmat, quod sicut lupi pecora rapiunt, ita ipse quoq; humorem haurit radijs. Antipater uero lycium nuncupatum scribit ἀπὸ τοῦ λυκισίτη ὅτι πάντα φασί οὐτος ἡλίου, hoc est omnia albescant sole dilucente. Quidam tamen λύκος, hoc est lupum a lyce, hoc est a prima luce, de qua diximus, quae & lycophos nuncupatur, appellatum existimant, quoniam hoc genus ferarum maxime id tempus aptum rapiendo pecori obseruat, quo post nocturnam famem ad pastum stabulis expellitur. Eadem ratione lynceum quoq; qui ex lupo ceruariorum genere est, appellatum existimant, quem putant montium quoq; coeua uisu penetrare. Hinc lyncei oculi dicti, qui acuta acie sunt, & Lyncurium gemma, de qua superius locuti sumus, ē lyncei urina coacta. Ouid. E quibus, ut memorant, quicquid ueris remisit, uertitur in lapides, & congelat acre tacta. Lynx rex Scythiae fuit, qui missum a Cerere Triptoleum, ut hominibus frumenta monstraret, susceptum hospicio quo in se gloriam transferret, occidere cogitauit, ob quod irata Ceres eum in lynceum conuertit, feram uarij coloris. Virg. Machlose te gemine lyncei. A lux luco deducitur, hoc est splendo, lucem facio. A quo lucerna notum instrumentum, quae graeco lychnis notatur. idem. dependent lychni laquearibus aureis. Hinc elychnium uocamus, quod lucernis adhibetur ad lumen praestandum, quemadmodum supra diximus. Plyn. & medulla eius elegantium lucernarum elychnia fiunt. est autem lucerna, aut simplex, hoc est unam tantum partem ex porrectam habens, et unum elychnio contenta, quae cubicularia dicitur. Martia. Dulcis conscia lectuli lucerna, Quicquid uis factas licet taceo. Aut Di myxos, ad duo elychnia ferenda. aut trimyxos, ad tria. aut polymyxos, ad plura.



lymyxos, ad plura. De lucerna polymyxos Marti. Illustrē cū  
 tota meis conuivia flammis, Totq; geram myxos, una lucerna  
 uocor. Extat græcū epigrāma, in quo ἑκαστὸν μύξων, hoc  
 est uiginti myxorum mentio fit. ἑμὴν κάρβυλον κερτίου ἑκαστὸν  
 μύξων ἢ ἄλλου ἢ ἄλλου πλοῦσιον, hoc est me Canope Cri-  
 tiae filia deo dicitur lucernam uiginti myxos gerentem diuicē.  
 Myxa apud græcos proprie humor dicitur ē naribus fluens.  
 Vnde ἡ μύξων uicōsus appellatur, hoc ē naris humor  
 re sordidas habens. μύξων uero naris appellatur. Ex  
 hoc myxa etiam, ἡ myxos pars lucernæ prominens uocatur,  
 ex qua profertur eclyphnium, quasi ex naribus mucus. Hinc  
 græca quidem, quoties uolunt eclychniū produci, ut luceat cla-  
 rius, πρὸ μύξων τὸν ἀχρον dicitur. Nostri uero emungere  
 lucernam. Plau. lychnium emunge parum per, ut uideat anus  
 ubi pedes ponat. Est ἡ militaris lucerna, cuius Theopompus  
 comicus mentionem facit, diciturq; obeliscolychnos, quod ueluti  
 in pyramide, siue obelisco sita sit. Sunt etiam Lychni siue lu-  
 cernæ, pensiles in delubris arborum modo mala ferentium lu-  
 centes, qualis fuit in templo Apollinis Palatini, quem Alexan-  
 der Thebarum expugnatione captum in cyma æolica asia ur-  
 be ei deo dicitur. A lucerna sit diminutiuum lucernula. itē  
 a luceo lucidus, hoc est clarus. perspicuus. A quo lucido uer-  
 bum, illustro. ἡ luade aduerbium clare. perspicue. item com-  
 paratiua corū, ac superlatina lucidior. lucidissimus. lucidius.  
 lucidissime. item a luceo lucentia sydera dicuntur. ἡ lucens  
 quicquid aliunde lucem habet, ἡ luabile, quod per se lucent.  
 ἡ lucos, de quo supra diximus. Vnde lucar ergo, quæ i  
 lucas fiebat. ἡ lucaris pecunia, quæ in luce erat data. ἡ lu-  
 catria festa, quæ Romani faciebant i luceo, qui per magnus erat  
 inter uiam salariam, ἡ tyberim, pro eo quod uicti a gallis sic  
 gentes e prælio ibi se occultauerant. ἡ obluuio uerbu,  
 quo ueteres utebantur pro eo quod est mente erro, quasi in luce  
 deorum aliam occorro. Plau. Quid hoc noui est? obluuio esse  
 me puto. Et interluor, quod est ramos seu plantas inutiliter pu-  
 lantes cum interuallo resco. A quo interluatio. Plyn. iter  
 lucatio arboribus prodest sed omnium annorum trucidatio i  
 utilissima. Et Lucæus iupiter, quod eū lucas esse causam cre-  
 debant. Et luana, quæ parui præest, quod in lucem ferat. itē  
 a luce lucas prænomen eius, qui primus ita uocatus est, quia  
 oriente luce natus est. ἡ lucilius. ἡ luculus similiter. itē Lu-  
 cius Ardeæ rex, qui auxilio fuit Romulo aduersus Tatium  
 bellanti. Vnde lucres appellati pars terrij populi Romani. et  
 Luceria urbs Appulia. ἡ Lucimo etiam propriū nomen. Lu-  
 ciones etiam propter insaniam quidam homines dicti, quod  
 ea loca ad quæ uenissent, festa facerēt. ἡ lucomedi a duce suo  
 lucimone appellati, qui postea lucerenses dicti sunt. item lu-  
 sos quasi luce carens. Lus cum enim altero oculo orbem uoca-  
 mus, quem ueteres cœlitem dicebant, Vnde Cyclopes qui Sici-  
 liam habitasse dicuntur, unum tantum oculum in fronte ha-  
 bentes, Cœclites dicti. ἡ Horatius Patritius Romanus, quod  
 oculum unū in prælio amisit, Cœclites cognomen adeptus est.  
 Nam peti dicuntur, qui alterum oculum minorem habent, lu-  
 cinum uero appellamus, cui parui utriusq; ocelli ἡ breuis uisus.  
 Strabonem, qui oculos habet distortos. A gbus strabonū.  
 ἡ petorum, ἡ lualiorum cognomina fluxere. item elucis  
 dicitur, quasi extra lucem. Si significat autem languidum semi-  
 somnum, uel (ut alij uolunt) allucinatorem, ἡ nuqurum ama-  
 torem. siue halonem, hoc est externo uino languentem contuo-  
 li oculi sunt in angustum coacti connitentibus palpebris, a cō-  
 tuendo, hoc est simul aspiciendo appellat. Luifer stella, de qua  
 supra locuti sumus. A qua lucani populi iter campaniam, bru-  
 numq; quod corū regio sita sit ad partem luciferæ stellæ, uel

quod loca ætheria sint, hoc est multæ lucis, uel a lucilio ducē.  
 hæc stella ἡ eous dicitur. Vir. Aut cum sole nouo terras irro-  
 rat eous. item Lucanus ad lucem spectans. A quo antelucan-  
 nus. ἡ antelucor. ἡ antelucor, de quibus supra diximus. Et  
 luculentus, luce plenus. A quo luculente aduerbium, hoc est  
 clare. splendide. ἡ luculentior. luculentissimus. luculentius.  
 luculentissime comparatiua, superlatiuaq; ἡ luculentitas  
 splendor. Cælius. Vide luculentitatem eius ἡ magnificentiam.  
 Et luafigo, qui fugit lucem. ἡ luafigna, luce genitus. ἡ  
 luafico. A quo eluafico, luado. clarifico. Laberius. Si ato sil-  
 gentis splendore pecunie uolo eluaficare exitum ætatis meæ.  
 Et noctiluca, de quo supra diximus, quod nocte luceat. ἡ lu-  
 cubro uigilo. ἡ lucubratio uigilia. item opus quod lucubran-  
 do fit, quia hæc ad lucernam fieri solēt. Cuius diminutiuum  
 est lucubratiuncula. ἡ luciosus, qui interdum nihil, uel peri-  
 sitis uidet, meliusq; sine lucerna, quàm cum lucerna. Varro. Ve-  
 sperere uero uidere, quos appellat luciosos. idem. Aedepolis cæ-  
 cius non luciosus est. ij a græcis nyctilopes appellantur, ἡ mor-  
 bus huiusmodi latine luctio dicitur. Plyn. Sanguine hirci sana-  
 ri luciosos putant. Nyctilopas uocant græci. ἡ lumen, quasi  
 lucimen. A quo luminoso, hoc est clarum. Cicero. Cū sint ma-  
 xime luminose, ἡ quasi iactuose partes duæ. Et luminoso  
 aduerbium. ἡ illumino, quod si significat clarifico illustro. a  
 quo illuminatio. illustratio. ἡ relumino. lumen reddo. item a  
 luceo fit illuceo. A quo illucesco. id est lucem emitto. ἡ pel-  
 lueo, per medium transluceo. Plau. Pellucet quasi laterna puni-  
 ca. a quo pellucidus, ἡ perlucide, ἡ pollucio, quasi porro, hoc  
 est ualde, siue longe luceo. Pollucere enim dedicare est, quod is  
 qui talia facit, longe luceat ob lumina sacrificiorum. idem. Ve-  
 decimam partem Herculi pollucet. Neuius. Qui decimas par-  
 tes, quantum alieni fuit, pollucit tibi. ἡ diluceo. clareo. a quo  
 dilucidus clarus. Dilucide clare. Diluciditas, claritas. ἡ dilu-  
 culum aurora, quasi parua diei lux. A quo diluculo aduerbi-  
 um, hoc est summo mane. ἡ dilucescit usarpamus pro eo, quod  
 est dies fit. Plau. etiam ἡ alij quidam diluculascit scripserunt  
 pro eo, quod est dilucescere incipit. item reluceo splendorem red-  
 do. Colluceo, simul luceo. item colluco, quod ueteres usarpabāt,  
 cum prophana syluæ rami deciderentur officientes lumini.  
 Subluceo, paruum lucem emitto. a quo sublucidus. ἡ subluci-  
 de. Præluceo ante luceo. Circumluceo notæ significationis. ἡ  
 allucior, quod proprie significat erro, quasi ad lucē perueni-  
 re nitor nec possum. Vteres tamen allucinari usarpauerunt pro  
 dissolui, ἡ obstupesce. a quo fit allucinatio, quasi obstupe-  
 factio quædam, ἡ inconstantia, atq; incertitudo mentis. V ar-  
 ro. Et assidue ofat. item uidit, atq; illius quidem delicatissimas  
 mentis ἡ corporis allucinationes. Fuerunt tamen qui alluci-  
 nari ἀπὸ τοῦ ἀλλεῖν, quod dissoluere est, dictum puta-  
 uerūt, sed nimis aspera, ac curiosa deriuatio uidetur, i re præ-  
 fertim clara atq; aperta. Quidam hallucinor cum aspiratio-  
 ne scribūt quemadmodū lachrymas. sepulchrum. abentum.  
 uehemens. inchoare. honer. a. honustum, nulla alia ratione, nisi  
 ut firmitas, ἡ uigor uocis, quasi quibusdam neruis additis in-  
 tendatur. Lumina etiam pro oculis frequentissime usarpant  
 poetæ. Lucem facere dicuntur Saturno sacrificantes. id est capi-  
 ta detegere. Lucunter genus est panis pistori. Lucretilis mons  
 in sabinis. SACRI MVNERIS. Sacri ludi, quasi  
 a deo exhibiti. Quicquid enim deorum habetur, uel quicquid  
 dijs destinatum est, sacrum uocatur. ENYO NAVA-  
 LIS. Pugna naualis. Enyo enim a græcis bellona dicitur,  
 quæ belli dea est. Vnde ἐνυάλιος, hoc est enyalis pro bel-  
 licofo usarpatur. Enyalis etiam bellonæ filius est, hoc est  
 ἐνυός ἰός, huic deæ sacerdotes eius, nō alieni, sed suo cruore



sacra faciebant. Sectis namq; humeris, & utraq; manu distri-  
ctos gladios exercentes currebant ueluti insani, de quo Quin-  
ti. istud igit, si deus cogit, iratus ē. NAVALIS. Quae  
nauibus fit, dicimus enim bellum terrestre, quod in terra fit,  
nauale, quod in mari, siue fluminibus, lacu ue. A nauis autem  
naualis deducitur. Nauis autem a græco ναῦς. Vnde na-  
ualia in quibus stant, seu fiunt naues. Virg. Diripientq; rates  
alij naualibus ite. Ferte citi flammis, date tela. im pellite re-  
mos. Et nauis celer. strenuus. a nauium uelocitate dictus. Cu-  
ius contrarium est ignauus. a quo ignauia tarditas. desidia.  
Et ignaue siue ignauiter aduerbium desidiose, quemadmodū  
nauiter strenue. diligenter. Et nauo uerbum, quod est aliquid  
strenue facio. Et naumachia, nauale bellum, seu naualis pug-  
na. ναῦς enim nauis est, μάχη prælium. unde  
Et Monomachia singulare certamen dicitur, quod μόνος  
solum græci dicunt. Et batracomyomachia ranarum, Et mu-  
rum pugna. Quippe βάτραχος ranam, μῦρ mu-  
rem appellant. Et gigantomachia, pugna gigantum cum di-  
is. Gigantes enim uastissimi corporis homines fuerunt, terræ  
filij sine patre, serpentinis pedibus, qui cum deos caelo pellere  
uellent, a Ioue fulminati sunt. Hinc amplissimis corporibus  
homines gigantes uocantur, quos raro iam, aut nunquam uide-  
ri certum est decrecentibus ferre continet mortalium corpori-  
bus, cōsumente ubertatem seminum exustione in Creta olim  
terr. emotu rupto monte inuentum est corpus stans quadragin-  
ta sex cubitorum, quod alij orionis, alij erionis fuisse prodide-  
re. Orestis corpus oraculo iussim refodi septem cubitorum fu-  
isse inuentum est. Homerus certe non cessat conqueri minor a-  
temporibus suis corpora hominum esse, quam quod prisca fu-  
issent. ὁ δὲ χερμαδίων λάβε χερσὶ τοῦ εἰδῆτος μίτρα ἢ πρόβος ἢ δῦο  
ἀνδρῶν φέροντων οἰοῦν βροτοῖς ἐστίν. hoc est. Hic autem lapidem  
cepit manu Tyridēs magnum opus, quem non duo ferrent ui-  
ri. Quales hac tēpestate sunt mortales. A gigas giganteus de-  
ducitur. Et nauarchus nauis princeps. Et nauiclerus, qui na-  
uem regit, diciturq; latine nauicularius. Et nauiger, q nauim  
ducat. Et nauigo, nauis iter facio. A quo nauigium ipsa nauis. et  
nauigatio ipsa profectio. Et nauicula parua nauis. Et nauis-  
bulum alucum ad nauis similitudinem factum. Et nauia li-  
gnum cauatum ut nauis, quo i uindemijs uti solent. Nemiua ue-  
ro sylua erat iuxta urbem, ab eo dicta, quod Neuij cuiusdam  
fuerat. Et nauita siue nauita, qui se in nauī agenda exercet. et  
qui cingit in nauis est nauis ducendæ gratia. a quo argonautæ  
dicti sunt Iason, Et cæteri, qui primi in argo nauigauerunt.  
Argo nauis ipsa longa dicta est, quam argonautæ ædificari  
fecerunt, ita nominata, uel a celeritate per antiphrasin, quo-  
niam græca ἀργὸν pigrum, dicunt, uel quod argus eam  
ædificauerit, hanc primum in mari fuisse nonnulli affirmat  
Et ob eam rem in caelum fuisse translata, Et inter sydera  
collocatam. Pindarus in magnesiæ oppido, cui Demetrius no-  
men est ædificatam affirmat. Callimachus in iisdem finibus  
ad Apollinis Actij templum, quod argonautæ proficiscentes  
statuisse existimantur. Huius non tota effigies inter astra uide-  
tur. Diuisa enim est a puppi usq; ad malum, ut significet mi-  
nime desperandum esse hominibus, etiam cum naues fuerint  
fractæ. Puppis eius hyemalem arcum tangit, occidens sa-  
gittario Et capricornio exorto, ut in mari collocata exoriens cū  
uirgine. habet in puppi ad primū gubernaculum stellas quinq;  
ad alterū quatuor, arcum carinam quinq;, Et sub fundo quinq;  
ad malum tres. item a nauita nauitico, ad nauitam pertinens,  
ut nauitico clamor. nauitico panis. Et argonauta, de quo pau-  
lo post dicemus. Et naufragus, qui nani fracta bona amisit. A

De Leandro.

Quod nocturna tibi Leandro peperit unda, Cū peteret dulces audax Leandrus amores, Sic miser instans affatus dicit undas,  
Digne mirari, cesaris unda fuit. Et fessus tumidis iā pmeret aquis, Parcite dū propero, mergite dū redco.

quo naufragum, nauis fractio. Et naufragor, naufragum  
facio. Et nauſea, uomendi appetitus, qui excitari nauigantibus  
facile solet. A quo nauſeo uerbum, hoc est uomitu infestor. Et  
nauſeosum, qd nauſeam facit. Plyn. Scatemenū stomachi disso-  
lutionem facit, aluum soluit. Est autem succus herbæ ab radi-  
ce ramosæ pinguis folijs. triangulis albis. radice crassa. ma-  
dida. nauſeosa. Et nauſea, quæ modo pro aqua ſentine nauis  
accipitur. Modo pro aqua coriorum. item pro herba grana ni-  
gra habente, qua coriarij utuntur. Plau. Nam omnium unguen-  
torum odor præ tuo nauſea est. idem. Nauſeam bibere malim,  
si neceſſe ſit, quæ illam oſcularier. Sunt etiam qui hanc her-  
bam putent eam eſſe, quæ anagyros dicitur. Aliqui acponuo  
cant. fructuosa flore oleris. grauis odore, cuius ſemen conman-  
ductum uomitiones facit. De ea eſt proverbum ἀρόσπον υἱ  
νῆος, hoc eſt anagyrum moues, quoties aliquid loquimur a-  
gimus ue, quod ſuſcitare nobis ignominiam poſſit. item a na-  
uis nauſcit uerbum deducitur, quod de grano fabæ dicitur, cū  
naſcendi gratia ſe aperit, quod ſit non diſſimile nauis figuræ.  
quidam etiam nauca ab eodem deriuatum putent, quod ſigni-  
ficat putamen nucis, ſiue oleæ nucleum, ſeu membranam,  
quæ in nucis in glandis eſt medio. Ponitur etiam pro eo, qd eſt  
nihil. Plau. Qui homo timidus non erit, in rebus dubijs nau-  
ci erit. Quidam tamen nauci, quaſi nauca a nucis dictum opinan-  
tur. Hinc nauca appellatur ſullones, quod nauci non ſint, ſiue  
quod a ueteribus græcis omnia ferè opera ex lana nauca dice-  
bantur. item a nau: Nauſithoum quidam appellatum uolunt  
Neptuni filium ex Periboa Eurymedontis filia Alanoi patrē.  
Et Nauſicaam Alanoi Phæaciam regis filiam. Marti. Si mihi  
Nauſicaa patrios cōcederet hortos, Alanoo poſſem dicere malo-  
meos. Item a nau: nato. natrx, cæteraq; eorum deriuata. et  
nauitico pisca, de quibus ſuperius locuti ſumus. FRETIS.  
Mari. Proprie fretum, ut ſupra diximus, locus eſt anguſtus in  
mari ab undarum feruore appellatum, quale eſt fretum ſic-  
lum. Et gaditanum. Græci πρῶτον appellant. Ponit-  
tur tamen frequenter pro mari. LAXENT. Remit-  
tant. Languidius faciant, ut ſupra diximus. PONTVS.  
Mare. Proprie pontus id mare dicitur, quod a meotide palu-  
de, uſq; in tenedum protenditur, ſed ubi primum ſe arctat a  
tenedo inapiens poſt Helliidæ caſum Helleſpontus uocatur. A  
quo helleſpontiacus adiectiuum, ubi expandit pro pontis. ubi  
iterum premit thracicus boſphorus. Vbi iterum effundit pon-  
tus euxinus, qui paludi committitur, cæterius boſphorus. Palus  
ipſa meotis in ponto iuxta Phæſidis oſtium. Tomus inſula eſt  
Medeæ crudelitati memoranda, quæ ibi fratrem ſuum Abſyr-  
tium interfecit. Nec minus Naſonis poetæ exilio. ponitur te-  
men frequentiffime pontus pro mari. A pontus deducitur me-  
ta pontium Italiæ oppidum in ſinu tarentino a locrenſibus cō-  
ditum. A quo meta pontini. item a ponto, quod a meotide ina-  
pit ponticus. Pontina palus a pontia urbe (ut quidam putant)  
appellata. Vnde Et pontina in urbe tribus. Hæc palus in uol-  
ſcis eſt diſtans ab urbe crater XL millia paſſuum. Lucanus.  
Et qua pōtinas uia diuidit uda paludes. Inue. Armato quoti-  
es tutæ caſtro de tenetur. Et pōtina palus. Et Gallinaria pinus.

DE LEANDRO EPIGRAMMA. XXV.

**Q**UOD NOCTURNA. Blandi-  
tur Domitiano, quod Leandri fabulam ita  
repreſentari fecerit, ut Leander non ſit ſub  
mersus, tribuens id principis pietati. Aby-  
dos. Et ſeſtos duo oppida ſunt in introitu  
Helleſponti. In Abydo genitus eſt Leander  
Abdeus

60



Ableus propterea a poetis uocatus. In festo uero Ero puella nata est. ij. ardentissimo se amore dilexerunt, quod ne in notitia ueniret, Leander nando se ad puellam cōferre, quā in nauigio malebat. Senuentibus uero aliquando uentis, et mari procelloso, cum ferre amoris desiderium non possent, ambo se in mari commiserunt, sibi inuicem obuiam euntes, tandemque fluctibus sunt submersi. Quidam Leandrum tantum submersum memorant puellā uero dum uenturum anxie expectaret, tandem re cognita doloris magnitudine in litore contubuisse.

DESINE. Desiste. cessā. Sine re, permittere est. Desinere, finire. cessare. A quo desinentia finis terminus. Quidam senatum quoque a sinendo dictum putant, quia senatores agendi facultatem dabant, hoc est agere sinebant. PEPERCERIT. Seruauerit, a submergendo abstinerit. Percere enim proprie abstinere est. ut supra diximus. CAESARIS VINDA FUIT. Ideo nocere non potuit, domini clementiam imitata. Quatuor uersus quos sequentes multi codices habent non sunt Marti. nec ad ludos Caesaris, aut gloriā pertinet.

DE CARPOPHORO EPIGRAM  
MA XXVI.

**S**ÆCVLA CARPOPHORVM. Rursus laudatur Carphorus, quod plures penes feras solus peremerit, quam ceteri omnes, qui monstra orbis terrarum domuisse traduntur. NULLVM OPVS. Nullum negotium. nullus labor.

ORBE. In orbe. MONSTRIS. Domandis scilicet, ut Hercules. Thefeus, et alij plerique fecerunt. PRISCA SECVLA. Prisca tempora. Prisca ætas. Seculum enim siue per synopen seculum poetæ pro tempore accipiunt. Proprie tamen spatium est centum annorum, a senectute. hoc enim longissimum spatium senescentiorum hominum putant. inde seculares ludi dicti sunt, quoniam post centum annos a Romanis fiebant. instituti autem fuerunt pro cultu solis et lune, ut ternis diebus, et noctibus celebrarentur. Senex autem dictus est quasi semiternus, hoc est semimortuus, quod acta maiore ætatis sui parte, iam morti propinquior sit. Nex enim mortem significat. Sisenna. Quomā neque mea nex, neque intercessio posse uidetur illorum dementem reprimere aut ducam. Ab hoc uero deducitur, quod est interficere, et eius compositione eneo. A quo enecati interfecti dicuntur. Senes ueteres, et antiquos quidam ita distinguunt, ut senes sint, qui usque ad senilem ætatem uixerint, quantum ad primam eorum uitam attinet. Veteres uero quantum ad publicum tempus spectant, qui alia ætate uixerunt, etiam si ipsi non peruenerint ad senectutem. Antiqui uero utriusque, sed magis ueteres, quam senes. A senectute. et senectate. et senium deducitur eiusdem ferè significationis. Veteres tamen senium pro tædio, et molestia posuerunt, quod senes omnibus odio sint. Aætas. Mors amici subigit, quod mihi est senium multo acerrimum. Pomponius. Calus, a propterea nuntium nobis disparem. diuisum. huic senium, et metum. Turpilii. Quia odio, ac senio mihi nuptiæ sunt. Pacu. Metus. egestas. mæror. senium. exilium. senectus. item a senectute, quod et locum significat, in quo senatores conueniunt, et ipsos senatores. Vlpianus. Senatores dicunt esse, qui a patricijs et consularibus usque ad omnes illustres uiros descendunt, quia ij soli in senatu sententia dicere possunt, appellatiq; sunt ab ætate prouecta, quod tales primario in senatum electi fuerunt, quemadmodum graece ab ætatis uocabulo grauis dicitur curia, siue senatus. Nā ἡ γῆρας ἡ γῆρας ἡ γῆρας

De Carphoro ad caesarem.

Sæcula Carphori Caesar si prisca tulissent,  
Iam nulla monstris orbe fuisset opus.  
Non Marathon taurum, Nemee frædosa Leonem,  
Arcas Maenaliū nō timuisset Apollū.  
Hæc armata manus hydrea moes una fuisset,

Huic præssa foret tota Chimæra semel.  
Impedes posset sine Colchide uincere tauros.  
Soluere et Hestionei solus, et Andromeden.  
Hercules laudis numeretur gloria, plus est  
Bis denas pariter pdomuisse feras.

fiat, uel (ut aliqui uolunt) a sinendo, quod ipsi agendi facultatem darent, ut paulo ante diximus. A senator senatorius dicitur, ut senatoria auctoritas. senatoria maiestas. Et senaculum locus, ubi senatus. uel senatores consistebant. item a senescit comparatum senior. et senescio, ac consenescio uerba. A quibus senescio, et consenescio deducuntur. item senecio herba, quæ alio nomine erigeron uocatur. specie, et mollitia trix agnis, cauliculis subrubicundis, quæ in tegulis, et in muris nascitur. senecionis nomen ei imposuerunt, quia uere canescit. caput ei numerosa diuiditur lanugine, qualis est spina, iter diuisuras ex eunte. quare eam Callimachus achantida appellauit. quippe graeci ἀνδρῆας spinas nominant. alij pappum nuncupare uere propter lanuginem a similitudine floris atridui, qui pappus uocatur. tradunt magis, si quis hanc herbam ferro arcuscriptam effodiat, tangatq; ea dentem, et ter desinat, herbamq; reponat in eundem locum, ita ut uiuat, dentem eum postea non doliturum. MARATHON. Campus Atticæ regionis, in quo Thefeus taurum interfecit, quemadmodum superius dixit. NEMAEÆ. Sylua, de qua superius locuti sumus. ARCAS. Singularis numerus pro pluratiuo. APRVM MAENALIVM. De quo superius differimus. MANVS. Carphori salicet. VNA MORS. Quia uno ictu omnia capita peremisset, quod facere non potuit Hercules, ut supra ostendimus. HVIC. Ab hoc dandi casus pro casu auferendi. (ut mos est poetarum) CHIMAERA TOTA. Cum tribus capitibus, et tota corporis uarietate. Chimæra mons est Lyciæ prouinciæ, a qua lycium mare denominatum est, in Asia minori sita iuxta Pamphiliam, et a parte orientali cariam terminantis sic appellata a Lyco Pandionis filio. Nam prius termile dicebatur. hic mons continuus diebus ac noctibus flagrat. ignem eius accendi aqua, extingui uero terra, aut ferro plures prodiuerunt. in cacumine leones habet. in medio pascha in imo serpentes multitudinem. hinc datus fabulæ locus, ut flammam uomat. petrus habet leonis. caprinum uentrem. crura serpentis. Et quoniam bellorophon glauci filius eum montem habitabilem fecit Chimæram traditur occidisse. sinxerunt præterea filia siisse Typhonis, qui unus e gigantibus fuit, terra, et titani filius. Homerus de Chimæra sic scribit ἡρῶν δὲ λέων, ὄφις δὲ καὶ δράκων. μεταρ δὲ χίμαιρα. Hestio uero tria capita eam habuisse dicit. Leonis. suis. et draconis. et ex omnibus ignem afflasse. Ouidius autem ita de ea scribit. quoque Chimæra iugo, medijs in partibus hircum, pectus et ora leæ, caudam serpentis habebat. Virg. Horrendum stridens flammis armata Chimæra. de Typhonæ Chimærae patre sic scribit Seneca. Nō tā ferum typhona neglecto Ioue irata tellus ædidit quondam patrem. a poetis aliquando Typhos, nonnunquam Typhoeus nuncupatur. Lucanus. Conditus in arimīs æterna mole Typhoeus. iterdum diuisa diphthongo. et. e. correpta pronuntiat. Ouid. Aeternas ausum sperare Typhoea sedes. quando uero deriuatum, semper hoc modo pronuntiat. Virg. Nate patris summi qui tela Typhoea tēnis, hoc est tela, quæ Typhonem fulminarunt. hic enim ut fratres ulasceretur a Ioue fulminatos, ipsum Iouem ausus est ad certamen prouocare. quam obrem indignatus iupiter eum fulmine percussit et in arimē in silam supra imposuit (ut Virg. et Lucanus testantur) Ouidius uero Siciliam et superimpositam scripsit. Vasta gigantes iniecta est in sila membris, trinacris et magnis subiectum molibus urget Aeternas ausum sperare Typhoea sedes. Typhonas etiam uocant sumigantes globos, et figuras quasdam nubium metuendas, de quibus supra diximus. Typhos autem faber lignarius fuit excellens, q primus adminicula gubernādi

B ij



naues inſtituit, ſuitq; Argonautarum gubernator (ut Seneca te-  
ſtatur) Auſus Typhis pandere naſto carbaſa ponto, legesq; no-  
uas ſcribere uentis. Idem Typhis i primis domitor proſtendi  
liquit indocto regimen maſtro. At Diodorus ſiculus reſert  
quosdam affirmari eius nauis gubernatorem argon fuiſſe co-  
gnominatum. Chimærius nō a chimæra deducitur, ſed græ-  
ca uox eſt χεimus πιδος eni hybernus dicitur. Eſt autē hie-  
malis arcuſus cœli qui capricornum contingit, in quo cum ſol  
ē, breuiſſimi ſunt dies. Chimæriū uero populi ſunt Aſiæ pro-  
ximi amaſonibus, dicuntur etiam amery qui cumq; occu-  
patis frigidibus incolunt terras, quales fuerunt inter baias, & cu-  
mas, in ea regione, in qua conuallis ſatis eminenti iugo arcun-  
data eſt, quæ neq; matutino, neq; ueſertino tempore ſole con-  
tingitur, cymnum, quod & cuminum dicitur, herba eſt uulgo  
nota, magni uſus i ſtomachi remedijs. uerū tamen omnem pal-  
lorem bibentibus gignit. ſic quosdam legimus colorem portū la-  
tronis inſignis oratoris, ut ſtudioſi uiderentur, fuiſſe imitatos.  
Sic Iulium uindictæ, qui aſſertor a Nerone libertatis fuit, le-  
nocratum, ut teſtamentum eius Nero captaret. quippe Nero  
dum eum exiſimat parum uicturum, miſit eum in gallias  
pro prætorem, unde poſtea a Nerone deſecit. Cymnus uero  
lacus eſt Hetruriæ Cymno monti ſuſpoſitus, ad ſex milia paſ-  
ſū ab urbe uiteruio. SEMEL. VNO ICTU. IGNI  
PEDES POSSET SINE COLCHIDE VIN-  
CERE TAVROS. Oſtēdimus ſuperius quomodo iu-  
piter Ariëtis imaginem, quouectus fuerat Phryxus ad regem  
colchorum, inter ſydera conſtituit. Idem aureo uelleri, quod  
Phryxus in templo ſuſpenderat, cuſtodes adhibuit tauros igne  
ore ac naribus emittentes, & ſecundum quosdam ignitos etiã  
pedes habentes. hos Diodorus inter prætatur tauricos fuiſſe, hoc  
eſt homines e taurica regione ad uelleris cuſtodiam deputatos.  
Iaſon Eſonis filius fuit, fratris Pelie Theſſaliæ regis, qui cum  
patruo ob inſignem uirtutem in affectati regni ſuſpicionem  
ueniſſet, de eo tollendo cogitare Pelias cepit, quamobrem pro-  
ficiſca eum ad colchos uifiſit, pellemq; ariëtis memorabilem gē-  
tibus reportare, ſperās hoc modo futurum, ut uel periculo lon-  
ge nauigationis, uel bello tam profunda barbarie intercipere-  
tur. Iaſon igitur fabricata in ſinu pagæſeo longa naui, quæ ar-  
go uocata eſt, omnes ferē totius græciæ iuuenes animo ac uiri-  
bus præſtātes conuocauit, iter quos Hercules fuit. Orpheus.  
Caſtor, Polluxq; Zetus. & Calas, alijq; complures, quos poe-  
ta ob inſignem uirtutem ſemideos appellant. Status iam tum  
prima cum pube uiuentem. ſemideos inter pinus me Theſſala  
reges duceret. hi a nauis nomine argonautæ ſunt dicti. Inſtru-  
cta igitur nauis e ſinu pagæſeo ſecunda aura profecti, primo in  
inſulam Lēnon delati ſunt, deinde ad colchos per uenere. col-  
chorum rex ea tempeſtate erat Oeta filius ſolis, ex Perſa O-  
ceani filia. quippe ſol (ut Diodorus ſiculus reſert) duos ex per-  
ſa uxore filios genuit. Oetan & Perſen. Oeta colchorum rex  
fuit. perſes tauricæ regionis ſeui ambo, atq; crudeles. ex perſe  
nata eſt filia ipſe a ſuperās audacia parentem & cruciatu ho-  
minum læta. hæc uenenis conſiciendus plurimum ſtudij impē-  
dit, & a quibusdam inueniſſe prima dicitur aconitum, cuius  
uim mortiferam in patre primo experta eſt, eoq; ſublato re-  
gnum aſſum pſit, moxq; Diane templum erexit, in quo hoſti-  
tes eo nauis gijſ appulſos ſacrificabat. dehinc nuſſit oetae pa-  
truo ex quo tres liberos peperit. Circe. Medeam. & Aegia-  
leum, qui poſtea abſyrtius uocatus eſt. Circe ueneficijs dedita  
multarum herbarum, ac radicum uarias uires, mirabilesq;  
inuenit, quāuis a matre in ijs prius eſſet inſtructa. itaq; ſar-  
matrum regi connubio iuncta uirū mox ueneficio peremit,  
& ipſa regno potita ſæue nimium, ac crudeliter adminiſtra-

bat imperium. quamobrem regno ab incolis pulſa in Italiã  
uenit. & in promontorio latij, quod ex eius nomine Circum  
uocatur, conſedit. Abundat hoc multis ac uarijs herbis, quibus  
ad ueneficia utebatur, diſtatq; ob antio crater quadraginta  
millia paſſuum, iſula olim mari, paludibusq; arcundata, nūc  
continens. in eo oppidum circæ, & ipſius Circes ſacellum, &  
Minerue ara ſiut. Et quaedam Ulyſſis patera monſtrari lon-  
go tempore conſueuit. Medea uero licet ipſa quoq; a matre ac  
ſorore ueneficiorū artem didiſſet, diuerſo tamen ingenio erat.  
I 0 qui ppe patrem cum ſponte ſua, tum uxoris ſuaſu ſcruiore, et  
hoſpites maclare ſolium, ſlectere precibus & ad benignita-  
tem inducere conabatur. Aliquando etiam eo inuito hoſpites e  
uinculis eripiebat, quamobrem indignatus pater eam crateri  
deſtinauerat. ſed Medea ad ſolis aui templum, quod in litore  
ſuum erat, conſugiens, eo ſe receptaculo ueluti aſylo tuebatur.  
iter hæc cum argonauta noctu ad litus perueniſſent, Medea  
Iaſonus amore incenſa ſeſe illi connubio iunxit, modumq; quo  
ignipedes tauros ſubigere, & aureo uelleri potiri ſine diſcri-  
mine poſſet, edocuit. Iaſon itaq; auxilio eius optatum prædam  
2 0 adeptus, mox illa abſyrtio fratre comitāte fugā arripuit quos  
cum oeta rex perſequeretur, Medea, ut ſuga plus ſpatiū præ-  
beret, regemq; perſequeretur, abſyrtium fratrem  
occidit, membratimq; diuiſum partuculas per agros diſſecat, q-  
bus colligendis, atq; humanis occupatus pater, ſeſe a pſequen-  
do retraxit, hinc locus ille dictus eſt tomos a ſeſione membro-  
rum. *ti uirg* enim apud græcos ſcindere eſt. Medea igitur  
cum raptore profecta eſt poſt longam nauigationem, tandem  
in Theſſaliã uenit, ubi precibus Iaſonis Eſonem patrem etia  
te proſectum ad iuuentam reduxit, duosq; filios genuit. qui  
dam tradunt Iaſonem creonti corinthiorum regi uellus au-  
3 0 reum deuiliſſe. & medea repudiata creuſam creontis filiam  
duxiffe uxorem. poſtea uero Theſſalia pulſum in patriam re-  
duxiffe, multa præterea per omnem Aſiam memoratu digna  
peregiſſe, quamobrem pro deo habitum, templaq; ei multis in  
locis condita, quæ poſtea Alexander macedo nomini illius in-  
ſenſus euerit. Oeta ſine oetes (utroq; enim modo dicitur) triſyl-  
laba dictio eſt. Ouidius de medea. non erat oetes ad quem de-  
ſpectu rediret, Non ipſe parens. interdū tamen per diſiphon  
gon profertur, & eſt dictio duarum ſyllabarum. Idem.  
4 0 Non hæc Eſonides, ſed filia Phasiæ oetae  
Aurea phryxæ terga reuellit ouis.  
Oetus uero frater fuit Ephialis & filius Alcei, pugnauitq; i  
creta (ut Salluſtius reſert) unde atq; ampi dicti ſunt. Oetimi  
populi ſunt iuxta pontum. TAVROS IGNIPE-  
DES. Qui uellus aureū cuſtodiebāt. SINE CHOL-  
CHIDE. Sine conſilio, atq; ope medeæ. colchis medea di-  
citur. quippe colchi populi ſunt Aſiæ. a quibus colchia regio  
dicitur iuxta pontum in qua iuga caucaſi ad rhipheos montes  
torquentur altero latere in euxinum, & meotim denexa, alte-  
5 0 ro in aſpium, & hyrcanium mare. in ea eſt phasiſ ingens ſiu-  
men, & omnium ponti amnium clariſſimus. oritur i meſchu,  
& glaucum, atq; hippum in ſe recipit e uicinis montibus ca-  
dentes. meſchorum regio tripartita e. nam partem habent col-  
chi, partem hiberes. partem harmenij. nauigatur phasiſ quãli-  
bet magnis nauis gijſ crater quadraginta millia paſſuum, mi-  
noribus longiſſimo ſpatio, pontibus centum uiginti puum. op-  
pida in ripis complura habuit celeberrima tyrida. acem. cy-  
grum, & in ſiucibus phasiſ colchorum emporium. regio fru-  
ctibus, & omnibus quæ ab fabricã das naues pertinent oppor-  
tuna. ſecus ſtumen eſt leucothea ſanū, quod phryxus condidit,  
6 0 atq; illius oraculum, ubi aries non maclatur, a phoſi phasiã  
na uis dicta, de qua ſupra diximus. colchis etiam aliquando  
pro ipſa



pro ipsa regione colchica ponitur, i qua urbs fuit dioscariades, nunc deserta quondam adeo clara, ut nonnulli prodiderint in ea trecentas nationes, quae dissimilibus linguis uterentur, descendisse, & postea a romanis centum triginta interpretibus nota ibi gesta fuisse. conditam eam ab amphito, & thelchio castoris, ac pollucis auriq; existimant, a quibus heniochorum gentem constat ortum habuisse. hi hiberiam colunt, a tergo montium sitam centum quadraginta millibus distantem a trapezunte est autem trapezus oppidum certum nullibus passuum a pharnace distans vasto monte clausum bessaronis patria, quem nobis nuper magna omnium disciplinarum & utriusq; linguae iactura immatura mors indignissime rapuit.

**HESIONEN.** Laomedontis filiam, quam Hercules, ut supra ostendimus, a monstri marini discrimine liberavit.

**ANDROMEDEN.** De perseo superius locuti sumus. hic Iouis, & Danae filius fuit iustitiae genere concubitus natus. Danae Acrisij filia fuit regis arguorum, ab autis filij, qui cum Danaen uniam filiam haberet, ex responso habuit se manu eius qui ex filia nasceretur, periturum. quapropter Danaen in turri quadam claudi, & ne uir quisquam ad eam accedere posset diligenter custodiri iussit. sed iupiter amore eius captus, quo sibi accessus ad eam pateret, in imbrem aureum uersus est, & e tecto in illius gremium lapsus ex quo Danae praegnas est facta. quod grauer ferens Acrisius uinctam in arca ponit, & in mari proijci iussit quo fluctibus obrueretur. sed arca in latus apulum forte appulsa est, & a piscatore quodam inuenta in qua cum Danae, & parvulum, quem enixa fuerat in fontem inuenisset, utrunq; Pylumno regi obulit. hic cum genus eius & patriam didicisset, eam sibi conuubio iunxit, & filium eius nomine Perseum Polydechi Magneti filio Seriphi in saeule regi educandum dedit, qui cum adoleuisset, sumptus a Mercurio, a quo ob pulchritudinem diligebatur, talaribus, & petaso, & glorie amq; in qua ex aduerso uideri non poterat indutus, accipit praeterea (ut nonnulli putant) a Vulcanus falce ex adamante facta, iussu polydechi aduersus Gorgonem profectus, eam occidit, & caput eius secum deuulit, quo Atlanti regi, qd sibi hospitium negauerat, ostendit, eum in saxu mutauit, cuiusq; deinde in patriam remearet, uidit forte e loco excelso Andromede arca regna Cephei scopulo ob crimen matris, & ammominententiam alligatam, & marino monstro expositam, paritq; in litore casum eius descentes conspexit, causa itaq; cognita, coniugium puellae cum parentibus pactus, puellam liberauit, ato qui ad eam deuorandam uenerat interempto. Properius. Exoluit diuis catibus andromeda. belluae huius, quae ad deuorandam andromedam uenerat, ossa ex oppido iudaeae Ioppe apportata ostendisse Romae inter reliqua miracula fertur i adilitate sua. Scaurus longitudine pedum quadraginta, altitudine costarum indicos elephantos excedente, spinae crassitudine sex qui pedali. huic simile usam in gaditano litore Turanius scripsit, cuius iter duas pinas ultimae caudae cubita sexdecim suere, dentes centum triginta. maximi dodran tum mensura, minimi semipedum. uerum cum nuptiae celebrarentur, Phineo Cephei fratre, cui ante sententiam puella desponsata fuerat. eam repetente, & ui uisferre uolente praelium cum eo commisit, multisq; ex hostibus interemptis, reliquos ostensu Gorgonis capite conuerit in lapides. Mox quoq; in ipsas profectus. subditam sibi eam nationem libero patre superato e nomine suo nunciavit. Et persepolis regiam urbem condidit. hinc argor reuersus acrisium uium ostensu Medusae capite in saxu mutauit. Andromede Cephei filia fuit ex Cassiopea uxore, quem i aethiopia, & ioppe urbe ante diluuium (ut ferunt) condita regnasse, eo signo acrola longissimo tempore affirmavit,

quod tumulum eius, fratrisq; phinei ueteres cum plurima religione retinerent, cum etiam rei tot arminibus, ac fabulis celebratae seruat aq; a Perseo Andromedae clarum uestigium marinae belluae ossa immania ostentarent. ab acrisio acrisioneus deducitur. Virg. de ardea loquens, acrisioneis Danae fundasse colonis. cepheum praeterea, a quo cepheus deducitur, & cassiopeam uxorem, & Andromeden filiam, perseumq; in caelum translato fuisse prodiderunt. quippe cepheus a tergo minoris arcti constitutus includitur arctico circulo, ut praeter humeros & caput eius nihil occidere uideatur, nec longe abest a flexu draconis. figuratur utrisq; manibus proiectis, tantumq; distat intervallo a pedibus arcti minoris, quantum inter pedes cephei spatium conspiciatur. Corpus eius scorpione exorto occidit. cum sagittario exoritur. habet in capite stellas duas, i dextera manu unam, in cubito obscuram unam, in sinistra manu & in humero singulas. i dextero humero unam in zona tres ex transuerso. in latere dextero obscuram unam. in sinistro genu duas, i utrisq; pedibus singulas. supra pedes uero quatuor, & omnes undecim stellae numerum faciunt. Cassiopeam Euripides, Sophoclesq; & alij complures scripserunt gloriam olim fuisse, quod Nereidas corporis pulchritudine superaret, propter qd in siliquaastro sedens conspiciatur, & uertente se mundo, resupinato capite ferri uidentur. pedes ipsius positi sunt in ipsa circunductione arcti, qui arcticus appellatur. Effigies corporis ad aestuum circulum peruenit, quem capite & dextera manu tangit. hanc prope daedeam diuidit is circulus, qui lacteus appellatur, proxime Cephei signum locatam. occidit cum scorpione. exoritur cum sagittario in eius capite stella ostenditur una. in utroq; humero singulae. in mamilla dextera clara una. in lumbis magna una. in sinistro femore duae. in genu una, in pede ipsius dextero una. in quadrato, quo stella deformatur una, in utrisq; angulis singulae. clarius caeteris lucentes, Andromeda Minerae beneficio inter astra collocata dicitur ob Persei uirtutem, qui eam ato praepositam a periculo liberauit, nec ab ea minorem beneuolentiam pro beneficio accepit. quippe nec pater Cepheus, nec Cassiopea mater impetrare ab ea potuerunt, quin patria, & parentibus relicta perseae sequeretur. scripsit de hac Euripides fabulam, quae ab eius nomine Andromeda inscribitur. cernitur prope Cassiopeam supra caput persei breui intervallo dissidente collocata. manibus in diuersum extensis. cuius caput equi pegasi uentri coniungitur. eadem quippe stella & umbilicus pegasi, & Andromede caput nunciatur. medium pectus. & sinistram manu arctus aestuus diuidit. exoritur cum pisibus & arietem, habet in capite stellam clare lucentem unam. in utroq; humero unam. in cubito dextero unam. in ipsa manu unam. in sinistro cubito unam. in manu alteram. in zona tres. in utroq; genu unam. in pedibus binas. perseus dextera extenditur ad ioceri cephei sedem. sinistrum crus eius, & humerum laeuum arctus aestuus a reliquo corpore diuidit. ipse manu dextera arcti cum circulo tangit. dextro pede caput auriq; premere quasi currrens uidetur. occidit sagittario, & capricorno exorto i clina tus ad caput cum arietem, & tauro reclus oritur. habet i utroq; humero stellam unam. in manu dextera clare lucentem una. qua falcem tenere dicitur, quo telo Gorgonem interfecit. in sinistra alteram, quae caput Gorgonis tenere existimatur. praeterea in uentre stellam unam. in lumbis alteram. in dextro femore ad genu unam. in tibia unam. in genu alteram. in tibia duas. in sinistra manu, quod Gorgonis caput uocatur, stellas quatuor. Aratus perseum hunc inter sydera constitutum uenoris uenoris appellauit, quod pleriq; puluerulentum interpretati sunt, quae appellatio orioni potius conueniret, qui uenator



fuit, semperq; in terra uenatus est, & nunc uenari inter sydera uidetur. Perseus autem qui uolatu potius assiduo usus est, non potest cum ratione puluerulentus uocari. cum igitur Aratus uenator uiror uocauit, Aetolorum lingua usus est, qui cum uolunt alique[m] currem significare, ita cum nominare consueuerunt, quod a plerisque parum intellectum est. Aratus. Tantis ubiq; micat, tantum occupat ab Ioue caeli dextera sublatæ similis propè Cassiopeam, sublimis fulget pedibus properare uidetur. & uelle aligeris purum aethera tangere palmis.

**HERCVLEAE LAVDIS NVMERATR GLORIA PLVS EST BIS DENAS PARTER PERDOMVISSE FERAS.** Sensus est, facta Herculis numerari solent, ut pote diuersis locis & temporibus patrata, sed longe mirabilius est Carphorum pariter, hoc est uno loco, & uno tempore uiginti feras perdomuisse. **PERDOMVISSE.** Viçisse. superasse. Domare enim proprie est ui, atq; armis imperio suo subijcere. Vnde domare equos dicimus, imperio nostro obediētes facere. a domo fit frequentatiuum domito, & domitus. uictus. subditus imperio. cuius contrarium est indomitus. & domitor qui domat, cuius facinorosum est domatrix. & domatio, actus ipse. & domabilis, qui domari potest. Cuius contrarium est indomabilis. & perdomo compositum. deducitur autem domo a graeco δαμάω eiusdem significationis. Vnde δαμάω domatio dicitur. & δαμάω domitor. & adamas gemma, de qua supra diximus, quod domari, hoc est secari non possit. & alia gemma androdamas a uiro domando. de qua similiter superius differuimus. & Polydamas proprium nomen, a ualde domando. Persius. Non mihi Polydamas, nec troiades Labonem praetulerint. Sunt qui dominum quoq; a domando uocatum existunt, similiterq; Domitium proprium nomen. **BIS DENAS.** Vingt. Decem a graeco deducitur δέκα. A decem uero undecim. duodecim. tresdecim. quatuordecim. quindecim. sexdecim. decem & septem, quod & septedecim a plerisque dicitur. decem & octo. decem & nouem, pro quo Ennius. et quidam alij nouedecim dixere. Item denus. a quo undenus, & reliqua usq; ad uicenus, de quibus supra diximus. Item decennis decem annorum. a quo decennium. decuplus notæ significationis. decendum spatium decem dierum. Decennale, quod est decem annorum, ut decennale bellum. decennale certamen. Decies. a quo undecies. duodecies, & reliqua usq; ad uigentes. Item decimus. a quo undecimus, & reliqua usq; ad uicesimus. & decima substantiuum, quæ significat portionem unam ex decem. Vt etes enim unaquaq; re decimam offerre dijs solebant. Plautus. Ut decimam soluere Herculi. ab hoc quidam decimo uerbum deducunt, quod est decimam partem detraho. a quo decimator. decimatix. decimatio. Item ex decimo, quod significat eligo. & ex decimatum electum. Item a decem decenarius. & decimanus, quod pro magno accipitur. Vnde decimana oua, & decimani fluctus dicuntur. Nam & onum decimum maius nascitur, & fluctus decimus ferri maximus dicitur. Item decimana porta castrorum, quæ in ijs maxima est. & decimanus limes appellatur, qui fit ab ortu solis ad occasum. nam alter ex transuerso occurrens, cardo appellatur, & decurio, quod non eum significat, qui decem equibus praefectus (ut nonnulli sensere) licet ita a decem decurio dicitur, sicut a centum centurio. Quippe decuria (ut Pedianus inquit) nobiliorum sunt centuriae inferiorum, de ijs superius differuimus. unde decuria & centuria appellatur. quidam, iter quos Frontinus, decurionem uolunt eum esse, qui praefectus turmae, quæ constat ex duobus, & triaginta equibus, neq; belli solus, sed domi quoq;. Decurio dicitur, nomen quoddam praepositum dignitatis si-

gnificans, & hoc apud Romanos tantum. Nam in municipijs idem est decurio, quod Romæ senator, etenim qui in senatu, & in conalij reipublicae interesse poterant, decuriones appellabatur. Ci. Quæ de causa & tamen conuictus ille Capuae. huic P. Sextio apud me maximas gratias egit, & hoc tempore fidem hominis, bene sciamq; testimonio declarant. periculum deprecantur suo decreto. Recta quæso paulum P. Sextij quid decreuerunt Capuae decuriones. Quod autem differunt decurio Romanus. & decurio municipalis, ex epistola Plinij iunioris facile declaratur. Esse autem tibi centum millium nummum censum satis indicat, quod apud nos decurio es. Igitur ut te non decurione solum, uerum etiam equite romano perfruar. offero tibi ad implendas equitis romanij facultates trecenta millia nummum. Non dicitur itaq; decurio is, qui decem equibus praefectus, quem graeci decurionem uocant, cui decurio sit maior equite, eques centurione. Centurio decurionem, ut ex spectentio magnauidine multis in locis colligi potest, sed sequenda Pöponij iurisconsulti opinio est, qd decuriones inquit dicitur ex eo, quod initio cum coloniae deducerentur, decima pars eorum qui deducebantur publica, consilij gratia conscribi solite erat. Vt et res sepe numero decuriones pro decurionibus usurparunt. A decurione decurionatus deducitur, sicut a centurione centurionatus pro ipso decurionis, centurionis uel officio. Item decurio uerbum, quod est decurionis officium exerceo. a quo decuriatus. hic decuriata comitia dicitur, sicut a centurione centurio uerbum. a quo centuriatus. & centuriata comitia. Hinc sucenturius dicitur. Terentius. Ego in subsidij hic ero sucenturius, si qd deficiat. Sucenturiare proprie est ex plendæ centuria gratia numerum suppleere. a quo sucenturia deducitur. Caes. Nunc meæ militiæ astituta opus est sucenturia. Item a decem denarius deducitur, quod modo adiectiuum est, & idem significat, quod decenarius. unde denariæ ceremoniæ dicebantur, sicut tricenariæ, quibus sacra adituris decem continuis rebus, uel triginta certis quibusdam rebus carendum erat. ab hoc undenarius. duodenarius, & alia huiusmodi deducuntur. Modo est substantiuum, & numi genus significat decem librarum, qui per huiusmodi figuram ostendi a ueteribus solebat. Aliquando tamen denarius minimus argenteus fuit uiginti quatuor siliquarum. Item a decem dextrans & deunx, de quibus superius diximus. Item quo nonnulli uentur, decanus. Item decas decadis, quod significat aliquid decenarium numerum continens. Hinc T. Lilius libros suos decadas nuncupauit, quod decem uolumina singula continerent. Item decadas decennialia spatia nuncupamus. Item a decem Decius nomen proprium, quemadmodum a quinq; Quintus. a sex sextus. Item a decem graeco decachordium, instrumentum musicum decem chordarum sicut Monochordium, unius chordæ, non quod unam chordam, sed quod omnes chordas unius uocis habeat, nisi pāniculi ne xu distinguatur. Item decalogus sacrum uolumen, quod decem praecepta legis continet. & decaphorus lectica, quæ a decem fertur hominibus, sicut hexaphorus, & heptaphorus, quæ a sex, & septem ferri ferri solet.

**DE NAVMACHIA EPIGRAMMA XXVII.**

**L**VSIT NEREIDVM. Rursus nau-machiam Caesaris laudat, i qua omnia ite gesta sunt, ut uere nauale bellum uideri ponerit. Thetisq; maris deam, aut didicisse huiusmodi ludos a Domitiano, aut eum docuisse. **CHORVS NEREIDVM.** Commentus puellarum nymphas

Lusit Nereidum doctis chorus aequore toto,  
Et uario faciles ordine pinxit aquas.



nymphas maris repræsentatū. quippe & nymphas ipsas na-  
 tantes nauumachia Cæsaris repræsentauit. Chorus proprie con-  
 uentum, & ueluti coronam si significat eorum, qui ad ludos cō-  
 ueniunt. Vnde a corona chorum deductum quidam, inter quos  
 est Festus Pōpeius, existimant, quannuis Chorus aspiretur. Co-  
 rona uero sine aspiratione scribatur, quā non esset mirum, cum  
 ueteres etiā choronā cū aspiratione scripserint, quæ admodū  
 chenturiones, & præchones (ut refert Quint.) Verū nos qui-  
 dem Platoni potius assentimur, quod chorū græcū esse testatur, et  
 a chara, hoc est gaudio deductū. quippe chorus proprie de con-  
 uentū saltantiū ut quæ cœnentiū dicitur. Virg. Omnis quæ chorus,  
 & socij conuentur ouātes. hinc chorea pro ipsa saltatiōe usur-  
 patur. & choruales dicitur, quod in choro tibia canit. a choro no-  
 stra quædem sententia corona etiā originem traxit, quod coronas  
 gestare in choris, ac saltationibus mos erat, propterea cū aspi-  
 ratione a ueteribus scribebatur. Est autem corona quam græci  
 σίπυρον uocant, a nostris olim strophia ἀπὸ τοῦ σπέρου,  
 quæ uertere ē, dicebatur. postea per diminutionem strophiola ap-  
 pellata. Deinde a ferendo serua. Principio enim ex arborū rā-  
 mis fieri coronas in ludis, & sacris certaminibus mos fuit. post-  
 ea uaria florū mixtura cōponi cœperunt. has primus Syci-  
 on ex ingenio Pansia pictoris, & glyceræ coronariæ admodū  
 illi dilectæ adinuenit. Paulo post subiere, quæ uocantur ægy-  
 ptia. siue hyberna. tū cū terra flores negat, ē bratteis ligneis.  
 siue corneis. siue eburneis factæ uarijs coloribus infectis. Accē-  
 serunt deinde & lamina ænea tenui inaurata, aut inargē-  
 tata, quæ ob præalutem corollæ sunt appellatæ. unde corolla-  
 riū dicitur, quod significat id quod additur præter illud quod est debi-  
 tum, quod in ludis, cū placuissent actores, præter promissas coro-  
 nas aliæ quoque dari solebant. Suet. de Augusto. Corollaria,  
 & præmia in alienis quoque muneribus ac ludis, & crebra, et  
 grādia de suo offerebat. Plyn. Ergo sponsonibus factis, & An-  
 tonio quotidianā ferē cœnā apposita irridente Cleopatra co-  
 rollariū id esse dixit, consumpturamque se ea cœna taxationem  
 cōfirmant. Crassus diues primus argento, auroque folia imita-  
 tus ludis suis coronas exhibuit. additi deinde sunt Lenisci. sic  
 enim uocantur fasciolaræ ex coronis dependentes, dictæ quasi la-  
 nisci, quod antiquissimū fuit genus coronarum laneariū. hos adij-  
 ctos coronis honos erat propter heruscas, quibus uirgini nisi aurei nō  
 debebant. uirgini puri siue, postea a calare eos primus P. Clau-  
 pulcher instituit. Vt coronis nisi quod in sacris certaminibus uicif-  
 sent, principio nefas habebatur. translata deinde ad imperato-  
 res ac milites quod sese fortiter in bello gessissent siue. Statius quo-  
 que iponi cœpiæ. & in funeribus mortuorū capitibus iungi,  
 ac in atrijs domorū, quæ per lineas ad imagines discurrerent,  
 suspendi. ignisque in ijs seruata seueritas fuit. L. Fuluij. argen-  
 ternus bello punico secundo cū corona rosacea iter diu ē p̄gula  
 sua in forum perexisse dicitur est, ex auctoritate senatus in car-  
 cerem adductus, non ante finem belli emissus est. P. Mutianus  
 cū dempt. a Marsyæ coronā ē floribus capiti suo imposuisset, duci  
 eū in uincula triuiri iussere. Florū populus romanus hono-  
 rem Scipioni tantum adhibuit, ei quod propter similitudinem ser-  
 uicij cuiusdam uilissimū negotiatoris Serapio cognominabatur ob  
 id in tribumatu plebi admodū gratus, dignusque a fricatorū fā-  
 milia, nec ei fuit in bonis, quantū impense funeris sufficeret.  
 Asses ergo cōtulit populus, & funus elocauit, quæque ferebatur,  
 flores ē prospectu omni sparsit. Scipionis cognomen primus  
 adeptus est Cornelius, quod patrem luminibus atrentē pro ba-  
 culo regebat. Nā Sapiō baculū significat. A Scipio Virgilius  
 Patronymicum sapiadas deduxit, quasi scipionidas. Deorum  
 quoque capitibus addi coronas honos habebatur, & larii publi-  
 corū priuatorūque. Item se pulchrorū & manū, eoque deinde lu-

xuria processit, ut in conuiujs, symposijsque, sic enim græci cō-  
 potationes uocant, coronis uterentur hilaritatis gratia, & un-  
 guenta folijs adderent. Translata quoque ad mulierculas siue,  
 & laudatissimæ ē nardi folio habebantur. Item ē ueste serica  
 uersicolores unguentis madidæ. Cleopatra apparatus belli ac-  
 tici Antonio gratificationem eius timente, nec nisi præguستا-  
 tos abos sumente cū eo lusit extremis coronæ folijs ueneno infe-  
 ctis. Nā cū ipsam in potu capiti imposuisset, præcedente mox hi-  
 laritate inuitauit Antonium, ut coronas biberent, concepta ergo  
 10 in scyphū folia incipienti bibere Antonio. quod enim huiusmodi  
 insidias timeret? opposita manu. En ego inquit carissime Antoni-  
 sum illa, quæ tu noua prægustantiū diligentia caues, nec tamē  
 mihi si possem sine te uiuere nocendi occasio deesset. Mox edu-  
 ctū ē custodia uinctū bibere iussit, quod sumpto potu ilico exira-  
 uit. De coronis quædem apud græcos Mnesteus & Callimachus  
 medica uolumina scripsere, quod quædam prodesse, quædam  
 nocere. Idem fecit Theophrastus. ē nostris quoque quædam inscri-  
 pserunt libros Anthologicum hoc est de florū ratione, ætos  
 enim flos est, αἴθος ratio. Militares coronæ multifariæ  
 20 apud ueteres siue, sed nobilissimæ hæ ferē commemorantur.  
 Triūphalis. obsidionalis. ciuica. muralis. castrens. naualis. Itē  
 quæ onalis appellatur. Postremo quæ uocatur oleagina, qua  
 uti solent, quod triūphū procurant, cū in prælio nō iteruenerint.  
 Triūphales coronæ sunt aureæ quæ imperatoribus ob honorem  
 triūphi mittebantur, id uulgo dicitur aurū coronariū. ea anti-  
 quitus ē lauro erant, & laureæ uocabantur, post fieri ex au-  
 ro cœptæ. Obsidionalis est, quam uir qui liberati erant obsidio-  
 ne dabant, ei duci qui liberauerat, præsertimque liberatis ca-  
 stris milites imperatori. Ea grammæa erat. Nulla fuit hac co-  
 30 rona nobilior. gemmata. & aureæ. uallares. muralis. rostra-  
 tæ. ciuicæ. triūphales post hanc magno intervallo siue. Cæ-  
 teras omnes singuli & duces ipsi, imperatoresque militibus, aut  
 aliquando collegis dedere. Decretum etiam in triumphis senatus  
 cura belli solutus, & populus otiosus grammæam nunquā  
 nisi in summa desperatione, contigitque nulli, nisi ab uniuerso  
 exercitu populo uel seruato uel seruatori decreta. Cæteras impera-  
 tores dedere. hanc solam miles, populus uel imperatori. Daba-  
 tur hæc ē uiridi grammæa decerpto, inde ubi obsessos aliquis li-  
 40 berasset. Nam summum apud antiquos signum uictoriæ erat  
 herbam porrigere uictos, quasi terra & alterice ipsi humo, hac  
 etiam humatione edere. unde herbam dare accipimus pro eo  
 quod est uictum se fieri. eadem donatus est L. Dentatus semel  
 tantum, cum ciuicas XIII meruisset, depugnassetque CXX  
 prælijs semper uictor, tanto rarius est seruatore unum a ser-  
 uatis donari. Quisdam imperatores & sæpius donati sunt, ue-  
 luti P. Decius una scilicet tribunus militum ab exercitu, altera  
 ab ijs qui in præsidio obsessi fuerant, quantæ esset honoris eius  
 auctoritas confessus religione. Siquidem donatus bonem albū  
 Marti immolauit, & centum seluos, qui ei uirtutis causa dati  
 fuerant simul ab obsessis. Hic Decius postea consul & imperio  
 50 & collegæ se pro uictoria deuouit. data ē & a senatu, po-  
 puloque romano, qua claritate nihil in rebus humanis subli-  
 mus existimatum est. Fabio illi qui rem omnem romanam re-  
 stituit non pugando, hæc data cum magistrum equitum, &  
 exercitum eius seruasset. tunc enim satis fuit nomine nouo co-  
 ronari, siquidem appellatus est pater ab ijs, quos seruauerat,  
 sed quo tempore Annibal ex Italia pulsus est, quæ corona so-  
 la ipsius imperij manibus imposita fuit, solaque a tota Italia  
 data. centurioni uero uni donata. Cn. Petreio Cimbrico bel-  
 60 lo, quod is primum pulū capeffens sub titulo exclusam ab hoc  
 legionem hortatus tribunum suum dubitantem per castra ho-  
 stium erumpere, interfecit, legionemque eduxit. scripsit & Syl-

Fusima dente minax, nexu fuit anchora curuo  
 Credidimus remū, credidimusq; ratem;

Et gratū nautis sydus fulgere laconum,  
 Lataq; p̄p̄tuo uela tumere sinu.

Quis tantas liquidis artes inuenit i undis?  
 Aut docuit lusus hos Thetis, aut didicit.



La dictator ab exercitu se quoque donatum apud Nolam legatum bello marisco, idque in uilla sua Thusculana, quae fuit postea Ciceronis, pinxit. Aemilianum quoque Scipionem Var. scripsit donatum obsidionali in Africa fuisse M. Aulo cons. cohortibus seruatis, torridemque ad seruandas eas eductis. postremo Octavianum Augustum cum M. Cicerone filio consulem idibus septembris inuenimus donatum. Mirum est nullas herbas certis in hoc honore fuisse, sed quaecumque fuerat in periculo sede, quae uis in nobilibus innotuit; honorem hunc nobilissimum fuisse. ex quo constat herbam omnem gramminis nomine a ueteribus nuncupatam, et grammineam pro herba caea positam. Ciuium corona appellatur, quae ciuium aui, a quo seruatus esset in praelio, uita, ac salutis praecipua testem dare solebat hanc fieri e fronde querna mos erat, quoniam abus, uictusque: e quercu capi quondam solebat. fiebat etiam ex ilice, quae haec quoque arbor gladiifera, et superiori similis est. Caeca. Aduerter cum iliginea corona, et chlamyde, dum nostram fidem. Massurius Sabinus Ciuium coronam etiam dari solitam scripsit, quae etiam ciuem seruasset, et eodem tempore hostem occidisset, neque in ea pugna sese loco mouisset. aliter ciuicae coronae ius aliam negant concessum, Tiberium tamen Caesarem commemorat cum consulus fuisset, an ciuica corona ei deberetur, quae ciuem in praelio seruasset, et hostes ibidem duos interfecisset, sed locum in quo pugnabat, non retinisset, eoque loco hostes potius essent, ita rescripsit, eum quoque ciuicae dignum uideri, quod appareret etiam iniquo loco ciuem ab eo seruatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non potuisset. haec ciuica corona. L. Caelius uir censorius in senatu Ciceronem consulem donari a rep. censuit, quod eius opera ac uirtute atrocissima illa Catilinae coniuratio detecta, uindictaque fuisset. Muralis corona erat qua donabatur ab imperatore, quae primus murum subiisset, et in hostium oppidum primum conscendisset. itaque quasi muri pinaculis decorata fuit. Castrensis corona dari ab imperatore solita erat etiam, quae primus hostium castra pugnando introisset. haec in signe ualli habebat. Naualis dicebatur, qua donari solebat maritimo praelio, quae primus in hostium nauium uis armatus transiisset, eaque quasi nauium rostris insignita erat. Oualis corona myrtaea erat, hac coronabatur imperatores, qui urbem omnem introibant. ouatio minor triumphus dicebatur. Nam quoties bella non rite dicta, neque cum iusto hoste gesta essent, aut hostium nomen humile, et non idoneum foret, ut puta seruorum, piratarumque: aut deditioe facta in puluerem, inuentumque: uictoriae imperator reportasset, ouandi non triumphandi causa erat, eique facultati aptum esse ueneris fronde crediderunt, quod non Martius, sed quasi ueneris quidam triumphus foret, haec myrtaea coronam. M. Crassus, cum bello fugitiuorum confecto omnem rediret insolenter aspernatus est. Senatusque consilium per gratiam concessit, ut lauro non myrto coronaretur. O uitiois nomen ab oue tractum Seruius honoratus grammaticus affirmat, quod oues uno equo uerentur, et a plebeis siue equitibus romanis ducerentur ad capitolium, et de omnibus sacrificarent, cum triumphantes albis equis quatuor uerentur, et senatu praecunte in capitolium deducerentur, et turos ad sacrificia adhiberent. Nos hoc uocabulum ab ipsa potius clamantium uoce derivatum existimamus, quod oues, hoc est. o. ut fieri solet, clamantes urbem introderentur. unde in omni hilaritate, qui ita uociferantur, oues appellare consueuimus. Virg. Omnis quae chorus, et socij comitentur oues iterponitur autem. u. euphoniae gratia quemadmodum in ouis quod pecudem significat, et a ueteribus masculino genere proferebatur et in ouis, cum analogae ratio exigat, ut ouis et ouem dicatur, siquidem a graeco deducitur illud ab eo, quod est ois. unde ouicula diminutiuum, et ouillus pecudinus, et ouilia, de quibus supra diximus, et opilio, quasi ouilio, ouium pastor, et ouilla quasi ouilla a gnus recetis parus. a gnus, ouis filius dicitur, sicut hedus a pra, et a graeco deducatur ἀγρός, quod

significat purum. castum, eo quod sit hostia pura, et imolatio apte. ab eo fit agninus. unde a gninus carne dicimus. et ambigenis. sic enim a ueteribus bos, et uerueus appellabatur, cum ad eorum utraque latera, agni in sacrificium ducebatur. agnus etiam arbutos lae ex salicis genere, quae lecto supposito castitate facere, hoc est ueneri cohibere dicitur, quae admodum si pius differuimus, hoc ab eo quod est ων, unde oia taricha dicta, mugilum oia sale codita. τὰριχόν enim graeco salsum appellat. Massurius Sabinus oues non equo uehi, nec ab equitibus, siue plebeis, ut serui referret, deduci solitos affirmat, sed pedibus ingredi, seque eos uniuerso senatu M. Caligula, cum in germania sibi belli materia deesset, paucos de custodia traiecit, oculique: trans rhenum iussit, ac sibi post prandium, quamtumultuosissime adesse hostem nutiari. quo facto proripuit se cum amicis, et parte equitum praetorianorum in proximam syluam, truncatisque arboribus et in modum trophaeorum adornatis reuersus, eorum quidem, qui fecerant non essent timiditatem et ignauiam corripuit. comites autem et participes uictoriae nouo genere, ac nomine coronari donauit, quas distinctas solis, ac lunae, syderumque specie ex praetorianas appellauit. a corona sit corona uerbum, quod significat coronam accipi inpono. ciuium passiuum est coronor. a quo coronator. coronatrix. coronatio. et coronamentum, quod modo pro coronatum multitudine ponitur. Plyn. Atria quippe coronamentis referta. modo pro floribus, frondibusque, et alijs ex quibus coronae fiunt. Idem in hortis feri et coronamenta iussit. Cato in enarrabili florum maxime subtilitate. et coronarium, quod ad coronas attinet, unde aurum coronarium, et a coronarium, de quibus superius diximus. Item coronarius qui coronas conficit, et a graecis stephanoplocos appellatus σιφα vos enim corona est, τὰκωω texo. Idem, factum id est ex ingenio glycerae coronariae dilectae illi. Idem, quales etiam nunc extant artificis illius tabellae, atque in primis appellatae stephanoplocos, qui pinxit ipsam. corona etiam aliquando pro conuentu hominum arcu stante accipitur. Item corona circulus est, quod circa lunam. aut aliud nobile astrum caelo inhaeret. quemadmodum enim cum in piscinam lapis missus est, uidemus in multos orbis aquam descendere, et fieri primum angustissimum orbem, deinde latiore, ac deinde alios maiores donec uane fiat in pelus, et in planitiem mota aqua soluiatur. itaque simile quiddam fieri in aere consideramus, cum spissior factus est, et sentire plagam potest, lux solis, aut lunae, aut ciuium libet syderis incurrens recedere illum in arcus cogit. nam humor, et aer, et omne quod ex ictra formam accipit, in talem habitum impellitur, qualis est eius quod impellitur. omne autem lumen rotundum est, ergo et aer percussus lumine hunc modum exhibet. ob hoc tales splendores quod aereas uocant, quae ferè terrendis frugibus destinata loca rotunda sunt. nec longe a terra fit talis effigies, quae uisus noster solita in beallitate deceptus arcu ipsum sydius positam putat. quippe in uicinia stellarum, et solis nihil tale fieri potest, quae tenuis illic est aether. in balneis quoque circa lumina tale aliquid aspici solet ob aeris densi obscuritatem. frequentissime autem austro stante, cum caelum maxime graue, et spissum est. diluuntur autem huiusmodi coronae paulatim, et desinunt, nonnunquam ab aliqua parte rumpuntur, et tunc uentum inde nauis expectat. unde contextus corona uisus est perire. corona uero urbis est Achaia, uenetiarum hoc tempore imperio subdita. a quo coronaeus sinus uocatus est. NEREIDVM. Nympharum maris, quae Nerei filiae esse traduntur, ex dori sorore pariter, atque uxor. Nereus maris deus est oceanus, et tethyos filius. nec est nereidum filia opinio, reperiuntur enim in mari pisces humana effigie, squamis duntaxat hispido corpore, quarum ganninum etiam triseri in gallico oceanio,



oceanum, dum moriuntur, audiunt a colae, et diuo Augusto legatus tullius scripsit complures i litore exanimis nereidas appere Tiberio priape in fantonu litore reciprocans. oceanus multas bellas desituisse legitur mirae uarietatis, et magnitudinis, inter quas et multae nereides uisae fuere. nereidum noia ferè haec memorantur. γλαύκη, hoc est glauce à colore maris, ita appellata. γλαυκὸν enim graeci caeruleū dicunt, et nostri glaucum aliquādo usurpāt. fuit etiā Glauce Saturni filia uno partu cum Plutone edita, sed sola Saturno oblata, quae infans pūit, et glaucus Minois filius, quē qdā putant in parte quondā Italiae regnasse. Item alius glaucus Sisyphi filius, quē aeolo genitum Home. refert in Isthmon latrocinijs infestasse. alius Hippolochi filius. à quo Ionij reges deducti sunt glaucus Potniades uocatus est, à potnia Arcadiae urbe, ex qua eū constat ortum fuisse. Item Potniades quadrigae dictae sunt, quibus glaucus uehebatur. θάλασσα, hoc est thalia, quae uirens seu laeta sit, θάλλω enim uireo laetor αὐαὶ δ' ῥῦpendis fluctibus αὐαὶ μαι ῥύπον. κυμοδοκία, cymodoce ab unda recipienda. κύμα enim unda, siue fluctus dicitur. δέχομαι recipio. νησαίη, hoc est nesee à natando. νῆσος enim nato significat, cuius finitimum est νῆσος. Spio à spelūcis maris in quibus habitare nymphae dicuntur αὐαὶ ος enim spelūcia est. θεὸς, thoe à uelocitate currendi θεῖσσι enim currere est. ἁλίη. halia, quae marina nympha sit ἅλιος mare est. κυμοθόη cymothoe à uelocitate undarū. κύμα fluctus. θεὸς uelox. ἀντία Ἀκτῆα à litore maris. ἀντή litus. λιμνώρια limnoria à cura lacus. λίμη lacus. ὠρεα κυρὰ μάλιτι, melite à dulcore, et suauitate μέλι mel ἰάρα ab ἵππεσσι. ἵμας, impetū facto ἀμυρῶσιν. amphithoe, quasi circumquaque currens. ἀμυρὶ circū. θεὸς κυρτο ἀγαυὴ ἀρῆνη à magnitudine splendoris. ἄγαν nimis. αὐαὶ splēdeo. δωτὸν do to à δῶδο. δῶ do. πρωτῶ, proto à producendo. προϊννα producere est. φέρουσα, pherusa à ferēdo. φέρω fero δυναμίν, dynamene, quae pollens, potensque sit. δύναμις possim. δέξαμην, dexamene à recipiendo δέχομαι recipio. ἀμφὶ νόμην, amphinoe à circū pascēdo, quae fieri in aqua uidemus, ἀμφὶ ἀρῆν, νόμος pascit καλλιόνηρα, callianera à uiris honestandis καλὸν honestū. ἀνὴρ uir. δωρὶς à donando. δωρῶμαι dono. πανόπη, panope à pfficitate. πάν omne. ὄπη. αἰγνο. γαλάττω γαλατα à lactis colore. γάλα lac. νημετήρ, nemertes, quasi incorruptibilis. νῆσος. ἀμαρτάνω peccō. ἀψευδὴς apseudes, hoc est minime fallēs α priuatiua pncula ē. φασίς falsum. καλιανασσα calianassa à bene regendo. καλὸν bonū honestū. ἀνάσσω rego κλυμίνη. clymene à celebritate κλυῶ celebro. ἰάνηρα ianera à dulcorādis uiris. ἰάνω dulcorādo ἀνὴρ uir. ἰανασσα, à suauiter regendo, hoc ē ἀπὸ τοῦ ἰάνω dulcorο καὶ ἀνάσσω rego. μέγαρα ματα à fluctu siue fluore μέγαρα fluo. ὠρεῖθα, orithea, quae sibhans ad cursum. ὠρῶ hortor. θῆω κυρτο. ἀμμάδωγα ammathyea quasi p arenā currrens, ἀμμά arena. θῆω κυρτο. electra quoque, hoc ē ἡλεκτρα iter Nereides numeratur, sed oceanū quādam, et Tethyos filiā putant fuisse. nomen autē sumptū à suauitate electri, quae suauitū dicitur, et uxor Atlātis fuit, ex quo filij peperit Hyan, et gnae filias, quarū una similiter electra uocata est. haec ex Ioue Dardanū peperit. Virgi. Dardanus iliace primus pater urbis, et author electra, ut graij phibent Atlātide creuis. idē, electra à maximo Atlas adidit, aetherios humero, quae sustinet orbis. fuit et altera electra orestis soror, quae illū à manibus clytemnestrae, et aegsthi liberauit. electryon uero Amphitryonij frater fuit electrae nymphae sororem ἐρατῆν, hoc est eratē alterā nymphae fuisse existimant, ab amore, quae graece ἔραος dicitur, ita uocata. fluminū uero, ac fontium nymphae, quae ἀπὸ τοῦ ῥάω hoc est fluo, à graecis

raides à nostris Naiades appellantur. his ferè noibus notari solent. δρυμῶ. drymo, quae p syluas fluat. δρυμὸς enim sylua est. ξάνθα, xantha à colore. ξανθὸν graeci subrybeū dicunt. harū duarū nymphae u memorat Vir. Drymōq; xanthaq; xanthus uero fluminis ē apud troiā, et nomen propriū uiri Troiani. Item nomen eque Hectoris, ut Home. testatur. xanthij populij sunt Asiae, quae cum eorum urbs ab harpago cyri praefecto obsideretur, uxores ac seruos suos, atque oem suppellectilem in arce posuerunt deinde adhibito igni cremauerunt. ipsi uero contra harpagum pariter irruentes in bello uniuersi caedere, ut scribit Herodotus, xanthippe mulieris propriū est sic enim Socratis uxor uocata constat, λιγυα legia à cantus suauitate. λιγυς enim et λιγυρὸς suauis est. φυλλοδοκία phyllodoce à folijs capiendis. φύλλον foliū, δέχομαι capio. κυδίπη cydippe ab excellentia equorum eius regionis. κύδος gloria est, ἵππος equus. ἐφερα ephya à noie oppidi, quae postea corinthus est dictum, quemadmodum et θεβη hoc est thebe, alia nympha à thebarū noie nuncupata est. δειοπέη deiopeta, à uocis hoc est cantus contentione. δειρὸς pugna. ὄφιοξ ἀρίθουσα arethusa ἀπὸ τοῦ ἀρίστω, quae est placebo. fuit una ex nymphae Dianae comitibus. Virg. Et tandē positus uelox arethusa sagittis. infinita praeterea sunt nymphae fontium nomina, cum singula flumina fontesque suas habeant nymphas, de quibus particulariter, quoties se occasio offeret dicemus. nemerum siue sylvarum nymphae Dryades dicuntur ab arboribus, quippe apud ueteres graecos δρῦς omnis arbor dicebatur, quae uis postea pro quercu duntaxat usurpata sit, eadem et napeae uocantur. Vir. Faciles uenerare napeas. Item quae cum syluis nascuntur, moriunturque Hamadryades. montium uero nymphae ἀπὸ τοῦ ὄρος, quod montem significat. oreades, et à graecis ἐριστάδες uocantur. earum quoque innumera penē nomina sūt, sed confusa, haec cum aliarum nymphae nominibus reperuntur. πειθῶ hoc est pitho. ἀπὸ τοῦ πείθω, hoc est à suadēdo dicitur. Unde et pitho apud graecos persuasio uocatur. Cic. pitho quam uocant graeci, cuius effector est orator. hanc suadā appellauit Enni. Eius autem ceterū medullā fuisse uult ut quam deam in puelis labris scripsit Eupolis sitam esse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. Quim. Iocrates thetoricē persuadendi opificem dixit. i. pythus demurygon. neque. mihi permisit eadē uti declinatione, qua Enni. M. ceterum suadē medullam uocat. à pitho pitheas derivatur, et pyther-nus propria noia, et pythodorus, qui marmorarius sculptor eximius fuit, qui Romae palatinas Caesarum domos una cum cratere probatissimis signis repleuit. et pithagoras, hic fuit philosophus famus insignis pulchritudinis, et psallendi musiceque peritissimus, demarati negotiatoris filius, uel ut alij uolunt mnesarchi gemmarum sculptoris. quidam etiam patrem eius Marmachum uocatum uolunt. hic quamuis à polycrate Samio tyranno apprimē diligeretur, illo tamen tyrannidem exercere incipiente clam ex ea insula fugit, et in Aegyptum discendi desiderio perexit, omnemque Aegyptiorum linguam edidit, deinde in Persiam, et Babyloniam transijt ubi syderum motus cursusque stellarum, et omnem caeli rationem ab astrologis edoctus, regressus est inde in Cretam, et Spartam, atque ab eorum sapientibus egregios Minois mores, omnesque lycurgi leges perdidit, inde ad olympiacum certamen accedens interrogatus à Leonte sicyoniorum tyrāno quo nomine uocaretur, cum solum deum sapientem esse praediceret, philosophum se esse respondit, hoc est sapientiae amator. etenim usque ad id tempus, omnes qui circa rerum occultarum speculationem uersantur, sapientes uocati fuerant, hinc philosophi nomen habuit. post haec cum in pa-

I O  
2 O  
3 O  
4 O  
5 O  
6 O



triam rediens a Polycrate tyrano occupatum inuenisset, clam inde discedens Crotonem Italiae urbem petijt, ibiq; leges Italidis dedit, et una cum discipulis suis, qui ferme trecenti erant, rem pu. administravit, quae merito Aristocrata, hoc est optimatum principatus poterat nominari ἀριστοκρατία admetu admete, quod ob lasciuam indomita sit. α priuatiua particula est ἀμαζών domo significat. δωρὶς doris a dando. δωροῦ μιν dono est. οὐρανία urania, hoc est caelestis ἀπὸ τοῦ ὀραῖν, quod caelum significat. ἵππων hippo a uelocitate equorum. ἵππος enim equus est. κλυμένη clymene a fame celebritate. κλυός gloria. haec phaethontis mater fuisse memoratur. ῥωδία Rhodia a fluendo quod graeci ῥοῖν fluxum dicunt. κάλλιπρον calliroe a pulchre fluendo. κάλλος pulchritudo. ῥοῖς fluxus ῥοῖω ῥεῦω a iungendo, quod aqua res siccae coniunguntur. ῥοῖωμι coniungo. κλυτή clytia a gloria, quae ut supra dictum est, κλυός uocatur. νεαρά, neara, quod semper recens sit. νεαρός recens, haec duas filias peperit, phaensam, et iāpe-riam, quae transiuit per Sialiam Vlysse solis armenta custo- diebant. ἐδύρα edyra. ἀπὸ τοῦ ἴδω, qđ est scio. πασιθὼν pasithoe a uelocitate. πᾶς omnis, θῆω cirro quasi uniuersa discurrere. πλεξούρη plexaura, quod plene fruatur πλεῖω impleo. αὔρη fruor κάλαξαιρη galaxara a candore lactis. γάλα a graecis lac uocatur. δαῖνυ Dione ab humiditate. δαῖνυ humectare est. haec ex Ioue Venerem peperisse memo- ratur. quapropter poeta aliquando Dionem pro Venerē uer- pant a Dione sit Dionaeus. Virg. Ecce dionai processit Caesaris astrum. Idem sacra dionae matri. id est ueneri μηλόβοσι melobosis ab ouibus pasendis. μῆλον ouis. βόσι pasciū. πολυδώρα polydora. a donando multa. νεργυῖς cerceis a te- xendo. νεργυῖν radiuum significat. πλουτῶ Pluto a diuitijs. περσῖς Persis a perseo, de quo superius diximus, a quo Per- sia, orientalis regio, unde persae appellati. et persicus, quod mo- do ex Persia significat. hinc persicus sinus dictus, nam rubrū mare, quod graeci Erythraeu, siue Erythram thalassam nomi- nant, uel ab erythra rege, uel a solis repercussu talem reddi co- lorem arbitantes, uel ab arena, terraeq; uel quod talis aquae ipsius natura sit, in duos diuiditur sinus. is q ab oriente est per- sicus appellatur. ex aduerso arabicus. oceanum qui in fluit, Ἀζα- νium uocant. modo persicus accipitur pro diuite, et opulento a persaru. s. diuitijs, luxuq; Hora. Persicos odi puer apparatus. Iuue. Meliora, ac plura reponit persicus. persicum uero portū mare euboicum, quod in eo quoddam steterit classis persarum. Plu. Persicum pro peracuto posuit. Item a Persia persicat po- ma uocata, quod ex persia primo adducta fuerint, immo cae penitus, et ex petita a gyotis, ac stomacho unilia, palma eorum est duracis, nec est aliud siccaus pomū, longissima nanq; mo- ra decepto biduum est. ἀκαστῆ Acaste a sanando. ānos re- medium. πετραῖν petræa a petris, hoc est speluncis lapideis μνηστῶ Menestho a robore, qđ graec. μένος dicitur. ὠρὼ πη Europa a lōge, lateq; uidendo. ὠρὼ latum δ+ oculus. μῆτις metis a consilēdo. μῆτις consiliū ὠρυνόμεν euryno- me a late pasendo, ὠρὼ latū νόμος pasciū. τηλεσὼ tele- sto a psciendo. τέλος finis. τελῶ pscio. κρητῖς crese- is a fonte κρην fons ἀσία Asia ab humoris putredie. ἄσις putredo. κάλυψο, calypso a tegmine arborū κάλυπτο te- go ἑδύρη eudora a bene munerādo. ἄ bene δωρον donū τύχη tyche, a fortuna, quae τύχη dicitur. ἀμφίρω amphiro, ab undecūq; fluēdo ἀμφί arcū ῥω fluo. ὠνυρον ocy- roe a uelociter fluēdo. ὠνυ uelox σῆξ, styx a tristitia, et solitudine συρῶς tristis. mnesto etiā nymphæ nomen fuit a memorando dicta. unde et mnestus propriū nomen uiri, et Menestheus Diomedis auriq; quāuis fuit et alius mnestheus

athenarū dux Thesei, et phædra filius. Mnestheus uero nomē propriū fuit uiri troiani. Item prymso Nympha fuit oceani fi- lia. prymnesius uero palus, ad quem finis nauticus religitur, quem alij tōsillā nominant graec. πρῦμαρα puppim dicunt, Nympha autem ab aqs dicta sunt. qppe ueteres graec Nym- pham dicebant, quam nos unius literæ mutatione Lymphā, hoc est aquā uocamus, unde lymphatius uinū dicitur qđ plus satis habet aquae, sicut meracius, qđ minimū aquae habet. Itē lymphati, et lymphatica uocantur laruati, atq; insaniētes, quod apud ueteres uulgo proditū erat qđcūq; specie quādā uidissent, hoc est nympha effigē, ferendi finem non facere, quos graec. νυμφολήπτος, hoc est Nympholeptos appellant. Plyn. de hel- leboro, medetur ita morbis comitialibus uertigni, melancholicis, insaniētib; lymphaticis, elephantia albæ nymphas etiā ali- quando pro musis accipiunt, qđ aqua currēdo musicos sonos ef- ficiat, hinc saepenumero a poetis inuocantur. Virg. Nympha noster amor libetrides. Item nympha aliquando pro sponsa ac- cipitur, et nymphus seu nymphus pro spōsus. a quo parany- phus dicitur, q praest nuptijs celebrandis adhibentq; pro pte uiri quem superius diximus, latine auspiciem uocari nymphas uero scythiae fluminis ē. Item mōs armeniae. DOCILIS. Ingeniosus, et q sacale papit, quae docentur. PINXIT. De- scripsit, figurauit, ita ut uera classis uideretur pingere est for- mam alicuius rei ductis lineis repraesentare. hic pictor dicitur, quod in cognomen clarissimae fabiae gentis trāsijt, principiq; eius cognominis Fabius ipse fuit, q manu sua aedem salutus pin- xit anno urbis cōditae CCCCL. quae pictura durauit usq; ad Claudij principis tempora, quibus aedes ipsa exusta fuit, hinc etiā a pictura ipsa pingendi ars, in qua etiā clarissimi uiri exer- cere se oli constituerunt. celebrata in foro boario fuit aedes Her- culis Pacuuij poetae pictura, q ex sorore Ennij poetae genitus fuit, de quo extat elegens illud epi gramma. adolescens tamesi properas, hoc te saxū rogat, ut se aspicias, dein qđ scriptū est legas. hic sunt poetae Pacuuij mara sita ossa, hoc uoleb; nesci- us ne esses. V. ale. turpi. eques Romanus Domitiani temporibus multa insignia opa Veronae Lena manu pinxit, qđ de nullo ante memoratur. aterius etiā labeo uir praetorius, etiā pro cōsultate prouiciae Narbonēsis functus paruis tabellis gloriatus est, etiā in lōge senectute depictis. Q. Pedius nepos. Q. pedij cōsula- ris, triūphalisq; a Caesare dictatore coheredis Augusto dati, cū natura mutus eēt, a messala oratore, e cuius familia pueri auia erat discedae picturae traditus est, idq; cōsiliū diuus Augustus cōprobauit. puer magni profectus i ea arte obiit. i graecia pue- ri ingenū ante oia anti graphicē, hoc est picturā in ludo doceb; tuos, recipiebaturq; ars ea in primū gradū liberaliū. sem pō; ho- nor ei fuit, ut ingenū tentū eā exercerēt, mox ut honesti ppetuo iter dicto, ne ferui eam docerentur. nūc uilissimae quaeq; psonae hūc arte exercēt. habuit scena ludis Claudij pulchri magnū admirationē picturae tegulis ita in ea depictis, ut ad eas cornū imagine decepti aduolarent. Zenus clarissimus pictor, cum in certamen picturae cū parrhasio descendisset, uinas tanto suat- su pictas in scenam detulit, ut aues ad eā aduolarint. Parrha- sius uero pictū attulit linteū, ita ueritate repntata, ut Zenus ali- tū iudicio tu mensi flagitaret, et a dē remoto linteo picturā ostendi- et intellectu errore palmā ingenio pudore cōcesserit, quoniā ipse aues sefellisset. Parrhasius aut se artificē. feruū etiā poste a Ze- nus est mira ingenuitate operi suo, et dixit, uinas melius pinxi, quā puerū. nā si hūc consummassem, aues timere debuissent. Le- pidus in triūuiratu suo quodā loco deductus a magistratibus in nemorosum hospitij postero die conquestus est somnū sibi uo- lucrū cōcanti ademptū fuisse. quapropter illi draconē i lōgssī



ma membrana depictum circumdederit loco eoq; terrore aues silentiū tenuerunt. Alex. mace. cui iure magnus cognomentum fuit, honorē a pelli pictori maximū exhibuit. nā cum dilectam sibi praeipue unā ex pallacis suis nudā pingi ab eo ob adm- rationem formae iussisset, cūq; dum paret, amore captū intellexisset, dono illi eā dedit, magnus animo, maior impio sui, nec minor hoc facto, quā m ceteris uictorijs eius, quā do quidem se ipsum uincat, nec torum tantum suū, sed etiā affectum donauit artifice, nec amicae qdem respectu motus, ut quae paulo ante regis fuerat, mox esset futura pictoris. Item a pictura pictu- ro uerbū deducitur, qd est uaria pictura ex orno, unde pictu- rat. e uestes dicuntur. Item a pingo impingo compositum, qd est attribuo, et quasi inuro. Nā ueteres inurere pro pingere, et inu- sum pro pictū frequētissime usurpabāt, ob encastam pictu- ram, de qua inferius dicemus. Item de pingo idē qd pingo, et cō- pingo simul pingo. FACILES. Quācūq; impressionem facile suscipiēt. VARIO. Multiformi diuerso. uarius pro- prie dicitur, qui pedes obtortos habet. Lucli. Compernem, ac uariā fuisse Amphitriū accipi Alcmenā, atq; alias. unde uari- rum frequenter pro obtorto accipimus. Persi. Et non fallit pede regula uaro. hinc uariē, et uarij cognomina sumpserunt, qd pedibus essent uictoris. hinc etiā uariāx, et uariicosus, q crura uictoris habet. Item uariēs uenae in cruribus, et fere grādiōres dicuntur, quae frequenter tumide sunt, atq; obtortae. a qbus uari- cosus appellatur, qui tumidiōres habet huiusmodi uenas, et uariari trāsire dicitur, quasi uariēs trāsire, et curā do praeterire, quoniam huiusmodi curatio piculosa est, trāclū a medicis, q cum uariēs curare non audent, eas trāsire dicitur, atq; praeterire. accidit hoc uitiū uiro tantum, mulieri raro, cū sanguis melācholico copiose partem aliquā uenae tumefiat, fitq; tanq; sanguinis abscessus. Hippocrates ut pōis, Arist. i. q uas uo- cant. Tradunt C. Mariū, q se ptes consilii fuit, stantem sibi uari- ces extrahi passum. sunt etiā aliquādo uariēs in uētribus. hae cum uel parum curuae, atq; in orbē implicatae sunt, uel si cur- uae tamen simpliciores, melius aduruntur. Cū uero curuae, atq; obtortae maiore in modū sunt, pluresq; inter se inuoluntur, nullus eximere est. adurendi ratio haec est. catis su pinciditur, tum patefacta uena tenui, et reufo ferramento candente, modice premitur, uittiturq; ne plagae ipsius orae adurantur, quas re- ducere hamulus facile est. id interpositis fere quaternis digitis p- titū uariem fit, et tum su pponitur medicamentū, quo adu- sanantur. extrahendi uero ratio est talis, incisa uena hamu- lo re excipuntur, scilicet pelloq; undiq; a corpore uena dedu- citur, caueturq; iter haec, ne ipsa laedatur, eiq; reufo hamulus subijatur, interpositoq; eodē fere spatio, qd supra diximus, in eadē uena idem fit, ut quae quō tēdat facile hamulo extenso co- gnoscatur. ubi idem iā quacūq; uariēs sunt, factum fuerit, attrahitur hamus, et euellitur, ibiq; rursus absconditur, ac sic undiq; uariabus crura liberantur, tum plagarū orae cōmittun- tur, et su pponuntur emplastra. a uarus etiā uarius deducitur, qd est diuersus multiformis, qd uari iaequales, ac diuersi sunt. ab hoc fit uario uerbū, et aduerbiū uarie, et uarietas diuersitas, et uariātia pro uarietate. Lucl. Talibus in causis nec dū uari- antia rerum. idem. principijs unde haec oritur uariātia rerū, et uariabile mutabile, et uariatio diuersitas. Item praenarior uerbū. labeo a uaria concertatiōe, quasi praenarior dicitur existi- mat, quoniam q praenariatur inqt, modo huius, modo illius p- tis est. qdem praenariatorem Vlpia. definit eū, q aduersarij cau- sam adiutat prodita causa sua, et ex pte actoris in partem ce- dit rei. et Marcius iurison. praenariatorem esse inqt, q colludit cum reo, et trās latine munere accusandi defingitur, eo qd pro- prias qdem probationes dissimulet, falsas uero excusationes ad-

mittat, etenim accusatorū temeritas tribus modis detegitur. aut enim calūniatur, aut praenariatur, aut tergiversatur. calū- niari est falsa crimina intendere. praenariari uero crimina ab- scondere. tergiversari in uniuersum ab accusatiōe desistere. nos praenariatorē a uariādo potius, hoc est trāsire dicitur dicitur existimamus quasi uariatorē. Est. n. praenariator qcūq; ab of- ficij sui praescripto desleat, atq; aberrat sine p- dia, atq; mali- tia, siue imprudentia, ac negligentia id faciat. a quo praenariat- tio ipsa officij trāsire dicitur. Plyn. Iunior, aliqñ praenari- catio est trāsire dicitur. praenariatio etiā cursum, et breuiter attingere, quae sunt i chalcanda i figenda, repetenda. sed iurisco. praenariatoris uocabulū proprie ad eū trāsire dicitur, qui collu- dit cū aduersario, et praenariationem hmoi collusionem esse di- xerunt. Cicero. Vt si in reo pecunia absoluto rursusq; reuocato praenariationē accusator esse, definit oēm iudicij corruptelā ab eo. de fenfor autē non oēm, sed tantūmodo accusatoris corru- ptelā ab eo. uariare etiā aliquādo pro extendere usurpamus. Quintil. V. uariare supra modū, et in stando de forme est, et ac- cedente motu proprie obscenū. a quo fit diuariari, qd simili- ter capitur pro extendi. Cic. Sopatrum hoīem summū, domi no- bilem, summo magistratu praeditum diuariari, ac deligari iu- bet, et obuariare, qd est occurrere obstare, unde obuariator dicitur, qd alicui occurrat, quo minus rectum iter faciat. uarus autem a graeco deducitur βάρυς, qd graue significat. uari- n. in eundo graues sunt. V. arus etiā stinnus est, q Narbonensem prouinciā ab Italia determinat, a tortuosis fuctibus ita appel- latus. Item V. arus tuberculi genus lenticula maior, de quo ali- bi diximus. ORDINE. Dispositione, situ. ordo. n. proprie dicitur apta, et conueniens dispositio rerū diuersarū. Vnde or- dinariū dicimus omne id, in quo ordo seruatur, sicut ē cōtrario extraordinariū, qd praeter ordinem fit. hinc ordinō uerbū, qd est apte, et cōueniēter dispono, cuius passiuū est ordinor. a quo ordinator ordinatrix. ordinatio, et ordinate aduerbiū, qd si- gnificat apte distīcte, cōueniēter. V. eteres ordinariū hominē dixerunt im probū, ac litigatorem, quod assidue in litibus mo- ratur, ob eāq; causam in ordine stet praetorē aduentum, siue a contrario, qd minime ordine uiuat. ex ordine uero aduerbiali- ter sumitur, et significat sine intermissione. Virg. Septem illū to- tos pibent ex ordine menses fluisse. FVSCINA. Tridēs Neptuni, hoc est telum trisulcum piscatoriū, de quo supra dixi- mus. MINAX. Su pba. minari proprie est minas iacere, interdum tamen ponitur pro eo, qd est eminere, extare, efferrī, unde a manendo, hoc est emnendo deducit minor nonnul- li existimant, et hanc esse propriā huius uerbi significationē. Virg. Gemniq; minantur In caelū scopuli. hinc minae nuro- rum eminentiae dicuntur, quas pinnas uocamus. Itē Minae, quae uulgo minaciae dicuntur. Plau. Quid nūc opus ē minis, atq; mi- nacys? a minor fit minor frequētatiuū. a quo minitabūdis. item minax, qd modo eum, q minatur significat, modo elatum. su pbūm. ab hoc fit minaciter aduerbiū, hoc est cū minis, qd ue- teres et minitabiliter dixerūt. Pacu. Minitabiliter icrepare di- ctis senis incipit. itē minacitas pro cōminatiōe. praeterea horum cōparatiua, ac su platina minacior. minacissimus. minacius. mi- nacissime, et cōminor cōpositum. a quo cōminatio. et Minerva, quasi uim minetur, ut apud Cice. interpretatus est Balbus. Haec belli dea, et oīum bonarū artū inuentrix fuisse phibetur. Io- nis filia sine matre. aiunt enim Iouem, cum uideret Iunonem sterilem esse percusso capite emisse Palladem armatam. Lu- ca. Hanc et Pallas amat, patrio quae uertice nata est. Oui. An- ga de capitis fertur sine matre paterni V. eritice cum clypeo pro- siluisse suo. Pallas ἀπὸ τοῦ πάλαιον, hoc est a uibran- do uocata est. Alij tradunt ex tritonide palude susceptam



à Ioue fuisse, propter quod tritonia dicitur. Apud milesios Assi-  
sia uocabatur, uirginitatem seruasse creditur. Virg. Pars stupet  
innupta donum exitiale Mineruæ, et arcium conditrix idem.  
Pallas quas condidit arces ipsa colat. A pallade palladius de-  
ducitur, unde forum Romæ palladium uocabatur ob propin-  
tatem templi Palladis. Marti. Limna post pacis, palladiumq;  
forum. Item palladiū in urbe troiana fuit antiquissimum Pal-  
ladii signum e' li quo compactum, mouens oculos, atq; hastam,  
quam manu gerebat. Hoc Diomedes, et Vlysses rapuerunt cæ-  
sis arces custodibus. Sed postea finito bello, Diomedes oraculo  
iussus est troianis reddere, qd̄ cum implere cuperet. Venienti  
in italiā. Aeneæ offerre conatus est. uerū cum sacrificantem ue-  
lato capite comperisset, ne sacrificij ordinem perturbaret, alteri  
ex troianis hoc obtulit. Accipit itaq; nauitas quidam unde Mi-  
neruæ sacra non gens Iulia habuit, sed nautarū. Alij palladiō  
ferunt absconditum fuisse intra parietem, et tempore belli mi-  
tridatica comptum, qd̄ ab una tantum sacerdote custodiebatur.  
Luca. Troianam soli cui fas uidisse minernam. Sunt qui dicāt  
unum simulachrum cælo lapsum apud Athenas fuisse. Alij  
duo, hoc de quo diximus. et illud Atheniense. NEXV CVR  
VO. Periphrasis est, hoc est descriptio anchoræ. Nectere, ligere  
est. à quo nexus. et nexio. item composita adnecto. arcūne-  
cto. internecto. inuecto. subnecto. Connecto. à quibus adnexio.  
arcūnexio. innexio. subnexio. connexio. item obnecto, obligo.  
à quo obnexio, obligatio. et obnexus, obligatus. CVRVO.  
Torto inflexo. Curuū enim inflexum, ac contortum uocamus,  
à quo curuitas flexus. et curuo uerbum flecto. à quo curuor  
passiuum. et compositum incuruo. Vnde incuruor, et incur-  
uum. et incuruatio, atq; incuruitas deducuntur. et incurue ad  
uerbum, hoc est contorte, quod et incuruiter dicitur, quem ad  
modum curue, et curuiter. item aliud compositum recuruo. à  
quo recuruor passiuum. recuruū. recuruitas. recurue. CRE-  
DIDIMVS REMVM. Sēsus est. tam apte omnia repræ-  
sentata sunt, ut ueros Remos, ueramq; classē esse, et in mari  
uere gestas res fuisse existimauerimus. RATEM. Nauim-  
Ratis (ut supra diximus) comexæ inuicem trabes sunt, quæ p-  
aquam trahuntur. poetæ tamen pro nauibus usurpant. Virg.  
Desiccatq; rateris. LACONVM. Gemnorum, quod sy-  
dus nauis propitium est, ut supra diximus. Lacones gemni di-  
cuntur, quia in Laconia orti sunt. et spartæ, ut supra diximus,  
sepulti. Laconia Achaie regio est. unde laconicus ager, et la-  
conicus sinus appellatus, à Tænaro incipiens Achaie promon-  
torio. Oppida insiguiā habet Tænarum. Amyclas. Pherē. Leu-  
tram. Therānem. et Spartam, quæ alio nomine Lacedæmon  
uocatur à Lacedæmōe Iouis, et Taygetæ filio, qd̄ eā edificauit.  
à sparta spartanus deducitur. à Lacedæmōe lacedæmonius. à  
Laconia lacon, et lacenus. lacæna. lacenum. GRATVM  
NAVTIS. quia eo oriente occidit Helena sydus tempestiuo  
sum, et minax. Hora. Sic fratres Helena luada sydera, uen-  
torumq; regit pater. hinc est quod Castoris, et Pollucis noīa  
à nauigantibus inuocantur. FVLGERE. Lucere. Allusit  
ad splendorem syderis, quod lucidum Hora appellat. sunt q  
fulgeo à φάει deductum existimant, quod apud grecos  
flāmam significat. A fulgeo uero fit fulgidus clarus, et fulgur  
splendor. et fulguitas eiusdem significationis. Lual. Lu-  
porum aciem clarā. et fulguitatem arborum. et fulgur,  
quod et fulgetrum. et fulguratio dicitur, lux illa, et quasi ui-  
bratio luminis, quæ ante cernitur, quā tonitruum audiatur,  
cum simul fieri certum sit. Nec mirum est, quoniam lux sonitus  
longe est uelocior. Dicitur etiam coruscatio à corusco, qd̄ proprie  
splendore significat. Virg. Pennisq; coruscant, hoc est splendet.  
modo crispo. unde coruscum pro crispatū ponimus. Idem. Tum

fuluis scæna coruscis. item à fulgeo fulmen, quod ignis est. exci-  
tatus è nubibus. Duæ enim partes mundi (ut Aristoteles tradit)  
in uno iacent terra, et aqua. Vtraq; ex se reddit aliquid. Ter-  
renus uapor siccus est, et fumo similis. hic uentos. fulmina. toni-  
trua facit. Aquarū alitus humidus è. hic nubes. pluuias. niues  
creat. Sed sicus ille terrarū uapor, cum coarctatus est coitu nu-  
bium uehementer à latere eliditur. et latius nubes proximas  
ferit. hæc plaga cum sono incutitur, qualis in nostris ignibus  
redditur, cum flāma uitio lignorū uirentiū crepat, et illic spi-  
ritus habens aliqd̄ humidū se cum conglobatus rumpitur in flā-  
ma. Eodem modo spiritus ille, qd̄ ex collis nubibus ex primatur,  
alijs impactis, neq; rumpi, neq; exilire silentio potest. Dissimi-  
lis autem crepitus fit ob dissimilitudinē nubium, quare aliæ ma-  
iorem sonū habent, aliæ minorem. Cæterū illa uis expressi spi-  
ritus ignis est, qd̄ cum leui impetu accensus, et late explicatus è.  
fulguratio, siue fulgur, siue fulgetrū, aut coruscatio dicitur. cum  
uero coactus est huiusmodi ignis, et impetu iactus fulmen ap-  
pellatur. sigdem nubium inter se comprehensarū angustia me-  
dium spiritum eijcunt, et hoc ipso inflāmant, ac tormenti mo-  
do emittunt, ut balistas. scorpionēq; tela cum sono emittere ui-  
demus. Sonus huiusmodi tonitrus, siue tonitruū dicitur à tono,  
quod est sono. nihil enim aliud est tonitruum, quā teter æ-  
ris sonus, qui et tonus dicitur. Tonare aliquando sonare est,  
aliquando tonitruum reddere. Vt etres tonēscit pro tonat di-  
xerunt. Varro. tunc repente coelium altum tonitribus tem-  
plum tonēscit. ijdem etiam tonimus pro sonamus usurpa-  
runt. Ennius. Et toto simul tonimus theatro. A tono fit atto-  
nitus, stupescit, quasi tonitruo percussus, siue afflatus. Prop-  
rie enim attonitum dicimus eum, cui casus uicini fulminis, et  
sonicus tonitruum imicat stuporē, unde late trās fertur. Tonus  
autem græca uox est, qd̄ ppe græca τόνος dicitur sonū, unde ac-  
centum quoq; tonon appellat, quos ueteres nostri imitati, teno-  
rem, quasi tonorem accentum uocauerunt. Ponitur etiā tenor pro  
ductu, et ordine, et quasi cōcentu uniuscuiusq; rei. A tono fit cō-  
positum intono, qd̄ modo pro sono accipitur, et cum quodā sono  
uocas loquor. Cōstat itaq; fulmen, et fulgurationem æque ignē  
esse. Sed fulguratio nihil aliud est, quā flāma futura. fulmen  
si plus uirū habuisset, siue fulmen nō perlatum usq; in terras.  
Fulmē uero est fulguratio in terras pducta, et ipsū (ut ita di-  
cam) telū. Virg. Ipe pater media nimbosū in nocte coruscā ful-  
mina molitur dextra. Hinc qdam dixerunt fulgurationē esse  
penē fulmen, fulmen esse plus, quā fulgurationem. A fulgu-  
re fulguro uerbu deducitur, hoc è fulgur emitto. à fulmine ful-  
mino, fulmen iactio. Sene. Minore enim igne ad fulgurandum,  
quā ad fulminandū opus est. Neuius. Suane suo sonitu clare  
fulgurauit iupiter, hoc est fulgure afflavit. Hinc fulgura-  
tores uocati fulgurum inspectores, sicut existisces, et aruspice-  
es. Item fulminatū locum fulmine ictum, qui statim fieri  
putabatur religiosus, quod eum deus sibi dicasse uideretur.  
Quod si quis nocte aliquando serena, et sine nubibus, stella-  
toq; cælo fulgurationes fieri miretur, sciat illic nubes esse. cum  
de splendor effertur, quas uideri à nobis terrarum tumor non  
sinit. In prodijs tamen habetur M. Herennium de curionem  
sereno die fulmine ictum fuisse. Fulminum ipsorum plura ge-  
nera traduntur. Quædā terebrat. quædā discutiunt. quædā  
urunt. fulmē qd̄ terebrat, subtile est, et flāmeū, cui pangissimū  
num fuga est ob sinceram, et puram flāmeā tenuitatem. quod  
discutit, conglobatum est, et admissam habet uim spiritus  
coacti, ac procello si. Itaq; illud fulmen per id foramen, quod in-  
gressum est, redit, et enadit. Huius late sparsa est uis, rum pit  
ictu non perforat. Tertiū illud genus, qd̄ uiri multum ter-  
reni habet, et igneum magis est, quā flammē. ita relinquit



magnas ignium notas, quæ percussis inhæreant. Est & ful-  
 minis genus humidum, quod non urit, sed infuscatur. item quod  
 clarum uocatur, nrisficæ maximæ naturæ. hoc enim doliæ ex  
 hauritur in tactu operimentis, nulloq; alio uestigio relicto.  
 Aurum, et æs, & argentum liquatur sacculis ipsis nullo modo  
 ambustis, aut læsis, ac ne ceræ qui dem signo confuso. Martia  
 Princeps romanorum, cum grauida esset, fulmine icta, ex ani-  
 mato partu nullum aliud incommodum sensit. Thusciorum mo-  
 nimenta nouem deos emittere fulmina existimauere, eaq; es-  
 se undecim generum. Iouem enim tria iaculari. Romani duo  
 tantum ex ijs seruauerunt. Diurna attribuetes Ioui, nocturna Su-  
 mano. Legimus uulsinos oppidum Thusciorum opulentissimum,  
 à quo uulsinenses appellati, fulmine olim totum concrematum  
 fuisse. Item annaliu memoria proditum est sacris quibusdã,  
 & precationibus, uel cogi fulmina, uel impetrari. Sed hæc ad  
 coercendos imperitorum animos sapientissimi uiri, ut pleraq;  
 alia de dijs finxerunt, indicantes inuitabilem metum, ut aliqd  
 supra nos timeremus. Vtile fuit in tanta audacia scelerum, ali-  
 quid esse aduersus, qd nemo sibi satis potens uideretur. Ad con-  
 terrendos, itaq; eos, quibus innocenti nisi metu non placet, in-  
 dices supra caput posuerunt, & quidem armatos. Cecinna ful-  
 mina esse postulatoria scripsit, quibus sacrificia intermissa, aut  
 non rite facta repeiuntur. Monitoria quibus docetur, quid acuen-  
 dum sit. Pestifera, quæ mortem, exiliumq; portendunt. Falla-  
 cia, quæ per speciem alicuius boni nocent, ut putæ dant consula-  
 tum perniciosum futurum gerentibus. Vtentia, quæ speciem  
 periculi sine periculo afferunt. Peremptoria quibus tolluntur  
 prioru fulminum mine. Attestata, quæ prioribus consentiunt.  
 Atteranea, quæ in inclusio sunt. Obrutanea, quibus prius per-  
 cussa, neq; procurata feruntur. Regalia, quorum uis tangitur,  
 uel comitum, uel principalia urbis liberæ loca, quorum signi-  
 ficatio regno, uel ciuitati minatur. Inferna, cum è terra exiliunt  
 ignes. Hospitalia, quæ sacrificijs Iouem acerbent. Auxilia-  
 ria, quæ inuocata, sed inuocantium bono ueniunt. Alij quædã  
 fulmina dicunt esse, quæ terrent. Virgi. Et fulmine terret, quæ  
 dam quæ affiant. idem. fulminis affluuit uentis, quædam quæ  
 puniunt. idem. Sed pater omni potens adigat me fulmine ad um-  
 bras. quædã quæ præ sagunt, quorum infinita sunt ex epla-  
 sunt etiã, qui fulmina ita distinguunt, ut aut perpetua sint, aut  
 finita, aut prorogatiua. perpetua, quorum significatio in totam  
 pertinet uitam. Finita, quæ utiq; ad diem respõdent, proroga-  
 tiua, quorum minime differri possunt, auerti, tolliq; non pos-  
 sent. Præterea à fulgure fulgorem, à fulmine fulmineu de-  
 ducunt. Antiqui quemadmodum fulgere penultima producta  
 pro eo quod est splendere accipiebant, ut nos quoq; facimus, ita  
 fulgere eadẽ syllaba correpta usurpabant ad significandam  
 hanc è nubibus subitam lucis eruptionem. Lucal. Multa uide-  
 mus enim caelestibus insite flammis fulgere. Homo si uigilans  
 fulmine percussatur, clausis oculis, si dormiens, patentibus re-  
 peritur. hominem ita ex animam cremari apud ueteres nefas  
 habebatur, cõdi terræ debere religio tradebat. Vulnera fulmi-  
 natoru frigidiora esse reliquo corpore constat. Ex ijs, quæ ter-  
 ra gignuntur, lauri fructu non ict fulmen, nec unquam alti-  
 us quinq; pedibus descendit in terram. ideo uim eius timentes  
 altiores specus tutissimos putat, aut tabernacula è pellibus bel-  
 luarum, quas uulos marinos appellant, quoniam hoc solum  
 animal è marinis nõ percussat, sicut nec è uolucris. Aquilã,  
 quæ ob hoc armiger huius teli fingitur. In Italia inter Terraci-  
 nam, & ædem Feroniæ desiere bellicis temporibus fieri tur-  
 res, quia nõnullæ earum fulminibus dirutæ fuerunt. illud eti-  
 am comitum est uinum fulmine ictum gelari, & cum ad prio-  
 rem habitum redit, potum aut ex animare, aut dementes facere,

quod ei uis pestifera insit, ex qua aliquẽ remanere spiritum in  
 eo humore, quem cogit, simile ueri est. neq; enim gelari potuis-  
 set nisi aliquid esset ei adiectum uinculum, unde olei quoq; et  
 omnis unguenti teter post fulmen odor est. Ex quo apparet inef-  
 se quandam subtilissimo igni, & contra naturam acto pesti-  
 lentem potentiam, quæ nõ icta tantum cadunt, sed afflata. præ-  
 terea ubi decedit fulmen, ibi odorem esse fulferis certum est, qui  
 quoniam natura grauis est, sæpius haustus alienat. Item à ful-  
 geo composita sunt transfulgeo, hoc est per medium fulgeo. ef-  
 10 fulgeo, splendorem emitto. præfulgeo, splendorem præ me fero.  
 Refulgeo, splendorem reddo. item à fulgore fulguria (ut quidam  
 putant) à qua fulguriates dicti propter continuum solis fulgore.  
 urbs est umbriæ patentibus sita cõm p̄is inter Spoleum. Me-  
 uaniam. I spellum, atq; Nuceriam. à quibus Spoletini. Meua-  
 tes. I spellani, ac Nucerini uocati sunt. Item Fulgētus propriu  
 nomen uiri in omni disciplinaũ genere erudit, q rerum sacra-  
 rũ uolumen eleganti carmine scripsit. LATA Amplã. Ista  
 tiõsa. Latum enim proprie dicitur, quod in largum extensum è,  
 quasi prolatum. Ab eo latitudo deducitur, una ex tribus dimen-  
 20 sionibus corporis de qua supra diximus. & late aduerbium co-  
 rũq; comparatiua, ac su platiua. latior. latissimus. latius. latissi-  
 me. Latam culpam appellat. V lpi. crassam negligentia, hoc est  
 cum aliq; nõ intelligit, quod omnes intelligunt. loq; lateq; ad-  
 uerbialiter usurpamus pro eo, qd est quaquersus. item late lo-  
 ca pro eo, quod est oia loca. item à lato laxũ, de quo, eiusq; de-  
 riuatiuis superius diximus. et latus. lator. latitia. latitudo.  
 Late. Latitudo. Latitudo. Lato. Latifico, de qbus supra diximus.  
 Item à lato latus lateris. Latera enim proprie dicuntur extre-  
 mitates, quæ in latum sunt. græci πλάτος uocant. unde trigō-  
 30 non isopleuron, siue triangulus isopleurus dicitur, qui latera  
 æqualia habet. et pleuresis est lateris morbus cũ dolore graui,  
 à quo qui eũ morbũ patiuntur, pleuretici uocantur. Hinc ergo  
 dextrum, ac sinistrũ latus dicimus. à quo latrones uocati olim,  
 quos imperator arca se habere consueuit. Nunc satellites dicti,  
 quasi laterones, q a circa latera leguntur. At nunc uiarũ obfeso-  
 res ita uocantur, qd à latere adorianur. unde latro. mor uer-  
 bum, quod modo significat uias diripiendi gratia obfideo. &  
 latrocinũ ipsa direptio. & latrocinator, q ita diripit. V etres  
 tamen latrocinari dicebant pro eo, qd est stipendio militare, et  
 40 latrocinũ ipsam militiam. Plau. Latrocinatus annos decẽ nur-  
 cedem accipio. idem. Qui apud regem in latrocinio susti. Ispẽ-  
 dium accipit. Enni. fortunatq; quas cæperunt latrones in-  
 ter se memorare. Hinc quidam non à latere latrones appella-  
 tos existimant, sed ἀπό τοῦ λατράειν, quod seruire est, q scã  
 licet mercede seruirent. Poetæ aliquando latronem pro uenato-  
 re usurpant, qd ferarũ gratta uias obsideat. Virgi. fixũq; la-  
 tronis impandus frãgit telũ, cum superius dixisset. Saucius il-  
 le graui uenatum uulnere pectus. A latrone diminutiũ sic  
 latruculus. à quo latruculatores uocantur iudices, q de latro-  
 50 cinijs, & alijs maleficijs cognoscunt. Latruculi etiã siue la-  
 trones dicuntur calcili, qbus ludimus sexdecim scrupis gemina  
 acie utriq; directis, in qbus duo reges sunt iuicem contendẽtes.  
 dua reginæ, quatuor egtes. sexdecim pedites. quatuor satellites.  
 totidem centuriones. Marti. Insidiosoru si ludis bella latronũ,  
 Gẽmeus iste tibi miles & hostis erit. item à lato lateres appel-  
 lati, q ædificiorũ gratta è terra finguntur. Triã qppe eoru ge-  
 nera apud ueteres erant. Lidoron longum sex quipedale. la-  
 tum pede. Alterum tetradoron. tertium pentadoron. Græ-  
 ci enim ueteres doron palmum uocabant. & ideo dora mi-  
 nera, quia manu darentur. ergo à quatuor, & quinq; pal-  
 60 mis tetradoron, & pentadoron nuncu pauere, quod ea longius  
 dine simul, ac latitudine eẽnt. minore in primatis operibus, ma-



iove in publicis utebantur in Græcia, & Asia, & plerisque Hispaniæ civitatibus lateres fiebant, qui siccati non mergebantur in aqua. ideo pithacnæ vocati, quasi doliola ἀρὶ τῶν πῖθων, quod dolum significat è terra erant pumiceosa, quæ cum potest subigi, utilissima est. Optimi omnium latericij parietes sunt, si ad perpendicularum fiant. Sunt enim æterni, sed non è sabuloso, neq; arenoso, multoq; minus calcuoso solo ducendi sunt, verum è cretoso albicante, aut ex rubrica. Finguntur optime veris tempore. Nã solstitio rivosi fiunt, & ædificij inutiles. Quin & intritum ipsum cori, priusquam fingantur, macerari oportet. à latere laterculus diminutivum deducitur. & latericius. Latericia opera in urbe Roma privatim non fiebant, cuius rei ratio erat, quia leges plebeiæ non patiebantur maiores crassitudines, quam sex qui pedales consuevit loco communi. Ceteri autem parietes, ut spatia angustiora fierent, eadem crassitudine collocarentur. Latericij vero sex qui pedali crassitudine non possunt plus una sustinere conagnationem in tanta autem maiestate urbis, & civium infinita frequentia, innumera habitationes opus fuit excludere. Ergo cum recipere non posset area plana tantam multitudinem ad habitandum in urbe ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coegit devenire. itaq; pilis lapideis, structuris testaceis. parietibus cementitijs altitudines extructæ sunt conagnationibus crebris, quæ alto spatio multiplicata, e gregias populo præstiterunt sine impedimento habitationes. item à lato fit lato verbum, quod est extendo. à quo laxo frequentativum. de quo et eius derivativus superius locuti sumus. item composita dilato. & latifolium, quod lata folia habet. unde latifolia herba, de qua superius diximus. & latifundium campus spatiosus. Plynius, Messis ipsius ratio varria galliarum latifundijs valle præ grandes dentibus in margine infestis, duabus rotis per segetem impelluntur iumento in contrarium iuncto, ite directe in vallum spice decidunt. Latum autem à græco deducitur una litera detracta. nam græce πλατὴς latus dicitur. unde platos latitudo appellatur. Hinc Plato ille philosophus ob humerorum latitudinem nomē sumpsit, cum antea ex avi paterni nomine Aristoteles vocaretur. Fuit enim egregio corporis habitu, et in palæstra se exercuit apud Aristonem palæstritem, à quo primum cognominatus est Plato. Patrem habuit Aristonem, & matrem parectoniam. Natus est Athenis eo die quo apud Delon Apollo. Studuit Picturæ poemata edidit, et tragædias. Audiuit Socratem, & post eius mortem Cratylum, & Hermogenem. deinde se Megaram ad Euclidem contulit. Hinc Cyrenem profectus Theodorum. Philolaum. Euritum. Pythagoreos audiuit. Deinde petijt Aegyptum comite Euripide, & multa à prophetis, ac sacerdotibus didicit reuersusq; Athenas in Academia habitavit. Ter militavit. ter nauigavit in Sicilia. semel uenundatus est. adeo autem in omni genere disciplinarum, præsertimq; philosophia excelluit, ut & diuinus Plato & philosophorum Homerus uocatus sit. item à platos platea, hoc est latior in oppido uia in qua conuenire populus solet. Græce πλατῆα dicitur. & Plateæ urbs: Bæotia. item in sula maris ægei, unde plateenses dicti. & platanus arbor à late spargentibus se ramis. Hæc umbra duntaxat gratia ex alieno orbe petita est. & per mare primum Ionium in Diomedis insulam eiusdem tumuli gratia inuecta, inde in Sicilia transgressa, atq; inter primas donata Italia, postea ad morinos usq; peruecta. Dionysius prior Sicilia tyrannus regiam in urbem Platanos transfudit. Tantumq; postea honoris increuere, ut mero infuso enutrientur, comperit id maxime prodesse radiabus. & iam arbores quoq; docuerant uina potare. Celebratae sunt primum in ambulatione academiæ Athenis, cubitorum triginta sex. Postea clara si-

it in Lycia socia gelidi fontis itinervi apposita domicilij modo cõcaua. specu unius, & octuaginta pedum, et nequid deesset speluncæ imagini saxea intus crepidinis corona muscosos pumices complexa. de qua Licianus Mutianus ter consul quondam pro uinae eius legatus, posteris etiam prodendum existimauit epulatum se intra eum cum duodecim comitibus fronde ipsa largissime toros præbente. ab omni affiatu securum, optantemq; imbrium per folia crepius. Fuit et alia platanus in Vcliterno rure Caij principis, in cuius tabularis quindecim conuinas habuit, quam coenam ille appellauit nidum. Fuit & cortinae in insula Creta iuxta fontem platanus utriusq; linguæ monimentis in signis, nunquam folia dimittens, sub qua Iouem cum Europa concubuisse fama erat. Fuit & alia platanus in regione, quæ aulocrene uocatur, per quam ab Apamea in phrygiam iter. ibi ostensa diu platanus fuit, ex qua pependisse Marsyas ab Apolline uictus ferebatur, eaq; ob magnitudinem electam fuisse, ex platanis chamaeplatanij sunt coacta breuitatis arbuscula, & serendi genere, & recadendi. A platanis platanetij, & platanon deducuntur, locus platanis consitus, sicut daphnõ, et Lauretum locus consitus lauris. item platanos Achææ promontorium. & platyphyllon lactariae genus, de quo diximus, et platycerotes belluæ lata cornua habentes. & platyophthalmus sibi à dilatandis oculis, quem admodum inferus latus dicitur. Tumere inflari est. unde tumor inflatio. & per metaphoram superbia. Tumidus, inflatus. tumefactio, inflatio. tumescit id quod tumeo. item tumulus modo terra tumens, id est collis. modo sepulchrum, quia ibi coaceruari terra consuevit. A quo tumulo sepelio. cuius passiuum est tumulor. item tubus, cuius diminutiuum est tubulus canale, per quod aqua deducitur, siue per quod flamma torretur paries, aut aliud huiusmodi opus fit. A quo deducitur tuba. unde tubicen. & tubulistrum, de quibus supra diximus. Hinc etiam tubos uiscerum dicitur. & tubulum uocamus auenam, quæ & cicuta appellatur. græce σίφων, hoc est siphon nominatur. hinc Iuuenalis tubum per quem urina descendit siphonem uocat, effigiemq; deæ longis siphonibus implet. item à tumore tuburcanor, quod est rapiti comedo. hoc enim facit, ut tumeat uenter. Titinnius. Tuburcanari sine me multis reliquis. Plautus, Tuburcanari de suo, siquid est domusq; corpore, unde in facie, & quacumq; parte humani corporis tubera dicitur, siue per diminutionem tubercula. clau. papula. ficus. ueruca. et alia similia. i. terra cyclaminus, de quo supra diximus, terræ tuber uocatur. in arboribus durities illa extans ad nodi similitudinem. Plynius, Reperitur et in alno tuber tanto deterius, quanto ab ære alius ipsa distat. idem Pulcherrimum uero est in ære bruscum, multoq; excellentius etiam moluscum. Tuber utriusq; arboris eius, sed bruscum intortius crispum moluscum simplicius sparsum, & si magnitudine mensuram atperet, haud dubie præferretur cythro, è brusco fiunt, & mensæ nigrescentes. Est etiam tuber ad mensas pertinens semper in delitijs habitum. Nascitur hoc sine ulla radice undiq; terra arundatum, nullisq; fibris mixtum, aut saltem capillamentis, nec utiq; extuberante loco in quo gignitur, aut rimam agente, neq; ipsum terræ coheret, cortice etiã includitur, ut plantæ nec terram esse possimus dicere, neq; aliud, quam terræ calcium. Sicut & sabulosi locis, fruticosiq; nascitur. excedit sepe magnitudinem mali cotonei etiam librali pondere. duo tuberum genera sunt. Arenosa dentibus inimica, & altera syncera. disanguitur, & colore rufo, nigroq; et intus candido. laticatissima crescit in Africa. inuentum nuper in Italia est ea siue in hunc usum educata perquirere. Audissimum hoc animal eius ubi est, constringitur os eius lorea habe-



na sic in loca ubi tubera sunt perducta odore agnoscat, ac ro-  
stro extrahat. Difficile est iudicare vitium ne id terrae sit, et  
viciat ne, an non. Cōstat L artio olim lincio pratorio viro iura  
in hispania reddenti accidisse, ut mordenti tuber deprehensus  
inuis denarius primos dentes inflexerit, ex quo manifeste ap-  
paret terrae naturam in se globari. Tunc nascuntur cum fue-  
rint imbres autumnales, et tonitrua crebra, maximeq; ex to-  
nitribus terra ita mota, et in se conglobata. Vltra annum nō  
durant. vere tenerima sunt. Iunialis.

Fumet aper, post hunc radentur tubera, si uer  
Tunc erit, et facient optata tonitrua mensas.  
Maiores tibi habe frumentum Alidius inquit,  
O Libye disunge boues, dum tubera mittas.

Quibusdam in locis accipiuntur riguis, ac feruntur, sicut mity-  
lenis. simile tuberi est, quod in Cyrenaiat regione uocant my-  
si. praecipuum suauitate odore, ac sapore, sed carnosius. item qđ  
in Thracia dicunt ceramium, maxima utriusq; apud ueteres  
authoritate, sed proximum his erat authoritate clarissimum la-  
serpitium, quod graeci silphion uocant, in Cyrenaiat provin-  
cia reperitur, cuius succum uocant laser, ad pondus argenti  
denarii quondam pensum. postea inueniri desit, quoniam pu-  
blici pascua conducentes maius lucrum sentiebant pabulo  
pecorum depopulādo. unus autem caulis sub Nerone principe  
reperitus est, et ei missus. Cum Caesar dictator initio belli cui-  
lis, inter uerum, argentumq; ex ariario centum undecim pon-  
do laserpitij promississet. Radice multā, crassaq; est. caule feru-  
laco. haud simili crassitudine. Folia nasturum uocabant, apio  
maxime similia. Semen foliaceum. folium ipsum deciduum. Eo  
pecora uesciebantur primo purgari solita, mox mirum in mo-  
dum pinguescentia. carne miri sic iucunda post folia amissa.  
caule ipso et homines uesciebantur decocto. asso, elixoq; eorum  
quoq; corpora primis quadraginta diebus purgantē a uitijs. Ex  
his omnibus succus duobus modis capiebatur ē radice, atq; cau-  
le. Ille rhyzas, hic caulias uocabatur. succum ipsam in uasa cō-  
iectum admisso fuerit subinde concitendo ad maturitatem  
perducebant, ni ita fecissent facile putrescentem. argumentum  
erat maturitatis color, sicutiq; sudore finito. Alterum laserpi-  
tij genus est, quod magydaris, siue magudaris uocatur, tene-  
rius, et minus uehemens. sine succo, quod circa Syriā nascitur.  
A tuber fit uerbum extubero, quod est excessio. inflor, et qua  
si tuberis figuram efficit. item a tumore inuicuo, et contumēo cō-  
posita. A contumēo contumax fit, hoc est per tumorem, id est su-  
perbiam inobediens. A quo contumacia inobediencia. et con-  
tumaciter inobedienter. Proprie tamen contumax uocatur (ut  
Hermogenianus affirmat) qui tribus edictis propositis, uel uno  
pro tribus, quod uulgo peremptorium appellatur, literis euo-  
catus praesentiam sui facere contempsit. item ab eodem contume-  
lia, hoc est conuitiū. A quo contumeliosus, et contumeliose  
aduerbium, et eorum comparatiua. et superlatiua. et con-  
tumelior, conuitor. Quidam tumbam quoq; a tumendo dictam  
existimant, sed falso. Nam graeci uox est. τὸ μβαρ enim  
graeci uocant. est autem locus sub terra conciuus, unde pro se-  
pulchro quoq; conciuo aliquando usurpatur. SINV. Cur  
natura ueli. CONSPICVO. Claro. aperto. Quia se-  
cundo statu uela plenē tumbant. LIQUIDIS. Mol-  
libus. Fluentibus. Proprie enim liquidum dicimus molle. flu-  
xum. Plautus, Liquidus, quā uentus est fauonius. Virgilius,  
Aut cum liquenti mella styant. interdum tamen ponitur pro  
puro. idem. Liquidumq; per aerea lapsa. Idem. Dulcia mella  
premes, nec tantum dulcia, quantum Et liquida. hoc est defecta  
et sine sordibus. interdum pro secundo. prospero. Plautus,  
Ab sinistra auspicio liquido, atq; ex sentētia confidentia est ini-

micos meos me posse perdere. A liquidus fit liquidior. liquidis-  
simus, et aduerbia liquido. liquidius. liquidissime. et liqui-  
do uerbum, quod est aperio. dilucido. et illiquidum, obscurū.  
Liquidus uero a liquo deducitur, quod est resoluor. defluo.  
A quo colligo. V arro, Quod aurum cum colliquisset in for-  
ma fuit infusum. Ab eo fit passiuum liquor eiusdem signifi-  
cationis. V virgilius, Vere nouo gelidus anis cum montibus hu-  
mor Liquitur. et liquor liquoris pro ipso humore liquido, qđ  
primam syllabam corrumpit, cum liquor uerbum producat. et  
liquefacto, ac liquefactio eiusdem significationis. et liquo liquas,  
ac liquefactio liquefacta, quod est in humorem. siue liquorem re-  
soluo. A quo liquatum siue liquamen dicitur pinguitudo anima-  
lis ad ignem liquefacta, et in usum coquinarium seruata ad  
condiendos abos. item a liquo fit liquet uerbum, quod signifi-  
cat constans, manifestum, et certum est, quoniam quae resol-  
uuntur, certa constantia, et manifesta sunt. Terentius, illum  
liquet mihi deierare his mensibus sex non uidisse proximus. Li-  
quo uero a linquo deducatur, quod modo relinquo significat.  
Virgili. Linquimus ortygae portus. modo destuere. idem. nunc  
summus linquuntur rupibus amnes. Sed de hoc inferius dicē-  
mus. AVT DOCVIT LVSVS HOS TETHIS,  
AVT DIDICIT. Quam pulchre ludi dignitatem ex-  
pressit dicens deam maris, aut docuisse eos ludos, aut ipsam a  
Domitiano didicisse.

DE NAUMACHIA EPIGRAMMA. XXVIII.

**A**VCVSTI LAVDVS. Iterum Do-  
mitiani naumachiam admiratur praeferes  
eam naumachiae Augusti, quod in hac ludi  
etiam spectati fuerint, qui fieri in arena  
consueuerunt. COMMITTERE.  
Coniungere, de quo supra diximus. QVO  
TAPARS. Quasi dicit, quam parua. GALATEA.  
Nympha pelaguna ex Nereidibus, de qua supra diximus.  
Ouidius, At mihi cui pater ē Nereus, quam caerulea Doris Eni-  
xa est. IGNOTAS. Terre streps salicet, et mari antea  
non uisus, nunc uero aquis natantes, quod spectatū Nerone  
quoq; populo exhibuisse legimus. Suetonius, Exhibuit et nau-  
machiam marina aqua innatantibus belluis. TRITON.  
Oceani, et Tethios filius fuit, siue (ut alij uolunt), Neptuni, et  
Salaciae. Estq; oceani et Neptuni tubicen. et concha utitur, quā  
supra diximus bucanam appellari. Ouidius,  
Nec maris ira manet, positosq; in cuspide telo  
Caeruleum tritonia uocat, conchaq; sonanti  
Inspirare iubet, fluctusq; et flumina signo  
Iam reuocare.  
Dicitur autem Triton est, quod primum in tritonide palude ui-  
sus fuerit. Triton nascit Africā palus est ad amnem tritonem,  
nomenq; ab eo accipit citra minorem syrtim esse, dicitur a mul-  
tis uero inter duas syrtis. in hac palude scribit Herodotus in-  
sulam esse quae phla ab incolis appellatur. ubi manifesta ar-  
gumenta aduentus Iasonis esse commemorat. in ea etiam tem-  
poribus Ogygis regis Pallas originali aetate apparuisse fer-  
tur, unde ab eius nomine Tritonia, et Tritonis uocata est,  
et ab ea palus ipsa, a Callimacho Pallantias appellata, pro-  
pter quod plerique scripserunt Palladem Neptuni, et Trito-  
nis paludis filiam fuisse, sed patre m dedignatam dedisse sese  
Ioui, et ab eo in filiam receptam fuisse, cumq; scuta, et ge-  
leas Aegyptijs adinuenisset, mox ea ad graecos transfulsi-  
se. IN PVLVERE AEQV OREO. In amphitheatro maris. alludit ad arenam, in qua huiusmodi fre-

Augusti laudes fuerant committere clasces,  
Efruta mandali solitare tuba.  
Cesaris hoc nostrum pars est gra, uidet i iudis

Et Thetis ignotas, et Galathea feras.  
Uidet in aquozoo fuerentes pulchre curaris,  
Et dmi Triton ipse putauit equos,

Dumq; parat fenis zaribz fena padia Nereus,  
Abiuit in liquidis ne pedes aquis.  
Quiquid et in circo spectat et amphitheatro,  
Diuos Casares profficit unda tibi.  
Furmis et pigri taccatur fagna Neroneis.  
Hac uocant una fanda Naumachiam



ludis exhiberi solent. **EQVOS.** Qui salicet curru ducebant. **DOMINI.** Neptuni, qui maris dominus dicitur est. Saturni, & Opis, ut supra diximus filius. Hic uxorem habuit Amphitriten, & ex ea alijsq; pluribus mulieribus numerosissimam prolem. Vnus autem est curru, quæ æquo rei equi ducebant. Virgilius, Lungat equos curru genitor, spumantiaq; addit Frenas feris, manibusq; omnes effundit habenas Cœrula per summo leuiter uolat æquora curru, Subsidunt undæ, tumidum sub saxa tonanti Sternitur æquor aquis fugunt uasto æquore nimbi. Dicitur autem est Neptunus uel à nando (ut Cicero placet) primis literis paululum mutatis, uel (ut Varro existimat) à nubendo, quod mare terras nubat, hoc est cooperiat. Vnde & ennosigenus uocatus est ἀνὸ τοῦ ἐννῶν γένος, hoc est à concitanda terra. Iuuenalis de Xerse, ipsum compedibus, qui uinxerat ennosigenam. Cellius, uentorum ne ui accidat terræ motus, specus, hiatusq; terræ subeuntium, an aquarum subter terrarum cœuis undatium fluctibus, pulsibusue, ita ut uidentur existimasse antiquissimi grecorum, qui Neptunum ennosigenon appellauerunt, an cuius uis aliæ rei causa non dum comperitum est. A Neptuno fit nomen possessiuum Neptunius. & Neptunalia Neptuni festa. **SAEVIS.** Magnis. **ABNVI.** Recusauit. **IRE PEDESTER.** Pedibus iter facere. curru enim uehi uoluit. Pedester à pede deducitur, si significatq; eum, qui pedibus iter facit. Apuleius, qui modo in exercitum profectus est pedester. Diciturq; etiam hic & hæc pedestris, & hoc pedestre, ut pedestris exercitus, pedestres copie, pedestria auguria uocabatur, quæ à lupo uulpe, serpente, equo, cæterisq; animalibus quadrupedibus dabantur. Deducitur autem pedester, siue pedestris à pede. Pes totum dicitur, quod est à femore ad calcem, diuiditurq; in coxendicem, siue coxam. femur. femem. genu, de quibus supra diximus. Poplitem, qui ex aduerso genu est, flectiturq; reuerentiæ gratia. crus, quod est à genu usq; ad innum pedem. A quo crusculum diminutiuum. Suram quæ est posterior pars cruris illa carnosâ, quæ hominibus tantum est, & in Aegypto cuiusdam defuisse memoratur. Virgilius, Suras uimare cothurno, & pedem innum, qui calx dicitur, diuiditurq; in conuexum pedis, quæ pars superior est. et calcaneum, quæ est pars posterior. item uolam, quæ est pars medijs pedis concua. Plantam, quæ pars tota inferior est, digitosq; & unguis. A uola pedis indita sunt cognomina, Planas. plotis. saturis. pansis. Plana proprie dicitur, qui pedes imos graeciles habent, planosq; æqualiter, quasi tabellas, quæ plancæ uocantur. sunt enim planæ tabulæ planæ à planicie ita dicitur. Planum enim uocamus, cuius figura æqualis est, quod greci ἐπίπεδος dicunt, quoniam uero plana nullum impedimentum habent, cum undecunq; uideri possint, planum aliquando pro aperto, et manifesto ponimus. A quo plane aduerbium manifeste. & ex plano uerbum declaro, manifeste. & complano adæquo. item à planus planior. planissimus. planicies. & à plane planius. planissime. et plâta, quod planas. hoc est æquales oporteat esse plantas. sunt enim plantæ, quæ transferendi gratia, uel de arboribus raptæ, uel ex seminibus ortæ sunt, et de herbis quoq; dicuntur. Plantaria etiam ueteres uocabant familiarum dotem, quia plantatæ in satu ratione arbores, & post aliquot annos uenditæ maximæ quæstus erant. Vnde plantaria appellamus, plantarum, ut ita dicam, feminaria ad transferendum facta. Virgilius. Et uina sua plantaria terra, id est plantæ ex plantarijs sumptæ. A planta fit planto uerbum notæ significationis, & ab eo compositum supplantare, sed à plantæ pedis deductum existimamus, ut sit supplantare sup-

posito pede aliquem in terram deijcere. Cicero, Contendere debet, quammaxime possit, ut uincat supplantare eum, qui cum certet. at manus pellere nullo modo debet. Aliquando tamen per metaphoram supplantare ponitur pro deapere. nam & supponere pedem quodammodo deapere est, & qui ita deijcat, non tam uiribus, quam aegritate quadam corporis id agit. item à planta plantiger, hoc est plantas gerens, unde plantigeræ arbores dicuntur, quæ ex sese pululando plantas emittunt. Plynus, Siliqua plantigera est nimis partibus, & ideo superficie flauescens succum auferente sobole. Et plantago, de qua Themison medicus uolumen adidit. Duo eius genera. minor angustioribus folijs nigrioribus lingue pecorum simillimis. caule anguloso. in terram inclinato. in pratis nascens. Altera maior. folijs laterum modo inclusa, quæ quia se plena sunt, quidam eam heptacleron uocauerunt. huius & caulis cubitalis est. nascitur in humidis multo efficiatior, uis mira in siccando, densandoq; corpore cauterij, hoc est adustionis uicem obtinens. Nulla res æque sistit fluxiones, quas greci rheumatismos uocant. Plois, qui similiter planis sunt pedibus exiguam, & ferè nullam in medio concuuitatem habentes. Vnde poeta umber sarsinas, ab huiusmodi planicie initio Plotus deinde Plautus est dicitur, hinc soleas dimidiatas, quibus utebantur in uenando, quo planius pedem collocarent, Semplotia dicitur scauri, qui talos pedum tumentes, ac porrectos habent. Pansæ quibus lati, ac pansi sunt pedes, sicut plana quibus plani. Vtri præterea appellantur, quæ admodum paulo ante diximus, quibus obtorta introrsum crura sunt, à quo obuiare dicimus peruertere. deprauare. Ennius. Nâ consilij obuiant omnia, quibus tantum concedit hic ordo. Vtriq; quibus in exteriorem partem crura flectuntur. à quibus natorum, & uatnorum cognomina fluxerunt. Pedes struere ueteres pro eo, quod est fugere usurparunt. & retro pedem ferre, & pedem reuocare pro eo, quod est retro cedere, diciturq; hoc ultimum non modo de animalibus, sed etiam de inanimatis. Virgilius De flumine. Contatur, & omnis rauat sonans, Reuocatq; pedem tyberinus ab alto. A pede etiam Aeries dicitur, qui acrios pedes, hoc est ueloces habet. Virgilius, Fixerat aeri pedem ceruam. Et pedes peditis mulles, qui pedibus militiam exerceat, sicut eques, qui equo militat. à quibus pediatum, & equitatum dicimus propeditum, siue equitum copijs, & pedum pastoralis baculus, hoc est uirga incurua, qua pecudum pedes detinentur. idem. At tu sume pedum. et pessulus, quasi paruus pes, instrumentum quo osium clauduntur. Terentius, pessulum osio obdo. Et pessum aduerbium, quod si significat modo retrorsum, modo deorsum, quasi ad pedes. unde fit pessundo, quasi conculto. represso. arceo. & pessum eo, hoc est cedo, siue retrocedo. & pessitas à ueteribus pestilentia dicebatur. Et pedisse quis famulus, qui dominum sequitur, cuius famulinum pedisse qua, ancilla, quæ sequitur dominam. & a pes uolucris animal cetam agens, & fawos, quod si ne pedibus nascatur. diciturq; etiam apis. Ouidius, Non apine pedibus collectos sedula flores. à quo fit diminutiuum apicula. & a pes secundum quosdam, quod absit, hoc est longe sit à pedibus. Apex enim proprie dicebatur in summo flammis pileo uirga lanata, hoc est in cuius extremitate modica lana erat, quod primum constat apud Albam Ascanium statuisse. Virgilio pro summitate pilei usurpauit. Eae leuis summo de uertice uisus iuli Fundere lumen apex. & ab usque pro omni summitate accipitur. unde & pennas in capitibus quarundam uiuum erectas ad similitudinem cristæ a pices uocamus. Eius diminutiuum est apiculus. Apiam scythæ terram uocant. Ape ueteres dicebant cohibere. compeste. Et lepus, quasi leuipes, à pedum leuitate. Animal est notum, quod greci λαγώνιον uocant,



uocant. Mirum est in hoc Plyn. tanta doctrina, atq; auctori-  
tatis uirum errasse. Hic enim dasypodem a lepore diuersum  
facit, cum unum, idemq; animal sit. Dasypus uocatur, qd hirsu-  
tus habeat pedes. Dasus enim hirsutum, pilosumq; signi-  
ficat, τὸν pedem sic apud nos a pedum leuitate nome ha-  
bet, quoniam ambulans non sentitur. Nullum certe animal pi-  
losum in terra pedibus est lepore excepto. Scribit Aristo. dasypo-  
dem timidum animal omnium praedae nasci, solum superfecta-  
re, aliud educantem, aliud in utero pilis uestitum habentem.  
aliud im plume. aliud inchoatum. aliud non perfectum. haec  
omnia de lepore a nostris dici manifestum est. Duo praeterea  
de dasypode apud graecos proverbia extant, quae de lepore a  
nostris dici palam est. Vnum de ijs, quae factis difficulta sunt.  
πρῶτον ζελών παραδραμῆται δασύποδα, hoc est prius te-  
studo cursu praenuenit lepore. Alterum de ijs, qui ab alio quaerunt,  
quae in se habent δασύπος κριών ἐπιτυμῆ, hoc est  
lepus carnem quaerit, quod eleganter interpretatus est Ter. Le-  
pus tute es, & pulpamentum quaeris. i. quaeris ab alio, quod in-  
te habet, hoc est blandiris scorto, cum ipse sis scortum. Quod  
si Donatus, & caeteri illius poetae inter praetes intellexissent, no-  
fuisse tot ambagibus usum in re simplicia, atq; aperta. Mirum est  
quod nonnulli tradunt leporem non distinguere sexum, & utraq;  
uim singulis inesse, ac sine maris uitu generare, quod hyenam  
fiare tradunt, de qua alibi diximus, alternis anis sexum mu-  
tantem. Ouidius,

Si tamen est aliquid mirae nouitatis in istis,

Alternare uices, & quae modo foemina tergo

Passa marem, nunc esse marem miremur hyenam.

A lepus lepusculus deducitur. & leporinus. unde leporinam

carnem. & leporinum pilum dicimus. & leporarium. & le-

por. a quo lepidus. lepidior. lepidissimus. lepede. lepiditas. ille-

pidus. illepede, de quibus superius disseruimus. & leporaria

uua, quae & lagos dicitur. et uulpes a pedum uelocitate, qua

si uolans pedibus. a quo uulpecula. uulpinari. uulpinus, de

quibus similiter diximus. & a grippa, quasi a gre pedibus na-

tus. hi enim proprie dicuntur a grippa, quorum in nascendo non

caput, sed pedes primi extiterunt, & partus difficillimus, eger-

rimusq; habetur. a quo Agrippina deducitur proprium nome

mulieris. Aliqui tamen ab aegro partu dictos a grippas uolunt.

causis periculi deprecandi gratia a re statuta sunt Romae dua-

bis carmentibus, quarum prima Verta nominata est. Prosa al-

tera a recti, peruersiq; partus potestate, & nomine. & pedio,

quod ueteres usurparunt pro eo, quod est pede pulso, & quasi

plausum reddo. a quo impedio, siquidem impeditum proprie

dicimus, qui ita pedes habet alligatos, ut ingredi non possit. itaq;

impedire proprie est pedes alligare, atq; inuoluere. Vir. Haud

aliter Teucrum nati uestigia cursu impediunt. Transfertur ta-

men ad negotia. Ter. Vide me tuis consilijs impedium esse. Ali-

quando etiam pro foedare ponitur. Plau. immo ego hunc The-

bani aues, qui domi uxorem meam impudicam impediunt.

Ab impedio impedienda dicta, quae modo difficultatem si-

gnificant. Cic. cum primum impedienda naturae diligentia,

industriaq; superauit, modo iumenta, quae sarcinas, atq; instru-

mentia bellica gestant. Plyn. Ex pedium militem duxerat, im-

pedimenta in castris reliquerat. & impedito, quod pro impe-

dimento accipitur. Caesar. Propter quod ad explicandum casus

impeditioni fore uideretur. Et praepedio, ante impedio. a quo

praepedimentum. Plau. Ne fallaciae praepedimentum obijcia-

tur. Et compedio, a quo compedes dicta instrumentum, quod pe-

des uincendis adhibetur. Var. Domum intro, & pedes cor-

rigijs. Compedio. & ex pedio, quod proprie est liberare, & qua-

si pedum ligamenta dissoluo, cuius passimum est ex pedior. Vir

gilius. flammam inter, & hostes ex pedior. Ponitur tamen ali-  
quando ex pedio pro explico. Sene. Tam quid utile sit, ex pedi-  
interdum pro profero. Virgilius, Cereremq; canistris ex pedi-  
unt. Nonnunquam ex pedio pro utile est. Terentius, Ex pedio bo-  
nas esse nobis. Ab ex pedio ex pedio milites dicuntur leuiores ar-  
maturae, & sine impedimentis. & ex pedio appellatur, cum  
exeunt milites belli gerendi gratia, hoc est militaris appara-  
tus, quod explicent se, atq; ex pediant a caeteris negotijs. Qu-  
Curtius, Omnem expeditionem, ac militarem apparatus ad-  
10 duxit. Apul. Cum omni expeditione iter in gressus. Cicero, in  
expeditionem cum Caesare profectus, quasi in bellum. & soni-  
pes, & cornipes, equus quod pedibus sonet. & corneos pedes  
habeat. & pedetentim. & pedepressim aduerbia, quae signi-  
ficant tarde. lente. paulatim. Cicero. Sin minus sensim erit, pe-  
detentimq; faciendum. & pellunium uas, in quo pedes lau-  
antur. & peluis eodem modo, quauis aliqui peluum a pellendo  
dictam affirmant. Plau. Amore cecidi tanquam blitus in pel-  
uim. & pediculus, paruus pes. Plynius, Mollia sunt Loligo. se-  
pia, polypus, pediculi octoni omnibus. Hinc pediculus etiā uo-  
20 catur, quo fiengi. pira. mala, & reliqua huiusmodi sustinen-  
tur, quodq; ueluti illorum manubrium est. idem. Tutiores sunt  
fiengi cum carne cocti, aut cum pediculo piri. Idem, Fungi can-  
didi, uelut a pice flammis insignibus pediculis. Hinc pedicula-  
ta poma dicuntur, quae pediculos habent, quibus suspendi pos-  
sunt. & pecus (ut Varro existimat) quod pedibus sine ratione  
bruta ferantur. a quo pecua. pecuda. pecuarium. pecorarium.  
pecoreum. pecorinum. pecudinum. pecunia. pecuniola. pecu-  
latus. peculiaris. peculiariter. peculor. peculator. pecu-  
latrix, de quibus superius disseruimus. pecudes graeci πρῶβα  
30 uocant. unde probaticam piscinam quidam uocant, in qua  
lauari oves consueuerunt. & pedarius, qui in Senatu senten-  
tiam non dicit, sed ab alio dictam comprobat, mouens se de lo-  
co, et in partem eius, qui dixit, ambulans, propter quod, qui ita  
faciunt, ire in sententiam pedibus dicuntur, et sententia eorum  
pedaria appellatur. Hinc factum est illud proverbium, caput  
sine lingua pedaria sententia est. Quia tamen pedarios exi-  
stimaui dictos fuisse senatores, qui quod magistratum curulem  
non dum ceperant, pedibus in curiam proficiscebantur. Nam  
40 qui curulem magistratum gessissent, curru uehi solebant, in  
quo sella erat, in qua considerent, quae propterea curulis no-  
minabatur. & pedaneus iudex, qui a praeside constituitur, ut  
negotia minora discernat, quod is magistratus non uehatur cur-  
ru, sed pedibus proficiscatur in forum. unde extat sanctio illa  
Iuliani imperatoris. Quaedam sunt negotia, in quibus super-  
fluum est moderatorem expectare prouinciae. ideoq; pedane-  
os iudices, hoc est, qui negotia humiliora disceptent, constituen-  
di damus praesulibus potestatem. & pedica, laqueus, quo pe-  
des illaqueantur. Virg. Tum grauibus pedicas, & retia pone-  
re ceruis. & unipes, qui unum pedem habet, sicut bipes, qui  
50 duos. tripes, qui tres. quadrupes, qui quatuor. octopes, qui octo.  
centipes, qui centum habet pedes. a quibus sunt adiectiua. bi-  
pedaneus. tripedaneus, & similia. Plynius, Non omitendum,  
quod annotauere annales, tripedaneas statuas, a populo Ro-  
mano ijs, qui iniuria caesi essent, in foro statutas. haec uidelicet  
mensura honorata tunc erat. & senipes medij pedis, unde se-  
mipedalis, quemadmodum a pede pedalis mensura. & centi-  
peda, siue millipeda, siue multipeda uermiculus, qui & scolo-  
pendra dicitur, de quo superius locuti sumus. & gallipes pe-  
des galli gallinacei habens. Tr. tranquillus, Ad extremum uo-  
60 pro itu, et reditu suo suscipi passus est, ut uulgo iam per iocum  
gallipes uocaretur, quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensu-  
ram progredi proverbio graeco notatum est. & curiipes, qui



duos pedes habet. Flexipes, qui flexos, unde poetae flexi-  
 pedam ederam dicunt, quam Virg. errantem uocat. Loricipes,  
 qui pedem in modum lori tortum habet. Acupedius, cui  
 praecipuum erat in currando acumen pedum. Solidipes, qui  
 pedes solidos habet. Plyn. Vnum animal digitos habentiū her-  
 ba patitur lepus, sed et fruge. Solidipedes, et bisulci sues om-  
 ni abatu, et radicibus. Solidipedum uolutatio propria. et pe-  
 tiolus, paruus pes. Afranius Atq; adeo nolo nudo petiolo am-  
 bules. Petilus, tenuis. exilis. Lual. insignis uarus cruribus.  
 Petilis. unde Petilia dicta est ciuitas Brutiorum, condita a  
 Philoctete Melibaeo, hoc est ex Melibaea urbe Thessaliae. Petilū  
 sura significat unguam equi albam. item alipes, qui alatos pe-  
 des habet. Primpes mulinum genus, qui a principio gladijs  
 pugnant, postea commutata re militari, facti sunt pilummi.  
 Cestpes, quod pedem caedat, de quo, atq; eius deriuatiuis su-  
 perius disseruimus. Lectipes herba, quam graeci clinopodi  
 on. alij clinopycton. alij Zopyrocheron. alij encimoides appel-  
 lant serpyllo similem, surculosam palmi altitudine, orbicula-  
 to foliorum ambitu speciem lecti pedum praebens. Planipes  
 poematis genus, quod minus dicitur, de quibus superius dixi-  
 mus. Palmipes planos, et ad palmam similitudinem pedes  
 habens. unde a seres, et omnes ferē aquaticae ues palmipedes  
 dicuntur. Et perna, quod proprie pedem significat, quo uocabu-  
 lo Hispani nunc uulgo ueniunt. a quo Perna suilla, de quibus  
 superius diximus dicta sunt. et supernati dicuntur, quibus fo-  
 mina sunt succisa in modum suillarum pernarum. et supernia  
 ipsa foemina ita succisa. Ennius. is pernas succidit iniqua super-  
 nia poeni. Pernio morbus pedum, ex nimio frigore proueni-  
 ens praesertim in pedis extrema parte, graeci χιμδαα uo-  
 cant. Plyn. De rapo domestico. Perniones feruens impositum sa-  
 nat. Compernes, qui longis sunt pedibus, genibusq; plus ius-  
 to coniunctis. Petaso. et petasunculus, de quibus supra di-  
 ximus. Pernix, quod significat celerem. Virg. Talis et ipse  
 iubam ceruicā effudit equina Coniugis aduentu pernix Satur-  
 nus. A quo pernicio. perniciosissimus. perniciose. perniciose. perni-  
 cissime. et pernicias, quae proprie pernarum, hoc est pedū ue-  
 locitas est. idē. Pernicibus ignea plantis, cum celeritas proprie  
 sit pennarum. idem, Celeriq; fugi sub sidera lapsa. Veruntame-  
 nē haec aliquando consueuntur. Idem. Pedibus celerem, et  
 pernicias uis. Celerem ab alij dictum existimant. Quomodo  
 modum clacrem, hoc est ab alarum acritate. Ab eo fit celeri-  
 or. celerrimus. celeriter. celerius. celerrime. item celeratim. Si-  
 senna. Quo magis celeratim poterat, in insidijs suos disponit,  
 et compositum accelero, quod est propeo. festino. a quo accele-  
 ratio. festinatio. et celeritas. et celeritudo. et celox, breue na-  
 uigium, ac celer, de quo superius diximus. et celebris, qd̄ pro-  
 prie uelox, et celer significat. Accius, Celebri gradum accele-  
 rasse docet. Quoniam uero accelerare gradum frequentare  
 est. factum est, ut celebre pro frequenti accipitur. Cic. Cele-  
 bris ne sit locus, an desertus. Hinc fit celebritas, hoc est frequen-  
 tia. Quintilianus. Ante omnia futurus orator, cui in magna ce-  
 lebritate. et in media rep. uiuendum est, assuescat a puero nō  
 reformidare homines. et celebri uerbum, quod proprie signi-  
 ficat frequento. Varro, Cui non tam cura erat, ut templā deo-  
 rum, quam ut popinas celebraret. Per metaphorā tamen, quo-  
 niam quae frequentamus, etiam colimus, Celebrare pro colere,  
 et uenerari usurpatur. et celebritas pro cultu, atq; honore.  
 Hinc celebrare laudibus, atq; praeconijs, et uirtutem celebra-  
 tem dicimus. item celebriorem. et celeberrimum pro honora-  
 tione, et honoratissimo. et celebriter cum cultu, atq; hono-  
 re. a quo celebrius. et celeberrime. a celebri fit celebresco. hoc  
 est celebris fio. Acc. et qualiscunq; fame celebrescat tua. et cō

celebri, idem, quod celebri, uel simul celebri. Celeres antiqui  
 equites uocantur, non ab equorum celeritate (ut aliqui scripse-  
 runt) sed a Celere interfectore Remi, qui initio a Romulo ijs  
 praepositus fuit, qui primo e singulis curijs electi fuere, ideoq;  
 trecenti extiterunt. Aliquando tamen pernix pro perseverante  
 accipitur. Idem, Et inter dura iacet pernix instrato saxa cubili.  
 Item a pede piger, hoc est tardus. lentus, quasi pede aeger. a  
 quo pigritia, tarditas. ignauia. et, quibus ueteres usi sunt, pi-  
 gredo. et pigritudo et pigro uerbum, quod est retardo. Acc.  
 Melius pigrasse, quam properasse nefas. et pigresco. pigrescio.  
 et impiger, diligens. Cicero, Quis enim est tam in scribendo  
 impiger, quam ego? et pigre, atq; impigre aduerbia, hoc est tar-  
 de, et diligenter. et impigritas. Cicero, Viri fortissimi fortitudo.  
 impigritas. patientia. et piget, quod ueteres pro tardat  
 usurpabant. Capitur etiam pro eo, quod est paniet, quoniam  
 in ijs peragendis, quorum poenitentia ducimur, tardi sumus. itē  
 pro pudet, quoniam pudore quoq; ab agendo retardamur. Qui-  
 dam pudet, et piget ita distinguunt, ut pudet de praeterito, pi-  
 get de futuro dicitur. proprie tamen piget significat per mole-  
 stum est. Varro. Iamq; piget te in eo tempus terrere. Plautus,  
 Non dedisse te pudet, me quia non accipi, piget. et pedo. uete-  
 res enim pedare pro ire dixerunt. unde et repedare, quasi pe-  
 de iterare. Lucilius, Redisse, ac repedasse, ut Romam uitet. hic  
 pedatim ire dicebant, quasi rependo. Plynus, Leo tantum, et  
 camelus pedatim gradiuntur, hoc est, ut sinister pes non transe-  
 at dextrum, sed subsequatur. et tertio pedato quoque usurpa-  
 bant. Cato igitur tertio pedato bellum nobis facere, hoc est ter-  
 tio reuersi. Pedare et est sustenta culū uiti addere, aut alteri ar-  
 buscula, ex quo uinea huiusmodi pedatae dicuntur. Plyn. Aut  
 pedatae uinea simplici uigo. et pedamentum dicitur ipsum su-  
 stenta culum. idem. Castanea pedamentis omnibus praefertur.  
 A quibusdam etiam pedamen uocatur. Columella. Cum consti-  
 tuendis uineis, quae uidebantur utiliter praecipi posse disseru-  
 rimus, pedamentum iugerumq; et uinum proficiendo-  
 rum tradenda ratio est. item pedam humanum uestigium uo-  
 citauerunt. A pedo etiam suppedito deducitur, quod est abundan-  
 ter praebere. ita ut etiam sub pedibus ponere uideat. a quo sup-  
 peditatio deducitur. Quoniam uero standi fundamentum pes  
 est, factum est, ut in aedificijs area per magnus appelleret, ut  
 qui negotium instituit, Pedem posuisse, quasi fundamentum se-  
 cisse dicitur. pes etiam mensurae genus est, de quo supra dixi-  
 mus. item funis, quo in naui tenditur uelum, et uulgo podia di-  
 citur. Virgilius, Vna omnes fecere pedem. Plautus etiam remos  
 nauium pedes appellauit. item pes est coniunctio duarum, aut  
 trium, aut plurium syllabarum metrica ratione composita. ut  
 spondeus. trocheus. dactylus. et huiusmodi. Virg. Ferte si-  
 mul Faunusq; pedem, hoc est metricam compositionem. unde pe-  
 destris oratio dicitur numerosa. et secundum metricam ratio-  
 nem composita, quamuis non sit carmen. Pes etiam sedum ca-  
 pit animal uocatur, et per diminutionem paedulus dicitur  
 a pueris, qui hac sorte praecipue saitent. trās enim gre-  
 ce puer est. uide ab agendis, hoc est a duandis pueris pedes  
 gogi appellati. Ab hoc deriuatur paedicosus. Plautus. Paedia-  
 sus, squallidus ubi me uidit, caput scauit. pedes legit. et pa-  
 didulosus. et paedicularis morbus, quem graeci Pithiriasin uo-  
 cant. et paedidus, quod est sordidus, atque ab solens. et pe-  
 dor, quod squallorem in animali, atque omnem immunditi-  
 am significat. Lucanus, Longusq; in carcere pedor. Cicero,  
 Pedores muliebres. Idem. barba pedore horrida. a quo pedi-  
 cosum dicitur, quod mali odoris est. Varro de re rustica. Solida  
 terra pauca maxime si est argilla, ne situ paediasa eius gratia  
 oblitescant. Hinc etiam pedo uerbum, quod est crepitum uen-  
 tris emitto.



oris emitto, quod ut facere in conuiuio liceret edicto Claudius princeps statuit, quod periclitatum quendam prae pudore ex continentia repperat. Pædicali terræ ab eorum, quos dicimus, similitudine, uocantur scythæ et terrestres riano similes, quæ a corniculis, quæ gerunt, etiam tauri nonnantur. Sunt et maris pædicali a similitudine pædiculorum capitis dicti, quibus ad uaria medicamenta utuntur. Præterea pædico uerbum, quod proprie significat puerum comprimo, sed inter cluners, et famina. Nam intra podicem non pædicare, sed præcadere dicitur, quamuis aliquando confundatur. Ab hoc pædicon dicitur, qui puerorum amores sectantur, et dici latine puerarum possunt. Item pædagogus, is cui ducendorum puerorum custodia datur. Suet. tamen pædagogum pro puerorum concubitu usurpat. Super ingeniorum pædagogia, et nuptiarum concubinas ueluti uirginum inuit. Et pædotriba, siue pædotribes literarum ludi præceptor. Et pæderos lapilli genus, de quo superius scripsimus. Et pædia institutio in bonas artes. Et Pædareus proprium uiri nomen ἀπὸ τῆς παιδείας καὶ ἀρετῆς, hoc est a disciplina, et uirtute deductum. Pes uero a græco deducitur, quod est πῶς. unde tripus tripodis deriuatur mensa trium pedum, et monopodium mensa unius pedis, quale Cn. Manlius Asia deuicta triumpho suo æratum primus inuexit. monopodium uero dicitur, uel cum unus solus aliquod genus mercaturæ uniuersum emat, ut solus uendat, pretiumque suo modo statuit, uel plures simul idem fecere, quo carius uendant, dictum ἀπὸ τοῦ μῶρος, quod est solus, et πῶλον μα uendo. De tripode Apollinis multa traduntur, sed illud inter plures constat. Tripodem hunc uas aureum fuisse, qui et ab ansa aræ, ut supra diximus, appellatur. Trium pedum a Vulcano fabricatum, ac pro munere datum Pelopi, dum uxorem duceret. Eum demum ad Menelaum peruenisse, rapitque; cum Helena ab Alexandro in eorum mare a Lacæna fuisse iactatum, quod rixarum causam esse diceret. interiecto deinde tempore, cum Ionici quidam adulescentes iactum retis a piscatoribus Milesiis emissent, hunc tripodem eductum fuisse, ac propterea ortum inter eos certamen, quod piscatores piscium non uiri caperant, pactos se esse dicerent, Iuuenes uero qui quid caprum foret, suum esse contenderent. Nec ante sedatam litem, quam Milesii Delphos misere, ubi responso ab Apolline accepto illius esse tripodem debere, qui sapientia omnes excelleret, mox Thæta datum tripodem fuisse. hunc Chilonem, tanquam sapientiori misisse. Chilonem alteri illum alteri rursus donec ad Solonem uentum est. Hunc quod deum omnes sapientia excellere existimaret, tripodem Delphos misisse. hæc urbs erat in monte Parnasso, ubi templum Apollinis Delphici in rupe undique patenti, tam urbem, quam templum defendebant non muri, sed præcipitia. Dubium utrum maiestas dei, an situs loci magis miraculo esset, media saxi rupes in formam theatri recedebat, ubi sonitus, et uoces multipliciter audiebantur. in huius urbis anfractu media fere altitudine exigua planities erat, atque in ea profundum terræ foramen in oracula patens. ubi tripus erat, hoc est cortina aurea pulueribus plena, ex qua persians spiritus mulieribus, quas a Phæbo Phæbadas nominabant, oracula præbebat, quæ mox ille uersibus canebat. Aristophanes. οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς τριπόδος ἐκρυσιλάτου, hoc est, qui natiuatur ex tripode aureo. idem, τὴ δὴ ὁ φοῖβος ἐλακὲν ἐκ τῶν ἐπιμύτων, per stemmata enim, hoc est coronas cortinam intelligit, quod uas id rotundum est, tres pedes habens ad coronæ similitudinem. in hoc uasis genere Lanæ infici coloribus solent. et oleum, dum oliuæ premuntur, fundi, et aqua calefieri, dicta cortina uel a corio, quasi corina, quod quæ nunc ex ære apud uetustissimos a corio bubulo fiebant, uel quod hoc uase in

cortibus uillaticis. (Sic enim uillarum spatia intra maceris uocantur) ad calefaciendas aquas uterentur. et uina decoquenda, et reliquos uillæ usus. Plinius, hæc omnia pariter decoquebant decies defervescente cortina, atque diffindebant, inueterabantque. idem. ita de spumatis subinde carnibus, quas hæsisse uenis necesse est, decimo ferme die liquatis cortina uelut elutriatum mergitur in experimentum. Idem, et Tyrius Pelagio primum saturatur immatura, uiridique; cortina, hoc est noua, et nondum infecta. idem. Fit etiam atramentum a pud infectores ex flore nigro, qui adhærescit æreis cortinis. idem. oleum in conchas, aut plumbeas cortinas fundendum. ære enim uitiari constat. Cato, cortinam plumbeam in lacum ponito, quod oleum defluit. solebant autem huiusmodi Tripodes, siue cortinæ in templo Apollinis delphici dicitur. Plinius, Ex ære fictitauerunt, et cortinas tripodum nomine delphicas, quoniam donis maxime Apollinis delphici dicantur. Eant nunc Seruius, et qui eum sequuntur, cortinamque; locum siue cauernam esse dicant, in qua oraculum dabatur, dicitque; uel quod Apollinis tripus corio Phitonis tectus erat, uel quod certa illic responsa tradebantur, quasi Certina. uel secundum græcam etymologiam, quod puellam extenderet, siquidem uόρην græci puellam uocant, τειρεν tendere dicunt, uel quod cor illic uatis teneretur. Nos probatissimos se qui authores, et quo ad eius fieri potest ueritatem legentibus ostendere conentur. Nam quod apud Varronem cortinam scriptum est a corde dictam, manifestus librarij error est, et pro corde corte scribendum. Cortyna uero, siue Cortyna (utroque enim modo scriptum amperimus) in signis urbis Cretæ insula fuit, quam præterlabitur Læneus amnis, per quæ Europan tauri dorso usque ad eam urbem uectam fuisse prodiderunt. iuxta hanc nascuntur calami, quibus pro sagittis utuntur. unde dicantur gortynij. Virgil. Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu. in huius urbis a gro armenta solis quondam fuisse commemorant. Ab eodem etiam Polypus dictus quasi multipes piscis. de quo superius latissime diximus. a quo polypus morbus, et is qui morbum patitur polyposus. Unde polyposior, et polyposissimus deducuntur. et polypodium herba siue quod radix eius ueluti arros ad similitudinem polypi piscis habet, siue quod farina eius indita naribus polypum morbum consumit hanc herbam nostri filiculam nominant. similis enim est filici, radix pilosa, coloris intus herbæ, et assitudine digiti minimi acetabulis cauernosa, quemadmodum cirri polyporum, subdulas in petris nascentes, siue arboribus uetustis detrahit bilem, et pituitam stomachum offendit, floret, et tamen semen non fert. item chytra pus chytrae podis instrumentum ferreum, super quo chytra, hoc est olla apud ignem collocatur, ut cibi in ea coquantur. Item scæopus scæopodis. Sunt enim scæopodes homines, uel potius monstra in desertis india, qui in maiori æstu humi iacentes resupini umbra se pedum protegunt. unde nomen habet. quippe græca σκῆψις umbram nominant. item podia funis in nauis, de quo diximus, quem nostri pedem nominant. et podium locus extra domum priuatam, publicam uel porrectus instar pulpiti, ex quo spectare solemus, quæ extra geruntur, quod in eo pedibus hæreamus. Iuuenalis, Omnibus ad podium spectantibus. et podaris talaris. Apuleius, Podarem tunicam sumens. et oedipus, propter pedum tumorem. οἰδῖμα enim græce tumor dicitur, πῶς pes. hic thebarum rex fuit, Laij filius, et Ioastæ, quem cum prægnans mater uero geryeret, de futura prole consuluisse Apollinem pater dicitur, cuique; responsum ab eo accepisset, mori eum manus nascituri infans oportere, natum custodi armentorum suorum necandum tradidit, qui dum ætati compatitur, et simul regi obtemperare cō



tendit, perforatis infantis pedibus, & transmissis uimine suspendit ad arborem, quasi mox inedia moriturum. Seneca. Me deo teste damnauit parens, Calidoq; teneris transit ferro pedes. Et in alta nemora pabulum misit feris. Sed cum forte ea transiens Phorbas Polybi Corinthiorum regis pastor infantis nauigium audisset, eo' extemplo profectus puerum pedibus iam tumentem concisis uinculis sustulit. & Corinthio cuidam donauit, qui eum lætus accepit, & ad Meropem Polybi regis uxorem perductum, quod liberis careret, dono illi dedit. Hæc cū uiro pariter quasi filium cælitus missum educauit, & a pedum timore uocauit Oedipodem, nostri etiam Oedipum dicunt. hic cum aliquando Thebas perrexisset, & perterrita ibi sphinge eius ænigma dissoluit, ac monstrum interemit. unde obscurarum rerum interpres est dictus. Terentius, Dauius sum, non Oedipus. Plautus, Nam isti quidem heraclide orationi Oedipo opus est coniectore, qui sphingis ænigma dissoluit. Sphinx monstruosum athiopie animal est, e' simiarum genere fusco pilo, mammis in pectore geminis, ad hominis speciem accedens, solo pilo, & solitudine feram assimilans. poeta faciem habere uirginis fingunt, penas autem pedes leonis. Diodorus, Oedipus orta inter phocenses seditione ira accensus Laium parentem in scias occidit. Sphinx bellua biformis thebas eo tempore uenisse traditur, proposuisseq; ænigma, quod qui non solueret, periret. inde pleriq; ob rem ambiguam, ac perobscuram interempti. Soluenti iocastæ conubium, & Thebarum regnum propositum præmium erat, præter Oedipum soluere potuit nemo, id erat huiusmodi. Quodnam animal bipes, idem tripes, ac quadrupes foret. Cæteris ambigentibus Oedipus hominem esse asseruit, quod infans quatuor pedibus obrepit, & annis cōfirmatus duobus incedat, Senior tribus. quoniam sci pione quasi tertio pede utatur, Sphinx suo iudicio uicta ex aditore loco sese præcipitem dedit. Oedipus Iocastam nescius matrem esse, siquidem ab omnibus Polybi Corinthiorum regis filius putabatur duxit uxorem, & Thebarum imperium adeptus est. Ausonius, illa etiam thalamos per terna ænigmata quæres. Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes omnia solus terruit aoniam uolucris. Leo. uirgo triformis. sphinx uolucris pennis, fedibus fera fronte puella. Verres sphingem ex ære corinthio habuit, reo in prouincia ablatam, propter quam Cic. illo iudicio in altercatione neganti ei se ænigmata intelligere, immo uero intelligere deberes inquit, quoniam sphingem domi habes. Ab Oedipus Oedipodionius deducitur. Luca. Oedipodionias infelix fabula thebas. Et Melampus proprium nomen quasi capri nos pedes habens. Hic uates fuit insignis (ut Home. refert) qui iphiassam Proeti filiam duxit uxorem. Proetus Abantis arguorum regis filius fuit, eiq; in regno successit. uxorem habuit Antiam, ex qua filias quatuor genuit. materam. euryalē. lysippen, & Iphiassam, quæ cum Iunoni se in pulchritudine prætulissent, indignata dea furorē eis iniecit, ut se uacuas esse existimarent. Virgilius, Proctides implerunt falsis mugitibus auras. Hoc Pherecydes tradit. Ouid. uero ob spectum Venerem eas primo in uacuas, mox in lapides commutatas affirmat. Addit pherecydes proctum siquis filias curaret, præmium ei proposuisse, regni partem, & filia, quam eligeret, stabile conubium itaque Melampodem fama diuinationis clarissimum dato helleboro eas sanasse, quod ab eo cognominatum est Melampodium, sibiq; in uxorem elegisse Iphiassam, ex qua Antiphatem, & Mantium procreauit. Antiphates uero genuit Oicleum. Vitruuius architectus illas a Melampode Clitorio arcadiæ oppidum ductas tradit, ut ab ebriofitate liberarentur. eius feroris causam uinum esse existimante. Etenim Clitorij speluncam esse, ex qua profiuens uini-

dissinus uini facit potanters ex eo uinum odisse, ob quam causam in eius speluncæ fornice extare græcas literas significantes eam aquam non esse potabilem, sed uiribus inimicam. Quod Ouidius, quoque uidetur sensisse. Clitorio quicunq; sitim de fonte leuauit, Vna fugit, gaudetq; meris Absternis undis. Item a πους ποδός Podagra, quod est uitiū articulorum in pedibus, quemadmodum chiragra in manibus. Unde podager, & chirager, & chiragricus dicuntur composita nomina a pede, manuq; & atrocitate doloris, quæ a græcis ἀγρία dicitur. maximum enim dolorem affert huiusmodi morbus. Ouidius, Soluere nodosam nescit medicina podagra. raro autem uel castratos, uel pueros, ante foeminae uitium, uel mulieres, nisi suppressis menstruis tentat. Quidam cum asinino lacte epoto sese eluissent in perpetuum hoc malum euaserunt. Alij cum toto anno a uino nullo, uenerq; sibi temperassent, adepti sunt totius uitæ securitatem. M. Agrippa supremis ætatis suæ annis hoc morbo grauiter confectus, cum perpetuo consilio, ignorante id diuo Augusto, in acetum calidum crura dimersit, sicq; in totum liberatus est. Et sextus Pompeus Hispaniæ cæteris princeps, cum horreis suis uentlandis præsideret, correptus podagra dolore sese in triticum super genua dimisit, leuatusq; mirum in modum dolore pedibus ita fixatis. hoc postea remedio usus est. constat apud græcos χηρα manum uocari. a quo chiromantia dicitur diuinatione, quæ ex linearum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet, sicut necromantia, quæ fit ex inspectione cadauerum. hydromantia ex inspectione aquarum. Geomantia ex inspectione terra, seu figurarum in terra descriptarum. a quibus chiromantes. necromantes. hydromantes. & geomantes appellati. Item chirotecæ, manuum tegmina & chironomus, qui manibus gesticulatur, & ludit. Iunenalis, Chironomon Lædam molli saltante Batyllo. & chironomas eiusdem significationis. Idem saltantem spectans, & chironomante uolanti cauallo. & chironoma Lex. gestus, quæ a Platone in parte cælium uirtutum posita est, & chirographum scæda, siue tabula manu propria scripta, poniturq; non solum pro ipsa tabula, sed etiam pro actione. Nam qui chirographum legit, non tantum de tabulis cogitat, sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur, & qui chirographum uendit palam est, quod intelligitur nomen uendidisse, quemadmodum & nomen leguerit, haud dubium est id, quod in actionibus erat legisset. & chiroidica uestis. & chirurgus, ac chirurgia, de quibus superius disseruimus. Item ab eodem calopodium calcamentum genus ex ligno, quod uulgo focum, & per diminutionem foculum uocant. Pl. Sed hæc, aut hæc socia uideo uestigium. Plinius, Cum & pedibus margaritas, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis foculis addunt. & antipodes, qui terram nobis oppositam habitant, quod pedes nostris pedibus aduersos habeant. æri enim græcum contra significat. Apus apodis auis, quæ ab alijs cypselus appellatur ita dicta, quod pedum usu careat, ex hirundinum genere est, maior alis uolat plurimum, nidificat in scopulis, atque aditoribus domibus. hæc est, quæ toto mari armatur. Quies ei nisi in nido nulla, aut pendet, aut iacet. Item struthopos qui ppe in meridianis Indiæ foeminae sunt adeo parue, ut struthopodes appellentur, quasi passeruli pedes, siquidem græci σποδὸν passerem uocant. Item pætae fungi, qui sine radice, aut pediculo nascuntur, ut superius diximus, quasi pedestres, πῆδος enim pedester dicitur, unde πῆδου dicti, quod non tollunt se altius a terra. Item podalirius



Podalirius proprium nomen à pedum magnitudine. Esculapij filius fuit, et frater Machaonis medicinae artis praeclarus. Martialis, Enteroceleorum fertur Podalirius hermes. Ouidius, Quantus apud Danaos Podalirius arte medendi,

Automedon curru, tantus amator ego

Automedon Achilles auriga fuit. poetarum, et praesertim Homeri carmine insignis. Item podex posterior pars corporis pendenda, quod ex ea pedes fluere uideantur. Iunenalis, Et podice laui caduntur tumida medico ridente mariscæ. Circum hunc globata in nates caro sedendi officio aptissima, quæ à nitendo nates dicuntur. Quippe ibi caro firmior est, quam in cæteris membris, ne premente corporis mole cedere ossibus cogatur. DIVES. Omni ludorum genere abundans.

CIRCO. Circus locus erat muris septus, in quo equi, pugilesque exercebantur, ita dicti à circensibus ludis, qui in eo fiebant. Circenses autem appellati sunt, quasi circumenses, propterea, quod rudis uetustas, cum non dum loca huiusmodi ludis apta edificasset, inter enses, et flumina eos celebrabant, ut ab utraque parte esset ignaviae praesens periculum, disponebatur autem circus in forma spatij oblongi, et in summitate circa cæteres erant, unde equi curribus iuncti ad cursum movebantur, et cum ad summum deuenissent, reuoluebantur, donec ad priorem metam deuenirent in circuitu uero spectacula edificabantur, è quibus prospectare patres, atque equites possent. Spectacula ipsa fori appellabantur. Linius, Tum primum circus, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca patribus, equitibusque urbis, ut spectacula sibi quisque fieret. Idem, Spectare furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes. Ludicrum fuit equi, pugilesque ex Hetruria maxime acuti. Solennes deinde annui mansere ludi Romani, magnique uarie appellati. Naturalem circum elegantissime descripsit Virgilius,

Hoc pius Aeneas misso certamine tendit

Gramineum in campum, quem collibus undique curuis

Cingebant syluæ, mediisque in ualle theatri

Circus erat, quo se multis cum millibus heros

Concessu medium tulit, extructoque resedit.

Hic qui forte uelint rapido contendere cursum

Inuitat pretiis animos, et præmia ponit.

Tres Romæ circos fuisse legimus. Maximum. Flaminiæ, et Neronis. in hoc ultimo ingentem fuisse obeliscum constat, quæ nunc Romæ in uaticano cernimus. Diuus Casar arcensibus ludis spatium circi ab utraque parte produxit, et in gymnasium curio addito quadrigas, bigasque, et equos desultores agitari fecit à nobilissimis iuuenibus. proprie autem circus appellatur omnis in gymnasium ambius, eiusque diminutiuum est arcus, definiturque, Circulus est figura plana una tantum linea contenta, in cuius medio punctus est, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ inter se sunt æquales, et ita à globo differt, quod arcus est rotunda planities. Globus uero (ut supra diximus) corpus solidum undique rotundum, quem græci sphaeram appellant. À circulo fit circulus instrumentum, quo arcus uertendo designantur. et circulator, quem Paulus iurisconsultus dicit eum esse, qui serpentes circumfert, ac proponit, quod si cui ob eorum metum damnum fuerit, pro modo admissi puniatur, cuius femininum est circulatorix, quod significat eam, quæ lucri gratia per urbem uagatur, et saltando, uel alio ludici genere aucupatur gratiam spectantium. et circulator aduerbium, hoc est per circulum. Suetonius, in summo publico luctu externarum gentium multitudo circulatorum suo quæque more lamentata est. et Circites circuli ex ære facti. Circuli etiã passilli dicti, qui mista farina, et casio et aqua in circuitum

æqualiter fundebantur. Hos quidam, quod magis incondite facerent lissulas, et semilissulas sabino uocabulo nominabant. nonnulli etiam globulos à globo farina dilatato, deinde elixo, ac casio superinfuso. ponitur tamen aliquando globus pro multitudine hominum, siue aliorum animalium, aut alterius cuiuscuque rei simul collecta, et quasi conglobata. Sallustius, Diuersa, uti solet, rebus perditis, consilia capessunt, alij si ducia gnaruitatis locorum occultam fugam sparsi, alij globis eruptionem tentauere. Globus si ex filo, aut alia simili re factus sit, glomer uocatur. à quo glomero, quod est implicare, et in globi, hoc est sphaeræ figuram filum induco. Ab eo uero a glomero. implicare coniungo. Virgilius, Et lateri a glomerat nostro. et glomus in sacris crustulum cybij figura ex oleo coctum appellatur, et in sphaericam effigiem compono. Glos autem uiri soror appellatur, quæ uox à græcis sumpta est. Glossa uero lingua est. à quo glossæ, et glossaria dicuntur interpretationes, quod uice lingue, hoc est uice doctoris fungantur. et glossema, quod Quintil. interpretatur, quasi uocis munus suscitans. nam epiglossis, quid sit, alibi declarauimus. Et circæna auis, quæ uolando arcum facit. Circum uero, à quo circus deriuatur, præpositio est, quæ tam in appositione, quam in compositione περι græcam præpositionem significat, ut circumfero. περιπερω Circum montem περι το ἶπος.

10 interdum etiam aduerbium est locale. Virgilius, Anna uides toto properari litore arcu. Ex hoc nascitur circiter, quod pro iuxta accipitur, et secundum Priscianum ad tempus solum pertinet, ut circiter Cal. Ianuarias. Nos uero longe frequenter ad numerum pertinere comperimus. Cur Multi eo bello capti circiter duomillia desiderati. in qua significatione. et circa ab eodem deductum accipitur, ut circa forum. circa templum. circa uiginti annos. Ab hac fit coniunctio quocirca. pro quare. quapropter. Virgilius, Quocirca capere ante dolis, et cingere flamma Regiam mediator. est etiam quando circum præpositionem ei subiungimus. et circumcirca dicimus, quod significat ἀμφιπερι.

20 À circum fit circumeo, quod et circuo dicitur. à quo circuitus notæ significationis, ut circuitores (ut Vlpia. inquit) iulgo appellati, quibus uestiarij, uel lintarij uestem dant circumferendam, et distrahendam. et circumtego. à quo circumtectum amictus genus, quod purpuram circum habebat. et circumago circumtego. circumsto. circumstido, de quibus supra diximus. et circumfero, quod modo circumporto, ut supra ostendimus, modo purgo. lustro. Plautus, Pro latuato te circumferam. id est purgabo. Virgilius, idem ter socios pura circumtulit unda. nam lustratio à circulatione dicta est, uel tedæ, uel uictimæ. et circundo circumduco, circumpono notæ significationis. et circumscribo, præscribo. damno. et circumuenio decipio. et circumluo. circumluo. à quo circumfluum ius prædiorum. et circumspectio. à quo circumspectus, de quibus superius differimus. et circumforaneus, qui circum forum uagatur, ut aduocationem querat. et circumcindo, præputia detraho. à quo, circumcisi iudæi dicuntur, et actus ipse circumcissio.

30 et circumnubo. circumtego eiusdem significationis, et alia penè infinita composita, quæ connumerare non minus fastidiosum, quam longum esset. et cirnea (ut quidam putant) uas uinariarium patens, ac rotundum. Plautus, Cadus erat uini. unde impleui carneam. Et cirrus capitis crinis, quod frequenter tortus, et ferè in circum uersus sit. Cato. Itaque Ambraciæ primum puerilem dentem. Item cirros ad Appollinem ponere solent. Ambracia urbs est Epervi iuxta Ateronem nauigabilem fluium sita regia olim Pyrrhi. et circanni secundum quosdam crines intorti, quasi circanni. unde circannato cognomen factum, et circius uentus, de quo supra diximus, quod

40

50

60



omnia turbet ac circumuertat. **AMPHITHEATRO.** In quo uenationes, & alij ludi exhibebantur, referturq; ad id, quod paulo ante dixit. Vidit in undis & Thetis ignotas, & galatea feras. **FVCINVS.** Naumachia diui Claudij, quam in Fucano fecit. Fucanus lacus est Marsorum. hi populi Italiae sunt a Marso Circes filio ortum habentes. unde marsica uina appellata. Nam massica sunt e massis montibus Falerno contermina. Mart. de sinuessanis uenerunt marsica praedis. Conditam quo quaevis consule nullus erat. sunt tamen et in Scythia populi eodem nomine (ut Herod. testatur) In fucano Claudius princeps emissarium fecit opus ante ab Augusto Marsis negatum, licet maximis precibus petiitum fuisset, idq; luci potius gratia aggressus est, q̄ gloriae, cum quidam proprijs sumptibus emissarios se promitterent, si sibi siccatis a gri concederentur. per tria aut passuum nulla parum effosso monte, partim exciso at malem absoluit a gre, & post undecim annos, quamuis centumis triginta hominum millibus sine intermissione operantibus. An aut, q̄ lacum emitteret, Naumachia comisit, sed cu pro clamantibus namacharijs, Aue in pator morituri te salutem, Rndisset, aucte & uos, neq; post hanc uoce, quasi uenia data, q̄q; di mutare uellet, diu cunctatus an hoies igni, ferroq; absumeret, tandem ex sede sua profiluit, ac p ambitu lacus no sine foeda uacallatioe discurreres, partim munado, partim adhortando, ad pugnam copulit. Hoc spectaculo classis sicula, et rho dia concurreunt duodenariu triremiu singulae, eijciete bucinam tritone argenteo, qui e medio lacu per machinam emerit. **STAGNA PIGRI NERONIS.** Pigra stagna, quia Nero marina aqua naumachiam exhibuit innantibus belluis, quae aqua fluxum nullum habebat, ut aqua Tyberis et fucani, uel pigri. Neronis inquit propter otium, ac lasciuam eius. Quippe epulas a medio die ad mediam noctem protraheret, refectus saepius callidis piscanis, ac tempore aestu niuatis, coenabatq; interdum, & in publico Naumachia praclusa. **TACEANTVR.** Silentio praetereantur. Tacere enim proprie silere est. Ci. Tacet ipse, ceteros ad loquendum hortatur. Interdum tamen ponitur pro eo, quod est quiescere, & securum ee. Ter. Quin tacet? Na cum inuulerit postea dicam, certum est non silentium, sed securitatem imperasse. Ab hoc fit tacitus, qui nihil loquitur. a quo aduerbium tacite. & taciturnus, qui sicile tacet. a quo taciturnitas obseruantiae genus in silendo, ac secreta seruando constituta. Ter. Sed us, quas semper in te intellexi sitas fide, & taciturnitate. Tacere et aliquando dicimus, quae sine uoce sunt. Virg. Totumq; perat luminibus tacitis. Idem. cu tacet omnis ager. a taeco sunt composita obticeo. reticeo. subiticeo. & conticeo, oia eiusdem significationis. quida tamen haec ita distinguunt, ut taecamus consilia. Virg. Nec taeni demens, obticeamus, quod nos pudet fari. Ter. Virgo ipsa scissa ueste lacrymans obticeat. reticeamus dolores. Idem. Ne uerere, ne retice. Subiticeamus, no demus responsum ad ea, quae dicta sunt. Plau. Quae cum audisset, subiticeo. Conticeamus, cu plures sumus, hoc est simul taecamus. A conticeo fit conticeo eiusdem significationis. et conticinium prima pars noctis, quae omnia quiescendi gratia conticeant. **HAC NORINT VNAM SECVLANA NAUMACHIAM.** Haec una naumachia digna sit, quae ad posteritatis notitiam perueniat.

**S**PERO ME SECVTVM. Praemitit Epistolam libro iam tamen a se scripto, & perfecto, quod facere aliquando ueteres poetae consueuerunt, ut Papinius in syluis. Tres autem sunt huius epistolae partes. in prima legentium sibi beneuolentiam con-

**S**pero me secutum in libellis meis tale temperamentum, ut de illis queri non possit quisquis de se bene senserit, cum salua infimarum quoque personarum reuerentia ludant, quae antiquis auctoribus defuit, ut nominibus non tantum ueris abusi sint, sed etiam magnis. At mihi fama uilius constet, et probetur in me nouissimum ingenium. Absit a iocorum nostrorum simplicitate malignus interpres, nec Epigrammata mea scribat. Improbe facit, qui in alieno libro ingeniosus est. Lasciuam uerborum licentiam, id est epi-

liat, tale se in scribendo secutum temperamentum affirmans, ut neminem laeserit. in secunda excusat lasciuam carminis auctoritate, duntaxat poetarum, qui similia scribere. in tertia hortatur se ueriores, ut a legendis libellis suis abstineant. **LIBELLIS.** In libris epigrammatum, quos scripsi. p. mode stam enim, libellos hoc est paruos libros appellat. Liber libri proprie pars corticis est, quae ligno adheret. unde delibrare dicimus pro eo, quod est corticem detrahere. & delibratio est ipsa (ut ita dicam) decorticatio. Virg. Huic natam libro, et syluestri subere clausam implicat. idem. V. doq; doant inolescere libro. Hinc delibrum secundum quosdam, ut superius ostendimus. Item liber dicitur, in quo scribitur, quia ante usum chartae et corticibus arborum uolumina compaginabantur. Vnde & codex ab arborum trunco appellatus est. a quo, codicillus diminutivum, sicut a libro libellus, poniturq; libellus pro epistola, siue tabella. unde libelliones a ueteribus tabelliones dicebantur. V. ar. Tum ad me fuerunt, quod libellionem esse sciebant. Librarij uero sunt, qui libros transcribunt, sicut bibliopole, q. libros uendunt. βιβλιον enim graece liber dicitur. a quo, & bibliotheca appellata, quod (ut ait Vlpia.) modo locum significat, in quo libri tenentur, ut cum dicimus, in bibliotheca est modo armarium, ubi libri seruantur. Vnde eburneam bibliothecam emisse dicimus. modo copiam ipsam librorum, ut Ptolemaeum regem dicimus bibliothecam omnium pulcherrimam congregasse. & bibliographus librarius. liber etiam modo pro ipso opere in te grae accipitur, quantumlibet sit magnus, etiam si contineat aeneida, & bucolica, & georgica simul, modo pro certa parte operis, ut Virgilius Aeneis in duodecim libros distincta est. Liber uero liberi adiectiuum est, & modo cum significat, qui nulli subiectus est. cuius correlativum est seruus, modo qui sine trepidatione, aut respectu loquitur, aut facit. interdum etiam qui curis, ac negotijs omnibus solutus est. haec duo postrema significata praclare uno disticho expressit. Martialis, Liber homo es nimium dicas mihi Cheryle semper, hoc est nimium libere loqueris. In te qui dicit Cheryle, liber homo est, hoc est uacuis negotijs, & quid agit non habens. Hinc liber etiam uocatus est Bacchus, qui uini inuentor fuit, quia uino uel libere omnia loquuntur. ponitur etiam aliquando pro uino, sicut Ceres pro frumento. V. enus pro libidine. unde extat illud prouerbum. Sine Cerere & Libero friget uenus. ab hoc Liberalia Liberi festa, quae a graecis dionysia uocantur. Item liberi filij dicuntur numero fere plurali, quamuis et singulari aliqui reperiantur, diciturq; in plurali etiam de uino filio, filia uel. Calistratus liberorum appellatione nepotes quoque, ac pronepotes, ceterosq; qui ex ijs descendunt, contineri existimat. Paulus uero iurisconsultus, eos qui contra formam humani generis conuerso more procreantur, liberorum appellatione non putat contineri, ut si mulier monstruosum quid, aut prodigosum enixa fuerit, a liber libertas deducitur, quae seruicium opposita est. ite libertas de eo dicitur, qui libere, & sine respectu loquitur, sicutq; quaelibet. Haec a Florentino iurisconsulto definitur facultas eius, qd cuiq; facere libet, nisi iure prohibetur, capiturq; semper in bonam partem, cum licentia in mala partem capitur. Quint. Quae in alijs libertas est, in alijs licentia uocatur. Terentius, Deteriores omnes sumus licentia. Virgilius, Libertas, quae seua tamen respexit inertem. Licentiam tamen aliquando pro libertate positam inuenimus. Sallustius, Romam legatos ire iubet. Agendarum rerum, ac quocunq; modo componendi belli licentiam ipsis permittit. Libertas etiam dea est libertatis, cuius templum in Auentino constitutum fuisse historia tradit. Item a liber libertus derivatur, qui cum esset seruus factus est liber. Vlpia. eum ee libertum definit, quem quis e seruitute ad



civitatem romanam perduxit. a liberto fit libertinus, quod est  
 adiectivum nomen, estq; relatiuum ingenui, sicut libertus rela-  
 tivum patroni. Libertini de finium, qui iusta servitute manu-  
 missi sunt, quemadmodum ingenui, qui libera matre nati, nec  
 postea servi facti sunt. Vnde ita interrogare debemus. Est ne in-  
 genuus, an libertinus, non autem libertus, & cum resposum  
 fuerit, Libertinus, interrogamus cuius libertus est, non autem  
 libertinus. a libertino libertinitas deducitur, sicut ab ingenuo  
 ingenuitas. Item a liber fit libero verbum, quod modo parti-  
 culare est, & significat manumitto, hoc est libertate dono, mo-  
 do uniuersale, & significat absoluo. Cicero, Nihil enim mihi  
 antiqum fiat, quia ut te a sceleratorum hominum calumniis  
 liberarem liberare etiam aliquando usurpamus pro eo, quod  
 est addicere, unde in licitationibus rem, quae uenalis proposita  
 est plus offerenti addicere, seu liberare dicuntur, & non modo,  
 qui uendit, sed etiam qui emit rem ipsam sic uenditam, libera-  
 re dicitur. Hinc liberationis uocabulum Paulus iurisconsultus  
 affirmat eandem uim habere, quam solutionis. liberata a uete-  
 ribus pro effata, hoc est locuta usurpari solebat. A libero fit de  
 libero, hoc est decerno. statuo. capto enim consilio, mens a cog-  
 itatione liberatur. Neq; enim probabile mihi uidetur, qd Fe-  
 stus scribit deliberare a libella, qua quid perpenditur dictu.  
 A delibero fit deliberatio. Item a liber liberalis, quod modo  
 pro benigno, munificoq; accipitur. Vnde liberalitas munificen-  
 tia dicitur, & liberaliter large. magnifice. Item pro misericor-  
 dier, cuius contrarium est illiberaliter, quod ueteres de eo di-  
 cebant, qui excessisset omne genus maleficij. Terentius, Quam  
 is aspernatur tam illiberaliter. Idem. Factum a nobis immi-  
 sericorditer, atque, si aequum est dicere, magis aperte, illibera-  
 liter. Et comparatiua, ac superlatiua eorum liberalior. libera-  
 lissimus. liberalius. liberalissime. Vnde liberales disciplinae,  
 appellatae sunt, quod sunt libero homine dignae. modo libera-  
 lis accipitur pro pulchro, & ingenuae formae homine. Item  
 a liber fit liberior, & liberrimus, & aduerbia liberare. libe-  
 rius. liberrime. & liberum arbitrium habere dicuntur, cum  
 in potestate nostra est id facere, quod uolumus. liberum etiam  
 nobis esse dicimus, pro eo, quod est in nostra potestate esse. Sunt  
 etiam qui a liber libram quoque, de qua, & eius deriuatiuis  
 superius locuti sumus, deductam existimant, quod ipsa quasi li-  
 bera sit, cum caetera pondera sibi subdita, & in ea inclusa sint.  
 Liber autem a libet deriuatum esse existimant, quod homines  
 liberi agunt, quicquid placet. Libere enim placere est, qd uer-  
 bum a labendo tractum esse Varro arbitratur, quod quae pla-  
 cent, in mentem prolabantur. Ab hoc fit libido, quod significat,  
 quicquid libet. Vnde non modo turpium, sed etiam honesta-  
 rum rerum uoluntas libido appellatur. Sallustius, Magniq; in  
 decora armis, & militaribus equis, quam in sortis, atq; con-  
 munijs libidinem habent. Terentius, Neq; tuae libidini aduersa-  
 bor, hoc est uoluntatis. Hinc iram de finimus esse libidinem eius  
 puniendi, qui iniuria laesisse uideatur. Item auaritiā libidinem  
 habendi pecuniam. perniciam libidinem quomodocunq; uin-  
 cendi. iactantiam libidinem gloriandi. Tyrannidem libidi-  
 nem dominandi. peculiariter tamen libidinis nomen translatus  
 est ad immoderatum coeundi appetitum. Nam cum simpliciter  
 libido profertur, neque cuius rei sit libido additur, illa profecto  
 animo occurrat, qua obscenae corporis partes excitantur. haec  
 enim nulla maior est uoluptas, nihilq; quod magis libeat. haec  
 enim sibi non solum totum corpus, nec solum extrinsecus, ue-  
 rum etiam intrinsecus uendicatur, totumq; commouet hominem  
 animi simul affectu cum carnis appetitu coniuncto, atque per-  
 misto, ita ut momento ipso temporis, quo ad huius uoluptatis ex-  
 tremum perueniatur, pene omnis aetate, & quasi nigra cogita-

tionis obruatur. Ab hac libidinosus deducitur, hoc est in libi-  
 dinem propensus, & libidinosè aduerbium, molliter lasciuè.  
 Item a libet libentia, hoc est uoluptas. gratia. Macro. Cui liben-  
 tia, gratiaq; omnes conuiniuorum incognita sunt. & libens  
 hoc est uolens. facili. & libenter, hoc est grato animo. a quo li-  
 bentius, & libentissime, & libitina, quae & libentina dicitur  
 Venus, siue Proserpina. unde etiam pro morte ponitur. & qui  
 libet, de quo superius diximus. & quālibet pro quamuis. quā  
 tumlibet pro quantumuis. ubilibet pro ubiuis. uterlibet pro  
 10 uteruis. quomodolibet pro quomodocunq;. ut libet pro utcuq;.

licentia uero deriuatur a licet, quod modo significat fas est. Ci-  
 cero, Neq; enim liceat locum numini consecratum turpi flagi-  
 tio contaminare, modo facile est, uel potius possibile est. Martia-  
 lis, Piscinam peto, non licet natate. Nonnunquam concedentis  
 aduerbium est sicut esto. Virgilius, Licet ingens ianitor antro  
 aeternum latrans exanguis terre. at umbras interdum est cō-  
 iunctio aduersatiua, ut etsi. quamuis. quanquam, de quibus su-  
 perius diximus. a licet licentia deducitur, de qua paulo ante dis-  
 seruimus. & licentiosus, qui nimia utitur licentia. & licenter  
 20 per licentiam. & licito iuste. & licet, ac scilicet, & uidelicet,  
 de quibus superius diximus. licentiora etiam dicuntur manci-  
 pia nequiora, quasi multa per licentiam facientia. Item licenti-  
 or epistola, in qua nimis libere scribimus. Plynius, Licentior  
 epistola narrare constitui. Item liceo deponens, & frequenta-  
 tiuum eius licitor, quod licentia quadam uti in augendo pretio  
 uideamur. Est enim liceri siue licitari pretium augere in auctio-  
 ne faciēda. unde fit unum compositum pollicitor, quod est ul-  
 tro aliquid promitto. a quo pollicitatio promissio. hoc tamen in-  
 terest inter liceri, & licitari, quod liceri est aut sine respectu  
 30 aliorum emere uolentium, aut tantum semel pretium de ferre.  
 licitari uero cum multis, & saepius pretium augere, ut emere  
 uolentes ab emendo desistant. Cicero. Non licitorem uenditor,  
 nec contra, qui liceatur emptor apponet. Tali modo uendere  
 addicere est, de quo superius locuti sumus. a licitor licitatio de-  
 rinatur, hoc est pretij in auctione oblatio. Aliquando tamen si-  
 ne auctione licitatio fit. Curtius de Dario, qui pollicebatur pre-  
 tium pro capite Alexandri, siquis eum occidisset. Et cum habe-  
 tis inquit arma, licitamini hostium capita. Item licitari ueteres  
 pro congredi, & pugnare usurparunt. Ennius, Pars saxa ia-  
 ctant, & inter se licitantur. Caecilius, cum Machera licitari ad-  
 uersum eum coepisti sciens. Tractum est autem hoc a licitan-  
 40 tium, hoc est pretium in emptione augmentum contentione. im-  
 pellit nos cognatio uocabuli, ut postquam de libet diximus, de  
 libo etiam dicimus. libare igitur proprie est leuiter degustare,  
 & quasi primis labris attingere, dictum (ut quidam putant)  
 a labijs, quasi labiare. Virg. Purpureosq; metunt flores, & flu-  
 mina libant. per metaphoram tamen aliquā do pro leniter tan-  
 gere usurparunt. Idem. Oscula libauit natae, dehinc talia futur.  
 aliquando pro sacrificare. Idem. Et pateras libate toni. Tribul-  
 50 Et quodcunq; mihi pomum nouus educat annus.  
 Libatum Agricola ponitur ante deum.  
 Hinc liba dicta sunt placenta, ex farre, & melle deorum sa-  
 crificijs apta. Virg. Et adorea liba per herbam. subiacet epu-  
 lis. Hinc etiam libellum diminutiuum. & libatio. & libamē-  
 tum, quae modo degustationem, modo sacrificium significans.  
 & delibo compositum, quod modo significat degusto, modo ac-  
 cipitur pro eo, quod est aquam sulco deriuo. interdum etiam sa-  
 crifico. unde delibatum sacrificium dicimus. delibutum uero un-  
 ctum significat, quasi oleo ibutum. sed trāsferunt aliqñ ad ani-  
 60 mum. Ter. Si te delibutum gaudio reddo, hoc est psum. Sunt  
 qui putent a libo lito quoq; eē deductum, qd est sacrificijs deos  
 plato. Virg. Sacrisq; litatis, hoc est dijs placatis. Nos a graeco

etiam aetate linguā excusarem, si meū esset exemplū, sic scripsit Catullus, sic Marfius, sic Pedito, sic Cretulirus, sic quicūque per-  
 legit. Si quis tamen tam ambitiose tristis est, ut apud illū in nulla pagina latine loqui fas sit, potest epistola, uel potius ti-  
 tulo contentus esse. Epigrammata illis scribuntur, qui solent spectare flozales. Non intret Cato theatrum nostrū, aut si in-  
 trauerit spectet. Videor mihi meo iure facturū si epistolam uersibus clausero.



potius derivatum putamus. Quippe graeci *τιμω* deprecationem dicunt. Ab hoc quidam *lituum* nominatum putant baculum incurvum, quo sedentes augures auiibus templa designabant, & ab eius similitudine incuruae bucinæ genus, quia qui canunt liticines dicuntur, *lituum* uocatum. Nos baculum potius à tuba nomen accepisse existimamus, quemadmodum superius differimus. **VT QVIS QVIS DE SE BENE SENSERIT. NON POSSIT QVERI DE ILLIS.** Ut quis quis uitæ conscientia securus fuerit, non possit existimare poetam de se locutum fuisse. **REVERENTIA SALVA.** Honore non læso. Vereri timere est cum pudore quodam erga eum, quem memimus. Vnde quidam hæc ita separant, ut uereri dicant esse liberi hominis, timere ferui, quod ille pudoris, hic poenæ metu teneatur. A uereor fit reue reor, quod est honoro. à quo reuerentia honor, quæ tam in uerbis, quæ in factis alicui exhibemus. Vnde rem aliquam turpem nominatori, dicere solemus salua reuerentia. saluo reuerentia sit auribus uestris, honor sit audientium auribus. Item reuerendus, hoc est dignus reuerentia. & reuerenter aduerbium, cum reuerentia. Item à uereor uerendus dignus, quem uereamur. & uerenda pudenda. & uerecundus, modestus, qui facile pudore ducitur. & uerecundia pudor, modestia, quorum contraria sunt inuerecundus. & inuerecundia, hoc est impudens. & impudentia. Item aduerbia uerecunde, & inuerecunde. præterea uerecundor uerbum, quod est uerecundia teneor. Cicero, Alterum cunctantem, & quasi uerecundatrem incitabat. Aliquando tamen uerecundus pro audaci, et confidente accipitur, siue per antiphrasin, siue quod uerecundia ab continentiam scelerum facit, talis uero abstinentia fiduciam. Plautus, Sic est, uera prædico, nisi hoc etiam falso dici insimulaturus es. nimis uerecunda es, salua. in te gra. illa sa. à sano uero (ut Varro existimat) deducitur saluus. Sanius proprie dicitur integer incorruptus. à quo sanitas, incolumitas. et sano redimite gro. Et insanius, demens, hoc est qui mentem non habet in te gram. à quo insania stultitia, quæ & insanitas dicitur. Cicero. In sapientia autem quasi insanitas, eademque dementia. Et insanio uerbum desipio. interdum tamen insanire pro eo usurpatur, quod est crimen conscribere. Virgilius, Insanire libet. Nam insani dicuntur enthei, hoc est deo pleni. Idem. Insanam uatem. Nonnunquam etiam insanius pro magno accipitur. Idem. insani feriant sine litora fluctus. Item à sanus uesanus, hoc est uecors. crudelis. furiosus. à quo uesania. uecordia. crudelitas. furor. Itæ sanies, sanguis corruptus, quod quidam à tabo sic distinguunt, ut illud de mortuo, hoc de uiuo dicitur. Virgilius, Et sanie, taboq; stuetis, Complexu misero longa sic morte necebat. Item sanè aduerbium, quod aliquando affirmatiue pro eo, quod è certe sumitur, ut ita sanè. Sanè uero proprie tamen si significat ualde, quoniam qui sanus est, ualidus est. Suetonius, Bellum sanè difficile gessit. modo permissiue accipitur, quando aliquid aduersario tribuimus. Vt, sit sanè ut uis, pro esto, ut uis. Et sanates, qui supra, in frâq; Romam habitauerunt, quod nomen ideo est inditum, quia cum defecissent à Romanis, breui post tempore in amicitiam, quasi sanata mente redierunt. À saluus uero fit saluo uerbum, hoc est saluum facio. à quo saluator, qui graece σωτήρ dicitur, cuius foemeninum est saluatricis. et salue, quod uerbum saluantis est, hoc est saluus sis, reperiturque tantum salue. salueto. & saluete. & saluifico, hoc est saluum facio. & salua herba nullo nota, quod diuersos sanat morbos. & salus, incolumitas, quamuis interdum pro remedio ponitur. Virgilius, Vna salus uictis nullam sperare salutem. ab hoc fit saluifer. saluatricis. saluber siue, quod usitatus est, salubris, quod præbet sanitatem. unde aerem. cibum. potum. locum, multaq; huiusmodi saluti-

fera salutaria, & salubria dicimus, hominem uero, ac cætera animalia sana. Sed utrunque patitur exceptionem. Nam & sanum aerem. sanum cibum. sanum potum. sanum locum dicimus, quasi salubrem, hoc est præbentem sanitatem. Contraq; salubris pro sano accipitur. Sallustius, Genus hominum salubri corpore. Linius, Grauiore tempore anni circumacta desinecta morbis corpora salubriora esse cœpere. À salubris fit salubritas, quod sanitatem significat. & salubrior, ac saluberrimus. & aduerbia salubrius. salubrius. Item à saluifer. saluifere aduerbium. & à salutaris salutariter. Item à salus saluto, quæ proprie significat salutem dico, aliquando tamen accipitur pro ueneror. Virgilius, Tum uero Rutuli clamore salutant. Hinc & mortuos, & res etiam inanimatas uenerantes, salue dicere solemus, non salutem imprecantes, quæ nulla in iis esse potest, sed uenerationem indicentes. Idem. Salue sancte parens, iterum saluete recepit Nec quicquam caneres. Salus etiam dea salutis apud ueteres erat. Vnde Salutaris porta Romæ appellata est ab huius deæ æde. Quæ ei proxima fuit. Item à salus saltem, de quo superius diximus. À saluto uero salutato deducitur. et saluatorium cubiculum, in quo homines salutandi gratia conueniunt. Et insalutatus, qui non est salutatus. & resaluto, quod est eum, qui me salutauit saluto. à quo resalutator. resalutatrix. resalutatio, sicut à saluto. saluator. saluatricis. salutato. & oba saluto, quod est salutandi gratia offero. salutaris herba à quibusdam uocatur strimum, quam & σπύρον graeca, & nostri coagulum siue confertam nominant, quia confactis esibus præsentissimum remedium est, quemadmodum superius declarauimus. & salutaris digitus, quem supra ostendimus etiam indicem uocari. **INFIMARVM QVOQUE PERSONARVM.** Quia infimas quoque personas non nominat. Persona proprie dicitur facta confecta à personando. Nā caput, & os cooperimento personæ tectum undiq; unaq; tantum uocis emittende uia apertum, quoniam non uaga, neque diffusa est in unum tantummodo exitum coactam uocem, & magis claros sonitus facit, ob eam causam persona dicta, o littera propter uocabuli formam producta. à quo personati dicuntur, qui huiusmodi personis tecti sunt. Hinc per translationem persona usurpatur pro qualitate, quæ alius ab alio differimus, tū in animo, tum in corpore, tum in extraposis, quæ à rhetoribus numerantur in attributis personæ animi, ut quo studiose exerceat, literarum ne, an militaris disciplina, et iracundus ne sit, an motis luxuriosus, an temperans. Corpis ut adulescens ne sit, an etate adultus, pulcher, an deformis. robustus, an debilis extrapositionis, ut opulentus, an pauper. Clarus, an obscurus, prolem habes, an orbis. hinc figuræ illæ, quibus per rostra, siue alias corporis partes aqua è fontibus defluit, personæ appellantur, & in scænis histriones personas accipiunt, hoc est factes, aut ferui, aut ancillæ, aut militis, aut parasi, aut alterius huiusmodi, & in uno hoie multæ possunt esse personæ, ut persona hoc est factes iracundi. mutis. leti. soliti. Itæ persona præceptoris. mariti. patris. hinc grammatica in personis orationis personæ constituit. primam secundam. tertiam. unam personalem, & impersonalem uerbum dicimus. et personalem actionem uocant, quæ in personam fit, realis, quæ in bona. interdum personam pro ipsius hoibus ponimus, ut hoc loco itaq; theologi personam definiunt naturæ rationis indiuiduam substantiam. à persona personata deducitur herba, quæ alio nomine arcticum uocant, de qua superius differimus. Sono autem, à quo persona derivatur, tum tertiam, quæ primæ coniugationis inuenitur. Enni. Et sonit, franguntur haestæ, terra sudat sanguine. Acci. At ubi curuo litore latratu uindæ sub undis labunda sonit. Est autem sonare sonum reddere. Sonum autem uocamus quicquid sensibile auribus percipimus. à sono sonitus.







quasi alterū facio, et alternis aduerbiū pro uicissim, quā et alter natum à quibusdā dicitur, hoc est per uices, et alternio per uices succedo. à quo subalterno, et subalternatio per uices successio. et altercor iurgor, quasi aduersam partem tuor. à quo altercatio iurgatio. Veteres alterpicē pro duplici posuerunt, et altertam pro alterutra. et alteras pro eo, quod est aliās aduerbiū. et adulter uir, qui cum alterius uxore se miscet, sicut adultera mulier, quæ miscet se cum alterius mulieris uiro, uel cum uiro non suo, à quo adulterium ipsum crimen, et adultero uerbū, quod aliquando significat adulteriū committo. Aliquādo alterum facio corrumpto, cuius passiuum est adulteror. hic fit adulterinum, unde adulterinis clauibus apertum ostium diamus, cum nō suis, sed alterius ostij clauibus usi sumus, et adulterinis signis clausam epistolam, cum non scribentis, sed alterius annulo signata est. item adulterina clauis, et adulterina signa dicimus, quæ uulgo falsa dicuntur. cum ad uerariū clauium, siue annulorum similitudinem, decipiendi gratia, alias clauis, siue annulorum occulte fabricauimus. Veteres adulterionem pro adultero scripsere. ab alio uero alienus deducitur, et alieno uerbū. à quo ab alieno. unde alienatus, et ab alienatus, quæ quidam ita se parant, ut alienatus dicatur, qui alienus est factus. Ab alienatus uero, quem quis à se remouerit, etiam si nō sit factus alterius, ab his alienator, ab alienator, alienatrix ab alienatrix, alienatio, ab alienatio deducuntur. Ab alienus etiam fit comparatiuum alienior, et superlatiuum alienissimus. item ab alio aliter aduerbiū, quod modo significat alio modo, modo ex aduerso, et contrario modo. Veteres aliter pro aliter scripsisse manifestum est ex græco transferentes. Hinc est illud in legibus Numæ Pōpiliij. Siquis aliter fixit, ipsius Iouis sacer esto. et aliquis, quasi alius quis, et aliusmodi, quasi alteriusmodi, quā ueteres alimodi dixere, sicut alirei usurpat Plautus, pro eo, quod est alia rei, et alienigena externus, quasi alibi genitus, uel inter alienos genitus, et alibi aduerbiū, hoc est alio loco, et aliās, hoc est alio tempore, et aliunde, ex alio loco, et aliorum, uersus alium locum, et alibi pro alibi. Alia flumen est XI lapide ab urbe distans in uia tyburтина è montibus crustumunij in Tyberim destuens iuxta quæ Galli populi romani exercitum profligerunt, et perendie urbem ceperunt excepto capitolio. unde alienus dies obscenissimū apud Romanos nominis, ob exercitum fuscum apud aliam amnem. **LASCIVAM VERBORVM VERITATEM.** Descriptio est epigrammatis. Vita ueritas lasciuis uerbis expressa. **LASCIVAM.** Mollem, petulantem. Virgilius. Malo me Calatea petit lasciuia puella. Et fugit ad salices, et se cupit ante uideri. Hinc fit lasciuia, hoc est mollicies. petulantia. nequitia. et lasciuio uerbum, hoc est per molliciem, et nequitiam aliquid ago. et lasciuie aduerbiū, hoc est molliter. nequiter. **SIMESSET EXEMPLVM.** Si primus epigrammata scribens huius meditationis exemplum ceteris præstitisset. Exemplum est res, quæ nobis imitanda proponitur, ut puta in Catone, qui ne turpiter scriuere, mortem sibi consciauit, differt; ab exemplari, quod exemplar est ipse Cato. à quo sumitur exemplum. illud contentum, hoc continens est. itaque exemplum incorporale est. Exemplar uero plerumque corporale. Salust. literas, quas sibi nomine Catilinæ redditus dicebat. earum exemplum infra scriptum est. hoc est earum forma infra scripta est. Paulus iuriconsultus. Si legatum petatur, nō iubet prætor uerba testamenti adere. ideo fortasse quia heredes solent habere exemplum testamenti, id est formam. Cic. ex his literis, quarum ad me exemplum misisti. Plancus ad Cic. Exemplar

huius chirographi Titio misit. Asinius Pollio. ex literis cognoscens. nam earum exemplar misit. Hi de pagina scripta, quod corporale est, intelligunt. illi de sententia, quæ ex pagina percipitur. interdum tamen exemplum pro exemplari ponitur. Ouid. de libro metamorphoseos. Pluribus exemplis scripta fuisse reor. exemplis dixit pro exemplaribus, cum eius operis unum sit exemplum. reperitur etiam exemplariū idem significans, quod exemplar. Plyn. Iuba id omisit in hoc tractatu, nisi exemplarium uictosum est. exemplum etiam dicitur, quod in oratione adhibetur rei aut probandæ, aut ordinandæ gratia. definiturque; aliquid facti, aut dicti propositio cum certi authoris nomine, uel particulari propositum. particulari quiddam contentens ostendere, ut oportet à M. Tullio consule necari Catilinam, cum à Scipione Gracchus fuerit interemptus. Exemplum etiam aliquando pro graui pena ponitur, ut superius diximus. Plau. Malo exemplo multabo te. **CATVLLVS. MARSVS. PEDO GETVLICVS.** Nonna sunt poetarum, qui epigrammata non sine lasciuia scripserunt. de Catullo scribit Ouid. Mantua Virgilio. gaudet Verona Catullo. Idem de Marso et Pedone.

10

20

30

40

50

60

Cumque foret Marsus, magnique Rabirius oris,  
Iliacisque Maer, Sydereusque Pedito.  
Genelia mentionem Plynus facit, nec in postremis nominatus Getulicus, si carminis lasciuia abfuisse. **PERLEGITVR.** Vehementer legitur. hi enim et frequentius, et libentius leguntur, qui huiusmodi lasciuiam habent. **TAM AMBITIOSE TRISTIS.** Tanta ambitione seueritatem præ se ferens. **LATINE.** Latina lingua, quæ in epigrammatibus maxime probatur. latium ea pars Italiae est, ubi sunt tyberina ostia, et Roma terrarum caput dictum, Latium, quod illic latuerit Saturnus Iouem filium fugens. antiquum Latium à Tyberi Circeos usque protendebatur, quinqueaginta millia passuum longitudine tam tenues primordio imperij radices fuere. coloni sepe mutati sunt. tenere alij alijs temporibus aborigines. pelasgi. Arcades. Sicili. Aruna. Rutuli. et ultra Circeos Volsci. Osci. Ausones. Vnde Latij nomen processit usque ad Lyrin amnem, qui Minturnas Coloniam diuidit. Clanicus appellatus, cuius in ripa templum fuit Maricæ nymphæ Minturnensis. Horatius, nam rura quæ Lyris quietæ mordet. Hanc ex Fauno Latinum peperisse affirmant. Virgilius. Maius opus moueo, rex arua Latinus, et urbes, Iam senior longæ placidas in pace regebat. Hunc fauno, et nymphæ genitum laurente maria. Accipimus. Minturna oppidum fuit campaniæ iuxta paludes, in quibus Syllæ rabiem fugiens Marius delinuit. Iuuenalis, Exilium, et carcer, Minturnarumque paludes, Et mendicatus uicta Carthagine panis, De antiquo latio locutus est Virgilius, cum inquit. ueteresque latini. A latio latinus deducitur, unde latina lingua, et latine aduerbiū. à quo latine loqui, et latinitas, locutio ipsa latina. et Latinus proprium nomen soceri Aeneæ, et latina porta, de qua supra diximus. Item latialis, et latijgena in Latio genitus. latere uero est in occulto esse. à quo fit frequentiuum latitare. à quo latitatio, quæ (ut Vlpianus inquit,) est turpis occultatio sui. Cato tamen latitauerunt posuit pro eo, quod est frequenter tulerunt. à lateo latibulo, et latibulo eiusdem significationis. Varro, uide, ne feruus domi latibulet. Accus, progredere, neque latibuletur, prospice. ab ijs uero latebra, et latibulum deducuntur. Latebra proprie hominum sunt, latibula fera rum, hoc est ubi homines, ac fera se occultant. Ponitur in aliquo late



bra pro excusatione. Cicero. Videant, ne queratur latebra perurio, hoc est excusatio, qua lateat, id est non uideatur perurium. Latibula nunquam de hominibus dicuntur. latebrae plerumque de feris. Linnus. Inter uepres, & latebras ferarum non item unam delinuit. Hinc latebrosa loca dicuntur, in quibus sunt frequentes latebrae, siue frequentia latibula. & illatebro. occulto. abscondo. Coccius, arma plerique abijciunt, atque inermes in latebris se illatebrant. Item a lateo latex, quod proprie aqua significat ab eo, quod intra terra uenas lateat. Interdum tamen pro uino ponitur. nam et ipsum intra unam lateat. Vir. Lenaos laticeas item a lateo lateo, deliteo. a quo deliteo eiusdem cum suo simplicia significationis. & latenter aduerbium, hoc est clauso, occulte. & latera, quod lumen in ea lateat. & latro latras, a quo latrans. & latrina locus in quo uenter exoneratur, de quibus superius diximus. latrare Ennius posuit pro eo, quod est impotente posere. & Lateranus proprium nomen patricij romani, cuius autoritas maxima in urbe Roma fuit, quod latebre frequens in otio soleret. Hic consul designatus, adeo prope iussu Neronis interfectus est, ut, ne amplectendi quidem liberos concessum ei tempus fuerit. Aedes eius amplissima in urbe fuit, data postea a Constantino Imperatore pontifici maximo. & a laterano lateranense palatium. & lateranensis basilica appellatur. NULLA Pagina. nulla charta. pagina proprie utraque pars folij dicitur. liber ex folijs constat. Folium duas paginas habet, quae cerata olim esse consueverunt. ponitur tamen & pagina aliquando pro folio. Folium a palmarum folijs, in quibus olim scribi solebat, dictum. folij extremis margo dicitur. ponitur tamen & pro cuiuscumque alterius rei extremitate. a quo margineum dicitur, quod in margine est. Folia uero dicta, quod graece φύλλα appellantur una litera detracta. a quo foliosum folijs plenum. & folianum unguentum, quod fit non ex spica, sed ex folijs nardi. & latifolium quicquid lata folia habet. unde querus genus ex argumento latifolia dicitur. & aquifolia genus illius a mollitie foliorum. Arades simlacem uocant. & quinquefolium herba, quae graeca penta phyllon dicitur, exigua mora producens, quae fraga uocantur. item alia herba huic similis, quae in acetarijs uisitur. & millefolium, siue graeca miriophyllum herba, quae Achilles Chironis discipulus inuenisse traditur. ideo achilleos appellatur. Haec sanasse Telephum proditur. alij primum inuenisse. aeruginem memorant utilissimam emplastis. ideo pingi solebat. & aspidem eam gladij deiciens in uulnus Telephi. sunt qui & utroque usum medicamento scribant. quidam hanc partem heracleon. alij sideriten nominant minutioribus, quam foeniculi folijs uestim ab imo. & trifolium herba uulgo nota contra serpentium ictus. & scorpionum remedium efficacem ex uino, aut posca seminis granis uiginti potis, uel folijs & tota herba decocta. serpentes nunquam in trifolio conspici compertum est. eiusdem semen ex eo genere, cui minima sunt folia, ad custodiendam cutis mulierum gratiam, si illinatur, utile prodiderunt. Item ex eo genere, quod munianthos appellatur, si uiginti quinque grana seminis sumantur, contra omnia uenena pro annoto sufficere. Phyllon uero apud graecos a Phyllide uocatum putant. Haec Lycorgi Thracum regis filia fuit, cui adolescentula successit in regno. & Demophoon Thesei Thracum regis filium, cum ex bello troiano rediens, ad eam tempestate deductus esset, uehementer amauit. cumque conuicio iungi sibi postulasset, idque ille esset pollicans, dummodo liceret sibi Athenas ante proficisci, & res suas componere, quoniam de interitu Mnestri fratris nuntium accepisset, Tandem Phyllide consentiente Demophoon Athenas est profectus. Verum cum tardior esset ad reditum, illa amoris impatiens, siue quod sperni se

a Demophoonite existimaret, laqueo se suspendit. & in arborem amygdalum folijs carentem conuersa est. Mox uero reuersus Demophoon, cum re cognita amplexus arborem, ac deosca latus foret, folia, quasi intellectu sponsi amore, emittentem conspexit. itaque a Phyllide phylla appellata sunt. a phyllon melisophyllon deducitur herba de qua diximus. & mel amphyllon alia herba urbana. & topiaria, quae acanthus uocatur, crepidines marginum uestim. Alterum eius genus aculeatum, et crispum est. alterum lene, quod paederoton nominat. & plati phyllon, quod latiora folia habeat. graece enim πλατύς latus dicitur. genus est herbae, quae graeca tithymallu. nostri a lactaria uocant nonnulli lactucam caprinam. huius lacte se inscribatur corpus in sperfo, cum inatuerit, cinere literae apparet. & ita adulteras quidam alloqui uoluerunt, potius, quam codicillis. genera eius multa, charatias dicitur, qui masculus existimatur. ramus digitali crassitudine rubris, rugosisque quinque, aut sex, cubitali longitudine, a radice folijs penes oleae, nisi quod sunt longiora. in acuminibus coma uinea, ex semine cum mel decocto catapocia faciunt. unde uulgo hanc herbam catapociam uocant. Succum bibunt in posca, ut purget per aluum. item in posca aut aqua mulsis, ut purget per uomitionem. Alterum genus myrsiniten uocant. alij cariotem. folijs myrti acutis, & pungentibus, sed mollioribus. fructus nux uocatur. Inde cognome herbae graeca dedere. quippe κάρυον nucem uocant. tertium genus paralius uocatur, siue tithymallus folio rotundo. caule palmis alto. ramis stantibus ab radice quatuor, aut quinque, rubentibus. semipedali altitudine succi plenis. Quinnum cyparissiam nominant, quia folia habet compressi folijs similia. caule gemino, aut triplici. Caetero helioscopio simile, quod circa oppida nascitur. semine albo, columbis gratissimo. Nomen accipit, quoniam accipit cum sole circumagit από τού σκοπέει τον ήλιο, hoc est a considerando sole. Sextum genus est hoc, quod platyphylon uocari diximus. alij corymbitum. alij amygdalitem a similitudine nominant, nec ullius latiora sunt folia. pisces necat. aluum soluit radice uel folijs, uel succo. Septimum dendroides cognominant, hoc est arboreum. Quippe graeca δένδρον arborem uocant. Alij codion a cory similitudine. nam κώδιον pellis dicitur in petris nascens comosissimum ex omnibus, hoc quoque a foliorum tenuitate leptophyllon dicitur. Etenim λεπτός tenue significat. item a phyllon ennea phyllonherba, quae longiora folia nouena habet causticae naturae. imponitur lana circumdata, ne urat latus. Continuo enim pustulas excitat. lumborum doloribus, & coxendicium utilissimum. a pangendo autem paginae dictae sunt. Pangere figere est. unde uersus pangere, uel figere in aris dicuntur. Hinc per metaphoram pangere etiam pro narrare, & declarare accipimus. a pagina fit uerbum compago, hoc est coniungo. connecto, quod paginae simul coniunguntur. a pingo uero fit impingo, quod est infigo. a quo infixum dicimus. & compingo. coniungo. compono. a quo incompactum disiunctum. male compositum. & compactum coniunctum. Virgilius. Est mihi disparibus septem compacta cicuta. Fistula. Item compago compagnis, quae et compages compagis dicitur, hoc est coniunctio. compositio. confixio. Ouidius. Atque ita disparibus calamis compagine ceruae Inter se iunctis nomen tenuisse puella. Pagi. Saluete geminae mei compages sanguinis. item compactio, idem, quod compago, quae & pages dicitur. item propages, & propago, quae modo significant uitem uetula suppressam, ut ex una plures fiant, ita dicta, quod porro pangatur, hoc est longe figatur. hinc fit propago uerbum, quod proprie significat uitem uetulam suppressam. per metaphoram tamen accipitur pro exten



do dilato unde & propagator, & propagatrix. & propagatio. & propagatio pro genere usurpatur. sed cum genus significat, brevis est. Virgilius. Sic romana potens itala uirtute propagat. cum uero uitem, eadem syllaba produciatur. id est. Flexos propaginis arcus. item pala instrumentum rusticum uulgo notum. & palam aduerbium, quod significat clare. aperit. a quo pro palam eiusdem significationis. & propalo uerbum manifesto. aperio. & palus aqua in altitudinem, & palam latius diffusa. a quo palustre, quod ex palude est. & palam muliere uestimentum, quod palam & foris est. & palustrum, id est carrus (ut Varro sentit), quod ex omni parte palam sit, quod in eo uehitur. et repagula, quae patefacendi gratia, ite figuntur, ut contrario oppugnentur, haec & repages dicuntur. Plinius. Firmissima in rectum abies, eadem ualuarum repagulis, & ad quaelibet intestina opera aptissima. & pastinum ferramentum bifurcum, quo femina panguntur. Unde & repastinari dicta sunt a ueteribus uinea ueteres, quae refodiebantur. haec enim propria appellatio restibilis uineti erat. Nunc antiquitatis imprudens consuetudo, quicquid ementi soli uineis praeparatur, repastinatum uocat. unde quidam repastinari agrum dicunt, cuius habitus fodiendo mutatur. a quo repastinatio deducitur, quod aliquando pro renouatione usurpatur. item pectus, quod costis compactum est. et pecto uerbum eiusdem ferè cum suo simplici significationis. a quo pecten, quod fila in telis figit. a cuius similitudine & pecten dicitur, qui explicat capillum. item pecten cratis genus dentatae stilis ferreis. a quo pectinari terra dicitur. & plectrum, quo fides percipiuntur. Pecto etiam aliquando pro compono accipitur, & pro explicio. a quo fit pexo, unde pexae uestes dicuntur, quae pectine sunt contextae, & pexati appellantur, qui pexas uestes induiti sunt. Martia. Pexatus pulchre rides mea Zoile semper. A pecten uero pectinatum dicitur tectum illud, quod ad similitudinem pectinis in duas partes deuectum est, ut testudinatum in quatuor. pectorum uero gallicum uocabulum est, & genus quoddam uehicularum significat, quo uti Galli solebant. **POTERIT ESSE CONTENTVS** poterit sibi satisfactum putare. contentus proprie dicitur, cui in aliqua re etiam parua abunde satisfactum est. unde contentam naturam paruis, ac minimis rebus dicimus, id est cui paruae, & minimae res satisfaciunt. Virgilius. Patrijs sed non & filius aruis contentus. Cicero. Breuitatis causa familia contenti erimus una. Teren. Quia neque tu uno eras contentus, neque solus dedit. & a continendo deducitur contentus, quasi continet, quod animo satisfactum est, & in hac significatione non participium, sed nomen. Aliquando etiam dum nomen est, pro coniuncto, ac colligato accipitur. Virgilius. Contenta aruice trahunt stridentia plaustra. quando uero est participium significat id, quod continetur. Apuleius. Cuius pecunia omnis parua arcula contenta erat. interdum contentus non a contineo, sed a contendo deducitur. & tunc significat uel extensum. Virgilius. Huc rapidus iandudum arci contenta parato, tela tenens. Lucilius. Hic et muscipula contenta, ac scorpius cauda sublata, uel festinum, quia contendere (ut superius diximus) festinare est. a quo fit aduerbium contente. cuius comparatiuum est contentius. & superlatiuum contentissime. Cicero. Socratem ferunt, cum usque in Perreum contentius ambularet, quasi, tumque esset ex eo, cur id faceret. Hic obiter memorandum est Perreum, & Phalará duos celeberrimos portus fuisse duorum millium passuum muro Athenis iunctos. ab Isthmo uero quinqueaginta duorum millium passuum intervallo distantes. Continere proprie est intra se tenere, ut Aegypti partem Asia continet, partem Africa. Aliquando accipitur pro eo, quod est inuitum, &

quasi repugnans tenere. Terentius. Ruri ferè se continebat. Unde continens, & continentia deducuntur, quae ita a temperante, & temperantia separantur, quod continens paruas quidem cupiditates habere potest, a quibus tamen se uincere non sinit. temperans uero habere huiusmodi cupiditates non potest, quia in eo habitus quidam est re frenans illas, qui est in continente. Cicero. Ut quae copijs, & opibus ferre uix possimus, ea mansuetudine, & continentia nostra sociorum fidelitate tueamur. a continens fit eius contrarium incontinens, & a continentia incontinentia, quemadmodum a temperans intemperans, & a temperantia intemperantia. Item comparatiua, ac superlatiua eorum continentior. continentissimus. incontinentior. incontinentissimus. praeterea aduerbia continenter. continentius. continentissime. incontinenter. incontinentius. incontinentissime. Vterque Contente quoque aliquando pro parca, & continenter usurparunt. Plautus. Quamquam illum mater arctet, contenteq; habet. Continens etiam aliquando pro continuo, ac coniuncto accipitur. Cicero. Itaque cum exeratum per Cappadociae partem eam, quae cum Cialia continens est, iter faceret. Idem. in continentibus quidem terris uestrum nomen dilatare potest. Hinc Vlpianus continentes provincias uocat, quae Italiae coniunctae sunt, ut puta Galliam, et Germaniam. et continenter aduerbium pro coniuncte, continuèque accipitur. Plinius. Trium dierum sitim continenter tulit. Item cum feminino genere profertur. continens accipitur pro terra, quae non est insula, quam uulgo terram firmam appellant, ut ex Sicilia ad continentem parum intercapedis est. Neutro uero genere continens pro firmamento rationis a rhetoribus usurpatur, quod graeci συνέχων uocant. Cicero. Firmissimam argumentationem nominat. Ut si uelit Horstes dicere eiusmodi animi matris suae in patrem suum, in seipsum, ac sorores, in regnum, in famam generis, ac familiae, ut ab ea poenas liberi sui potissimum petere debuerint. continens quoque participium est praesentis temporis, et significat quicquid aliquid continet. Item a contineo fit continuo uerbum, quod est persevero. perago. Apuleius. Scaphas ascendere mari iter continuare. ab hoc continuum deducitur, significatque id, quod sine intervallo est, et continue ad uerbum perseveranter, assidue. & continuo alterum aduerbium, quod similiter pro iugiter, & in aeternum aliquando accipitur. Virgilius. Continuo has leger, aeternaque foedera certis impositis natura locis. proprie tamen statim significat, hoc est sine aliqua temporis intermissione. Plinius. Quod ammanducatum continuo ginguam sanat. Quod si negatio addatur tam huic, quam protinus, idem ferè significat, quod non adeo. Cicero. At si illae seditiones saluti huic ciuitati fuissent, non continuo si quis motus a populo factus fuisset, id est. Non in nefario crimine, & fraude capitali esset ponendum. Quintil. Non autem, ut quicquid praecipue necessarium, id ad faciendum oratorem maxime protinus erit momenti. Eandem etiam uim habet interrogatio, quam negatio. Idem. Continuo ne si ille stulte cogitauit, nobis quoque stulte dicendum est. Item a continuo fit continuatio, hoc est perseverantia, quae & continuitas a nonnullis dicitur. contineo autem ex con, et teneo compositum est. Tenere proprie est apprehendere. detinere. Virgilius. Nec te teneo, nec dicta refello. I. sequare Italiam uentis. Idem. Verum ubi correptum manibus, uinctisque tenebis. Sed per translationem aliquando ponitur pro habitare, possidere. Idem. Quae gurgitis huius ima tenes. Aliquando pro compescere, astringere. Idem. Texenda sepes etiam, & pexaus omne tenendum. Idem. Tenuitque inhians tria Cerberus ora. Interdum pro tegeve. Idem. Annis abundans, Exit & obducto late tenet omnia limo. Nonnunquam



pro dirigere. Idem. Sed nos qui tandem, quibus aut uenistis ab oris, quo ue tenetis iter? quandoque pro intelligere. Terent. Id pauer, ne ducas tu illam. tu autem, ut ducas. rem tenes. Item pro remorari. Virgilius. Hunc phœnissa tenet Dido. et pro implere. perficere. Idem. Ni teneant cursus. Idem. Fugam tenuisse per hostem, hoc est navigationem feliciter peregisse. a teneo tento deriuatur. Nam tentare experiri est, et exquirere, et uerbo, uel quasi manu tenere. Cicero. Tentare uolui, an ita dici possent, ut probarent. Virgilius. Vix prius praelia tentant. Quidam tamen non a teneo, sed a tendo deriuatum hoc uerbum existimant, quod qui tentant, quasi manum, aut aliam corporis partem tendunt. Ab hoc fit tentatio, et tentamentum, et praetento, hoc est ante tento. Plinius. Cochleae geminis corniculis praetentant iter, qui a carent oculis. et attento idem, quod tento. Petronius, dulcibus ac blandis uerbis animum eius attentans. et pertento, quod modo est ualde tento. Virgilius. Latinae tacitum pertentant gaudia pectus, modo leuiter tento. id est. blanda uicissim gaudia pertentant mentem. item a teneo tenor, hoc est ductus, continuatio. ordo. concentus. Virgilius. Alium ne habuisse tenorem crediderim. Tenor etiam accentus uocatur, quod teneat, hoc est dirigat sermonem. Sunt tamen qui tenorem a tono deductum uelint, ut superius diximus. qui prope graecum τόνος accentum dicunt. item tenuis secundum quosdam, quod quae tenuia sunt, facile tenentur, et Tenita, quae credebantur sortium Deae esse, quod tenendi haberent potestatem. et tenax, quod modo significat id, quod retinet, ut glutinum tenax, modo parcam, auarum. A pulcius, homo diues, sed nimium tenax. modo constantem. durum. perseverantem. Horatius. iustum, et tenacem propositi uirum. Virgilius. Tam fiti, prauique tenax, quam nuntia ueri. Ab hoc fit tenacior. tenacissimus. tenaciter. tenacius. tenacissime. tenacia, siue tenacitas, quod modo pro perseverantia, et duritia, modo pro parsimonia accipitur. et pertinax, durus. obstinatus, perseverans. a quo pertinacia. duritia. obstinatio, animi perseverantia. item pertinacior. pertinacissimus. et aduerbia pertinaciter. pertinacius. pertinacissime. Et tenebrae privatio lucis, quod teneant, hoc est impediunt oculos, et uisum prohibeant, unde tenebrosus, obscurus. et obtenebro, obscurificatio, et tenebrosus, tenebras faciens, et tenebricos, tenebras facio. et tenuis praepositio, quae propinquitatem significat, et quod dicimus usque ad. nam quod propinquum est, quasi tenere uidetur id, cui est propinquum. Quidam tamen tenuis a tendendo potius dictum uolunt. Quod haec praepositio extensionem quandam significare uideatur. item a teneo composita sunt attinet, et pertinet, quae ferè impersonalia sunt, quamuis aliquando personaliter proferrantur. Sunt autem eiusdem penè significationis, et significatio eorum Latissime patet (ut Pomponius iurisconsultus affirmat). Nam et ea attinere, siue pertinere ad nos dicimus, quae domini nostri sunt, et ea, quae aliquo iure possidemus, quamuis non sine nostri domini. item ea, quae in nulla nostra causa sunt, sed esse possunt. Hinc aliquando pertinere ad me accipimus pro eo, quod est officium meum esse, siue onus mihi incumbere. item obtineo, quod est consequor. adipiscor. Abstineo. tempero. et ferè idem, quod contineo. unde abstinentia fit, quam quidam a continentia non se parant. alij uolunt continentiam esse, cum nos a uoluptatibus continemus. Abstinentiam uero pro iustitia accipi, cum scilicet abstinemus ab alienis, nulli um afferentes. nihil cuiquam eripientes. Hinc abstinentes, et continentes dicuntur, et aduerbia abstinenter, et continenter, et comparatiua, si perlatinaeque eorum. Detineo. remoror. occupo. a quo detentor. detentrix. detentio. et detento frequenta uum. Sustineo, a quo sustento eiusdem significationis, unde

sustentaculum, quod aliquid sustinet. et alio modo fulcimen dicitur. Nam et fulcare sustinere est. Virgilius. Caelum qui uertice fulcat. Hinc fulcra dicuntur summæ lectorum partes, quibus tori sustinentur. idem. lucent genialibus altis Aurea fulcra toris. Cellius. Ne quod apud eius lecti fulcrum capsam esse constaret, eam ferre oporteret a fulcio fit compositum suffulcio, quorum passiva sunt fulcor. et suffulcor. Varro. Ut maioribus perticis suffulca uitae auras non pertimescant. Distinuo, arceo. repellio. extra teneo. Virgilius. Dum distinet hostem a ggerē murorum. retineo, remoror. teneo unde retina cula habentia dicuntur, quod iis equi, et alia animalia retineantur. Tenasmus non a tenendo deriuatur (ut quidam per ignorantiam existimant) sed graeca uox est τενασμός, et morbum significat in quo aequae, atque in torminibus frequens de sidendi cupiditas est, aequae dolor, ubi aliquid exaruitur, descendunt autem pituita, mucusque similia, interdum etiam leniter subruentia, sed his interponuntur nonnunquam ex abo quo que recente coacta. Dicitur autem tenasmus ἀπὸ τοῦ τένειν, quod extendere est, siue quia extenditur, hoc est intumescat intestinum, seu quia extendunt sese premeudo, qui conantur excre scere. Veteres tenni aliquando pro tenui usurparunt. EPISTOLA. Quae operi praepositur. Epistola graecum uocabulum est, diciturque ἀπὸ τοῦ ἐπιστῆλαι, quod mittere est, quia ad absentes mittitur. ideo enim inuenta sunt epistolae, ut absentes certiores facere possimus, siquid sit, quod eos scire oporteat. etiam ἀπὸ τοῦ ἐπιστῆλαιν, quod (ut dixi) significat mittere, dicuntur apostoli. T. Lini. Apostolos suos fregit in Senatu, hoc est epistolas. unde nunc libelli, qui a iudicibus, a quibus pronocatum est, ad appellatum mittuntur, dicuntur apostoli, cum nihil aliud sint, quam epistolae ea, quae in causa acta sunt, iudicantes. Latine epistolas, literas appellamus diu taxat multitudinis numero. Nam in singulari litera significat elementum, ut A. uel B. item manum scribentis. Cicero. Nam Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem uae literae. Reperitur tamen aliquando litera in singulari pro epistola apud poetas diu taxat. Ouidius. Quae legis a raptu Briseide litera uenit. Literas etiam uocamus disciplinae, quae literarum monumentis continentur. Unde dare operam literis dicimus, hoc est incumbere artibus, quae scriptae sunt. et literatus uocatur, qui in literarum studiis eruditus est. cuius contrarium est illiteratus, hoc est rudis, indoctus. Veteres etiam literosum dixerunt. Cassius. Homo mere literosus. A litera fit etiam diminutuum literula. et oblitero uerbum, quod est obscure facio, et ex hominum memoria tollo, quasi e literarum monumentis deleo, quod uerisimilius est, quam quod scribit Seruius a litore deduci, quia ibi notata, fluctibus aequari solent. Ab hoc fit obliteratio. Ab epistola uero epistolium deriuatur, hoc est parua epistola. et epistolaris, unde epistolares chartas, et epistolarem papyrum dicimus. Martialis, de charta epistolari. Seu leniter noto, seu atro missa sodali. Omnes ista suos charta uocare solet. VEL. Aut. V el enim interdum disiunctiua coniunctio est, ut hoc loco. interdum ponitur pro etiam. Virgilius. Carmina uel caelo possunt deducere lunam. Ab eo composita sunt uelut. et ueluti, de quibus superius diximus. TITULO. Indica libri. Titulus proprie index cuiuscunque operis, qui graecum ἔπιγραφος dicitur. unde in status, siue picturis titulum dicimus literas, quae uel artificis, uel eius, cuius statua, siue imago est, nomen demonstrat, uel tempus, quo factum est, declarat. Suetio. Plurima, et amplissima opera incendio consumpta restituit, sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pri-



stini auctoris memoria item titulus libri dicitur, qui uel qualitate operis, uel nomen auctoris, uel numerum librorum ostendit. Martialis,

Primus ubi est inquis, cum sit liber iste secundus,

Quid faciam, si plus ille pudoris habet,

Tu tamen, hunc fieri si mauis regule primum,

Unum de titulo tollere iota potes.

Dicitur autem titulus est a tuendo, quasi titulus, quod tuetur factum auctoris, et si quis alterius opus esse contendat, ueri opificis indicet nomen. Per translationem tamen ponitur aliquando titulus pro monimento. Apule. Auorum, et proauorum titulus Clarus. Tituli etiam aliquando uocati sunt milites, quasi tituli, quod patriam tuentur, unde et Titu praenomen ortu. et titulus uocabatur ornamentum capitis flammicarum, et uita purpurea innexa crinibus, et in altitudinem erecta, quod per eam flammica a caeteris mulieribus discernebatur. Tueri proprie uidere est. Virg. Exapiunt plausu pauidos, quod tudentes Dardanidae. Ab hoc composita fiunt inuicor. Obuecor. et contuecor eiusdem fere significationis. Ab obtuecor obtutus de riuatur, hoc est aspectus. Virgilius. Obtutusq; haeret defixus in uno. Quoniam uero rem nobis curam assidue uidendo protegere solent, factum est, ut tueri etiam pro defendere usurpamus. Cicero. Ut scirent maiore cura tueri, quae parata sunt. Ab hoc deriuatur tutus, quod modo actiuae significationis est, ut tuti urbs, quae nos defendit, modo passiuae, ut tuti sumus ab hostibus, hoc est muniti, et sine aliquo periculo, item tutor uerbum eiusdem significationis. et Tutor nomen, quod significat eum, qui uim, ac potestatem habet in capite libero ad tutandum eum, qui propter aetatem infirmam non potest se defendere, quae potestas iure civili ei datur, atq; permissa est. a quo tutela ipsa uis, atq; potestas appellata est. et tutorem, quicquid ad tutorem pertinet. item a tueur aedituus, qui aedes sacras tuetur, de quo superius diximus, et tutanus deus, qui homines tueri putabatur. Varro. Tutanium deum Romae omnes, qui laborant, inuocant, et Tutilina dea similiter. idem. Tuam fidem tutilina inuoco, quae adesse mortalibus soles. et tuto aduerbium, hoc est sine periculo. a nomine fit tutior. tutissimus, ab aduerbio tutius. tutissime. SOLENT. Consueuerunt. a soleo compositum fit assolet, quod fere usurpatur pro eo, quod est fieri solet. Apule. ingressi oppidum stabulum, ut assolet, perquirimus. item insolens, quod modo significat eum, qui non solet. Terent. Quid tu Athenas insolens? modo arrogantem, quod praeter legem agat solitatem, hoc est humanam, et naturalem. Cic. Nec erat uerendum, ne uera praedicans de se nimis uideretur aut insolens, aut audax. a quo fit insolentia. et insolenter aduerbium, et comparatiua, ac superlatiua eorum insolentior. insolentissimus. insolentius. insolentissime. item a soleo fit solitus. cuius contrarium est insolitus. et solitum consuetum. unde plus solito. et minus solito dicimus. FLORALES. Intelligit ludos, etenim adiectiuum est florales. Nam nomina, quae festos dies significant, neutra sunt, carentq; numero singulari, ut Compitalia. Bacchalia. Vinalia. Agonalia. et Floralia, de quibus iam diximus. ILLIS EPIGRAMMATA SCRIBUNTUR, QUI SOLENT SPECTARE FLORALES. Quasi dicat, qui possunt floralibus interesse non dedignabuntur epigrammata nostra legere. Floralibus enim nudae mulieres, et lasciuus uerbis, et obscenis corporis motibus sine aliqua uerecundia utebantur. quae obrem Scripio Nasica Senatui cauea theatri ad huiusmodi ludos celebrandos facere molientem grauissima oratione compescuit, persuasitq; ne graecam luxuriam humilibus patriae moribus paterentur obrepere. Tantumq; auctoritas eius ualuit,

ut Senatores per id tempus etiam subsellia, quibus ad breue hora spatium congestis in ludorum spectaculo iam uti ciuitas ceperat, deinceps prohiberet apponi, quamuis paruo tempore ea continentia durauerit. SCRIBUNTUR. Componuntur, literis mandantur. Scribere aliquando ex arare est, hoc est manu propria literas fingere, quod etiam librarij faciunt, aliquando est componere, literis mandare, quod etiam uno dictate, et altero ex arante fieri potest. Hinc scriptores non librarij, sed ipsi, ut ita dicam, auctores operum dicuntur. A scribo fit scripto frequentatiuum. a quo aliud frequentatiuum scripto. et scriptum opus compositum. et scriptura ipsa, ut ita dicam, ex aratio. et scriba, qui uel gesta, uel epistolas, uel tabellas scribit, praesertim iussu alterius. unde scribas pontificis maximi dicere possumus, qui literas eius scribunt. item scribas libranos, qui libros a nobis aeditos scribunt. item scribas tabularios, quos uocamus tabelliones. et scripturarius, qui tabellio etiam uocatur, quod scripturis omnia uel urbium, uel prouinciarum gesta publice complectantur. Lual. Publicanus uero ut Asiae siam scripturarius. et scriptio, hoc est scriptum, siue scriptura. Varro. Auarius faenerator spe lucri rem scriptione duplicat. Cicero. Impulsi sumus ad philosophiae scriptiones. et scribello, quo ueteres usi fuerunt pro scribo. a quo compositum fit conscribello. Varro. Astrologi non sunt, qui conscribello lauerunt pingentes caelum. Praeterea a scribo composita fiunt a scribo, quod aliquando significat addo. adiungo. unde a scripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut caeteris colonis adderentur. item a scripti milites dicebantur, qui supplementis legionibus a scribebantur, quos et ferentarios. et uorarios uocant. Aliquando tribuo imputo. Cicero. Neque enim mihi negligentiae uelimi a scribas. Circumscribo, deleo, quod cum de lere scriptum aliquid uolumus, linea quadam circumscribere solent. Per scribo in totum scribo. Transcribo, et Exscribo nota significationis describo, quod est ex primo, et proprietatibus quibusdam quasi quadam pictura ante oculos pono. interdum etiam de pingo, nam et scribere nonnunquam pro pingere usurpamus. Plynius. de Nicomacho pictore, scripsit et Apollinem, et Dianam, deumq; martem in leone sedentem. Quare et picturas legere dicimus. Virgil. Quin protinus omnes perlegerent oculos, quod ad imitationem graecorum factum est, apud quos reperit scribere, et pingere est. et pangs pictor. Graphia pictura, et scriptura. graphis penicillus. Plynius. Graphidis uestigia extant in tabulis, ac membranis, ex quibus proficere dicuntur artifices. Graphium stylus, quo in pugillaribus scribitur. a quo graphiarum, de quo alibi diximus. item pugonius genus. Suetonius, Caesar Casij brachium abrepto graphio traiecit. Zographos pictor animalium. Zographia animalium pictura, Anthrographos hominum pictor. Plynius. Dionysius nihil aliud, quam homines pinxit, ob quod Anthrographos cognominatus est. Rhyparographos sordidarum rerum pictor. Sic enim cognominatus est Pyreicus pictor excellens quidem, sed qui tonstrinas, ac sutrinus. assellos. obsonia, aliaq; huiusmodi humilia secutus est, quamuis haec pluris uenirent, quam maxime multorum picturae propter graeci sordidum dicunt. A grapho etiam grammata dicitur, quod literam significat. a quo grammatae ars literaria, hoc est quae in emendate loquendo, scribendoq; consistit, ut literas suas custodiant uoces, et uelut depositum reddant legentibus. et grammaticus nota significationis. et grammatocypion, qui capite summisso, et in genibus papyrus tenens scribit. item a grapho syngraphum scriptura, quae fit in alicuius rei fidem, et ab aliquibus simul conscribitur. Suetonius. Dubitauit a quibusdam usurandam, ac etiam







ab arguo deducitur argutus, hoc est falsus. acutus. Et cum lepore quodam, quæ cupit, dicens, faciens uerba, quasi acute arguens, unde acute. Et malitiose dicta, uel facta, argutia uocantur. Plautus, exi e culina, sis foras mastruga, qui intus mihi exhibes argutias. interdum tamen pro canoro, ac resonanti accipitur. Vir. Forte sub arguta considerat illice Daphnis. interdum pro breui exili, et quasi acuto. idē. argutumq; caput breuis alius, obesaq; terga. Ab hoc fit aduerbium argute, quod modo acute, modo sonore significat. Et argutor uerbum, quod aliquando significat loquax loquor, Et quasi sonum ore reddo. Neuius, Quando ad ludos uenit, alij cum tacent, totum diē argutatur, quasi cæca. Quandoq; accipitur pro subsilio, quia Et pedibus sonus quidam fieri uidetur. Titin. Terra hæc est noua, quasi ubi tu solius argutari pedibus. Aliquando etiam arguo pro reprehendo accipitur. a quo fit coarguo, Et redarguo eiusdem significationis. EPIGRAMMATON. Epigrammatum, græcis genitiuus plurali numeri. STUDIOSE. Diligens. assidue. Studium proprie definitur uehemens animi applicatio ad aliquid agendum, unde pro exeratione aliquando ponitur, ut cum dicimus studia literarum. hinc fit studiosus, quod modo assiduum, ac perseverantem significat, ut uir studiosus, ac diligens, modo pro cupido, Et alio rei dedito, atq; addicto accipitur, ut studiosus, laudis, studiosus gloriæ. i. cupidus laudis, Et gloriæ, Et studiosus Cesaris. item studiose aduerbium hoc est cupide. diligenter, Et studeo uerbum, hoc est do operam, in cumbo. RARI. Pauca. rarum. n. proprie dicimus, quod non est densum. a quo fit raro aduerbium. Cic. Sic ad hoc genus castigandi raro, inuitiq; ueniamus. interdum etiam rarum ponitur pro præstanti, quoniam omnia præclara rara sunt. Virg. Hic rarum tamen in dumis holus. A raro fit raritas. a quo rete, ut supra diximus, Et rarefacio uerbum. Et rarefio, rarus fio, quod Et rarefio dicitur. Et rarior. rarissimus. item aduerbia rarius rarissime. Et aliud aduerbium compositum perraro. item rarenter. Pompo. longe ab urbe uillitari, quod herus rarenter uenit. non uillitari, sed dominari est mea sententia. Et ralla uestis, de qua diximus. POST CINERES. Post mortem. quo tempore non obest inuidia, quæ a legendis uiuorum operibus homines sæ penumero retrahit. Ouid. Pascitur in uiuis liuor, post facta quiescat. Cineres ideo pro morte ponimus, quia ueteribus mortuorum corpora cremare, Et in cinerem redigere mos fuit. Antiquissimi tamen romani terræ suæ cadauera condebant. sed postquam longinquis bellis obrutos erui cognouere. tunc institutum, ut corpora cremarentur. Nemo ante Syllam dictator in Cornelia domo traditur esse crematus. ad autem ipse iussit fieri, talionem metuens, quoniam Caij Marij cadauer eruerat. Adhibere autem rogo mos fuit uarios odores. Et in funere Syllæ tantam a matronis uim odorum oblatam fuisse commemorant, ut præter eos qui in lethæ decem Et ducentis fuisse traduntur, quædam iustæ magnitudinis imago Syllæ formata sit. Et thure, annamq; admittendi pretij lictor compactus. Sepulti dicebantur quocunq; modo conditi essent. Humati non nisi humo coniecti. Sepultum quidam dictum uolunt quasi sine pulsu, sed falsum est. etenim a sepeliendo dicitur sepultus. sepelio uero a sepiedo deducitur. quia cadauer terra, uel lapide uel alio genere materiæ circūsepitur. inde sepulchrum deriuatur locus (ut Vlp. inquit) in quo corpus, ossaq; hominis condita sunt. Et sepultura quæ modo sepulchrum modo ipsum sepeliendi actum significat. Plyn. Post sepulturam aliæ manuum ambages sunt. sepultum aliquando per translationem pro eo accipimus, qui mortuo similis quasi sine sensu iacet. Vir. inuadunt urbem somno, uinoq; sepultam. Cinis puluis est in quæ materia uisita redigatur. a quo cinereus

deducitur, quod cineris est, ut cinereus color, Et cinereæ aues, quæ habent colorem cineris. item cineritius, unde subaneritius panis uocatur, qui sub cineribus coctus est. Veteres anefacio usurparunt, pro eo, quod est in cinerem redigo. Et anefactum dixerunt in cinerem dissolutum. Cinifiones quoq; a cinere dicti sunt, et anelones. Et cinerarij in eadem significatione pro parasitis ab officio calami strorum in cinere calfacendorum, quibus matronæ capillos crispabant. Hora. Custodes lecticæ, cinifiones, parasiti. Cinasonas uero acus uocant, quibus mulieres scalpunt.

AD EMPTOREM LIBRI. EPIGRAMMA. XXXI.

**Q**VI TECVM CVPIS ESSE ME OS. Docet studiosos librorum suorum ubi, Et a quo eos emere possint. QVOS MEMBRANA ARCTAT BREVI BV S TABELLIS. Qui exiguo uolumine sunt compacti. tabulis. n. libri teguntur. quondam autem Et ceratis tabulis, hoc est pugillaribus scribebant. Unde tabulæ numero plurali, siue per diminutionem tabellæ dicebantur testamenta siue aliæ publicæ scripturæ, ex quacunq; materia essent, quod initio ceratis tabulis scribi consueuerant. hinc tabelliones appellati, qui Et libelliones aliquando dicti sunt. Et tabularia, in quibus tabulæ hoc est actus publicæ continentur. Virg. Nec ferrea iura, insanumq; forum, aut populi tabularia uidit. A tabula etiam fit uerbum tabulo. a quo contabulo. unde tabulata loca dicimus coacta. Plyn. Vernisq; axibus contabulare. Tabulata etiam in arboribus sunt rami effusiones in plana tendentes non in altiora crescentes. Plyn. et uiluis detruncata a media inter ramorum scannæ digeritur nulla ferè uiginti pedum altiore arbore, tabulata earum ab octauo pede altitudinis dilatantur in collibus siccisq; a gris. Virgilius. Summaq; se qui tabulata per ulmos. ite a tabula taberna, quod ex tabulis fieri tabernæ principio sole rent, ut supra diximus. et tablinum locus atrio proximus, quod ferè ex tabulis constaret. A taberna tabernacula uocata sunt tecta astrensia, quod ueluti tabernæ quædam essent, licet pelibus contegerentur, Et attubernalis dicitur tabernæ continuus habitator. Et contubernium quasi contubernium, cohabitatio sub eodem tecto. et contubernales, qui sub eodem tecto habitant. Tabula lusoria dicitur, quæ tessæris, uel scrupis ludimus, interdum etiam utroq; Martialis,

Hinc mihi bisse no numeratur tessera puncto.  
Calculus hic gemino discolor hoste perit.  
Scrupus proprie calculus, hoc est breuis lapillus, qui calce pressus offendit. utrunq; ponitur pro eo, cum quo in tabula ludimus, prælij similitudinem effingentes. Quinti. An uero Scæuola in lusu duodecim scruporum cum prior calculum promouisset, essetq; uictus, dum rus petit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset, recordatus rediit ad eum, qui cum luserat, isq; ita factum esse confessus est. A scrupus fit diminutiuum scrupulus, quod proprie paruum calculum significat, metaphorice tamen pro difficultate accipitur. Seneca, sed mihi aduersarius scrupulum iniecerat. A quo scrupulosam rem dicimus, quæ in se difficultatem habet. item scrupulosum asperum, quod Et scrupum dicitur. Virg. Spelunca alta fuit, uastiq; immanis hiatus scrupæ. Ennius, scrupæ inuestita saxo. Quoniam uero calculus facere rationem solent. calculus aliquando pro ratione accipimus. Cicero. itaq; tibi concedo, ut si te aliquid dati pariter ad calculum reducat. Unde fit calculo uerbum. a quo

Qui tecum cupis esse meos ubicunq; libellos,  
Et comites longæ cupis habere uicæ,



bū. a quo calculator. calculatrix. calculatio. SCRINIA. Diximus superius scrinium a' discernendo dictum arcam esse, in qua pretiose res, ac secreta reconduntur, ut sunt libri. tabelle. unguenta. & similia. Alexander magnus inter spolia Darij perfarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro, gemmisq; ac margaritis pretiosum, cū varios eius usus amica demonstrarent. pudebat enim principem bellatorem, & militiā sordidum, unguentis uacare, immo Hercule inquit librorum Homeri custodiae datur, ut pretiosissimum humani ingenij opus ditissimo ope conseruetur. A' scrinio fit scriniolum diminutiuum. & scrinarius, qui publicarum tabularum curam gerit, quæ in scrinio reponi solent. CAPIT.

Continet, de quo superius diximus. VAGVS. discurrens uagi proprie dicuntur, qui sine negotio modo huc, modo illuc inutiliter discurrunt. dicti quod uagui, hoc est sine negotijs aguntur. Hinc uagari dicimus inutiliter peragere. & uagabundi uocantur, qui modo huc, modo illuc discurrentes tempus inutiliter absumunt. ERRES. Huc atq; illuc eas. Errare proprie uagari est. Virgilius. inter quas phœnissa recens a' uulnere dido errabat sylua in magna. sed quoniam peccades errando, hoc est uagando passantur, Errare aliquando pro passi usurpatur. Virgilius. Mille meæ siculis errant in montibus agnæ. item quia uagando sæpe a' recta uia deflectitur, errare aliquando pro peccare, & delinquere accipimus. a' quo fit error, quod modo delictum significat. & erratum etiam dicitur, modo uagationem, quæ & erratio proprie appellatur, siquidem doctiores errorem ab erratione ita distinguunt, ut error animi sit, erratio pedum. Terentius. sane' hac multo propius ibis, & minor est erratio, hoc est minus est spatij, per quod erretur. Hinc errabundi dicuntur, hoc est uagabundi. Et erronei (ut Vlpianus inquit) appellantur serui qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa uagantur, & temporibus in res uagationis consumptis seruis ad dominum redeunt. Virgilius. errorem pro dolo posuit ab eo, quod præcedit id quod sequitur. Aut aliquis latet error, equo ne credite teuci. Ab erro etiam erraticus deducitur. Vnde acorium herbam, quia passim nascitur, & ex intubi genere est, intubum erraticum uocant, & compositum pererro, quod significat uagor, siue per agro. CERTVS ERIS. Abusue certus eris posuit pro eo, quod est certior eris, de quibus superius diximus. SECVNDVM. Secundo scriba fuit Othonis. hic mortuo principe, cum ad Domitiani tempora peruenisset familiaris fuit Valerij Martialis, & carmina eius priusquam æderentur legenda quasi censor accipiebat. Martialis. Quod si legeris ista cum diserto, (sed nunquid sumus improbi) Secundo.

Deinde in uaria exemplaria transcripta uendebat. Hic enim mos apud ueteres fuit, ut bibliopola eruditi essent. & libros novos ab authoribus exigent, quos ueluti censes legebant, deinde transcriptos uendebant. LIBERTVM. Liberta apud ueteres in libertis maxime floruerunt, ut in hoc Secundo Luensis cuiusdam liberto, & prius in Tirone Tullio liber. Ciceronis. Item in laurea altero eiusdem liberto, qui uiuentis post Ciceronis mortem in illius uilla, quam Academiam uocauerat, & tunc ab Antistho uetere possidebatur, aquis calidis, quæ oculis saluberrimæ erant, præclarum illud carmen fecit, dignum, quod ubiq; legeretur.

Quod tua romana uindex clarissime lingua

Sylua loco melius surgere iussa uiret,

Atq; Academia celebratum nomine uillam

Nunc reparat cultu sub potiore uetus,

Hic etiam apparent Lymphæ non ante repectæ,

Hos eme, quos arctat breuius membraana tabellis. Ne tamē ignores ubi sim uenalis, & erres. Libertū docti Luensis quere Seruū dūm  
Scrīna da magnis, me manus una capit. Vibe uagus tota, me duce certus eris. Limina post pacis, Palladiūq; forū

Languida q; in fuso lumina rore leuant.  
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori  
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope,  
Ut quoniam totum legitur sine fine per orbem,  
Sint plures, oculis quæ uideantur, aquæ.

POSTLIMINA PACIS. Post templū pacis, quod Vespasianus pater, & Titus filius ædificauerunt foro proximum, & in eo uasa templi hierosolymitani, & uniuersa denaria constituerunt. Item ueneris imaginem, antiquorum digna fama, quamuis artifex eius ignoraretur. LIMINA.

Aditus. Limen enim dicitur omnis ingressus. Virgilius. Limen erat, cæcæq; fores, & peruius usus. Nec solum inferiorem partem significat, quæ sub pedibus est, & calari in ingressu domus, a noua uoluta sine scelere non poterat, quoniam sacra existimabatur, sed etiam superiorem. Neuius, exime limen superum, quod mihi misero sæpe confregit caput, inferum quoq; ubi ego omnes de fregi digites. Plautus. Sensim super attolle pedem limen noua uoluta. interdum etiam limen ponitur pro interiore parte domus. Virgilius. Penetrant aulas, & limina regum. A' limine fit limnaris, unde limnarem lapidem dicimus, qui est in domus ingressu. & limentinus deus, qui limnibus præesse putabatur. & elimino, hoc est excludo, expello, et quasi extra limen eicio. Cicero. Expellit hunc urbe, uel potius ex omni Italia eliminat. Pomponius. istuc manet eliminabo extra ædes coniugum. Actius. Egredere. exi. effer te, elimina urbe, Et postliminū, de quo supra diximus. & sublimis in altitudine eleuatus a' limine superiore. a' quo sublimo uerbum ex alto, & sublimitas exaltatio. & sublimiter aduerbium alte. Deriuatur autem limen a' limus, quod transuersum significat. nam limina in ostio transuersa locantur. et enim cū dissimulant se homines uidere, quod uident, & non recta facie, sed transuersa intuentur limi dicuntur aspicere. Terentius. Ego limus aspectu sic per stabellum clanculum. a' limus limus quoq; deducitur, quod modo transuersam uiam significat, modo terminum. Vnde limitatus ager dicitur in centurias diuisus. & limitare terminare est. Limites in agris duo maximi sunt cardo. & decumanus. Linus decumanus est, qui ab oriente in occidentem spectat. Cardo autem a' meridie in septentrionem. reliqui limites angustiores sunt, distantiq; iter sese paribus interuallis. Quando uero limus substantiuum est, cœnum illud mollius significat, quod ab aquis deferri solet. unde Limosam paludem dicimus, hoc est canosam. Hinc deriuatur limax, de qua supra diximus. At lima feminino genere instrumentum est fabrile uulgo notum. a' quo limo uerbum, quod proprie significat polio, & superflua detrabo. a' quo elimo, & delimo composita. & limatio. & limatura, quæ scorbem, hoc est puluisculum illum limando detractum significat.

Veteres limo aliquando pro delimo usurparunt. Apuleius. Anus muneribus delimitata consensit. Nonnunquam pro cœnum go. Plautus. Nam pater tuus nunquam cum illa limabit caput. Cælius. Hoc a' te postulo, ne cum meo gnato posthac limassis caput. Turpilium. Veritus sum ne amoris causa cum illa limas ses caput. Est etiā quando pro erado, & aufero accipitur. a' quo Limates dicuntur, qui exquirunt, ut aliquid auferant. Plautus. Limaces uiri, quod atterant & consumant. Scobina maior est, quam lima quosdam denticulos habens quibus erodit. A' quo scobes puluisculus dicitur, qui ex lignis fit, aut alia huiusmodi materia. Plinius. Proxima Syria supra phœnicem styraem gignit, circa cassium Seleucia montem. Arbor est eodem nomine cotoneo malo similis. Lacrymæ ex austero iucundioris intus similitudinis harundinis sucto prægnans. in hac arca canis ortum aduolant pennati uermiculi erodentes ob id in

30

40

50

60

D



scobe fordesat. item scobino uerbum, quod est saucio, abyrodo. a quo desobino, et passina eorum scobinor, ac desobinor. Varro. Sim autem delectationis causa ueniamini, quanto satius est saluus cruribus in arco expektare, quam hic desobinatis in sylua currere. Scobem etiam per metaphoram pro quacunq; immunditia accipiunt. unde scopa dicta est, quasi scoba instrumentum, quo domum uerrimus, hoc e quo scobem educamus. Martialis. in pretio scopas testatur palma fuisse. Hinc scopa regia dicitur frutex palmae similis. Et scopa amerina similis genistae, nisi quod folia minutiora habet, et uirgus lentiores. Scopas etiam dicimus uirgus seu putamina inuulua cuiuscunq; herbae, uel fructus folijs salicet, floribusq; et fructibus detractis, quod his ad uerrendum utamur. unde manuales scopas chamemeli dicimus, quos medici recentiores dicunt manipulos chamemullae. FORVM PALLADIVM. Foru latum, i quo Domitiani colossus erat, ad cuius sinistram erat templum Palladis, sicut ad dextram templum pacis. Papinius. Quae superimposito moles gemmata colosso, stat latum complexa forum. idem paulo post. Dextra leuat pugnas, laeuam tritoniam uirgo non grauat. Tria enim fora iudicaria tempore Martialis Romae fuisse manifestam est. Forum latum, siue romanum, omnium antiquissimum forum Caesaris dictatoris, in quo loriatam sibi fieri statuam passus est. et foru Augusti, quod cum aede martis ultoris extruxit, et in eo Caesarem et Pollucem cum uictoria, et Alexandro magno. item belli imaginem restrictis a tergo manibus Alexandro in curru triumphante, insignia Apellis opera dicitur. Mar. causas iquit agam Ciceroe disertus ipso, atq; erit in triplia partu hi nemo foro. Aedificauit deinde aliud forum Nerae imperator. item aliud diuis Traianus structura mirabili, in quo columna adhuc integra cernitur centum quadraginta cubitoru altitudine, in qua res gestae eius principis admirabili opere inscriptae cernuntur.

AD LIBRVM SVVM/EPIGRAMMA XXXII.

**A**RGILETANAS. Monet libellum suum iam properantem exire, ne festinet, praestare enim ut domi maneat, et literas domini patiat, quam i aliorum censuram ueniat. in quo nos instruit, ne aditio operum nostrorum praecipitur. Deamumq; (ut inquit Horatius) prematur in annum. SCRINIA NOSTRA. Arcae in quibus libri, ut diximus, recondi solent. Martialis de scrinio. Constrictos nisi das mihi libellos, Admittam tineas, trucesq; blattas. ARGILETANAS. Quae in Argileto erant, de quo supra diximus, in quibus tenebantur libri uenales. Horatius. Nulla tabella meos habeat, uel pila libellos. NESCIS. Ignoras. Hoc tamen interest inter nescire, et ignorare, quod si huic uerbo nescit praeponatur uox uniuersalis affirmatiua, fit propositio particularis negatiua. eteni cum dicimus omnis homo nescit legere, idem est ac si diceremus, aliquis homo nescit legere. Si uero praeponatur uox uniuersalis negatiua, fit oratio uniuersalis affirmatiua. Na cum dicimus, Nullus homo nescit deum esse, idem est ac si diceremus, Omnis homo scit deum esse, quod si post uerbum nescit, ponatur uox particularis affirmatiua, fit propositio uniuersalis negatiua, ut si dicamus, nescit aliquis diem mortis suae. idem est enim, ac si diceremus, Nullus scit diem mortis suae. E contrario uero si huic uerbo ignorat uox uniuersalis affirmatiua, fit uniuersalis negatiua. idem est

*Maiores usquā zombi, iuuenesq; senesq;  
Et pueri nasam Rhinocerotis habent.  
Auderis cum grande sophos, dū basia raptus,  
Ibis ab excusso missus in astra sagae.  
Sed tu ne toties domini patiare lituram?  
Nēue notelusus trisulis arundo tuos.  
Aethereas lasiue cupis uolitare per auras,  
I fuge, sed poteras tutior esse domi.*

*Argiletanas mauius habitare tabernas,  
Cum tibi parue Liber sermīa nostra uacent.  
Nefis heu nescis domine fastidia Romae.  
Credemibi nimium, Martia turbas sapit.*

enim Omnis homo ignorat diem mortis suae, et nullus homo scit diem mortis suae. Si uero praeponatur uox uniuersalis negatiua, fit propositio uniuersalis affirmatiua. idem namq; est, Nullus homo ignorat se mortalem esse, et omnis homo scit se mortalem esse. Si autem post ignorat ponatur uox particularis affirmatiua, fit propositio particularis negatiua. eteni si dicamus, ignorat aliquis diem mortis suae, idem est ac si diceremus, aliquis non scit diem mortis suae. Nescio autem ex ne et scio componitur. Scire autem proprie est, re ratione, et per causam cognoscere. a quo scientia dicitur rerum, quae sunt immutabili ratione comprehensio. Cicero. Ars enim eorum est quae sciuntur. Orationis autem omnis actio opinionibus non scientia continetur. Ponitur tamen frequenter scio pro cognosco intelligo. a quo fit scisco inchoatum, et participium sciens. et scienter aduerbium. Differt autem non parum sciens scia, ab eo, quod est scienter scia. Nam sciens scia, idem est, quod cum facerem, sciam me facere illud, at scienter scia, idem est quod cum doctrina, et scientia scia, hoc in laudem semper accipitur, illud prius, modo in laudem, modo in uituperationem, quemadmodum si dicamus prudens scia. et prudenter scia. item insciens, imprudens, ignorans scia, inscienter, impudenter, ignoranter scia. Haec enim posteriora semper in uituperationem accipiuntur, sicut scienter scia semper in laudem, illa uero priora, modo in laudem modo in uituperationem. Item a scio sciens, quod modo actiue si gnificationis est, et idem est, quod sciens, argutus. Unde sciae Platonis interrogationes dicuntur, modo passiuae. Terentius. Satus puer natus est e Paphilo, quasi scite, et docte factus, hoc est elegans, placens, sicut e contrario inscium dicitur ineptum, et minime placentem. idem, inscium afferre iniuriam me tibi immerenti. Hinc scite perite, et eleganter dicitur. et inscite, imperite, incomperte. Item a scio sciens, qui putat se multa scire, et scius, qui scit, a quo inscius, qui nescit, et nescius quoc; dicitur. et insatia ignorantia, et insator, quod est sciendi causa interrogo. Terentius. Procul hinc libet quid scit scisatari, hoc et scitor dicitur. Virgilius. sciatum oracula phoebi Mutimus. et salicet quasi scire licet, de quo superius diximus. et rescio, a quo resciso, de quibus superius diximus. et conscio, quod fere ad mortem pertinet. Plerumq; enim sic legimus. Mortem sibi ipsi consciauit, mortē tibi ipsi conscias. Mortem mihi ipsi consciam. Cogit te ad mortem tibi ipsi consciascēdam, hoc est se ipsam interfecit, te ipsum interficias. me ipsum interficiam. cogit ad te ipsum interficiendum. Quod ex eo tractum est, quod qui interficere sese deliberant, sibi ipsi conscij sunt, nec rem cum alijs communicant, ne sint sibi impedimento et conscias, modo is qui cum alijs aliquam re cognitam habet, modo idem quod scius, a quo fit conscientia, quae similiter de pluribus, modo de uno dicitur, de pluribus. Sallustius. Tū scelerum suorum, in primisq; conspirationis conscientia solliciti, quo se uerterent, non uidebant. De uno, Seneca. sed hi certe feliciores, qui ante actae uitae conscientia possunt esse contenti. et praescio, ante scio, praescio. a quo praescius, hoc est praecognitor rerum futurarum, unde praescientia, hoc est praecognitio, et prouidentia. quamuis aliqui prouidentiam a praescientia ita distinguant, ut prouidentiam in deo esse dicant, cognitionem futurae beatitudinis hominum, quam et praedestinationem uocant. Praescientiam uero e contrario cognitionem futurae damnationis. et scibile, quod sciri potest, hoc est intelligi et cognosci. HEV. Interiectio dolentis est, et interdum geminatur heu heu. aliquando etiam heheu dicitur. 60 et quandoq; est aduerbium respondentis, sicut heus uocantis. Virgilius. Ac prior heus inquit iuuenes monstrate mearum uis distis siquam hic errantem forte sororum. Nonnunquam tamen heus



men heus quoque interfectio dolentis est. Idem heus etiam mensas consumimus inquit Iulus. Heus et interfectio est metuentis. Ouidius Heus Bacche sonat. DOMINAE. Epitheton est urbis Romae. quod regna sit orbis terrarum. FASTIDIA. Quam facile fistidit et stomachatur opera auctorum. MARTIA TURBA. Multitudo romanorum. qui a Marte originem ducunt. Aeneas. Ascanium genuit. qui sub Albano monte Albam aedificauit, quae ab situ porrecta in dorso urbis longa alba appellata est. Lauinium nouercae reliquit. Post hunc Syluius eius filius regnauit casu quodam in syluis genitus. Syluius Aeneam syluium creat. Is latinum syluium. a quo coloniae aliquot deductae prae Latini appellati. Mansit postea syluii cognomen omnibus, qui Albam regnarunt. Latino ortus est alba. Alba Atys. Atys capis. caperis. capeto. tyberinus. qui in traiectu albulae amnis submersus celebre fluminis nomen dedit. Tyberino Agrippa filius successit. Agrippae Romulus Syluius, qui fulmine ictus regnum per manus Auentino filio tradidit. Auentinus in eo colle sepultus, qui nunc est pars Romanae urbis cognomen collis fecit. Regni successorem Procam reliquit. Proca Numitorem, atque Anulum genuit. Regnum Numitori legauit, quod natiua maior esset. Sed Anulus pulso fratre regnauit. Hic stirpem omnem fratris uirilem necat. Fratris quoque filii Rheae Syluae per speciem honoris, cum uestalem eam legisset, perpetua uirginitate spem parui adiuuit. Sed uic compressa uestalis, cum geminum parum edidisset, seu ita raris, seu quod deus auctor culpa honestior uideretur, Martem incerta proles patrem nunc cupit, ipsa in custodia a rege datur. pueri in profluentem aquam mitti iubentur. Erat tunc forte tyberis leuibus stagnis super ripas effusus, nec adiri usquam ad iusti amnis cursum poterat, et infantes, quamuis languida aqua, mergi posse uidebantur. itaque illi, quibus datum eiu(s)modi negotium fuerat, tanquam defuncti regis imperio in proxima illunice, ubi ficus Ruminalis fuit, Rumularem antea dictam perhibent, pueros exponunt. Mox alueum fluitantem tenuis in sicco aqua reliquit. Eo cum lupa sitiens e proximo montibus descendisset, ad puerilem uagnum accurrens submissas infantibus adeo miti praebeuit mammam, ut a magistro regis pecoris lingua lambens pueros inuenta fuerit. Faustulo huic nomen erat. ab eo ad stabula delati pueri Laurentiae uxori educandi traduntur. Sunt qui Laurentiam uulgato corpore lupam uocantem inter pastores putent, atque ita locum fabulae danum, ita geniti atque educati, cum adoleuissent primo uenando peragere solent, deinde animis, atque corporibus robore sumpto iam non feras tantum persequi, sed in latrones praedae onustos impetum facere, apta pastoribus diuidere ceperunt. Quia propter die quadam illi insidiati latrones, cum alter qui uocabatur Romulus, uis defendisset, alterum Remum appellatum ceperunt, captumque Anulo regi tradiderunt, hoc maxime crimini dantes, quod in Numitoris agrum impetum facerent, indeque hostilem in modum collecta iuuenum manu praedae agerent. Sic Numitori ad supplicium deditur Remus. fuerat ab initio spes Faustulo regiam penes se stirpem educari. Nam et expositos iussu regis infantes saebat, et tempus quo ipsos sustulisset, ad id ipsum congruere, sed rem, nisi per occasionem, aut necessitatem aperire noluerat. Hac itaque necessitate coactus rem Romulo indicat. Forte et Numitori, cum in custodia remum haberet, audissetque geminos esse fratres comparando aetatem eorum, et ipsam minime seruilem indolem ortu suspitio fuerat nepotes hos suos esse, et sciscitando eo peruenire, ut ferme remum agnosceret. ita undique Anulo regi dolus nequitur. Romulus alijs alio innere missis pastoribus, certo tempore ad regi-

am impetum facit. et a domo Numitoris alia comparata manu adiuuat remus, ita regem obruncant. Numitorem autem regem saluant, sic Numitori Albana re permissa Romulum, Remumque cupido inaccessit urbis in illis locis, in quibus expositi atque educati forent condendae. Erat cum illi multitudo albanorum, latinorumque ad id multitudo pastorum accesserat. Sed quoniam Gemini essent, nec aetas discrimen facere possit orta inter eos contentio est, uter nomen dare nouae urbi deberet. Conueniunt igitur, ut dii in quorum tutela ea loca essent, augur illi cum eligerent, qui urbi nomen daret, conditamque imperio regeret Palatinum romulus. remus Auentinum ad inaugurandum templum capiunt. Priori remo augurium fertur sex uultures. nuntiatur id romulo, cui cum mox duplex numerus sese ostendisset, uterque rex a sua multitudine consalutatur, tempore illi praecipito, at hi numero autem regnum sibi portendi assueuerant. Res in certamen uertitur. ictus in turba remus cadit. Vulgatior fama est, Ludibrio fratris remum nouos uultures transfuisse. et ob id ab irato romulo occisum, additis uerbis, ut in posterum quisquis alius moenia transfisset, eodem modo puniretur. Sic potius imperio romulus urbem condidit, conditamque e suo nomine Romam appellauit. A Roma romani et romanenses appellati. Romana porta de quibus diximus. A romulo romulidae, et romulea tribus. a remo remulimus ager dictus, quod ab eo possessus fuit. et remeria locus in summo auentino, ubi remus de urbe condita fuerat auctus. NIMIVM SAPIT. Acrioris aensurae est, plus intelligit, quam oportet. Sapere proprie ad sensum corporis pertinet, significatque saporem habere, capiturque fere in bonam partem. hinc sapor deducitur. et sapor, hoc est gratum saporem habens. a quo aduerbium sapide, quorum contraria sunt insipidus et insipide, hoc est sine sapore. a quibus comparatiua et superlatiua fiunt sapidior. sapidissimus. sapidius sapidissime. insipidior. insipidissimus. insipidus. insipidissime. Item sapa, de qua supra diximus, a suauitate saporis. Transfertur tamen ad animum quoque sapio. et idem est quod recte sentio. Ab hoc fit sapientia, quae definitur rerum diuinarum atque humanarum scientia. Graece sophia dicitur, et qui eam profitentur, sophi hoc est sapientes appellantur, quod nomen seipsum illis clarissimis uiris inditum fuit Thaleti milefio, soloni salaminio. chiloni laedae monio. pittaco mityleneo. Bianti prieneo. cleobulo lyndio. perianthro arinthio. Sed postea pythagoras primus non sopherum se, sed philosophum appellauit, hoc est non sapientem, sed sapientiae amatorem, et scientiam ipsam non sopheriam amplius, sed philosophiam nuncupandam existimauit, quod nullus hominum, sed solus deus sapiens esset, quem omnes postea secuti non Sophos se amplius, sed Philosophos dici uoluerunt, quorum alij ab oppidis nomen sumpserunt, ut helienses. megarrenses. cyrenatici. Alij a locis, ut academici. stoici nonnulli ab euentibus, ut peripatetici, quidam a probrijs. ut Cynici, plerique ab effectibus, ut Eudemones. Aliqui ab elatione et fastu, ut qui se philatethes, hoc est ueritatis studiosos nuncuparunt. Sunt item qui a praceptoribus. ut socratici. et epicurei. Praeterea alij, quod de natura rerum scripserunt, quae graece phisica dicitur, phisici sunt appellati, alij qui a graecis moribus uersati, ethici. graeci enim uerbi moribus uocantur. alij a τὸ τοῦ διαιτητικοῦ, hoc est a differendo dialectici, qui scilicet uerborum, ac rationum a communibus conflantur. Quippe philosophia omnis in tres partes diuisa est. phisicam. ethicam. et dialecticam. Phisicae proprium est de mundo, et illis, quae in eo sunt differere. ethicae de moribus, uitaque hominum tractare. Dialecticae, amborum partium afferre rationes, Nam ea, quae de illis, quae supra



naturam sunt tractat, caret nomine. Aristoteles  $\mu\epsilon\tau\alpha\ \tau\alpha\ \phi\upsilon\sigma\iota\kappa\acute{\alpha}$  metaphysicat, hoc est supernaturalia uocat. a physice physicus deducitur. Et physiognomus, qui ex inspectione forme naturam cuiusque prae-dicit, cuius ars physiognomia dicitur. Nam qui ex facie tantum hominis iudicat. Metoposcopus uocatur  $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\upsilon\ \sigma\upsilon\omicron\tau\epsilon\upsilon\ \tau\omicron\ \mu\epsilon\tau\omega\pi\omicron\upsilon$ , hoc est ab inspicenda ac consideranda fronte. Plynius. Alexander imaginum similitudines adeo indiscrete pinxit, ut incredibile dictu Ap-pion grammaticus scriptum reliquerit quendam ex facie hominum addiuantem, quos metoposcopus uocant, ex ijs dixisse aut futurae mortis annos, aut praeteritae. Pythagoras adole-scentes, qui sese ad discendum offerebant,  $\epsilon\phi\upsilon\sigma\iota\omicron\gamma\iota\mu\omicron\varsigma$ , id est mores, naturasque eorum coniectione quadam de oris, & uultus ingenio, de quo totius corporis filo, atque habitu sciscitabatur. Tum qui idoneus uidebatur, recipi in disciplina mbebat, & tempus certum tacere. is autem qui tacebat, quae dicebantur, ab alijs audiebat, neque percontari, si parum intellexerat, neque commentari quae audierat, fas erat, nec minus quisquam tacebat, quam biennium. hi prorsus intra tempus tacendi, audiendique  $\alpha\upsilon\omicron\upsilon\varsigma\ \mu\omicron\delta\iota$  id est auditores dicebantur, At ubi res didicerant, omnium rerum difficillimas tacere, audireque, atque esse iam coeperant silentio eruditi, cui erat nomen  $\epsilon\chi\epsilon\ \mu\upsilon\beta\iota\alpha$ , hoc est taciturnitas, tum uerba facere, & quae erere, quaeque audissent scribere, & quae ipsi opinarentur ex promere licebat. hi dicebantur  $\mu\alpha\theta\eta\ \mu\alpha\tau\iota\omicron\iota$ , hoc est mathematica, ab ijs scilicet artibus, quas discere atque meditari inceperant, quoniam geometriam, musicam, ceterasque disciplinas aliores  $\mu\alpha\theta\eta\ \mu\alpha\tau\alpha$ , hoc est disciplinas ueteres graeci appellabant. Vulgus autem tam caldeos, quam magos mathematicos uocat. Exinde autem his scientijs ornati ad perdis-cenda mundi opera, & principia naturae procedebant, ac tunc denique nominabantur  $\phi\upsilon\sigma\iota\omicron\iota$ , hoc est physici, id est naturalis. Omnes autem qui a Pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant, quicquid familiae, pecuniaeque habebant, in medium dabant, & coibatur societas inseparabilis, tanquam illud fuerit antiquum consortium, quod re atque uerbo Romano coenobium, hoc est contubernium appellatur. Ab ethice ethicus, & ethia, hoc est moralia. A dialectice dialecticus. A sapiens uero sapientior, sapientissimus, sapienter, sapientius, sapientissime. item contrarium eius insipiens, hoc est stultus. a quo insipientior, insipientissimus, insipienter, insipientius, insipientissime, & insipientia stultitia. item a sapio saperda, hoc est sapientes elegantes. Varro. Omnes uidemur nobis esse belli, festiui, saperdae. cum sumus caenopi. Nam quod festus Pompeius scribit saperdam genus esse pessimi piscis, ubi legitur, ipse dicit. item compositum desipio, quod est insanio, siue quod aliquid a communi sensu, sapientiaque minus habeo, siue quod a meo sensu destitutor, quod uitium ferere aut etate prouenit, aut morbo, aut amore, aut timore, aut ebrietate, aut nimia ira, aut aliquo simili affectu. ab hoc fit desipisco, cuius contrarium est alterum eius compositum resipisco, quod est ad priorem mentis statum, uel ad meliorem mentem redeo. Terentius. Multo me omnium fortunatissimum puto esse gnate, cum te intelligi resipiscere. NIMIUM. Nimis, & nimium aduerbia sunt augendi, si significantque, quod graece dicitur.  $\alpha\upsilon\chi\epsilon\iota$ , hoc est plus satis. Reperitur & nimius a. u. ut nimia lectio usum reddit hebetiorem. nimio labore exhauriuntur uires. Quidam etiam reatiores nimietatem pro superfluitate usurpant. RONCHI. Derisiones ut supra diximus. PVERI. Non solum inquit iuuenes, & senes, sed etiam pueri ad irridendum prompti sunt. Puer, ut Paulus iurisconsultus affirmat, treis si gnificationes habet.

Vnam cum omnes seruos pueros appellamus, aliam cum puerum contrario nomine puella dicimus, hoc est cum mares significamus. Tertiam cum aetatem puerilem demonstramus. Ponitur etiam interdum puer pro filio more graeco. Virgilius. A satiusque puer. Vnde puerpera, quae recens peperit siue marem, siue foeminam. a qua puerperium, de quibus superius diximus. A puer fit diminutiuum puellus, hoc est paruus puer, siue paruus filius. Lucret. Cumque hic tam formosus tibi, ac te dignus puellus. Ennius. Diuis uos solui uestros sacrare puellos. Sicut foemininum puella, a puera, quod apud ueteres in usu erat. Varro. Properate uiuere puerae, & dum sinit aetate, ludere, esse, amare. & ueneris tenere leges. idem, sic in priuatis domibus pueri liberi, & puerae ministrabant. & puellaris, pro puerili. Quintilianus de filia de sancta, Tum etate tam puellari praesertim meae comparata. Et puellasco, quod significat effoeminor. Pacuius. Puellascunt lasciuia adole-scentes, aliquando refloreo, & quasi ad pueritiam redeo. Varro. Quod non solum innuba sunt communes, uerum etiam ueteres puellascunt. item per synopen pullus, quod proprie significat paruum puerum, & paruum filium, unde paruos foetus quorumcumque animalium, quinetiam arborum, atque plantarum pullos dicimus, ut pullus hirundinis. pullus equi. pullus asini. Pulluli plantariorum. per diminutionem enim pullulus a pullus deducitur. a quo fit uerbum pullulo, quasi facti ficio, a quo pullulatio. Plynius. Natura & plantaria demonstrauit multarum radiabus pullulante sobole densa, & pariente matre, quos enecet. eius qui ppe umbra turba. idgesta premitur, & i lauris punicis. platanis. cerasis. prunis. pauorum i hoc genere rami parant soboli. ut ulmorum, palmarumque. Nullis uero tales pulluli proueniunt, nisi quatuor radices amo-re solis, atque imbris in summa tellure spatiantur. idem. Sed pullulatio plerumque nutritibus obest. Valla uir nostra etate doctissimus, pulli inquit sunt pecudum. Canili ferarum. siue immanium, siue mitium. foetus auium & piscium. sed nos in ueritatis impulsu dissentire in hoc ab eo, ut in plerisque alijs cogimur. nam foetus non auium tantum, & piscium. sed generaliter omnium animalium etiam rationalium est, quin & rerum quoque inanimatarum, ut foenum terrae foetum dicimus. a quo nomen habet. & foenus foetum pecuniae. a quo simili modo ita uocatur. Plynius de homine. Legimus mulierem aegyptiam binos foetus quater enixam. idem de feris, totus tigris foetus, qui semper numerosus est ab insidiatore rapitur equo. idem de terra. Quod si innumerabiles terrae foetus consideremus, nulla est natura tanta benignitas. Pullus uero non tantum de pecudibus dicitur, sed etiam de auibus, maximeque gallinis. unde pullaster fit & pullastra, quae duntaxat gallinaei generis sunt. Plynius. Ante, quam gallina pullos excludat. idem. inter columbarum pullos saepe oua inueniuntur, & alij prouolant, alij erumpunt. ipsi deinde pulli quinque-mestres foetificant. item de apibus. idem. Apes cum incubant, maxime murmurant, caloris ut putant, faciendi gratia, necessarii excludendis pullis. item de equis. idem. Quae propter subreptos statim pullos in tenebris aquarum uberibus admo-uent, et de asinis. idem. Pullos asinarum epulati Meconas insituit, multum eo tempore praelatos onagris, & de plantis ut paulo ante ostendimus. Catulos autem de canibus. feris. muribus. piscibus. lacertis, serpentes dicit late superius differimus. Manifestum est igitur pullum generale nomen esse terrae, atque imbecillae aetatis. Vnde apud ueteres dicebatur quis pullus eius esse, a quo obscene amabatur. Hinc Q. Fabius, cui propter candorem eburno cognomen fuit, pullus iouis uocatus est, quod eius natis fulmine tacta fuisset. A pullus pulli nus deducitur,



nus deducitur, unde pullini dentes uocantur, quos primum e-  
 qui iaciunt item pullus adiectiuum, quod significat natiui co-  
 loris, a quo pullatus, & pulligo deriuantur, de quibus abun-  
 de superius diximus. Item pulis, quia potissimum dabatur pul-  
 lis in auspicijs, quod ex ea necesse esset aliquid decidere, quod  
 tripudium faceret. Hac longo tempore usi sunt Romani pro pa-  
 ne, unde pulmentaria appellatur, de quibus inferius dicemus.  
 & sacra prisca atq; natalium pulite fritilla longo tempore con-  
 fecta sunt. A puer etiam puerilis deducitur. & pueriliter ad-  
 uerbium. & pueritia, quod modo etatem puerilem significat,  
 modo pro puritate accipitur. V arro. Ea erat matronae simplici-  
 tas. & pueritia. & honestas. item puerilitas, quod non etat-  
 tem, sed actum aliquem puerilem significat. Seneca. Qui pue-  
 ritiam eius, siue potius puerilitatem ludibrio habuit. Et puer a  
 suo puer fio. a quo repuerasco, quasi in puerilem etatem reuer-  
 tor, quod de senibus ferè dicitur, cum desipere uitio etatis inci-  
 piunt. Quando uero de pullis. catulis, & foetibus diximus, il-  
 lud obiter addendum uideatur. ceruorum, atq; precolorum. dama-  
 rum. leporum. aliorumq; huiusmodi animalium filios hin-  
 nulos uocari, a uoce, quam reddunt equinae simili. Nam hin-  
 nire proprie equorum est, inde hinnius equina uox. & hin-  
 nibunde pro hinniter. Claudius in annalibus. Equae hinni-  
 bunde inter se pergentes terram calabus pulsant. Himus ue-  
 ro & hima. & himulus. & himula uocantur, qui ex equo  
 & asina nascuntur, quos quidam burdones appellant. Nam  
 qui ex asino & equa oriuntur muli & mulae dicuntur, a qui-  
 bus muliones appellantur, qui mulos clutellarios, siue quadriga-  
 rios duunt. Muli non generant, nec ferè ullum animal, qd  
 ex duobus generibus natum tertij generis factum sit. Legitur  
 tamen in annalibus mulas aliquando peperisse, sed id prodi-  
 gij loco habitum est. Theophrastus uulgo parere in Cappado-  
 cia affirmat, sed esse ibi hoc animal sui generis. Mulum octo-  
 ginta annis uixisse Athenis memorant. Hunc cum Athenien-  
 ses templum in arce facerent ob senectam derelictum, caden-  
 tia iumenta comitatu, iuxtaq; exhortari solitum, proptereaq;  
 decretum ab Atheniensibus ne frumentarij negotiatores ab in-  
 ternubus eum arcerent. Asini in achata optimi sunt. Arca-  
 des in Italia reatini. Scribit V arro asinum quadringentis mu-  
 nis a Q. Axio senatore emptum fuisse, quod & gerendo  
 oneri, & arando optimus esset, sed mulatum maxime proge-  
 neratoni aptissimus. Pullos asininos esse i conuuijs Mecenas  
 docuit mulatum praelatos eo tempore onagris, sed illo moriente  
 auctoritas quoq; interijt saporis. Ab asino asellus diminuti-  
 uum fit, & asininus adiectiuum. & asinus uiri cognomen.  
 Asinus uero a graeco deducitur, quod est onos unde onager di-  
 ctus quasi onos a grios, hoc est Asinus a grestis. onagri in phry-  
 gia. & lyconia praecipui sunt, sed pullis eorum tanquam sa-  
 pore praestantibus a frica gloriatur. hos lalisiones appellant.  
 Martialis. Dum tener est onager, solaq; lalisio matre pasca-  
 tur, hoc infans, sed breue nomen habet. Generantur ex equa  
 & onagris mansuetis mule ueloces in cursum, duritia exi-  
 ma pedum. uerum rugoso corpore. indomito animo, sed gene-  
 roso onagro, & asina genitus omnes anteallit. Vincit asinus  
 aurium magnitudine reliqua animalia, unde derisuri aliqui  
 protendere manum solent, illos imitantes. Persius.  
 O iane a tergo quem nulla comia pinxit.  
 Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.  
 Praeterea a puer pusio deducitur, quod proprie paruorum pue-  
 rum significat. Nam ueteres pusum & pusam pro puerum  
 & puellam usurpabant. Capitur tamen pusio ferè semper  
 pro masculo sorto. Iuuenalis. No ne putas melius si tecum pu-  
 sio dormit, pusio qui noctu non litigat. ab hoc fit pusillus, hoc

est paruulus. a quo aliud diminutiuum pusillulus, & com-  
 positum pusillanims, quae graeca micropsychon dicunt a quo  
 pusillanimitas. & pusillanimitas. item a puer pupus, & a pu-  
 era pupa eiusdem cum suis simplicibus significationis. V ar-  
 ro. mammam lactis sugentem pascere pupum. Hinc pupillus  
 deriuatur, quem Pomponius de finit esse eum, qui impubes est,  
 & desijt in patris potestate esse, uel morte uel emancipatione.  
 A quo pupillaris, ut pupillaris etas. pupillare negotium. item  
 pupilla pars oculi illa parua in media cornea sita, in qua ita  
 absoluta uis speculi redditur, ut tam exiguum spatium totam  
 imaginem hominis reddat, quae causa est, ut pleraq; aues e ma-  
 nibus hominum oculos potissimum appetant, quod effigie su-  
 am in ijs cernentes uelut ad cognata desyderia tendant. haec  
 nobis adeo cara est, ut locum pro uerbo de dedit, cum dicimus  
 aliquid pupilla oculi nobis carius esse. Pupa etiam ab hoc ap-  
 pellatae sunt puerorum, & puellarum laneae effigies paruae,  
 quas dicere olim uirgines. Veneri solebant. V arro. Itaq; bre-  
 ui tempore magna pars in desyderium puparum, & sigillo-  
 rum ueniebat. Persius.

10 Dicit pontifices in sancto quid facit aurum?

Nempe hoc, quod Veneri donatae a uirgine pupae.

NASVM RHINOCEROTIS. Longum scilicet  
 ad similitudinem rhinocerotij cornu, quod id animal, ut supra  
 diximus, in naribus habet. Vetus est pro uerbum. Nasus rhi-  
 nocerotis, de his qui facile quous irrident, quod homines, quo  
 longiores naso sunt, eo maiores ronchos edant, propter quod  
 & nasuti dicuntur. a quo nasutior. nasutissimus. Item aduer-  
 bia nasute. nasutius. & nasutissime deducuntur. Martialis.  
 Nil nasutius hoc, maligniusq; est. A nasus etiam fit denaso,  
 qd significat nasum aufero. Plautus. Os denasabit tibi mordi-  
 cus. AVDIERIS DVM GRANDE SOPHOS.

30 Postquam summe laudatus fueris. Mos e graecorum, dum scri-  
 pta alicuius uel legerint, uel audierint, assentando dicere  
 σοφός, hoc est sapiens, doctus. Vnde sophistae dicuntur, de  
 quibus alibi dicemus. a quo gymnosophistae appellati sunt  
 Indorum sapientes, qd nudi iacerent, nam γυμνός grae-  
 ca nudum dicunt. Hinc gymnica ludi dicti sunt, quia in ijs sese  
 nudi, atq; uncti exercebant. & gymnasiu locus, in quo exer-  
 cebantur, quamuis postea gymnasium & pro ludo literario,  
 & pro omni loco, in quo fiat aliquod genus exercitationis su-  
 m coeperit. & gymnasiarches gymnasiij, siue exercitationis  
 princeps. & apud rhetoras pro gymnasiata, hoc est praexer-  
 citamenta dicuntur exercitationes quaedam in dicendo discipu-  
 lorum ante, quam ad declamationes, aut ueras actiones de-  
 scendant. Neutro autem genere dixit poeta grande sophos.  
 id est graedem illam, & adulatoriam uocem tot hominum cla-  
 mantium sophos. Sic alibi.

Quod tam grande sophos clamat tibi turba togatae

Non tu Pomponi, caena diserta tua est.

50 Sic autem neutro genere grande sophos inquit, quemadmo-  
 dum Persius Pegaseum melos. GRANDE. Magnū.  
 Veteres grandem non ad corpus, sed dumtaxat ad etatem re-  
 tulerunt iam pene adultam. Terentius. An sedere oportuit  
 domi uirginem tam grandem. Quod si natu addatur, proue-  
 ctioem etatem significat, & iam pene senilem. Plinius Iu-  
 nior. Mulier natu grandior, & tot liberorum partus. Hinc  
 granditatem dixerunt maiorem etatem. Sisenia. Neq; gran-  
 ditatem, neq; meritum, neq; ordinis honestatem, aut dignitatem ti-  
 bi esse ex causationi. Nunc tamen grandem pro magno poni-  
 mus. Ab hoc fit grandio uerbum, quod est grandem facio.

60 Plautus. Testudineum istum tibi ego grandibo gradum. &  
 grandiloquus eloquens, & cum quadam uerborum magni-



scientia loquens. a quo grandiloquentia. Cicero. Nam & gr̄  
diloqui (ut ita dicam) fuerunt, cum ampla sententia, tum gra-  
uitate, & maiestate uerborum. Idem. Quid tam isti grandilo-  
loqui contra haec duo, quae maxime angunt. & grandaeuus  
proiectioris aetatis, hoc est grandis aui. & grandescō, cresco.  
Plynius. In sita grandescunt facilius. & grandō gutta aquae  
congelata, quod solito grandior fit. a quo fit uerbum grandino.  
& grandinosus adiectiuum, unde grandinosa loca dici-  
mus, in quibus frequentes sunt grandines. Grandō, nix, &  
pruina ita differunt, quod grandō congelato firmius imbre q̄  
gnitur. Nix humore mollius coactō. pruina autem ex rore geli-  
do. per hyemem niues cadunt. Grandines alijs temporibus, et  
interdum magis, quā noctu, multoq; celerius, quā niues re-  
soluuntur, non aduersante frigore. Rores neq; gelu fiunt, neq;  
ardoribus, neq; uentis, nec nisi serena nocte. Est autem ros hu-  
mor, qui sereno tempore e caelo fluit. a niue niueum dicimus  
candidum. & niualem. ut nivalis aqua, & niuosum, in quo  
sunt frequentes niues. & ninguo uerbum sicut pluo. & grandino,  
quod tamen non a niue, sed a ninguē deductum uolūt,  
quod ueteres pro niue usurpabant. Lucretius. Albas effunde-  
re ninguens. Niueum quasi nouam dictam nonnulli opinan-  
tur. graeci enim rior nouum dicunt. a pruina pruinosā  
loca dicimus, in quibus frequentes sunt pruinae. Dicta est au-  
tem pruina quasi perurina, quod fruges & uirgulta perurat.  
a rore rosidus deducitur, hoc est rore persusus. Vnde rosida  
mala dicimus, quae matutino rore humecta sunt. Virgilius.  
Sepibus in nostris parnam te rosida mala.  
Dux ego uester eram, uidi cum matre legentem.  
Et roro uerbum, quod est humorem instar roris paulatim de-  
mitto. a quo irroro, aspergo. & rorarij milites, q̄ ante, quā  
acies congregiantur, raris iaculis praelium paulatim incipi-  
unt, tractum ab eo, quod ante maximas pluias caelum rora-  
re incipit, uel quod coeant in praelium in modum rorantis tē-  
pestatis. hi sunt quos superius diximus ferentarios appellari.  
hinc rorarium uinum appellatum, quod dari rorarijs sole-  
bat. & rosea in agro reatino campus, quod in eo arua rore  
humida semper feruntur. Roscius uero nomen fuit histrionis  
omnium nobilissimi. pro quo extat Ciceronis illa praecleara o-  
ratio. a quo omnes in aliqua re perfecti rosij appellantur.  
IACTAS. Oscula ab ijs, qui te legerunt, uel audierunt  
suscepta. IBIS AB EXCVSSO MISSVS IN  
ASTRA SAGO. Excussō sago, in altum iactaberis,  
quod derisionis gratia fieri solebat, ut abunde superius dixi-  
mus. PER AVRAS AETERIAS. Per status ae-  
rios. PATIARE. Sustineas. Patior a graeco deducitur.  
πάσχει enim apud graecos pati est, & est commune  
uerbum. Nam & patior, hoc est sustineo te, & patior, hoc est  
sustineor abs te dicimus. Terentius. Deniq; ubi non quit pati.  
significat autem patior modo sustineo. premor. modo tolero.  
& a quo animo fero, quod & πάσχει apud graecos fi-  
at, unde est trita illa uulgo sententia εὐ μὲν μάθειν ἀδὲν πα-  
θεῖν καὶ μὴ πάσχειν, καλὸν τὸ μάθειν. εὐ δὲ δὲν πάσχειν. τὸ δὲν μα-  
θεῖν. πάσχειν γὰρ χρεῖ, hoc est, quod si esset discere quae oportet  
pati, & non pati, optimum quidem esset id discere. Si uero  
pati oportet, quid necesse est discere? pati enim oportet. a pati  
or fit passio, quae & perturbatio, & affectus, & affectio uo-  
catur. quatuor enim sunt praecipuae passionēs, duae a bonis.  
Gaudere scilicet, & cupere, siue sperare. Haec enim duae sunt  
opinionēs bonae, una praesentis, altera futuri. Laetitia de praesenti  
est, spes de futuro bono. duae a malis, dolere, & timere,  
una similiter praesentis, altera futuri. Dolor enim est de praesenti,  
timor de futuro malo. Item a Patior passiuum uerbum

apud grammaticos, quod passionem significat sicut actiuum,  
quod actionem. a quo fit aduerbium passibile. Item patientia  
tolerantia cum aequanimitate. & patienter aequo animo. Item  
composita perpetior, hoc est uehementer patior. & compatior  
misereor. a quo compassio, quae & cordolium a dolore cor-  
dis appellatur. Passus a tribus uerbis deducitur. Patior. pan-  
do, & pateo. a patior significat perpassum. Virgilius. O pas-  
si grauiora, dabit deus his quoq; scelerem. Vnde nam passam  
dicimus, quae in sicando passa est solem. Plynius. Quin & a  
patientia nomen acinis datur passis. Hinc & passio nomen da-  
tum, quod passum uocatur. Fit ex una, quam supra diximus  
a graecis sitam, a nobis apianam uocari, uis, si uide diutius  
sole adustis, aut feruente oleo, donec paulo amplius dimidi-  
um pondus super sit, usq; leniter uinas exprimunt. quod si  
quantum musti expressere, tantum aquae puteanae aduicane  
uinaceis, fit secundarium passum. Sunt etiam qui passerem  
hinc dictum existiment, cuius diminutuum est passerulus,  
quod ob nimiam salacitatem comitialem morbum patiantur,  
sitq; ob id breuissimae uitae, mares uix unquam biennium ex-  
cedunt, foeminae longiusculum spatium. Passer solitarius ex  
eo genere, sed aliquanto grandior est, ac subnigrior, solus per  
domorum culmina incedens, cantu suauis, & ob id saepe dedi-  
ta opera educatus. Est & passer marinus alia auis, quam uul-  
go stritomellum uocant. a pateo significat patientem, exten-  
sum. Plautus. In portum uento secundo uelo passo peruenit.  
Hinc passus appellamus gressus matuos, quia sic pedes pate-  
scunt. a pando significat deductum. porrectum. dispersum.  
Terentius. Capillus passus, nudus pes, ipsaq; horrida, quod  
& ex passum aliquando dicimus, non autem expansum, &  
mutatione unius literae dispassum. Plautus. Credo ego isto exē-  
plo tibi esse eundem extra portam dispassis manibus. De-  
passum uero siue a patior, siue a pando fiat, laceratum dicitur.  
Terentius. Ego ne si uiuo adeo exornatum dabo, adeo de-  
passum, ut usq; dum uiuat meminerit semper mei. Quod si  
depeyum legimus significabit cultum, & pexas uestes in-  
ditum, dictumq; erit a contrario sensu. Hinc passim aduer-  
bium deriuatur, quod proprie significat passim, non ut ple-  
riq; falso existimant ubiq; Nam in prato ubiq; sunt herbae  
non passim. contra grex passim pascat potius, quā ubiq;. 40  
Aliquando tamen passim pro ubiq; accipitur. Firmianus. Cre-  
ditur ei passim, tanquam cognita ueritati, quin etiam, quod  
mirabilis est, pro undiq; idem. Cumq; is numerus canden-  
dae urbi parum idoneus uideretur, constitit a sylum. Eo pas-  
sim confugerunt ex finitimis locis. Item pro quomodolibet.  
Virgilius. Passimq; in litore sicco corpora curamus. passim in-  
quit, pro eo, quod est. prout quisq; uult, siue sine ullo conditio-  
nis discrimine. patiens uero non a parior deslectitur, sed a  
graeco πάσχει, aspiratione detracta. est autem Patiens,  
qui iniri se turpi libidine patitur. Vnde pueri patia, & puel-  
lae paticae, & per superlatiuum patiacissima dicuntur. Item  
grandiores natu, senesq; qui se magna uoluptate iuuenibus  
prostituerunt. Iuuenalis. ille tenet speculum patiacissima gestamen O-  
thoni, quemadmodum draucus appellatur, qui non propria  
uoluptate, sed alterius alterum uult, in a faciendo dicitur,  
quemadmodum patiens a patendo. Quippe apud  
apud graecos sacro significat. Qui autem a drauce subigi dele-  
ctantur, seq; eis sponte prostituerunt. Comedi uocatur  
τὸν πατιοῦσα ἰα, hoc est a uiribus manu tractandis  
appellatur. Solent enim ad excitandum in se adolescentium,  
ac inueniunt libidinem putenda eorum manibus agere.  
Quaerentes etiam summo studio, qui magnitudine uirilis  
membra ceteris antecellant, & tam obscuro, ac detestando  
spectaculo,



spectaculo, tanquam specie aliqua pulcherrima se penumero  
 oculos passim Martialis de amado,  
 vna uenit, aspiciat nihil sursum,  
 suspectat ocellis denorantibus draucos.

Talis fuit uisus, ut senex referi, quada libidinis, non mo  
 do mulierum, sed etiam uirorum appetit, nec tam agendi au  
 dus, quam patendi. hic omnibus balneis agere delectum co  
 rum solebat, qui membri magnitudine ceteros antebant. Fe  
 cit quoq. specula conuata reddentia maiorem iusto imaginem,  
 siquidem arguit, in ijs brachij crassitudinem reddebat. hoc au  
 tem ut desponsat, ut di draucam pateretur uersus omnes  
 admissari sui manus uideret, et falsa membri magnitudine,  
 quasi uera oblectaretur. in alterum huius obscenitati similem  
 inuenitur Martialis.

Vnus sepe tibi est tota denarius, arca.  
 Cuius se hinc cilo crinor esse mo.  
 Nonnumquam pichryon asferit humi tibi Copa,  
 Sed siquid inuoluitur in perbus exit.  
 Infelix uenit specie communi a culte,  
 Et pauper miser hic esurit, ille uorat.

Huius tam detestande libidinis rationem Aristoteles philoso  
 phus a consuetudine trahit, cuius tanta uis est, ut sepe in natu  
 ram conuertatur. Quibus enim usu uenit, ut non ante pube,  
 sed in ea patendi uitium sustulerint, ijs recordatio eius rei,  
 dum desiderant, oritur, et una cum recordatione uoluptas,  
 propter quam gessunt, dum patiuntur non minus, quam cum  
 agunt, et sepe patendo ipsi quoq. genituram emittunt, qua  
 propter mouentur ueluti nati ad patendum. Quod si cum mol  
 liae accedat naturalis salacitas, haec omnia expeditius necesse  
 est euenire. Est et aliud sordidissimae uoluptatis genus, quo  
 comedi oblectantur draucorum uiriditate felices, hoc est sigen  
 te. Et hoc uisus est, quibus frequenter inuicem est felicitate.

Idem.  
 In caput intravit mensura nulla tuum.

Huius contrarium est irrumare, de quo supra diximus, quasi  
 penem in rumem immutare. felant comedii, drauca irrumant.  
 Item alij qui hoc genere turpissimi cuius delectantur, quod fe  
 re senibus, et iam effectus soles accidere. A felare, et irruma  
 re, Felari, et irrumari passiva sunt. et felatio, et irruma  
 tio. mulieribus etiam hoc uitium accidit, a quo felatrices dicitur.  
 Patiens aliquando etiam ad inanimata transfertur. Vnde  
 Martialis Patissimos libellos appellat lasciuos, et in quibus  
 de rebus obscenissimis tractatur. Item a taxo graeco,  
 quod significat patior passat deducatur, quod significat sole  
 nem diem, quo a gnus primo, deinde IESVS. Hoc est  
 saluator humani generis, qui et Christus, hoc est unctus uo  
 catur, passus est. Eum diem iudei Phasen, hoc est transitum no  
 minant, quia tunc ex Aegypto in patriam rem graueret.

TRISTIS ARVNDINO. Seuerus, et asper calamus  
 quamuis Arundo proprie sit, quae crassior, ac longior est, feri  
 turq. ad usum praecipue uinearum. calamus gracilis, tenuisq.  
 et tibis fere, ac scripturae aptus. Canna maior calamo, sed mi  
 nor arundine, et semper fere sua sponte proueniens. Colu  
 mella. Ea est autem senectus, cum uel exaruit situ, et inertia  
 plurimum annorum uel ita densatum est, ut gracilis, et cannae  
 similis Arundo praedeat. a canna Canalis deducatur una li  
 tera detracta, quod significat lignum ad cannae similitudinem  
 euadentem, quo aqua deducatur, et est generis foemini. Virgi  
 lius. Currentem ilignis potare canalibus undam. Ab hoc ca

ualicolae dicti sunt forenses homines pauperes, quod circa ca  
 nales fori consistere.

EPIGRAMMA XXXIII. AD CAESAREM.

CONTIGERIS NOSTROS.

Hortatur Caesarem, ut si forte libros suos i  
 manus sumperit deponat grauitatem, qd  
 de industria facit, ne uideatur conscius mo  
 rum illius reprehendendi gratia lasciuia  
 scripserit. Est enim periculosum aperte Ty  
 rannum arguere. itaq. insinuatione quadam utendum, ut sine  
 suspicionem reprehensionis scripta nostra perleant.

CON  
 TIGERIS. Tetigeris. tangere enim et contingere idem  
 significant. Lucretius. Tangere enim, et tangi, nisi corpus,  
 nulla potest res, sed quoniam tangendo quodammodo meueri  
 uidentur ea, quae tanguntur, tangere aliquando pro commoue  
 re, ac ferire accipimus. Virgilius. Nec solos tango Atridas iste  
 dolor. Idem, de caelo tactas memini praedicere quercus, hoc est  
 fulmine ictas. Varro. Nonnunquam tuarum me cura fortu  
 narum, cogitatioq. tanget. Lucretius. Nec bene pro meritis ca  
 pitur, nec tangitur ira. Item quoniam ea, quae tangimus, uide  
 mus fere, atq. sentimus, tangere pro cernere, et intelligere usur  
 panus. Lucilius. Neq. priusquam uenas hominis tetigit, ac pra  
 cordia. Cicero. Postquam autem consilia eius omnia tetigi. Est  
 etiam quando tangere sumitur pro circumuenire. Turpillius,  
 at etiam ineptus meus est mihi pater iratus, quia eum talento  
 argenti tetigi ueteri exemplo amanti. Pomponius. At ego ru  
 sticitatem tangam, urbanitatem nescio. Item pro peruenire, quo  
 niam loca ea contingimus ad quae peruenimus. Cicero. Ver  
 res simul ac tetigit prouinciam. a tango fit tactus quarta de  
 declinationis unius ex quinque sensibus, et tactus adiectiuum, cu  
 ius contrarium est intectus, quod est intemeratus, inuolutus,  
 non tactus. et taxo frequentatiuum, quod si significat aestimo  
 appretio. a quo taxatio aestimatio. hoc enim tangendo, hoc est  
 ponderando fieri solet, et taxatores a scaenicis dicuntur, qui  
 alterutrum maledictis tangunt. taxus ueteres pro tetigeris scri  
 psere. Varro. Sed caue, ne meum taxus liberum. taxum etiam  
 pro sensum usurparunt. Pomponius. Adoptate clandestino ta  
 ctus taxum per spectauit. Item a tango composita sunt attingo,  
 quod est leuiter tango. Terentius. Si attingisses, ferres infortu  
 nium. Veteres etiam attingo dixerunt, siquidem et tango sim  
 pliciter protulere. Turpillius. Non me attingas, atq. aufer ma  
 num. Eia, quam ferocula est. A ctus age age amolire. caue ue  
 stem attingas. Plautus. Ne attingas puerum ista causa, quando fe  
 cit strenue. obtingo euenio. pertingo ualde tango. praetingo, an  
 te tango. contingo modo tango, ut superius diximus. Virgili  
 us. Funem contingere gaudent. modo euenio. Cicero. Quod  
 non modo singulis hominibus, sed potentissimis populis saepe  
 contingit. SUPERCILIVM. Grauitatem impe  
 ratoriam, quae praecipue in superalio dignoscitur. superalia  
 data sunt homini pilis breuibus adornata, quae quasi geminis  
 aggeribus munimentum oculis praestarent, nequid superne  
 inaderet, et simul speciem praerberent. haec et pariter, et al  
 ternae mouentur, partemq. animi in se sitam habent. his enim  
 negamus, et annuimus. grauitas. Fastus. superbia. ira alibi  
 quidem concipiuntur, sed hic sedem habent. nascuntur in cor  
 de, huc subeunt, hinc pendunt. DOMINVM TER  
 RARVM. Imperium gerens in orbem terrarum.

CON  
 SVVEVERE IOCOS VESTRI QVQVE  
 FERRE TRIUMPHI. Vos imperatores in trium  
 phis etiam uestris, quibus nullus maior est honor, soletis nul

10  
 20  
 30  
 40  
 50  
 60

Contigeris nostros Caesar si forte libellos,  
 Terrarum omni pone supercilium.  
 Cofuare locos uestri quoque ferre triumphis,  
 Matritas dictis nec pudet esse diuitem.

Qua Thyrenidem spectas, densiferaq. latunum,  
 Illa fonte praeco carmina nostra legas.  
 Innocuos censura potest permittere iugas.  
 Lustrata est nobis pagina, uita proba est.



te aequo animo audire, quae in uos lasciuie, obscenaeque dicuntur, eadem iniquis fronte, et iocos nostros legere potestis. fuit sane apud ueteres consuetudo, ut milites curram triumphantis imperatoris prosequentes incondito carmine multa ioculacriter canerent, quemadmodum triumphante Caesare. Eae Caesar nunc triumphat, qui subegit Galliam. Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem, et Augusto, Impia dum phaebi Caesar mendacia ludit.

Dum noua diuorum coenat adulteria.

Omnia se à terris tunc numina declinarunt.

Fugit et auratos Iuppiter ipse toros.

Item Claudio graece *ναι οὐ ζῆλον ἐν ναι μωρὸς*, hoc est. Et tu senex es, atque infans. FERRE. Aequo animo pati.

MATERIAM DICTIS NEC PVDET ES SE DVCEM. Sensus est, quamuis multa obscenae dicantur in triumphis, non pudet tamen imperatorem etiam à seipso dictorum materiam sumi. DVCEM. Imperatorem. MATERIAM. Subiectum, quod à graecis Hypothesis dicitur. PRECOR. Oro precari enim cum accusatum tantum habet, orare est, adiuncto autem adiectiuo, idem est, quod imprecari, hoc est optare alicui bonam, malam uel fortunam precando deos. Quintilianus. Sed si tantopere effragantur, quam tu affirmas, permittamus uel uentis, et oram soluentibus bene precamur. imprecari tamen quod ab eo componitur, frequentius in malam partem accipitur. Quintilianus. Non imprecamur debilitatem, naufragia, morbos, pauper sit, et amet quancunq; meretricem, et amare non desinat. ab eodem fit etiam aliud compositum deprecari, quod modo significat uehementer precari. Cicero. Quam multorum hic uitam sit a Sylla deprecatus. Idem. Si quid deliquero nullae sunt imagines, quae pro nobis deprecantur. modo detestari, propulsare, et quasi precando depellere. Idem. Inuidiam deprecabatur. id est propulsabat. Idem. Nunc uero quid faciat Hortensius auaritia ne crimina frugilitatis laudibus deprecatur. Ouidius.

Saepe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.

Ne mea sarmaticum contegat ossa solum.

Ab his precabundus, et imprecabundus deducuntur. Item à precor preces, et precarium, quod ut Vlpianus inquit, est id, quod precibus petentis utendum conceditur tandiu, quando is, qui concessit, patitur. et distat à donatione, eo quod, qui donat, sic dat, ne recipiat, qui precario concedit sic dat, quasi tunc recipitur, cum sibi libuerit precarium soluere, et est simile commodato. Nam et qui commodat rem suam, sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei, ut re commodata permittat. Paulus iurisconsultus. precario habere uidetur, qui possessionem uel corporis, uel iuris adeptus est ex hac solummodo causa, quod adhibuit preces, et impetravit. ILLA FRONTE. Illa animi hilaritate. Frons enim, ut supra diximus, hilaritatis, clementiae, seueritatis index est. THYMELEN. Mulierem saltantem, et histrionicam exercentem. Thymele prima saltationem in scena docuit. propterea graecae *θυμῆλον* scenam uocant, et *θυμῆλικόν* scenicam histrionem. hinc et uxori Latini Thymeles nomen inditum est. Latinus minus fuit Domitiani tempore, principi gratis, quod uel recitandis in caena diei fabulis uel iocorum suauitate interdum etiam pulsatione Thymeles risum excitare illi solebat. hic inter alias fabulas disceptum à canibus Aseleuonem mathematicum imperatori nuntiavit, qui sibi hoc euenturum praedixerat. proptereaque iussu Domitiani fuerat interfectus, et accuratissime sepeliri iussus, ut uanitas eius artis redargueretur, sed re-

penhina tempestate disiecto funere semistum canes discepserunt. DERISOREM. Derisor dicitur, qui cum alterius irrisione, et contemptu siue ipse ridet, siue alius risum mouet. ridere enim est, quod graeci dicunt *γῆλα* à quo Gellius proprium nomen. Vnde fit risus quod graeci dicunt *γῆλας*, et ridiculus quando adiectiuum est contemptu, et derisione dignus. ridiculum uero substantiuum significat dictum, quod risum potiusquam derisionem excitat. à rideo composita sunt arrideo, quod est applaudo, et laetitiam animi ridendo ostendo. Ouidius. Arrisit paries adueniente dea.

- 10 à quo arrisio. obrideo, idem quod rideo. à quo obrisio. perideo uehementer rideo, à quo perrisio. derideo illudo. contempto, et de aliquo rideo, siue risum moueo. à quo derisor, et derisio, et derisus quartae declinationis, et deridiculus, hoc est derisione dignus. provideo procul rideo. prideo ante rideo. à quo praerisor. irrideo, idem, quod derideo. à quo irrisor, et irrisio, et irrisus quartae declinationis. subrideo parum rideo. à quo subrisio, et subrisus. corrideo simul rideo. ridiculi campus Romae dicitur est, in quo cornus sepultus fuit, de quo alibi diximus. ridiculosus idem significat, quod ridiculus. ridicule, aut ridiculose dictum, siue factum quid dicimus, quod irrisione dignum est. CENSURA. Censoris officium ad quem cura morum spectat. censes initio duo creati sunt. C. Papirius. et A. Sempronius, cum propter diurna bella census factus non esset, et consules id praestare non possent, uariis bellis implicati. cura itaque data censoribus, ut censum agerent, institutumque, ut quinto quoque anno crearentur, et à censu agendo sunt censes appellati. Quinquennale id spatium lustrum, ut supra diximus appellatum. postea hic magistratus annuus factus est à Mamurto Aemilio dictatore. Inuio Virginio. Marco Appio consilio, curaque deinde merum, ac disciplinae Romanae huius magistratu tradita. intactumque auctoritas eorum creuit, ut sub potestate censoria esset ius priuatorum, publicorumque locorum, uectigalia populi Romani in senatum legere. Senatus principem describere, censum agere, lustrum condere, equum adimere, et quos putassent parum dignos, senatu amouere. à censore censura deducitur, sicut à pratore praetura, quoniam autem censes in corrigendis moribus seueriores erant, censura interdum pro seueritate, interdum pro correctione, decreto, lege accipitur. Item à censore censorius. Vnde censorium officium, censoriam auctoritatem dicimus. Item censorium iurum, qui censuram gessit, hoc est, qui censor fuit, sicut praetorium, qui fuit praetor. Censes autem à censendo uocati sunt, quod rem suam quisque tanti existimare solitus sit, quantum illi censuissent. censere enim existimare est. Nenuus. Cense te uenturum obuiam Porcum. Cassius censuit sese regem Porcum occidere. interdum etiam pro deliberare, et consuere accipitur. Vnde senatum aliquid censuisse dicimus. nonnumquam pro succensere. Varro. Ne uobis censem, si ad me referetis. Ab hoc census deducitur hoc est aestimatio rerum, ac bonorum facta, secundum quam tributa pendebantur. Vnde censum agere, est recensere hominum facultates, et censio hoc est castigatio. hinc etiam aliquando pro eo accipitur, quod est in extimatione, ac preno habere, et censeri pro eo, quod est in extimatione esse. Martialis Censetur Appona Lino suo tellus. Item censioem fieri dicebantur, cum multa in equis irrogabant, et censio hastaria uocabatur, cum multa multa nomine ob delictum militare indicabatur, ut hastas daret, et census. censui enim agri appellabantur, qui emi, et uenire iure auxilii poterant. et accensus praeco, qui iussu censorum ad censum uocabat, de quo supra diximus. quamuis aliqui



uis aliqui ab aciendo, hoc est uocando appellatum ma-  
line. census etiam adiectiuum est, & significat eum de  
cuius bonis census est factus. Vnde capiteensi dicti, de  
quibus superius differuimus. a censo etiam composita fi-  
unt succenso, quod proprie est in re graui, & iusta ira-  
sur, & quasi censuram exerceo. Terentius. Nam iam adole-  
scenti nihil est, quod succenset, & recenso, quod est recogno-  
scere. Linius, Inter hæc recenset exercitum, militem  
instruit. INNOCVOS. Qui neminem lædunt,  
quales sunt nostri, qui de uitis agunt, sed parant per-  
sonis.

EPIGRAMMA XXXIII. AD MARCVM.

**D**O TIBI NAVMACHIAM. Fa-  
ctum distichon fictum ex persona Cæsa-  
ris respondens Martiali, qui sibi Nauma-  
chiam adenti librum suum parum tem-  
pestiue miserat. eo inquit forte consilio hoc  
fecisti, ut simul cum libro tuo in aquam mer-  
gereris. huiusmodi ioco utitur sæpe Martialis, cum uult osten-  
dere carmina sua indigna esse, quæ legantur. Sic libro tertio,  
Cursorem sexta tibi Ruse remisimus hora,  
Carmina quem madidum nostra tulisse reor,  
Imbris immodicis cælum nam forte rucebat,  
Non aliter mitti debuit iste liber.

DE LEPORE LVDENTE CVM LEONE.  
EPIGRAMMA XXXV.

**A**ETHERIAS A QVILA. Blan-  
ditur Cæsari, quod non minori miraculo  
lepus in ore leonis eius intus fuerit, quam  
puer in unguibus Aglæ Iouis. ILLAE  
sum. Sine nocumento. HAESIT.  
Insegit. Hæere enim proprie est arte ali-  
cui rei insidere. Virgilius, Hærent parietibus scælae. quo-  
niam uero qui in aliqua re dubitant non mouentur. & ideo  
hæere, ac suspensi esse uidentur, ponitur aliquando hæreo  
pro dubito, anæpi sum, similiterq; frequentatiuum eius hæ-  
sit ab hæreo fit hæsito, ab hæsito hæsitatio, & hæsitabun-  
dus. Item ab hæreo hæres hæredis, quia qui hæres est, hæret,  
hoc est proximus est ei, cuius est hæres. licet quidam hæredem di-  
ctum putent, quod dominus fiat bonorum, quæ ad eum per-  
ueniunt. a pud ueteres enim hæres dominus dicebatur. Hinc fit  
bi hæres, qui bis factus est hæres, & hæreditas, quæ nihil ali-  
ud est, quam successio in uniuersum ius, quod defunctus ha-  
bebat. Et ideo hoc nomine etiam damiosa hæreditas conti-  
netur, diuiditurq; in duodecim uncias, quæ ut supra dixi-  
mus, assis appellatione continetur. hæreditatis nomine neq;  
legata, neque fideicommissa comprehenduntur. adire hære-  
ditatem, & immiscere se hæreditati, quidam ita distinguunt, ut  
adeant hæreditatem, qui alieni sunt, hoc est qui non sunt fi-  
lij, nec filiorum filij, qui uero defuncti sunt, siue filiorum fi-  
lij immiscere se hæreditati dicuntur, sed hæc confunduntur.  
ab hæredum etiam nomine hærem Martiam antiqui uoca-  
bant deam, quam accepta hæreditate colebant, & esse unam  
e Martis comitibus putabatur. Item ab hærede fit cohæ-  
res, qui simul hæres institutus est. & ex hæres, qui extra hæ-  
reditatem est, hoc est, qui hæreditate priuatus est. unde fit uer-  
bum ex hæredo. a quo ex hæredatio, & passiuum ex hære-  
dor, & hæreditarius, hoc est ad hæreditatem pertinens. a

Aetheras aquila pueru portate per auras  
Illesu timidis unguibus hæsit onus,  
Nunc sua Cæsareos exorat præda leones,

quo bona hæreditaria dicuntur. Morbos etiam hæreditarios  
uocamus, qui parentum uitio nobis obtingunt, sicut hæredi-  
taria uitia, hæreditariam laudem hæreditaria præconia, &  
alijs his similia dicimus, & hæredipetæ, qui blanditijs mune-  
ribus, & alijs huiusmodi artibus subornant morituros, ut ab  
eis hæredes instituatur, & hæredum prædium quod no-  
bis ex hæreditate prouenit. a quo hærediolum prædiolum.  
præterea ab hæreo herba quod terræ hæreat. est enim pro-  
prie herba uiride peridum pabulum. Virgilius, Frumen-  
ti quæretet herbam. Aliquando etiam pro palma, & ui-  
ctoria ponitur. Idem, Atque immemor herbe uictor equus.  
Vnde herbam dare est se uictum fateri. nanq; summum a-  
pud antiquos signum uictoriæ erat herbam porrigere ui-  
ctos. perinde enim uidebatur, ac si terra, & altrix ipsa hu-  
mo, atque humatione cederet, qui mos in plerisque ger-  
manicæ regionibus etiam nunc seruatur. ab herba herbofus  
locus dicitur herbis abundans. herbidus ex herba. herba-  
ceus ex materia herbe. herbesco herbas genero. herbarius, qui  
peritus herbarum eas colligit, uenditq; aut ex ijs medicas-  
menta componit. herbifer herbas ferens. herbiger herbas ge-  
rens. Item herbilis anser dicitur herba pastus, qui gran-  
dior est, quam frumento altus. quidam etiam heri aduer-  
bium, quod & here dicitur, ab hæreo deductum putant,  
quod dies hesternus hæreat hodierno. alij a græco potius  
trahunt, apud quos ἠρῆς dicitur heri, ita autem ab he-  
ri fit Hesternus, sicut a cras Crastinus. Item ab hæreo Hæ-  
rennius proprium nomen uiri, & hæruca uermis scien-  
dum quosdam, de quo supra diximus, quamuis alij sine  
aspiratione scribunt, & a rodendo potius deriuatum pu-  
tant. Item ab hæreo composita fiunt ad hæreo. in hæreo.  
Et cohæreo eiusdem ferè significationis. a quibus ad hæren-  
tia. in hærentia, & cohærentia deducuntur. TIMI-  
DIS. Ne puerum lederent timentibus. A QVI-  
LA. Iouis aue, cui maximus honor est, & maxima uis.  
quippe non solum cum minoribus quadrupedibus, sed eti-  
am cum ceruis pugnat. multum puluerem uoluitu colle-  
ctum insidens cornibus excutit in oculos. pennis ora uerberat,  
donec præcipit in rupes. cum dracone etiam inuit præ-  
lium. oua hic Aquila confectatur auuiditate malefica. illa  
ob hoc ubique uisum oppugnat. ille multiplica nexu alas  
ligat. ita ut simul aliquando conadere uideantur. ex omni  
autem auium genere ideo hanc solam delegisse sibi armige-  
rum Iupiter existimatur, quod sola contra orientis solis ra-  
dios immotam tenere aciem possit, uel quod hanc solam a-  
uem nunquam fulmine tactam fuisse produunt. Romanis eam  
legionibus C. Marius in secundo consulatu suo proprie dicitur,  
cum antea quatuor alijs signis, hoc est lupis, minotauris,  
equis, apris uterentur. Sed tu FEDERICE. Im-  
perator ut in cæteris Romana uirtutis æmulus, ita in hoc  
quoque uictoriam Aquilam ordinibus tuis præfers. non mi-  
nus iam frequentibus tuis uictorijs insignem, quam mini-  
sterio Iouis, & Ganymedis raptu. sex Aquilarum gene-  
ra esse traduntur. Melanæus minima magnitudine, uiri-  
bus præcipua. colore nigricans, quæ sola factus suos alit, fre-  
quensq; uersatur in montibus. pygærgus in oppidis, ac cam-  
pis uolitans albicante cauda unde nomen habet. quippe græci  
πυγῆρῶν natem dicunt, ἀπὸν album, unde & ca-  
præ genus eodem nomine uocatur. Iuuenalis, Summe cum  
magno lepus, atque aper, atque pygærgus. morphnus, quam  
& percnium Homerus uocat, quidam etiam plancum, &  
anatriam secunda magnitudine, & uicini uita ferè ar-  
ca lacus est, nigerrima omnium, & prominentiore cauda. in-

Tutus & ingenti ludit in ore lepus.  
Quæ maiora putas miracula? sumus utrisque  
Author adest, hæc sunt Cæsaris, illa Iouis.



genium est ei raptus testudines e sublimi iactando frange-  
re. Aeschylus cum praesensisset se eo die ruina periturum,  
ex urbe siciliae, in qua morabatur, egressus loco aperto con-  
sedit, tum Aquila desuper uoluitans testudinem, quam pe-  
dibus gerebat, super caput eius splendore illius decepta  
(erat enim crinibus uanum) tanquam super petram, quo fra-  
ctae testudinis carne uesceretur, elisit, coq; ictu perem-  
ptus est nobilissimus poeta, qui traegedias in lucem protulit,  
sublimis, grauis, ac interdum etiam supra modum grandilo-  
quus, ut refert Quintilianus. Quartus generis est phoenicopte-  
rus, et ea quoq; per lacus uersatur, uultu similis, alis minimis,  
reliquas magnitudine antecellens. sed imbellis, & degener, ita  
ut a coruis saepe numero uerberetur. sola aquilarum ex anima  
ferit corpora, ieiunae semper auuditatis, & querulae murmu-  
rationis. haec facit ut quiniuum genus gneseion uocetur, qd apud  
graecos syncerum significat, uelut uerum solumq; incorruptae  
originis, media magnitudine, colore subrutilo, raro uisum. ul-  
tima est Haliaetus clarissima oculorum acie, ex alto se librās,  
uisq; in mari pisca, praecipit in eum ruens, & discussis pecto-  
re aquis rapiens. haec implumes adhuc pullos suos subinde per-  
cutiens, aduersos solis radios cogit intueri, & si conuenientem  
flentem ue animaduertit, e nido uelut adulterinum, ac dege-  
nerem praecipitat. cum uero, qui acie firma contra steterit, edis-  
cat. haliaeti suum genus non habent, sed e diuerso aquilarum  
coitu nascuntur, quod uero ex ijs natum est, in ossifragis nume-  
ratur, ex quibus minores uulures pro generantur, et ex ijs ma-  
gni, qui omnino non generant. quidam addunt genus Aquilae,  
quam barbaram uocant. thusei ossifragam. reperitur in  
Aquilarum nidis lapis aetites, quem aliqui gregitem uocant, ad  
multa remedia uentilis, nihil igne deperdens. Est autem lapis iste  
pregnans intus, quem si quatuor alius quasi in utero sonat. sul-  
mus est, & tereti figura. hunc Zoroastres magus omnibus la-  
pidibus praedit, maximamq; illi tribuit potestatem. pariunt  
Aquilae oia terna, excludunt pullos binos, & aliquando tres  
alterum expellunt tadio nutriendi. quippe eo tempore abum  
illis nequit naturae prouidentia, ne ferarum omnium factus ra-  
perentur. unguis quoque earum diebus illis inuertuntur. &  
albescant inedia penna, ut iure partus suos odio habeant. sed  
eiectos ab ijs cognatum genus ossifragi exapiunt, atque edu-  
cant. illa quam tertiā diximus circa sterna aquaticas aues ap-  
petit, mergentes se subinde donec lapsae rapiatur. spectando di-  
micatio est. auis ad persugra litorum tendit, maxima ubi den-  
sa arundo sit. Aquila uero umbram suam nanti sub aqua a li-  
tore ostendit, propter quod auis rursus in diuersa, & ubi se mi-  
nime spectari putat, emergit. haec praecipue causa est, ut aues  
gregatim nateant, quia plures simul non infestantur resper-  
sū pennarum Aquilas obcaecantes. apud Seston urbem celebris  
Aquilae gloria fuit educata a uirgine, tanta gratitudine bene-  
ficium memoria tenuit, ut quandiu uixit puella, aues primo,  
deinde etiam uenatus illi attulerit, mortua uero puella in ro-  
gum accensum imiecerit sese, & una consti grauerit. **POR-  
TANTE.** Ferente. portare duobus modis dicimus, uno cu  
iumentis, aut curribus aliquid nobiscum duamus. altero cum  
nostro corpore imitatione iumentorum portamus. Terentius,  
Mi homo quid istuc obscuro est? quod portas puerum? hinc Ver-  
rem legimus amantem e prouincia portasse, & Pompeium ter-  
tio de portasse triumphum beneficio Ciceronis, & multos im-  
peratores uictorem exercitum reportasse, quasi reduxisse. a por-  
to porta, portus. porticulus. portitor. portuinus. portorium. por-  
ticus deducuntur, de quibus superius diximus. Item composita  
apporto nota significationis, de porto de loco porto. a quo de-  
portati dicuntur quibus aqua & igni interdictum est, uel qui

Stella delicti mei columba Verona licet audiente dicam Vicit Maxime passerem Catulli.  
Tanto stella meus tuo Catullo, Quanto passere maior est columba.

bus princeps prouinciam adnotauit, uel de quibus de portan-  
dis scripsit. ex porto extra porto, siue ex loco porto, siue aufero, si-  
ue e contrario. in porto, infero. Cicero, Ego uero si uelim nostrae ci-  
uitatis exemplis uti, & aliarum plura proferre possum derimē-  
ta publicis rebus, quam ad iumenta per homines eloquentissi-  
mos importata. Idem, modo enim huc ista sunt importata. sup-  
porto. suffero. reporto. refero. reduco. comporto simul porto. Itē  
a porto fit compositum domiporta, hoc est coclea ita appella-  
ta ad similitudinem graecorum, qui eam opipionem appel-  
lant, hoc est domum portatam. Cicero, ut si quis medicus aegro-  
to imperet, ut sumat terrigenam, tardi gradam, domiportam,  
sanguine cassam, potius quam hominum more cocleam. **PVE-  
RVM.** Ganymedem nota est fabula Ganymedis. Trois re-  
gis filius fuit, formosissimus puer, quem cum Iupiter deperi-  
ret, iussit in caelum ab Aquila portari, & sibi pocula ministra-  
re, quod eleganter descripsit Virgilius,  
Intextusq; puer frondosa regius Ida,  
Veloce iaculo ceruos, cursuq; fatigat.  
Acer, anhelanti similis, quem praepes ab ida  
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger unci.  
Longaeui palmas nequicquam ad sidera tendunt  
Custodes, saeuicq; caenum latratus ad auras.  
Ob hoc factum Aquilae effigiem in caelum translatae ferunt,  
quae super aquarium uidetur uolitare. aquarium enim Gany-  
medem esse superius ostendimus. ideoq; ostenditur quasi aqua  
urna effundens. Aquila ala dextra circum aequinoctialem  
parum prodit. sinistra autem non longe a capite ophiuchi ui-  
detur figurata. rostrum eius a reliquo corpore diuidit arcus  
a Cancro ad Capricornum praueiciens, exorto Leone ondit,  
exoritur autem cum Capricornum habens in capite stellam unā  
in utraq; penna unam, in cauda unam. **HAEC.** Ut Le-  
pus tutus sit in ore leonis. **ILLA.** Ut puer ille sus sit in  
unguibus Aquilae.

#### EPIGRAMMA XXXVI. AD MAXIMUM.

**S**TELLAE DELICIVM MEI.  
Hoc epigramma scribit ad Maximum, in  
quo Stellam poetam laudat, eumq; ante-  
ponit Catullo. Stella poeta fuit patauinus,  
qui Violantillam amauit uirginem neapo-  
litanae, quam tandem duxit uxore. haec  
in delictis habuit columbam auem diuinitatem ueneri, quam Stel-  
la fleuit defunctam pulcherrimo carmine, opusq; ipsum colu-  
bam inscripsit, de quo Venus apud Papinuum sic loquitur. hic  
nostra defleuit fata columbae. Catullus Veronensis poeta fuit  
iambi acerbitate praecelarus. hic eodem modo passerem puella  
suae delicias defleuit mortuum. Martialis id opus passerem  
uocat. utraque auis salacissima est, ideoq; amanti bus conueni-  
ens. tanto iquit stellam maiorem esse Catullo, quanto passerem  
magnitudine uidemus columbam excedere. **COLUM-  
BA.** Opus stellae ita inscriptum. **VERONA.** Urbs  
est Venetae a Gallis olim condita. dux (ut quidam opinan-  
tur) Brenone, a quo Brenona primo. deinde mutatis consuetu-  
dine literis Verona appellata. Galli enim cum nouas sedes  
querere ob intestinas discordias, & assiduas domi dissensio-  
nes cogerentur, in Italiam uenere, expulsisq; inde cultoribus  
Mediolanum. Conium. Brixiam. Bergomum. Triden-  
tum. Vincentiam condiderunt. Veronam magna ex parte  
alluit flumini omnium amoenissimus atesis, qui ex triden-  
tinis alpidibus ortus non longe a fossa clodia pado miscetur.  
Clara haec urbs solo, ac frugum, & fructuum omni-

60



um ubertate. Clarior uiribus duobus Plynij, et uno Catullo, quo- rum nomina nulla obliterata est uetus. P A S S E R E M. Opus Catulli, in quo passeruli mors defletur.

EPIGRAMMA XXXVII. AD DECIANVM.

Q UOD MAGNI THRASEAE.

Laudat Decianum quod stoicoru dogma ci- tra mortem sequatur, no autem ut Cato, et thraseas fecerunt, qui sponte mortem quasi- uere, per quod praepere uidentur non debe- re que quam fugendi incommodi gratia

mortem sibi consciscere. id enim imbecillioris potius animi esse quam firmitoris. MAGNI THRASEAE. Thraseas Patavinus fuit Claudij Neronis temporibus, qui cum librū de rebus Catonis à Numato scripsum legisset, gloriæ cupidine in- census, postquam à Caesare damnatus est, prolatis brachijs ius- sit sibi uenas inadi, et dum moreretur magna constantia suo- rum silem compescuit. libauitq; sanguinem Ioui liberatori- hic quæ diu uixit, bruti, et Casij interfectorum Caesaris di- ei natales summo honore traditur celebrasse.

CONSV- MATI. Omni ex parte perfecti, de quo superius diximus, CATONIS. Cato Anipatro Tyrio praepere stoicam disciplinam secutus, ut tunc, ne in Caesaris potestatem ueniret, mortem sibi consciscit. ab eo fit Catonianus adiectiuum. TA- LIS UT ESSE VELIS. Ut uelut uitam illorum seq, uon mortem. ENSES. Gladii. Ensis Gladius. mucro. spa- tha eiusdem significationis sunt. ab ensis fit Ensiculus diminiu- tiu. à gladius gladiolus, quod modo significat paruum gla- dium, modo herbam, de qua supra diximus, à gladij similitu- dine ita appellat, et gladiator, de quo supra diximus. à quo gladiatorius ludus, et di gladiator uerbum, quod est dissentio, intendendo, et ueluti gladij dilanior. Cicero. Quid antipater di- gladiator cum carne de tot uoluminibus? Idem, di gladiari au- tem semper, et pugnare cum sanctoris, et audacibus quis nō eum miserrimum, ac etiam stultissimum dixerit? à clade au- tem appellatum gladium Varro affirmat, quasi cladium, quod sit ad hostium cladem. mucro licet proprie gladij signi- ficat ponitur tamen pro cuiuslibet teli acumine. Virg. Ossa sed- inter ferreus ad costas. alto stat uulnere mucro. hoc est teli cuspis. hinc mucronis uerbum acuo. à quo mucronatus deducitur, hoc est acutus, et ad mucronis speciem factus. spatia graecum est. maia enim apud graecos modo costam, modo ensim signifi- cat. paraconium ensis ē, quo praecingimur, à cona ad quam al- ligatur nomen habens, hoc est ἀπὸ τοῦ παρακόντις (uirus di- ctus, quasi ad conam pendens. Martialis de paraconio. mili- tie deus hoc, gratiq; erit omen honoris, armatribunitium cin- gere dignus lanus. pudet referre quosdam nuper per incitiam pro paraconio patracon scripisse auctore deprauato, et quod magis ridiculum est patracon exposuisse pro genere officij, ac etiam telo, quod ei officio conuenit. dementiam singularem. pa- rochos nō patracon est, qui nuptijs praest, im appellatus, quod uehicula praecat, ὁ χιμαρα enim graece, latine uehicula nū- cupamus. Varro. Hinc enim omnia erant. Idem sacerdos. idem parochos. deniq; idem senatus, idē parochos inquit, hoc est idē auspex siue paranymphus. hunc enim mos erat praere uehicu- lum, in quo sponsus, ac sponsa ferebantur, quo die nuptiae cele- brabantur. Aristophanes, ὁ δ' ἀμφοτέρων ἕρως χερσὶν ὁ μὲν ποσὶν ἄνι- κος ἄνδρα καλῶντος ἄνδρος παρὰ χος χιμαρα. hoc est cupido flo- ridus aureis praeditus alis habēas dirigebat uersas parochus nuptiarum Iouis. Est etiam parochus. ὁ ἀρὰ βούρων εἰς τὸ ἀρμα. id est qui in uehiculo assidens ministrat uectori.

Quod magni Thraseae, consumatq; Cathonis Dogmata sic sequeris, salus ut esse uelis, Pertore nec nudo strictos incurris in enses,

STRICTOS. Nudatos. stringere proprie arctare est. Plynius. Apprehensamq; manu stringit. hinc strigae ap- pellantur ordines rerum inter se coniuncte collocatarum, quod una sint constrictae. Item longitudo maior latitudine. à quo strigatus ager uocatur, qui per strigas crescit à septentrione in meridiem. Item strigones dicuntur densarum uirium homi- nes, quod in se constricti, atq; arctati sint. et strigosa iumen- ta, quae exhausta, ac maalenta sunt, quasi stringosa, quod cor- pora eorum restricta sint. Massurius. P. Sapia nascit. et Ma- Pompius censores, cum equitum censum agerent, nimis strigo- sum equum, et male habitum, sed equitem eius uberrimum uidenter ab exeratu amouerunt, et strictum aduerbium, hoc est stringendo, unde strictum referri dicimus ea, quae cum spar- sa, ac diffusa essent, breuiter, et quasi summam colliguntur, quemadmodum, et per stringere accipimus pro colligere, et summam referre, quamuis interdum per stringere pro obca- care accipitur, quasi coniunctis palpebris oculi perscribantur. Cicero, Existimat se gemma nitore, et auri splendore aspe- ctus omnium perstringere. ab hoc perstrictores uocantur, qui unam rem pro alia facientes aspectum hominum fallunt. hi eti- am praestrigatores uocantur. à praestringendo, quasi praestrin- gatores, nam et praestringere obtenebrare, atque obcaecare est, sicut perstringere. Plautus. Perstringam oculorum aciem in- acie hostibus. interdum tamen ponitur pro eo, quod est breui- ter, et suauiter percurrere. Idem, Ignoscite rei magnitudo me breuiter perstringere atrocitatem criminis non sinit, et pro ra- dere, ut paulo post dicimus. Item stricturae proprie appellan- tur scintillae, quae de ferro candenti mutant, euntq; cum massa maleis tunditur, siue quod strictius emittuntur, siue quod ocu- los suo fulgore perstringunt. Virgilius, Striduntq; amnis stri- cturae calibum, et fornacibus ignis anhelat. Item aliud ad- uerbum stricte, hoc est arcte. à quo strictius strictissime, sicut à strictus strictior strictissimus. Item strigillo uerbum, idem quod stringo. à quo obstrigillo, quod significat obsto. Varro, Quid Curio cum id fecisset, dicebat amicus, ut illi nuntiaretur se obstrigilauerum, ne aut triumphus decerneretur, aut iterum fieret consul. Item composita à stringo. obstringo perstringo, de quo diximus. substringo. constringo eiusdē ferē cum suo sim- plici significationis. Item restringo, quod modo significat soluo. Apuleius. Lumentum restringit, abireq; stabulo liberum sinit, quod stabularius inuentum mox domum reducat. modo rursus stringo. Idem. Et duplici modo, ne solui facile queat, restringit. interdum tamen per metaphoram stringere pro percute ac- cipimus. Virgilius, Atq; animum patriae strinxit pietatis ima- go. et pro rarefacere. exadere. Idem, ubi densas agricolae stringunt frondes, et pro decerpere. Idem, sed tamen et quer- nas glandes dum stringere tempus, et pro uulnerare. Idem. Hunc primum leuis hasta themulla strinxerat, et pro attenua- re, quod stringendo fieri solet. Idem, et stringite remos. Item pro radere. Idem, Ego sum pleno quem flumine cernis strin- gentem ripas. quapropter et in compositione perstringere in eadem significatione accipimus. Cicero, Cuius quidem por- tam Capuae penē perstrinxisti. et distringere dicimus, raden- do sordes detergere. Unde distringentes uocamus, qui sordes corporis radunt, quos graeci Apoxyomenos nominant. ἀποξύειν enim stringere, hoc est radere. Plynius, de Lisippo. plurima ex omnibus signa fecit fixandissima artis, inter quae distringentem se quem Marus Agrippa ante thermas suas dicitur mire gratum Tiberio principi, qui non quiuit tem- perare sibi in eo, quāquam imperiosus sui inter initia prin- cipatus, transtulitq; in cubicalium, alio ibi signo sub- stituto. Cum quidem tanta populi Romani contumacia.

Quod fecisse uelim te, Deciane facis. Nolo uirū facili redimit qui sanguine famā, Hunc uolo, laudari qui sine morte potest



fuit, ut magnis theatri clamoribus reponi a popyomenon con-  
flagrauerit, princepsq; quāquam adamatam reposuerit. hinc  
strigmenta appellatur sordes, quæ ex corporibus raduntur.  
Vnde strigmēta olei dicimus ceromata, hoc est sordes olei, quæ  
ex unctorum athletarum corporibus raduntur. Idem. Vsum  
olei ad luxuriam uertere græci uitiorum omnium genitores in  
gymnasijs publicando. notum est magistratus honoris eius octo  
genis sestertijs strigmenta olei uendidisse. hinc etiam strigl no-  
catur instrumentum ad distringendum, hoc est ad radēdas sor-  
des aptum, quo ueteres in balneis præcipue utebantur ex auro,  
argento, ferro. interdum etiam lapidibus quibusdam. Persius.  
I. puer & strigiles crispini ad balnea deser. Iuuenalis, Et so-  
nat unctis strigilibus. Martialis de strigile ferrea.  
Pergamus has nisi curuo distringere ferro.

Non tam sepe teret lintea fullo tibi.

Plyn. de spongia, cinis eius plurimum proficit contra scabridies  
genarum, & quicquid opus sit distringere. præstat & strig-  
lum uicem, linteorumq; affectis corporibus. ab harum simili-  
tudine in Hispania strigiles etiā uocabant auri paruulas mas-  
sas, quod supra omne solum in massa auro inuēto capitur, cum  
cætera in metallis reperta igni perficiantur. hoc statim aurum  
est, consumatamq; materiam protinus habet. cum ita inueni-  
tur. Item strigil aluminis genus est punicosum, & forannum  
fistulis spongiæ simile, rotundumq; natura. sunt q; putent strin-  
gere, cum pro eo capitur, quod est breuiter colligere, siue percu-  
tere ab eo sumi, quod radere significat, siquidem radere pro-  
prie est leuissime tangere. & eadem ratione stringere ensē ac-  
cipi pro nudare. nam cum uagnum eum exerimus quasi rade-  
re hoc est polire, ac detergere uidemur. Virgilius, Strictum ro-  
tat acer Lutægus ensē. a stringere striare deducitur, quod est  
polire, leuigare. Plynus, Conchis leuibus, striatis, uertice ni-  
tratim intorto. strige: non a stringendis infantium corpori-  
bus (ut quidam falsò existimant) sed a stridore nomen habent,  
fabulosumq; est, quod eas tradunt ubera infantium labris im-  
mulgere. Aues sunt nocturnæ. Lucanus. Quod tepidus bu-  
bo, quo strix nocturna queruntur. Constat tamen & in ma-  
ledictis iam esse, & etiam apud uenustissimos fuisse, accipiq;  
pro maleficia mulieribus, quæ noctu gradientes infantium cor-  
pora sanguinem sugendo exhauriunt. nec desunt qui opinen-  
tur ab hac strigo sum, de quo supra diximus, derivari, quasi a  
strige exhaustum. NUDO. Inermis. Nudum proprie  
dicimus quicquid sine tegmine est. Virgilius, Nudatq; hu-  
meros oleo persusa nitescat. interdum tamen nudum pro inse-  
pulto accipitur, quod non tegatur sepulchro. Idem. Nudus, in  
ignota Palinure iacabis arena. Quidam nudum, & nuda-  
tum ita distinguunt, ut nudum sit, quod nunquam tectum fuit,  
nudatum autem, quod tectum esse consueuit, sed nunc tectum  
non est, unde nuda facies, & nuda manus dicitur, uenter au-  
tem nudatus. a nudus fit nudo uerbum hoc est aperio, detego,  
a quo compositum denudo, & nuditas nomen, & nude aduer-  
bium, hoc est aperte simpliciter. PECTORE. Pectus  
pars corporis est infra gulam inapiens, finiensq; supra aluū,  
quod intus homini octonis costis munitum est, subius denis, cor-  
nigeris tredecim, serpentibus triginta, homini duntaxat latum  
est, reliquis carinatum, præsertim uolucris, & in ijs maxi-  
me aquaticis. latitudo eius sublimis, & exposita oculis mira-  
bilem præ se fert habitus sui dignitatem, a quo qui porrectio-  
ri pectore sunt pectorosi dicuntur. a græcis θώραξ dicitur  
unde & munimentum militare, quo pectus protegatur thorax  
appellatur, a quo thoracati dicuntur, qui thoracati induti sunt,  
sicut a lorici loricati. Item a pectus pectorale derivatur. hinc  
pectoralis fascia, de qua Martialis, Fascia credentes domine

Bellus homo, et magnus vis idem Cocta uideri,  
Sed qui bellus homo est Cocta, pusillus homo ē.

compescere papillas, ut sit quod capiat nostra, tegniq; manus. fa-  
scia linteolum est ad ligandum aptum dicta a græco φα-  
σκία, cuius diminutiuum est fasciola. Item a pectus fit ex-  
pectoro uerbum, quod significat extra pectus cijao. Cicero.  
Tum pauor sapientiam mihi omnem ex animato expectoratur.  
REDEMIT. Emit, ut supra diximus. FACILI  
SANGVINE. Facile effuso. hoc est facilitate mortis.  
HVNC VOLO LAUDARI QUI SINE MOR-  
TE POTEST. Aristotelis sententia est, quod mortem op-  
petere ob fugiendam paupertatem, aut amorē, aut aliud quic-  
quam molestum & graue, non fortis animi est, sed potius ti-  
midi, atque imbecilli. Est enim mollities quædam laboriosa fu-  
gere, & quia non id decorum sit, sed mali euitandi gratia mor-  
tem oppetere. hinc fuerunt pleriq; qui Catonem, et thraicem re-  
prehenderunt uiri docti, & eorum familiares, imbecillioris  
potius quam fortioris animi esse dicentes mortem sibi conscius  
se, quod non honestas eo facto apparuerit turpia præcauens, sed  
animum infirmitas aduersa non sustinens, quod Cato ipse in fi-  
lio iussus est ostendere, quem non est se cum hortatus ad mortem,  
sed de Cæsaris benignitate omnia sperari posse præcepit. cum  
igitur laudandum potius esse poeta existimat, qui tolerantia  
rerum aduersarum uiuendo, quam qui fugi moriendo glo-  
riam sibi aucupantur.

EPIGRAMMA XXXVIII. AD COTTAM.

**B**ELLVS HOMO ES. Iocatur cum  
Cotta deridens eum, quod cum uellet ma-  
gnus uideri, bellum se per molliciam diu-  
nitio nomine appellabat, cum bellus, et  
magnus inuicem repugnent, & est tanta  
reprehensio eorum, qui cum uelint boni ui-  
deri, molles tamen sunt, atque lasciu.

EPIGRAMMA XXXIX. DE VENUSTO.

**P**ETIT VENUSTVS. Per iocum  
Venusti auaritiā accipit, uxorem foedissi-  
mam petentis dotis gratia, quia scilicet lan-  
guebat, & mox sperabatur moritura. Me-  
trum est iambicum trimetrum, cuius duo  
genera sunt alterum apud uenustissimos co-  
micos, tragicosq; in usu fuit. Horatius. Hunc soat sumptere pe-  
dem, grandesq; cothurni, alterum apud iuniores tantum. ue-  
rum iambicum comicum, & tragicum dicitur, hoc purum tri-  
metrum appellatur, suscipiq; tres pedes iuam mutatos, iam  
bum pyrrhichium, & spondeum raro apud uenustissimos in  
usu fuit. NUPTIAS. Matrimonium. nuptiæ dicitur,  
ut Modestinus iurisconsultus affirmat, coniunctio maris, et  
femine consortium omnis uitæ diuini, & humani iuris con-  
iunctio. unde nuptialis derivatur, hinc nuptialis thalamus di-  
citur cubiculum, in quo primum uir & uxor coniunguntur. a  
quo thalamo epithalamum uocatur sacer hymnus, qui in nu-  
ptijs canebatur, & nuptialiter aduerbium, quod significat pro-  
more nuptiarum, unde uenustam aliquam nuptialiter dicimus,  
hoc est decentis solito, & ut fieri nuptijs solet. nuptiæ autem  
a nubendo dictæ sunt. Nubo, & compositum eius obnubo, pro-  
prie significat operio, uelo. Vir. Arsurasq; comas obnubi ami-  
cti. quoniam uero sponsæ apud ueteres dum uiro tradebantur,  
nubere hoc est uelare capita solebant, usurpari captem hoc  
uerbū pro eo, qd est uiro tradere, siue uiro tradi. Nā & actiue  
dicimus nupsit filiā Cæsari, et passiuè, cuius filia nupsit Cæ-

Petit Venustus nuptias Maromille,  
Et cupit, & instat, & precatur, et donat.



EPIGRAMMA. XL. AD SEXTILIANVM  
VM DATA SINT EQVITI.

**C** Sextiliani ebrietatem per iocum arripit, cuius etiam mentionem facit inferius. Sextiliane bibis quantum subsellia quinq; sensus est. cum sit lege cautum, ne supra decem numeros impedere uino equites in conuiuijs possint, tu solus uiginti numerum uinum potas. praescriptum equitibus fuit, ne supra decem numerum uinum apponere liceret.

- 10 Item ne quis uinum graecum amneumq; plus octonis aeris singula quadralia uenderet. paratissimi olim in bibendo uino ueteres fuisse. Vnde L. Papyrius imperator aduersus summites dimicaturus notum fecit, si uicisset Ioui pocillum uini se libertum. Cato cum in Hispaniam nauigaret, ex qua cum triumpho redijt, gloriatus est non aliud se uinum bibisse, quam remige. Idem scripsit propinquos non aliam ob causam foeminis osculum dare solitos, quam ut scirent, an olerent uinum, quo uti Romae mulieribus non licebat. Egnatij uxorem constat quod uinum e dolio bibisset, fustibus a marito interfectam fuisse, eumq; caedis a Romulo absolutum. Item matronam aliam, quod loculos, in quibus erat clauis cellae uinariae, aperuisset, inedia a suis mori coactam in conuiuium nunquam plus semel uinum graecum dari solebat. chium raro Romae nisi si medicinae gratia bibebatur. postea in tantam luxuriam uenire mores, ut Lucullus, qui redijt ex Asia amplius centum congorum uini graeci conuiuium apposuerit. Caesar dictator triumphi sui coena uini salerni amphoras centum, Chyridos centum in conuiuium distribuerit. propterea lege adhibita moderatio est, cautumq; ne uinum, quod equestri epulo apponeretur, decem numerum pretium excederet. BIS DECIES. Viginties. Bis enim id significat, quod graeci dicunt *dis*, a quo fit binus. nam, quod significat duo. Sifenna. ad binum nullius numero saucij utriusq; factus. hinc combinatio duorum coniunctio dicitur. et combinare e multos ita diuidere, ut bini sint id est duo simul coniuncti. hinc combinatio etiam figura appellatur, quam graeci *epi* *ceuxin* uocant, cum in oratione, eadem dictio sine medio duplicatur. Virgil. Meme adsum qui feci, et bipennis de qua superius, securis ex utraque parte aciem habens, et bilinguis duas habens linguas, ut serpens. Item qui loquendo non constat, sed modo unum, modo aliud loquitur. Item fallax quoniam ad mentem quoque plerumque refertur. et bidentes, quae et ambidentes dicte a ueteribus inueniuntur. et bidental, de quibus superius diximus. et bignae geminae, quod duae uno pariter natae sunt. et bigenera animalia e diuerso genere nata. ut Leopardalis ex leone, et panthera, mulus ex asino, et equabinominis, quod et binomius dicitur, cui geminum est nomen, ut numa Pompilius. Tullius Hostilius. Biceps duorum capitum. biclinium locus, ubi duo lecti sunt, sicut triclinium ubi tres, biberes, qui duas hereditates consecutus est. biduum duo dies. biennium duo anni. bifera arbor, quae bis fert fructus. bipera, quae bis peperit. binuum locus, quod duas uias habet. sicut triuium quod tres. bisariam bipartito. bipartior in duas partes diuido. a quo bipartium, et bipartitio, et bipartito aduerbiu. bifidus in duas partes fissus. et biuita uidua quod duas uitas habuerat, altera coniugalem, caelibem alteram. V ar. Ad biuitam uenio, cum uellem ostendere quid uellem, Mar. Attilius inconstantiae filius me reprehendit. bifores duplices ianuas habentes. bigae quasi biuige. bilibris duarum librarum. bimatus spatium duorum annorum. bimulus, qui in bimatu est. bilanx, quod duas (ut superius ostendimus) habeat lanaces. bimaritus secundo maritus. bipes duorum pedum. a quo Bipedalis. Bigamus, qui duas duxit uxores. a quo

Ad Sextilianum potestatem.

Cum data sint equiti bis quina numismata, quare la obferret potestatis calda ministris.  
Bis decies Salus Sextiliane bibis.  
Si no potares Sextiliane merum.

fari. Vnde non modo mulier, quae uiro tradebatur, nupte, sed etiam uir cui tradebatur, nuptus dici solebat. Plau. Licet etiam carinum, quod agat scire nouum nuptum. nupte etiam uerba dicebantur, quae non licebat uirgini proferre. idem, uirgo sum no dum didici uerba nupte dicere. a nupta in nupte deducitur, quae non dum uirum cepit. Virgil. Innuptaq; puella. Item a nubo innubo a quo innubus, et innuba qui uxorem ducit. et quae uiro traditur. Nam innubere proprie ad domum uiri transire est. Vnde et pro transire simpliciter ueteres usurpauerunt. Lucretius. Suam enim inuadere, atq; innubere censet. et pronubo, hoc est nuptij praesum. a quo pronubus, ac pronuba, de quibus supra diximus, et connubo matrimonio iungor, quasi simul nubo. A pulchus. Nescientibusq; parentibus puellari etate connupseramus. Hinc connubium ius legitimum matrimonij. Virgil. Connubio iungam stabili, propriamq; dictabo, et nubilis ad nubendum apta. nubo autem quando operio significat, a nube deducitur, quae caelum operit. nubes autem derivatur a graeco. *ripos*, quod apud illos a priuatione *lis* ac nomen accipit, quemadmodum *uuiros*, quod nimbium significat, a quo nostri *gne fossum* obscurum dixerunt, quasi nebulosum. V ar. Gne fossum locus, et sine ulla luce. Est enim nubes uapor humidus in sublimi egressus siue aer in liquorem coactus, cuius densitas haud dubie solem obumbrat. a nube nubium deducitur, quod modo adiectiuum est, et significat fusionem, nubibus tectum, modo substantiuum significatq; ipsam nubem, unde fit obnubilo uerbum, quod significat offuscationem, et quasi nubibus impleo, et nubecula parua nubes, et nubilosus nubilosus plenus, et nubiger gerens nubes. a nube nebula, in differt, quod nebula uapor sit e terra, atq; aquis surges, quae siue statim euanescat, siue in altum sublata, conuertitur in nubem. nubes quoque tempore fieri possunt. nebulae nec astate calida, nec nimio frigore existunt. a nebula nebulo sus deducitur, nubibus plenus. et nebulo, nugator, uanus, nullius pretij homo, quod non facile perspicere potest, qualis sit, quasi nebulis obtenebratus, uel quod mendacis, ac uersutus suis nebulas quasdam obijciat, uel quod ad fugam fugitiuus, et ad furta nebulae sunt accommodatae. Lucretius. Nugator quidem, ac nebulo sit maximus multo. hi et tenebrones a ueteribus dicebantur a tenebris. V ar. M. Cur. Consul in capitulo, cum delectum haberet, nec citatus a tribunis cuius respodisset, uendidit tenebrionem. nebula a graeco deducitur *νεβηλη*. a quo per diminutionem *νεβηλιον* parua nebula dicitur. ADEO NE PVLCHRA EST. Ut scilicet capi. peti. precari. donari mereatur. TVSSIT. Hoc placet in ea, et ob hoc petitur, quod tussit, hoc est phthisin patitur, et speratur mox moritura. phthisici enim tussim patiuntur, ut supra diximus. tussio quid significet manifestum est, quidam hoc uocabulum factiuum esse putant, ab eo fit tussis, a quo tussicula diminutiuum. et tussilago herba, quae tussim sedat. ob id etiam bechion appellata *απετοῦ βήχας ὀφελειν*, hoc est a tussi sananda. duo eius genera. Syluestris, cui ubi nascitur, subesse aquas credunt. folia habet quinq; uel septem maiuscula, quam ederae, subalbida a terra, siu pne pallida, sine caule, sine flore, sine femine, radice perquam tenui. quidam eadem chamaleuon putant. huius arida cum radice sumus per arundinem haustus, uel deuoratus ueterem tussim sanare dicitur. Altra a quibusdam saluia appellatur similis uerbasco conteritur ea, et colata calescit, atq; ita contra tussim, et lateris dolores bibitur. contra scorpiones etiam et dracones marinos efficitur. item contra serpentes, si ea ex oleo lasi perungantur.

Adone pulchra est? immo foedius nihil.  
Quid ergo in illa appetitur, et placet? tussit.



biginta ipsa conditio. bisellium duos tantum capiens sella. biisgerum duorum iugerum. biremis naus, quæ duplici remorum ordine agitur. bisextum, de quo superius differuimus, quod bis sexto Cal. dicamus. Bitem porcus, duorum temporu. Bisieratus, geminas fieras habens. bisur, plus, quam sur, siue bis, qui in furto deprehensus est. Bisulcus, ungulas non solidas, sed scissas habens. item quicquid in duas acies scissum est, bisulcum appellamus. Besis, quod bis triens sit. Besis enim octo unciæ sunt. triens quatuor. biseta porca, cuius à aruce setæ bifariam diuiduntur, cum iam esse incipit maior sex mensium. Bifrons, qui duas frontes habet. unde Ianum dicimus bifrontem, bilis gemina lis. Neuius. Bilitem mihi nuper excauit, Biblo uerbu, non à bis deducitur, sed factitium est à similitudine sonitus, qui fit in uase. Enni. Biblit amphora. Quemadmodum autem bis à dis græca uoce deducitur, ita duo à δίω. à duo autem fit duplus. à quo duplo uerbum. et duplex. à quo duplico, et dupliciter. Duplices interdum pro duos accipimus. Virg. Et duplices tendēs ad sydera palmas. interdum pro latos. idem. Duplici aptentur dētia dorso. V eteres duplicationem dicebant, quos nos duplum. inde duplarū uocati, quibus ob uirtutem duplicia obaria ut darentur, institutum. Duplico uerbum interdum propriam habet significationem, hoc est duplicem facio. interdum ponitur pro augro. Sallust. Et maurus uictus duplicatuerat bellum. Virg. Et sol crescentes decedēs duplicat umbras. Ab hoc fit reduplico, hoc est rursus duplico. et conduplico, simul duplico. item à duo fit duodecim. à quo duodecim, et duo denus. unde duodenarius. duodeciginti, ac reliqua similia. et ducentum. ducenti. ducenteni. et duodeces. duodecigeas. ducenties. duodeuice simus. duodeuicessimus. ducentessimus. et duellū secundum quosdam, de quo superius diximus. et duplaris numerus, in quo minor bis numeratur. et duplices substantiuū pugillarum. siue tabellarum genus, in quibus literæ scribi solebant, quæ et diplomata græca uoce dicuntur. nam diplomata duplum dicunt. Suet. in diplomatis, libellisq; et epistolis signandis initio sphinge usus est, mox imagine magni Alexandri, nouissime sua. huiusmodi tabellæ aliquando triplices erant, in quibus scribentes amatorie solebant. Martial. Tūc triplices nostros non uilia dona putas, cum se uenturam scribet amica tibi. Aliquando quinquaplices. idem. Cæde iuuentorum domini calet area felix, Quinquaplia cera cum datur altus honor. item diuidens hostia bidens. et ducentis, cum altero, ut puta cum filio census. A dis uero fit dipondium, de quo superius diximus. et diphthongus duarum uocalium in una syllaba comprehensio unum efficiens sonum. et diplos genus uetus duplex uulgo nouum. et diptota nomina, duos tantum casus habentia. et diobolaris, duorum obolorū meretrix, de qua alibi diximus. **NVMISMATA.** Numos, græcum uocabulum est. νόμισμα, ut superius diximus, à latinis tamen passim usurpatum. Horatius, Regale nomisma philippos. Ab hoc numus deducitur. una litera addita, ut postrema syllaba producat. Nomisma autem à lege deriuatur, quæ græce dicitur nomos. quod lege deposita permutandi consuetudine signatus sit numus, eiq; pretium impositum. Numus generaliter omnem pecuniam significat. unde numum aureum dicimus. numum argenteum. numum denarium. numum quinarium. numum uictorium, et similia. item as numum libræ. dipondium, numum bilibræ. Petronius. Quisquis habet nummos, secunda nauiget aura, hoc est quisquis habet pecuniam. Quones tamen numum simpliciter ponimus, pro denario accipimus, qui erat uiginti quatuor siliquarum. Siliquæ tres scrupulum faciebant. Denarius autem uocatus est, quod hic numus pro decem libris æris constitutus sit, sicut quinarium pro

quinque. sestertium pro dipondio, ac semisse. Sed Annibale Romanos urgente, Cum Quin. Fabi. Maximus dictator esset, asses uncales facti sunt, plaouiq; denarium sexdecim assibus permutari. Quinarium octonis. Sestertium quaternis. in militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus. Item à numus fit numulus diminutiuum. à quo numularius. **DATA.** Permissa. concessa. **CALDA.** Aqua calida. Romani ueteres pro ratione temporum, modo calidis, modo frigidis aquis in mensa utebantur. Iunenalis, Gelidæ calidæq; minister. Hinc niuales etiam aquas adhibere mensis solebant, quas decoquebant, ut essent salubriores postea colu niuario, aut sicut attenuabant, deinde refrigerabant, Neronis principis inuentum fuit decoquere aquam, deinde uitro in niues refrigerandi gratia dimittere, ut uoluptatem frigoris haberet sine niuis malignitate. idem et lesicare aquam hyeme solebat, ut tepidius biberet. Prior illa de. octa, siue cocta uocabatur. Suetonius, Nero aquam è subiecta lacuna potaturus manu hausit et hæc est inquit Neronus decocta. Martial. Niueæ custodia coctæ huiusmodi luxuriam execratur Plinius, dum inquit, Hi niues. illi glaciem potent, pœnasq; montium in uoluptatem gula ueruat. feruatur algor æstibus, cogiturq; ut alienis mensibus nix algat. decoquunt alias, quas mox et illas hyemant. V eteres non calidum, et calidam, sed caldum, et caldam dicebant. Augustus in epistolis ad Cæsarem scriptis emendatus est, quod is calidum dicere, quam caldum maluisset, non quia id non esset latinum, sed quia esset odiosum. et ut ipse græco uerbo significauit. ἀπίστωρ, hoc est curiosum, et nimis affectatum. **MINISTROS.** Seruientes, eosq; qui in mensa necessaria suppeditant. à manibus enim ministri, quasi ministri appellati sunt. Hinc ministerium fit, quod proprie significat obsequium, et operam ministri. per metaphoram tamen pro quacunque actione accipitur. Virgilius de rege Latino. Mox istisq; refugit fœda ministeria. in plurali uero ministeria etiam pro ministris usurpatum. ab eodē fit ministro uerbum notæ significationis. à quo ministrator, et ministratrix pro ministris. Cicero, Sed ut omnes comites, atque ministratrices esse dices. item ministratio. subministro, quod est supposito. unde subministrator. subministratrix. subministratio. Administro, idem quod ministro. à quo administrator. administratrix. administratio. **MERYM.** Vinum solum sine aqua. unde meracius bibere dicuntur, qui minus aquæ in no commiscunt, sicut è contrario lymphaticus, et dilutus, qui plus aquæ adhibent uino. Deducitur autem merum ab adiectiuo merus raurum, quod modo solum significat. Terentius, Nihil habet nisi spem meram. hinc merulam, quidam dictam existimant, quod solitaria incedat. Auis est uirdi magnitudine. colore nigra. doctis. et sibilando humanam exprimens uocem. Circa Cyllenem Arcadiæ, nec usquam alibi candida nascitur. Modo purum, cum pro sincero accipitur. Plautus, Nescio quid est non merum, quod gemit. Varro, Eodem comecasse nescio, quæ mera miracula. Cicero, Ecce tibi exortus est Isocrates magister istorum omnium, cuius è ludo tanquam ex equo troiano meri principes exierunt.

**DE REGULO. EPIGRAMMA XLI.**

**I**TUR AD HERCVLEI. Blâditur Regulo, quod porticus, in qua aliquandiu fuerat, cum ipso præsentē integrâ stetit, eodem abeunte statim corrucit, quasi dijs per hoc ostendere uolentibus, quam aruum Itur ad Herculei golidas qua Tyburis arces, Canaq; sulphureis albula fumat aquis, Rura, nemusq; sacris, dilectaq; iugera mijs



eum haberent. Regulus nobilis caudicatus fuit Plynij; ac Martialis temporibus, quem ille saepe in epistolis carpit. hic frequentissime laudat. habuit uia tyburtina ad quartum lapidem uillam cum nemore, & portici antiquissima, in qua cum aliquando curru uectus umbræ gratia parumper confidisset, mox discedens ante oculos suos collapsam aspexit.

ITVR AD HERCVLEI. Ordo est. Quartus lapis à uicina urbe si gnatur rura, & sacrum nemus, & uirgata dilecta musis ea uia, qua itur ad gelidas arces herculei tyburis, & cetera albula fumat sulfureis aquis. **QUARTVS LAPIS.** Lapidibus enim apud ueteres nullaria signabantur, quod nunc quoque quibusdam in locis aspiciuntur. unde lapis aliquando pro nullari accipitur, ut cum dicuntur ad tertium lapidem, ad quartum lapidem. Lapis proprie est, quem graeci λίθος uocant. Saxum, quod ab illis petra dicitur. Lapis mitior, minorque, ac tenerior est. Saxum maius, asperius, duriusque. unde gemmae lapides, non saxa dicuntur. Plyn. Nusquam hic utilior, quam in Italia gignitur. Lapisque non saxum est. id est. Est & uiridis lapis uehementer igni resistens, sed nusquam copiosus, & ubi inuenitur lapis non saxum est. A petra petrosus deducitur, hoc est petris abundans. Et Petra Arabia oppidum, quod Nabatei incolunt in conualle paulo minus duobus millibus passuum amplitudinis circumdatum montibus inaccessis, amne interfluente. unde pars ea Arabiae Petrosa (ut supra diximus) appellata est. & petreleon oleum, quod ex petris natura sponte fluit. Item petronesi à ueteribus rustici, à petrarum asperitate, & duritia dicti sunt. Petra etiam à ueteribus uocabatur mulier, quae pompam praecedens in colonijs, aut municipijs imitabatur animum ebriam, quod pedes in petras frequenter impingeret, & spitteretque. Et Petronia nomen amnis in tyberim defluentis, quod per petras fluit. Petroselinum, quasi petrariū apium, herba est uulgo nota, quam superius diximus olusatruū appellari. & inter apij genera numeratur. graeci σελίνιον apium uocant, cuius plura genera sunt. Helioselinum, quod nonnulli paludapium uocant circa aqueductus, & in palustribus nascens, Hipposelinum, siue equapium pluribus folijs helioselino simile. Oroselinum, hoc est montanum apium, quod & modo tapium acutae ferè folijs, radice tenui, semine anethi, sed tenuiore. Item quod diximus petroselinum urinae difficultatibus, & calculo utile. A saxo saxeus, quod è saxo est. & saxosus, quod sicut saxis. A lapide lapideus, lapidosus, lapidibus abundans. Lapidillus, paruus lapis. Lapidescio, in lapidem conuerto. Lapidicida, qui lapides caedit. Lapidiana locus, ubi lapides fodiuntur. Latomiae à graecis dicitur. unde & carcerem latomas uocamus, siue quod damnati ad lapides fodiendos mittebantur, siue quod Sinuesani Campaniae populi latomas habebant, istar carceris excavatas, ex quibus excipi lapides fuerant ad urbem extruendam, ijsque pro carcere utebantur. Delapido, Lapidibus steruo. Vnde delapidate loca, quae lapidibus strata sunt, quidam etiam lapido usurpant pro eo, quod est lapidibus caedo, & lapidatos dicunt eos, qui lapidibus caesi fuere. item delapido, uasto, disperdo. Varro, Profundit paternas opes, atque delapidat. Lapidat quoque ueteres usurparunt pro eo, quod est inducit, & quasi in lapidem conuertit. Varr. Lapidat cor curae, erumna corpus conficit. **QA.** Via, scilicet lapidem silicem tenebant iuratori per Iouem, haec uerba dicentes. Si sciens fallo, qui me despicit salua urbe, arceque, ijs me eiciat, uti ego huc lapide.

ITVR. Pergitur. Eo quidem à graeco deductum existimant ius, quod est ius. omitto, quia eundo locum omitimus, in quo eramus. Ab eo uia deriuatur, de qua superius diximus, quasi ius, quod per eam eat. & iter à supino itum, et itiner cum eorum deriuatiuis, de quibus similiter superius disseruimus. item

itus & iter. Cicero. Quid nos iteritus, & redditus. idem. Nam plura de obuiam itione simul locuti fueramus. & semita, quod semis, hoc est dimidia uia sit. id est breuis, & arcta à quo semitatus ager dicitur, per semitas diuisus. & ito frequentatiuum. à quo iter itiner. Obiter iterum. iterum. itinero. itinerarium. itidem. item, de quibus superius diximus. item beto, quod est uado, quasi bene ito. Varro. mulierem quod parere ea non poterat, foras betere iussit. item composita adeo, quod significat accedo. à quo fit aditus pro ingressu. Virgilius, Sola uiri molles aditus, & tempora noras. cuius diminutiuum est aditulus, hoc est paruus aditus. & aditio accessio. & adides tela quaedam adeo antiqua, ut nusquam commemorentur in bello. Legitur tamen clauas fuisse cubito semis factis eminentibus hinc, atque hinc acuminibus, quae ita iacuntur in hostes, lo ro siue limo religatae, ut peracto uulnere ad nos reuertantur. Virgilius, Teretes sunt adides illis tela, sed haec lento mos est aptare flagello. Adytus uero si cum y litera graeci scribitur, locus est secretior templi, ad quem non nisi sacerdoti dabatur accessus. graeci ἀδυτὴν uocant. idem, usque adytis haec tristia dicta reportat. Adeo uero, cum ab ad, & eo pronomine componatur, significat eo usque, & semper subditur conuincio, ut Quintilianus, Nunquam adeo pro nobis sollicita lex est, ut quod praestet extorqueat. Interdum aduerbiū est, & si significat ualde. Terenti. Adolescentem adeo nobilem. Circumce, à quo circumus. & circumitio nota significatiuis. Intereo morior. à quo interitus mors, quasi interueniens, & mustarum rerum connexionem resoluens. Obeo, quod & obino ueteres dixerunt. & modo significat adeo. unde obire dicitur dicimus, pro eo, quod est mori, quasi ire ad diem fati. Sulpitius. Nuntiatum est mihi Marcum Marcellum diem suum obiisse, modo exequor, ut obeo legationem, hoc est exequor munus, & officium legationis. obeo prouinciam, exequor officium prouinciale. obeo mortem, exequor, & perago mortem. obeo uitam, perago, hoc est perficio uitam. Ab hoc fit obitus, quod modo mortem significat. Cicero, Cum de obitu fratris literas accepissem. modo occasum. Virgilius, Nec frustra signorum obitus speculamur, & ortus. Aliquando etiam aduentum. Turpillius, Et quis est, qui interrumpit sermonem meum obitu suo? Pereo. quod quidam ab intereo ita separant, ut perire leuius sit, & non omnium rerum finem denotet. Plautus, Qui per uirtutem perit, non interit. Dicitur est autem pereo, quasi in totum eo, quod qui perit, profusus abit. Ab eo fit periculum, quod modo significat salutis discrimen. Virgilius, Obscenaque famem, quae prima pericula uitae. Vnde periculor uerbum deducitur. Cato, Periculatus sum, hoc est periculum subij. Item periculosum, hoc est cum discrimine salutis. Cicero, Grauioribus autem morbis periculosas curationes, & anapites habere coguntur. ab hoc periculose aduerbiū, hoc est cum periculo. & à pereoo dispereo compositum. Martialis, Dispereream si non hic Decianus erit. modo experimentum. Terentius, Fac periculum in literis. Hinc fit periclitator uerbum, quod modo pro eo accipitur, quod est periculum subeo. modo pro experior. A quo fit periclitatio. Transco nota significatiuis. A quo transitus, & transitio. Item apud grammaticos transitiuum, quod transitionem significat. Anteco praecedo. Plautus, Omnes ego longe anteco stultitia. abeo discedo. Veteres tamen aliquando abisse pro obisse scripserunt. Ab hoc abies dicta arbore uulgo nota proceras, quod in caelum abeat. Nulla arbor tantopere nauigijs expetit. Situs eius in summis montium est, quasi maria figerit. Materies praecipua trabibus, & plurimus uita operibus. ideo abietaria negotia ueteres

Signat uicina quartus ab urbe lapis. Nam subito collapsa ruit, cum mole sub illa gestatus biuigis Regulus esset equis. Nunc & damna uicuat, sicut ipsa pericula tanti Haec quam pene nouum posticus ausa nefas. Nimirum timuit uias Fortuna querelas, Stantia non poterat tanta probare Deos.

Quae par ta magne non erat inuidia. Nunc & damna uicuat, sicut ipsa pericula tanti Stantia non poterat tanta probare Deos.



uocantur, quae nunc materiaria dicimus. Et abietarios negotia-  
tores materiarios, ab abietibus, et alijs lignorum generibus co-  
emendis. Abiegnum dicimus, quod ex abiete est, ut abiegnas tra-  
bes, abiegnas nauigia. Ex eo, egredior. Terentius. Exi foras see-  
leste. At etiam resistis fugitue? Aliquando tamen ponitur pro  
eo quod est liberor. Cicero, Ut tandem est tot miseris, atque erui-  
nis exiremus. Interdum pro uito. Virgilius. Corpore tela mo-  
do, atque oculis uigilantibus exit. Nonnunquam pro erupo. idem.  
Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exit. Ab hoc de-  
riuat exitus, hoc est egressio. et exitium, quod ueteres pro exi-  
tu tam in bonam, quam in malam partem accipiebant. nunc  
duntaxat pro pessimo exitu, ac pernicioso accipitur. unde exiti-  
osum perniciosum dicimus, quod et exitiale, et exitabile di-  
citur. Prode, progredior, in lucem uenio, uel quasi porro eo. Apu-  
leius. Tum uero ex occulto prodeunt aliqui. Veteres produnt  
pro prodeunt scribere. Ennius. Prodiunt famuli cum caecidit  
lumina lucent. Hinc produs interius longius. Praeco, ante eo,  
praecedo. a quo praeditus dicitur is, qui aliqua re alios praedit, ut  
praeditus honore. praeditus uirtute. praeditus uitijs. Item pra-  
tor, quasi praetor, magistratus populi Romani creatus (ut Dom-  
petius refert) Cum consules ab urbe bellorum gratia auocaren-  
tur, neque esset, qui in ciuitate ius reddere posset. Hinc Urbanus  
praetor appellatus est, quod in urbe ius redderet, post aliquot  
annos non sufficiente eo praetore, quod multa turba peregrino-  
rum in urbem ueniret, creatus est et alius praetor, qui peregrini-  
us appellatus, eo quod inter peregrinos ius dicebat. Capta de-  
inde Sardinia, et Sicilia. Item Hispania. deinde Narbonensi  
provincia tot praetores creati sunt, quot provinciae in ditionem  
uenerunt, partim, qui Urbanis, partim qui provincialibus pra-  
essent. A praetor praetura, ipse magistratus. et praetorium pos-  
sessuum deducitur. et praetorium, ut praetoria corona. Prae-  
toria cohors est dicta, quod a praetore non discedebat. Prae-  
tores enim initio erant, qui nunc consules. et Scipio, qui primus  
africanus est dictus, fortissimum, quemque militem delegit, qui  
ab eo in bello non discederet, et caetero militiae munere uacat-  
rent, ac sexcuplex stipendium acciperent. Praetoria porta ap-  
pellabatur, qua exercitus in praetium conducebatur. et tran-  
senna, quod non transitum (ut quidam putant) significat, sed  
porrectam extra domum, quasi pergulam, per quam transitur,  
superimposito tegulo. Macro. Praeterea tum sedenti Metello in  
transenna dimissum uictoriae simulachrum. Cicero. Nunc pe-  
te a Crasso, ut illam copiam ornamentorum suorum, quam co-  
structam uno in loco, quasi per transennam praetereuntes, stri-  
ctim aspeximus. Item compositum ab eo pertranso. et praetori-  
um tabernaculum consulis. In eo modo incipio, ut in certamen,  
hoc est inchoat, modo ingredior. Plau. Videbo id, priusquam  
ineam domum modo concubo. Plyn. Sed asini qui equas iecant,  
optimi legendi sunt. idem. Arceriq; utriusque genus ab altero nar-  
rant, nisi infantia eius generis, quod ineant lacte hausto. hinc  
initorem aliquando pro concubitore. et initum pro coitu usur-  
pamus. Subeo modo ingredior. Virgilius, Haec inquit limina  
uictor Alcides subiit. unde subire onus, et subire provinciam  
dicimus. modo occorro, in memoriam uenio. idem. Subit et de-  
serta Creusa, Nonnunquam extollo. Plyn. Sed hi rationem af-  
ferunt, quod leuissima est imbrum aeternarum aqua, ut quae  
subire poterit, et pendere in aere. Idem. Nec leuitatis in plu-  
uia aqua argumentum est subisse eam in caelum, cum etiam la-  
pides subisse appareat. Hinc subitus deducitur, quod repenti-  
num significat. Acaus. Benefacis, sed nunc quid subiti mihi fe-  
bris haec attulit mali? A quo fit subito aduerbium, hoc est re-  
pente. Martialis. Nam subito collapsa ruit. et subitarius repen-  
tinus, quod etiam pro extemporali accipitur. Cellius. Quid si-

bi uellet subitaria dictio. Item subitaneus. a quo subitaneam  
mortem dicimus. Superbio, quasi super eo. A quo superbus. su-  
perbia. superbe. superbiloquus. superbiloquentia, de quibus  
superius disseruimus. Redeo, reuertor. Terentius. Redeo inde  
iratus, atque a gre ferens. Aliquando tamen accipitur pro eo, quod  
est referor. reuocor. Virgil. Redit a agricolis labor actus in or-  
bem. Veteres redunt pro redeunt scribere. a redeo reditus,  
hoc est reuersio deriuatur. et rediculi sanum extra portam ca-  
penam iureo dictum est, quia accedens ad urbem Annibal ex  
eo loco redierit, uisis quibusdam perterritus. Cetero modo conui-  
gor. Cellius, Coibatur societas in se parabilis. unde quidam coe-  
tum pro conuentu deductum uolunt, quasi coitum, hoc est conui-  
tionem. conuentum modo concumbo. Ouidius. Hic coeamus  
ait, coeamus, retulit echo. Hinc fit coitus pro concubitu. Item  
frequētatiuum comuto, quod ueteres aliquando pro concumbo  
usurparunt. cuius passiuum est comitor, quamuis reperitur  
etiam deponens. et comes, et comitium. A quo comitalis, et  
comitaliter. de quibus superius disseruimus. Sedeo, quasi seor-  
sum eo, de quo et eius deriuatus simuliter a nobis disputa-  
tum est. Ambio, quod proprie significat circuo. concludo. Vir-  
gilius, Quae rapidus flammis ambit currentibus amnis. Per  
metaphoram tamen aliquando significat ambire, pro eo quod  
est blandiri. et circuenire. Virgil. Quo nunc regnam am-  
bire surrentem Audeat affatu. Quoniam uero romani dum ho-  
nores, et magistratus quaererent, circuire singulos solebant,  
prensare dexteras, rogareque ut se suffragijs adiunarent, factum  
est ut ambire accipatur pro eo, quod est honores et magistratus  
quaerere. Ab hoc ambitio, et ambitus deducuntur. Ambitio pro-  
prie est honorum, et laudis immoderata cupiditas. Ambitus  
uero dicitur, cum ad publicos honores, et magistratus uisus,  
atque honesti artibus, ut puta blanditijs, precibus, largitione co-  
tendimus, qualis est, quae nunc uulgo a Simone mago simonia  
uocatur. Quae cumque autem ambitus facit, ambitio facere compel-  
lit. Unde ambitiosi dicuntur, qui immoderate appetunt hono-  
res. Interdum pro captatione misericordiae ponitur. Quintilia-  
nus. Si iuuenis innocens iudices uti uellet ambitu tristis-  
simae calamitatis, hoc est misericordiam captare ex commemo-  
ratione malorum. unde ambitiosus etiam dicitur qui huiusmo-  
di utitur ambitu. Idem. Non sum ambitiosus in malis, nec la-  
crymarum augere causas uolo. Ambitus etiam apud rhetores  
dicitur, quod graeci peridion uocant, cum sententia certa quadam  
descriptione definitur. Sed hic constat ex membris, quae cola  
graeci uocant. et caesis, quae commata appellant, de quibus su-  
perius diximus. Item ambitus locus est inter aedificia uicino-  
rum, patens in latitudinem pedes duos, et semissem, ad circū-  
eundi facultatem relictus. Item ab ambio amnis, hoc est flumi-  
us (ut Varro testatur) quia omnia flumina circumeunt, propter  
quod cornua pinguntur. ARCES. Loca excelsa pro-  
pter altitudinem montis, in quo situm est Tybur. GELI-  
DAS. Frigidus. Quia locus iste natura frigidissimus est.  
Celu proprie glacem significat, dictum (ut nonnulli existi-  
mant) ἀπὸ τοῦ λυγρῶν, hoc est a soluendo terram. nam  
glaciae profusa terra resoluitur. aliquando tamen pro frigore  
accipitur. unde gelidum frigidum dicimus. A gelu fit gelo uer-  
bum. a quo congelo, hoc est constringo. unde fit congelatio a stri-  
ctio. et gelasio, in gelu astringor. et glaciae, quasi gelatae. a  
quo glaciator uerbum, hoc est in glacem astringor. et glacia-  
lis quod glaciari, hoc est in glacem astringi solet. Iuuenalis,  
Ultra saurotatas fugere hinc libet, et glacialem oceanum.  
TYBURIS. Tybur urbs est ad sextumdecimum lapidem  
distans ab urbe Roma. Hanc Cato Solinus, et alij quidam a  
Carylo arcaide Classis Euandri praefecto scripsisse conditam  
fuisse.



fuisse. Plinius uero Tyburis originem multo antiquiorem esse scribit quam urbis Romae, & extare adhuc tempore suo memorat illic tres et Tyburto eius urbis conditore uetustiores, apud quas in auguratus traditur fuisse Tyburtus, dum urbem esse conditurus. Sed hanc authorum disensionem concordat Sextus nobilis apud graecos historicus. Catylus inquit Amphiarai filius fuit. hic post prodigalem patris apud Thebas ante illa cum bellum interitum, iussu dei cum omni suorum coetu, et sacris missis, tres liberos in Italia procreauit, Tyburtum. Coraam. & Catylum, qui ex pulsus ex oppido haud longe ab urbe Roma positus ueteribus sicinis, a nonnne Tyburti maxima filij, oppidum uocauerunt. huic consentire uidetur Virgilius cum inquit. Fratres Tyburti dictam cognomine gentem. Sunt qui affirmant singulos fratres singula oppida condidisse. Cuius rei testis est mons, qui adhuc Catylus dicitur. & Corax oppidum nobile in uolsis. A Tybur gentile nomen tyburis deducitur, & adiectiuum tyburinus. HERCVLEVS. Tybur Herculeum uocatum est, quod in eo Hercules religiose colebatur, frequenq; ad eius templum populus singulis annis die eius festo conueniebat. RVDIS. Vetus, sine artificio impolita. ALBULA. Albulae aquae dictae sunt in agro tyburino uarijs morbis utiles, praesertimq; uulneribus, haec praegelidae sunt. Strabo. Tybur herculeum est in quo Anus e sublimi in profundam uallem praecipit descendit, & per nemora siluit urbi uiana. In planicie aquas albulas habet frigiditas multis e fontibus surgentes ad uarios morbos salutaris. no modo potui, sed etiam sessionibus admittas. Albulae dictae sunt a colore albo, qualem ferè omnes sulfurae habent. CANA. Alba. FVMAT. Tollitur quasi fumus. Surgunt enim ex huiusmodi aquis nebulae quaedam istarum fumus. Fumus a furo deducitur, ut supra diximus. A fumo uero fumosus & fumiger. & fumo uerbum. a quo in fumo, hoc est ad fumum sicco, sicut in solo sicco. & in fumibulum spiraculum, per quod exit fumus. & fumigo, quo aliqui utuntur pro suffio. a quo fumigatio, hoc est suffitio. & fumifico eiusdem significationis. Plautus, Etq; ut arabico fumificem odore. A QVIS SVLFVREIS. Propter aquas sulfureas, hoc est sulfuris colorem, ac naturam habentes, quod per uenas sulfuris transeant. Sulfer in insulis Aeolis praecipue nascitur Inter Siciliam, Italiamq; sed nobilissimum in Melo insula in Italia quoq; inuenitur in Neapolitano, Campanoq; agro collibus, qui leucogabi uocantur, quod e cuniculis effusum pficitur igne. Genera eius quatuor. Vinum, quod graeci apyron uocant, nascitur solidum, hoc est globosum. Cetera liquore constant, & conficiuntur oleo incocta, hoc effoditur, translucetq; & uiret. Alterum genus appellant glebam, fullonum tantum officinis familiare. Tertium genus Aegula uocatur suffiendis, tamen lanis utile, quoniam candorem, ac molliciem praestat. Quarto ad echythia maxime conficienda utuntur. Sed tanta ei uis est, ut morbos comitiales deprehendat nidore igni impositum. Lusit & eo Anaxilaus in calice nouo pruna subdita circumferes, ex ardescens repercuttu pallorem dirum uelut defunctorum effundente conuiujs. Aufert & lichenas e facie cum terebinthi resina, & lepras. Harpactoon uocatur a celeritate auellendi. auelli enim subinde debet dicitur & gregale, quod hoc genus ceteris uilius est. Papinius, Quisq; communis permutat uireis gregale sulfis. habet & in religionibus locum ad expiandas suffitu domos. Nulla res facilius accenditur, ex quo apparet ignium uim magnam ei inesse. Fulmina & fulgura quoque sulfuris odorem habent, ac lux ipsa eorum sulfurea est. A sulfure sulfureus deducitur. & sulfuratium. Sulfurata enim dicuntur ligna exilia sulfure ab utraque

parte intincta ad accendendas lucernas. Martialis, Qui pallentia sulfurata fractis permutat uireis. Iuriconsulti scribunt materiae appellatione carbones no contineri, nec titiones, alia ue ligna cocta, quae fumum non faciant, nec sulfurata, licet de ligno sicco sint, nec quae ad facies parata sunt. NOVVM. Magnum siue inopinatum. Nouum enim proprie dicitur recens, & quod nuper fuit. Ouidius, In noua fert animus mutatas dicere formas, Corpora. & a graeco deducitur, quod est rior. interdum pro magno, ac mirando accipitur. Virgilius, Pollio & ipse facit noua carmina. Nonnunquam pro inopinato idem. Quis furor iste nouus? Nouus etiam dicitur, quorum nulli maiores clari fuerunt, sed ipsi per seipsos clari esse incipiunt, & magistratus in ciuitate consequi. Cicero, Noui homines plurimi eosdem honores consecuti sunt. Ab hoc fit nouitas notae significationis, & nouitium, ualde nouum. et noualis. siue nouale, de quibus superius diximus. & nouissimus postremus. a quo nouissime aduerbium postremo. & nuper, quasi nouiter. A quo nuperus recens. Plautus, Quo tu una nocte postulauisti, & die recens captum hominem nuperum, & nouitium. & noue aduerbium. id est praeter consuetudinem. & nouo uerbum, hoc est nouum facio. A quo innouo, & renouo composita. & nouacula, culter rasorius, quod nouare, hoc est nouum facere uideatur. & nouerca, quod noua superinducatur a patre, ut superius diximus. Et utricus, quasi nouitricus, quod nouus superinducatur a matre. utricus enim, matris meae uir, quemadmodum inferius dicemus. & nugeres inutiles, & ridiculae, quasi noui geres, hoc est noua, & inaudita. Nugas enim proprie dicimus uerba inutilia. leuia. ridicula. unde & pro rebus etiam inutilibus usurpamus. Hinc fit nugor uerbum, quod significat falsa leuia & inutilia loquor. & nugator, cuius foeminiuum est nugatrix. & nugax, q. nugator plenus est. & nugatio uocatio. & nugatus pro nugatione. & nugator, ac nugatissimus. & nugalia. hoc est nugationes. Cellius. Et alij alia quaedam nugalia proferebant. & nuggerulus, qui falsa, atque inutilia noua, uel res inutiles, atque inanes apportat. & nugguendus, qui rem aliquam mulieribus uendit. Nam omnia, quibus matronae utuntur, ueteres nugas appellauere. Plautus, Nugguendis res soluta est omnibus. ab hoc fit diminutiuum nugguendulus. a rior uero Neapolis dicitur, hoc est noua ciuitas. & neophytus nouellus, quasi rior fortis, hoc est nouum germen. & neomenia nouilunium. & Neoptolemus proprium nomen, quod significat nouus miles. Fuit autem Achilles filius ex Deidamia filia regis Lycomedis in Syro, cum qua uirginali habitu concubuit. Virgilius, De genere q; Neoptolemmum narrare memento. Hic postea a colore rufo dictus est Pyrrhus. nam graeci πυρρὸν rufum dicunt. fuit rex Epeiri ab Oreste interfectus. Alter quoque Pyrrhus fuit Aecidae filius, rex Epeiri, qui paternum genus ab hoc traxit, maternum ab Hercule. Hic cum romanis bellum gessit, & in peloponneso, dum argos oppidum oppugnaret, lapide ictus interijt. a quo pyrrhychius appellatus pes duabus breuibus syllabis constans, quo frequens in ludis suis utebatur. Pyrus uero Imbrasii filius, & Thracum rex fuit, qui cum ex Eno patria troianis supplicis tulisset a Thoante rege Etolorum in bello occisus est. Pyrrho autem Helidensis philosophus, & Plistarchi filius fuit, quem Apolodorus prius pictorem fuisse affirmat, postea audisse Anaxarchum, adeoq; aliqua do ira percitum fuisse, ut sumpto ueru cum atribus coctum in forum usq; persecutus sit. quandoque etiam in Helide discipulorum distinationibus fatigatum abiecto palio Alpheum transisse. Ab hoc pyrrhonij dicti sunt philosophi, qui a graecis ουερωνιδος, hoc est commentantes, & ueluti quaestores quidam, ac considerato-



res appellantur. Nihil enim decernunt, sed in querendo semper, considerandoque versantur, ac, ne videre quoque plane ququam, neque audire sese putant, sed ita pati, afficique quasi uideant, uel audiant, hoc duntaxat ab Academicis differentes, quod Academia quidem ipsum illud nihil posse comprehendere, quasi comprehendunt, et nihil posse decerni, quasi decernunt. Pyrrhonij uero ne id quidem ullo pacto uideri uerum dicunt, quod nihil esse uerum uidetur. Academici ab Academia dicti sunt, loco nemoroso, mille passibus ab Athenis distante, et ab Academo Heroe cognominato, in qua uilla fuit natiuitate Platonis nobilis, hoc loco conuenire, et de naturis rerum disputare philosophi solebant. PENE. Quasi hinc Peninsula dicta, quae quasi insula est, et undique serè aquis clausa, breui tantum angustia, quae dicitur isthmus continenti adnectitur. Nam insula dicitur terra, quae undique aquis clauditur. proprie autem mari. Vnde quidam a salo appellatas insulas uolunt, quod in salo, hoc est mari sitae sint. Ab insula fit insularis. Plynus, Qui primus insularem morbum in urbem inuexit. Peninsulae graeca *ἡμισυνησ*, siue *ἡμισυνησ* uocant, quasi terrestrem insulam, quippe eorum lingua *ἡμισυνησ* terrenus. *ἡμισυνησ* terra. *ἡμισυνησ* insula dicitur. R. VIT. Conadit, et solo strata est. Proprie enim ruere conadere est. Virgilius, Ruit alto à culmine Troia. Per metaphoram tamen aliquando pro effundi accipitur. Idem, Vnde ruit totidem uoces resposita Sibylla. Aliquando pro deiça. Cicero, Sed hoc nõ est emptorem pati ruere, et per uenditorem in maximam fraudem incurrere, interdum pro diruere, emertere, complanare. Virgilius, Cumulosque ruit male pinguis arenae. Quandoque profestinanter ire, siue in praecipiti ferri, et sine cautela in aliquem impetum facere. Idem, Quo ruit, extremum hoc miseræ det manus amanti. Idem, Quo mortura ruit, maiorque uiribus audet? Nonnunquam pro impellere. Terentius, Caeteros ruerem, aggre, raperem, tunderem, prosternerem. Plerumque pro eruere, eleuare. Virgilius, Cõfusa ruebant ossa focis. A ruo rui na deducitur, quae proprie casum significat. ponitur tamen etiam pro exadio, ab hoc ruinosum dicimus, ruinis plenum. Item a ruo ruitum, instrumentum rusticum, quod eo arena eruitur, et rutabulum, quod eo ignis prouocatur, ut panes coquantur, et ruito, quod sine scribi debet, ab eruendo spiritu. Flaccus, Rident alios rutare, ac respirare pulcherrima super uia. Reperitur et deponens rutor. Cicero, id faciale, cum rutaretur, animaduertimus. Hinc ruitus, et rutatio deducuntur, quidam tamen ructo cum e scribendum affirmant, et a ruge uerbo deriuant, eiusdem significationis, a quo et erugo fieri dicunt tertie conuersionis. Sunt qui rutubam quoque a ruendo deductam putant, quod uocabulum ueteres pro turbatione usurpabant. Varro, id postea uiderimus, nunc sumus in rutuba. et runam teli genus. Ennius, Runata recedit, hoc est runis praeliata. habet autem hoc telum latiorems cuspidem, a quo diminutuum eius nulla significat instrumentum ferreum, stimulo rusticorum additum, ad uomerem detergendum. Plynus, Purget uomerem subinde stimulus cuspidatus nulla. item runana fabrilis instrumentum, item runco uerbum, quod est eruo, euello, a quo runactio, euulsio inutilium herbarum, et ueprum. et Runana dea, quae runationi praerat, item aberunco, a quo aberu casto, quod est euerto. Cicero, Sumptum a Lucilio Dii maline meliora, atque amentiam aberuncasti meam, item dirunco, quod est mudo, detergo. Veteres etiam pro Runana Runam usurparunt. Item a ruo composita sunt obruo, quod significat operio, quasi eruta terra id fiat. Ouidius, Obrue uersata ce re alia femina terra. Dicimus tamen etiam obrutum undis. Virgilius, in cute uim uentis, submersasque obrue puppes. Obruo-

tum uino. Cicero, Ut fratrem imitetur se obruit uino. et ad animum quoque transfertur. Quintilianus, Tot uoluptatibus obruere possint unum dolorem. Eruo, extraho, a quo eruto. Vnde fit eructio, quod ab imo stomacho eruitur spiritus. Quidam etiam erumnam ab hoc deriuatam existimant, hoc est miseriam, maiorem calamitatem, quod animam eruat. Ab hoc fit erumnosus, hoc est maestus, calamitosus. Proruo, cum impetu feror. Plautus, Proruo in eum unguibus iruo, eiusdem ferè significationis. Sallustius, Cum forte in eum irruerent facie repulsi sunt. Subruo, effodio. Seneca, Subruunt terram, thesauros quarunt. Diruo, deicio. Horatius, Diruit aedificat, miscet quadrata rotundis. Dirutum aere militem dicebant ueteres, cui stipedium, et gnomonia causa non erat datum, quod as in fiscum, non in militis sacculum diruebatur. Corruo, idem, quod ruo, siue simal ruo. Quidam corrudam, hoc est syluestrem asparagum ab hoc deductum uolunt, quod adolescens corruat, hoc est decadat, unde et Attia horuminum appellat *ἀπὸ τοῦ ἑρμῆος*, quod est ruo, idem a patria libicum uocatur, hoc trito cum oleo perunctos pungi ab apibus negant. Sunt etiam qui rutam a ruendo, hoc est eruendo dictam existimant, quod una ex omnibus herbis propter multiplices eius usus maxime eruatur. Quippe nulla herba contra serpentium ictus efficator est, unde mustella cum his dimictura est rutae ante se mununt. Vales et contra scorpiorum ictus, et araneorum apium, crabronum, uesparum aculeos, et antharidas, ac salamandras, canis uerabosus morbus, si acubuli mensura succus eius uino bibatur, et folia trita, uel commundicata imponantur cum melle, et sale. Sucto uero perunctos negant ab his malefici ferri, Serpentesque auunt, si ueratur rutae, uidorem eius fugere. Sculptores, et pictores hoc abo uuantur, oculorum gratia. Multi sucto eius cum melle attico inuncti, uel cum lacte mulieris puerum enixae caligines discusserunt. Pforas, et lepras cum alumine illite emendat, radix rutae sanguinem oculis suffusum, et in toto corpore curat, aut maculas illitit auferit. Datur et uenerem crebro per somnia imaginantibus. Succus tamen rutae copiosior datus, ueneni noxiam obtinet, sed quod mirum est acuta sucto extinguitur, adeo uenenorum quoque uenena sunt, praeterea ad tussim suffpiria, pulmonum, iecatorum, renum uita, craspula grauedines, innumerisque alios morbos rutae confert, herba, sucto, radice, semine. GESTATVS. Vetus portatus, hoc est cum Regulus curru ascendens inde discessisset. Cerere proprie portare est. Virgilius, Bella manu, letumque gero. Aliquando tamen pro habere accipitur. Idem, Et nos aliquod nomenque, decusque gessimus. aliquando pro facere. Idem, Nec tecum talia gessi, magnanimum Aeneam, et fati extrema secutus. Hinc gessit, et res gesta dicuntur, de quibus superius diximus. et frequentatiuum gesto, et gestus nomen quartae declinationis, quo indicatur, quod geratur. potest tamen et participium esse, a quo fit uerbum gesto, quod proprie significat letitiam animi cum quodam corporis motu exprimo. Terentius, Qui me rogando obtundat, quid gestiam, aut quid letus sim. Virgilius, Et studio incassum uideas gestire lauandi. Aliquando tamen pro cupio accipitur. Lucilius, Quantum haurire animus misarum est fontibus gestit. Item a gesto gesticator eiusdem significationis, a quo gesticator, gesticulatrix, gesticulatio, et gestamen quicquid gestatur, ut uestes, arma, scriptum, et similia. et gestator, ac gestatrix, et gestatorium feraculum, et gestatio, uelatio, portatio, item a gero grummus a congerie terrae, est enim grummus terra collectio minor tumulo, interdum tamen pro aggre ponitur. Varro, Et praefo iugo ingentem grumnum anni adiderunt.



diderunt. Item gerulus, qui fert aliquid onus, & pro baiulo accipitur. baiulum enim dicimus eum, qui mercedis gratia onera ferre confuevit. nam baiulare portare est. Plautus, Ego baiulabo, tu, ut deceat dominum, anteito inanis. a gerulus fit compositum nuggerulus, hoc est nugator, siue nugurum apportator, de quo paulo ante diximus, qui & a gerendis nugis gerro appellatur. Quamuis aliqui hoc a gario potius deductum uelint. garire enim inepte strepere est. Cicero, Nam & seculus nullus ante gymnasia inuenta sunt, quam in ijs philosophi garire ceperunt. hoc et gariditare ueteres dixere. Varro. quidnam gariditatis dicentes, o fortuna. o fors fortuna. hinc qui uocem inaniter iactat, garulus dicitur. item garulae aues canora, & hilares. Virgilius, Garula, quam tignis nidum suspendit hirundo. quandoque etiam gerulus pro cordato accipitur. Varro, in hac ciuitate tum regebat Dionysius homo garulus, & acer. A gero etiam, seu (ut aliqui uolunt) gario, Gerra nugae dicuntur. Nos a graeco deductum existimamus, qui xi ppx uocant crates umneas. cum enim Athenienses Syracusas obsiderent, & crebro gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamare ceperunt. unde factum est, ut gerra pro nugis accipiantur. & inde gerrones appellati leues. inepti. ridiculi homines. Nonnulli etiam tradunt gerras in Naxo Veneris insula fixatores uocari. Gerrus uero flumen est Scythiae septimus ab Istro memoria dignus. item a gero gerundium, siue gerundium apud grammaticos, quod & participiale nomen appellatur, quod sub una uoce actiuum, & passiuum sensum gerat. item belliger. a quo belligero uerbum. armiger. corniger. flammiger, & moriger, de quo supra diximus, qui & morigerus dicitur. Plautus, Ut tibi morigerus hodie, ut uoluptati sui, & alia his similia. Praeterea a gero composita sunt aggero, quod si significat a gregem. unde agger deducitur, qui est cuiuslibet rei coacernatio. item eminentia mediae uiae exaggeratis lapidibus strata. Virgilius, Quales sepe uiae deprehensus in aggeres serpens. & aliud compositum exaggero, quod est coacernatio. Egero, extra gero. unde aliquando pro euomo accipitur. aliquando pro eo, quod est per inferna corpus euacuo. a quo egestio deducitur. Egeria nympha, cui sacrificare praegnantibus solebant, quod eam putabant facile foetam alio egerere. in gero, in porto. misceo. Suggero, modo supporto. submisstro. modo insinuo. a quo suggestio, insinatio. & suggestus pulpitum, hoc est locus excelsior. unde oratio haberi ad populum solet, dictus suggestus, quod ibi ligna suggerantur, in quibus strari possit. Pulpitum uero quasi publicam, quod qui consistit, publice spectetur. Digerio. ordino. dispono. Virgilius, Sic digerit omnia Chalcas. ab hoc digestio ordinatio. & digeste aduerbium ordinat. Congero, quod proprie si significat congrege. coaduno. Tibullus, Diuitias alius fuluo sibi congerat auro. per metaphoram tamen ponitur pro nidifico, quod ibi coadunentur, quae ad faciendum nidum sunt necessaria. Virgilius, Nanque notauit ipse locum, acrie, quod congersere palubes. Hinc congeries coadunatio appellata. Regeo, retro gero. interdum etuomo. Apuleius, Na et regesta, crapula uestem inquinauerat. BIVGIS EQVIS. Binis. Bivg equi dicuntur, cum bini ad unum iugum nexi sunt. hi bivgum dicuntur, sicut quadrivg, qui quatuor. hi dicuntur quadrivgum, quemadmodum superius differimus. FORTUNA. Dea. QVAE PARTAM MAGNAE NON ERAT INUIDIAE. Quae non potereat sustinere tantum odium, quantum in animis hominum e morte Reguli conceptum fuisse. NVNC. Postquam absente Regulo collapsa est porticus. DAMNA. Deriuatum e ruina factum. IUVANT. Placent. delectant. TAN-

TI. Pretii, si hoc est tantae estimationis. Nam quemadmodum dicimus, tanti facio. tanti aestimo. ita tanti sum, hoc est tanti aestimo. tantum ualeo. PROBARE. Experiensensus est, si porticus stetit, non potuisset fieri periculum, an dijs Regulus curus esset. Nunc uero ruina porticus illo saluamorem in cum deorum probauit.

EPIGRAMMA XLII. DE ARIA,  
ET PAETO.

10

**C**ASTA SVO GLADIVM. Pulcherrimum tetrasichon de Aria patruina Paeti uxore. Quae damnato uiro, propterea quod in Claudium coniurauerat, ad illum profecta, prius sese, ne post eum uiueret, gladio perfodit, tum uulnere extractum uiro, ut idem faceret por-

20

30

40

50

60

rexit. De hac sic scribit Plinius Secundus in epistola. Praclarum illud quidem Ariae ferrum stringere. perferdus praectus, extrahere pugionem, porrigere marito. Adde uocem immortalem, ac pene diuinam, Paete non dolet. CASTA. Honestas. fidem seruans uiro, nullam turpitudinis notam habens. Castum proprie dicimus pudicum, & immaculatum, quasi castratum. Nam castrare proprie est pudenda amputare. Qui autem sine pudendis est, necessario castus est. Virg. Casta pudicitiam seruat domus. Per metaphoram tamen castum pro honesto, & continenti accipimus. unde & in antiquissimis epigrammatibus aliquando legimus uxori castissimae. & castum tantum dicimus, in quo nihil est lasciuiae. Varro. Demittis acris petore luctus, cantuq; casto corda relaxas. Item castam manum, quae se a furtis, & rapinis continet. Idem, nec manus uisco tenacina tinxerat uiri castas. Item pro pio, & religioso. Virgilius, Quisq; sacerdotes casti, dum uita maneret. Idem, Nulli fas casto sceleratum insistere limen. Hinc castitas, hoc est pudicitia deducitur, quam ueteres etiam castitudinem dixerunt. Acti. ibi fas. ibi cunctam antiquam castitudinem. & caste aduerbium, hoc est pudice. honeste. et comparatiua, ac superlatiua eorum castior. castissimus. castus. castissime. & incestum, siue masculino genere, incestus (utroque enim modo dicitur) quasi non castus. est autem crimen, quod committitur cum ea, cum qua illicitum alioquin matrimonium fuisse, ut puta cum matre. sorore. sacris uirginibus. aut alijs huiusmodi. & incesto uerbum, quod si significat fredo. polluo. Virg. Totamq; incestu fatuere classem. ab incesto incestuosus dicitur, qui incestum commisit. Stuprum aliquando pro incestu ponitur. Proprie tamen stuprum est contra legem uentus, qui duplex est. unus cum nupta, quod & adulterium dicitur, aut cum puero, aut cum sanguine coniunctis, siue sacris uirginibus. alter cum uim afferimus cuiuslibet personae, etiam si ancilla sit. Unde stuprare in utroq; sensum accipitur. Quintus. Vxor marito dicit appellat. a se de stupro a priuigno item fertina supra, raptosq; concubitus obicit. uel falso maritus. Stuprum quoq; pro turpitudine ueteres usurparunt. Ennius. Foede, stuprumq; castigor quondam. Stupre inquit, hoc est turpiter. secundum quosdam castra, quod in ijs castris, & sine mulieribus uiuere. quamuis alij a castrando dicta malint, quod in ijs libido castraretur. nos a casta potius originem habere dixerimus. et castigo, quod proprie est increpo. reprehendo, & quasi castum, hoc est honestum ago. Cicero. Omnis autem animaduersione, & castigatio contumelia uacare debet, neq; ad eius, qui puniat aliquem, aut uerbis castiget, sed ad reip. utilitatem referri. Idem. Et quoniam de impudentia diximus, castigenus & sequitatem, atq; inertiam. Virg. His grauis Entellus ductus castigat Aestes. idem.

E ij

*Casta suo gladio cum traxerit Arria Paeto, Si qua fides, uulnus quod fecit non dolet, inquit, Sed quod tu facies, hoc mihi Paete dolet.*



Castigatq; moras, opere omnis semita fertet. Aliqñ tamen castigo pro punio accipitur. Idem, Castigatq; auditq; dolos, subigitq; fiteri. hinc castigatum dicimus correctum. emendatũ. probum. honestum. a quo castigator. castigatissimus. castigate. castigatus. castigatissime. Castigatio, cuius diminutivum est castigatuncula. Casta mola a veteribus uocabatur sacrificij genus, quod uestales uirgines faciebant. Castula, pallioli præcinctum, quo nuda uirgines infra papillas præcinguntur, id est periconium, et præcinctorium appellatur. Castraria uero primogenium est, et significat locum, ubi cum nauigatio conqueſcit, rem, et gubernacula reponuntur. Plau. Quin si polrepositi remum sola ego in castraria, ubi quiesco, omnis familie causa consistit tibi. castanea nõ a casto deducitur, sed græca uox est, quippe græci nãstator uocant, e nucum genere. Virg. Castaneasq; nucos, mea quas Amaryllis amabat. armatũ huic echinato calice uallum est, terni quibusdam partus ex uno calice, cortexq; lentus. proxima uero cor porum membrana nisi detrahatur, saporem infestat. Torrentur in abis gratus. Sardibus; hæ principio prouenere. ideo apud græcos sardiani balani appellantur. Plura earum generis. Tarentinae planæ figura, ficialime mundantur, ficialius balanitis, quæ rotundior est, pura maxime salariana. laudatior coreliana, et ex ea per insinonem facta metereua. uulgatior, quæ coctua uocantur. Patria laudatissima Tarentum et in Campania Neapolis. Cætera suum pabulo gignuntur. A castro uero castratio deriuatur, quæ proprie est uirilium amputatio. ponitur tamen pro quacũque truncatione, siue priuatione. Pacuuius, Ut esset aliquis, qui linguam eius castraret. Quidam spadones. castratos, et eunuchos ita distinguunt, ut castrati sint, quibus testes naturaliter desunt. spadones quibus uolenter detracta est uirilitas. Eunuchi, qui se sponte castrauerunt. unde sunt illi uersus. Castratos natura facit, uolentia spadones Mangenum improbitas, eunuchos sola uoluntas. Vlpianus tamen iurisconsultus spadonũ nomen generale esse affirmat, et eo omne genus eunuchorum comprehendit. Ab eunuchus fit eunuchus uerbum, quod significat castro, cuius passivum est eunuchor. Varro. Siquis patriam maiorem parentem extinguit, in eo est culpa, quod facit pro sua parte is, qui se eunuchat. Afranius. itaque eunuchatus in medium prodit. Est autem græca uox ἀνὸνχος. unde ἀνουχιστὴς castrator dicitur. ἐνουχιστὴς castrator. TRAXE R A T. Lenauerat. extraxerat. Trahere enim aliquando significat per uim ducere. Virgilius, Huic ceruicq; comaq; trahuntur per terram. Aliquando lenare Cicero. Et ex puteis iugibus aquam calidam trahit. Plautus, Ego illi puteo, si occipso, animam omnem intertraxero. Ab hoc trahere deriuatur uehiculi genus sine rotis, quo coloni uuntur. Virgilius, Tribulaq; trahetq; et iniquo pondere rasti. et trahax uidus. rapax. omnia ad se trahens. Plautus. Eho lutum lenonium, eho sterquillimũ publicum. im pure. inhoneste. iniure. illex. labe populi. pecunie accipiter. Auide, atque inuide. prociat. rapax. trahax. trecentis uersibus tuas impuritates loqui nemo potest. et tractim, quod significat trahendo sine intermissione. uigiter. Virgilius. Tum sonus auditur grauior, tractimq; susurrat, et tractus, quod modo pro regione, et plagis accipitur. Idem. Indicio est tractu surgens oleaster eodem modo significat apud dialecticos quicquid constituimus uerum esse, et falsum reperitur. Quod et antistrophon, et reciprocum argumentum uocatur, de quo superius diximus. et traquila genus teli, quod sicut infixa trahatur. item rete, quod uulgo nunc tractam uocant. Plinius, Vnus suberis anchoralibus maxime nauium, piscantiumq; traquilis. et cadorum obturamentis, præterea hyberno foeminarum calcætu. Et trabs, quod in alium traha-

tur. Trabes enim uocamus duo tigna edificij gratia simul compacta. nam cum simplicia sunt, non trabes, sed tigna uocantur, quamuis tigni appellatione materia omnis, quæ edificio necessaria est, continetur. item quæ uineis adhibentur, ut perticae. et pedamenta. a trabe trabis nauis dicta, quod sit trabis confixa, quales sunt, quibus germani in Rheno, ac Danubio uuntur. Pacuuius, Labitur trabis in alueos. et tracto frequentatiuum. a quo attracto, et contracto, quæ proprie significant frequenter tango. Ponitur tamen tracto aliquando pro mereor, ut bene tracto te, pro eo, quod est bene mereor de te, unde fit detracto, quod significat male tracto. item reuaso. Iustinus. Nec ipse detractauit certamen. item pro differo. Nam ea, de quibus differimus, frequenter tangere uidemur. Hinc tractatus deducitur. item a traho composita sunt attraho. circutraho. intertraho. pertraho. nota si gnificationis. item detraho, quod proprie significat tollo. extraho. Terentius, Assideo, occurrunt serui. socos detrahunt. Cicero, Postremo sicui ciuitati socie tantum detrahit, quantum commodum fuit. Ponitur tamen frequenter pro derogare. unde detractores dicuntur, qui fame alicuius derogare uolunt. Cicero, Et si queritis, ut ipse de me detraham, illos ego accusatores peto. Extraho, extra traho, Protraho. differo. subtraho. subtrahio. distraho modo se paro. Terentius, Quod si eõ mea fortuna redeunt, abs te ut distrahatur. Cicero, Quod primum hæc natura coherentia opinione distraxissent. Hinc distractio separatio. Varro. distractione ciuitatis elanguescit proprium bonum ciuitatis, atque a grotare incipit, et consensere, modo diuido dissipto. Virgilius, Turbat distrahit equis. Varro. Metuum suscitum propter perfidiam interemit penè imperio suis, quam humanius. Nam equis ueluti curriculum ex utraque parte deligatum distrahit interdum uendo, etenim quæ uendimus, a nobis separamus. Lucilius, Diuidant. dissi pent, distrahant, Retraho retro traho, siue rursum traho siue reuoco. a quo retracto eiusdem significationis. unde Aurelius librum retractationum appellauit, in quo multa retractat, hoc est reprobatur, reuocat, ex ijs, quæ a te scripta sunt. item obrecto, hoc est detrabo. maledico, quasi aduersus aliquem tracto. a quo obrectatores detractores dicuntur, atque maledica. et obrectatio maledictio. Abstraho, aufero. tollo. Contraho modo colligo. Virgilius, contrahimusq; uiros, modo conuenio, pacior. a quo contractus conuentiones appellantur, quæ per stipulationem fiunt. A contraho quando colligo significat contractio dicitur. unde neruorum contractionem appellauit, cum nerui rigore quodam colliguntur, nec possunt extendi. Cuius morbi pessimum genus est, cum uel caput scapulis, uel mentum pectori, uel rectam et immobilem ceruicem intendit, primum græci episthotonon, sequentem emprosthotonon, uel tantum tetanon appellant. Contractioni contraria est resolutio neruorum, quæ modo tota corpora, modo partes infestat. illam apoplexian. hanc paraly sin nominamus. a qua paralitica, sicut ab apoplexia apoplexia. DE VISCERIBVS. De uulnere in uiscere porrecto. Viscera enim ut supra diximus, interiora omnia dicuntur. ut iecur. cor. pulmo. præcordia. illa. et reliqua, quæ pelle teguntur. Ex ijs extra sunt, quæ dijs sacrificantur, et ex quibus aruspices futura prænosciunt, ut supra diximus. Cor, quod animalibus cæteris in medio pectore est, homini infra lauam papillam ita palpitat, ut ad motu manu duo esse uideantur. hoc primum nascentibus formari in utero tradunt deinde cerebrũ, sicut tar distime oculus, sed oculos primum mori, cor nouissime in hoc mens habitat. solum hoc uiscerum uitijs non maceratur, nec supplicia uitæ trahit, sed solum mortem illico aufert. audacia animalia existimantur quibus paruum cor est, pauida quibus præ grande. Cuius rei hanc rationem



rationem Aristoteles tradit, quod grandiora corda minus caloribus, quod pro sua magnitudine necessariū sit, obtinent. ut enim in paruo, et magno domicalio tantundem ignis non aequale facit, sed minus calor sentitur in magno, sic in ampliori corde calor naturalis minus agit, quod in mediocri, quo fit, ut sanguis frigidior sit, ex quo prouenit metus, maximū cor esse tradit pornone muribus, se poro. asino. ceruo. et oibus timidis, aut propter metū maleficis in paphlagonia bina pidiabus corda sunt. Aegyptij, quibus mos est cadauera medicata seruare, tradunt cor in homine p singulos annos ad binas drachmas ponderis accedere. Ab eo detrahi tantūdem, et ideo ultra centesimū annū, defectu cordis nō uiuere hominem. Hirto corde gigni quosdā homines produunt, et hos fortissimos esse industria, ut Aristomenem Messeniū, qui trecentos occidit lacedaemonios, ipse cōtul neratus, et capus femel, p cauernam latomiarū angustias euasit, uel pū aditus secutus, iterū captus sō pitis custodia ad ignē aduoluit, lora cum corpore exussit. Tertio capto lacedaemoniū disseuere pectus causa uidendi, et hirsutū in eo cor reperunt. Caesari dictatori quo die primū ueste purpurea processit, atq; in sella aurea in sedit, bis sacrificanti in extis desuit cor. unde quae stio magna de diuinatione argumentantibus orta ē. Potuerit ne sine illo uiscere hostia uiuere, an ad tempus amiserit. Negatur cremari cor posse in ijs, qui cardiaco morbo obierint. itē in ijs, qui ueneno fuerint interempti. Hinc Vitellius reū Pisonem eleganti oratione huius sceleris carogit hoc usus argumētō, palamq; testatus nō potuisse ob uenenum cor Germanici Caesaris cremari. E contrario innocentiam suam tutatus est piso, quod princeps cardiaco morbo obijisset. Cardiaca nomen exō rās napsias, hoc est a corde deducitur. unde et ipsum cordis uocabulū derivatur, atq; isaniae proprie contrarius ē hic morbus, quāuis saepe ad eū phrenetia transeūt. Sigdem mens in illis labat, in hoc constat. id autē nihil aliud est, quod nimia imbecillitas cor pis, quod stomacho languente in modico sudore digeritur, licetq; protinus scire id esse ubi uenarū exigui, imbecilliq; pulsus sunt. Sudor autē supra consuetudinē, et modo, et tempore ex toto thorace ceruicibus, ac et capite prorumpit. A corde cordatus deducitur, quā ueteres pro ingenioso usurpabant, et bonā mentem habente. Nā et cor pro ipsa mente accipitur. Unde cordare dixerunt pro eo, quod est animo sedere, quāuis cordi esse, et in animo esse differunt. Nā in animo est idē significat, quod in animo habeo, uel animus est mihi, seu uolo, siue constituo. Cuius mihi erat in animo mittere ad Dolabellā. Cordi uero est, accipitur pro eo, quod est delectat, et placat. Ter. Si tibi haec nuptiae sunt cordi. idem. Quia uterq; utriq; est cordi. si nuptiae uicinia sunt tibi, et uterq; utriq; amat. item a corde corculū, hoc est parū cor. Pl. Meum corculū, meus molliculus caesus. et cordulū, hoc est cōsideratio, et quasi dolor cordis. idē, at mihi cordulū est. Quid id, unde est cordulū tibi? et corculus masculino genere acutus. et coragiū instrumentū scenicum ab agēdo corde, hoc est per uoluptatē ducendo. et cura, quasi curra, de quo, et eius deriuatiuis superius locuti sumus. et corgo aduerbiū, quo ueteres pro profecto utebātur, quasi ex corde ago, id est loquor. et recordor, quasi in cor, hoc est in mentē reuoco, a quo recordatio. et socors ignauus, quasi sine corde. a quo socordia ignavia. et socordes ab antiq; dicti agni, qui post Cal. Augusti conaperentur. Coitus. n. p. eandem est a tertio idus maias ad aquile oaxsum, hoc est ad decimū Cal. Augusti. Nam post id tempus concepti inualidi sunt. et concors, qui unius mentis, siue unius animi est. a quo concordia, et quod apud ueteres in usu fuit, concordatus. Pac. Concordiatē hospitio adiunctā ppe tuam conferuetis. et concordo uerbiū, hoc est conuenio. et aduerbiū concorditer. et contrario discors, qui corde, hoc est ani-

mo dissidet. a quo discordia, pro qua ueteres et discorditatē dixere. Pac. Quantūscūq; nec discorditas clades i portet familiae. et discordo uerbiū, hoc est dissideo, et aduerbiū discorditer, quāuis haec aliquid non a corde, sed a chorda deducta existimēt. et uecors turbati, ac mali cordis. a quo uecordia sauitia. iter dum et uecors pro stultus. et uecordia pro stultitia usurpatur. et exors, ex animis. Cic. At unde magna dissensio est alijs cor ipsum animus uidetur. unde ex cordes, uecordes, concordēsq; dicuntur. A quibusdā et duricors, et graucors, pro eo, qui est durus, et grauis cordis. et praecordia membrana, quae extra se parant ab inferiore uiscerū parte ideo sic uocata, quia cordi praetenduntur, graecae phrenas appellant, haec natura prouidens ob id praecipue fecit, ne p uanitatem alui abis animus supprime retur. Propterea ad hanc membranā subtilitatē referunt mentis. unde phrena graecae ἀπὸ τοῦ φέρειν ὄνειρον. i. a ferenda utilitate nuncupauerunt, hinc φρόνιμος prudens dicitur, et φρόνσις prudentia. item e contrario phrenesis isania. et phrenetis qui ex morbo insanus est. ideo nulla est praecordij caro. sed neruosa quaedā subtilitas, in qua est praecipua sedes hilaritatis, quod in illatione alarū maxime intelligitur. Ob id in spectaculis gladiatorum traiecta aliquando praecordia mortem cum risu uisa sunt afferre. Praecordij subest nentericus receptaculum cibi, de quo supra diximus, inter lyenem, et iecur positus. Stomachus inter sinorū principū est. Lactes sunt. per quas labitur abus. illa uero ueluti quidam tibi flexuosissimi mos orbes facientes. inter quae praecipuum ille graecae colō uocat, in quo maxima causa doloris. Caetera intestina dicuntur (ut superius ostendimus) id uero pingue, quo intestina teguntur, omētium uocatur. alius in quam dilabuntur cibi, postq; in uentre confecti sunt, haec medio umbilico adnexa est. Omento adnectitur lyen, magnum aliquando impedimentum maxime cursoribus, propter quod nonnunquā per uulnus eximitur. Sūt qui putant simul adimū risum. Rhenes sunt qui lumbis adherent eos dictos existimant ἀπὸ τοῦ πῶ fluo, quod riuū ab ijs obscaetū humoris oriantur. Unde et lumbos quodam a lubricine, hoc est lubricine dictos existimant. nam ueteres lubet, et libet. lubidīnē, et libidinem dixerunt. A lumbus lumbago dicta uitū, et debilitas lumborum. et elumbis, siue elumbus (utroq; n. modo dicitur) auulso lumbō, uel qui praelumbi debilitate sese erigere non potest. et praelumbo uerbum, quod significat lumbos praefringo. Non. Caepit unumquēq; praelūbare fistibus. Rhenes et rhienes dicuntur. et a ueteribus ne frundines quoq; uocabantur, quae a graecis appellatur νῖφρῶν. A Rhenibus (ut quidā putant) Rhenones dictae sunt uestes ex pellibus, quod calidos teneant rhenes. sub corde est pulmo spiritus apax, quod in duas fibras ungulae bubulae modo diuisus est. iecur a dextra parte est sub praecordij, et in quatuor fibras secatur, dicitur et ieanus, cuius inferiori parti fel ihaeret. in hoc traē, et insania cām esse uolunt, sicut pauoris in corde, in splene laetitia, in iecore amoris. 50 infra alium a priore parte est uescia tenuis, ac subtili membrana composita, cui in feminis est innectus utriculus, quem superius diximus, uterum, et locos, et matricem, et uulū uocari. A uescia uesciaria herba appellata, cuius superius mentionem fecimus, NON DOLET. Non affert mihi dolorē, dicimus enim dolet mihi caput, et doleo caput, dolent tibi ilia, et doles ilia. doleo casum tuum, et dolet mihi casus tuus. item doleo capite. doleo ilibus. doleo calamitatibus, quae tibi acciderunt, fitq; a dolore, hoc est animi uel corporis cruciatu. a quo et dolentia, quo usi sunt ueteres pro dolore. cuius contrarium est indolentia. Ci. Ut qui rem ex petendam uel uoluptate uel in dolentia metuntur. et dolorificum, quod facit dolorem. Et dolero hoc est dolore afficio. et condoleo, simul doleo. et cordulū,



de quo paulo ante diximus. Dolor autē à dolando deducitur, hoc est à dolo dolos, quod significat minus quippe letitia au-  
gentur corpora, dolore minuuntur. est autem proprie dolare, si  
ue edolare compositum ab eo, fabricorum uerbum, cum materie  
complanatur asperitas. unde dolabra instrumentum, quo do-  
latur. Transfertur tamen & ad alia. V ar. Ego libellum meum  
non edolem (ut ait Ennius) Hoc est non poliam, & castigem.  
Veteres dolum aliquando pro dolatum scripsere, hoc ē cæsum  
uel abrasum. V ar. Nūquid cælatus in manu dextra scyphus,  
hoc est cælo dolutus arietem ostentat mentoris? Ab hoc doliū de-  
ducitur uas grande, quo uinum reconditur. V ar. Huc accidit  
cællæ. clauæ. claustra. carnaria. dolia. Ab hoc fit diminutiū  
doliolū. Vnde doliola dicebantur, locus in urbe Roma ad cloa-  
cam maximam in quo nō licebat despuere, cuius rei causam fu-  
issē nonnulli dicunt, quod ibi cadauerum ossa inessent, alij qđ  
religiosa quedam Numæ Pōpiliij ibi post mortem eius fuissent  
in fossa. item à dolando, hoc est minuendo deriuatur dolus, qđ  
nunc in malam tantum partem accipitur, hoc est pro fraude,  
siue machinatione, quæ fit ad fallendum aliquem. V eteres ta-  
men etiam in bonam partem accipiebant pro solertia, ac calli-  
ditate, quæ præsertim aduersus hostes, siue latrones adhibeba-  
tur. unde nunc dolum malum dicimus, quoniam & bonus do-  
lus à ueteribus dicebatur. Labeo, Dolum malum dicimus esse  
omnem calliditatem. fallaciā. machinationem ad circumuenien-  
dum, fallendum, decipiendum uel alterum adhibitam. V lpi-  
a. Non fuit autem contentus prætor dolum dicere, sed adiecit ma-  
lum, quoniam ueteres etiam dolum bonum dicebant, & pro so-  
lertia hoc nomen accipiebant, maxime si aduersus hostem, la-  
tronem uel machinarentur. Ci. In quibus ipsis, cum ex eo queere  
rem, quid esset dolus malus, respondebat, cum aliud simulatū  
est, aliud actum. hinc dolones uirgæ, siue cōti, in quibus, tan-  
quam in uagnis latent pugiones, dicti à fallendo, quod decipi-  
ant ferro, cum præ se ferant speciem ligni. V irg. Saurosq; ge-  
runt in bella dolones. à dolus fit dolosus, hoc est insidiosus. à  
quo dolose aduerbium. Item comparatiua, ac superlatiua eorū  
dolosior dolosissimus. dolosius. dolosissime. sunt tamen qui dolo-  
rem, & dolum, & dolo uerbum à græco potius deriuari exti-  
siment, hoc est ἀπὸ τοῦ δολῶ, qđ significat maculo. Lædo.  
unde etiam δολορ græci pro fraude usurpant.

## EPIGRAMMA XLIII. AD CAESAREM.

**D**ELITIAS CAESAR. Blanditur  
Cæsari nummi eius adscribēs, quod lepus  
per ora Leonum impune discurrat, quasi  
leones magnanimitatem principis, atq; cle-  
mentiam uelint imitari, cuius gloria erat  
parcere subiectis, & debellare superbos.

**B**LANDO DENTE. Blande hoc est suauiter stringen-  
te, placido, innocuo. V A G V S. Liber. nullū discrimē formi-  
dans. V N D E P O T E S T. A quo hēt, ut possit. E R G O.  
Igitur. illatiua enim coniuñctio est, siue, ut alij uolunt, comple-  
tiua. aliquando tamen aduerbium est, & circumflectit ultimā  
syllabam, poniturq; pro eo, quod est causa. V irg. Illius ergo ue-  
nimus, & magnos erebi tranauimus amnes. igitur quoq; ue-  
teres aliquando pro inde, siue postea ponebant. Pl. Sin aliter si-  
ent animati, neq; dent, qđ petat, sese igitur summa ui utriq; suū  
oppidū expugnaturum. illud ē notatum est, ergo, et igitur, qđ  
illatiua, seu completiua coniuñctioes sunt, minoribus clausulis  
adhiberi. quare quā obrē, & quā p p maioribus, cum in eodem  
significato accipiuntur. aliter. n. sumuntur, cū ita dicimus, ne scio  
quare sic loquaris. intelligo quam obrem ita facias.

EPIGRAMMA XLIII. AD IULIUM SO-  
DALEM SVVM.

**O**MIHI POST NVLLOS. Hortatur  
Iulium sodalē suum, ut reiectis laboribus  
quieti, et uoluptati indulgeat, qđ ueram ui-  
tam esse Martialis affirmat. quippe finem  
in honesta uoluptate, hoc est uitæ felicitate  
constituit, quam nemo assequi nisi per uir-  
tutem potest. **M**EMORANDE. Memoria tenede. memo-  
ria (ut qdam putant) ἀπὸ τῆς μνήμης deducitur, qđ græci  
μνήμην memoriā dicunt. alij memoriā uolunt à memini uer-  
bo appellatā, sicut recordationē à recordor, nihilq; aliud esse  
memoriam, quā rei iuentæ recordationem. memini uero à men-  
te deflexum, sicut recordor à corde. at uero mentem dictā exi-  
stimant, quasi eminentem. nā cum uariæ de mente philosopho-  
rum sententiæ fuerit, & qdam, ut Aristoxenus, dixerint nul-  
lam esse, sed quasi harmoniā in fidibus ex constructione corpo-  
ris, & compagibus uiscerum uim sentiendi existere. musica. n.  
intentionem, concentumq; neruorum in inter eos modos sine ul-  
la offensione consonantiū harmoniā uocant. alij mentem esse q-  
dem affirmauerint, uerum nullum certum locum habere, sed  
per totum corpus sparsam discurrere, ut à Xenocrate Platonis  
discipulo disputatum ē. unde sensus in qualibet parte corporis  
præsto esse animaduertimus. nonnulli sedem mentis in corde eē  
existimauerint. magna tamen, & potior philosophorū pars se-  
dem eius in cerebro esse constituit, qđ oportuerit id, quod totus  
corporis regimen haberet, in eminentiori pte, tanq; in arce cor-  
poris habitare, nec qđ esse sublimius, qđ id, qđ uniuersum rōne  
moderetur, sicut ipse mundi rector, atq; opifex in summo celo  
habitat. unde sensus ferē oīs. i. uidentis. audiendi. & odorādi,  
ministra. membra in capite sunt locata, quorū oīum uia nō ad  
pectus, sed ad cerebrū ducunt, quāuis mens cum in aliqua sit  
cogitatione, comeari uidetur ad pectus, & quasi ad secretū ali-  
quod penetrare scedere. ut consilium ueluti et hæsuro recandi-  
to eliciat, ac proferat, ideoq; cum intenti ad cogitandū sumus,  
& cū mens occupata in altum se abdiderit, neq; audire, quæ  
circūsonant, neq; uidere, quæ obstant solemus, cum mens alio-  
quin tantæ celeritatis sit, ut uno temporis puncto celum oē col-  
lustret, maria peruolet, terras & urbes pagret, oīa deniq; q-  
uis longe, lateq; submotā sint, in cōspectu sibi ipsa constituat. me-  
rito igitur mentem, quasi eminentem dictam existimare possū-  
mus, potius quā ἀπὸ τοῦ μνήμης, quod significat memi-  
ni deriuatam. Est enim mens altior animæ pars, quæ etiam diui-  
na perapimus. Ouidius,  
Mente deos adiit, & quod natura negabat  
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.  
Interdum tñ per metaphoram mentem pro dispositione, & cō-  
silio capimus V irg. Nostrā nunc accipe mentem. à mente igitur  
factum est meno uerbum, quo usi sunt ueteres, pro recordor, &  
in mentem reuoco. à quo prima syllaba geminata fit præte-  
ritum memini sicut à pungo pupugi. si significat autem memini mo-  
do recordor, & genitiuū uel accusatiuū requirit, modo mentio-  
nem facio. & tunc non accusatiuū, sed genitiuū tantū requirit.  
uel ablatiuū cum præpositione de. Quint. Neq; oīno huius rei  
meminit poeta ipse. Idem, de quibus multi meminerūt. Item à  
meno fit supinum mentum. à quo deducitur mentio, & mentū  
nomen, qđ nulli animalium generi præter hominem est. sicut nec  
male, qđ in mentione faciendā hoc est in loquēdo præcipue mē-  
to utimur. à quo mētē græca morbi genus, de qua supra diximus  
hominis faciem præcipue occupās. Itē à meno monere, quasi in  
mentem duco. monere. n. instruere ē. unde monitores dicuntur.



qui in scena mouent histriones, & libri commentarij. Item monumenta, quae memoriae ea sunt, quemadmodum superius diximus, & monile ornamentum gutturis, quod uirtutis admonet. nam primo ob aliquid egregium factum dari solebat. & monitio instructio, quae & monitus in quarta declinatione dicitur. & moneta, quod nos signi impressione uel auctoris, uel pretij moueat. a quo monetarius, qui cadit monetam, et monedula nota uis ex graculorum genere, quasi monetula, quod monetas subripiat. hinc n. soli aut firacitas argenti, atque auri praecipua est. graccus uero, siue graculus dicitur uel a uoce, uel ut Varro ait pro gregem uolentem, uel a gerendis bacis, ut diximus. hic Gracchi cognomen principio ortum a facundia, quae amuli loquacitatem uocabant. & a Graccho Sempronio, Gracchuris uero Hiberiae, quae antea Ilurias nominabatur, & monitorius, qui monet, unde libellos monitorios dicimus. praeterea composita. admono. instruo. praemoneo, antemoneo. submoneo, clam moneo. commoneo. a quo commonescacio, & commonescio nota est sine

### Ad Caesarem Epi. XLIII.

Delicias Caesar, lususque, iocosaque leonum

Vidimus, hoc etiam praestat arena tibi.

Cum pressus blando toties a dente rediret,

Et per aperta uagus currueret ora lepus.

Vnde potest audis captus leo partere praeda?

Sed tamen esse tuus dicitur, ergo potest.

### Ad Iulium sodale suum. Epi. XLIII.

Ombi post nullo Iuli memorande sodales,

Si quid longa fides, canaque iura ualent.

Hic iam pene tibi consul trigessimus instat,

Et numerat paucos uix tua uita dies.

ent, ab aedibus ut abeat, quouis pacto fac commentus ius. seruus honoratus gratia matris commentarij in masculino genere pro homine accipit, qui auctores interpretatur. Sic n. scribit in septimo aeneidos. scribit quidam commentarius connexa esse legendum. idem in primo georgicorum superfluo mouent quae stonem commentarij. Item a comminiscor fit frequentatiu commeter, quod modo fingo significat, modo commentarij scribo, cuius diminutiuum est commentariolus. a mente uero mentior deriuatur, quod est contra id, quod in mente est, loquor, differtque: ab eo, quod mendacium dico. Nam qui mentitur, non ipse fallitur, sed alterum fallere conatur, qui uero mendacium dicit, ipse fallitur, cum credat se uerum dicere. Unde Nigidius. uir bonus inquit praestare debet, ne mentatur, prudens, ne mendacium dicat. illud a mente deducitur, hoc a mendacia, quod error in significat. unde mendosum librum dicimus plenum erroribus, & emendo corrigo. a quo emendatus. emendator. emendatrix. emendate, eorumque composita, ac superlatiua. & mendax proprie non qui mentitur, sed qui per errorem frequenter dicit mendacium. a quo mendacior. mendacissimus mendaciter. mendacius mendacissime. Item a mente amens, & demens, hoc est stultus, & quasi sine mente. quidam haec ita separant, ut demens minus sit, quam amens. demens, qui non cogitat quid agat, aut loquatur, amens qui prorsus isamit. ab his amentior. amentissimus. dementior demensissimus. a-

menter. dementer. amentius. dementius. amentissime. demensissime. amentia, & dementia deducuntur. Item clemens a claritate mentis. a quo clementior. clementissimus. clementia. clementer. clementius. clementissime, aliaque eorum deriuatiua, de quibus inferius dicemus. Item mentecaptus pro amens accipitur, quod ad modum oculis captus pro caeco. Item a mente mentula, hoc est genitale membrum, quod matres, siue nutrices infantium uirilia blandiendo tangentes mentula hoc est paruam mentem appellare conseruerunt, quod admodum ora dissuauantes, animalia, hoc est paruam animam, & corculum, hoc est paruam cor uocantur solite sunt. Item ab eadem mente, quoniam eius odore mens, hoc est animus excitatur, sicut sapore ciborum auuiditas. herba est uulgo nota. quidam a graecis potius deductum hoc nomen existimant, qui ea herbam quondam mentham uocabant, postea a odoris suauitate mutato nomine hedyosimum dixerunt. uel n. suauis. de sua odorem apud graecos significat. Item temetum uinum grauius, de quo superius diximus, quod tenet, hoc est labefactet mentem, ut sentit Donna. Item uehemens, hoc est graue, magnam uirgens a mentis uis, atque impetu. uel uehementia, & uehementer aduerbiu, hoc est grauius acriter. Item mendicis, hoc est iops pauper, quod mentem eius fefellerit fortuna, quamuis alij a mendendo potius mendicium dicitur uelint, quia precantur oes, ut uita sua medeantur ab hoc mendicis inopia, & mendicor uita alimentum postulo. & mendiciter hoc est per inopiam, & mendicator, ac mendicatrix, hoc est postulator, & postulatrix. & mendicatio, hoc est po-

num mendicabula. a memini memoria deriuatur, & memor, cuius contrariu est immemor. & memoro, quod significat in memoriam reduco. a quo fit compositum comemoro. a quo comemoratio. Ter. Nam ista comemoratio quasi exprobratio est in memoriam beneficij. & memorabile dignum memoria. & memoratus quarta declinationis pro memoratioe. et memoriter aduerbiu. in quo notandum est, quod memoria tenet, dicimus non memoriter, & memoriter pronuntio non memoria. & complector memoria. & memoriter. Qu. Si longior complectenda memoria fuerit oratio, proderit ea per partes ediscere. Ci. Complectebatur memori ter. diuidebat acute. Qu. Memoria repeto conuinctos a me qui reprehendebant. Ter. Agnoscit signa, ac memoriter. Plyn. in scribit. qui tam memoriter tenes, nisi forte sit error librarij. Ueteres memoriam aliquam pro uetustate posuere. Pacu. Perque nostram egregiam humanitatem, quam memoria firmavit. LONGA FIDES. Longi temporis. CANA IURA. Antiqua iura amicitiae. uetus conuictio, et familiaritas. SI QUID VALENT. Siquid possunt. si quid uigoris habent. ualere proprie significat posse. Plyn. Quis tantae improbitati sufficere ualeat? hic ualidus dicitur firmus, potens, robustus, cuius contrarium est inualidus. a quibus ualidior. ualidissimus. inualidior. inualidissimus deducuntur, & ualiditas robur sicut inualiditas, infirmitas. Et ualentia fortitudo. Var. Oes formidant hominis eius ualentiam. Titinius sapientia gubernator nauem flectit, non ualentia. & ualide firmiter. a quo fit ualidius ualidissime. & per syncope ualde, quod significat multum. Mart. Hoc ualde uinum periculosum est. hic ualentens dicimus uel sanos, uel robustos, non ut uulgus indoctum putat, eruditos. hinc enim bene ualere sanum esse quasi bene posse, & male ualere aegrum, atque infirmum esse, quasi male posse, quoniam qui potentes & ualidi sunt, sani etiam sunt, qui uero impotentes, atque inualidi, aegrotare dicuntur, propter quod & ualere simpliciter accipimus pro eo, quod est saluum esse. Martialis.

60 Ne ualeam, si non totis Deciane diebus,

Et tecum totis noctibus esse uelim.

Hinc uale uox salutantis est, cum ab aliquo recedimus. quo



de quo paulo ante diximus. Dolor autē à dolando deducitur, hoc est à dolo dolus, quod significat minus quippe latina au-  
gentur corpora, dolore minuuntur. est autem proprie dolare, si  
ue edolare compositum ab eo, fabricorum uerbum, cum materie  
complanatur asperitas. unde dolabra instrumentum, quo do-  
latur. Transfertur tamen et ad alia. V ar. Ego libellum meum  
non edolem (ut ait Ennius) Hoc est non poliam, et castigem.  
V eteres dolum aliquando pro dolatum scripsere, hoc est casum  
uel abrasum. V ar. Nūquid cælatus in manu dextra scyphus,  
hoc est cælo dolutus arietem ostentat mentoris? Ab hoc doliū de-  
ducitur uas grande, quo uinum reconditur. V ar. Huc acedūt  
cællæ. clauæ. claustra. carnaria. dolia. Ab hoc fit diminutiuū  
doliolū. Vnde doliola dicebantur, locus in urbe Roma ad cloa-  
cam maximam in quo nō licebat despuere, cuius rei causam fu-  
issē nonnulli dicunt, quod ibi cadauerum ossa inessent, alij qđ  
religiosa quædam Nume Pōpiliij ibi post mortem eius fuissent  
in fossa. uem à dolando, hoc est minuendo deriuatur dolus, qđ  
nunc in malam tantum partem accipitur, hoc est pro fraude,  
siue machinatione, quæ fit ad fallendum aliquem. V eteres ta-  
men etiam in bonam partem accipiebant pro solertia, ac calli-  
ditate, quæ præsertim aduersus hostes, siue latrones adhibeba-  
tur. unde nunc dolum malum dicimus, quoniam et bonus do-  
lus à ueteribus dicebatur. Labeo, Dolum malum dicimus esse  
omnem calliditatem. fallaciā. machinationem ad circoueni-  
dum, fallendū, decipiendū uel alterum adhibitam. V lpiā.  
Non fuit autem contentus prætor dolum dicere, sed adiecit ma-  
lum, quoniam ueteres etiam dolum bonum dicebant. Et nunc  
dolum nomen accipio etiam maxime si aduersus hostem, la-  
tronem uel machinaretur. Ci. In quibus ipsis, cum ex eo que re-  
rem, quid esset dolus malus, respondebat, cum aliud simulatū  
est, aliud actum. hinc dolones uirgæ, siue conti, in quibus, tan-  
quam in uagnis latent pugiones, dicti à fallendo, quod decipi-  
ant ferro, cum præ se ferant speciem ligni. Virg. Saurosq; ge-  
runt in bella dolones. à dolus fit dolosus, hoc est insidiosus. à  
quo dolose aduerbium. Item comparatiua, ac superlatiua corū  
dolosior dolosissimus. dolosius. dolosissime. sunt tamen qui dolo-  
rem, et dolum, et dolo uerbum à greco potius deriuari exi-  
stiment, hoc est ἀπό τοῦ δολῶ, qđ significat maculo. Lædo.  
unde etiam δολορ greci pro fraude usurpant.

## EPIGRAMMA XLIII. AD CAESAREM.

**D**ELITIAS CAESAR. Blanditur  
Caesari nummi eius adscribēs, quod lepus  
per ora Leonum impune discurrat, quasi  
leones magnanimitatem principis, atq; cle-  
mentiam uelint imitari, cuius gloria erat  
parcere subiectis, et debellare superbos.

**BLANDO DENTE.** Blande hoc est suauiter stringen-  
te, placido, innocuo. V A G V S. Liber. nullū discrimē formi-  
dans. V N D E P O T E S T. A quo hēt, ut possit. E R G O.  
Igitur. illatiua enim coniuñctio est, siue, ut alij uolunt, comple-  
tiua. aliquando tamen aduerbium est, et circumflectit ultimā  
syllabam, poniturq; pro eo, quod est causa. Virg. Illius ergo ue-  
nimus, et magnos erebi tranauimus amnes. igitur quoq; ue-  
teres aliquando pro inde, siue postea ponebant. Pl. Sin aliter si-  
ent animati, neq; dent, q̄ petat, sese igitur summa ui utrisq; suū  
oppidū expugnaturum. illud ē notatum est, ergo, et igitur, qñ  
illatiua, seu completiua coniuñctioes sunt, minoribus clausulis  
adhiberi. quare quā obrē, et quā p̄ maioribus, cum in eodem  
significato accipiuntur. aliter. n. sumuntur, cū ita dicimus, ne scio  
quare sic loquaris. intelligo quam obrem ita facias.

EPIGRAMMA XLIII. AD IULIUM SO-  
DALEM SVVM.

**O**MIHI POST NVLLOS. Hortatur  
Iulium sodalē suum, ut reiectis laboribus  
quieti, et uoluptati indulgeat, qđ ueram ui-  
tam esse Martialis affirmat. quippe finem  
in honesta uoluptate, hoc est uita felicitate  
constituit, quam nemo assequi nisi per uir-  
tutem potest. MEMORANDE. Memoria tenede. memo-  
ria (ut qdam putant) ἀπό τῆς μνήμης deducitur, q̄p̄p̄e greci  
μνήμην memoriā dicunt. alij memoriā uolunt à memini uer-  
bo appellatā, sicut recordationē à recordor, nihilq; aliud esse  
memoriam, quā rei iuentæ recordationem. memini uero à men-  
te deflexum, sicut recordor à corde. at uero mentem dictā exi-  
stamant, quasi eminentem. nā cum uaria de mente philosopho-  
rum sententiæ fuerit, et qdam, ut Aristoxenus, dixerint nul-

Non bene distuleris, uideas quod posse negari,  
Et solū hoc duras, quod fuit esse tuum.  
Expectant curæq; catenatq; labores,  
Gaudia non remeant, sed fugitiua uolant.  
Hæc utraq; manu, complexuq; asserere toto  
Sepe fluūt, immo sic quoq; lapsa sinu.  
Non est crede mihi sapientis dicere uiuam,  
Sera nimis uita est crastina. uiue hodie.

iusret, maria peruolet, terras et urbes paget, oia deniq; q̄  
uis longe, lateq; submota sint, in cōspectu sibi ipsa constituat. me-  
rito igitur mentem, quasi eminentem dictam existimare possū-  
mus, potius quā ἀπό τοῦ μνήμης, quod significat memi-  
ni deriuatam. Est enim mens altior animi parti, qua etiam diui-  
na perapimus. Ouidius,  
Mente deos adiit, et quod natura negabat  
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.  
Interdum tñ per metaphoram mentem pro dispositione, et cō-  
silio capimus Virg. Nostrā nunc accipe mentem. à mente igitur  
factum est meno uerbum, quo usi sunt ueteres, pro recordor, et  
in mentem reuocō. à quo prima syllaba geminata fit præte-  
ritum memini sicut à pungo pupug. si significat aut memini mo-  
do recordor, et genitiuū uel accusatiuū requirit, modo mentio-  
nem facio. et tunc non accusatiuū, sed genitiuū tantū requirit.  
uel ablatiuū cum præpositione de. Quint. Neq; oino huius rei  
meminit poeta ipse. Idem, de quibus multi meminerūt. Item à  
meno fit supinum mentum. à quo deducitur mentio, et mentū  
nomen, qđ nulli animalium generi præter hominem est. sicut nec  
male, q̄a in mentione faciendā hoc est in loquēdo præcipue mē-  
to utimur. à quo mētē gra morbi genus, de qua supra diximus  
hominis faciem præcipue occupās. Itē à meno moneo, quasi in  
mentem duco. monere. n. instruere ē. unde monitores dicuntur.







uerbo & qui recedit utitur dicens uale. & qui remanet respō  
dens tu quoque uale, sicut salue, & aue salutationes sunt uenien-  
tis, quibus uocabus similiter utuntur, & qui saluant, & qui sa-  
lutati resalutant. reperitur tamen aliquando salue etiam in di-  
scussu, hoc est in calce epistolarum. Cicero, uale mi Tiro, ua-  
le, & salue. quoniam uero abeuntes per hæc uerba salutare so-  
lemus uale, & salue, inualuit consuetudo, ut hæc duo uerba sæ-  
penumero pro eo, quod est abi, & discede usurpenus, etiam si-  
cum stomacho, & indignatione loquamur. Terentius, uale-  
ant qui inter nos dissidium quaerunt, hoc est scissant, atque ab-  
eant. & discedant a nobis. Cicero, Multam salutem dixi foro,  
& curiae, hoc est reliqui forum, & curiam. & ab ijs discessi.  
Idem, si deus talis est, ut nulla gratia, nulla hominum caritate  
teneatur, ualeat. de quo loco disputans Lactantius inquit quid  
potuit contemptus in deum dici ualeat inquit. i. abeat, & re-  
cedat, neque enim ualere simpliciter acceptum pro perire, aut ma-  
le habere usurpatur, ut nonnulli putant. Nam, quod ualla ua-  
lere a Cicero pro languere positum fuisse affirmat, cum in-  
quit, sicut medico diligenti priusquam conetur aegro adhibere  
medicam, non solum morbi eius, cui mederi uolet, sed etiam cō-  
suetudo ualentis, & natura corporis cognoscenda est, sine du-  
bio falsum est. ualentis enim hoc loco non laqueus significat,  
ut ualla existimauit, sed bene habentis, & sani. est. n. sensus  
Ciceronis debere medicum priusquam aegro medicam adhibeat,  
non modo morbum eius scrutari, sed et naturam corporis, &  
consuetudinem, quæ seruare sanus solebat. ab hoc ualeo ualetu-  
do deducitur, quæ pro langore accipitur. Cicero. ualentinem tu-  
am cura diligenter, hoc est langorem, & infirmitatem, a quo  
ualetudinarij dicuntur, qui male sani sunt, & frequenter aegro-  
tant. aliqui ualeudo sanitatem significat. idem, sed nunc ualetu-  
dini tribuamus aliquid. Item a ualeo fit conualeo. a quo conua-  
lesco, quod est salutem recupero. item inualeo, quod significat ro-  
bur, ac firmitatem acquirere. unde inualuisse consuetudinem. in-  
ualuisse mores dicimus. sed hoc ab eo ualeo potius deductū ui-  
detur, quod significat possum. quoniam uero ea, quæ ualidiora,  
hoc est potentiora sunt, in pretio habentur, ualeo et pro eo  
accipitur, quod est in pretio sum. unde est illud apud iurisco-  
nes tanti ualeat, quanti uendi potest. ab hoc fit ualor, quod signifi-  
cat pretium. Plyn. Victoriati ualore redimi potest. Item præua-  
leo, quod est antecello, & quasi in maiori pretio sum, aliquando  
et potentior sum. Plyn. Vtraque in pretio sunt, sed tamen præ-  
ualent margaritæ. Sallu. Vtrum hostes tandem robore, ac uiri-  
bus præualuerunt. Item æquiualeo, quod significat in eodem  
pretio sum, uel æque potens sum, de quo superius diximus. a  
quo æquiualentia, paritas. sunt etiam qui a ualeo, quando si-  
gnificat possum, uallum deductum existiment. est. n. uallus fir-  
mor palus, quo uites alligantur, & castra muniuntur, de quo  
& eius deriuatus superius locuti sumus. **CONSUL BIS  
TRIGESIMVS.** Annus sexagesimus. Romani enim an-  
nos a consulibus numerabant, qui erant annui magistratus.  
**VIX PAUCOS DIES.** Quia paucis diebus quieti, et  
uoluptati indulgisti, quæ ueram uitam esse existimabant. alio-  
quin non putabant uitam esse. unde uiulantes quasi uitæ a-  
gentes appellabant gaudentes, & lætitia plenos, ut superius  
diximus. **ETSOLVM HOC DVCAS QVOD  
FVIT ESSE TVVM.** Præclara, & uera sententia  
est, non esse differenda, quæ mutari, atque amitti possint. i. cer-  
tum est. n. quid sit futurum. unde extat Varronis illa memorā-  
da sententia. nescis quid uesper uehat. Item prouerbiū illud  
cuius superius mentionem fecimus, inter os, & offam, hinc ali-  
bi Martialis ad posthumum scribens exclamat.  
Cras te uicturum, cras dicit posthume semper,

Dic mihi cras istud posthume quando uenit.  
Cras uiues? Hodie iam uiuere posthume serum est,  
Ille sapit quis quis posthume uixit heri.  
**CATENATI.** Perpetui, & quasi catena modo iniucem cō-  
iuncti, quia ut Seneca inquit, finis alterius mali, initium est sic-  
turi. catena nouum instrumentum est, dicta quæ se capiendo te-  
neat. ab eo fit catenula diminutiuū. Et cateno uerbum, hoc est  
ad catenā alligō. a quo cōpositum concatenō. **EXPECTANT.**  
Manent. non abeunt. durant. **NON REMANENT.** Nō  
expectant, non durant, quemadmodum faciunt curæ. & la-  
bores. ea est enim mortalium natura, ut læta parum durent.  
raro desint aduersa. hinc est illud Hesiodi πλὴν μὴν γὰρ γαῖα  
κακῶν, πλὴν δὲ θάλασσα, hoc est plena malis tellus, pariter  
sunt æquora plena. Item illud Virg. Optima quæque dies misere-  
ris mortalibus æui prima fugit. **ASSERE.** Apprehende, ut  
superius diximus. **SÆPE FLVNT IMO SIC  
QVQVE LAPSA SINV.** Sensus est. gaudia, et si in-  
tra intimum sinum complexus fueris, labentur. præterea Sene-  
cæ sententia est. expectas quod pendet ex crashno, perdes hodie-  
num, quod in manu fortunæ positum est. disponis, quod  
in tua dimittis. omnia quæ uentura sunt in incerto iacent.  
**IMO.** Intimo. imum proprie infimum dicitur. quoniam uero  
in multis. ut in pectore, quæ infima sunt et intima sunt, imum  
plerumque pro intimo accipitur. ab eo fit immo coniunctio, quæ  
apud ueteres significabat prorsus. quasi ex intimo. nunc uero  
significat quin potius. **Var.** Non humanitas. immo scuitia est  
ledere innocentem, ab eo fit cōpositū. quimimmo eiusdē si-  
gnificatiōis. **VITA CRASTINA.** Vita proxime adueniens dicitur.  
cras aduerbiū est significans die proxime futuro, sicut heri. siue  
here die proxime elapso. ab hoc hesternus fit, ab illo crashnus,  
& uerbum procrashno, quod est de die in diem diffiro.

**EPIGRAMMA XLV. AD AVITVM.**

**S**VNT BONA. Hoc disticho qualia sint  
epigramate sua poeta declarat. quædā bo-  
na eē dicit, in quibus uirtutē laudat, & ad  
uitæ frugē hortatur. quale fuit superius ad  
Iuliu de trā glittate ai, quæ eē ut diximus,  
sine uirtute nō pot. quædā mediocria, ut ea  
quæ ad ædificia uenatiōes, naumachias, & ludos pertinent, in  
quibus honesta quædā ai oblectatio est. quædā mala, in quibus ui-  
tia hominum iocando carpit. hanc enim diximus a principio esse  
authoris intentionem, hortari ad uirtutē, & seculi sui uitia no-  
tare. Itaque magna ex parte in hoc uersatur, propterea plura eē  
mala epigrammata dicit. **NON FIT LIBER.** Non  
crescit opus in istam libri magnitudinem.

**EPIGRAMMA XLVI. AD TITVM.**

**C**OGIT ME TITVS. Deridet Titū hor-  
tantē se, ut relicto poemate, causidicus fiat.  
**ACTITARE CAVSAS.** Esse causidicū,  
cā proprie dicitur id, ex quo, uel p quā, uel  
a quo, uel p p quā aliquid fit. Vñ quatuor gna  
causarū eē Aristoteles scripsit. materialem  
ex qua aliquid fit. formale, p quā aliquid tale fit. efficiens, a qua  
aliquid fit. et finale, cuius gratia aliquid fit. hinc rerū oīum opifi-  
cē deū cām causarū esse affirmat, differētiā: cā a rōne, quā causa  
est impulsus ipse ad aliquid agendū rō uero ordo gerēdorū ex cā  
uenientiū. quidā cām a chaos detracta aspiratiōne dictā esse  
existimant, quod cōfusa illa materia prima oīum rerū causa fue-  
rit, alij

Cogit me Titus actitare causas,  
Et dicit mihi sepe, magna res est.  
Res magna est Tite, quam facit colorus.



rit, alij a graeco καὶσος, quod ardorem, siue incendiū signifi-  
 cat, quod causa sit, quae nos accendit, atq; inflammat ad aliquid  
 agendum nonnulli a cauendo, quod ea sit, quae cauet, ut aliqd  
 agatur aut nō agatur. qdam a casu, quod initia & origines re-  
 rum, quae casu sunt, casu eueniant. translatiue tamen causa di-  
 citur omnis actio, quā in Senatu, siue in foro & apud iudices,  
 populū uel habemus. Vnde tria esse causarū genera dicimus.  
 demonstratiuum, deliberatiuum, et quod contentionale a quibus-  
 dam uocatur, & iudiciale. ex ijs tamen proprijs causa dicitur,  
 quae iudicialis est. unde causam pro lite & controuersia poni-  
 mus, quā uis nonnulli ita distinguunt, ut controuersiam, seu litē  
 dia uelint, postquam contestatum est, causam autem & ante, et  
 post contestationem, unde causidica appellatur patroni, quod in  
 causis iudicijq; uersantur. a causa etiam causalis deducitur, et  
 causatiuus, hinc causales, siue causatiuae conuictiones dicuntur,  
 quae antecedentem causam significant. Item causor uerbum, qd  
 modo significat causam affero. Suetonius. Syllanum item socer-  
 um ad necem, secūdasq; nouacula fuces compulit, causatus  
 quod se in gressum turbatus mare non esset secutus, modo penē  
 idem, quod excusationē adduco. Vir. Causando nostros in lon-  
 gum ducas amores. i. excusando te, & impedimenti causas alle-  
 gando. Item causula diminutiū, hoc est parua causa. Item cō-  
 positū accuso, quod proprie significat in causam traho, hoc est  
 apud iudices, uel alium quemlibet, aliquem peccasse ostendo,  
 plerūq; in proreprehēdo accipitur, hinc accusator deducitur,  
 & accusatrix. & accusatio, cuius diminutiuum est accusatiua-  
 cula. & accusatorius libellus. & accusatiuus casus apud grā-  
 maticos, quia per hunc uidemur uel accusare, uel laudare, un-  
 de & laudatiuus a ueteribus est dictus. excuso quasi ex cau-  
 sa detraho, & absoluo, significatq; proprie obiectum crimē di-  
 luo. Vnde cum satis purgati uideatur, dicimus accipio excusatio-  
 nem. aliqñ tamen accipitur pro eo quod est affero in excusationē  
 id, qd mihi peccandi causam praebuit, quod potius per accuso di-  
 ci debere uideretur. Quintil. Tu tamē si interpellatus tempes-  
 tibus serius uenisses, excusares mare. & ambiguos flatus, & ti-  
 bi bonam causam habere uidereris, cum diceres non ante po-  
 tui excusares mare inquit. hoc est mare in excusationē tuā ad-  
 duceres, siue mare in tuam excusationē accusares. ab excuso fit  
 excusator. excusatrix. excusatio. excusatissimus, excusatio cui-  
 us diminutiū est excusatiuicula. excusatus cum maiori excu-  
 satione. excusatorius, qd ad excusandū attinet, unde excusato-  
 riā epistolam, siue orationē & excusatoriū crimē dicimus. ex-  
 cusabile, qd excusatione dignū est. in caso, quod est mores alte-  
 rius reprehēdo. et plerūq; cum querela, qd ab illo iniuria sim  
 affectus, quasi in causam traho. Caesar. Hae cum ai aduertisset  
 Caesar, cōuocato concilio, omniumq; ordinū ad id concilium  
 adhibitis centurionibus uehementer eos incusauit, ab hoc incusa-  
 tio deriuatur. recuso, qd est renuo, refuto, tractum ab ijs, qui  
 ad causam actitandā a sciti onus reijciunt. ab hoc fit recusator.  
 recusatrix. recusatio. Item recusabile, quod recusatione dignū  
 est. RES MAGNA EST TITE, QVAM FACIT  
 COLONVS. Faceta derisio. hortabatur Titus Martiale  
 ut esset Causidicus, & rationem adducebat, quod magna res  
 esset actitare causas, respondit Martia. Si magnitudo rei spectā-  
 da sit, non minorem rem esse, a grum colere. inepte quidam in-  
 terrogatiue hoc legendum putant. Authoris sententia est, longe  
 praeclearius esse epigrāmata scribere, q̄ lucri gratia in foro, ut  
 ducijq; uersari.

EPIGRAMMA XLVII AD TVCCAM

1 QUID TE TVCCA IUUAT.  
 Tuccae auaritiam carpit uetulo Falerno,

Quid te Tucca iuuat uetulo miscere falerno  
 In uaticanis condita musta cadis. Quid tantū ferere boni tibi pessima uina  
 Aut qd fecerit optima uina mali? De nobis facile ē, scelus ē iugulare falernū,  
 Et dare campano toxica saeva mero. Cōuiuē meruerit tui for-  
 tassa perire,  
 Amphora nō meruit tā  
 preciosa mori.

uaticana musta miscerent, ut conuiuē parcius biberent, &  
 ipse minus impenderet. MIS CERE. Confundere,  
 immittere. CADIS. Cadi uasa sunt, quibus uina con-  
 duntur. Virgilius. Vina bonis, quae deinde cadis onerarat  
 Aestes. Plynius. Quidni & Caesar dictator triumphū sui coe-  
 na uini falerni amphoras centum, Chij cados centum in conui-  
 uia distribuit. caput autem cadus urnas duas, Vrna quadrā-  
 tal continet. Quadrantal uero octo, & quadraginta sextā-  
 rios. Cadus graeca uox est, καδος, a quo καδονος,  
 hoc est cadiscus diminutiuum appellatur id uasculum, quo sus-  
 fragia colliguntur. VATICANIS. In quibus uaticana  
 uina reponerantur, uel quibus in uaticano agro, de quo supe-  
 rius, diximus, utebatur, in quo pessima uina, ac uillissima na-  
 scerantur, ut nostra quoq; aetate nascuntur. incertum caeli ne  
 culpa, an soli. FALERNO. Falernus ager a ponte cam-  
 pano incipit laeua petentibus urbanā coloniā Syllanam ante a  
 capua contributam. illic. n. uiti ferri colles incipiunt, & temulē-  
 tiae suco nobilis per omnes terras inclyo, atq; ut ueteres di-  
 xere, summum liberi patris cum Cerere certamen. Summis col-  
 libus gauranum gignitur uinum, medys faustianum, imis fa-  
 lernum. falerno inter generosa uina Italiae secunda nobilitas  
 erat. Nam principatus dabatur pucino, quod graeci pectanum  
 appellauerunt, gignitur in sinu adriaticae maris non procul a  
 Timaio fonte saxeo colle, maritimo afflatu pauca amphoras  
 coquente. de falerno scribit Martialis,  
 Attica nectareum turbatis mella falernum,  
 Misceri deat hoc a Ganymede merum.  
 Tibullus masculino genere protulit.  
 Nunc mihi fumosos ueteris proferte Falernos  
 30 Consulis, & chio soluite uincla cado.  
 Falernum quondā amineum uocabatur, & aminea uua, &  
 aminea uites. Vir. Sunt et aminea uites firmissima uina. a re-  
 gione autē ita uocabantur, et enim aminei fuerūt, ubi nunc fa-  
 lernū est, ut Macrobius testatur, qd facit ut murer Seruiū tan-  
 tum grāmaticum scripsisse amineū dictum, quasi sine minio,  
 hoc est sine rubore, qm natura albū est. VEIVLO. Recte  
 diminutiuo usus est, ut mediā aetate ostēderet. Falernū. n. nec  
 in nouitate, nec in nimia uetustate laudabatur. media eius aetatis  
 in pretio erat, quae a quodecimo anno incipiebat. tūc corpori  
 saluberrimū putabatur. erat utile tussi, sistebat aluum, corpus  
 aiebat, quae admodum albanū utile erat neruis, surrentinū ca-  
 piti, & stomacho. ac ubi, & fetinum conuictioni aborum. pro-  
 flusuo uentris signinum. Martialis,  
 Potabis liquidum si gnina morantia uentrem.  
 Ne nimum sistant sit tibi parca sitis.  
 Maxima fuit in discernendis uinorū generibus ueterū Roma-  
 norū diligentia. hinc massica nominatur a que ex monte Gau-  
 ro Puteolos, Bariasq; prospectantia. Nā Marsica a Marsis dicitur  
 tur Italiae populus, qui a Marsō Cereris filio ortū habuerūt,  
 quāuis et alij sint in Scythia Marsi, ut testatur Herodotus, Mas-  
 sicus uero mons ipse dicitur qua parte Puteolos, ac Barias spe-  
 ctat. Vir. Et Bacchi massicus humor, et falerno conternna sta-  
 tana, uim calena, & fundana, & ueliterina, & priuernatia.  
 praeterea mamertina, quae circa Messānam in Sicilia gignun-  
 tur, & tauromnitana in eadem insula nata. et cesenatiana, et  
 in Veronensi retica, & ab intimo sinu maris adriana, et inter  
 Pyreneū, alpesq; massilitana. massilia. n. cuius superius mētio-  
 nē fecimus, urbs est in Narbonēsi prouincia, quae a Phocē sibus  
 cōdita fuit, unde massiliēsis, et massilitanus deducitur, et massi-  
 lioticum ostium. Massylla uero a qua fit massyllus, et massylli-  
 us, oppidum est Libyae Mauris uicini, nec longe abest ab hor-  
 tis hesperidū. haec gens neq; ephippys utitur, nec frenis, sed sola



uirga contenti sunt, qua agret equos, et moderetur. Lucanus, et  
 Gens, qua nudo residens massylla dorso, Ora leui flebit  
 frenorum nescia uirga. Ad haec Tarentina, & Lucana, &  
 ad quartum a Neapoli lapide trebellica, iuxta Capua auli  
 na, & trebulana, & trifolina ab agrorum nominibus ita nu  
 cupata. in Hispania laetana copia nobilitate, elegantia tar  
 conensia, & lauronensia, et balearica. ia uero transmarina in  
 pretio fuerunt. Thasia. Chia. Lesbica. Clazomenia. Sicionia. cy  
 pria, et alia penè infinita, sed inter alia Rhodiū maxime lau  
 datur, et com, & quod graecae appellauerunt βίον & τὸν  
 βίον, hoc est a uita, quod uita hominum maximas utilitates  
 afferat, sit uis paulo ante maturitatem decoctis, & sole sicca  
 tis, uersatis ter die per triduum, quarto die expressis, demde cadis  
 sole inueteratis, & marina aqua largiore commista, qd a ser  
 ui fierto originem habuit, sic mensuram ex plentis. quis autem  
 meretur hanc in uinis hominum sedulitatem, cum Asclepiades  
 tradiderit utilitatem uini uix deorum potentia posse aequari.  
 uino uires corporis aluntur, uino animus uegetatur, uino auge  
 tur sanguis, colorq; hominum. Ouidi. Vna iuuant animos, fa  
 ciuntq; coloribus aptos, uinum inter orbem medium & mutio  
 rem hanc plagam, arcumiecliaq; nationes differentiam facit.  
 quantum barbaris feritas yoboris praebet, tantum nobis pretio  
 sus hic succus. modico uino statim redeunt uires, nerui iuuant  
 ur, stomachus redinte gratatur, appetentia aborum exatatur, tri  
 stitia expellitur, magnitudo animi exatatur, urina exit, algor  
 recedit, somnus conciliatur, uomitio sistitur, uinum omnibus ue  
 nenis, quae frigiditate nocent, medetur, praesertim si uis. Pla  
 to uinum existimauit fomitem quenda esse, & incantabile uir  
 tutis, atq; in genū, si mens, & corpus hominis eo flagraret. me  
 dicorum inuentum fuit uinū a reuuis utilissime bibi, propter  
 qd Helena apud Homerū ante cibum ministravit. meracis po  
 tionibus uti uiginti diebus ante canis ortum, totidemq; postea  
 Hesiodus poeta suadet. hinc si quis peccat, cur homines uino sos di  
 camus, cum caetera aialia, quae aqua bibunt non dicamus a quo  
 sa, haec ratio reddi potest, qd soli homines etiam non sitiētes bi  
 bunt. QUID TANTVM FECERE BONI. Ut  
 scilicet cum bonis ea miseres. QUID MALIFECE  
 RINT. Ut scilicet ea malis adiungeres. DE NOBIS  
 FACILE EST. Quoniam ad nos attinet, facile hoc est to  
 lerabile est ita facere. modus est loquendi, de nobis, hoc est quā  
 tum ad nos attinet. Cicero. Nam de me quidem facile id toleratum  
 fuit, sed laedi uini causa omnes, ferre quis possit? IUGV  
 LARE. Neare translatio est sumpta ab homine. perire. n.  
 uidetur salernum mustura pessimi uini. VINA TOXI  
 CA. Vina uenenata. Toxicum enim aliquando substantiuū  
 est, aliquando adiectiuū, dictum, quasi toxicum, ut supra ostē  
 dimus. MERVERE. Digni fuerunt. Merere enim, et me  
 reri significat dignum esse, cum post se accusandi casum ha  
 bet, ut meruit qui laude coronam, sed cum ablatiuū habet cum  
 praepositione de, significat conferre in aliquem beneficiū, aut  
 offensionē, beneficiū quidem cum bene mereri dicimus. Vir  
 Si bene quid de te merui. offensionem, cum dicimus male mere  
 ri. Cicero. Nam quo animo in hominem petulantem, & male  
 de nobis meritum esse debuimus? Nonnunquam tamen utrunq;  
 reticemus, sed per ambiguum sensum, ut quid de te sum meri  
 tus, & aliquando per negationē ex primis, ut homines ni  
 hil de me meriti, hoc est qui nec bene mihi, nec male fecerunt.  
 hinc merita pro beneficiis accipimus. Plancus. Quid enim tibi  
 pro maximis tuis, ac penè immortalibus in me meritis praestit  
 re amplius possim? Meritum etiam qn adiectiuum est, pro con  
 gno, ac conuenienti accipimus. Virg. Meritos aris indiat ho  
 mores, & contrario immeritum dicimus in conuenientem, ac

indignū. Item a mereror fit merito aduerbiū, hoc est digne. a  
 quo contrarium eius immerito hoc est indigne. Item composita  
 promereor. & comereor, quae idē significant quod mereor, sed  
 promereor ferè in bonam partem accipitur, comereor in ma  
 lam. Apuleius. Ingentem ob id laudem apud populares suos  
 promeritus. Teren. Aut quid commerui pater? hoc est quid ma  
 li merui? Plautus tamen promeritū in malam partē usurpauit.  
 quid mali sum tanta ex re promeritus? promereri etiā pro pra  
 stare frequenter accipimus. Virg. Nunquā regna negabo pro  
 meritam, hoc est praestitisse. Teren. Ego Carine ne uiquā libe  
 ri esse hominis puto, cum is nihil promereatur, postulare id gra  
 tiae apponi sibi. Item demereor, quod non significat male me  
 reor, ut uulgus indoctū existimat, sed bene de aliquo mereror,  
 & iungitur accusatiuo. Quint. Simul ut pleniori obsequio de  
 mereret amantissimos mei. Item emereor, quod penè idem si  
 gnificat, qd mereror, cuius praetium est emeritus. Vnde emerit  
 ti stipendia nominantur, qui milita perfuncti sunt. Item in si  
 gnificatione passiva stipendia emerita dicuntur. Quintilia  
 nus. Emeritus huic bello stipendijs. Vir. etiam per translationem  
 emeritos boues appellat. et emeriti senes uocantur, qui solent ha  
 bere eos, qui pro se laborent. ij dicuntur pro alio opus agere.

### EPIGRAMMA XLVIII. AD HELIAM.

**S**I MEMINI. Heliā carpit ita iam pro  
 uectam aetate, & morbo confectam, ut den  
 tibus atreat, & tamen adhuc tentigne pri  
 uicem, qualis erat, de qua scribit Virgil.  
 Dētem de tribus hic screauit unū. QVAT  
 TVOR DENTES. Ex triginta, qui  
 ferè esse mulieribus consueverunt, nam uiri naturaliter trigin  
 ta duos habere consueverunt. si qui plures habent longiora ijs  
 uitae spatia promittuntur. candor in ijs maxime commedatur.  
 hominem, cui desint, de formē reddunt. ideo qdam adulterinis  
 uuntur ex ebore sabrefactis. faemnis, quibus in iuuenta nō fue  
 re nati, decedere in senecta, & mox renasci certum est. Zancli  
 Samothraceno cui post centum, et quatuor annos dentes rena  
 tos fuisse prodiderunt. Quatuor primogenia dicto est binari  
 um numerum in se bis habens inclusum. ab eo fit quater ad  
 uerbiū. Virg. Otterq; quartq; beati. & quartus. et quater  
 nus. a quo quaternio quatuor characterū, siue alterius cuiuscūq;  
 rei compositio. Et quaternarius. et quadripus. a quo quadrup  
 lico. et quadripliciter aduerbiū et quatrimum, spatii qua  
 tuor dierum, a quo quatrimum adiectiuū. et quadriennium  
 spatium quatuor annorū. et quadrimus, de quo superius di  
 ximus, a quo diminutiuum quadrimulus, et quadratum figu  
 ra quatuor rectas, atq; aequales lineas, et quatuor rectos angu  
 los habens. a quo quadratura ipsa, ut ita dicam, quadrato, un  
 de Archimedē de quadratura circuli scripisse dicimus. et qua  
 driū, qd quadratū est, & quadro uerbu, quod proprie signifi  
 cat in quadratum redigo, per metaphorā in ponitur pro consen  
 tio, & omni ex parte congruo, tractum a lapidibus quadris,  
 qui inter se optime conueniūt. Vir. Arboribus positus scito ma  
 limite quadret. Apule. Vt omnia ad eius calamitate quadra  
 rent. & quadra mensariū instrumentum, supra qd a pes san  
 duntur, seu apponuntur scissae, quod quadrata forma fieri so  
 leat, fitq; aliquando etiam ex pane. Virg. Panlus nec parare  
 quadris. Iuuen. Vt bona summa putes aliena uiuere quadra.  
 hoc ipsum instrumentum & rotundum fieri solet. & nunc or  
 bis appellatur, è crustis similiter aliquando fieri solitus. Virg.  
 Et uiolare manu, malisq; audacibus orbem fatalis crusti. &  
 quadrantul, quo nomine ueteres amphoram uocabant, quod  
 Si memini fuerant tibi quatuor Aelia dentes.  
 Expuit una duos tussis, & una duos.



id uas pedis quadrati octo, et quadraginta sexteros capiat. Plautus. Anus haec sitit, et quater denus quantillum sitit. modicus est, capit quadrantal, et quatuordecim et quartusdecimus. et quaterdecies. et quadraginta. a quo quadragesimus. et quadragenarius. et quadragenus. et aduerbium quadrages. et quadragesima. a quo quadragesimae. et quadragesime. et quadragesimus. et quadrans genus nummi, quarta pars assis, hoc est uncae tres. et quadrangulum quatuor habens angulos. et quadrivium, de qua superius differuimus, et quadrisyllabum, quod ex quatuor syllabis constat. et quadrifidum, quod in quatuor partes findi potest, unde quadrifidas suderes dicimus, quae ita robustae sunt, ut possint in quatuor partes diuidi. et quadripartitior in quatuor partes diuido, unde quadripartitium in quatuor sectionum partes. et quadripartitio aduerbium in quatuor partes. et quadrifariam pro quadripartito. V. arro. Et ea, quae ad mortales pertineant, quadrifariam dispartitur in homines. in loca. in tempora. in res. et quadruplator, qui eo genere questus utebatur, ut prosequeretur eas causas, quarum ex legibus quadrupli erat actio, siue qui quadrupli ex accusatione lucri faciebat. et quadruplo, ac quadruplor uerba idem significantia, et quadriga nota significationis. a quo quadrigenus a quatuor equis, quibus iungebatur appellatur. et quadriugus, qui cum tribus alijs iunctus est. et quadriuium ubi quatuor uiae conueniunt, et quadrupes quatuor habens pedes. a quo quadrupedo uerbum, quod significat quatuor pedibus gradior. a quo quadrupedantia animalia quadrupedia dicuntur. Virgilius de equis. perfracta; quadrupedantum pectora pectorebus rum punit. et quartana febris, quae biduum interitum abest, quarto die reuertitur, incipitque ferè ab horrore, deinde calor erumpit. hinc quartanarij dicitur, qui quartanam febrem patiuntur. et quartarius mulio mercenarius, quod quartam partem capiat questus. et quadrilaterum, quod quatuor latera habet. et quarto, ac quartum aduerbia. in quo notandum, quod quarto consul, et quartum consul non idem sunt. Nam quarto locum designat, et tres ante factos, quartum uero significat tempus, et ter ante factum, sed quod in M. Catonis origine scriptum esse dicunt Carthaginenses sextum de foedere decesserunt, id uerbum significat, quinque ante contractum foedus eos fecisse. et tunc sextum. et quadriformis, quatuor formarum. a quo fit aduerbium quadriformiter. Item quatuor urbem Acaus appellauit Athenas quod eius coloni ex quatuor urbibus in unum illud oppidum se contulere. EXPVLIT. Abegit, extraxit. pello interdum significat percussio, ferio. Cicero. ut pelluntur animi uehementius saepe enam cura, et timore. unde fit frequentatiuum pulso, quod est graui, ac uehementi ictu caedo. interdum pello significat abigo, extrudo. Plautus. Pelle animo timorè, mox adenti gnatus. ab hoc fit puluis nota significationis, quod pellatur uiuenti. ab hoc fit puluisculus, quod aliqui etiam in neutro genere puluisculum dicunt, et quamuis generaliter dicitur de omni puluere, proprie tamen significat puluerem illum, quo uocantur puellae, qui et anis dicitur. ad cuius differentiam alius anis immundus appellatur. Virgilius. Et anerem immundum latos iactare per agros. Item a puluis puluereus ex puluere. et puluerulentus pulueris plenus. et puluerescere in puluerem redigere, et dissipulero dissoluo. Neuius. Saxa. syluas. lapides. montes. dissipulera. et pullex foedum animal, quod ex puluere generetur. a quo pulicianus. sicut a musca mus sanus, a formica formicanus. Item a puluis siue a pello puls, ut quidam putant, quae fit ex farre in puluerem redacta. tribus est ex farina factus, quo longo tempore usi ueteres fuerunt pro pane, unde nunc pulmentum dicitur, siue ipsa puls, siue quic

quid uis aliud ad modum pulvis sumatur. et pulmentarium, quod inter cibos sumitur in similitudinem pulvis factum, hoc est, quod pulmenti uicem implet. Plyn. Conditur sal coloribus additis, et pulmentarij uicem implet, quod et pulmentaris cibus a quibusdam appellatur. nos tamen pulmentum a pullis potius appellatum existimamus, quemadmodum superius diximus. Item a pello pellen, qui est grossiusculus puluis, unde pollen in tritico dicitur, quod flos appellatur in siligine. hinc pollinaria cribra appellatur, quae de lino, non ex setis equorum fiunt ad pollinem purgandum. Nam quae ad excutiendam farinam fiunt, excussoria dicuntur. quidam a polline polentam dictam existimant. persusum aqua hordeum siccant nocte una, postero die frugunt, deinde molis frangunt, alij uehementius totum rursum exigua aqua aspergunt, siccantque priusquam moliant, alij uerentibus spicis de cussum hordeum recens purgant, madidumque in pila tundunt, et purgatum molunt, ita praeparato uicinis hordei libris ternas seminis lini, et coriandri felibras, salisque acetabulo, torrentes ante omnia, misceantur in mola. qui diutius uolunt seruare, cum polline, ac sic feribus suis condunt nouis fistilibus. Item a pello pullarium Plautus. Manum dextram appellat. fit praeterea a pello compositum appello, quod modo primae coniugationis est, et significat nomino. Cicero. Publium Scipionem Marce fili, qui primus Africanus appellatus sit. interdum aduoco. prouoco. a quo appellatio, hoc est prouocatio deducitur, et appellatus dicitur, ad quem facta est prouocatio ueteres appellatauisse pro appellatione frequenter usurparunt, modo appello tertiae coniugationis est, et significat applico. ad moueo. Ter. Poeta cum primū animum ad scribendum appulit. V. arro. Appellere proprie dici existimat, cum ex pelago, aut flumine quis ad litus accesserit. Virgilius. Hinc me digressum uestris deus appulit oris. Item interpello, quod modo significat loquentem alloquor, et quasi sermonem eius abrumpo. Plautus. Ne me interpella, modo dico. Lucretius. Verum tu quid agis, interpella me, ut sciam. per pello, cogito. Plautus. Is me anapitem per pulit. depello, abigo. prohibeo. Virgilius. Depulsis arbutus hedys. ex pello, eijcio. Plautus. Ancillam domo expulit. ab hoc fit frequentatiuum expulso, quod est frequentatiui pulsus agito. Martialis.

Si me nobilibus scis expulso sinistris,  
Sum tua, si nescis, rustice redde pilam.  
Unde aduerbium expulsum ludere, hoc est frequenter pulsando. et uerbale expulso, cuius famminum est expulso. Cicero. Expulsoque uitorum. quippe ueteres pulso pro pulso scripsere. Plautus. Pulsando confregit fores. propello procul expello. a quo fit frequentatiuum propulso, et uerbalia nomina propulsator, et propulsatrix. impello urgeo. Virgilius. Ferte an fiamas, date tela, impellite remos. ab eo fit frequentatiuum impulso, et impulsus impetus, appetitus quem graeci ορμην dicunt. et impulsio eiusdem significationis. et impulsor, quod ferè in re mala usurpatur, quemadmodum adiutor in bona. Nam Terentius. Ironice locutus est in adelphis, cum inquit postremo hodie in psalteria istac emunda hic adiutor fuit, nam supra impulsorem dixerat. repello reijcio. a quo repulsa reiectio ab honore, siue magistratu, quae ferè suffragijs fieri solet. et repulsor, qui reijat, et repulsus, qui reiectus est, cuius comparatio repulsior usus est Cato. Cōpello primae coniugationis, alloquor. Virgilius. Vltro flens ipse uidebar compellere uirum, tertiae uero coniugationis modo congrego. Idem. Cōpulerantque greges Corydon, et Thyrsis in unum. a quo compellatio deducitur. modo cogito, um facio. Quintilianus. Senuire. n. in eius sceleris atrocitate compulsus est. sunt etiam qui pellem a pellendo dictam putent, quod corporis iniurias tegendo depellat, quemadmo-

Iam serua potes totis tussire diebus.  
Nil istic quod agat terra tussis habet.



dum superius diximus. TERTIA TVSSIS. Tertio uentura. tertius ordinale nomen est, & a tres deducitur. Tres uero & tres a graeco. Nam graeci τρεῖς & τρία dicunt, unde τριάς, trinitas appellatur. a tertius fit amita patris mei soror, quasi a me tertia, ut superius diximus, & tertiana febris. duo autem sunt tertianarum genera. alterum eodem modo, quo quartana, de quo paulo ante diximus, & incipiens, et desinens illo tantum interposito discrimine, quod unum die praestat inter gratum, tertio redit. alterum longe periculosius, quod tertio eodem die reuertitur. ex quadragesima autem, et octo oris fere triginta sex per accessionem occupat interdum et uel minus, uel plus, neque ex toto in remissione desinit, sed tantum leuius est. id genus media scimitraeon appellant, quasi tertianam unam, & dimidiam. τριῶν enim sensus dicitur τριῶν tertiana, & epitritus numerus, qui continet totum aliquem numerum, & eius partem tertiam, ut quatuor ad tres. Item a tertius tertio pedato, de quo supra diximus, & tertius decimus, et tertio, ac tertium aduerbia. et sestertium, cuius diminutiuum est sestertolium, de quibus inferius dicemus. a tres uero, siue τρεῖς graeca uoce fit tre decim. & triginta. & trigesimus. et trecenti. & trecentissimus. & ter aduerbiu. & trias. & trigetes. & trecentes. et trecentenus. & trecentum. et trecentes. et terdenus & ternus, quod & trinus a quibusdam dicitur. a quo trinitas. i. trium personarum unitas. & tricenus. et ternarius, de quibus iam diximus. et triennis, de qua superius diximus. et triduum spatium trium dierum. a quo triduanus adiectiuum, et triennis trium annorum. a quo triennialis, & triennium tres anni, & tripartitio in tres partes diuisio. a quo tripartitum. & tripartitum aduerbium. & trifidum, quod in tres partes findi potest. & trifidulum, & tergeminum, de quibus superius diximus. et triplex. a quo triplicis. & tripliciter. et aduerbiu tripliciter, significatque interdum tabellae genus, quo scribi epistolae solebant. Martialis, Tunc triplices nostros non uilia dona putabis Cum se uenturam scribet amica tibi.

Et triplus eiusdem significationis. sunt etiam qui Atriplex hinc deductum existiment ob eius magnitudinem, herba est uulgo nota accusata a Pythagora, quod hydropicos, & morbos regios, palloremque faceret, propterea non nisi mutata sepius aqua existimant coquenda. quidam ab atro potius derivatum putant, ut superius diximus. & trifaria tripartita, a quo trifarius trifaria trifarium. & tridens Neptuni sceptrum. Nam sceptrum uirgula est, quae reges utuntur, tractam a graeco τριῶν πορ. proprie autem sceptrum Iouis erat, ab eo ad reges, & principes & magistratus translatum. hinc ad foedera facienda semper adhiberi sceptrum consuevit, quoniam ueteres in hoc Iouis simulachrum adhibere solebant cum scepro, quod cum difficile esset aliquando, praefertim quando foedera cum remotissimis fiebant inuentum est, ut scepro quasi imaginem Iouis tenentes foedus percereret, et triclinium, de quo superius diximus. a quo architriclinus dicitur, qui triclinio praest, sicut archimagirus qui praest coquinam. τριῶν enim graeca dicunt impero, praesum μαγιστρον coquinam, τριῶν πορ cocum. & triuuir unus ex tribus uiris, qui creati sunt principio ad deducendas colonias, & a gratum diuidendum. a quo triuuiralis, unde triuuirale officium, & triuuirale dignitate dicimus, & triuuiratus ipse magistratus, sicut a consule consulatus. & triangulus figura tres angulos habens, quae graeci τριγωνος uocant. a quo triangularis adiectiuum. componitur autem ab angulus, qui graece γωνία dicitur, a quo nomen habet. est autem coniunctio duarum linearum. ab eo etiam fit quadrangulus, quinqueangulus. sexangulus. septangulus. octangulus. item angulosus hoc est plenus angulis. Item angustus, hoc est arctus, quod anguli semper coarctentur, & angusto uerbum

coarctato, et anguste aduerbiu arcte, et angustae stricturae uiarum, aut cuiuscumque alterius rei, unde per translationem est pro difficultatibus capimus. Ci. Neminemque qui ei in tot rerum angustiis subueniret habebat. quidam & ab angulo singulū dictum putant, quod ea, quae unica sunt, constituere angulū non possint, dicitur autem singuli unusquisque per se, hoc est se paratim ab alijs, & fere pluratum tantum numerum usurpamus, quamuis ueteres quaedam etiam singulari sint usi. Plautus. Et ad singulū uideo uel singulū. hinc singulare deducitur unicūm excellens eximium, & singulariter aduerbiu, hoc est unice. excellēter. eximie. Item singulare. & singulariter apud grammaticos, quod a pluratio, & pluraliter distinguunt. & singulatum siue sigillatim hoc est se paratim et unumquodque per se. Caecil. Primum malo publico singulatum gratias egere. Lucii. Sigillatim unusquisque nostrum mouetur. et tribrachus pes ex tribus syllabis breuibus constans, & triens numus genus, tertia pars assis. & trientalis uasis genus tertia partem sextarii capiens. Persius. Calidumque triental excutit e manibus. & trifidus tres fides habens, unde cerberū trifidum uocant, & trifer trifer a triferū, ter fructus ferēs, et trifiniū, ubi trium a gratum terminus est. et trigimus, qui tres duxit uxores. et trigon pila genus, de quo supra diximus. & triliens uestes, quae ex tribus licijs constans, interdum in triliem pro triplici usurpamus. et tricolor trimembre, trimetrum carmen, quod ex tribus pedibus constat, et trimus trium annorum. a quo trimulus diminutiuum, et trimasus, et trima dies, de quo superius diximus, et trinepos atnepotis filius, & trituncus atnepater, quod sine post tres ab auo, atque nepote, et tripus. tripes. tripedaneum, & trimadimum, de quibus superius locuti sumus, et trisyllabū, quod ex tribus syllabis constat, et trismegistus Mercurius, quasi ter maximus dicitur. et triplaris numerus, cum ex duobus minor ter in maiori numeratur, ut sine tria ad unum. et triptota nomina, quae tribus duntaxat casibus declinantur. & Tripolis urbis Coele Syriae in ora subiecta libano, quod ex tribus ciuitatibus constat, quippe Tiberij, & Sidoni et Arara diu eam tenuerunt. hinc tripolitana regio appellatur, et triquetra figura triangularis. & trinacria. et trinacris. & trepondo. & tripondus. et triuncus, siue triuncus. & trionius. et trimaxus, & trimita. & triuia. triuui. triuualis scientia. & triuualiter uulgariter, de quibus diximus triuualiter homo, hoc est fur. 40 & triser. et triserater. tricerberus, hoc est plusquam fur, plusquam furafer magnum cerberus. ponitur. n. finitus numerus pro infinito, quod admodum apud Virgilium. o terque, quaterque beati, hoc est ualde beati, de quibus superius late differimus. & triarij milites, quod tertio ordine in acie constituerentur. hi enim post omnes acies cum sacris galear. credis. gladijs. plumbatis locabantur, ut si forte prima acies uincerentur ab hostibus uelut deintegro reparato certamine uictoria sperarent. subsidebant itaque nixi genibus, a quo subsidium dicitur. Pla. Agite nunc. subsidite, quasi solent triarij, & trioboli quasi parui pretij a tribus obolis, sicut enim nihili hominem dicimus. idem. Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigae exturbo oculos, atque dentes. ab hoc fit triobolaris, hoc est uilis, & pretij trium obolorum. & triparcus id est ualde parcus. idem. Triparcos homines uentos. arido. auido bene admordere. & trifolium herba uulgo nota, quam graeci τριφυλλον uocant a tribus folijs. hanc herbam contra omnia uenena ualere plurimum existimant, serpentesque nunquam in ea aspici, semen eius cuius minima sunt folia, utile esse ad custodiendam citius mulierum gratiam, si in facie illinatur. et triepes triu capium. Senec. triepitem secum belluam manibus trahens. & triangus cognomen Nouellij Mediolanensis, qui gestis honoribus a praetura ad consulatum usque peruenerat. hic enim tribus conujs ui-



ni uno impetu epotis spectante miraculi gratia Tiberio prim-  
 ario, praclarum hoc cognomen sibi uendicauit. in quo illud ma-  
 tabile uisum, quod nec labaret sermone, nec uomitione, aut al-  
 tra corporis parte leuaretur. cognomen enim mensurae genus est  
 sex sextarios continens, unde fit congrarium, quod modo simili-  
 ter pro mensura accipitur. Paulus iuriconsultus. Item urnae  
 areae. Congraria sextaria. modo si significat munus, quod a  
 principe in populum datur. Quintil. Ut Fabius maximus in  
 casari Augustae congriariorum, quae amicitias dabantur, exiguita-  
 tem, hemmiam esse dixit. nam congrarium commune est libera-  
 litatis, atque mensurae. Et tribus, quoniam ager Romanus pri-  
 mo diuisus in tres partes fuit, et tres partes populi factae. una  
 Tanentium a Tito rege Sabinorum amicum populi Romani. alia  
 Raminum, siue Rannenium a Romulo. tertia Lucrum a Luca  
 mone, sed postea aliae quoque partes urbis factae, quae similiter  
 tribus appellatae sunt, et hoc uocabulum tum pro loco, quam  
 pro iure, atque hominibus usurp. cri capium. hinc tribules dicti,  
 qui ex tribus sunt, et contribules, qui ex eadem tribu. Et tri-  
 butum aduerbium hoc est per tribus. Et tribuni aerarum, qui-  
 bus tributa soluebantur, quamuis postea tribuni etiam uocati  
 sint, qui magistratum gerebant. ut regum tempore tribuni cele-  
 rum, qui centurijs praerant, postea facti sunt tribuni militares  
 in castris, qui parem ferre. cum consulibus haberent potestate,  
 et in dissensione plebis a patribus facti sunt tribuni plebis,  
 quibus maxima est tradita potestas. quippe et prouocabatur  
 ad eos et omnia senatus consulta nisi per eos approbata, et sub  
 seripione. T. littera a tergo signata, irrita habebantur. a tribu-  
 no tribunatus deducitur, sicut a consule consulatus. Et tribu-  
 nitus adiectiuum, unde tribunitiuam potestatem. Et tribuni-  
 tium fauorem dicimus. Item a tribubus tribunal locus exal-  
 tus, in quo, qui ius tribubus redderet, considebat. Et tributum,  
 quod ea pecunia, quae populo impetrata erat, tributum solue-  
 batur. magis enim hoc placet, quam quod tribus a tributo di-  
 catur, ut Lilius sentit. sumi postea cepit hoc uocabulum lar-  
 gus pro omni munere, quod a subditis soluitur, a quo qui ita  
 soluit tributum uocatur, et ab hoc tributo deriuatum, quasi  
 tributum pendo. ponitur tamen pro eo, quod est do, concedo  
 Cicero. Sed hoc beneuolentiae eius tribuendum est. ab hoc fit  
 compositum attribuo. a quo apud Rhetores attributa dicuntur  
 personis, et rebus, et retribuio pro eo, quo est remuneratio, et eo  
 tribuo simul tribuo, a quo contributum. contributor. contribu-  
 tio. Et distribuo, quod est res separatim dispono, et suum cuique  
 tribuo. a quo distributio apud Rhetores dicitur figura, quae a  
 graecis Merysmos uocatur, magis plerumque gratiae, et utilita-  
 tis, cum singulas res separatim proferimus, suum cuique prop-  
 rium tribuentes. Lychurgus, cuius omnes corporis partes ad neque-  
 tiam sunt appositiissimae, oculi ad petulantem lasciuiam, ma-  
 nus ad rapinam, uenter ad uindictam, uirilis naturae membra,  
 quae non possimus honeste appellare, ad omne genus corrupte-  
 lae, pedes ad fugam, proorsus, ut aut ex hoc uitia, aut ipse ex ui-  
 tijs orna uideatur. Aristoteles. Alexandro enim Macedoni, neque  
 in deliberando consilium, neque in praeliando uirtus, neque in pra-  
 stando beneficio benignitas deerat, sed diuinitas in supplicio  
 crudelitas, nam cum aliqua res dubia accidisset, apparebat sa-  
 pientissimus, cum autem consurgendum esset cum hostibus, fortis-  
 simus, cum uero praemium dignis tribuendum, liberalissimus,  
 et cum animaduertendum clementissimus. praeterea a tris tri-  
 teris deducitur, hoc est trium annorum spatium. triens enim  
 graecis tres, in annos uocant. Martialis,  
 Aspicias, ut paruus, nec adhuc trieteride plena  
 Regulus audiat laudet et ipse patrem.  
 Hinc trieterica appellata sunt sacra Liberi patris, quae ex In-

10

20

30

40

50

60

dia cum uictoria redeunti instituta sunt, tertio quoque anno ce-  
 lebrari solent, annuus eius orgijs sumptuosiora. et epiritus, pes  
 ex quatuor syllabis constans, quod supra tres syllabas longas  
 breuem unam habeat, eius quatuor genera sunt, primus epi-  
 ritus est, qui primam syllabam breuem habet, caeteras longas,  
 secundus qui secundam. Tertius qui tertiam. quartus qui quar-  
 tam. tertio consul, et tertium consul eo modo differunt, quo quar-  
 to consul, et quartum consul differre supra ostendimus. tres  
 numero collegum facere existimauit Horatius praecus, quod ma-  
 gis sequendum affirmat Marcellus, quam quod plerique scripse-  
 runt maiorem ad id numerum necessarium esse.

10 EPIGRAMMA XLIX. AD CAECILIANVM,

**D**IC MIHI QVIS FVRROR EST.  
 Caecilianus gulae execratur, qui uocatus ad  
 cenam amicus, solus ipse boletos uorabat.  
 QVIS FVRROR. Quae insania, uel  
 quae tanta ira in conuiuia? Furor enim ali-  
 quando pro insania ponitur, unde furio-  
 sum insanum dicimus. aliquando pro nimia ira inflammatus.  
 a quo fit furibunde aduerbium. Lucanus. Quis furor o ci-  
 ues? quae tanta licentia ferri? Quid inter furorem, insaniamque  
 proprie inter sit, praclare ostendit Cicero, cum inquit. itaque  
 non est scriptum si insanus, sed si furiosus esse incipit. insanus  
 enim consuevit inconstantiam, id est sanitate uacantem, quae  
 tamen posset tueri officiorum, et uitae communem cultum, atque  
 usitatum. furorem autem rati sunt mentis ad omnia caecitatem,  
 quod cum maius esse uideatur, quam insania, tamen eiusmodi  
 est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. fit  
 enim furor aliquando uitio ualentissimus, ut in ijs, qui melan-  
 choliae appellantur, quos tamen Aristoteles censuit habere ali-  
 quid in animis praesagens, atque diuinum. Aliquando mente ui-  
 quadam diuina concitata, qualis est furor poetarum. neque quippe  
 Democritus quinquam poetam magnum esse posse sine fu-  
 rore, quod idem Plato in phaedro facit. maxima inquit bona no-  
 bis per furorem eueniunt diuino munere concessum. Nam et  
 quae in Delphis futura praedicit uates, et quae in Dodona sacer-  
 dotes, furore quodam effunduntur. Tum illa, quae a iuris fit  
 occupatio mentis furor est. Unde tam praecara poetarum cri-  
 mina oriuntur. qui uero sine furore musarum ad poesis fores  
 accedunt sperantes arte, atque doctrina poetas se bonos euasuros,  
 inanes et ipsi, et eorum opera sunt comparatione eorum, qui fu-  
 rore agitantur. huiusmodi furorem definire possumus animi a  
 corpore abstractionem diuino quodam instinctu prouenien-  
 tem. Cicero. Inest igitur in animis praesagatio extrinsecus inie-  
 cta, atque inclusa diuinitus, ea si exarsit acrius, furor appella-  
 tur. cum a corpore animus abstractus diuino instructus concitatur.  
 a furor furo uerbum deducitur, quod aliquando signifi-  
 cat ira exagitor. Apuleius. Fuirit ensem corripit, fertur in eum  
 praeps, nil tale timentem aggreditur. aliqua do insano. Plu-  
 ur plane furit, quid agit non uidet. ab hoc fit furiat, quod  
 quidam a furioso ita separant. ut furiosus sit, a quo furor non  
 quam recedit, furiat autem qui furit. Virg. Non tulit hanc  
 speciem furia mente Coraeus. Item a furor furiae dicuntur,  
 quae deae sunt furoris, et Acherontis, noctisque filiae fuisse pro-  
 duntur. quidam duas esse dicunt. Alecto. et Tisiphonem, alij  
 Megeram sororem addunt. Virgilius.  
 Dicuntur geminae pestes cognomine dirae,  
 Quas et tartaream nox intempesta megeram  
 Vno, eodemque tulit partu.  
 Alecto, hoc est ἀλλυτώ dicta est ἀπό τοῦ α privativa

Dir mihi, quis furor est, turba sperantem uocata,  
 Solus boletos Caecilianus uorans.  
 Quid dignum tanto, uentris, gulae praecibus?  
 Boletum, qualem Claudius edit, edas.







scenola. salicet. Ordolest. Dextera decepta in occidendo satellite, cum peteret regem iniecit se sacris focis, ut periret, hoc est penam facti lucret. **SATELLITE.** In satellite occidendo, quem quia purpura indutus erat, putauit regem esse, cum scriba eius esset. **SACRIS FOCIS.** Ara in qua sacrificia fiebant. **VREERE.** Flamma consumere. Vro tamen, et uxor tam frigoris, quam caloris esse potest. Nam et frigus torret, uritque. **LUCAS.** Vrebant montana niues. Vir rapi diue potentia solis acrior, aut borea penetrabile frigus adurat. Ab uro fit uisulo uerbum. **PACU.** Candenti ferro crimens uisulare. et urtica herba. et urtica piscis, de quibus superius locuti sumus. et uredo morbus herbarum fructuum, arborumque, qui in uerbis etiam carbunculus dicitur. et in ceteris rubigofata plantis, arboribusque adurens, et ex frigore semper proueniens. nonnunquam etiam ferens noctibus, ut nullius sentiat, nisi postquam facta sunt. Vredo etiam incendium significat, hoc est prurium. **Plyn.** de urtica pisce. Hec tactu uredinem exatit. et uisula locus, in quo metalla candescunt, ut laborentur. **Plyn.** in uisula ter siccantur, ita ut torreantur carbone puro, ac tones uino resinguantur albo. et urgeo, quasi uredo ago, hoc est in flamma impello. est enim urgere proprie cogere. premere. impellere. **Virgilius.** Ina soluntur latera, atque oculos super urget inertes. id est. Vrsaque in obnixos urgentur cornua natio cum genuit. Abusue tamen aliquando pro insistere ponimus. **Lucan.** Cede hostium gnato urgere insant, perimus. Aliquando pro tegere. **Virg.** Qui saxo semper, atque ingentis pondere testae urgerent. interdum pro accelerare. idem.

Veste tegens, tibi quam noctes festina, diesque  
Urgebam, et tela curas solabar auersis.

Et secundum quosdam urina. id est excrementum potus, quod in exundo urat, sed similius ueri est, a graeco potius deducta *ουρα*, quod significat mingo. a quo *ουρα* urinam dicunt graeci. praeterea ab uro composita fiunt aduro. exuro. deuro. comburo. a quibus adusto. exusto. deusto. combustio eiusdem fere omnia significationis. item peruro, ualde uro. a quo pruna deductur, quod fruges, et uirgultae perurat. et pruna, quae a carbone ita differt, quod illa quandiu ardet pruna dicitur. Carbo autem nominatur cum extincta fuerit. **Terentius.** Tam excoctam, atque atram reddam, quam carbo est. et prurium, quasi peruror. Est enim prurire proprie libidine scilicet pendere. a quo pruritus (ut **Aristoteles** inquit) dicitur ex cursum humoris spirabilis inclusi contra naturam. Quae uoluptas quoniam in libidine similis est (quippe nihil aliud est genitura, quam ex cursu huiusmodi humoris ad rem naturalem) fit ut haec etiam uoluptas prurigo dicitur, et homo ipse prurire, cum semen incipit moueri et corpore, ut se promat, hoc est cum homo ardere incipit de syderio coeundi, quod ab intensione uirilis membri tenigo dicitur. item inuro, quod proprie significat adhibito igni jingo, quod genus picturae encastice dicitur. et qui ita pingit Encastites, et opus ita pictum, encastum. **Martialis,**

Encastus Phaethon tabula tibi pictus in hac est

Quid tibi uis dipyrum qui Phaethonta facis.

**Plyn.** Figulinum opus Encastis pinxit. **Vitruuius.** Quod facere ab Encastis dicitur. **Apul.** Encastice oppido exercens se, et duos filios sustentabat. hoc autem in cera. tabulis, ebore uel fieri solebat. astro primo, quod et ab urendo uriculum dicitur cauita materia. Procedente uero tempore cera punica cum oleo liquefacta candenti setis inducta supra tabulas, iterumque admotis Gallae carbonibus adusta ad sudorem usque. Postea candela subigebatur. deinde linteis puris ita ut quasi marmora nitescerent, quae pictura in manibus, nec sole, nec sale, uentisque

corrumptur. Dicit autem encastum latine inustum potest. *καυστήν* enim graeciustum dicunt. *καυστήν* ardorem *καυστήν* uisorem. unde *εγκαυστήν* inustum. *εγκαυστήν* inustionem. *εγκαυστήν* inustorem. *εγκαυστήν* inusturiam, hoc est inurendi scientiam uocant. sic enim nos dicere inusturiam possumus, quemadmodum statuariam, artem faciendi statuas. et sigillam, artem fingendi imagines ex argilla, quam graeci uocant, sed apud latinos usitata plastice appellamus. *ἀπὸ τοῦ πλασῆν*, quod fingere est. Vnde et plastice dicitur, qui eam artem exerceat, hoc est fictor. et opus ipsum

10 plastice, a quo recentiores quidam plastice uerbum deducunt. id Latine sigillum appellatur. **Plyn.** Aliqui in crudis fictilibus urunt, donec sigillum decoquantur. et plastice proplasticae dicitur. ars faciendi typos, hoc est formas, quibus formandis sigillis operibus utuntur. *τύπος* enim graeci forma dicitur. unde protypa dicta sunt opera, quae ante typos facta sunt. Ectypa uero, quae ex ipsis sunt formata. et archetypus prima, et principalis forma. **Iuuenalis,** Et iubet archetypos pluteum seruare cloantae. **Plyn.** Dibitades primus personas regularum extremis imbricibus imposuit, quae inter initia protypa uocantur. postea idem ectypa fecit, propter hoc Plastice appellatus. Proplasticae etiam pro ipsa forma aliquando ponitur, quam ad formanda alia opera adhibent. Idem **Archeusila** proplasticam pluris uenire solitam constat ab artificibus ipsis, quas aliorum opera. Effigiem est proplasticam formare primus inuenit **Lysistratus** Sicyonius frater **Lysippi**, creuitque res intantum, ut nulla signa, statuae uel sine typis argilla fierent. idem hominis imaginem gypso et facie ipsa primus omnium expressit, ceramque in eam formam gypsi infusa emendare instituit. **Plas-**

20 stice uero constat primum inuentam a Dibitade Sicyonio sigillino Corinthi, filiae opera, quae capta amore iuuenis illo ab eunte peregre, umbram est facie eius ad luernam in pariete lineis circumscripsit, quibus pater eius impressa argilla formam fecit et cum ceteris fictilibus induratum igni proposuit. item picturam artem pingendi, quae graphice uocatur *ἀπὸ τοῦ γραφῆν*, quod pingere est. item toreuticam artem caladi. unde toreuticam opera calata. et toreutis artifex calandi dicitur *ἀπὸ τοῦ τορεῦν*, quod calare est. item anaglyphicam artem scilicet scilicet unde et anaglyptes sculpsor dicitur. et anaglyptae uasa scilicet *ἀπὸ τοῦ ἀναγλύφειν*, quod exalpere est. **Plyn.** Nunc anaglypta, in asperitateque inosa circanlita auro, et picta quaerimus. **Martialis,**

30 Nec desunt tibi uera graniana,  
Nec quae callaico linuntur auro,  
Nec mensis anaglypta de paternis.

Postea tamen inualuit usus, ut inurare pro pingere usurpetur, unde **Nisias** clarissimus pictor supra tabulam, quae diligentissime pinxerat, scripsit inuisse sese, hoc est pinxisse. quemadmodum **Lysippus** Aeginae picturae suae inscripsit **Eneide**, hoc est *ἐνεῖν* id est insitam *ἀπὸ τοῦ ἐνεῖναι*, quod insere est a similitudine. s. Encastice, in qua cerae tabellis inferuntur. item per

40 metaphoram inurare pro pingere accipimus. **Varro.** Inusta ei macula est, quae delere haud facile erit. Ab uro etiam buris deducuntur curua pars atrati posterior, quae ut curuari possit, ante peruritur. **Virgilius.** Continuo in syluis magna ui inflexa domatur in burim. ueteres etiam buram usurparunt. **Varro.** Et saepe fractae burae relinquunt boue in agro. Et bustum, quod proprie locus dicitur, in quo mortuus combustus, ac sepulchrum fuit, quasi beneustum. Nam quando alibi sepulchrum mortuus erat, locus, in quo erat combustus, urina dicebatur. Nunc uulgo bustum appellamus sepulchrum, quantum ad aduera non urantur. a quo bustuarii dicti sunt gladiatores. nam cum

50 Sed tam seuu pius miracula non tulit hostis, Vreere quam potuit contempto Mutius igne, Maior decepte fama est, et gloria dexterae.  
Et raptam flammis iussit abire uirum. Hanc spectare manu Poisena non potuit. Si non errasset fecerat illa minus.



mos esset in sepulchris uirorum fortium captiuos necari, id po-  
 ste a crudele uisum foret, placuit, ut eo morte sublato, introdu-  
 cerentur gladiatores, qui ante sepulchra dimicaret. a quo bu-  
 suarij sunt appellati. MAIOR DECEPTAE. Or-  
 do est. Fama dextrae deceptae est tibi minor gloria, quam .s. si  
 non fuisset decepta. MINVS. Quam .s. fecit. minus ali-  
 quando comparatiuum est, a paruum neutri generis. sicut mi-  
 nor masculini, et foeminini. aliquando a paruum. Dicimus. n-  
 paruum pecuniae habeo. non autem paruum. itaq; cum ita loq-  
 mur, minus pecuniae habeo, certum est id minus non a paruum,  
 sed a paruum deduci. Capitur etiam minus frequenter pro no-  
 praesertim cum sin, aut cum quo, quando ut significat, ut sin mi-  
 nus. i. si non. et quo minus. i. non. sicut quo secus etiam pro ut  
 non. A minus quando nomen est, fit superlatiuum minimus.  
 quando uero aduerbium minime. item minuo uerbu, quod ali-  
 quando significat minorem reddo. Plyn. Radix commanduca-  
 ta dicitur dolorem minuit. aliquando tollo. unde minui apud  
 ueteres populo luctus dicebatur. aedis dedicatione, cum a censo-  
 ribus lustrum condebatur, cum uotum publice susceptum solue-  
 batur. Priuatis autem cum liberi nascebantur, aut uir, aut fra-  
 ter ab hoste captus domum redibat, cum puella desponsabatur,  
 cum proprio cognatione, quam is, qui lugebatur, natus  
 erat. A minuo fit compositum comminuo, et minutum, quod  
 modo participium est, et significat comminutum, hoc est mi-  
 nus factum. modo nomen, et aliquando pro breui accipitur.  
 Cic. Reticulum ad nares admovebat tenuissimo lino. minu-  
 tis maculis. plenum rosae. Aliquando pro obscuro, et scrupulo-  
 so. idem. Ecce autem mali. minuti. angusti, et omnia semper de-  
 sperantes. aut maleuoli. inuidi. diffidat. lucifugi. malefica. mon-  
 strosi. item minutum genus edulij, qd ex canis minutum ole-  
 ribus fit. et minutum aduerbium, hoc est immutissimas  
 partes et minutia, hoc est contemptibilis paruitas cuiuscunq;  
 rei. et minutus cognomen uiri. a quo minutia porta Romae,  
 quod minutij sacello proxima esset. Minutus uero fluuius est in  
 agro maniano notissimus.

LEPIGRAMMA LI. DE LEPORE,  
 ET LEONE.

**Q**UID NVNC SAEVA FVGIS. Idem fere argumentum, quod supra de le-  
 pore, et leone. sed hoc in maiorem Dom-  
 tiani laudem, quod magnitudinem animi  
 eius fortitudini leonis anteponit. FRAN-  
 GERE. Illidere. affligere. rumpere. hinc  
 fraxo frequentatiuum, quod significat uigilias circumeo, qd  
 eo labore homo frangatur. Fractio, illisio. et fragmentum pars  
 rei fractae, quae et fragmen dicitur. et fragor sonitus, qui ex  
 arbore, aut re alia contracta redditur. Virg. Et horridus altis  
 montibus audiri fragor. Vnde fractus, quando nomen est, acci-  
 pitur pro eo quod est cum fragore adueniens. idem. Sed res mi-  
 serabere fractas. item suffrago, quae id in posterioribus pedi-  
 bus animalium est, quod in prioribus genua. dicitur suffragi-  
 nes, quod suffringantur, hoc est in altum frangantur. nam sub  
 aliquando supra significat. ut sublatum. i. supra. et in altum  
 latum. Constat sane genua animalium, quae animal generant,  
 ante se flectere. suffraginum uero artus in aduersum. quem ad-  
 modum igitur poplites dicti sunt, quod post plientur, ita suf-  
 fragines, quod supra frangantur. Plyn. Vltimarum probatio  
 in titulo, ut cauda articulum suffraginis contingat. idem. Aues,  
 et quadrupes alas in priora curuant. suffragines in poste-  
 riora. idem. Animal est nullo suffraginum flexu. ideo non cu-

bat, et si quo casu coniderit, erigere sese non potest. a suffra-  
 gine suffragor uerbum deducitur, qd est adiuuo. auxilio sum.  
 et refragor. repugno. aduersor. Suffragines. n. sunt, quae in  
 primis animal sustinent, quibus se colligit. se sustinet. se tuetur.  
 Quemadmodum igitur iumenta ab homine iuuando nomen  
 sumperunt. ita suffragor a iumentorum suffraginibus est deri-  
 uatum. a suffragor uero fit suffragium. quod modo auxilium  
 significat. modo illas, ut sic dicam uoces, quae dicebantur in co-  
 mitijs, et in tabellis describebantur, quod unusquisq; uolun-  
 tatem suam de aliquo in magistratum eligendo declarabat, a  
 quo ea quoq; quae clam in cistella ad declarandam uolunta-  
 tem exhiberi solent, ut lapilli. lupini. pile. siue quicquid aliud  
 simile suffragia uocantur. a refragor uero refragatio deduci-  
 tur quod repugnantiam significat, et quasi uim suffraginij  
 retinentem in aduersum. item a frango fractum, hoc est plus  
 quam maturum et iam putrescens. Cato. Factores uolunt ut  
 oliua in tabulato diu sit, ut fracta sit, quo facilius efficiant.  
 flacida uero languida dicuntur. et flacco, languo. unde flacci  
 appellati, quod aures grandiores, flaccidatq; haberent. a flac-  
 ceo flaccosus. ab hoc uero conflaccosus deducitur. item flaccum  
 dicimus tritum. et flacco habere, quasi ad terendum habere.  
 Plau. Perij. flacco habebit iam illic homo lumbos meos. hinc fit  
 deflacco uerbum, quod significat attero. Fragile. aduicium. de-  
 bile. et quod facile frangi potest. a quo fragilitas. debilitas in  
 constantia. et fragiliter aduerbium. inconstanter. et fragro,  
 quod significat odorem reddo. quia specie fracta odor redditur  
 maior. hinc fragrantia deducitur, ut supra diximus. et frago-  
 mora, quae in terra nascuntur odoris optimi. Virgil. Qui legi-  
 tis flores, et humi nascentia fragra, Frigidus o pueri fugite  
 hinc latet anguis in herba. Sunt autem fructus herbae, quae a  
 numero foliorum a graecis pentaphyllon, a nostris quinque  
 folium uocantur. quidam etiam pentapeton, siue chamaeilon  
 nominant, cum effodi. ut rubram habet radicem, quae marces  
 nigrescit, et angulosa fit. herba ipsa incipit, et desinit cum ui-  
 te. Adhiberi a ueteribus solebat domibus purgandis. Aduer-  
 sus serpentes et eius radix bibitur, quae spargamon uocatur ex  
 uino albo. item a frango fragosus hoc est praeruptus. unde fra-  
 gosa loca dicimus aspera, atq; praerupta. Hinc fraxinus ar-  
 bor, quod in fragosis locis libenter nascatur, proera haec est, et  
 teres, multumq; ab Homero nobilitata, qui ex ea Achilli ha-  
 stam dedit.  
 ἐκ δ' ἄρα πατρῶν πατρῶν ἰσάσατ' ἕχθος  
 βριθῶ, μέγα, σβαρόν. τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος ἀχαιῶν  
 πάλλιν, ἀλλὰ μὲν οἷος ἐπίστατο πάλλαι ἀχιλλῶν.  
 πηλιάδα μελίην τὴν πατρὶ φίλῃ τὰ μὲν χεῖρων, Hoc est  
 E' magna igitur paternam extraxit lanceam  
 firmā. magnā. grauiē, quā certe non poterat alius achiuorum  
 uibrare. Sed ipsam solus norat uibrare Achilles.  
 Peliadē. Fraxineam, hanc patri amico inaderat Chiron.  
 Graeci duo genera fraxini fecere. longam eandē. alterā breuē.  
 duriorē. fusiorēq; laureis folijs. Bumelia uocant in Maecdo-  
 nia amplissimā, lentissimamq;. Cōtra serpentes succo expresso  
 ad potum. et imposita ulceribus mirifice inuat. Tantaq; est uis  
 ut ne matutinas quidem, occidentes ue umbras, quamuis sint  
 longissimae, serpens arboris eius attingat, adeo ipsam procul fu-  
 gat. Scribit Plynus expertum se esse si fronde ea et igni clau-  
 datur serpens in ignem potius, quam in fraxinum fugere. Pro-  
 pter quod miram naturae benignitatem licet admirari, quod  
 priusquam prodeant serpentes, floreat fraxinus, nec antea q̄  
 se terra condiderunt, folia dimittat. item a fractus fracco  
 fit, et ab hoc fit fractosus, quod est quasi fractor, et putrescio ue-  
 tusitate. V arro haec de qua oleum congeri solet aeternatur dies  
 singulos in

Quid nūc seua fugis placidi lepus ora leonis, Seruantur magnis isti ceruicibus iungues, Praedarantū lepus est, uastos nō implet biatus.  
 Frangere tam paruus non didicere feras, Nec graudet tenui sanguine tanta sitis. Non timeat Dacus Cofaris arma puer.



singulos in tubulata, ut ibi mediocriter fractat. hinc fractes,  
 & mutatione unius literae fractes antiqui dixerūt fecem ex ole  
 & expressam. item a frango frango. a quo frango, quo uete-  
 res pro frangor usi fuerunt. Pacu. Frangit animus miseris. ut  
 frenum, quod ora animalium frangat, quemadmodum supe-  
 rius diximus. item frustrum fragmentum. a quo frustrillum  
 paruum frustrum. & frustratim, & frustrillatim, hoc est per  
 frustra, & minutatim. Pompo. Verum illi ualeant qui lucia-  
 tur cum leonibus, & tu obiectes frustratim passerulis prandi-  
 um. idem. Non frustrillatim, atq; minutim dari. hinc fit fru-  
 stra aduerbium, hoc est inaniter. inuoliter. & frustror uerbu.  
 inaniter traho. deludo. a quo frustratio delusio. Sed haec a fe-  
 rendo potius quidam deducunt, ut superius ostendimus. item  
 fruolum concissum, quasi semi fractum. Proprie enim fruuo-  
 la uerba appellantur, quae minus sunt fidei subnixae. Præte-  
 rea a frango composita sunt infringo, confringo. defringo.  
 effringo. a quibus infractio. confractio. defractio deducuntur  
 eiusdem penè significationis. infractionem tamen aliquando  
 pro corpore usurpamus. Cic. In quem cadit & gritudine cadere i-  
 cum amorem i fractionemq; animi item offringo. proprie enī  
 offringi terra dicitur, cum iterum transfuerso. Sunt etiam qui  
 frigo uerbum, quod est torreo. item frigeo, quod est horreo, a  
 frango deducta existunt, quod tam calor, quam horror mi-  
 nus corpora frangunt. Sed nos a graeco potius haec derivari exi-  
 stimamus. Frigo ἀρό τῶν φρύων. unde φρυγὸν fri-  
 ctum. & φρυγὸν frictorium dicitur. & puls frictilla ci-  
 bus ex pulite factus, qui frigitur. unde non inepte uulgo offu-  
 las ex farina factas, frictasq; & frictillas appellant. Frigeo  
 uero ἀρό τῶν φρύων, qd̄ ē horreo. unde φρύων hor-  
 ror, seu frigus dicitur. A frigeo fit frigidus, cuius diminuti-  
 uū est frigidulus. a quo frigiditas. & frigide aduerbium. a quo  
 frigidule. Præterea comparatiua, superlatiuaq; eorum frigi-  
 dior. frigidissimus. frigidus. frigidissime. item frigus, quod mo-  
 do contrarium est caloris. Virg. Frigusq; caloremq; inter. mo-  
 do significat metū ab eo, quod praecedit id, quod sequitur. idē,  
 Exemplo Aeneae solimur frigore membra. interdum ipsam  
 aeris naturam. idem. At sceleratum exquirere frigus difficile  
 est. Sic frigere aliquando ponimus pro eo, quod se genem esse.  
 Plau. Frigent omnes. Nemo se mouet, & frigidum pro se genē.  
 Virg. Largus opium, & lingua melior, sed frigida bello dexte-  
 ra. interdum etiam pro nocentem & perniciosum, eo quod fri-  
 gida naturae mortalium perniciosa sunt. idem. Frigidus o pue-  
 ri fugate hinc, latet anguis in herba. item pro mortuum. idem.  
 Voluitur ille nomen calidum de pectore flumen frigidus. itē  
 a frigeo fringilla deducitur, cuius uulgo nota, quod frigore can-  
 tet, & uigeat. a quo fit frigitio uerbum, quod est cum sono  
 erigor, atq; exilio. Plau. Nam quid frigitis? quid istuc tam cu-  
 pide cupis? item frige facio & frigeo uerba significationis. &  
 frigero pro frige facio. a quo refrigero, quod proprie significat  
 rem alidam frigidiorē facio. ponitur tamen pro subleuo. re-  
 creo. unde refrigerium subleuatio & quasi recreatio mentis.  
 item refrigeratio tractum ab aestuantibus, qui flabellis, & fri-  
 gida aura recreantur. & frigeo uerbum. a quo refrigero.  
 & ifrigido, quod est frigidum reddo. a quo frigidatio. & fri-  
 gorificum. sicut a calore calorificum. & frigidariū sicut cal-  
 darium. & tepidarium, de quibus superius diximus. apud  
 ueteres frueri aliquando legitur pro frigere. Frango autem fa-  
 ctum esse putant. a sono, quem res fracta reddere consue-  
 nit. sicut frendo, quod ipsum quoq; frango significat. unde fa-  
 bam fresam dianus mola leuiter fractam. Frendere tamen  
 aliquando accipimus pro eo quod est cum gemitu, siue iracun-  
 dia uocem emittere. Virg. Luminis effossi fluidum lauit inde

eruorem dentibus infrendens. differtq; a fremere, quod est et  
 ipsum factitium. & significat immaniter sonare. idem. Flucti-  
 bus & fremitu assurgens. a fremo fremitus deducitur, hoc est  
 immanis sonitus. & infremo compositum. sicut a frendo in-  
 frendo, hoc est frendo. & nefrendo, non frendo. unde nefren-  
 des dicuntur arietes, quia dentibus frendere nō possunt. Qui-  
 dam etiam putant nefrendes infantes dici nō dum frendētes.  
 Præterea a frango composita sunt effringo. infringo. confrin-  
 go eiusdem fere significationis. item praefringo, quod signifi-  
 cat ante frango. praefractum tamen pro duro auctores usur-  
 pant. Ci. Nihil mihi praefractum uidebatur ararium, uecti-  
 gliatq; defendere. omnia publicanis negare. tractum ab eo,  
 quod quae dura sunt ante frangi solent, quam apponantur.  
**SERVANTVR MAGNIS CERVICIBVS.**  
 Tenentur pro magnis ceruicibus, siue custodiuntur pro magnis  
 ceruicibus, nec teruntur in paruis. Seruare enim proprie signi-  
 ficat custodire ac tueri. Virg. Diū patrij seruare domum, serua-  
 te nepotem. Ponitur etiam, ut supra diximus pro tenere. idem.  
 Curuā seruās sub imagine saltē. **TANTA SITIS.**  
 Tanta auaritas. Sitis proprie est bibendi appetitus. a quo sit-  
 sitio uerbum. ponitur tamen pro nimia auaritate cuiuscūq; rei.  
 Plautus. Cupio te amplecti. neq; aliter sitim iandiu concepi-  
 sedare possim. Iustus. Satiare inquit sanguine, quem sitisti.  
 cuiusq; insatiabilis semper fuit. ab hoc fit sitibundus, hoc est  
 sitiens. & siticulosus, qui semper sitit. & situla uas ad haurien-  
 dam aquam, quod aquam sitiat. Plau. Si hanc situlam acce-  
 ro, omnem illi puto animam intertraxero. & sitibunde ad-  
 uerbum, hoc est cum siti. **TENVI.** Paruo. exiguo. te-  
 nue proprie exile significat. & a tendo dicitur, quod quae ex-  
 tenduntur, exilia fiunt. Ci. Reticulum sibi ad nares admove-  
 bat tenuissimo filo. Ponitur tamen aliquando pro paruo atq;  
 exiguo, quoniam quae tenuia sunt, etiam parua sunt. Virg. Ni-  
 res fugis, tenuisq; piget cognoscere curas. Nonnunquam pro ue-  
 hementi, quod quae tenuia sunt, uehementius penetrant. idem.  
 Tenuisq; lagos, tentatur a pedes olim, uincturaq; linguam.  
 Est enim lagos uuae genus, quae latine leporaria dicitur. quip-  
 pe graeci λαγῶν leporem uocant. quandoq; pro infocun-  
 do, quoniam terra, & alia eius generis, cum tenuia sunt, eti-  
 am infocunda esse solent. idem. Tenuis ubi argilla. Ab hoc te-  
 ner deducitur, de quo cum eius derivatiuus superius locuti su-  
 mus. & tenuitas exilitas. & tenuiter, exiliter. & attenuo, atq;  
 extenuo composita, quae significant comminuo. detraho. exili-  
 us facio. a quibus attenuatio deducuntur. & praetenuē, ualde  
 tenuē. **VASTOS HIATUS.** Magnorum anima-  
 lium ora. Hiatus enim oris apertio dicitur, ab hio uerbo, quod  
 significat propria, siue externa aliqua ui discindor, ut tellus a-  
 stu, lingua nimia ariditate, aut nimio calore hiare dicuntur.  
 Hinc fit hisco uerbum, qd̄ proprie significat submisse loquor,  
 siue os ad loquendum aperio. Plau. Ne hiscere quidem audet.  
 Virg. Vix pauca furenti subijcio. & raris turbatus uocibus hi-  
 sco. Ponitur etiam aliquando pro stupeo. miror. dubito. quem-  
 admodum hio. Neuus. Hiscit, dubius est, quid agat. Virgil.  
 Hinc plausus hiātem, per cuneos geminatus enim, plebisq; pa-  
 trumq; idem incertus clamor frustratur hiantis. Reperitur  
 tamen hisco aliquando pro aperior. sicut compositum eius de-  
 hisco pro eo, quod est deorsum aperior. Ouidius. Hiscere nem-  
 pe tibi terra ne gada foret. Virg. Sed mihi uel tellus optem pri-  
 us ima dehiscat. Hinc dicti sunt Palici quasi Palisci. hi gemini  
 fratres fuerūt Iouis filij, & Thaliae nymphae, siue (ut alij uo-  
 lunt) Aetnae. Tradit enim hanc nympham a Ioue in Sicilia  
 iuxta Simethium fluum non longe a Catina urbe compres-  
 sam, metu Iunonis optasse, ut sibi terra dehisceret, & ita factū



esse, sed cum tempus maturitatis infantium, quos alio illa gestauerat aduenisset rursus terram hiasse, duosq; infantes de alio nymphæ progressos emerisse, appellatosq; fuisse Palicos, uel qđ παλικός, hoc est rursus hiantem terram emerissent, uel ἀπὸ τοῦ πάλιν ἰκέναι. quoniam prius i terram mersi, de nouo inde reuersi sunt. Nec longe inde breues lacus sunt, sed miræ profunditatis, quos incolæ crateras uocant, & nomine Dellos appellant. fratresq; eos palicorum existimant, & habentur i cultu maximo propter iusiurandum. Nam cum rei negatæ fides quaeritur, & iusiurandum a suspecto petitur, uterq; ab omni contagione mundi ad crateras accedunt, accepto prius fideiussores ab eo, qui iuraturus est, de soluendo eo, quod petitur, si ita euentus adduxerit. deinde loci numine inuocato iurabat, quod si fideliter fiebat, discedebat illæsus. si uero male iuratum esset, mox in lacu amittebat uitam falsus iurator. magna præterea in ueneratione erat palicorum templum, quod cum Siciliam sterilis annus arefasset, diuino palicorum responso admoniti sicili certum sacrificium fecerunt, post quod statim reuersa est ubertas. Quapropter sicili omne genus frugum congesserunt in ara palicorum, quæ ob id pinguis uocata est. Virg. Stabat i egregius Arctentis filius armis, pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus hibera. Insignis facie, genitor quem uisitat Arctens, Eductum Martis lupo Sumet hia arcum flumina pinguis ubi & placabilis ara Palica. Ab hio & hiatio deducitur, & aspiratione detracta Ianus, quod primus omnium fuerit, cui supplicarint ueluti parenti. a quo putabant rerum omnium factum esse principium. Quippe primam illam confusam ab initio unitatem hiantem, patentemq; in profundum chaos, hoc est hiatum uocauerunt ἀπὸ τοῦ χάος, quod est hiare, quamuis aliqui & χῶρον, & hiare a chaos potius deducta esse arbitrentur. ab hio fit compositum in hio, quod si significat habere desidero, quoniam i his quæ cupimus, hiare frequenter solemus. Vir. Et uarios i hiane pulchra testudine postes. item ab hio hecæ dicitur, quasi hietæ res minimi pretij, quasi hiantes. et ofuscatio hominis. item pustula, quæ in coquendo pane solet assurgere, quod sit quasi panis hiantis. a quo res minimi pretij hecæ uocatur. Pompo. hic homo hecæ me facit, & multibulum uocat. hecæ me facit inquit hoc est parui me facit. ut huius, hoc est fissus. fuscens. Vir. Hoc ubi huius sita findit canis æstifer arua. item ab hio fit fatisco, quod proprie significat fatum hio, hoc est abundanter aperiore. idem. rimisq; fatiscunt. Ponitur tamen aliquando pro deficio. Pacu. Sed mihi prius quicquid i uita dulcæ est, fatiscat, quam hanc deserat. VASTOS. Magnos, quemadmodum superius diximus. NON TIMEAT DACVS CAESARIS ARMA PVER. A scribit gloriæ Cesaris, quod illius exemplo leo non seuiat, in leporem quemadmodum ipse in hostem imbellem atq; infirmum non seuit. PVER. Infirma atq; imbecillæ ætatis. DACVS. Getæ. Hostis scilicet Romani Imperij. Getæ populi sunt thraciæ, natura & moribus feroces. è montibus aliis, ac salubus ex pulsi a sarmatis ad Parthiis amnem, q amoros, siue duria dicitur dirimens eos a Suenis, regnoq; Varniano. a romanis Daci uocantur. De his loquitur Ouidius, cum iquit, Nul la quidem toto gens est truci lentior orbe. Quidam tamen Getas a Dacis ita distinguunt, ut Getæ sint, qui ad pontum in orientem uergunt. Daci qui in oppositum uersus germaniam, & ad istri fontes, quos olim Dauos uocatos nonnulli putant, ex quo apud Athenienses dauorum & getarum seruilia nomina in usu maxime fuerunt. in hos igitur duas expeditiones suscepit Domitianus. primam dedit Opio Sabino consulari. Secundam Cornelio fusco præfecto cohortium prætorianarum,

Inuitas nullū, nisi cum quo Cotta lauaris,  
Et dant conuiuia balnea sola tibi.

qui belli summam commiserat. De his & Cathis, qui & ipsi interioris Germaniæ populi sunt, post uaria prælia duplicem triumphum egit. De sarmatis tantum lauream Ioui capitolino retulit. Gesa uero hæstæ sunt uiriles. Virg. Duo quisq; alpina coruscant Gesa manu.

EPIGRAMMA LII. AD COTTAM.

**I**NUITAS NULLVM. Detestatur foedissimam libidinem Cottæ anedi, qui in balneis Draucos perquirebat, quos inuitaret. LAVARIS. Ablueris in balneo scilicet. Lauare interdum ablucere est. Plau. Cōsedimus manus lauimus. interdum pro balneare, & madefacere accipitur. Virgilius. Lauit ater uulnera sanguis. Ab hoc loum deducitur, quod si gnificat ablutum. mundatum. & Lauum. cuius diminutiuum est lautulum. a quo laute & lautule aduerbia, hoc modo lotum significat. Terentius. Tene ad symbolum uenire unctum, atq; Lauum è balneis modo pro mundo accipitur. Apul. Vir probus. purus. laurus simplex. modo pro eleganti. Terentius. Facete lepide laute, ut nihil supra. Cicero. Comites istius, atq; amica homines lauti, atq; urbani. Nonnunquam pro copioso. magnifico. abundanti. Martialis. ista quidem laute est, dapibusq; instructa superbis, quod tractum est a lauatiōe, quoniam apud ueteres non erant elegantia, quæ nunc sunt. & raro aliqui lauabantur. Hinc lauitia epularum magnificentia appellata est. item a lauo lauator. lauatrix. lauatio notæ significationis. item lauatrina locus, in quem lotura & sordes iaciuntur. & lauulæ locus extra urbem ad Ianum geminum. Quo loco, quia aquæ calidæ erant, lauandi usum exercebant. Et labrum. Labium. Labellum. a quo collabello. & Labruscat. de quibus superius disserimus. & Lauacrum piscina, ubi homines lauatur. item composita alluo, quod modo pro lauo accipitur. modo pro madefacio. Curtius. Montem leniter alluit præteriens annus. ab hoc fit alluues. & alluio. Seneca. Vix unquam tantam alluuiem experta ægyptus. Circinluc. circinifluc, siue circūmadefacio. Pomponius. quem undiq; stagnum circinluit. & militi in accessu facit. interluc. interlucio. Plinius. Medium campum leui murmare riuus interluit. Virgilius. Aruaq; & urbes littore deductas angusto interluit æstu. Pelluo perfecte lauo. quod & perluo dicitur. a quo peluis, de quo supra diximus. & pelluum uas, quo lauantur pedes. & malluc. u. quo lauantur manus. abluo, lauo. a quo ablutio. deluo modo lauo. modo madefaciedo aliquid deleo. Varro. Obortæq; inter legendum lacrymæ literas deluebant. hinc delubrum secundum quosdā, ut superius diximus. eluo, lauo. seu lauando exhaurio. a quo heluo heluonis dicitur uorax, & immoderate sua bona inuigilans, quasi omnia luens. Cicero Heluo librorum per metaphoram dixit, quasi gulosus, hoc est nummum auidus librorum. scribitur autem cum aspiratione, siue ut ab eluo suo uerbo primogenio differat, siue ut in glumes illa magis ex probetur. fit enim additæ aspiratione uox conatior. item ab eodem eluues, siue eluuo. n. qđ uisurpatur pro morbo pestifero. & omnia corrumpente. Cic. Qui collectis cæteris causis eluuiōis. pestilentia. uasitatis. præluo, lauo. siue ante lauo. a quo prælum, de quo superius disserimus. proluo, lauo. balneo. Virg. Proluit insano cōtorquens uerticæ syluas. ab eo fit proluuius, hoc est immunditia. & profluuium cuiuscunq; sordidæ rei. idem. Foedissima uentris proluuius. & proluuium, hoc est profusio, & prodigialis. Terentius. Quæ res tam repente mores mutauit tuos, quod proluuium? quæ ista



que ista subita est largitas? illud, intus lauo, siue lauo, a quo il-  
ludius eiusdem cum prolumie significationis. idem. Pannis obfi-  
ta. ne glecta. immunda. illuuiie. diluio. modo lauo. purgo. unde  
per metaphoram diluere etiam crimina dicimus, hoc est purga-  
re. refellere. modo aquam misceo. tempero. Hinc dilutus ui-  
num dicimus lymphatus, sicut e contrario meracius, quod mi-  
nus diluunt siue lymphatum est. Virg. Cui tu lacte fauos et  
misti dilue Baccho, hoc est misce. tempera. Ausonius. Et tu sic  
Merco, no quod sis atra colore, ut quae niliaca nascitur in Me-  
roe insusum, sed quod iam uinum diluis undis, Potare immi-  
stum sueta, merumq; merum. Hinc luter appellatur uas, quo  
uinu diluitur, hoc est aqua misceatur. nam et luto, et loto pro  
diluo ueteres usurparunt. unde lorum urina a diluendis cor-  
poribus appellata. et lura notum animal, in aquis ferè ui-  
uens, castori simile, nisi cauda differret. Vtriq; pilus pluma  
mollior, quod se frequenter in aquis luter, hoc est diluat, et lur-  
ca os cales, siue utris. a quo lurcones gulosi, et bonorum suo-  
rum consumptores dicuntur. Plautus. perennis herbae. lurco. e-  
dax. sicut. sicut. Lual. Edite lurcones, comedones uiuite uen-  
tris. et lurare, abum cum auiditate consumere. Pomponius.  
Lardum lurabat libens. Luridum uero supra modum palli-  
dum dicitur, quod quidam quasi loridum dictum existimant  
a loro, quasi loro percussum, et liuidum factum. item dilutus  
color dicitur, cum ueluti aqua adhibita minus intensus est. Cel-  
sius. luteus color rufus est dilutior. Plinius. Boletorum quoru  
dam facile noscuntur uenena diluto rubore. rancido a spectu.  
liuido intus colore rimoso, et pallido per ambitum labro. Di-  
lutum etiam neutro genere uocantur id liquidum, in quo ali-  
quid certo tempore insusum fuit, ut si in uas uini appositum  
absinthium fuerit, deinde post interiectum tempus extractu,  
id uinum absinthij dilutum dicitur. Plinius. Bibitur et ma-  
defacti absinthij dilutum. ita enim appellatur. hoc genus. Prae-  
terea a diluo deducitur diluuium, quod terras diluat, Est eni  
diluuium quando in modicis imbribus, uel uexatur terra, uel  
profus obruitur, quae etiam inundatio uocatur, sicut cum to-  
tus mundus flammis exuritur conflagratio nuncupatur, quod  
philosophi quidam coelesti prouidentia fieri putauerunt, quae  
do scilicet deo usum est meliora ordiri, uetera finire. nam cum  
ex intergro generatur animal, datur terris homo inscius sceler-  
um et melioribus natus auspicijs, quanquam non diu inno-  
centia daret, nec nisi dum noui sunt. cito enim subrepunt ui-  
na et scelerata sine praecoptore discuntur, alij cursu haec syderu  
fieri arbitrantur. adeo huic opinioni inherentes, ut conflagra-  
tioni atq; diluio certum etiam tempus assignent, quemadmo-  
dum superius de unda differentes ostendimus. Praeter haec re-  
luo, quod modo si significat rursus lauo. modo soluo. repugno.  
Plautus. Oppignerat. reluit. uendit. item colluo, lauo. sed hoc  
ferè ad os, et ea quae in ore sunt pertinent. Plinius. prodest  
etiam ginguis si eo saepius os colluatur. idem. Medetur denti-  
bus et fibrile glutinum i aqua decoctum. illudq; et mox  
paulo detractum, ita ut confestim colluatur uino, in quo de-  
cocti sunt cortices mali punia dulcis. idem. Efficax habetur et  
caprino lacte collui dentes. idem. Nitrum exulcerationi gingi-  
uarum prodest ex uino, si cum pipere os colluatur. A colluo fit  
colluies, siue colluio, quod si significat labem, atq; immunditi-  
am, quae ex concursu alicuius rei contrahitur. Cicero. Ante,  
quam ex hac turba, et colluione discedam. hinc colluuiaris  
porcus dicitur, qui cibo permixto, et colluie domi nutritur. et  
cloaca, de qua superius diximus, quasi coluaca. a qua Cato  
cloacale flumen dixit pro cloacarum omnium colluie. et col-  
lina secundum quosdam, quae postea culina, et a coquendo  
et quina est dicta. et collutulo uerbum, quod ueteres pro dede-

oro usurparunt. Plautus. haec famigeratio te honestet, et me  
collutlet, et si sine dote duxeris. item a lauo lues (ut nonnulli  
putant) declinatur, quod omnia diluat, et usq; ad nihilum re-  
digat. Hoc enim differt lues a peste, quo genus a specie. Est eni  
lues cum in urbe, aut in agro febris, aliud ue morbi genus si-  
ue homines, siue pecora, siue utrunq; corripit. interdum etiam  
arbores et fata. Pestis uero quae aut cito occidit, aut cito abit ab  
eo, quem inuasit. Vnde tales morbi pestiferi, siue pestilentes uo-  
cantur. Pestiferum etiam, siue pestilens dicitur quicquid saluti  
aduersum est. unde pestiferum, siue pestilentem annum dici-  
mus, et similia. Nonnunquam tamen pro lue ponitur pestis. Sa-  
pe etiam ad animi uitium transferitur. unde et pestiferas le-  
ges. pestiferos hominum mores dicimus. A pestis pestilentia de-  
riuat, quae luem potius, quam pestem significat, cum mor-  
bus contagio quaedam quam plurimos ificit, et statim enecat,  
nec inuenire adhuc ei morbo remedium potuerit. immo uene-  
no potius quodam naturae, quam morbo. item a luo polluo, qua  
si porro lauo. unde pollubrum uas dicitur trulleum, quo ma-  
nus lauamus. Fabius pictor, aquam manibus dato, pollubrū  
sinistra manu teneto, dextra uas cum aqua. Trulla, cuius dimi-  
nutium est trulla, uas est rotundum. semicatum, in quod a-  
qua ex uracolo manu alii, siue alio uase superne demittitur. un-  
de et uas stercorearium, in quod feces superne desunt trulla  
uocatur. Iuuenalis. Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fin-  
do. a trulla deducitur trulleum, quod ad trullae similitudinem  
factum est pollubrum. V as uero ex quo aqua i pollubrum de-  
mittitur, hoc est manalis uracolo a manando ita dicitur, guttur-  
nium uocatur, quod ex eo aqua in manus guttatim cadat. gut-  
ta enim stilla aqua est, a qua gutto uerbum, quod est guttas e-  
mitto. et guttatus equus maculis quibusdam quasi guttis spar-  
sus. et guttus genus poculi i sacrificijs ueterum. item guttum,  
ubi odorifera unguenta seruantur. Polluo etiam interdum pro  
inquinio usurpatur, siue per antiphrasim, siue quod ea, quae in-  
quinantur, madesieri necesse est. Ab hoc pollutio deducatur. un-  
de pollutionem nocturnam theologi geniturā somno sparsam  
appellant. item pollinctor, quasi pollutor, qui mortuos curat.  
Plautus. Et qui curat pollinctorem accersere. Martialis. iā scro-  
be iam lecto iam pollinctore parato, heredem scripsit me Nu-  
ma, conuuluit. Proprie tamen pollinctor dicitur quicumq; mer-  
cenarius operarius, praesertimq; in pistrino. unde pollincere  
est farinam in pistrino lucrifactam diuidere. et pollinctio i-  
psa diuisio dicitur. Item pollincere est sinus curare. et pollin-  
ctus ipsa curatio funeris. Plautus. Carthagenenses fratres duo  
fuerunt eorum alter uiuit, alter e mortuus. propterea a pud uos  
dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollin-  
xerat. item a lauo luo uerbum, quod est soluo, tam cum si gni-  
ficat relige, quam cum significat debitum reddo, quoniam la-  
uando, hoc est madesfaciendo dura soluntur, quamuis aliqui  
a graeco potius, quod est λύω, hoc uerbum declinari ue-  
lint. a quo lyenteria, hoc est dissolutio intestinorum dicitur. ab  
hoc fit frequentatiuum luto. unde lutui pro luti frequenter  
apud uetustissimos legimus. hinc poenam luere dicimus, hoc est  
soluere, quoniam apud ueteres omnis poena pecuniaria erat.  
Virgilius. Post mihi non simili poena commissa luetis. hinc lu-  
tum dicitur, quod terra sit humore soluta, a quo fit uerbu lu-  
tesco. Ennius. Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit. et lu-  
to a quo deluto, quod est luto arcuolino. siue luto tegeo. unde fit  
lutamentum et delutamentum. Cato. Terram quammaxi-  
me cretosam amurca infundito. paleas indito. Sinito quatridu-  
um fracescit, ubi bene fracu erit, rutro conadito, ubi conade-  
ris, delutato. ita neq; aspergo nocebit, neq; mures cauas facient,  
neq; herba nascetur, neq; lutamenta scident se. item lutosum



& luteletum, hoc est plenum luto. & lutarius nullus, de quo  
 supra diximus, quod i luto pascatur. & collutitio uerbum, quod  
 significat fœdo. dedecoro. Pacu. Hæc famigratio te honestet,  
 & me collutiet, & si sine dote duxeris. & lustra a proru  
 cubilia in syluis, quod sint lutosæ lacunæ, a qua similitudine ij q  
 in locis abditi, ac sordidis desidia, & uentri indulgent in lu  
 stris uitam agere, siue lustrare dicuntur. & lustrati uocantur  
 luxuriosi. Plautus. Nihil est ubi lustratur. ubi bibatur. lustrari  
 quoq; deponens ueteres usus parunt pro scortari. Plau. Lustrã  
 tur. lux antur comedunt. propter quod & lustra aliqui lupã  
 naria dixerunt. E' contrario uero illustre dicimus clarum & no  
 bile. & illustro splendorem addo. illumino. unde illustres ui  
 ri, & illustres meretrices dicuntur. a quo fit illustrior & illu  
 strissimus. unde illustratio. quidam colustrum etiam hinc de  
 ductum existimant, hoc est primam illam post partum spon  
 gosam densitatem lactis, quam supra diximus exitiosum esse  
 infantibus, sed nos a' græco potius deductum existimamus,  
 hoc est ἀπό τοῦ κολλώματι, quod est hæreo, quod huius  
 modi lac hæret, & instar glutini densatur. Lustrum quoq; qu  
 quennale tempus significat. & a luendo, hoc est soluendo de  
 ducitur, quod quinto quoq; anno ueluti galia & tributa solu  
 bantur, siue quod singulis quinquennis ciuitates lustrarentur.  
 Lustrare enim expiare est, a luendo, hoc est soluendo & libe  
 rando. Virgilius. Et cum solennia nota reddemus nymphis,  
 & cum lustrabimus a gros. Aliquando tamen pro arcuspiti  
 o ponitur. idem. Omnia collustrans, hanc primum ad litora  
 classis conspexi uenientem. idem. lustrat uentini montem.  
 idem. At mecum rauis tua dum uestigia lustris. Nonnunquam  
 etiam pro illustro. idem. Postera phœbea lustrabat lampade  
 terras. a lustris lustratio derivatur, hoc est expiatio, qua quid  
 soluitur & liberatur. & lustrici dies infantium appellantur.  
 puellarum octauus. puerorum nonus, quia us infantibus lustrã  
 tur. & nomina eis imponuntur, & qui eos lustrant uocantur  
 lustratores. & si fœminæ sint lustratrices, qui uero lustrantur.  
 lustrati nominantur. & actus ipse lustratio, quæ aspersione  
 aquæ fieri solebat. Ouidius. inde ubi libatos irrorauere liquo  
 res. uestibus, & capiti flectunt uestigia sanctæ. Ad delubra  
 deæ. armilustrum (ut Varro existimat) ab ambitu lustris uoca  
 tum est, locus in quo ludi fiebant, qui & arcus maximus.  
 Pompe. Festus scribit festum fuisse, quo romani sacra facere ar  
 mati, & tubis canentes solebant. item a luo luma genus spinæ,  
 quæ in pratis nascitur. dicta quod agricolæ eam e' terra lu  
 unt, hoc est solunt. a quo lumeta loca lumis plena. & luma  
 riæ falces, quibus lumeta purgantur, hoc est lumæ secantur. ite  
 a luo luteus color, de quo & eius derivatiuis superius locuti  
 sumus, quod sit quasi dilutus, hoc est solutus. & decoloratus ru  
 fus. item a luo langor, quod langore corpora soluantur. Est eni  
 langor modo torpor, & inertia. Cicero. Nihil autem magis ca  
 uendum est, quam ne langori se, desidiaq; dedat. Modo defe  
 ctio, & dissolutio corporis. unde languo & languesco pro de  
 ficio & dissoluo. Virgilius. Purpureus ueluti cæcis flor sicci  
 sus aratro languescit moriens. Hinc languidus deducitur. &  
 aduerbium languide. Nam langia fons est i Nemæa sylua, de  
 qua superius diximus. item a luo lucto, quod & luctor dica  
 tur, hoc est conor. nitor, quia in huiusmodi conatu membra sol  
 uuntur, cuius compositum est obluctor, quod est acrius aduer  
 sum aliquem nitor. Hinc fit lucta, siue luctatio, unius ex qnq;  
 ludis antiquorum, quo alius alium prosterne in terram ni  
 titer. Luctari tamen aliquando capitur pro eo, quod est lucta  
 ludere. item luxo, quod similiter soluo significat. a quo luxa  
 luxati ue membra dicuntur soluta, & suis locis mota. item lu  
 xati, quorum membra suis locis mota sunt. Plinius. Altxæ ra

dix decocta luxatis prodest. hinc luxuriosi dicti, qui in re fa  
 miliari profusi atq; soluti sunt. & luxuria, siue luxuries. siue  
 luxus immoderata appetitio cuiusq; rei gratæ rationi nõ  
 obtemperans. Capitur etiam pro immoderata profusione. Ci  
 cero. Intelligimus, quã sit turpe desiuere luxuria. delicate ac  
 molliter uiuere. & pro nimia cuiusq; rei abundantia. unde lu  
 xuriare quoq; modo profunderere, modo nimium abundare si  
 gnificat. Virgilius. Luxuriam segetum tenera depascit in her  
 ba. Cicero. Gemmare uites. sitire a gros. Latas segetes. luxurio  
 sa frumenta. Reperitur etiam luxurior luxuriaris. & luxor  
 aris i eadem significatione. Sunt q putant lucem quoq; de quo  
 & eius derivatiuis superius locuti sumus, a luo, siue luxo de  
 ducta, quod lux tenebras diluat, atq; res soluat. ite a luo luctus.  
 & lugeo uerbum, quod luctus uitam hominis soluat. Est autẽ  
 proprie luctus dolor cum fletu, quem ex alicuius nobis carissi  
 mi morte concipimus. & lugere est in luctu esse. Vnde secon  
 do bello punico post cladem illam canensem constituerunt pa  
 tres, ne fœminæ ultra triginta dies in luctu essent, hoc est ne  
 in lugubri habitu perseverarent. Nam & a lugeo lugubere de  
 duatur. & aduerbium lugubriter. & luscina, de qua supra  
 diximus, quod lugens canat. & a lucto luctifer, qui fert lu  
 ctum. & luctuosus, qui in luctu est. & luctuose cum luctu.  
 IAM SCIO ME NVDVM DISPLICUISSE  
 TIBI. Quia scilicet non sum æquo membrostior, qualem  
 tu quæris.

EPIGRAMMA LIII. AD DECIANVM.

30 **A**SPICIS INCOMPTIS. In a  
 nædum inuehitur, qui cum uita turpissi  
 mæ eēt se stoicū simulabat. INCOM  
 PTIS Incompositis. inornatis. sine ali  
 quo ordine fluentibus, quales incedere phi  
 losophi solent. coma casaries e'. & a' græ  
 co deducitur. nam quemadmodum nos casariam a' cædendo,  
 ita græci comam appellant ἀπό τοῦ κείναι, quod cæde  
 re est. a' coma uero fit comatus, qui longiorem comam habet.  
 & a' capillo capillatus deducitur. item como uerbum, quod e'  
 apud græcos, quim apud latinos significat compono. orno.  
 40 quoniam in capillo plurimum homini ornatus est. unde Cha  
 rilæus interrogatus cur comam nutiret, Quoniam inquit ex  
 omni ornatu hic pulchrior, & minimi sumptus est. hinc non  
 na data sunt capillatis alpium incolis. & galliæ comatæ. Co  
 ma per metaphoram etiam de arboribus. fructibus. arum  
 dinibus atq; etiam herbis dicitur. Comæ contrarium caluities  
 est, & qui capillo carent calui dicuntur. & caluere est caluū  
 esse. Caluo etiam pro eo, quod est decipio. frustror. item passi  
 50 uum eius caluor pro eo, quod est frustror. Si quidem actus &  
 passius frustror ueteres usurparunt tractum a' caluis multi  
 bus, qui omnibus solent esse derisui. Pacuuius. sentio patre te  
 uocis caluis similitudine. Plautus. nam ubi domi sola sum soror  
 manus caluiter. Sallustius. Contra ille calui uatus ab hoc calui  
 nia deducitur, quæ proprie est alicuius in libris per fraudem  
 & frustrationem uexatio. a quo calumniator uerbum. & cal  
 60 lumniator & calumniatrix. Caius iurisconsul. Si calumnie  
 tur, & moretur. & frustretur. inde calumniatores appellati  
 sunt, qui per fraudem & frustrationem alios uexarent lib  
 ris. inde & cauillatio dicta est. Cicero. existunt se pe iniuriæ  
 calumnia quadam, & nimis callida, atq; malitiosa interpreta  
 tione iuris, ex quo illud summum ius. summa iniuria. per meta  
 phoram tamen calumniari aliquando capitur pro eo, quod e'  
 falsa crimina intendere, quod declaratur per illam legem XII  
 tabularum.



tabularum. Calumniator idē patitur, quod reus si conuictus  
esset (ut Martianus iuris consul. testatur). Destinuum capilli i  
muliere rarum est. In spicadonibus nunquam visum, nec in ali  
quo ante Veneris usum, nec in fra uerticem, & arca tempora,  
atq; aures. dicitur etiam neutro genere caluitium. & uni tan  
tam animalium homini est non innatum. Nam quaedam ani  
malia naturaliter caluent, ut structioni meli, de quibus supra  
diximus. & corui aquatica, qui propter hoc a graecis φάλα  
κροειδης uocantur. φάλακρον enim caluum dicitur.  
κόρακα cornum. a como fit cōptus, hoc est ornatus. cuius cō  
trarium est incomptus. & compe aduerbium, cuius diminuti  
uum est compile. item incompte. incompile. & comparati  
ua, superlatiuaq; eorum compior. compitissimus. comptius. cō  
pitissime. incomptior. incompitissimus. incomptius. incompitissi  
me. Comptum etiam genus libaminis erat, quod farina cōspersa  
facebant. item a como comis, hoc est benignus. facilis. mansuetus.  
a quo comiter aduerbium, hoc est suaviter. mā sucte. hu  
maniter. item a coma cometes, quam nostri stellam crinitam uo  
cant, horrentem crine sanguineo, & comarum modo in uertice  
hispidam. Plura autem genera sunt huiusmodi repente na  
sentium stellarū pogonias uocant, a barba, quae graece πώ  
ζου dicitur, quibus inferiore ex parte in speciem barbæ us  
ba longe extenditur. Acontias ἀπό τοῦ ἀνορτίου, hoc est  
a iaculo, quae iaculi modo uibrantur, occyissimo significatur. De  
hac quinto consulatus suo Tiberius caesar praeclearo carmine  
scripsit. postea usq; ad hunc diem non uisa. Xiphias ijs breuior  
res, & i mucrones fistigatas, quae sunt omnium pallidissimae,  
& quodam gladij nitore ac sine ullis radijs ἀπό τοῦ εἰφους,  
quod ensem significat. Chryseos, qui auro nomine similis, qđ  
graeci χρυσοί uocant. colore autē electro radios per quā  
raros i margine emittunt. Pithetas, qui dolij figura, quod graeci  
πίθηξ uocant. cernuntur in concavo firmada lucas. Cera  
tias ἀπό τοῦ κέρατος, hoc est a cornu, quae cornu speciem  
habent. Talis uisa fuit, cum graecia apud salamina depu  
gnauit. Lapidar, quae ardentes faces imitantur. Hippeos ἀπό  
τοῦ ἵππου, hoc est ab equo, qui iuba equinas habent. Celerrimi  
motus, atq; in orbem arca se euntis. Est & candidus come  
tes argenteo crine ita resurgens, ut uix contueri liceat. Visus est  
etiam hirtus uillorum specie & iuba aliqua circūdatus. Semel  
adhuc iuba effigies mutata in hastam est. Olympiade centesi  
maoctaua urbis anno CCCXCVIII Terrificū magna ex  
parte hoc sydus est, perniciemq; magnis uiris portendens, bre  
uissimum quo cernitur, spatium septem dierum annotatum ē.  
longissimum octoginta. Tot certe diebus ipsi durare animad  
uertimus cometē sanguineo colore atrū āno salutis MCCCC  
LXXI Xysti pontificis maximū anno primo. singulis nocti  
bus supra Bessarionis nostri lares errantem maxima omnium  
admiratione, quo tempore designatus in Gallias legatus fuit.  
Vnde paucis interiectis mensibus rediens Rauennae morbo in  
opinato medici, quem secum habebat, opera correptus extictus  
est. & una litera atq; omnium bonarum artium studia pe  
rierunt, quemadmodum in illius uita latius a nobis perscri  
ptum est. Item a coma auricomus dicitur, hoc est auream comam  
habens. CAPILLIS. Crinibus. proprie enim  
capilli capitis sunt dicti, quasi capitis pili. unde capillati dicitur,  
qui crines longiores habent. Cicero. Capillatior solito. &  
capillaris arbor appellabatur, in qua tonsum capillum adole  
scentes suspendebant, quando deponebant comam deo eam sa  
crantes. Eadem & capillate appellabatur. Erat & in urbe  
Roma arbor antiquissima, quam supra trecentos & septuaginti  
annos durasse comperitum est, quae capillate appellabatur,  
quod uirginum uestalium capillos ad eam deferre mos erat.

Trāsfertur tamen capilli nomen etiam ad alios corporis pilos.  
Virgilius. Quam sunt, mentula quos habet, capilli. pilus gene  
rale nomen est, diciturq; etiam de capillo. Plinius. in capite cū  
storum animalium homini plurimus pilus. ab hoc pilosi dicitur  
tur pilis per omne corpus scitentes. Pili longiores ac proni col  
la, atq; armos quorūdam brutorum uescentes, quales sunt leo  
nis, & equi iuba nommantur (ut superius ostendimus). Pili  
autem crassiores, rigidiq; atq; erecti quales sum, dicuntur se  
tae, unde setosum animal, & setigerū uocatur, & a sue dicitur  
sunt setae, quasi suctae. a quo & suo uerbu deducitur, de quo  
atq; eius deriuatiuis superius locuti sumus. Setosum uero ue  
teres obscurum dixerunt. a quo setose obscure. Linius. Setose  
abs te datur, quod consuetudo sapiens a gre contulit. Setia urbs ē  
Campaniae a qua setinum uinum. Martialis. Pendula ponti  
nos quae spectat setia campos, Exigua uetulos misit ab urbe  
caecos. caput uero a quo capillus deducitur, ita uero ita appella  
tum Varro existimat, quod idē initium capiant sensus, & ner  
ui. in summo enim a natura collocatum est, ut in quo futurum  
erat regnum totius animantis. Alij a graeco deductum uolūt,  
hoc ē ἀπό τοῦ κεφαλῆς, quod caput significat, uel ἀπό  
τοῦ κάρου eiusdem significationis. unde nucem iuglandem  
κάρου nominant, a capitis grauedine, quod arborum ipsa  
rum, foliorumq; uires in cerebrum penetrant. Caput habent  
animalia omnia, quibus est sanguis, in quo apex nulli est, nisi  
solis auiibus. Nam quod dracones cristatos esse quidam affir  
mant falsum opinor. Aues quoq; non omnes, sed paucae, id in  
signe habent. Phoenix plumarum serie ē medio exeuntem a  
picē habet. Pavo ueluti crinitus arbusculas. Stymphalida cir  
rum. phasianae cornicula. alauda ueluti galerum. unde gale  
rita dicta est primo, postea a gallico uocabulo alauda appellata.  
a graecis corydalis dicitur. κόρυς enim galea est. Galli  
na plicabilem cristam per mediū caput. gallinae uis erectam.  
quod nec caro nec charitago, nec callum ē, sed quiddam pec  
liare. fulica quoq; caros habet. ni gra auis, a quatica uulgo no  
ta. picus martius. & grues antias. Antiae enim proprie dicitur  
tur muliebres capili in frontem demissi. A capite fit capitu  
lum diminutiuum, quod aliquādo significat paruum caput.  
Plautus. Meum capitulum. meus ocellus. modo initium sententiae,  
quod principia sententiarum per metaphoram etiam capi  
ta uocantur. a capitulo fit capitulatum, quod ueluti capitulum  
quoddam in summo habet. & capitulo capitulum appono.  
cuius passiuum est capitulor. Plinius. folia bonis linguae si  
milia minorā. subcaudida. & in cacumine capitulata. Capi  
tulare etiam est per capita distinguere. & capitulata dicuntur  
scripta, quae per capita distincta sunt. unde fit recapitulare,  
quod est ea, quae dicta sunt, breuiter & per capita recansere. a  
quo recapitulatio, quae a graecis dicitur anacephaleosis. item a  
capitulo fit aliud diminutiuum capitellum, quod modo epistyl  
ium significat, hoc est caput columnarum. sic enim epistyli  
um superior pars, quemadmodum basis inferior dicitur, quae  
interpretari sustentaculum potest. epistylium uero quod su  
pra columnam est. nam ἐπί supra significat. στήλας  
columnam. quidam tamen epistylium dixerunt trabem esse,  
quae supra columnas imponitur. aliquando capitellum signifi  
cat paruum caput, hoc est grossiore summitatem cauis uing  
rei. idē herba impiā uocatur rotis marini a spectu thyrsi mo  
do uestita, atq; capitata. inde ramuli assurgunt sua capitella ge  
rentes. ob id impiam appellauere, quoniam liberi super patre  
tem excellant. item a capite capitosus, hoc est magnum caput  
habens. interdum etiam duri capitis, qui & ceruicosus dicitur.  
& capital, quod modo linteolum significat, quo sacerdotiae  
in sacrificijs capita tegebant. modo capitis periculum, siue fac



nus, quod capitis poena luitur. Plautus. Nunquam hercle effugiet, tamen si capital fecerit, et capitum tegmen capitis. quibus Varro a capiendo hoc dictum existimet, quod id genus indumenti usque ad pectus capiat. et capistrum capitis uinculum, quod mulis iumentis. bobus et ceterisq; animali adhibetur ne fugiant. Martialis. Patet purpureis aper capistris. item quod arca os inuoluitur, ne abos decerpant. a quo fit uerbum capistror. Plinius. Si inter arbores, uitesq; aretur fiscellis capistrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant. Et procapis progenti, quae ab uno capite procedit. Et capidulum genus uestimenti, quo etiam caput tegebatur. et capitale, quod capitis supplicium meretur, uel ciuitatis amissionem. Hinc capitale odium. capitale supplicium. capitale morbum appellamus, quod caput et uitam hominis petunt. Capitalis uero homo, et capitale peccatum dicitur, non quod petat alterius caput, sed cuius caput, uel per quod committentis caput peti debeat ad poenam. Hinc capitale fruidem admittere, est (ut Vlpianus inquit) tale aliquid committere, propter quod capite puniendus sit, quod committit, et capitalis locus appellabatur, ubi si quid uolatum erat, capite uolatoris expiatur. et capitatum, quod caput habet. unde capitatum porrum dicimus, quod in caput latius crescit. sicut scituum porrum, cuius folia, ut profundius crescit, sepius secantur. et capitolum, quod hic cum fundamenta aedis iouis, qui ob hoc capitulinus dicitur est. foderentur, humanum caput inuentum est. Ante enim hic mons tarpeius dicebatur a uirgine Vestali Tarpeia, quae ibi a Sabinis neata, sepultaque est, cuius nomine monumentum relictum, quod Cicerois quoque temporibus rupes tarpeia, et tarpeium saxum uocabatur. Eundem montem antea saturninum produnt appellatum fuisse. et ab eo late saturniam terram. et princeps, primus, quasi primum caput. item dominus, quod qui dominatur primus est. a quo principatus et principium. et biceps duorum capium. et triceps trium capium. et sinaput, atque occiput, de quibus superius disseruimus. et Capito cognomen eius, qui magno capite fuit. a quo postea tota familia eodem nomine uisa est. et centumcapite herba quae graeci hecatoncephalon nominant, ex acalearum genere, et alio nomine eryngalibus, siue eryngium dicitur. caule et radice in abos a graecis recepta, siue coquere libeat, siue crudam sumere. Radix eius aliterius sexus similitudinem aliquando refert. raris inuentu, uirosque, si eis mas contigerit, amabiles facere dicitur. Ob hoc et Phaonem, et Lesbium a Sappho mirifice dilectos fuisse, et deinceps deinceps proximus quisque capitem. capiter etiam aduerbiallyter significatque per ordinem, siue gradatim. Cicero. Sed tamen tres fratres sumo loco natos promptos, non indifferentes, quos uideo deinceps tribunos plebis per triennium fore, nolo habere contrarios. et anceps, quasi dubij capitis. e enim anceps proprie duplex. Lucan. Nemo hos anceps ferre efferris cardines. Varro. Quo se conijceret Pompeius, ut ancipiti uirgeretur bello. Ponitur tamen aliquando anceps pro eo, quod est ex utraque parte acutum. Lucan. Velle atque ancipiti ferro effringam cardines. aliquando pro ambiguo. Virgil. Anceps pugna diu. et cepe, quod capitis similitudinem habeat, uel quod in caput crescit. Nam quae carent capitis forma, non proprie cepe dicitur, sed alterum genus, a scaloniam uocamus ab Ascalo iudaeae oppido, ubi praestantissima nascuntur. Alterum cui acutus sapor, et lacrymosus genon, siue nostra lingua pallacatan. Cepis omnibus odor lacrymosus est. Columel. Atque oleris pulli radix, lacrymosaque cepa. Corpus earum pinguitudinis charti lagine tutum est, quae minima est setania uocatur. Sartam hyeme cum coma sua relinquunt. uere folia detrahunt. et alia subnascuntur usdem diuisuris. unde et nomen sibi asanere.

a scindo enim dicta est scirta. Cepas inter deos habent aegyptij, easque inter iurandum inuocant. item a capite capitis diminutionem iuriconsulti appellant status permutationem. haec triplex est. maxima. media. minima. Maxima capitis diminutio est, cum libertatem ciuitatem et familiam simul amittunt. media cum amittunt ciuitatem, et libertatem retinent. minima, cum libertas et ciuitas retinetur, tantumque mutatur familia. hinc capite diminuti appellabantur, qui ex alia in aliam familiam adoptati essent, qui cum liberi forent alteri mancipio dati fuissent, qui in hostium potestatem uenissent, et quibus aqua, ignique interdictum esset. item capiteensi a censione capitem appellati sunt, quod solus capitebus censerentur. non bonis, siue pecunia, quibus carebant, quemadmodum superius ostendimus. Capite deorum antiqui fasciculos uocabant de uerbis factos. Capite facere de suppurationibus media dicunt, cum a postemata acuminata franguntur. Pliny. Passim et in quacumque parte, ac maximo incommodo nascuntur, qui furunculi uocantur, maximum aliquando malum. confectis corporibus remedio sunt, quae diximus folia trita cum polenta. si non caput fecerint. TRISTE. Graue. seuerum. SVPERCILIUM. In quo animi iudicia sunt, ut superius diximus. QUI LOQUITUR CVRIOS. Cuius sermo semper est de uiris magnis et grauibus. CVRIOS. Pluratio numero propria nomina expressa maiorem in oratione uim habent. quippe non in tantum significatur, quorum illa nomina sunt, sed etiam alij, qui similes illis fuerunt. M. Curius magna uir inter grauitatis. constantiae, ac seueritatis fuit. Hic primo de Sannibus triumphauit. mox de Sabinis, tertio de Lucanis. Pyrrhum Epirotarum regem ex Italia pepulit. quaterna dena agrum iugera uirum populo diuisit. sibique tantum constituit, dicens neminem esse debere, cui non tantum sufficeret. Cum legati Sannium uirum ei afferrent, et ipse rapas in focum torreret, Malo inquit in fustibus meis haec esse, et aurum habentibus imperare. Cum uero interuessa pecunia accisaretur, Cadum ligneum, quo uti ad sacrificia solebat, pronoluit. iurauitque se nihil amplius de praeda hostili in usum suum conuertisse. ASSERTORES. Vendiatores libertatis. quae admodum superius diximus. CAMILLI. Furius Camillus simili modo inter grauitate. constantia, ac grauitate excelluit. Cum Faliscos obsideret, et literarum ludum magister optationem filios ad eum adduxisset, uinculum eisdem pueris tradidit uerberandum. Falisci se illi repente ob tam singularem iustitiam dederunt. Vcios hyeme obdomuit, de iisque triumphauit. Actus in exilium, quod praedam inique diuisisset. et ardeae moram trahens, urbem a gallicis captam Capitolium iam obsidentibus liberauit, dictatorque absens dicitur, collectis reliquijs gallos ex improviso adortus caecidit. populum romanum uiciorum migrare uolentem retinuit. NVPSIT HERI. Muliebria passus est, praefatus siue pedicatus fuit, rem turpem honestis uerbis expressit.

TEPIGRAMMA LIIII. AD FAVSTINVM.

**A**EDE TVOS TANDEM. Hortatur Faustinum, ut libros a se scriptos edat et famam suam uiuens consulat. nihil enim ad nos attinere gloriam, quae post cineres uenit. Cuius sententiae etiam Aristoteles fuit, ad Nicomachum de moribus scribens.

60 Existimarunt enim animam in uniuersum quidem immortalem esse, sed priuatim singulis quasque animas cum corporibus interire, nullumque his post mortem sensum esse. Falsa esse, quae de anime



de animae immortalitate, de manibus, de dijs dicuntur. Et a blandientibus sibi, ac nunquam desinere audis mortalibus facta. POPVLO. Multitudini, cum populum singula in numero dicimus, unius civitatis multitudinem significamus, cum vero plurimum numero utimur, diversas civitates intelligimus. PECTORE. Ingenio, cuius sedes in pectore, hoc est in praecordijs est, ad qua referitur accepta subtilitas mentis, ut supra diximus. QVOD NEC CECROPIAE DAMNENT PANDIONIS ARCES. Sensus est, quod opus nec graecia darent, nec latini sine laude praeterant. ARCES. Allusit ad altitudinem aedificiorum CECROPIAS. Atheniensis a Cecrope conditore, ut superius diximus. PANDIONIS. Regis Athenarum, de quo iam differuimus. DAMNENT. Reprehendant. NOSTRI SENES. Latini. ideo autem senes dixit, quia in ijs maior est gravitas, et doctrina. DVBITAS. Ambigis, quemadmodum enim ab ambo ambiguum dictum nonnulli existimant, quod in ambas agi partes possit, ita dubium, quod duas vias habeat. unde dubius dicitur, quasi duas vias habens, et utram eligat nesciens. Ab hoc fit dubio verbum, cuius frequentativum est dubito. Et adverbium dubie, et dubitanter, quorum contraria sunt indubie, et indubitanter item dubitatum. Caec. imperator proclamavit de medio, ut e sinistro cornu velites remouerentur. Et gallis non dubitatum immitantur. Sifen. quod hostem non dubitatum cum pluteis, ac scalis iter facere carnebat. Et idubius certus. Et pro

Ad Faustinum.

Aude tuos tandem populo Faustine libellos,  
Et cultum docto pectore profer opus.  
Quod nec Cecropiae damnent Pandionis arces,  
Nec sileant nostri, praeterantque senes,  
Aut fores stante dubitas admittere famam.  
Teq. piget curae praemia ferre tuae.  
Post te uicturae, per te quoque uiuere chartae  
Incipiant, ceteri gloria sera uenit.

dibus celerem, et pernicibus alis. Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumae, Tot uigiles oculi subter mirabile dictu, Tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit aures. Nocte uolat caeli medio, terraeque per umbram stridens, nec dula declinat lumina somno. luce sedet caestor, aut summi culmine lecti, Turribus aut altis, et magnas territat urbes. Sed non inficunde Ouidius quoque eandem describit longiore contextu. Orbe locus medio est iter terrarum, fretumque, Coelestisque plagas triplicis confinis mundi. Unde quod est usquam, quamuis regionibus absit, inspicitur, penetratque; atuas uox omnis ad auras. Fama tenet, summaque locum sibi legit in arce. Nocte dieque patet, tota est ex aere sonanti, Tota fremit, uocesque refert, iteratque quod audit. Nulla quies intus, nullaque silentia parte. Non tamen est clamor, sed paruae murrura uocis, Quae alia de pelagisquis procul audiat undis. Esse solent, qualem ues sonum cum impetret atras increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt. Atria turba tenet, uenient leuiculus, euntque, missaque cum ueris pariter commenta uagentur. Millia rorumum, confusaque uerba uolunt, ex quibus hi uarias replent sermonibus au-

ras. Hi narrata ferunt alijs, mensuraque facti crescit, et auditis aliquid nouus adijcat author. illic credulus, illic temerarius author. Vnaque laetitia est, costernatque timores. Seditioque reuens. dubioque authore susurri. ipsa quae in caelo rerum, pelagoque geratur. Et tellure uidet, totumque ingruit in orbem. PIGET TE. Tardas. differis. ita enim ueteres usurpabant. uel piget, hoc est pudet. CVRAE. Studij, uel curae id est operis ab eo, quod praecedit id, quod sequitur. sic alibi, secreta quae ro carmina, et ruderis curas. id est opera imperfecta. CIGNERI GLORIA SERA VENIT. Postquam in anerem redactum est corpus, nihil prodest gloria nihil sententi. hinc Aristoteles mortem omnium malorum terribissimum scribit, nihilque praeterea esse homini bonum, uel malum, ideoque gloriam, quae est praeclearo aliquo mortis genere sequitur, nihil ad defunctos, sed duntaxat ad superstites pertinere.

EPIGRAMMA LV. IN SEXTILIANVM.

10 **S**EXTILIANE BIBIS. Rursum in Sextiliani ebrietatem inuehitur.  
QVINQVE SVBSELLIA.  
Homines sedentes in quinque subsellis. sub sellia enim sunt, ut superius diximus, humiliores sedes, in quibus equites confidebant. Nam Senatores sellis utebantur. sicut enim subsistere dicimus, quod non plane sapit, sic quod non plane est sella sub sellium, et ubi duos tantummodo capit, bis sellium. quinq. primogenia uox est. a qua deriuata sunt quindecim. quinquaginta. quingenti. quinquies. quindecies. qui quages. quingentes. quintus. quingentis decimus. quinquagesimus. quingentesimus. quintus. quingentus. quinquagenus. quingentesus. quinquarius. quindenarius. quinquagenarius. quingentarius. quinquplex. quinquplus. quindecuplus. quinquangulus. quinquen-

30 **Q**uinquagesimus. quinquaginta. quingenti. quinquies. quindecies. qui quages. quingentes. quintus. quingentis decimus. quinquagesimus. quingentesimus. quintus. quingentus. quinquagenus. quingentesus. quinquarius. quindenarius. quinquagenarius. quingentarius. quinquplex. quinquplus. quindecuplus. quinquangulus. quinquen-  
ciae quinq. Item mensurae genus paulum supra dimidiam heminam continens. Martialis.  
Hesterni tibi nocte dixeramus  
Quincentes puto post decem peractos.  
Quinquetur, sicut triumphus. a quo quinquenarius et quinquenarius. quintilis mensis Iulius, de quo superius diximus.  
40 **Q**uinquaterus dies festus, quod post diem quintum iduum celebraretur, et festus ipsa Quinquatria dicitur Mineruae sacra Martio mense. iuuenalis.  
Eloquium, ac famam Demosthenis, aut Ciceronis  
Incipit optare, et totis quinquatribus optat,  
Quisquis adhuc uno partem colit asse Mineruam.  
Hinc minusculae qui quaterus appellabantur Idibus iunijs, quod is dies festus erat tibianum, qui Mineruam colebant. quatus, ac quintus cognomina. et quinta porta trans Tyberim, a Quinto ananato, cuius fuerat appellata, et quinta porta in castris post praetorium, ubi uenaliuorum rerum forum solebat esse. et quintipor seruire nomen frequens apud ueteres, ut superius ostendimus. quinquertium, quod graecia πινταθλον appellat, ludi genus, quod ijs quinq. artibus constabat iactu disci, de quo inferius dicemus, graecia δισκοσ appellat. cursu, queni δρομοσ nominant. saltu, quem dicunt αλμα luctatione, et pugno, quae πυγμα, et πυγμα ab illis appellantur. Unde nos quoque paleam dicimus, a quo palaestra luctatio, qui ludus ab Atheniensibus institutus fuisse dicitur. Virgilius. Pars in gramineis exercent membra palastris. hinc palaestra dicitur, qui sese pale, siue palaestra exercent. hi et palaestra a ueteribus dicti sunt. Afr. De-



nus, quod capitis poena luitur. Plautus. Nunquam hercle effuget, tamen si capital fecerit, et capitum tegmen capitis. quibus Varro a capiendo hoc dictum existimet, quod id genus indumenti usque ad pectus capiat. et capistrum capitis uinculū, quod mulis iumentis. bobus et cunctisq; animali adhibetur ne fugiant. Martialis. Patet purpureis aper capistris. item quod arca os inuoluitur, ne abos decerpant. a quo fit uerbum capistror. Plinius. Si inter arbores, uitesq; aretur fiscellis capistrari boues oportet, ne germinū tenera decerpant. Et pro capis progenti, quae ab uno capite procedit. Et capidulum genus uestimenti, quo etiam caput tegebatur. et capitale, quod capitis supplicium meretur, uel ciuitatis amissionem. Hinc capitale odium. capitale supplicium. capitale morbum appellamus, quod caput et uitam hominis petunt. Capitalis uero homo, et capitale peccatum dicitur, non quod petat alterius caput, sed cuius caput, uel per quod committentis caput peti debeat ad poenam. Hinc capitale fraudem admittere, est (ut Vlpianus inquit) tale aliquid committere, propter quod capite puniendus sit, quod committit, et capitalis locus appellabatur, ubi si quid uolatum erat, capite uolatoris expiabatur. et capitatum, quod caput habet. unde capitatum porrum dicimus, quod in caput latius crescit. sicut fectuum porrum, cuius folia, ut profundius crescit, sepius secantur. et capitolum, quod hic cum fundamenta aedis iouis, qui ob hoc capitulinus dicitur est. foderentur, humanum caput inuentū est. Ante enim hic mons tarpeius dicebatur a uirgine Vestali Tarpeia, quae ibi a Sabinis necata, sepultaque est, cuius nomine monumentum relictum, quod Cicerois quoque temporibus rupes tarpeia, et tarpeium saxū uocabatur. Eundem montem antea saturninum produnt appellatum fuisse. et ab eo late saturniam terram. et princeps, primus, quasi primum caput. item dominus, quod qui dominatur primus est. a quo principatus et principium. et bicaps duo caput, de quibus superius disseruimus. et Capito cognomen eius, qui magno capite fuit. a quo postea tota familia eodem nomine usa est. et centum capita herba quae graeci hecatoncephalon nominant, ex caule atrum genere, et alio nomine eryngium albu, siue eryngium dicitur. caule et radice in abos a graecis recepta, siue coquere libeat, siue crudam sumere. Radix eius aliterius sexus similitudinem aliquando refert. rara inuenta, uirosque, si eis mas contigerit, amabiles facere dicitur. Ob hoc et Phaonem, et Lesbium a Sappho mirifice dilectos fuisse, et deinceps deinceps proximus quique caputem. capitur etiam aduerbialiter significatque per ordinem, siue gradatim. Cicero sed tamen tres fratres sumo loco natos promptos, non indifferentes, quos uideo deinceps tribunos plebis per triennium fore, nolo habere contrarios. et anceps, quasi dubij capitis. e enim anceps proprie duplex. Lucan. Nemo hos anapites ferro efferrī cardines. Varro. Quo se conijceret Pompeius, ut ancipiti urgeretur bello. Ponitur tamen aliquando anceps pro eo, quod est ex utraque parte acutum. Lucan. Veste atque anapiti ferro effringam cardines. aliquando pro ambiguo. Virgil. Anceps pugna diu. et cepe, quod capitis similitudinem habeat, uel quod in caput crescit. Nam quae carent capitis forma, non proprie cepe dicitur, sed alterum genus, ascaloniam uocamus ab Ascalo iudaeae oppido, ubi praestantissima nascuntur. Alterum cui acutus sapor, et lacrymosus genon, siue nostra lingua pallacatan. Cepis omnibus odor lacrymosus est. Columel. Atque oleris pulli radix, lacrymosa que cepa. Corpus earum pinguitudinis charti lagine tutum est, quae minima est setania uocatur. Sartam hyeme cum coma sua relinquunt. uere folia detrahunt. et alia subnascuntur iisdem diuisuris. unde et nomen sibi ascinere.

a scindo enim dicta est scirta. Cepas inter deos habent aegyptij, easque inter iurandum inuocant. item a capite capitis diminutionem iurisconsulti appellant status pmutationem. haec triplex est. maxima. media. minima. Maxima capitis diminutio est, cum libertatem. ciuitatem et familiam simul amittunt. media cum amittunt ciuitatem, et libertatem retinent. minima, cum libertas et ciuitas retinetur, tantumque mutatur familia. hinc capite diminuti appellabantur, qui ex alia in aliam familiam adoptati essent, qui cum liberi forent alteri mancipio dati fuissent, qui in hostium potestatem uenissent, et quibus aqua, ignique interdictum esset. item capitecensi a consione caput appellati sunt, quod solis capitebus censerentur. non bonis, siue pecunia, quibus carebant, quae madmodum superius ostendimus. Capita deorum antiqui fasciculos uocabant de uerbis factos. Caput facere de suppurationibus medici dicunt, cum a postrema acuminata franguntur. Pliny. Passim et in quacumque parte, ac maximo incommodo nascuntur, qui furunculi uocantur, maximum aliquando malum. confectis corporibus remedio sunt, quae diximus folia trita cum polenta si non caput fecerint. TRISTE. Graue. seuerū. SVPERCILIUM. In quo animi iudicia sunt, ut superius diximus. QUI LOQUITUR CVRIOS. Cuius sermo semper est de uiris magnis et grauib. CVRIO 05. Pluratio numero propria nomina expressa maiorem in oratione uim habent. quippe non in tantum si significatur, quorum illa nomina sunt, sed etiam alij, qui similes illis fue

### In Sextilianā

Sextilianē bibis quantum subsellia quinque  
 Solus, aqua toties ebrius esse potes.  
 Nec confessorū uicina numismata tantū,  
 Aera sed a cuneis ulteriora petis.  
 Non her pelignis agitur uindemia praelis.  
 Vna nec in Tuscis nascitur ista iugis.  
 Testa sed antiqui foelix sacratu Opimij,  
 Egerit et nigros massica cella rados,  
 A caupone tibi sex laetana petatur,  
 Si plusquam deries Sextilianē bibis.

obdomuit, de ijsque trium phauit. Actus in exilium, quod praedam inique diuisisset. et ardea moram trahens, urbem a galis captam Capitolium iam obsidentibus liberauit, dictatorque absens dictus, collectis reliquijs gallos ex improviso adortus caecidit. populum romanum uel eos migrare uolentem retinuit. NVPSIT HERI. Muliebria passus est, praefatus siue pedicatus fuit, rem turpem honestis uerbis expressit.

### TEPIGRAMMA LIIII. AD FAVSTINVM.

**A**EDE TVOS TANDEM. Hor tatur Faustini, ut libros a se scriptos edat et famae suae uiuens consulat. nihil enim ad nos atinere gloriam, quae post aetates uenit. Cuius sententiae etiam Aristoteles fuit, ad Nicomachum de moribus scribens. Existimarunt enim animam in uniuersum quidem immortale esse, sed priuatim singulis quasque animas cum corporibus interire, nullumque his post mortem sensum esse. Falsa esse, quae de anime







pellis mihi manum per palæstricos. pētathlum itaq; uocatum est à πέντε, quod significat quinque. Vnde pentarchus qui quinque uiris præest. pentacantharchus, qui quinquaginta. pentecoste quinquagenaria, pentateuchus quinque librorum uolumen dicitur, & ἀσλος, quod est certamen, nostri à quinque artibus quinquertium dixerunt, & qui his quinque artibus se exercebant à græcis πένταθλοι uocati sunt. Plynus De Myrone, hic fecit Delphicos pentathlos. à nostris uero quinquertiones sunt dicti. quinquepartior. à quo quinque partitus. quinquefolium, quod græci πένταφυλλοι quinquereimis. quindecimem. de quibus superius diximus. quin-tam declinationem grammatica uocant, cuius genitiuus in es, & in e, & in ei, & in ij prolatus apud ueteres inuenitur. Cicero. Equites uero dantes illius dies poenas. Virgilius. Libra dies, somniq; pares ubi fecerit horas, dies in genitiuo dixerunt pro diei. Idem. Munera, lætitiãq; dij. Cicero. Quorum nihil pernicij causa à diuino consilio, sed in ipsa, & magnitudine rerum factum putamus. dij & pernicij dixerunt pro diei, & perniciæ. Sallustius uero die in genitiuo protulit. Vix decima parte die. & Caesar in libro, quem de analogia scripsit, die in genitiuo pronuntiaandum affirmat. quinque signorum genera apud antiquos, augures obseruabant. ex caelo, ex aubus, ex tripodibus, siue cornis, ex quadripedibus, ex diris. TOTIES. Bibendo subintelligendum est. EBRIVS. Mente ob nimium potum alienatus. is enim pro prie ebrius dicitur, qui nimio uini potu non est mentis compos. uinum enim mentem hominis mutat, ac firorem gignit. ex ebrietate uero millia scelerum gignuntur. propter quod non im merito hoc uitium frequentissime carpit Martialis. Cui tanta dulcedine etate eius dediti homines erant, ut magna pars nõ aliud uitæ præmium quaerere uideretur, quaerebant sanè alia sitis irritamenta, ut largius biberent, et bibendi causa etiam uenena conficiebant. quidam præsumebant acutum, ut bibere mors ipsa compelleret, alij pumias farinam hauriebant, nonnulli balneis coqui, & ex ijs exanimes ferri patiebantur. plures statim euomebant, rursusq; hauriebant, iterum idem, at tertio faciētes, quasi ad perdenda uina geniti forent, & tanquam effundi illa non possent nisi per corpus humanum. ad hoc pertinebant peregrinae exerationes, & uolutatio in caeno, & pectorosa ceruicis repandæ ostentatio. Item pilæ trigones, harpasta. per hæc enim omnia nihil aliud, quam sitis quaerebatur. quinetiam præmo inuitabatur ebrietas, nullis tantum bibentibus, quantum amici quaesiuisset. tunc auidi matronam oculi licebantur. tunc graui prodebantur marito, tunc animi se creta proferebantur. alij testamenta sua nõcupabant, alij morti fera loquebantur, iamq; uulgo ueritas attributa uino erat, hinc pallor, & genæ pendulae, & ulcera oculorum, & tremula manus plena uasa effundentes, & furiales somni, ac inquietas nocturna, & summum ebrietatis præmium libido portentosa, ac iucundum nefas, foetidi prætere sequenti die ex ore alius, & rerum omnium obliuio, morsq; memoria. Tiberius princeps in iuuentute ad merum pronior fuit, unde per iocū dictus est Biberius, & ob eã causam L. Pisonem urbis Romæ curatorem ab eo dilectum putant, quod biduo, duabusq; noctibus apud ipsum potationem cõtinuasset. M. Antonius etiam uolumen de ebrietate sua edidit, ebrius iam sanguine ciuium romanorum, & tanto magis eum sitiens. habet enim & hoc uitium ebrietas, quod bibendi consuetudo auget auiditatem. Vnde est illud prouerbiũ. quanto plus biberint tanto plus sitire parthos. ebrium ab hauriendo potu dictum existimant, poniturq; aliquando pro pleno, & abundanti, unde & uestes ostro, seu purpura ebrias dicimus, & ebriam canam, hoc

est abundanter, & opipare paratam. Plautus. Facite mihi cœna ut ebria sit. NUMISMATA VICINA. NUMOS ULTIORU. hoc est eorum qui propè te sedent. AERA. NUMOS. V eteres enim signatam pecuniam ex ære habuerunt. Vnde æra pro pecunias usurparunt. Cato. Fundum æribus suis emptum possidebant. hinc æresate ueteres dixerunt pecunias undiq; colligere, & ærarium locus in quo publica pecunia custodiebatur, quod Romæ in æde Saturni erat, ut superius diximus, & ærarij tribuni, de quibus differimus, & æs alienum, quod nos alijs debemus, sicut æs nostrum, siue æs suum, quod alijs nobis, uel ei, de quo loquimur, debent. & ære diuina milites uocabantur, quibus propter ignominiam stipendiũ, hoc est merces debita subtraheretur. Item ob ærati milites ære dato iam obligati. ob id Varro æs ab æsse dictum existimat. nullus enim apud ueteres auri, aut argenti signati usus erat libralis tantum, & dipondius appendebatur assis quoad æris grauis poena dicta. Seruius Rex primus æs signauit. Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis. ab ære ærosus deducitur. Vnde cyprum in insula ueteres ærosam appellauerunt, quod in ea prima fuerit æris inuentio. Item ærosam lapidem, ex quo æs fit, quæ alio nomine Cadmiam nuncupant, sitq; ex alio lapide, quæ chalcitem uocant, in eadem Cypro insula, sed uilitatem ei induxit repertum in alijs terris præstantius, quod ab auro, & ære aurichalcum uocatur, uix iam longo tempore inuentu facile effatu (ut putant) tellure, arte naturalem illius bonitatem imitantur, ex eo fit æs coronarium, de quo superius diximus. Item ab ære ærsiciũ, quod ex ære fit. Varro. politæ enim quasi ærsicio uidebatur. Item ab ære æro æras. id est ære commisso, siue ære adultero. à quo fit subæro compositum. Persius. nequa subæro mendo sum tinniat auro. Item æreus & æneus eiusdem significationis. id est ex ære. Item æneus, quod modo adiectiuum est, & idem significat, quod æreus. Virgilius. Et luce coruscus ænea. modo substantiuum est, & significat uas, in quo cale fieri aqua consueuit, quod uulgo caldarium uocant. Idem aut folijs undam tepidi distumat æni. quidam iter. A. & E. aspiracionem interponunt, autemq; usum fuisse librum æneidos antiquissimum, quem ipsius Virgilij fuisse constabat, in quo illud, & luce coruscus ænea. quod sine aspiratione scriptum fuerat, & aspiratio addita. Item. Aenulum paruum uas ex ære factum diminutiuum ab æneo. Item æstimo, quod significat appretio, quasi ære taxo, à quo æstimator. æstimator. æstimator, pro qua ueteres etiam æstima dixerunt, & æstimator poena, quia ære censetur, ut puta ouis decussis. bos centussis, hoc est decem, & centum assibus, & æstimabile, quod æstimari facile potest, sicut e contrario in æstimabile, quod propter magnitudinem æstimari non potest. quoniam uero æstimatio sine spectabili consideratione fieri non potest, æstimare aliquando etiam pro considerare accipitur. Ouidius. Hæc quicunq; legit, si quis leget, æstimet ante. æstimare uero putare, & iudicare est. prius enim rem æstimamus, hoc est consideramus, deinde existimamus, hoc est iudicamus, & ab æstimo fit existimo diphthongo. in. i. longam conuersa, quasi ex æstimacione statuo atq; decerno. ab hoc existimatio, quod fere semper passiuè accipitur, ut homo magne existimacionis. id est de quo omnes bene opinantur, & quem magnam existimant. autumo quoq; P. Nigidius ex ab existimo compositum putat, si significat autem modo opinor, modo censo, modo affirmo. Plau. Nisi hoc ita fictum est perinde, ut factum esse autumo, non causam dico cum quibus simules probri. æs etiam aliquando pro cornu, tubaq; accipimus, quia hæc ex ære fiunt. Virg. ære cetero uiros, martemq; accedere cætu. hic æneatores à ueteribus cornianes siue tibianes appellabantur.



appellabatur. Item *ænobarb*us, hoc est *rutilam*, et quasi *æneam* *barbam* habens. fuit hoc cognomen *domitorum*, ex qua familia *Nero* fuit. *authorem* autem originis, pariterq; cognominis habuerunt. *L. Domitium*, cui *rur*e quondam reuertenti, iuuenes gemini *augustore* forma apparuerunt, iusseruntq; nuntiare *Senatui*, ac *populo Romano* uictoriam, de qua adhuc incertum erat, atque in fidem maiestatis adeo permulsiſſe malas, ut e nigro *rutilum*, æriq; *assimilem* capillum redderent, quod inſigne manſit. Et in posteris eius, ac magna pars *rutila* *barba* fuerunt. Vnde *CN. Domitium* *Neronis* *atuum*, qui in tribunatu suo pontificibus offensor fuerat, quod alium, quam se in patris sui locum cooptasset, ius sacerdotum surrogandorum collegi ad *populum* tranſulerat, ac in consulatu *allobrogibus*, *alueris*q; *superatis* *elephanto* uictus fuerat, turba militum, quasi inter solennia sacrificij profequente *Lici*. *Crassus* orator dixit non esse mirandum, quod *æneam* *barbam* haberet, cui os *ferreum*, cor *plumbeum* esset. Item *ærugo*, de qua superius diſſerimus. à quo *æruginosum*, sicut à *rubigine* *rubiginosum*, sunt qui *erumnam* quoque ab ære hoc est à *peccati* *deductam* uelint, quod æris *grana* *labores*, *curas*q; *subeamus*. *Virgilius*, Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? Quippe *erumna* *laborem* *onerosum*, *curas*q; ac *solicitudinem* significat. sed nostra sententia est *erumnas*, Et per diminutionem *erumnulas* proprie uocari *ſucanulas*, quibus *uirtutes* *ſarinas* suas *religatas* *tabella* *interposita* *ferre* *conſueverunt*, quæ quoniam à *C. Mario* inſtituæ sunt, nulli *mariani* uocantur. dictas autem *erumnas* esse *ἀρά τοῦ ἀπώ*, quod est *leuo*, *tollo*. hinc uero *tractum* est, ut *labores* *onerosi* *erumne* uocentur. ab *erumna* *erumnosus* deducitur. *laboribus*, ac *meritis* *afflictus*. æs à *ueteribus* *randus* dictum est. à quo *randus* *porta* *Romæ* appellata, quod *ærata* esset. ULTERIORA. *Cuneus* *ulterioribus* hoc est *magis* *ultra* ad spectandum constituit. A CUNEIS. A spectatoribus, qui in *cuneis* *ſtabant*. *Cuneus* proprie uocatur *instrumentum*, quod ad *ſandendum* *omnem* *materiam* *adhibetur*. à quo *cuneatum* dicitur, quod ad *cunei* *ſimilitudinem* *formatum* est. hinc *cuneus* etiam *multitudo* *pedum* *ducta*, quæ *cinctis* *cum* *acie* *primo* *angustior*, deinde *latus* *procedit*. à quo *cuneatum* *aduerbium* deducitur, hoc est *per* *cuneos*. ab huius etiam *ſimilitudine* *cunei* *uocati* sunt *loci* *in* *theatro*, *in* *quibus* *uulgo* *ſpectatores* *ſtabant* *inter* *ſedentium* *ſubſellia*. *Iuuenalis*, *Cuneis* *habeant* *ſpectacula* *totis*, quod *ſecurus* *amnis*. NON HAEC PELIGNIS. *Magis* *inquit* *tolerabile* *foret*, *ſi* *qualecunq;* *uinum* *potares*, *ſed* *tu* *pretioſiora* *eligis* *eo* *magis* *deſtandus*. PELIGNIS PRAELIS. Hoc est *in* *peligno* *agro*. *Pelignum* *oppidum* *ſabinorum* *è* *marſis* *uicinum*, *in* *cuius* *agro* *peſſima* *oriuntur* *uina*. ab eo fit *pelignus*. a. *um*. *adiectiuum*. *Martialis*,

*Marſica* *peligni* *mittunt* *turbata* *coloni*.

Non tu, *liberius* *ſed* *bibat* *illa* *tuis*.

*Peligni* *ex* *illyrio* *proſecti* *sunt* *ductu* *Volsinij* *regis*, *cui* *cognomen* *Lucullo* *fuit*, *et* *partem* *Italiae* *occuparunt*, *quam* *diximus*. *ei* *duo* *nepotes* *fuerunt* *Pacinus*. à quo *pacinates*, Et *pelignus*. à quo *peligni*. VVA. *Fructus* *uitis* *uua* dicitur. *ponitur* *etiam* *aliquando* *pro* *uite*. *Virgilius*. *Et* *turpes* *aubus* *prædam* *fert* *uua* *racemos*. *Item* *uua* dicitur *in* *apibus*, *quando* *ex* *amen* *congregatum* *ad* *ſimilitudinem* *botry* *depedet*. *Iuuenalis*. *Ex* *ame*q; *apium* *longæ* *conſiderit* *uua*. *Item* *uua* appellatur *in* *hominum*, *quæ* *inter* *tonſillas* *ultimo* *palato* *dependet*, *ſub* *quæ* *eſt* *mano* *lingua*, *quæ* *dicitur* *epigloſſis*, *ita* *uocata*, *quod* *aliquando* *ad* *ſimilitudinem* *uuae* *inuueſcat* *cum* *uehementi* *inflammatione*, *ac* *dolore*. IN IVGIS THVSCIS. *In* *collibus*

*Vaticanis*, *in* *quibus* *mala* *naſci* *uina* *ſuperius* *diximus*. TESTA. *Amphora*. *proprie* *teſtas* *ſigulina* *uafa* *appellamus*, *quasi* *teſtas*, *quod* *è* *mollis* *creta* *fabrefactæ* *torreantur*. *deinde* *coquantur*. *excogitata* *autem* *à* *ueteribus* *ſigulinæ* *amphoræ* *fuerunt* *ad* *uina* *tenenda*. *Martialis*,

*Hanc* *tibi* *omnino* *rubicundam* *pulvere* *teſtam*

*Municipem* *miſit* *caſſa* *Sibylla* *ſuam*.

*Græci* *teſtam* *ceramion* *uocant*. Vnde *Athenis* *locus*, *in* *quo* *Chalcosthenis* *ſiguli* *officina* *fuit*, *Ceramios* *eſt* *appellatus*. *Item* *Oſtracum*. à quo *oſtracites* *lapis* *dictus* *eſt* *teſtæ* *ſimilitudinem* *habens*, *cuius* *uſus* *pro* *pumice* *eſt* *ad* *leuigandam* *citem*, *potus* *ſanguinem* *ſiſtere* *dicitur*, Et *cum* *melle* *illius* *ulcera*, *ac* *dolores* *mammarum* *ſanare*. *oſtreacius* *piſcis* *eſt*, *quem* *aliqui* *onychen* *uocant*. *hunc* *ſuffitum* *uuluae* *pænis* *mirè* *aiunt* *reſiſtere*. à *teſta* *teſtaceum* *deducitur*, *quod* *ex* *teſta* *conſtat*. Vnde *mons* *in* *urbe* *teſtaceus* *nunc* *uocatur*, *qui* *ex* *ſigulinorum* *fragmentis* *conſtat*, *collectorum* *ibi*, *ut* *ego* *quidem* *arbitror*, *quando* *purgatus* *eſt* *Tyberis*. FELIX. *Quia* *tam* *pretioſum* *liquorem* *continet*. *Felix* *enim* *proprie* *dicitur*, *qui* *proſperitatem* *recepit*. *Virgilius*, *Viuere* *felices*, *quibus* *eſt* *fortuna* *pacta* *iâ* *ſua*, *interdum* *tamen* *ponitur*, *pro* *eo* *qui* *dat*. *idè*, *ſis* *felix*, *noſtrū*q; *leues* *quæcunq;* *laborem*. *felix* *inquit* *hoc* *eſt* *proſpera*, Et *benigna*. *nonnunquam* *pro* *utili*, *commodo*. *Martialis*, *Ille* *manus* *quondam* *ſtudiorum* *fida* *meorum*,

*Et* *felix* *domino*, *nota*q; *Caſaribus*.

*Quando*q; *pro* *pingui*, *ſecundo*, *cuius* *contrarium* *eſt* *infelix*. *Virgilius*, *infelix* *lolium*, *ac* *ſteriles* *dominantur* *auenæ*. Vnde *felices* *arbores* *dicitur*, *quæ* *feruntur*, Et *fructum* *ferunt*, *infelices* *uero* *nec* *feruntur*, *nec* *fructum* *ferunt*. ab *ijs* *feliciores*. *feliciſſimus*, *felicitas*, *felicitas*, *felicitas*, *feliciſſime* *deducuntur*, Et *eorum* *contraria* *infeliciores*, *infeliciſſimus*, *infelicitas*, *infelicitas*, *infelicitas*, *infelicitas*, *infelicitas*. *item* *feliciato* *uerbum*, *quod* *eſt* *felicitatem*, Et *beatum* *ſacio*. à quo *infelicitas*, *quod* *eſt* *infelicitatem*, Et *miſerum* *ſacio*. *Cælius*, *ut* *te* *dij* *omnes* *infelicitent* *cum* *male* *monita* *memoria*. *Plautus*, *Dij* *illum* *infelicitent* *omnes*. *Veteres* *infelicio* *quoque* *uſurpauerunt*. *idem*, *idij* *illum* *infelicitent* *omnes*, *qui* *poſt* *hunc* *dicem* *ullam* *ueneri* *immolauerunt* *hoſtiam*. *ſilix* *uero* *herba* *eſt* *uulgo* *nota*, *nec* *ſorem* *ferēs*, *nec* *ſemen*. *folia* *habēs* *utriuſque* *lateribus* *pinnata*, *propter* *quod* *græci* *pterim* *uocant*, *nam* *πτερόν* *pennam* *nonnunt*, *naſcitur* *ubique*, *ſed* *maxime* *frigido* *ſolo*. *huius* *radice* *pellunt* *iteraneorum* *anima* *lia*. *duo* *ſilicis* *genera* *sunt*, *alterum* *blachtron* *uocant*, *cuius* *ex* *una* *radice* *quam* *plures* *exerunt* *ſilices*, *bina* *etiâ* *cabita* *excedēt* *ter*. *hanc* *marem* *exiſtunt*. *alterum* *genus* *thelypterim* *græci* *nonnunt*, *hoc* *eſt* *ſæminam* *ſilicem*. *Alij* *nymphetopterim*, *eſt* *autem* *ſingularis*, *neque* *fructuſa* *utriuſque* *radice* *ſues* *pingue* *ſunt*. *Neutra* *danda* *ſæminis*, *quoniam* *gravidis* *abortum*, *cæteris* *ſterilitatem* *ſacit*, *ſarina* *earū* *ulceribus* *tetris* *iſpergitur* *iuuentorū* *quoque* *ceruicibus*. *Folia* *Cimicæ* *neant*, *ſerpentem* *non* *reapunt*, *ideo* *ſubſterni* *utile* *eſt* *in* *locis* *ſuſpectis*. *Vſta* *etiâ* *ſigant* *nidore*. A filix *Felicones* *dicti* *mali*, Et *nullus* *uſus* *hominibus*. itè *Felicata* *patera*, *quæ* *ad* *ſilicis* *herbæ* *ſimilitudinem* *cæſata* *eſt*. O PIMI. *O* *pimiani*, *Eo* *anno*, *quo* *Græci* *populi* *laribus* *ſeditioibus* *interierunt*. *L. O* *pimio* *conſule* *fulſit* *ea* *cæli* *temperies*, *quam* *cocturâ* *uocant*, *à* *perfecta* *fructuū* *decoctioe*, *calore* *ſolis* *nimio* *hoc* *faciente*. *Magna* *igitur* *uini* *copia*. *Et* *uina* *ipſa* *præſtantia* *ſuere* *in* *omni* *uini* *genere*. *durant* *ducentis*, *Et* *ultra* *annis* *in* *ſpeciem* *ferè* *nullis* *reducta*, *nec* *niſi* *diſtillationis* *bibi* *id* *uini* *ob* *ueteritate* *poterat*. *tanta* *autem* *æſtimationis* *fuit*, *ut* *amphora* *centenis* *numis* *ueniret*. à *conſule* *igitur* *opimio* *uinum* *hoc* *opimum*, *ſive* *opimianum* *uocatum* *eſt*. *Martialis*, *Felix* *autumnus* *opimi*. SICCATVR. *Ita*



exhauritur ut prorsus sine humore remaneat. Siccum proprie dicitur aridum, & sine humore. Virgilius, Summa petit scopuli, siccusq; in rupe refedit. Per metaphoram tamen siccum pro exercato accipimus, quasi nimio labore exhaustum. Plautus, Sic Siccum frugi. continentem, amantem uxoris maxime. Ab hoc fit Siccum uerbum, hoc est arefacio, à quo subsiccio. exsiccio. desiccio eiusdem significationis. item praesiccio ante siccio. & siccitas, ac siccitudo. siccum autem à succo deductum per antiphrasin, quasi sine succo, succus autem à sugo derivatur. à quo succus ipsa, ut ita dicam, sorbito humoris. à succo succulentus, hoc est succi plenus. à sugo uero sugillo, quod est percussu liuorem, & quasi succum exato, quæ admodum superius ostendimus. & exungo, hoc est succum omnè extraho. CAELLA. Vinaria scilicet. MASSICA. Massicæ regionis falernæ conterminæ. EGERIT. Producat. NIGROSCADOS. Nigro uino plenus. tale est enim falernum & massicum. Nigro proprie fuscus dicitur. per metaphoram tamen aliquando pro noxio ponitur. Virgilius, Et nigris exesa chelydris creta. Aliquando pro mortuo. Iuuenalis, Instruitq; rudes melior Locusta propinquas Per famam & populum nigros efferre maritos. A' niger sit nigellus diminutiuum, & nigredo, & nigreo, hoc est niger fio, à quo nigresco. Pacuius, Solisq; exortu capessit candorem, oasus nigret. Accius, splendet saepe, as si idem nubis interdum nigret, & nigricio niger sum, & nigrescacio, ac nigrescio notæ significationis, & nigrior, ac nigerrimus. & nigror pro nigredine. Plinius, Et penniarum nigror hanc à cæteris distinguit. & subniger ex parte niger, & denigro, quod est offuscio. A' COPONE TIBI FEX LALETANA PETATVR. Sensus est. postquam tantum deuoras uini non petantur à te rara, & pretiosa uina, sed uilia, atque uulgaria. FEX. Vinum ignobile. Fecis enim uocabulum usurpamus, quoties alicuius rei ignobilitatem uolumus exprimeret. Vnde & temporum fecem dicimus. LALETANA. Ex laletania Hispaniæ regione. Laletania enim maritima regio est Hispaniæ uersus gelliam ad emporium urbem pertinens non longe à taracone. hæc bonitate agri excellit, & in primo uino abundat, sed ignobili. Plinius. Hispaniarum laletana copia nobilitatur. elegantia uero taraconensia, atque laurionensia.

10 **EPIGRAMMA LVI. AD PROCILLVM.**

**H**ESTERNA TIBI. Ex persona sua carpit Martialis & facultatem promissorum in ebrijs, & artes eorum, qui uino, & conuiujs hereditatem captant, & testamentorum falsas signationes. PERACTOS. Perfecit, & in totum exhaustos. COENARES. Discumbentes. cenam ueteres id dicebant, quod nunc prandium dicimus, & quam nunc cenam dicimus, illi uespernam uocauerunt. Est autem græcum uocabulum, quippe græci nonnisi communem dicunt. Nam plures cenare communiter solebat. à cœna fit cœno uerbum, cuius frequentatiuum est cœnatio, & cœnulo diminutiuum, & cœnatio, ac cœnaculum, de quibus superius diximus, & incœnis sine cœna. Plautus, Cupiunt extrudere incœnem ex ædibus, ut ipsæ solæ uentres distendant suos. & incœnatus, qui non cœnauit. idem incœnatum senem foras extrudunt mulieres. & domicœnium, cœna quæ domi fit. Martialis. Si tristi domicœnio laboras, & cœnipeia, qui cœnas aliorum capiat, nec cœnat domi libenter, & cœnatus ad cœnam atti-

nens. Varro, Erat inter adolescentes sermo cœnaticus. Plautus, Est illic mihi una spes cœnatica, si illa decolabit, redibo huc ad cœnam asperam, & cœnatoria uestis, de quibus superius locuti sumus. NON SOBRIA. Non sobrijs hominis, hoc est ebrijs. EXEMPLO NIMIVM PERICVLOSO. Quia nimis periculosum etiam esset exigere ab ebrio promissa, cum ebrijs facile omnia promittant. MISOMNEMONA SYMPTOTEN PROCILLE. Græca uocabula sunt. *μισῶ μνήμονα συμπτῶτων πρόκιλλε*, hoc est odi memorem compotorem Procille.

10 **EPIGRAMMA LVII. IN ACERRAM.**

**H**ESTERNO FOETERE MERO. Lepidissimum distichon contra Acerram, qui totam noctem bibendo trahebat in somnem. IN LVCEM. Vsq; ad lucem.

10 **EPIGRAMMA LVIII. AD FIDENTINVM.**

**A**MARE FERT. Facete fidentinum reprehendit, quod eius atrinna quasi propria reatet. HAEC EME, NE MEA SINT. Eodem ioco utitur inferius cum inquit. Nam quod emas, possis dicere iuuetuum.

30 **DE DIAVLO CHIRVRGO. PIGRAMMA LIX.**

**C**HIRVRGVS FVERAT. Ex persona Diauli, qui ex medico factus erat cadauerum funerator, deidet medicos, ignaros, & rudes, quorum superalio nil profecto impudentius est. Cum primum enim exiguum aliquod, uanumq; experimentum didicerunt, uita nostræ, ac neas imperatores sese constituunt, & medianæ famam aucupantes, animas nostras negotiantur. sic medianæ ars in nequissimum, atque in docale genus hominum sepeq; in leuissimas mulierculas transfertur. CHIRVRGVS. Medicus uulnerarius. à manuum enim operatione ita uocatur. siquidem græci *χειρα* manuum uocant, & *ργον* opus ars ipsa chirurgia dicitur. primum Romæ chirurgum tradunt fuisse archagathum lisanæ Peloponensis filium L. Aemilio M. Lilio consulibus anno urbis quinquagesimo, trigesimoq; eius quiritum datum, & tabernam ab eo in urbe emptam, ob id publicæ uulnerarium fuisse appellatum, mire grati omnibus initio, mox uero à secunda secandi, urendiq; carnificè noiati, artemq; eius in tædiu uersam. VESPILLO. Cadauerum funerator, quæ admodum superius diximus. COEPIT QUO POTERAT CLINICVS ESSE MODO. Solebant, ut nunc quoq; fit, chirurgia & grotantibus assistere, quo mendendi artè à medicis discerent, ut ipsi ita fierent medici. Est ergo sensus. Diaulus, q; solebat esse Chirurgus, factus est Vespillo, & coepit esse medicus, hoc est curare corpora eo modo, quo poterat. media uiuorum corpora curant, Vespillones defunctorum iaculo inferius quoq; inquit. Nuper erat medicus, nunc est uespillo Diaulus. Quod uespillo facit, fecerat et medicus, hoc è curabat prius corpora uiuorum, nunc curat defunctorum. CLINICVS. Medicus. tria. n. medianæ generis ueteres fecere. Empiricè, quæ nullis rationibus, sed solis experimentis constat. *ἰατρικὴ ἐνὶ γράκι* ex patienti uocatur. *ιατρικὴ*, quæ uinguens, et pfrictioi



bus curat, quasi medicinam unguentariam. *ἰατρικὴν* enim medicina dicitur. *ἀλείψις* unctor ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, quod ungeri est. unde huiusmodi artifex *ιατράλεπτος* dicitur. Cornelius Celsus, sanus homo, qui & bene valet, & suae spontis est nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque iatralēpti egerit. *κλινικὴν* quae uictu, & uenenis corporibus medetur, quibus sint qui clinici rursus in duas partes diuidat, unam *διαίτητικὴν*, hoc est dieteticam, quae uictu medetur. alteram *φάρμακωτικὴν*, hoc est pharmaceuticam, quae medicamentis curat. Vnde medici huiusmodi clinici appellantur a

Ad Proclillum

Hesterni tibi nocte dixeramus,  
 Quinque puto post decem peractos,  
 Canares hodie Proclille merum.  
 Tu facta tibi rem statim putasti,  
 Et non sobria verba subnotasti  
 Exemplo nimium periculoso.  
 Μισὸν μάλιστα συμπτὸν τὴν πρὸ κἀλλε.

De Acerra.

Hesterni foetere mero, qui credit Acerram  
 Fallitur, in lucem semper Acerra bibit.

Ad Fidentinū.

Fama refert nostros te Fidentini libellos,  
 Non aliter populo quā recitare tuos.  
 Si mea uis dici, gratis tibi carmina mittā.  
 Si dici tua uis, haec eme, ne mea sint.

in iusto nimirum uotum accipit, quod a uicinis pro  
 conditione fit, aliquando addita conditione. quoniam uero ea  
 uehementer desideramus, quae uoto a deo poscimus, fit ut ali-  
 quando uotum pro desiderio accipitur. unde uoti compotem di-  
 camus eum, qui desiderium suum assecutus est, & pro uoto no-  
 bis succedere, id est pro desiderio, & uoluntate nostra. a uo-  
 tum uotiuum deducatur. hinc uotiuas uerba dicimus, quibus in  
 sciendis utimur uotis, & uotiuas preces, quibus aliquid cum  
 uoto poscimus. Item a uoueo deuoueo, quod est destino, im-  
 precor, a quo deuotus deuotrix, qui aliquid imprecatur, &  
 deuotum destinatum, quod modo ad prosperum, modo ad ad-  
 uersum refertur. Virgilius, Deuotum hostiles deorum praesere  
 caetera. Idem, Praecipue infelix pesti deuota futuræ. Varro,  
 Tu deuoto tibi animo utere. conuotus uero dicebantur iisdem uo-  
 tis obligati. Item uoto frequentiuum, & ab eo aliud frequē-  
 tiuum uotito. ueteres etiam uotiuum usurparunt, pro eo, quod  
 est religione aliqua, & quasi uoto prohibitum, atque interd-  
 ctum. Plautus, Nolo illum habere causam, & uotiuam dicere.  
 quā tamen uotiuū a uetando, quasi uetiuum dictū arbitrantur.  
 CRINES. Adolescentes apud ueteres Romanos comam  
 nutrire mos erat, quandiu imberbes essent. alioquin de for-  
 mes habebantur. adulti uero cum primo tondebant barbam,  
 etiam crinium longitudinem deponebant, eosque in arbore,  
 quam ex argumento capillatam, siue capillarem nominabant,  
 suspensos dicebant deo, quasi depositis adolescentiae illecebris,  
 iam uiriliter ingredi uiderentur. simili modo & primam  
 barbam consecrabant, quemadmodum Neronem barbam su-  
 am aurea pyxide pretiosissimis margaritis adornatam capi-  
 tulino Ioui diasse. Suetonius refert, quandoque etiam adole-

scientes, ut muneris aliquid a dijs consequerentur, etiam ante  
 tempus comam deo uocabant, ueluti rem magnum, atque dif-  
 ficilem. quippe deposita coma ornatum omnem adolescentia ui-  
 debantur amittere, quod nunc Encolpus facit nimio desiderio  
 primipilatus in persona domini, a quo amabatur, de quo eti-  
 am inferius scribit poeta.

Quid non cogit amor? secuit nolente capillos  
 Encolpus domino, non prohibente tamen.

Sed tu ne propera, breuibus nec crede capillis,  
 Tarda; pro tanto munere barba ueni.

TOTOS A VERTICE. Nimirum adolescentis de-  
 siderium ostendit, qui non breuiore facere crines uouit, ut mos  
 erat, sed prorsus abscondere, quasi non curaret domino suo am-  
 plius placere, dummodo ille opacum honorem assequeretur.

TVLERIT. Consecutus fuerit. PRIMIPILI.  
 Ut sit primus centurio primae cohortis, quem admodum supe-  
 rius, dum de pilo loqueremur, ostendimus. quippe uetus, ac  
 laudatissimus Romanorum mos fuit, ut Centuriones uirtutis  
 ergo a decima cohorte promouerentur ad uicem

primam cen-  
 turiam primipilum uocabant, quod erat signa grauis ar-  
 matura constituebatur, in qua inter caetera armorum genera  
 hastile erat pedum quinque semis, quod pilum uocabatur.

DVM NULLA TENERI SORDET LA-  
 NUGINE VULTVS. Ante, quam sit tempus tōden-  
 de barbae, aut comae deponendae. SORDET. Squallet,  
 horret. sordes enim squalor est, & omnis immunditia. ab eo  
 fit sordeo, a quo sordescio, & obsordeo compositum, quod modo  
 pro sordeo accipitur, modo pro obsordeo. Caelius. obsorduit iā

30 hic in me erumna miseria, quod inde tractum est, quia quae  
 frequenti in usu sunt sordescere consueuerunt, & sordidus-  
 squalidus immundus, & sordide aduerbium immunde, &  
 comparatiua, ac superlatiua eorum sordidior. sordidissimus.  
 sordidius. sordidissime. & sorditudo pro sorde. Plautus, Vt mi-  
 hi abstergere omnem sorditudinem. & surdus, qui aures ha-  
 bet obtusas ab aurium sordibus, quae in aurium uersae mar-  
 mora aurium dicuntur, nec sinunt audire. ab eo surdeo, hoc est  
 surdus fio. a quo surdesco, & obsurdeo, a quo obsurdesco.

Item surditas, surde aduerbium, & surdaster diminutiuum,  
 hoc est ex parte surdus, & absurdum, quod proprie signifi-  
 cat ineptum, ac rationi repugnans, quasi non audiens ratio-  
 nem, a quo absurdior, absurdissimus, absurde, absurdus, ab-  
 surdissime.

LANUGINE. Pilatione lanugo enim te-  
 nera pilatio dicitur, ad lanae similitudinem, qualis & in ado-  
 lescentium genis, & in pomis quibusdam cernitur, lana quid  
 sit manifestum est, hanc a laniando dictam putant, laniare  
 enim scindere est. scinditur enim nunc lana, quae uelli quon-  
 dam solebat, unde a uellendo uellus dicebatur. a laniando  
 Lanij dicti, qui carnes uendunt, quod laniant pecora. Vnde  
 Lanium laniena. lanonia mensa. Lanista, de quibus superius  
 diximus, & dilanio, quod est discando. a lana uero fit laniati-  
 um pro ipsa lana. Virgilius, Si tibi laniatum cura. & lane-  
 um, quod ex lana est. & lanificium, lanae opificium. & lani-  
 ficus, qui lanae artem exeret. & lanugo a lanae similitudi-  
 ne, a quo lanuginosus, plenus lanugine, & laneolus, qui la-  
 na oculi uitium teget, & lanerum uestimentum e lana succi-  
 da factum, & lenisci fasciole, de quibus locuti sumus, e coro-  
 nis dependentes, & delanico uerbum, quod est discendo a pecu-  
 dum discissu. IUBAE. Capilli, metaphora enim hoc uer-  
 bouus est. FVSAE. Sparsae. LACTEA. Candida.

50 LONGVM. Logo tpe, ut superius diximus. TONSVM.  
 Sine capillis. tondere proprie abscondere, & decutere est. hinc



exhauritur ut prorsus sine humore remaneat. Siccum proprie dicitur aridum, & sine humore. Virgilius, Summa petit scopuli, siccaq; in rupe refedit. Per metaphoram tamen siccum pro exercato accipimus, quasi nimio labore exhaustum. Plautus, Sic Siccum frugi. continentem, amantem uxoris maxime. Ab hoc fit Siccum uerbum, hoc est arefacio, à quo subsiccio. exsiccio. desiccio eiusdem significationis. item praesiccio ante siccio. & siccitas, ac siccitudo. siccum autem à succo deductum per antiphrasim, quasi sine succo, succus autem à sugo derivatur. à quo succus ipsa, ut uia dicitur, sorbitio humoris. à succo succulentus, hoc est succi plenus. à sugo uero sugillo, quod est percussu liuorem, & quasi succum exato, quæ admodum superius ostendimus. & exugo, hoc est succum omnem extraho. CAELLA. Vinaria scilicet. MASSICA. Massicæ regionis salernæ conterminæ. EGERIT. Producat. NIGROSCADOS. Nigro uino plenos. tale est enim salernum & massicum. Nigro proprie fuscus dicitur. per metaphoram tamen aliquando pro noxio ponitur. Virgilius, Et nigris exesa chelydris creta. Aliquando pro mortuo. Iuuenalis, Infractisq; rudes melior Locusta provincas

De nigro. Nigri sit nigellus diminutivum, & nigredo, & nigreo, hoc est niger fio, à quo nigresco. Pacuvius, Solisq; exortu capessit candorem, oasus nigret. Acius, splendet saepe, ast idem nimbis interdum nigret, & nigricio niger sum, & nigrescacio, ac nigrescio notæ significationis, & nigrior, ac nigerrimus. & nigrior pro nigredine. Plinius, Et pennarum nigror hanc à cæteris distinguit. & subniger ex parte niger, & denigro, quod est offuscio. A COPONE TIBI FEX LALETANA PETATUR. Sensus est. postquam tantum deuoras uini non petantur à te rara, & pretiosa uina, sed uilia, atque uulgaria. FEX. Vinum ignobile. Fecis enim uocabulum usurpamus, quoties alicuius rei ignobilitatem uolumus exprimeret. Vnde & temporum fecem dicimus. LALETANA. Ex laletania Hispaniæ regione. Laletania enim maritima regio est Hispaniæ uersus galliam ad emporium urbem pertinens non longe à taracone. hæc bonitate agri excellit, & in primo uino abundat, sed ignobili. Plinius. Hispaniarum laletana copia nobilitatur. elegantia uero taraconensia, atque lauronensia.

EPIGRAMMA LVI. AD PROCILLVM.

**H**ESTERNA TIBI. Ex persona sua carpit Martialis & facultatem promissorum in ebrijs, & artes eorum, qui uino, & conuiujs hereditatem capiunt, & testamentorum falsas signationes. PERACTOS. Perfecit, & in totum exhaustos. COENARES. Discumbere. cenam ueteres id dicebant, quod nunc prandium dicimus, & quam nunc cenam dicimus, illi uespernam uocauerunt. Est autem græcum uocabulum, quippe græci nonnunquam communem dicunt. Nam plures cenare communiter solebat. à cœna fit cœno uerbum, cuius frequentatiuum est cœnatio, & cœnulo diminutivum, & cœnatio, ac cœnaculum, de quibus superius diximus, & incœnis sine cœna. Plautus, Cupiunt extrudere incœnem ex ædibus, ut ipsæ solæ uentres distendant suos. & incœnatus, qui non cœnauit. idem incœnatum senem foras extrudunt mulieres. & domicœnium, cœna quæ domi fit. Martialis. Si tristi domicœnio laboras, & cœnipeta, qui cœnas aliorum capiat, nec cœnat domi libenter, & cœnaticus ad cœnam atti-

nens. Varro, Erat inter adolescentes sermo cœnaticus. Plautus, Est illic mihi una spes cœnatica, si illa decolabit, redibo huc ad cœnam asperam, & cœnatoria uestis, de quibus superius locuti sumus. NON SOBRIA. Non sobrijs hominis, hoc est ebrijs. EXEMPLO NIMIVM PERICVLOSO. Quia nimis periculosum etiam esset exigere ab ebrio promissa, cum ebrijs facile omnia promittant. MISOMNEMONA SYMPTOTEN PROCILLE. Græci uocabula sunt. μισῶ μνήμονα συμπτῶτην πρόκιλλε, hoc est odi memorem compotorem Procille.

De Diaulo chirurgico.

Chirurgus fuerat, nunc est uespillo Diaulus. Coepit, quod poterat, Clinicus esse modo.

De Encolpo

Hos tibi Phœbe uouet totos a uertice crines Encolpus, domini Centurionis amor. Græca pudens meriti tulerit cū præmia pili, Quæ primū togas Phœbe reuoluit comas. Dū nulla teneri sordent lanugine uultus, Dumq; decet fusæ lactea colla iuba, Vtq; tuis longū, dominusq; puerq; fruatur Muneribus, torsum fac cito, sero uirum.

30

40

50

60

Et impudentius est. Cum primum enim exiguum aliquod, uanumq; experimentum didicerunt, uitæ nostræ, ac neas imperatores sese constituunt, & medianæ famam aucupantes, animas nostras negotiantur. sic medianæ ars in nequissimum, atque in doctale genus hominum sæpèq; in leuissimas mulierculas transfertur. CHIRVRGVS. Medicus uulnerarius. à manuum enim operatione ita uocatur. siquidem græci χείρα manuum uocant, & pro opus ars ipsa chirurgia dicitur. primum Romæ chirurgum tradunt fuisse archagathū lisanæ Peloponenis filium L. Aemilio M. Liuiο consulis anno urbis quinquagesimo, trigesimoq; a quo quiritum datum, & tabernam ab eo in urbe emptam, ob id publicæ uulnerarium fuisse appellatum, mire gratū omnibus initio, mox uero à secunda secundi, uendiq; carnisicæ noiati, artemq; eius in tædiū uersam. VESPILLO. Cadauerū funerator, quæ admodum superius diximus. COEPIT QVO POTERAT CLINICVS ESSE MODO. Solebant, ut nunc quoq; fit, chirurgi ægrotantibus assistere, quo mendendi artē à medicis discerent, ut ipsi ita fierent medici. Est ergo sensus. Diaulus, q̄ solebat esse Chirurgus, factus ē Vespillo, & coepit esse medicus, hoc est curare cor p̄a eo modo, quo poterat. medicus uiuorū cor p̄a curant, Vespillones defunctorū. iatrico inferius quoq; inquit. Nuper erat medicus, nunc est uespillo Diaulus. Quod uespillo fiat, fecerat et medicus, hoc ē curabat prius corpora uiuorū, nūc curat defunctorū. CLINICVS. Medicus. tria. n. medianæ genera ueteres fecere. Empiricæ, quæ nullis rationibus, sed solis experimentis constat. i. μυστικός eni græci ex patientiā uocāt. iatralēpticæ, quæ unguens, et p̄frictiōi



bus curat, quasi medicinam unguentariam. ἰατρικὴν enim medicina dicitur. ἀλείψις unctor ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, quod ungeri est. unde huiusmodi artifex iatralēptēs dicitur. Cornelius Celsus, sanus homo, qui bene ualet, et sua spontis est nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque iatralēpti egeri. Et clinician, quae uictu, et uenenis corporibus medetur, quāuis sint qui clinician rursus in duas partes diuidat, unam διαίτητικὴν, hoc est dieteticam, quae uictu medetur. alteram φαρμακωτικὴν, hoc est pharmaceuticam, quae medicamentis curat. Vnde medici huiusmodi clinici appellantur a lectis et protantibus, quos frequentant, quasi lecticularij κλινικὴν enim lectus est. ad quod uocabulum uidetur etiam poeta alludere, cum inquit, caput quo poterat Clinicus esse modo. quasi dicit ubi studebat Clinicus, hoc est lecticularius esse uiuorum, factus est lecticularius defunctorum, quia scilicet mortuos effert. Clinici etiam dicuntur, qui ita morbo affecti sunt, ut surge re è lecto nō possint, nullāq; amplius de eorum salute spes est, quos Latine Deploratos uocamus.

10  
EPIGRAMMA LX. DE ENCOLPO.

10  
**H**OS TIBI PHOEBE VOVET.  
Stultitiam uotorum, et lasciuiam sui temporis notat. Aulus pudēs centurio puerum habuit Encolpum, quem amabat. hic uotum fecerat se crines suos phoebo sacraturum, cum primum dominus suus ad primipilatum prouheretur. optat piocum poeta, ut puer, quam primum comam deponat, hoc est ut pudens mox promoueat, sed tarde fiat uir, ut pudens diutius aetate illius tenera perfruatur. AMOR DOMINI. Plus est, quam si dixisset amatus, a domino. VOVET. Dicit, consecraturum se promittit. Vovere proprie est aliquid deo sancte promittere. Vnde promissio huiusmodi uotum dicitur, quod aliquando sine aliqua conditione fit, aliquando addita conditione. quoniam uero ea uehementer desideramus, quae uoto a deo poscimus, fit ut aliquando uotum pro desiderio capiatur. unde uoti compotem dicitur eum, qui desiderium suum assecutus est, et pro uoto nobis suadere, id est pro desiderio, et uoluntate nostra. a uotum uoti uerbum deducatur. hinc uotina uerba dicimus, quibus in faciendis utimur uotis, et uotinas preces, quibus aliquid cum uoto poscimus. Item a uoueo deuoueo, quod est destino, imprecor, a quo deuotus deuotrix, qui aliquid imprecatur, et deuotum destinatum, quod modo ad prosperum, modo ad aduersum refertur. Virgilius, Deuotum hostiles deorum praesere caetera. Idem, Praecipue infelix pesti deuota futurae. Varro, Tu deuoto tibi animo utere. conuotus uero dicebantur iisdem uotis obligati. Item uoto frequentatissimum, et ab eo aliud frequentissimum uotito. ueteres etiam uotitum usurparunt, pro eo, quod est religio aliqua, et quasi uoto prohibitum, atque interdictum. Plautus, Nolo illum habere causam, et uotitam dicere. qdā tamen uotitū a uetando, quasi uetitum dictū arbitrantur. CRINES. Adolescentes apud ueteres Romanos comam nutrire mos erat, quandiu imberbes essent. alioquin deformes habebantur. adulti uero cum primo tondebant barbam, etiam crinium longitudinem deponebant, eosq; in arbore, quam ex argumento capillatam, siue capillarem nominabant, suspensos dicebant deo, quasi depositis adolescentiae illecebris, iam uiriliter ingredi uiderentur. simili modo et primam barbam consecrabant, quemadmodum Neronem barbam suam aurea pyxide pretiosissimis margaritis adornatam capillato Ioui diasse Suetonius refert, quandoque etiam adole-

scientes, ut muneris aliquid a dijs consequerentur, etiam ante tempus comam deo uocabant, ueluti rem magnum, atque distictam. quippe deposita coma ornatum omnem adolescentia uidebatur amittere, quod nunc Encolpus facit nimio desiderio primipilatus in persona domini, a quo amabatur, de quo etiam inferius scribit poeta.

Quid non cogit amor? secuti nolente capillos

Encolpus domino, non prohibente tamen.

Sed tu ne propera, breuibus nec crede capillis,

10 Tardāq; pro tanto munere barba ueni.

TOTOS A VERTICE. Nimum adolescentis desiderium ostendit, qui non breuiore facere crines uouit, ut mos erat, sed prorsus abscondere, quasi non curaret domino suo amplius placere, dummodo ille opatum honorem assequeretur.

TVLERIT. Consecutus fuerit. PRIMIPILI.

Ut sit primus centurio primae cohortis, quem admodum superius, dum de pilo loqueremur, ostendimus. quippe uetus, ac laudatissimus Romanorum mos fuit, ut Centuriones uirtutis ergo a decima cohorte promouerentur ad nonam, a nona ad octauam, et sic deinceps usque ad primam. cuius primam centuriam primumpilum uocabant, quod erat signa grauis armatura constituebatur, in qua inter caetera armorum genera hastile erat pedum quinque semis, quod pilum uocabatur.

DVM NULLA TENERI SORDET LANGVINE VULTVS. Ante, quam sit tempus tondendae barbae, aut comae deponendae. SORDET. Squallet, horret. sordes enim squalor est, et omnis immunditia. ab eo fit sordeo, a quo sordesco, et obsordeo compositum, quod modo pro sordeo accipitur, modo pro obsordeo. Caelius. obsorduit iā

30 hic in me erumna miseria, quod inde tractum est, quia quae frequenti in usu sunt sordescere consueuerunt, et sordidus squalidus immundus, et sordide aduerbium immunde, et comparatiua, ac superlatiua eorum sordidior. sordidissimus. sordidius. sordidissime. et sorditudo pro sorde. Plautus, Ut mihi abstergere omnem sorditudinem. et surdus, qui aures habet obtusas ab aurium sordibus, quae in duritiam uersae marmor aurium dicuntur, nec sinunt audire. ab eo surdeo, hoc est surdus fio. a quo surdesco, et obsurdeo, a quo obsurdesco.

Item surditas, surde aduerbium, et surdaster diminutiuum, hoc est ex parte surdus, et absurdum, quod proprie significat ineptum, ac rationi repugnans, quasi non audiens rationem, a quo absurdior, absurdissimus, absurde, absurdus, absurdissime.

40 LANGVINE. Pilatione lanugo enim tenera pilatio dicitur, ad lanæ similitudinem, qualis et in adolescentium genis, et in pomis quibusdam aruitur, lana quid sit manifestum est, hanc a laniando dictam putant, laniare enim scindere est. scinditur enim nunc lana, quae uelli quondam solebat, unde a uellendo uellus dicebatur. a laniando lanij dicti, qui carnes uendunt, quod laniant pecora. Vnde lanium laniena. lanionia mensa. Lanista, de quibus superius diximus, et dilanio, quod est discando. a lana uero fit laniatum pro ipsa lana. Virgilius, Si tibi laniatum cura. et laneum, quod ex lana est. et lanificum, lanæ opificium. et lanificus, qui lanæ artem exeret. et lanugo a lanæ similitudine, a quo lanuginosus, plenus lanugine, et laneolus, qui lana oculi uitium tegit, et lanerum uestimentum e lana succida factum, et lenisci fasciole, de quibus locuti sumus, e coronis dependentes, et delanico uerbum, quod est discendo a peccatum discissu.

50 IUBAE. Capilli, metaphoricè enim hoc uerbum ius est. FVSAE. Sparsae. LACTEA. Candida. LONGVM. Logo tpe, ut superius diximus. TONSVM. Sine capillis. tondere proprie abscondere, et decutere est. hinc

60



tonsus homo dicitur, cui coma abscissa est, & e contrario intonsus capillatus. hinc etiam tonsi montes, & tonse ualles dicuntur, cum syluis carent, & e contrario intonsi syluosi. v. irgilius, Tonsis in uallibus. v. aruo, intonsi montes, & feris pleni. aliquando etiam tonsus pro minus ponitur. v. irgilius, Tonsisq; ferunt manilia uillis, & tonsa oliua dicitur, quae minutis frondibus compta est, quasi a tonsore composita. Tonsus etiam quando quartae declinationis est, & tonsuram significat. Acaus, sed quae nam haec est mulier sine sta ueste, tonsu lu gubri. Item a tondeo tonsor deducitur notae significationis, cuius faemininum est tonsrix, a quo diminutuum est tonsricula, & tonsrina officina tonsoris, & tonsa remus, uel a tendendis, hoc est decutendis fluctibus, uel quod ferro tondeatur. v. irgilius, Et in lento luctantur marmore tonse. & tonsilla palus dolatus, & in acumen, & cuspide praeferratus, qui nauis causa in litore figitur, de quo superius diximus. toles tamen & etiam tonsilla in homine sunt, quae in sue glandulae dicuntur, hoc est tumor, quidam in gutture maxime proueniens instar glandis, & interdum mouens se, interdum prorsus immobilis, sed haec a tollo potius deducunt nonnulli arbitrantur, ut superius disseruimus. Item a tondeo tonsorius, unde ceteri tonsorius, & feramenta tonsoria dicuntur. & composita arca tondeo. per-tondeo. detondeo. pratondeo. subtondeo. retondeo notae significationis. SERO VIRVM Ut sero barbatus sit.

EPIGRAMMA LXI. IN SABIDIUM.

**N**ON AMO TE SABIDI. Graui aculeo pungit Sabidium. hic gulae deditus plus uorabat, quam posset conuocare, quocirca ita factebat eius anima, ut nemo posset cum eo loqui. est igitur sensus poetae, non amare se Sabidium, nec posse se ob grauem olentiam oris tandiu cum eo manere, ut causam cur non amet, possit ex primere. uoracitatem eius, et factorum animae altero epigrammate non minus false indicat Martialis. Circumlata diu mensis scriblita secundis, Vrebat nimo saeva calore manus Sed magis ardebat Sabidi gula, protinus ergo Sufflauit buccis terq; quaterq; suis. Illa quidem tepuit, digitosq; admittere uisa est. Sed nemo potuit tangere, merda fuit. HOC TANTVM. Vix tantum possum tecum manere, ut haec tria uerba ex primam. Non amo te.

Non amo te Sabidi, nec possis dicere quare. Hoc tantum possum dicere, non amo te.

EPIGRAMMA LXII. DE GELLIA.

**A**MISSVM NON FLET. Gelliam carpit, quae ut pietatem in defunctum patrem simularet, praesentibus testibus illius mortem deslebat, alioquin nullo defuncti desiderio mouebatur. NON FLET. Non emittit lachrymas. flere enim est lachrymas fundere, ideoq; solius hominis est, & a graeco deducitur, quod est κλαίω. a fleo fit fletus, quod aliquando substantiuum est quartae declinationis. Ennius nemo uel lachrymis decoret, nec funera fletu interdum adiectiuum quando. participium est. v. irgilius, Hic multum fleti ad superos, belloq; cadu a multum fletus pro nobilibus, atq; conspicuis posuit, quorum mortem magna lamentatio sequitur. Item flebilis, dignus qui fleatur, & flebiliter aduerbium cum fletu. item a fleo fit compositum desleo eiusdem cum suo simplicia significationis. LA-

Amisum non flet, cum sola est Gellia, patrem. Si quis adist, iusse profluunt lachrymae. Non luget, quisquis laudari Gellia quaerit. Ille dolet uere, qui sine teste dolet.

**CHRYMAE.** Humor ex oculis flentium manans lachryma dicitur, derivaturq; a graeco δάκρυον, unde frequentissime apud Luuium dacronas pro lachrymis legimus. uisus tamen obtinuit, ut lachryma cum aspiratione scribatur. a lachryma fit diminutuum lachrymula, & lachrymor uerbum, a quo illachrymor, & collachrymor, & lachrymabilis flebilis, et lachrymabundus flens, & lachrymabiliter flebiliter. Item illachrymabile, quod significat fletu indignum. IVSSAE. Non sponte fluentes, hoc est non proueniens ex animi dolore, sed ui extortae. Est enim pleriq; ac praesertim mulieribus humor ille tam facundus, semperq; in promptu, ut ubertim quoties libuerit defluat. NON LVGET. Non dolet. lugere proprie est dolorem animi cum uoce proferre, quod quia in obitu defunctorum, qui nobis cari sunt facere solemus, intro ductum est, ut luctus capiatur pro habitu illo, & uultu, & ueste, quibus eo tempore uti consueuimus. vnde post cladem illam canensem constituerunt patres, ne foeminae ultra triginta dies in luctu essent. a lugeo fit lugubre, unde lugubrem habitum, lugubrem orationem, lugubres uestes dicimus, a quo lugebriter aduerbium, & luscina de qua superius diximus, quod luges canat. & a luctu luctifer, alicui luctum affert, et luctuosum plenum luctu, a quo luctuose aduerbium cum luctu, & prolugeo compositum, quod significat soluto diutius lugeo. lucta uero genus ludi est, cum duo sese mutuo apprehendentes ad terram nituntur affligere, quod luctari, & colluctari dicitur. a quibus luctatio & colluctatio deducuntur, quo ludi genere in palestra utebantur athletae, & qui se ita exercebant, luctatores uocabantur, a luendo hoc est soluendo, quod uterq; sese ab altero soluere interetur. luctare quoque, & luctari pro contendere usurpamus.

10  
20  
30  
40

EPIGRAMMA LXIII. IN LESBIAM.

**I**NCVSTODITIS. In lesbiam inuehitur, cui non satis erat adulterari, nisi id etiam in propatulo fieret, gauderetq; in adulterio deprehendi, ac conspici. in quorum temporum suorum lasciuiam notat, quibus nullus pudori, aut uerecundiae locus erat relictus. PECCARE. Cum adultero cois. peccare enim proprie est adulterium committere, dictum quasi pellicare, hoc est cum pellice coire, & peccatus ipsum adulterium, quasi pellicatus. a ueteribus enim non peccatum neutro genere, & secunda declinatione, sed peccatus masculino genere, & quarta declinatione proferebatur, quod usque ad Ciceronis aetatem durauit. Cicero, Nemo ita uiuebat, ut nulla eius uita pars summam turpitudinis esset expers, nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, ut cum impudens fuisset in facto, tum impudencior uideretur, si negaret. Postea in ualuit usus, ut peccatum tantum neutro genere proferatur, & tam peccatum, quam peccogenera liter de omnibus delictis, atque erroribus dicantur. a peccato fit peccator, & foemininum eius peccatrix. LIMINIBVS. Hostijs. limen enim omnem ingressum significat, ut superius diximus. INCVSTODITIS. In quibus nemo obseruat, nequis repente ingrediatur, aut uideat, quae intus geruntur. FVRTA. Adulteria. VELOQVE SERAQUE. In lupanaribus mos est, postquam fornicator introiit, hostium cludere, & post hoc uelum extendere, nequid per rimulas etiam uideri extrinsecus possit. RIMA. Fissura. proprie rima dicitur exiguae distantiae tabularum in iuncturis, a quo tractum est, ut omnes fissurae rima dicantur, unde rimas age-

60

Inaustoditis, & apertis Lesbia semper  
Limibus peccas, nec tua furta tegis.  
Et plus spectator, quam te delictat adulter.  
Nec sunt graua tibi gaudia, si qua latent.



re est findi, ab hoc rimula parua fissura, & rimosus ple-  
 nus rimis, & rimari, quod est diligenter querere, & scruta-  
 ri, & quasi rimulas quasq; perquirere, quod nonnulli a  
 saibus tractum putant, qui glandes per rimas terrae per-  
 quirunt. Virgilius, Dulcibus in stagnis rimantur pratæ cy-  
 stri. hoc est pascantur in pratis, & abum per omnes rimas ter-  
 rae perquirunt. Idem, Et partes rimantur apertas, hoc est in-  
 uestigant. aliquando tamen rimari pro explicari accipitur. idē,  
 rimanturq; epulis, habitantq; sub alto pectore. Item pro eo quod  
 est scindere, & quasi in rimas agere. idem, ergo ægre rastris  
 terram rimantur. à rimor rimator, & rimatrix uerbaliā no-  
 mina deducuntur. **FORNICE.** Atque te studio for-  
 nix proprie arum significat, & quodcumq; opus concamera-  
 tum, à furuo hoc est obscuro, qđ eiusmodi opera obscura sine  
 Virgilius, Cyclopium obducta cæminis mœnia conspicio, atque  
 aduerso fornice portas. Cicero, Videt ad ipsum fornicem fania-  
 num. quoniam uero meretrices in huiusmodi locis, hoc est sub  
 fornicibus habitare consueuerunt, fornicariæ sunt appellatæ,  
 & fornicari est cum meretrice coire, quod & meretricari dici-  
 tur, & fornicator, qui fornicatur, & fornicatio ipsa congressio.  
 à furuo etiam hoc ē obscuro furnus deductur, locus in quo pa-  
 nis decoquitur, differtq; à libano, quod libanus mobilis est,  
 & quasi paruus furnus, textuq; aliquando tegitur, & ferē ē  
 metallo fit, interdum tamen & lapide constat, non tam panis,  
 quam alijs dapiibus coquendis feruens, furnus uero ex cemen-  
 to & calce constat, magnusq; & immobilis est, ad usum ferē  
 panis coquendi. Plynius, Cortices quoque decussi lini libanis,  
 & furnis præbent usum. **SUMMENI.** Summenium di-  
 cebatur locus lupanaris, quod ferē sub mœnibus eēt, quasi sub-  
 mœnium. hinc summenianæ uxores meretricis dicuntur. Mar-  
 tialis, Coniunia quisq; Zoili potest esse summenianas cœnet in-  
 ter uxores. **DISCE.** Apprehēde, a se quæ uis discere enim  
 proprie est rem ignotam assequi, quod uel meditando fit, uel  
 ab alio docendo, unde qui docet doctor, qui discit discipulus di-  
 catur. à quo discipulina ipsæ artes appellantur. & disciplinosi,  
 qui tam bonas, quam malas artes facile discunt. Cato. ipse gla-  
 diator discipulus. à disco composita sunt edisco, quod est me-  
 moria complector. addisco perfecte disco, condisco simul disco-  
 dedisco, quod didici obliuiscor. **A CHIONE SALTEM,  
 VEL AB LAIDE.** A uulgatissimis meretricibus.  
**CHIONE.** Nobile sortum fuit nomen habens à candore  
 nis, quæ græce χιων dicitur cum tamen fuscata esset. Mar-  
 tialis. Cædida es, & fuscata es, non es & es Chione. Iuuenæ. Et  
 dubitas alia chionem deducere sella, **LAIDE.** Hæc quoq;  
 nobilissima meretrix fuit corinthia, quæ ob elegantiam, ac ue-  
 nustatem formæ grandem pecuniam demerebat, conuentusq;  
 ad eā ditiorum hominum ex omni græciā celebres erant, nec  
 admittantur, nisi qui darent, quod illa poposisset. postebat  
 autem nimis grandem pecuniam. Unde natum est frequens il-  
 lud apud græcos prouerbium, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς ἡδὴ πρὸς  
 ἰστὸν ἔλατ, quod apud nos ita interpretatur Horatius, Non  
 cuius homini contingit adire corinthum, quasi frustra adiret  
 corinthum, qui nō posset dare, quod posceretur. ad hanc fertur  
 Demosthenes aliquando se clanculum contulisse, & ut sui copi-  
 am faceret, petiisse, à quo cum Laïs petiisset μύριας δραχμῶν,  
 quod fācebat numi nostratis denarium decem millia, mulie-  
 ris peulantia, ac pecuniæ magnitudine obstupescit retro-  
 cessisse, et inter discendum dixisse, οὐκ ἄν μοι μύριον δρα-  
 χμῶν μετὰ μέλειαι, hoc est egdem pœnitere decem drachma-  
 rum milibus non emo. drachmam tres oboli, hoc est siliquæ  
 decem, & octo constituēbant. singuli enim oboli sex siliquas ha-  
 bebāt, unde duodecim oboli tres denarios, hoc ē quatuor drach-

mas constituēbant, cum essent quatuor, & septuaginta siliquæ.  
 Erat enim denarius minimus argenteus unius libræ, hoc est ui-  
 ginti quatuor siliquarum. sex uero oboli hoc est denarius unius,  
 & dimidius drachmam fācebat. ab obolo diobolares mere-  
 trices dictæ sunt, quæ duobus obolis conducebantur. **MO-  
 NIMENTA.** Cellæ meretricum, quod ad sepulchrorum  
 similitudinem factæ sunt. **LVPAS.** Meretrices, quem-  
 admodum superius diximus. **NVN QUID.** An forte.  
 num idem penē significat, quod an, et subintelligitur negatio,  
 ut num ego te spoliaui? quasi dicat nō spoliaui. sicut quoties per  
 negationem interrogamus, subintelligitur affirmatio, ut nō ego  
 te spoliaui? quasi dicat ego te spoliaui. affirmatiua responsio est  
 proprie etiam. Plynius Iunior, stude inquam? Respondit eti-  
 am, ubi? Mediolani. Vulgo autem respondemus ita, quod etiam  
 non caret autoritate. Terentius, Mihi ne respondit? Ita. A num  
 fit nunquid compositum. item aliud compositum nunquidnam,  
 non uero proprie negandi aduerbium est, quem admodum est  
 haud, haudquaquam. nequaquam. necne. minus, & similia.  
 duæ negationes plerūq; affirmant, ut si dicam nemo non legit.  
 idem est, quod omnis homo legit, & nonnullus, id est aliquis.  
 tres uero negationes aliquando non plus faciunt, quam duæ, ut  
 nunquam mihi, nec profuisti, nec obfuisi. quod idē plane est,  
 ac si dicamus. mihi quidem nec profuisti, nec obfuisi. item ne-  
 scis, nec domi, nec foris uiuere. idem est quod nec domi, nec fo-  
 ris scis uiuere. timeo uereor. metuo, & similia idem cum ne-  
 gatione, quod sine negatione significant, ut uereor ne ueni-  
 at, & uereor, ut ueniat. & timeo ne moriatur. & timeo  
 ut moriatur, & more Ciceronis, ac probatissimorum uete-  
 rum metuo, ut ne moriatur. Terentius, Apprime in uita esse  
 utile, ut nequid nimis. illud præterea animaduertendum, ubi  
 debeat geminari negatio, ubi non debeat, quod hoc exemplo  
 demonstratur. non modo stellæ, sed ne luna quidem ad solem  
 feruat splendorem suum recte dicitur. item hoc modo nonnullæ  
 stellæ, sed ne luna quidem, at quoties dictionibus adest quædā  
 contrarietas, non potest altera negatio tolli, ut hoc modo. non  
 modo stellæ non apparent, sed etiam Luna ad solem obscura-  
 tur. sine negatione geminata non recte loquaris. item non modo  
 non absoluo hunc, sed ne leui quidem poena cum eo transgre-  
 diendum puto. errant ē diuerso quidam, qui ad illud non mo-  
 do applicant, sed etiam, cum deberēt applicare, sed saltem, aut  
 sed certe, aut sed uel, ut est illud. quis enim mētis emotæ non mo-  
 do futuræ prædicere, sed etiam coherentia loqui possit? Dicen-  
 dum erat, sed uel coherentia, aut sed certe coherentia, aut sed  
 saltem coherentia loqui possit. illud uero de negatione ad so-  
 lam elegantiam pertinet, quod subiectis exemplis adducam.  
 Quintilianus, non est difficile, ut maritum uxor occidat, si nō  
 est difficilis, ut filius patrem. idem, atque eo causam dimittimus,  
 ut sit absoluendus adolescens, nisi etiam laudandus, qua-  
 re non petit, ut miserum putetis nisi etiam innocens fuerit, nō  
 petit, ut afflictum allenetis, nisi & probauerit sese infelicio-  
 rem, quod patrem amisit, quam quod oculos. Sallustius, Par-  
 ate dignitati lentuli, si ipse pudicitia, si famæ suæ, si dijs, aut  
 hominibus unquam peperat, ueteres pro non noenon dixe-  
 re. Lucretius, Sed tamen hoc dicas si noenon quidem mole-  
 stum est. Varro, Si hodie noenon uenis, uas quidem si ueneris  
 dies est natalis fortis fortunæ. cognatio uocabuli nos admonet,  
 ut hæc subiungamus. noes fluminis est Thraciæ in Istrum flu-  
 ens. noegeum amictuli genus candidi. item noegeum pro can-  
 dido ponimus. Linius, Lacrymas de ore noegeo terfit. no-  
 nealæ sunt papillæ, quæ ex faucibus caprarum depen-  
 dent. noricam urbs est macedoniæ finitima illyrio, unde  
 fit adiectiuum noricus. ca. um. Normam uocant fabri,

10  
 20  
 30  
 40  
 50  
 60

At meretrix abigit testem ueloz, si raq;  
 Raq; si memin, fornice zoma patret.  
 A Chione saltem, uel ab Helide dyce pudorem,

Abscondunt spurcas hæc monumenta lupas.  
 Numqd dura tibi nimiu censura uidetur?  
 Deprehendi ueto te Lesbica, non futui;



ad quam opus dirigunt, quæ & regula à quibusdam dicitur. eius diminutivum est norma. Notion urbs est Aetolia. CENSURA. Lex, decretum, de quo superius diximus, vel censura reprehensio, correctio.

EPIGRAMMA LXIII. AD CORNELIVM.

**V**ERSVS SCRIBERE. Excusat lasciviam carminis, simulq; tempora sua notat, in quibus libri nihil lascivum habentes non poterant placere, quæ causa inductum fuisse hunc poetam existimandum est, ut lasciva operi suo frequenter insereret, quo libentius legeretur, & lectores pudore ducti, à vitis se retraberent. SCHOLA. Ludo literario. Schola enim græca vox est, et significat locum, in quo bonæ artes discuntur, dicta à τὸ σχολάζειν, quod vacare est, quod omnis cæteris rebus vacare pueri bonis artibus debent. à schola scholasticus dicitur, quod ad scholam attinet. Unde scholasticam disciplinam dicitur, scholasticos etiam vocamus discipulos, qui discendi gratia scholas frequentant. eundem locum etiam Gymnasium vocamus, quamvis proprie gymnasium schola sit palæstrarum, hoc est locus in quo athleta nudi exercebantur. græca enim γυμνῶν nudum dicunt. à gymnasio gymnasiarches dicitur, qui gymnasium præest. MARITI. Viri. Maritus enim & uxor relata sunt. deducitur autem maritus ab eo quod est mas maris, cuius diminutivum est masculus. à quo apud grammaticos masculinum genus. & masculus hoc est masculus fio. à maritus vero marito verbum derivatur, quod est viro trado. Iuvenalis tamen feminino genere Maritæ. quippe maritam ulnum dicitur, cui vitis iungitur, & quasi matrimonio copulatur. masculum aliquando pro forti, ac magnanimo usurpamus. Varro. Si non plus testiculorum offenderis, quam in castrato pecore in Appulia, unior non esse masculum ad rem. item à mas Marius deducitur proprium viri nomen, cuius femininum est Maria, penultima correpta cum accentu in antepenultima. Claudia præparat et pulchros Mariæ, sed luce minores eligit ornatus, quemadmodum è contrario Iacobus proprium nomen cum accentu in penultima pronuntiandum est, cum quadrissyllaba dictio sit, & primas duas syllabas breves, tertiam productam habeat. idem, ne læves versus dux Iacobe meos. sic Idolum pronuntiandum est non idolum. idolatria non idolatria. heremus heremi, non heremus heremum. SINE MENTULA. Sine verborum lascivia, quæ propria est scribentium epigrammata, hoc autem institutum fiat, quo libentius legerentur. QUID SI ME IUBEAS TALASSIONEM VERBIS DICERE NON TALASSIONIS. Sensus est, quemadmodum absurdum videretur, si me iuberet nuptiales hymnos alijs verbis, quam nuptialibus exprimere, ita esset absurdum epigrammata alijs verbis, quam suis cantare. TALASSIONEM. Carmen nuptiale ita dictum à voce, quam in nuptijs efferebant, quæ erat Talassius, quemadmodum Hymeneus. idem carmen & fescenninum appellatur, quod primum ex urbe fescennina Romam allatum fuit, siue quia fascinum putabatur arcere. ita enim ad arcendum fascinum institutum qui dabat existerent, ut fescennini versus canerentur in nuptijs, quemadmodum ut nubes spargerentur, non quia cadendo tripudium facerent, ut vulgus putat, sed quod bonum omen viderentur asferre, cum nuvere quodam naturæ gemmo protectæ sint operimento, pulvinati primum calicis, deinde lignei putaminis. erat autem talassio, siue fescenninum carmen, siue hymen, quale scri-

psit Catullus Veronensis. io hymen hymenæe io. ite concinite in nodum, ne diu taceat proctæ, fescennina locutio ne nubes pueris neget, desertum domini audiens Cōcubinus amorem. da nubes pueris iners, io hymen hymenæe io. io hymen hymenæe io. de ratione autem huius nominis diversi diversi senserunt. T. Livijs scribit Romæ in raptu sabinarum virginem unam longe ante alias specie, & pulchritudine insignem à Globo Talassij cuiusdam raptam fuisse, multisq; fescinantibus, cum eam ducerent, idem idem nequis eam violaret talassio ferri clamitatum. propter quod nuptialem hanc vocem fictam. Plutarchus vero eadem puellam refert, cum à ceteris uilissimorum hominum duceretur, motos pulchritudine illius quosdam ingeniosos adolescentes rapere voluisse, sed cum illi talassio ducta affirmassent, qui tum & generis claritate, & virtus præstantia insignis habebatur, abstinuisse, illius ad quem duceretur, forum à laudantes, quosdam etiam usq; ad illius aedes profectos puellam fuisse Talassio nomen alta voce proclamantes. hinc ortam consuetudinem in memoriam tantæ felicitatis, ut Romani semper in nuptijs talassium, quemadmodum græca hymena vocarent. alij hoc nomen pro signo rapiendarum virginum datum à Romulo existimant propter quod puellas deinde ducentes talassium clamabāt ex quo eam consuetudinem putant ad posteros emanasse. sunt qui in nuptijs hanc vocem primo usurpatam censeant non alia ratione, nisi ut nuptia ad opera, & labores, in primisq; ad lanificia provocarentur. quippe Varro Talassionem in nuptijs scribit signum lanificij esse. ita enim vocabant calathum, vas utiq; lanificij aptum, unde & græca τάλαιονος lanificium vocant, propter quod non defuerit, qui hanc consuetudinem ex eo potius bello fluxisse voluerit, quod postea cum Romanis sabini gessere. Nam cum sedato tandem belli furore pacem inter se fecissent, hoc inter se fœdus percussisse memorantur, ut raptæ mulieres nullam aliam operam, quam lanificij tenerentur viris impendere, ex quo consuetudo emanavit, ut in nuptijs quoq; rusticorum talassius vocarentur. verum ut cumq; se res habeat, certum est hanc consuetudinem à raptu sabinarum ortum habuisse, quemadmodum illæ quoq; habuerunt, ut novæ nuptiæ maritalis domus limen non attingerent, sed sublata à presentibus repente intronitterentur ad testificandam vim, quæ sabinis fuerat illata. item ut stilo acuto ad discriminandos crines uteretur, quo tale instrumentum acerbissimæ illius pugnae monumentum posteris foret. Hymenis vero nomen apud græcos ex eo defluxit, quod Hymeneus deus nuptiarum esse existimatur dictus à τὸ ἡμιον, hoc est à membrana, quæ cum sit claustrum virginitatis, in nuptijs rumpitur. alij dicunt hymenæum quendam iuvenem fuisse, qui die nuptiarum ruina oppressus interijt, unde postea institutum, ut ex pationis gratia nominaretur in nuptijs. illud nobis magis placet hoc nomen ab hymenæo quodam deductum, qui apud Athenas inter sanctissima bella virgines liberavit, quam ob causam nubentes eum invocare cœperunt, tandemq; quasi deum nuptijs præsentem coluere. sunt tamen qui hymenæum Veneris, & bacchi filium fuisse affirmant, cuius officium sit psallere in nuptijs cantare ad thalamos, & limina fertis coronare. QVIS FLORALIA VESTIT. Quis in floralibus nudas meretrices uelare nititur? Celebrantur apud veteres ludi florales cum omni lascivia, & præter verborum licentiam nudabatur flagitante populo meretrices, quæ mumarum sanctæ officio in conspectu multitudinis ad stetitatem usque impudicis motibus detinebantur. STOLATVM. Matronalem, quemadmodum superius diximus. IVVARE. Delectare voluptatē asferre. PRIVRIANT. Lasciviant, & quasi libidine ardere videntur, quemadmo-

Versus scribere me parum severos, Nec quos perlegat in schola magister Coeneli quærens, sed in libelli  
Tantum coniugibus suis mariti Non possunt sine mentula placere. Quid si me iubeas Talassionem  
Verbis dicere non Thalassionis. Quis Floralibus vestit, & solatium Permittit meretricibus pudorem?  
Lex hæc carminibus data est torosis, Ne possint, nisi pueri, iuvare. Quare deposita severitate  
Parvos lascivos, & iocis zogamus. Nec castrare uelis meos libellos, Gallo turpius nihil est peioro;



dum paulo superius declarauimus. **CASTRARE.**  
 Detrahere lasciuam uerborum. ideo autem usus est hoc uocabulo, quia superius dixerat, ne possint sine mentula placere.  
**GALLO TURPIVS EST NIHIL PRIAPO.**  
 Priapus sola ferè uirilis membri magnitudine commendatur, quapropter nihil turpius esset eo castrato. **TURPIVS.**  
 Deformius. turpe enim proprie indecorum, ac deforme significat. Virgili, Et turpis egestas. idem. scabiemq; ferat, turpemq; podagram, aliquando tamen turpe pro grâdi accipitur. idem. optima torus forma bouis, cui turpe caput. fœdum et turpe quidam ita distinguunt, ut fœdus plus sit, quam turpis. Cicero. Luxuria uero cum omni ætati turpis, tum se necitati fœdissima est, à turpis sit turpior. turpissimus turpiter. turpius. turpissime. turpitudine, de formitas. fœditas. obscœnitus. turpo uerbu, cuius passiuum est turpor. Cicero, Iouis aram sanguine turpari. Et ab hoc compositum deturpo, ac passiuum deturpor. **PRIAPO.**  
 Priapus lasciuus fuit. Lâpsacũ oppidũ nobile hellepõti, ante pitrysa dictũ sitũ iuxta mare, et portũ optimũ habens inter quã et abydu alterũ hellepõti oppidũ practus amnis fluit. Lâpsaceni, cum priapus ob uirilis membri magnitudinẽ solatiũ mulieribus, afferret, ciuitate eũ expulere, procedẽte tamen tempore etiã externis mulieribus gratis. tandem iter numina relatus, et hortorum deus creditus est, sine eruntq; eum liberi patris, et nymphae cuiusdam filium esse. Hesiodus eo antiquior hunc deum non nouit. Mylesij sub eius nomine Priapum urbem condiderunt, et portum etiam eodem nomine uocauerunt. à lampœacis deinde et priapenis institutum, ut a fellis Priapo immolare. tur ob eam, quam superius ex posuimus causam, quamuis aliq; hanc potius rationem reddant, quod cum dij omnes ad matris magnæ festum conuenissent, epulisq; satiati noctem ludẽdo dicerent, quicuisq; huius uestiam affirmant, eamq; priapũ ubi saporatam animaduertit inire uoluisse, sed in tempestiuo clamore a fellis, quo Silenus uehebatur, excitatum, libidinem insidiatoris detexisse, propter quod lampœacis in ultionem facinoris a fellis priapo immolasse, et ut idem in posterum fieret instituisse. eundem apud Romanos uestalibus sacris in honorem puertine cõseruata, panibus coronari solitum tradunt huius dei simulacrum porrecto uirili membro, ac nullis uestibus tecto fingeant. Virgilius,  
 sed ruber hortorum custos membro sior æquo.  
 Qui tectum nullis uestibus inguen habet.  
 à priapo idem poeta opus suum, quod de rebus lasciuis æditũ, si tamen is auctor fuit, priapea inscripsit. **GALLO.**  
 Castrato, tractum à sacerdotibus cybeles, qui castrati erant, et galli uocabantur, à gallo flumine phrygiæ, cuius aquam gustassent, redderentur insani, causam autem cur sacerdotes huius deæ uirilia amputarent, hæc tradunt. Cybele decorum mater atyn phrygium puerum casto sibi amore deuinxerat, iusserratq; ut castitatem seruaret, et templa sua tueretur, quod ille fide dante facturum se promissit. Ouidius,  
 Ille fidem iussis dedit, et si mentiar inquit,  
 Vltima qua fallam sit Venus illa mihi.  
 Sed cum tandẽ et iussorum, et fidei deæ obliuisceret, sese cũ sagaryide nympha miscessisset, indignata cybele ferorem ei iniiecit, quo maiorem in modum agitata per iugum montis phrygiæ deæ sacri, quem Dindyma uocant, aliquandiu discurrrens, tandem lapideo cultro uirilia sibi amputauit. Ouidius,  
 Ille etiam saxo corpus lanauit acuto,  
 Longaq; non nuando puluere tracta coma est,  
 Voxq; fuit, merui, meritas do sanguine poenas.  
 Ab pereant partes, quæ no nocere mihi.  
 Tradunt sanguine eius porphyritem lapidem, cum prius can-

didus esset, purpureis maculis conspersum colorem mutasse. Papius, sola nitet flauis uocatum decisa metallis purpura, sola cauo phrygiæ, quam Sinnados antro ipse crucebant maculis lucentibus atys. aliq; hunc scribunt cum per mare phrygium nauigaret ad gallum amnem peruenisse, gustatq; eius aquæ in insaniam uersum, sicut sibi uirilia amputasse. sunt et qui tradant matrem deum hunc ob pulchritudinem adamasse, et cum pellice deprehensum exectis uiribus reddidisse. hinc igitur institutum est, ut eius deæ sacerdotes castrarentur. Iuuenalis,  
 10 Semiuir obscœno facies reuerenda minori.  
 Mollia qui raptã secuit genitalia testia.  
 Ouidius, Mollesq; ministri cædunt iactatis uilia membra commis. fuit et alius Atys Croesi lydorum regis filius natu maior, qui nulla arte custodiri potuit, quin ferro, quem admodum ei prædictum fuerat, necaretur. item alius huius frater, qui cum lógo tempore elinguis fuisset, tandem timore paternæ cædis uocalis redditus in hæc uerba repete prorupit. *ὠρρωται μὴ αὐτὴν νεώτορον. i. o homo ne interfice Croesum. à gallis fit gallo uerbu, quod si significat insano, quem admodũ à bacchus baccho, à quo debacchor. Varro. Et deam gallantes uario retinebant studio, et glaber secundum quosdam, quasi gallaber, qui sine pilis est, quod galli imberbes, ac minime pilosi sint, uos a græco potius hoc uocabulum deductum existimamus. nam græci *μαλακῶν* delicatum dicunt. à glaber fit glabellus diminutiuum, et glabrio, quod si significat delicatum, et sine pilis. gal lulo uero ueteres usurparunt pro eo, quod est pubeco. et gallulas pro pubeco, quod pubescentes uocem grandiozem ad galli gallinacæ similitudinem faciant. Neuius. Cuius uox gallula scit, cuius ramus roborascit. gallus gallinacæ notus uulgo est, nocturnus uigil, quem excitandis in opera mortalibus, rumpendoq; somno genuisse prouidentia uidetur. norunt sydera et ternas interdiu horas cantu distinguunt, cum sole eunt cubitum, quartaq; castrans uigilia ad curas, ac laborem reuocant. unde gallicanum ea pars noctis appellatur. diem deinde uenientem simili cantu denuntiant, cantu plausum alarum addunt, im perant suo generi, quæ gallinæ appellantur, à quibus ipse gallinacæ dicitur, et regnum in quacunque domo sint, exercant. dimicatione hoc consequuntur propter id ingenita cruribus suis tela intelligentes. qui palmam cõsecuti sunt stratum ueluti triumphantes canunt, seq; principes testantur, uicti obmutescunt se occultant, æ græq; seruitium patiuntur. graduntur ardua ceruice cristis celsa cælum, quod nulla alia uolucris facit, crebro aspicientes, caudam quoque falcatam erigentes in sublime. itaque terrori etiam sunt leonibus. præposteri eorum, ac uespertini cantus ostentum facere dicuntur. Nanq; totis noctibus canendo boatijs nobilem illam aduersus lædæmonios præsaquere uictoriam. hoc ideo interpretati sunt uulgures, quod aus illa uicta silere solet, canere si uicisset, desinit canere castrati, quod duobus modis apud ueteres fiebat lumbis adustus candente ferro, aut in his calcaribus, quæ cum igne ui consumpta sunt facta ulcera ut confanscant, figulari creta illuminantur. nunc etiam testes auelluntur, quod fit libidinis abolendæ causa, ut magis pinguescant. capi uocantur, cum merito galli à similitudine sacerdotum matris deum dici posse uiderentur, itaque gallos à contrario sensu appellatos quidam existimant. Martialis.  
 Ne nimis exhausto macresciet inguine gallus  
 Dimisit testers, nunc mihi gallus erit. Idem.  
 Succumbit sterili frustra gallina marito.  
 60 Hanc matris Cybeles esse decebat auem.  
 Pergami omnibus annis spectaculum gallorũ ædi solebat cen gladiatorum. inuenitur in animalibus Mar. Lepido, et Qu.*



Si Lucane tibi, uel si tibi Tulle darentur,  
Qualia Lædæ fata Læcones habent.  
Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus,

Quod pro fratre moxi uellet uterq. prior.  
Diceret, infernas si quis prior isset ad umbras,  
Vive frater tuo tempore, uiuex mox;

927

928

Catullo consiliis in ariminensi agro locutum gallinaceum fuisse in gallinis uero illud mirandum, quod ædito ouo excutit sese, & circumaciæ purificat, aut festinat aliqua sese, & oua lustrant. à gallus gallina, gallinaceum, gallipes, de quibus superius diximus deducuntur. gallinarum intestina, & quæ cū ijs coquebantur gigeria antiqui uocabant. Luci. Gigeria sunt sine aleo, his uestantur alacriter. gallinæ pipare dicuntur, dum naturalem uocem emittunt, sicut gliuare, siue gliocitare dū oua emiserunt. V arro. Maugit bos, ouis balat, equi hiniunt, gallina pipat. pipatio ofcorum lingua uox plorantis appellatur. pipulum ueteres pro conuicio posuere. Plau. Ita me bene amet lauernæ, te iam nisi reddi mihi uasa iubes, pipulo hic differā ante aedes. piper barbara uox est nomen arboris iunipero similis. gignitur in fronte caucasi solibus opposita, semen eius à iunipero distat paruis siliquis, quales sunt passilorum quos & phasilos, & phascolos, & phascolos dicimus, uulgo nouum legumen, hoc est exiles & teretes. hæc prius quàm dehiscant decerpit, et sole tostæ faciunt, quod uocatur piper longum, paulatim uero dehiscentes per maturitatem ostendunt candidum piper, quod deinde tostum solibus colore, rugisq. mutatur. carbunculatur aliquando in tempe rie cæli, fiuntq. semina cassā, & inania breccassin id uocant, quod indorum lingua significat abortum. non est piperis radix, ut quidam putauere, quam aliqui ginguierim, alij ginguiberim uocant, quanquam simili sit sapore. id enim in arabia, atq. troglodycia in uillis nascitur par uæ herbæ radice candida, conditur sacaro, quem uiridem ginguiberim uocant stomacho mirifice utilem. est etiam in India piperis græcis ferè simile, quod uocatur Caryophyllon grandis, fragiliusq. tradunt in indico luco gigni, aduehitur odoris grana. uarijs etiam condimentis miscetur. fert etiam genus spinæ piperis similitudinem præcipua amaritudine. è radice eius in aqua cum semine excepta fit medicamentum, quod uocatur lycium. ea spinæ, & in pelio monte nascitur, quæ adulterat medicamentum. eam spinam græci pixacanthum chironium uocant. à pipere piperatum unum dicitur, quod pipere, & melle conditur. Item piperites herba quæ & siliquastrum uocatur, caule rubro, & longo, densis geniculis. folijs lauri. semine albo tenui, gustu piperis, utilis ginguis. dentibus oris suauitate rutibus. succus eius contra morbos committales bibitur. galli etiam populi sunt galliarum, est autem gallia altera cisalpinga, altera transalpinga. asalpinga, quæ ab usu togæ togatis gallia dicitur, in transpadanam, & cispadanam diuiditur. trās salpinga, quæ uno nomine comata uocata in tria populorum genera scatur, omnibus maxime distincta, à scalde ad sequanens belgica, à qua belgi. ab eo ad garrunnam celtica, à qua celtæ, & qui finitimi ijs Hispani sunt celtiberi. Eadem etiam lugdunensis à lugduno in sicuti oppido. inde ad pyrenei montis excursus Aquitania, quæ ante Aremotica dicebatur. à qua aquitani, & aquitania regio. A gallus gallicus deducitur. unde arma gallica. & gallicum sinum, & gallicos mores dicimus. item gallicanus unde gallicana uestes. & Galacia regio Asiæ minoris contermina Phrygiæ, quam olim galli ex Europa uenientes habitauerunt. à qua galatæ appellati. hæc & gallo græcis dicitur. à qua gallo græci. nam cum à rege Bithiniæ galli simul ac græci in auxilium uocati uenissent partem regni tenuerunt. & à græcis, gallisq. gallo græci sunt dicti. item Callaia, siue callea Hispaniæ populi gallis finitimi dicti, quasi galliæ. Martialis, Nec quæ callaico linuntur auro. Gallos à candore appellatos nonnulli existimant, quasi lacteos. Gala enim græci lac nominant. Galla foeminiuo genere quid sit, superius diximus. Gallam bibere, ac rugas conducere uentri cum ait Lucilius, Præmonet parsimonia esse utendum, neque gula indulgendū,

uentremq. coarctandum. Galeola, uas est sinuosum, sed hoc à galeæ similitudine potius dicitur. Galea munimentum capitis est, è corio quondam fieri solita, nunc è ferro fit. à qua galeati milites dicuntur, qui galeis armati sunt. item galerus, quod & neutro genere galerum dicitur operimentum capitis. Statius. Et temperat astra galero. Idem. Nec arcadij bene protegit umbra galeri. Ab hoc galerita auis, de qua superius diximus. Galeus fluminis est in agro tarentino. Martialis albi qui superas oues galesi. Galilea pars est iudææ, quæ Syriæ arabia, atque Aegyptio coniungitur.

AD LVCANVM ET TVLLVM.  
EPIGRAMMA LXV.

**S**I LVCANE TIBI. Incredibilem beneuolentiam, ac pietatem Lucani, et Tulli fratrum ex ponit, quorum uterq. pro altero mori uoluisset, ut alter uiueret. DARENTVR FATA. Subaudi talia. LACONES LAEDAEI. Castor & pollux lacedæmonij Lædæ, ut superius diximus filij, quibus in fati erat, ut uno moriente alter uiueret. NOBILIS. Digna. excellens. RIXA. Contentio, de qua superius diximus.

IN BASSAM. EPIGRAMMA LXVI.

**V**ENTRIS ONVS. Bassæ luxuriam excretatur, quod aureis nasis abi, & potus excrementa colligeret. EXCIPIS. Colligis. MISERO AVRO. Miserabili nase aureo. Miserum enim siue miserabile uidetur, quod tam nobile metallum tam foedæ rei seruiat. Scribit Messalla Antonium triumuirum aureis nasis usum fuisse in omnibus obscenis operibus, etiā in Cleopatrar pudendis mensibus colligendis, in quo certe contumeliam naturæ, uilitatem auro fecit. Mirum è quanta caritate, in quantam luxuriam aurum uenerit. Summæ olim licentiæ fuisse putabatur poculo aureo puluino subdito Philippum regem dormire solitum. At Nero Pompeij theatrum operuit auro in unum diem, quo Tiridati regi Armeniæ ostendit. Statuam ex auro solidam sibi posuit Gorgias Leontinus in delphico templo septuagesima crater olympiade. ex quo sciare comitiam licet, quantus esset eo tempore quæstus eorum, qui artem oratoriam docebant. Aurum omnium metallorum pretiosissimum putatur, non colore, qui in argento clarior est. & longius fulget. non pondere, aut facultate materia, cum in utroq. cedat plumbo. sed quia solum ex omnibus metallis igne non deperit, immo quo sepius ardet, fit perfectius. Vnde obrium uocant aurum, quod se penumero igne candefactum, & exustum est. ideoq. purissimum. Est et altera causa pretij, quod usum non deteritur, cum ex argento. ære. plumbo duantur, linea. manisq. decedente eorum materia sordescant. Ducitur præterea in tenuissimas bratteas quaternum utrinq. digitorum contra salis & aceti omnium rerum donatores succos resistit. ne ut ac textitur lane modo. Postremo non rubigo ulla. non erugo. non aliud ex ipso incescit, quod minuat bonitatem. inuenitur in sinuibus, quæ ob hoc aurifera dicuntur. Tago Hispaniæ. Pado Italiae. hebro thraciæ. Pactolo Asiæ. Gange Indiæ. Multis præterea montibus, ac locis alijs. Traditur apud Scythas à formicis, ac Gryphibus erui, de quibus superius disserimus. à Gryphe gryphi dicuntur, qui nasum recuruum habent, à rostro eius auis

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro,  
Bassa bibis uitro, carius ergo caras.



eius auis similitudine. Aurum qui quæruunt ante omnia seculum tollunt, ita uocatur indicium, quod puteis foditur canaliculum appellatur, quod uenarum canales per saxa uagantur huc atque illuc, & per latera puteorum. Catini ad purgandum aurum fiunt ex tationio, hæc est terra alba similis argillæ, neq; enim alia affiatum, ignemq; & ardentem materiam tollerat. Quod uero cuniculis per magna spatia actis extrahitur, ad lucernarum lumina maiore periculo quæritur. Arrugias eiusmodi cuniculos uocant. Aurum arrugia quæsitum non conuenit, sed statim suum est. Aquas è iugis montium ad lauandum aurum ductas, à corruiatione corrugas uocant. Vlex uocatur frutex uoris marini similis, asper aurum retinens. hic siccatus uritur, & cinis eius lauat, subtrahit cespitem herbofo, ut sidat aurum. Vicena millia pondo ad hunc modum annis singulis Asturiam, atq; Galatiam, & Lusitaniam quondam præstasse prodiderunt. Omni uero inest argentum uario pondere alibi dena. alibi nona. alibi octaua parte. Vbiq; quinta argenti portio est, electrum uocatur. Fit & cura electrum argento addito. Electri natura est ad lucernarum lumina clarius argento splendere. Venena etiam, quod est natium, deprehendit gemma ratione. Nam & discurrunt in calicibus arquis celestibus similes, & igneum stridorem adunt. Propter hoc magna auctoritas electro apud ueteres fuit Homero teste, qui Menelaum regiam auro. electro. argento. ebove fulgere tradit. Minerva templum habuit Lindos insula Rhodiorum, in quo Helena sacrauit calicem ex electro mammae suæ mensura. Aurum græce χρυσός dicitur. à quo chrysoilla appellatur humor per uenam auri desluens crassefcente limo rigoribus hybernis usq; in duritiam pumicis. inuenitur etiam in aerarijs, & argentarijs, & plumbarijs metallis. Fit & cura multum infra naturalem naturam uiam uocant. Omnes quasi lanæ tinguntur illa herba, quam luteam appellant, nisi capiatur colorem, adduntur scianum, & turbystum, ita uocantur medicamenta sorbere cogentia. Sic pingitur, ut pingat. Cum tincta est, orobitin pictores uocant, quæ non est tincta, acis a medicis uocatur. Aurifices quoq; sibi chrysoillam uendicant à glutinando auro, & inde ei nomen impositum putant. Temperatur cypria ærugine, & pueri in pubis urina addito nitro. teritur in aeris mortarijs. Sinternam uocant non stri. ita aurum ferrumnatum. ite à chrysof chryso come deducitur, quod nos auricomam dicere possimus. & chrysolithus. chryso passus. chrysoberyllus. chrysopteros. chrysolampis, de quibus superius diximus. & Chrysi proprium nomen sacerdotis apud Homerum. à quo filia eius Chryseis uocata est. & Chrysoptemis filia Agamemnonis. et Clytène stre. & Chryso stonius. & Chryso gonius, quorum illud os aureum, hoc aureus factus interpretari potest. BIBIS. Pons hauris, quod non modo de animalibus dicitur, quæ haurium habent, sed etiam de inanimatis, quæ carent hauritu. Virgilius, Bibit hauris cruorem. unde bibula papyrus dicitur, quæ haurit atramentum. nam à bibo bibulus deducitur, quod & uiri cognomen fuit. & bibax. sicut ab edo edax, qui multum bibit. ab eo bibacitas. bibaculus. bibacior. bibacissimus. & composita ebibo, quod est totum haurio. & imbibo, haurio, quæ etiam ad mentem refertur. Aurelius, ut poeta optimus maxime teneris imbibitus annis non facile memoria laboretur. VITRO. Poculo uitreo. Vitrum nota materia est. à quo uitreum, quod ex uitro est. & interdum pro fragili. interdum pro luado ponitur. item uitrosus, quod uitro abundat, uel uitrum habet. ut uitrosa regio. uitrosa arena. Vitrum principio hoc modo repertum fuisse prodiderunt. Pars è Syria, quæ hodie uocatur finitima Iudææ intra montis Carmeli radices. paludem habens, quæ uocatur Candebea. Ex ea nascitur Belus,

annis quinque millium passuum spatio in mare profusus iuxta Ptolemaidem quingentorum passuum est litoris spatium, ubi arena mari uoluntate, ac reiectæ coguntur. Appulsa quondam ad eum locum naue mercatorum nitri, cum sparsi per litus, homines epulas pararent, nec esset ad tollendas cornas occasio lapidum, glebas nitri è naue subdiderunt, quibus accensis præstata arena litoris, translucentes nobilissimi liquoris rui fluxere, & hæc origo uitri fuit. Mox magnetem quoq; addere hominum ingenia coeperunt, quoniam liquorem in se uitri, ut ferum trahit, tum aliæ quoq; artes inueniunt. Multæ, et uariæ ex uitro opera fiunt. fienditur, tingiturq; & aliud stando figuratur, aliud torno teritur, aliud metalli modo calcatur. Sidon quondam huiusmodi operibus nobilis fuit. nunc Italia excellit, præferamq; Venetia. Sub Tiberio principe inuentum uitri temperamentum fuisse nonnulli prodiderunt, quod flexibile fiebat, sed totam eam officinam fuisse extinctam, ne argenti, atq; auri metalla uilescerent. id uerum ne fuerit incertum habeo. uitro nunc nobiliores pro poculis utuntur, ad crystalli similitudinem purificato. item uarijs tincto coloribus, quale apud ueteres quoque in usu quondam fuisse perhibetur. illud arte antestit Neronis temporibus tantum in eo laborando artem fuisse, ut duo per exigua calices sex millibus sestertium uenierint. Vitrum græci υἰαλον uocant, hoc est Hyalum, quæ uocatur etiam Latini uicium. Virgilius, Milesia uellera nymphae Carpebant hyali sacro fucata colore, hoc est colore uitri, qui naturaliter uiridis est. Ab hyalus fit Hyalinus, hoc est uitreus, & Hyalurugus uitrarius. CARIVS. Maiori pretio. Carum enim dicitur proprie quod uili contrarium est. unde caritas pro penuria accipitur. Quidam tamen sic caritatem à penuria separant, ut caritas propria sit annonæ, Penuria autem ceterarum rerum, ut uini. olei. mellis, & huiusmodi, Veruntamen caritas pro eo accipitur. derivatur autem à carco, quod significat non habeo. deficio. à quo caro, quod anima careat, ut superius diximus. & cassum, inane uacuum, quasi omni re carens. Lucanus, Cassa fraude parat. Plautus. Virginem habeo grandædote cassam, atque illo cabilem. Vnde fit incassum, quod significat frustra. & casses. id est retia quod uacuas habent maculas. unde & à raritate retia dicuntur. Ab hoc uero per diminutionem fit cassiculum, quod significat reticulum. & cassis galea, quod uacua sit ad caput recipiendum. Veteres cassidam dixerunt. & Cassius nomen proprium. à quo uia ab ipso strata cassia appellata. item à careo caries, hoc est uetustas, uel putredo, quod iam uigore careat. à quo cariosus uetustus. putrescens. Neuius, Nemo illa uiuit carie cariosior. Charus etiam aliquid quando pro grato accipitur, & tunc deducitur à græco χάρις, quod significat gratiam. unde charitas, quæ ita ab amore differt, quod amor genus est, charitas species. illud ad omnia pertinet, hoc tantum ad homines, & quidem pro dignitate, ac qualitate personarum. maior enim charitas debetur parentibus, 50 proxima liberis, & deinceps reliquis.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ LXVII. AD  
FIDENTINVM.

Quæ recitas meus è o Fidentine libellus,  
Sed male cū recitas, incipit esse tuus;

9  
60  
QVEM RECITAS. Facite rursus Fidentinum irridet, qui epigrammata Martialis, quasi à se edita recitabat. Libellus inquit, quem recitas, meus est, sed cum ob ignorantiam male, hoc est inepte, & barbare recitas, tuus esse incipit.







mandi cum asseueratione. aut enim iurando hoc facimus, ut me hercule ita est. sed eius fidius ita est, aut execrando. ut moriar, nisi ita est, peream nisi ita est. Est autem alius modus, cum dicimus, mentior nisi ita est. item cum aliquid nobis carum in testimonium adducimus, ut testor amorem nostrum. testor tuum lepidissimum caput. Verum hoc quidem iusurandum uideri aliquibus possit.

EPIGRAMMA LXIX. IN INUIDVM.

**Q**UID DUCIS VULTVS. In inuidum scribit, qui legens epigrammata Martialis contraherebat frontem, quod est tristitiæ signum. imprecatur autem ei id, quod omnium miserrimum est, ut omnibus inuideat, nemo ei. LIVIDE. Inuide. Liuidus proprie significat eum, qui ex percussu carnem nigram habet fluxione cruoris ad eum locum, qui percussus est. Plinius, Tapsia succo sugillatis, ac liuidis prodest. hinc liuidus pro nigro accipitur. Virgilius, Quid ue petant animæ, uel quo discrimine ripas hæc linquant, illæ remis uada liuida uerrunt. Quoniam uero qui inuidiæ morbo laborant, extendentes se dolore, hunc colorem contrahunt, liuidus frequenter pro inuido accipitur. Mart. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi. sic liuor modo maculam in corpore ex percussu factam significat. Plinius, Nam utriusque succus inciso per messes caule liuori medetur. interdum nigrorem. Vatro. Sic paulatim liuor in candorem uertitur, & omnis macies e corpore abscedit. interdum inuidiam. Luat. Liuor edax tibi cuncta negat. Ab hoc fit liuco uerbum. a quo liuesco, quod modo significat ater sum. Vatro. Cuius facies nocturnis grassationibus liuet. modo inuideo. Pöponius, Malignus homo, & fortunæ aliorum semper liuens. DVCS. Contrahis. sine auertis, de quo superius diximus

EPIGRAMMA LXX. IN CAECILIVM.

**V**RBANVS TIBI CAECILI VIDERIS. Caecilium carpit, & ex persona eius ceteros, qui cum sint ineptissimi scurræ urbanitatis gloriam aucupari nituntur. VRBANVS. Lepidus. factus. VERNA. Scurra. Vernæ, ut superius diximus, serui sunt domi nati, quorum propria est scurrilitas, hoc est impudens quædam & stolidi dicitur. hinc uerna. et uernaculus accipitur pro eo, qui improba, & seruili dicitur utitur. Mart. Vernæ colorum dicta, sordidum dentem. Tibul. Cõsuescit amantis improbus in domine ludere uerna sinu. Propterea uernaculus a ueteribus pro adulate uisurpatur, quæ hæc uiuendi ars uernarum propria sit. Cæc. Credo nimis tandem hic sit uernaculus. Ob hanc causam Manlius ille, qui quæ pecuniâ ab omnibus ineptis sermonibus aucuparetur, dictus est pantolabus, quasi παντα λαβών, hoc est omnia sumens, uerna appellatus est, propter scurrilitatem pluribus uocis. Scurram a se quendo dictum putant, quod diuitum domos sequatur. Est autem scurra, qui risum ab audientibus capiat, nõ salua dignitate persone. a quo scurrile dicitur, quæ est ridiculum cum turpitudine. Cic. Vitandum est oratori utriusque, ne aut scurrilis locus sit, aut nimis. & scurrilitas, turpis & prociæ dicitur. & scurriliter aduerbium, hoc est prociat. Cic. Quoniam frequentissimus est iocis, & nocentissimos sæpe hoc dicendi genere uitatus est, Scurra ab inimicis suis est dictus, quod in oratione est

sua Vatinius posuit, sed non tales fuerunt ioci Ciceronis, de quibus dici posset, quod non saluo grauitatis, pudorisque respectu caderent in scurram, uerum graues fuerunt, atque modesti, quales dictum illud in generum suum, qui cum exigui corporis homo esset, longumque gladium acantem haberet. quis iquit generum meum ad gladium alligauit? item cum apud Damasi puerum conaret, & ille mediocri uino apposito diceret, bibite salternum hoc annorũ quadraginta est, Bene inquit atatem fert, quasi diceret non uideatur antiquum, & cum in ea pronuntia, quæ Q. Cicero frater eius rexeat, imaginem eius clypeatum uidisset ingentibus lineamentis usque ad pectus ex more pietat, erat autem Q. uentus ipse staturæ parue, Frater meus inquit dimidius maior est, quæ uous. idem quoque, cum Vatinius consulatum paucis diebus gessisset, Magnum inquit ostentum anno Vatini factum, quod illo consule, nec bruma. nec uer, nec æstas, nec autumnus fiat. Quærenti deinde Vatini, quod Cicero grauatus esset ad se infirmum uenire, Respondit, uolui in consulatu tuo uenire, sed nox me comprehendit. Caninium, quod consul designatus honorem inerat, statimque deposuerat, interrogauit quibus consulis consul fuisset deinde non destitit dicere. Vigilantissimum habuimus consulem Caninium, qui in toto consulatu suo somnum non uidit. Cum aliquando ad Pompeium uenisset dicentibus sero eum uenisse, respondit, eadem non sero ueni. nam nihil hic paratum uideo. & cum donaisset Pompeius transfuga ciuitate Romana. O bellum hoïem inquit, ciuitatē dat Gallis alienam, qui nobis nostram restituere non potest. interroganti per risum Pompeio, ubi gener eius Dolabella esset, respondit cum sero tuo. post uictoriæ Cæsaris interrogatus, cur in electione partis errasset, præcinctura me inquit decipit, iocatus in Cæsare, qui ita toga præcinctur, ut trahendo laciniam uelut mollis incederet, propter quæ Sylla dixisse Pompeio fertur. Caue tibi illum puerum male præcinctum, & cum Laberius iuxta eum in theatro sedentem transiret sedile quærens, recepisset te inquit nisi anguste sederem, simul et illum restitens. & in nouum senatum iocatus, cuius numerum Cæsar supra fas auxerat, sed non impune respondit ei Laberius. uirum si anguste sedes, qui soles duabus sellis sedere, leuitatem Ciceronis ex probans. Cui antro quidam Laodiceus eum salutatum uenisset, eamque ad uentus ab eo quaesisset, respondissetque: Laodiceus, legatum se pro libertate patriæ ad Cæsarem uenisse, hoc modo publicam seruitutem expressit. ἰὸν ἐπιτύχης, καὶ ὑπὲρ μὴν πρὸς βουλοῦ, hoc est si obtinueris, & pro nobis intercede. HOC QUOD TRANSTYBERINVS AMBVLATOR. Es. s. Viliissima hoïum genera commemorat, solita scurriliter iocari, quibus Caecilianum comparet. AMBULATOR. Viliissimus erdo. Cerdones. n. dicitur, quæcumque arters illiberales exercent, quaestus gratia, quæ græce κερδοσ dicitur. nõ ceropa græci, quasi κερδωμια uocant, lucrari undique aucupientem, quem nostri lucrone appellant. Ambulatores uero proprie appellantur, quæ urbem passim peragrât uenditando uiliissimas merces, & dictis quibusdam scurrilibus aucupando emptores. hoc uocabulum ab abulo deducitur, quod significat huc, atque illuc eo. ab ambulo, quod est circueo. a quo ambulatio. & ambulacrum, quod modo ipsam ambulatio nem significat, modo locum, in quo ambulatur. & iambulo, ac de ambulo, quod significat spatior. uñ de ambulatorio locum, & de ambulatorio a porticum dicitur, per quæ ambulamus. & ab ambulo ascendo. a quo abambulator ascensor. & anambulo, ante alios eo. a quo anambulones dicitur, quæ honoris gratia, aliquem comitandam præcedunt. SUE. de Vespasiano, Ea demum ex cunctis magis conuicio, quæ præcibus, uel auctoritate, dum eum idēdem pcontumeliâ anambulonem fratris appellat. & obambulo, aduersus alios abulo, & quasi ambulanti me oppono. a quo obambula

Urbanus tibi Cæcili uideris. Non es, crede mihi, quid ergo? uerna es. Hoc quod transpberinus ambulatoz, qui pallentia sulphurata, fractis Præter uirum, quod orose uenit qui madidu cicer cozore. Quod rufos, dicitur uisparati. Quod uiles pueri salutaris. Quod sumanria, qui romana rauris Christus repidis coras popinus. Quod nõ optimus uerbis poeta. Quod de Gradibus improbus ingit. Quod burra e uerit loquax Gynedi. Quæ digne ia tibi uideri, Quod sal tibi Cæcili uideris. Qui Galbam salbus fuis, & ipsa Posses uincere Scetium caballum. Nõ ruring, datu est habere nolum. Ludr. qui stolda paratates Non est Cæcilius ille, sed Caballus.



tor. obambulatrix. obambulatio. Ambrodes uero gentes quæ dâ  
gallia fuerunt, quæ subita inundatione maris, cū sedes suas  
ammississent, rapinis & depredationibus se, suosq; alere cœpe  
runt, ex quo tractum est, ut turpis uitæ hoies ambroses dice  
rentur. hos, & Cimbro, Teutonesq; C. Marius deleuit. Am  
bracia urbs est Eperri iuxta Ateronem nauigabilem fluum  
sita, Pyrrhi olim regia. TRANSTYBERINVS. Romæ  
trans Tyberim habitans. illic. n. uiliores personæ habitant.  
Tyberis amnis est Italiae d' media fere' longitudine Apennini  
Aretinorum finibus defluens. tenuis principio, nec fere' nisi pi  
scinis emissus nauigabilis. Fertur per centum quinquaginta  
millia passuum non procul Tiferno. Perusia. & Otriculo. He  
truriam ab umbris, ac Sabinis. mox ueientem agrum a' cru  
stumino, deinde Eidenate, latinumq; a' uaticano dirimens. duo  
bus & quinquaginta flumini augetur. præcipuis autem Nare,  
et Aniene, nec minus tamen aquis, fontibusq; in urbem perdis  
ctis. & ideo quâ libet magnarū nauium ex Italo mari a' pax,  
rerum in toto orbe nascentium uector placidissimus. Primo ab  
aquarum colore Albula dictus est. Deinde Tybris appella  
tus, uel a' rege Thusco huius nominis iuxta eum in bello oaso,  
quod sensisse uidetur Virg. cum inquit. Asperq; immani corpore  
Tybris. a' quo post Itali fluum cognomine Tybrim dixi  
mus. amisit uerum uetus Albula nomen, uel qd' τῆς ὑβρεως,  
hoc est iniuriæ fluius esset pp regem Thuscorum atrocina  
ri arca eius fluminis ripas, ac nasitare omnia solitum. Alij di  
cunt Syracusanos olim in Sicilia, cum Athenienses uenissent,  
ingentem hostium multitudinem cœpisse, eamq; ut caesis mon  
tibus munimenta ciuitati adderent, cœgisse. Tunc auctis mœni  
bus, etiam fossam factam esse, quæ aquis repleta urbem longe  
munitionem reddidit. hanc ergo fossam per hostium poenam,  
atq; iniuriam factam, Tybrim, quasi τῆς ὑβρεως, hoc est in  
iuriam, siue ignominiam uocitatem esse. Postea uero cum Sici  
li in Italiam profecti essent, eam partem, ubi nunc Roma est, te  
nuisse usq; ad Rutulos & Ardeam, flumenq; Albulam ad si  
multitudinem fossæ Syracusanæ, Tybrim appellasse. Rursus au  
tem a' Tiberino Albanorū rege in eo submerso pro Tybri di  
ctus est Tyberis. Ouidius,

Albula quem Tyberim mer sis Tyberinus in undis

Reddidit, hybernis forte tenebat aquis.

A' Tyberi fit adiectiuum tyberinus. unde a' trans Tyberim  
trans tyberinus. hic Tyberinum eius fluminis deum dicimus.  
Virg. vnde pater tyberinus, & unde aniena fluentia. item ty  
berinum piscem eiusdem fluminis nobilem dūtaxat iter duos  
pontes, de quo superius latissime disseruimus. Iuuenalis,  
Vos angulla manet longæ cognata colubra,  
Aut glaciæ aspersus maculis Tyberinus, & ipsa

Vernula riparū pinguis torrente cloaca. QVI PALEN  
TINA SVLFVRATA FRACTIS PERMV  
TAT VITREIS. Erat. n. ut nunc quoq; mos est, ut uilissi  
mæ personæ per urbem uociferando discurrerent sulfurata ui  
tri fragmentis permutarent. PERMV TAT. Aliud pro  
alio accipit. hinc permutatio dicta, quæ ueteres utebantur an, q̄  
caderent metalla. A' muto ēt permuto deducitur. Mutare pro  
prie transferre est. Var. Facit te aliquo cum omni familia mu  
tes. Aliquando tñ pro permutare accipitur. Luca. Publicanus ue  
ro ut Asiæ stiam scripturarius. pro Lucilio id ego nolo. & uno  
hoc non muto omnia. Item pro uariare. unde mutare animum,  
mutare sententiam dicimus. Aliquando ēt pro delinquere usur  
patur. idem. Mihi quidem publice mutare eos, qui in parentes  
aliquid committunt. A' muto mutatio deriuatur. & mutabile,  
quod facile mutatur. Virg. v arium, & mutabile semper foemi  
na. a' quo immutabile, quod nullo modo mouetur, ac fluctuat.

item commuto, uel muto, uel simul muto. a' quo commutatio, ac cō  
mutabile. commutare uerba, est litigare, & iurgari. Ter. Nun  
quā hodie tecum commutaturum patrem unum esse uerbum.  
idē. Sic tria non commutabis uerba hodie inter nos, hoc est nō  
dabitis, atq; accipietis. i. non iurgabitis. Etenim commutare uer  
ba est pro bonis mala ingerere, & iracundia in maledicta cō  
pelli. Muto autem frequentatiuum est huius uerbi moueo, o lite  
ra in u mutata. Nā ueteres moto dicebant. a' quo mota illa a  
uis uulgo nota, quod semper moueat caudam. unde uulgo non  
inepte codatremula dicitur. V etres. n. codā caudam diabāt.

10 Moueo manifestam habet significationem. interdum in pro ex  
cludo accipitur. Cic. At qui quodam quasi ueneno perficiat, ut  
ueros heredes moueat, in eorum locum succedat. Ab hoc deri  
uatur mobilis, qui facile mouetur. a' quo mobilitas. Virg. Quo  
non aliud uelocius ullum mobilitate uiget. & mobiliter. & eo  
rum contraria immobilitas immobiliter. & motio. et momen  
tum, quod proprie significat exiguam quandam mutationem.  
& penē indiuisibilem, quod greci atomum uocant, in minutis  
(ut inquit Lucretius) illis corpusculis, quæ in suis per fenestrā  
radijs solis uidemus. Varro. Momento temporis uerq; discessit,

20 hoc a' apud ueteres etiam momen dicebatur. Lucre. Momine si  
a' paruo possunt impulsa moueri. hinc qd' cing; minimum pot  
momentum appellari. Plyn. Profunt & combustæ, ut cinis ea  
rum bibatur in uino addito re sine momento. idem. Comitali  
bus morbis œsypum cum myrrhæ momento prodest. ab hoc fit  
momentaneum, hoc est caducum, & quod facile mutatur, ac de  
ficiat. item mox aduerbium, quod si significat statim, sine intermis  
sione. paulo post. item motus quartæ declinationis pro motione.  
a' quo terræ motus, cuius causam uentos esse compertum ē. Neq;  
n. unquam intremis sunt terræ nisi sōpito mari, cœloq; transgl  
lo, nec unquā nisi post uentos conditos in uenas, & caueras  
terræ, & occulto flatu erum pere nientes. Multa eorum gñā  
sunt. Alibi mœnia prosternuntur. alibi profundo hiatus hauri  
untur. alibi egeruntur moles. alibi anes emittuntur. alibi per  
eunt, qui fluere solebant, interdum scaturiunt frigidi. interdū  
calidi fontes. Hiatus uero aliās remanet ostendēs quæ sorbuit.  
aliās occultat ore compresso, rursusq; ita inducto solo, ut nulla  
uestigia extant urbibus plerumq; deuoratis, quod ette nostra

30 pluribus locis in campania contingit. Nec simplici modo quatitur  
unquā terra, sed tremis, subratq; Maritima aut maxime qua  
tuntur, sed nec montosa tali motu carent. Exploratum est al  
pers apenninas sæpius tremuisse. Sunt qui naturali ratione fu  
turum terræ motum præuideant. Anaximandrum milleium  
ferunt Lacædemoniæ prædixisse, ut urbem, ac tecta cuncta di  
rent, quoniam terræ motus immuneret, tunc totam eorū urbem  
corruisse. idem quoq; de Pherecyde tradunt Pythagoræ præ  
ceptore, & quod mirabilius est haustu aquæ e' puteo præsensisse  
terræ motum futurum, ac uere prædixisse. præterea a' moueo  
composita sunt admoueo, qd' est applico. Amoueo et remoueo.  
dimoueo idem, quod remoueo. commoueo, exato. simul moueo.

40 VITREIS. Vasis. PALLENTIA. Pallida. epitheton  
sulfuris est, siue quod materia ipsa pallida est, siue q' suffinis  
eius pallentes homines facit, ut superius diximus. Erat autē  
apud ueteres mos, ut ēt apud nos est, ut uilissimæ personæ ur  
bem pagrarent sulfurata ad accendendas lucernas paratam,  
cum uitri fragmentis permutantes. Iuue. Rupto posentem sul  
fura uitro. Papi. Quiq; commutatis pmutat uitres gregale  
sulfur. Pallere luere est. hinc pallor. palliditas. pallidus. M. A

50 DIDVM CICER. humefactū. erat. n. mos, ut nunc quoq;  
est, Cicer madefactum arcūferre, & otiosæ plebi uenditare,  
quo culinae paratus haberent. nec. n. decoqui pot nisi molles  
ctum. pridie feri debet. Plura eius genera. Est. n. aricino capi  
n simile,

60



ti simile, pp quod arictinum appellatur album, nigrūq; , & columbinū, qđ & uenerē uocant candidum rotundum. leue arictino minus, qđ religio ueterū adhibere pūgillīs solebat. Dulcissimū aut id, qđ eruo simillimū. a acere cicerula deriuatur, quasi minutum acer iæquales angulos hñs, ueluti pisum. itē Cicerō nō qđ primus, qui ea familia sic cognominatus ē, in extrema nasi parte eminens quoddam quasi cicer habuerit, sed qđ hoc genus leguminis optime sit solutus serere. Fuerunt enim ueteres agriculturæ studiosissimī. ideo dona amplissima imperatorum, ac fortium cuiū erant quantū quis uno die plurimū arare potuisset. Populi uero dona quartariū, siue hemina faris. hinc prima cognomina inde sumpta Piliū dicit, qui pilū pistrinis inuenerunt. Pisones a pisendo Fabij. Lentuli. Cicerōnes, ut quisquis aliquod huiusmodi genus optime sereret. item bubulcus dicitur, qđ bobus optime ueretur. a Cicerō acronianus deducitur. OTIOSAE CORONAE. Ignauæ multitudini, quæ preparandi ad coquinam leguminis curam non habet. QVOD CVSTOS, DOMINVS QVE VI-

PER ARVM. Aliud uilissimum genus hoium, qui serpentes circumferunt. & latine, ut superius diximus, circulatores dicuntur. VILES. Abiecti ignobiles. PVERI. Serui hi n. salamenta per urbem uendendo circūferunt. SALARIO-  
RVM. Eorum, qui uendunt salamenta. Salarij a sale appellati sunt. Sal uero græca uox est unde u. salina dicitur. Sal omnis aut fit, aut gignitur coacto humore, uel siccato. Trahitur aqua maris in fossas ad hunc usum factus, & siccatur sole. Aliud genus ex aqua maris sponte gignitur spuma in extremis litoribus, siue scopulis relicta, & densata rore. ideoq; id genus spuma uocatur. hic & candidior cæteris generibus ē. & minus acer. faciunt salem & lacus uasit, ut in Cypro, & apud Memphim extractus ē lacubus aquis. deinde siccatis sole, sed & summa fluminum densantur in salem, amne reliquo uelut sub gelu fluente, ut apud cassias portus, quæ salis flumina appellantur. Ferunt præterea & calidi fontes, & frigidi salem, sicut pegasei, & uolaterani. Sunt & montes natui salis, ut in Indis Orcomenus, in quo lapidinarū modo ceditur. continue renascens, maiusq; ex eo est regum uectigal, qđ ex auro, & margaritis. Effoditur quoq; ē terra pluribus locis palā humore densato. ceditur ibi speculariū lapidum modo. pōdus magis glebis, quas mias uilgus appellat. Carris Arabiæ oppido muros, domosq; massis salis faciunt aqua ferruminatis. Cyrenacia tractus hamonico sale nobilitantur, ita appellato, quæ sub arenis inueniatur. similis est colore alumini, qđ schiston uocant longis glebis, neq; perlucidis, in gratus sapore, sed medicinæ utilis. Probatum qđ maxime perspicuus rectis scissuris. Adulteratur siculo, qui in lacu cocanico nascitur, ideoq; et ipse appellatur cocanicus. Sunt & fictitij salis plura genera, uulgerrisq; plurimus fit in salinis mari fusio, additis rigus dulcis aquæ. & in Ægypto ipso mari influente in solum, quando Nili ags succosum est. Fit & ē putaneis aquis in salinas ingessis. Prima densatio Babiloniæ in bitumē liquidū cogitur oleo simile, quo & lucernis utuntur. detracto illo subest sal. in Chaonia excoquant aquā ad ignem, refrigerandōq; salē faciunt. Galliæ, Germaniæq; ardentibus lignis aquā salisam insundunt. Querens ad hoc optima est. nam per se cinere syncero uim salis rededit. Alibi uuluis laudatur, ita in fusio liquore salso, carbo ē in salem uertitur. Quicunq; conficitur igne sal niger est. Scribit Theophrastus quosdam arundinis, & uinci cinerem decoque re aqua solutos, donec exiguum supersit humoris, idq; salem esse. Quinet maria, ita enim aquā salamentorū uocamus, recoquitur, iterumq; consumpto humore ad naturam suam redit. Suauissimus oium Tarentinus, atq; candidissimus. Ad obsoniū &

abum utilior sal est, quicquid facile liquefit. itē humidior, quia minorem amaritudinem hñt. seruandis carnibus aptior acer, & siccus. Fiunt ē sale et condimenta odoribus additis. Sic pulmentarij uicem implet, excitans auuiditatem, iuitansq; in omnibus abis, quin & pecudes, & armenta q; & iumenta sale maxime sollicitantur ad pastū, ob hoc largiores lacte, multoq; gratiosiore caseo inde facto. quā obrem humanior uita sine sale nequit degere, adeoq; necessaria res est, ut hoc nomen transierit ad uoluptatem. quicquid enim in oi genere gratum est, salem uocamus. Vnde ai quoq; solatia appellantur sales plurali numero. Luca. At soliti lusere sales. a. igni etiam singulari. Ter. Qui habet salem, qđ in te est, omnis quoq; uitæ lepos, & summa hilaritas, laborūq; requies non alio magis uocabulo constat. Quā obrem honoribus et militaribus interponitur. Sigd in sth pedia eorū salaria dicimus, qm ita necessaria sunt, ut hoi sal, quod magis mihi placet, qđ quod scribit Vlp. Salarium uectigal esse ex eo dictum, qđ pro solo pendatur. Sig. n. inquit nemine prohibente in publico edificauerit, & id edificiu obstat publico usui, utiq; is, qui opibus publicis procurat, debeat id deponere, aut si non obstat, salarium ei imponere. Ancus marthus rex salis modio sex millia in congrarijs dedit populis, & salinas primum in stituit. V ar. V fos sale ueteres pulmentarij uice affirmat, esse n. salē cum pane, & caseo, qđ nunc Thuscī faciunt cum aquatico pane, & malo medico. Maxime aut salis autoritas ē sacris ueterū intelligitur, apud quos nulla sacra sine mola salis conficiebantur. Sic n. uocabant far totum sale confectum, qđ eo molito hostiæ aspergerentur. Virg. Sperge molā, flos salis. in totum res diuersa est. ita n. appellatur quædā eius similitudo, quæ leuissima est, humiliorūq; naturæ, et croci coloris aut rufi, ueluti rubigo salis. Eius natura aspera, et ex calcifactoria ē, sudorem cit, aluum soluit in uino. præter hæc et appellatur in salinis salisugo. ab alijs salisago tota liquida, marina aqua salis or, ui distans salisugnem et, siue salislagne dicimus humore cū sapore salis. Plyn. Natura acris est gigni cum salislagne. Salis natura est per se ignea, et in ignibus inimica, fugies eos. oia erodes. corpora uero asstringens. siccans. alligans defuncta, ac putrescentia ita uendicans, ut durent per secula. Heterocera neas cum adipe uulino mirifice sanat. ita uocant morbum capitis, cum caput inæqualiter dolet, tumetq; & inter pilos rotunda, & humida uulcuscula surgunt. & pus mali odoris. Aiunt dentes nō erodi, neq; putrescere si quis quotidie mane ieiunus salem contineat sub lingua donec liquefat. Tam uarij prætere a morborū generibus utilis sal, ut factū sit promerbum. Nihil esse corporibus utilius sale, & sole. a sale salsum dicimus, qđ salis saporem hēt, siue sale densatū est. & salio, qđ est sale condio. a quo salinum, quod sale conditum est. et salamentum, quod est sale compositum ad usum ciborum. a quo salamentarij dicuntur, quos superius asseruimus salarios uocari. item salamentarius adiectiuum est, significatq; id, quod ad salamenta attinet. Plyn. Quin & testis cadi salamentarij tusis cū axungia uetere, mirum in modum prodest. & salariam uiam. quoniam illa sal in sabinos portari consueuerat. & salicorniam arborem, quam superius diximus a græcis haliphleon uocari. et salcedinem ipsum salis saporem. & salum mare a sapore salis. Virg. Perq; undas superante salo. & Salinas urbem siciliæ iuxta lilibæum abundantem palmas, quod iuxta eam salinæ fuerint hoc est fossæ, in quibus fit sal, quæ & ipse a sale nomen habent. & salinum uasculum, in quo sal tenetur, tum ad mensē usum, tum ad sacrificia paratum. Persius. Purum & si ne labe salinum. & salentinum Italiae promontorium. Sallustius, Omnis italia coacta in angustas scinditur in duo promontoria. pachinum. & salentinum. & saluam sputum, quod se-



re salis saporem habeat. Et salinacidus salis saporem habens  
 Plyn. nam nitrosas aquas, atq; salinacidus, ac feculens as addi-  
 ta polenta utiles esse aiunt. quidam etiam a sale, siue salo sala-  
 mina deductum existimant. Est autem salamina, siue salamina  
 insula in mari euboico, contra Athenas sita, in qua urbs est e-  
 iusdem nominis, ubi Telamon Aiacei et Teucri pater regna-  
 uit. Sed cum reuertereur Teucer a bello troiano, nec inimicos  
 Aiacei uultus fuisset, expulsus a patre in Cyprum nauigauit,  
 ibiq; urbem aliam condidit nomine Salaminam. Salmoneus  
 Aeoli filius fuit, regnauitq; apud Helidem, qui cum diuinos  
 sibi honores petulantius querebat, iocumq; in iaciendis fulmi-  
 nibus imitaretur, ab eo fulminatus in infernum detrusus est. a  
 uoce uero graeca, quae salum significat, hoc est ἀπό τοῦ ἁλως.  
 Halicarnassus dicta urbs Cariae maritima in minori Asia arge-  
 norum colonia, in qua Mausoli quondam nobilissimum opus  
 extabat. a quo halicarnassus deducitur. et halicarnates populi pa-  
 phlagonum ἀπό τοῦ ἡεροῦ ὠόσασθαι ἅλιν. hoc est, quod ma-  
 ri undiq; circumdatur. Et halcyones in si gne genus auium ui-  
 uentium mari, ac in ipso mari nidificantium. Latini alcedines  
 uocant, quasi algedines, quod frigidissimis temporibus nidifi-  
 cant. Plautus, iam hercle tu peristi, nisi illam mihi tam tran-  
 quillam facias, quam mare est olim, cum alcedo pullos educat si-  
 os. Sicut autem ab Halcyone alcyonides, ita ab alcedone alce-  
 donia dicuntur. idem. Tranquillum est, alcedonia sunt circum  
 forum. Dies partus earum etiam nauae nouere. ipsa uis pau-  
 lo amplior passere est. colore cyaneo. purpureis tantum et can-  
 didis admixtis pennis. collo graui, ac proteruo. hanc autem uide-  
 re rarissimum est, nec nisi uergiliarum oatu, et circa solstitia  
 Brumae uel nauae uisa statim i latebras abit. Foetificat bruma, q  
 dies ab ea halcyonides uocantur. Tunc mare placidum, ac na-  
 uigabile praesertim siculum. Faciunt autem septem ante bru-  
 mam diebus nidos, et totidem sequentibus pariunt. Ouidius,  
 Perq; dies placidos hyberno tempore septem, incubat halcyo-  
 ne pendentes aequore nidos. Tum uia tutata maris, uentos cas-  
 dit et arat Aeolus egressu, praestatq; ne pontus aequor. Nidi  
 earum admirationem habent pileae figura. ore paululum emi-  
 nenti, atq; angusto. grandium spongiarum similitudine. ferro  
 interiaci non queunt. frangunturq; ictu ualido. ut spuma ari-  
 da maris. nec unde confingantur, compertum est. Putant et spi-  
 nis piscium aculeatis. Piscibus enim uiuunt, subeuntq; aliquan-  
 do in amnes. pariunt oua quina. Ab hac halcyonum appellat-  
 ur ex nidis (ut aliqui existimant) Halcyonum concretum, ut  
 alij e sordibus spumarum crassefcentibus. alij e limo, uel qua-  
 dam maris lanugine. Quatuor eius genera. cinereum spissim-  
 odoris asperi. alterum molle. lenius. odore ferè algæ. Tertium  
 candidius uermiculorum similitudinem habens. Galenus.  
 ἐκὼν κίμιν ἐστὶ τὸ χυμὸν παραπλήσιον, hoc est specie uermi-  
 culo simile est. Quartum pumicosius, spongiæq; putri simile  
 penè purpureum. hoc ad oculorum cicatrices, et alia plura  
 medicamenta utuntur. Sal et masculini generis inuenitur et  
 neutri. Sallu. Neq; salem, neq; alia irritamenta gula habebat.  
 Varro. Tum sal e penu protulit. R A V C V S. Propter  
 assiduum clamorem nam uociferando circum urbem, ut inui-  
 tet emptores. Rauum ueteres dixerunt obusum. a quo rauus,  
 qui nimo clamore, siue alia causa uocem habet obusam, quæ  
 admodum superius diximus. C O C V S. Qui abos coquit  
 et uendit. Sunt enim coci priuati, qui alicui seruientes coquina-  
 riam exercent. Martialis, Non satis est ars sola coco seruire pa-  
 lato. Nanque cocus domini debet habere gulam. Sunt etiam co-  
 ci publica, qui ut dapes uendant, publice popinam tenent, hoc e  
 tabernam, in qua dapes coctæ, et uina uenduntur. a qua popi-  
 niones dicti, et ipsi coci, ac popinariam exercentes, et luxu-

riof, ac in popinis uiuentes. Cocus, cuius diminutiuum est cocu-  
 lus, a coquo deducitur nota significationis. Et interdum pro  
 maturo usurpat, quando significat maturum facio. unde co-  
 cta poma matura dicimus, ut superius ostendimus, quemad-  
 modum cruda immatura. A coquo coquina locus, in quo da-  
 pes coquantur, quæ et Culina, et dum publica est, popina di-  
 citur. huius diminutiuum est coquimula. ab eo fit Coquinariu.  
 unde uasa Coquinaria dicimus. Et coquinarius homo est, qui  
 Coquinariam artem exerat. Et Coquinaria cum substantiuu  
 10 est ars ipsa, et coquitor uerbum, quod significat coquinam fa-  
 cio. Plautus, Neque ego unquam nisi hodie ad bacchas ueni in  
 bacchanal coquinatum. Et coctio frequentatiuum, pro quo  
 Plautus frequenter etiam coquito usurpat. Et cocta aqua, de  
 qua superius diximus. Martialis, Vimine clausa leni niue a  
 stodia coctæ. Et coctiuum, quod facile uel coquitur, uel matura-  
 tur, ut coctiua poma. coctiuum legumen. Et coctile, quod co-  
 quendo fit. unde coctilia uasa figulina appellamus. Et corula  
 uasa aenea coctionibus apta siue (ut quidam putant) ligna mi-  
 nuta quibus obsonia facile coquantur. et cocentum genus edu-  
 20 li ex melle, et papauere factum, quod ad ignem coquatur.  
 praeterea a coquo composita fiunt percoquo, in totum coquo, si-  
 ue perfecte coquo. decoquo, quod modo significat coquo. a quo  
 decocta, de qua superius diximus. modo patrimonium, ac sub-  
 stantiam omnem consumo, tractum ab ijs, qui gula omnia de-  
 dunt. unde decoctores dicuntur, qui patrimonio absumpto ad  
 inopiam sunt redacti. Et decoctio ipsa patrimoniij absumptio.  
 hinc Crassus ille, qui primo diues cognominatus est, dictus  
 est decoctor, quoniam substantia omni absumpta decoxisset cre-  
 ditoribus suis. Plinius, Non erat apud antiquos numerus ultra  
 30 centum millia. itaq; hic et hodie multiplicatur, ut decies cen-  
 tena millia, aut saepius dicantur. foenus hoc fecit, numusq; per-  
 cussus. Postea diuites cognominati dummodo nouum sit cum,  
 qui primus accipit hoc nomen, decoxisset creditoribus suis. Va-  
 lerius Maximus. Quid Crasso non ne pecunia magnitudo  
 loci plens nomen dedit? sed ei postea inopiam turpem decocto-  
 ris superlacione iussit, siquidem bona eius a creditoribus, quia  
 solidum praestare non poterat, uenerunt. ita quoque amara  
 sigillatione non caruit, cum egens ambularet, diues ab omni-  
 bus saluabatur. Incoquo, quod proprie significat coquendo ap-  
 40 plico. nam cum metallum aliquod deplumbamus, uel de argen-  
 tatum, uel deauratum, incoquere dicuntur. unde uasa aenea plu-  
 bo uel stanno ad ignem illa incoctilia dicuntur. Plinius, im-  
 probiores ad tertiarum additis æquis partibus plumbi albi ar-  
 gentarium uocant, et eo, quæ uolunt incoquunt. idem, Albu  
 plumbum incoquitur æreis operibus galliarum inuento, ita ut  
 uix discerni queat ab argento, eaq; incoctilia uocant. idem. De  
 inde et argentum incoquere simili modo capere equorum ma-  
 xime ornamentis, iumentorumq; iugis. Recoquo, rursum coquo.  
 unde uulgo nunc recoctam non inepte secundarium casum  
 50 appellant, Sero, ex quo lac haustum est, iterum feruefacto, et  
 reliquis in casum coactis. Concoquo, abos digero. a quo conco-  
 ctio ipsa digestio. siquidem et indigestum cibum crudum dia-  
 mus. Iuuenalis. Et crudum pauonem in balnea portas. Corne-  
 lius Cel. Bis duo potius, quam semel cibum capere. Et semper  
 quam plurimum. dummodo hoc concoquat. Praecoquo, ante co-  
 quo, uel ante maturo. a quo praecox dicitur fructus, qui ante so-  
 litum tempus aliorum huiusmodi fructuum maturefacit. ut pra-  
 60 cox ficus. praecoces uuae. Et praecoxia persica. Plinius, Persica  
 aestate praecoxia intra triginta annos reperta. Et primo dena-  
 rijs singula uenundata. Et per translationem praecox ingeni-  
 um, quod ante maturitatem consuetam, et nimis cito uidetur  
 adoleuisse. Quintilianus illud ingeniorum uelut praecox ge-  
 nus non



nus non temere unquam peruenit ad frugem. hoc & præcox  
 quæ dicitur. a præcox præcæ uua, quasi præcæ dicitur sunt,  
 quæ cito maturescunt. Co quo uero a cogendo deducitur. quoniam  
 am coctum cogendo coarctatur, ut ad utilitatem uescendi perdu-  
 citur. Cocum & pistorem apud antiquos eundem fuisse mani-  
 festum est. TOMACULA. Farcinis genus est. Toma-  
 culum, quod figurate & tomaculum dicitur, fit ex epate suillo  
 minutatim conaso, & iam semicocto, una cruda infunduntur  
 admissio caseo optimo conaso, additur liquamē. piper. anisum.  
 gingiber. uua passā. croci momentum. teguntur omento porci-  
 no. coquantur sartagine. cum adipe & sapa. coctis super te-  
 ritur sacrum. Iuuenalis, Candiduli diuina tomacula porci.  
 Dicitur autem tomaculum ἀρό του τὴν υναι, quod est  
 conadere. a quo etiam tonus dicitur locus in ponto, in quo Ab-  
 sylvus frater a Medea membratim dissepit est. item tonus  
 proprie fragmentum libri est, quod tamen & pro ipso libro  
 accipitur, præsertim rudi, & quasi imperfecto. & tonicus res-  
 tis e canapi, siue sparto leuiter tortis, siue puluillus apponi so-  
 litus e conaso cannarum canapi, ne restis lædatur. & prototo-  
 mus cyma brassicæ a prima sectione ita appellatus, quæ uere  
 fit. estq; quidam ipsorum caulium delicatior, tenuiorq; cauli-  
 culus a picij luxuria, & p eum Druso Cæsari fistiditus nō si-  
 ne castigatione Tiberij patris. Colu. Sed iam prototomos tem-  
 pus decedere caules. Martialis, Et faba fabrorum, prototomiq;  
 rudes. & tomentum, quod si significat lanam illam breuem, atq;  
 conasam, quæ ex uestibus a fullone polido detrahitur. a græ-  
 cis gnaphalon appellatur, quoniam gnaphos frutex est spinosus,  
 quo uestes raduntur, traxitq; nomen ἀρό του κνώ, qd  
 est rado. abstergo. hinc νραφοίς fillo appellatur. hinc eti-  
 am apud græcos gnaphalum, apud nos tomentum herba ap-  
 pellatur, quam quidam chamaeælon nominant. cuius folia ita  
 alba, ac mollia sunt, ut plane uideantur tomentum, & pro to-  
 mento usurpentur, quemadmodum etiam e quarundam arbo-  
 rum lanis & sindones fieri. & calatras pro tomento implexi  
 Nearchus scribit. Culatra enim aliquando plumis implebā-  
 tur, ut nunc quoque fit. Martialis, Lassius amycea poteris re-  
 quiescere pluma, interior cygni quam tibi lana dedit. Aliquā-  
 do tomento. idem. Leuconias aegedum tumeat tibi culatra la-  
 nis. Leuconias lanis inquit, hoc e leuconio tomento. Optimum  
 quippe tomenti genus erat leuconicum a loco ita appellatum,  
 iuxta leontidem, q̄ λωνόριον dicitur. unde & leuconium,  
 & leuconicum tomentum appellatur. Martialis, Oppressæ ni-  
 mium uicinia est fasciæ plumæ, accipe leuconias uellera missa  
 sagis. idem. Culatra leuconio, quam uiduata suo. interdum eti-  
 am gossim pio, seu xylyno lino. Nonnumquam summatibus pa-  
 lustrium arundinum mollibus, & lanæ similibus, quod circen-  
 se tomentum uocatur. idem, Tomentum conasa palus circense  
 uocatur. Hæc pro leuconio stramina pauper erunt. Plinius, Le-  
 ni fistigo a quatuor arundo tenuatur in acumina crassiore pe-  
 niculo coma, neque hæc superuacua. Aut enim pro pluma stra-  
 ta cau ponarum replet, aut ubi limosore callo induruit, sicut  
 in belgis conusa, & interiecta nauium commissuris, ferrum u-  
 nat, textus glutino tenacior, rimisq; ex plendis tenacior picæ. Ta-  
 les arundines erant in loco palustri arca circæos. itaq; circen-  
 se tomentum uocabatur. Quinetiam foeno interdum culatrae.  
 a pauperioribus replebantur. Martialis de culatra foeni. Fun-  
 data tumeat facilis tibi culatra pluma, Non uenit ad duros pal-  
 lida ora toros. Sed hæc genera mattæ potius, quàm culatrae.  
 nam culatrae generali nomine uocari possunt, omne stragulum,  
 in quo aliquid quiescendi gratia incalcatum sit. mattæ uero  
 dumtaxat in quibus stappa uel foenum, uel lanæ rudiores, aut

aliud aliquid simile sit infernum, suntq; interdum e canabi,  
 aut scirpo. Ouid. At dominus discedite ait, plaustrisq; moran-  
 tes sustulit, in plaustro scirpea matra fuit. Item ab eodem epi-  
 tome deducitur, quod si significat opus recisum, atque abbrevia-  
 tum. a nostris compendium appellatur. item atomus, de quo  
 superius diximus, minutissimum quid, & induisibile. FV-  
 MANTIA. Adhuc calida. talia enim uenudari solent.  
 nam re frigerate perdunt saporem. TEPIDIS. calidis.  
 Tepidum proprie dicitur, quod temperatum est, hoc est medi-  
 10 um inter calidum & frigidum. unde interdum pro calido ac-  
 cipitur. Lucretius, Tepidisq; caminis interdum pro frigido.  
 præsertim quando per metaphoram transfertur ad alia. Plau-  
 tus, Hic homo factus est tepidior, hoc est frigidior. se gnior. Hic  
 etiam aliqui pro inuili, siue no tuo ponitur. Virgilius, Vnde  
 caua tepido sudant humore lacinae. Hinc tepidior. tepidissi-  
 mus. tepide. tepidius. tepidissime. Tepidarium uas, i quo aqua  
 temperatur. siue cella, in quam ex balneis exeuntes i grediun-  
 tur. Te por ipsa (ut ita dicam) tepiditas. & tepeo uerbum. a quo  
 tepesco. & compositum subtepeo. a quo subtepidum. & subte-  
 20 pide aduerbium. item a tepidum diminutiuum tepidulum, et  
 aduerbium tepidule. POETA VRBICVS. Poetæ  
 urbici dicuntur uiri ignobiles, qui urbes peragrantes cientes  
 ad lynam in triujs uersus fabulosos, atque uulgares, atque ita  
 captantes uulgi aures quæstus gratia. NON OPTI-  
 MV S. Pessimus. Nam & in hoc hominum genere gradus  
 sunt. quidam enim sunt ingeniosiores, quidam rudiores. OP-  
 TIMVS. Bonus nullum ex se facit comparatum, aut su-  
 perlatiuum, sed pro comparatio eius melior usurpatur, pro su-  
 30 perlatiuo optimus. illud a melle deductum existimant, ut sit  
 melior, quasi suauior, hoc uero ab opto, ut dicimus optimum,  
 quasi optatissimum. uel ab optimo, siue ab opibus siue ab ope,  
 quasi optimum sit, quod pinguisimum, uel quod opulentissi-  
 mum, uel quod maxime opiferum. unde optimates dicuntur, q̄  
 primum in ciuitate locum tenent, uel quod opulentiores sunt,  
 & in maiori censu. uel quod in primis opem ferre possunt op-  
 pressis. & optimitas pro utilitate. siue commedo usurpatur.  
 Plautus, Maximas optimitates gaudio effertissimas suis heris  
 ille una mecum pariet. idem, iuppiter supreme serua me, me-  
 40 asq; auge opes. Maximas optimitates, opiferasq; offerre mihi. lau-  
 dem. lucrum. ludum. iocum. festiuitatem. ferias. pompam. pe-  
 num. potationes. saturitatem. gaudium. IMPROBVS MA-  
 GISTER. Lasciuia artifex. e gradibus enim (ut supe-  
 rius diximus) præcipueq; ex oppido Didyma. ioculatores. sal-  
 tatores. diaces. item puella saltatricule. tibiana. lasciuæ in ur-  
 bem confluabant. & hæc artes præcipue in ea insula doceban-  
 tur. Martialis, Nec de gradibus improbis puellæ uibrabant si-  
 ne sine prurientes. DICAX. Cinedi etiam dicacores  
 sunt & lingua lasciuioris ob continuam impudentiam, &  
 50 uita turpitudinem. QVARE DESINE IAM TI-  
 BI UIDERI. Ordo est. Quareo Cæali desine iam ui-  
 deri tibi id esse, quod tibi soli uideris. talis scilicet esse, qui pos-  
 sis salibus tuis uincere Galliam, & ipsum Tectum Caballū.  
 DESINE. Cessā. Sinere enim omittere, siue permittere e.  
 Varro. Sine is ad pubertatis annos perueniat. Acius, Sine me,  
 uiuere sine te possim. Desinere uero interdum cessare. Vir-  
 gilius, De sine, meq; tuis incendere, teq; querelis. interdum ter-  
 minare. unde desinentia apud grammaticos pro terminatione  
 accipitur. Sino autem a sine præpositione deductum esse exi-  
 60 stimant, cum nihil aliud sit sinere aliquid, quàm sine illo face-  
 re. Sine uero a si coniunctione, & negandi aduerbio esse com-  
 positum, quod si significat absq; quod ab abs, & q; compositum



est. Virgilius, Te sine nil altum mens inchoat. GALBAM ET IPSVM TETTIVM CABALLVM. Galba, & Tettius non tam urbanitatis dignitate, quam scurrilitate iocorum clari fuere, quibus tamen comparare se posse Caecilius stulte, atque impudenter existimabat. Galba Augusti temporibus fuit. & scurrilitate cum Sarmiento certavit. Martialis, ille suo felix Casare Galba fuit. Iuvenalis, Quod nec Sarmētus iniquas Caesaris ad mensas nec uilis Galba tulisset. Nam sarmientum neutro genere est uirga inutilis, a uite abscissa, hoc est purgamentum uitae. unde & sarpa uinea putata dicitur. nam sarperere antiqui pro purgare usurpabant. Tettius uero Caballus sub Vespasiano, & filius claruit. & propter scurrilitatem a calatrato Caballi cognomen adeptus est. quemadmodum iunius bassus homo in primis dicitur per eadem fere tempora Asinus albus uocatus est. NASVM. Acrimoniam ad deridendum. STOLIDA. inepta. insulsa. illepidia. Stolidi proprie dicuntur, qui proxime accedunt ad naturam, sensumque pecudum. interdum tamen (ut A. Gellius scribit) stolidum pro ex cordi. tetra. molesto. illepido ponimus. Ab hoc stolidior. stolidissimus. & aduerbia stolide. stolidius. stolidissime. & stoliditas deducuntur. & stolones inutilis, & quasi stolidia fructatio ex arborum radicibus. Plynus, Fuere ab arboribus cognomina antiquis. ut Frondicio milti illi, q̄ praecleara facinora uulturnum transnatans fronde capiti imposita aduersus Annibalem edidit. Stolonum lianae genti. ita enim appellatur in ipsis arboribus fructatio inutilis. unde et pampinatio inuenta primo Stoloni nomen dedit. Est enim obiter pampinatio, resectio pampinorum, hoc est uirgultorum procedentium ex arboribus, uitibusque cum folijs. unde pampineum dicimus, quod totum ex pampinis constat. & pampinosum, quod pampinis est refectum, & pampino refeco. a quo ex pampino compositum. & stultus, quod proprie significat imprudens. improuidus. Nam & multi non insipientes aliquando stulte aliquid uel loquuntur, uel agunt. Ab hoc fit stultior. stultissimus. & aduerbia stulte. stultus. stultissime. item stultitia. & stultoquus, qui stulte loquitur. stultorum feria appellabatur quirinalia, quod eo die sacrificabant iij, qui solenni die, aut non potuerant rem diuinam facere, aut ignorauerant. quidam stultum a fatuo ita separant, ut fatuus plus sit, quam stultus, hoc est insipiens, & qui uel fieri nescit, uel alios fatens non intelligit. Afranius. Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor. a fatuo fatue aduerbium. & fatuitas deducuntur. & fatua dea. & fatui. & infatuo, de quibus superius diximus. Quidam ab insipiditate fatuos dictos existimant, quod fatui cibi nocentur, qui carent sapore. Sed plane contrarium est fatui cibi dicuntur insipidi a fatuis, hoc est insipidis, uel potius insipientibus hominibus. PROCACITATE. Linguae petulantia. NON EST TETTIVS ILLE, SED CABALLVS. Non est Tettius cognomento Caballus, sed est uere caballus, hoc est non est homo, sed bellua. Caballus equus est. a quo caballinus. Persius. Nec fonte Labra proliui caballino.

EPIGRAMMA LXXI. DE PORCIA.

**C**ONIVGIS AVDISSET FATVM. Exemplo Porciae docet uolenti non negari mortem non posse. in quo eorum philosophorum opinionem sequitur, qui existimant in rerum acerbitate, quieti

Bis tibi triceni fuimus Mancine uorati,  
Et positum est nobis nil here, p̄ter aprum,  
Non que de tardis seruiantur uitibus uiu;

animi morte esse consulendum. Porcia Catonis Uticensis filia fuit, & Bruti uxor, qui Caesaris interfector fuit. Hunc cum audisset post praelium cum Augusto, & Caesarianis in philippicis campis commissum gladio sibi mortem conscuisse, mori & ipsa statuit. Sed cum arma a domesticis subtraherentur, hausit carbonibus, & obstructo ore confestim extincta est. FATVM. Mortem. DOLOR. ipsa Porcia dolore ob mariti necem affecta. SUBTRACTA. Quae domestica, & familiares, ne se interficeret, subtraherent. AIT. Dixit. Quidam haec ita distinguunt, ut proprie ait de ijs diuitibus, qui uana loquuntur. Dixit uero de ijs, qui ualidiora. Terentius, Quem amicum tuum ais fuisse istum, ex plana mihi. Aliquando aio pro affirmo accipitur. idem. Ait, aio. negat, nego. CREDIDERAM SATIS HOC VOS DOCUISSE PATREM. Catonem Uticensem. hic enim cum post uictoriam Caesaris mori destinaasset, simulatque animaduertit gladium, quem parauerat, filij sui iussu ablatum fuisse uocato seruo, eum sibi iussit reportari. Quare intellecta, cum filius ad eum cum quibusdam familiaribus uenisset, torua eum fronte Cato aspiciens, Tu ne inquit insanum me putas? qui non rationibus, sed ui me compellere niteris. Cur uero parentem non alligas? atque in uinculis tenes? Sed nihil agis mihi crede. Neque enim mihi ad mortem, cum ita statuero, opus est ense. Nam si breui temporis spatio spiritum praclusero, si parieti caput illi sero mori possum. ARDENTES FAVILLAS. Igneos carbones. partem pro toto posuit. hoc genus mortis (ut Plutarchus scribit) & Nicolaus philosophus, & Valerius tradiderunt. I NVNC. Elegans loquendi modus, de quo superius diximus, cum leue aliquod, seu stultum factum uolumus declarare.

EPIGRAMMA LXXII. IN MANCINVM.

**B**IS TIBI TRICENI. Mancini auaritiam carpit, qui sexaginta familiaribus ad canam uocatis, unum duntaxat aprum apposuerat, & eum perexiguum, nec ex eo quicquam distribuerat. Merito ergo imprecatur, ut deinceps nullus ei aper, sed ipse apro dilaniandus apponatur. PRAETER APRVM. Excepto propraeter praeposito est accusatio casui seruiens, & a praeducitur, sicut a pro propter. Significat autem idem fere, quod absque, & ultra. & ante. & supra. & citra. ab eo fit compositum praetera, quod est aduerbium ordinis. & praeter propter, de quo supra diximus & praeter spem dicimus, ex insperato. & praeter opinionem ex inopinato. NON QVAE DE TARDIS VITIBVS. De uitibus, ex quibus uuae tarde colliguntur, & duraciam uuam intelligit, non quia uino insignis sit, sed quia sine ullis uasis in uite seruetur, tanta est contra frigora, a stus, & pestatesque firmitas. Martialis. Non habilis cyathis, & inutilis uua lyaeo. Sed non potanti me tibi nectar ero. Augustus in epistolis. Dum lectica ex regia, dum redeo panis unam cum paucis canis uuae duracinae comedi. Duracina a duricie, hoc est firmitate corticis dicta sunt. Durum enim proprie solidum, ac firmum dicimus. Virgilius, Sed duris genuit te cauitibus horrens Caucasus, estque eius contrarium molle. Sed per metaphoram durum aliquando pro aspero, ac nocenti ponimus. Lucretius, Et seno, ac duro in bello

Dulcibus aut certat quae melimella fauis  
No pira, quae lecta pedent zeligata genesta  
Aut imitata breues pumica mala rosas.

Coniugis audisset fatum cum Poetria Bruti,  
Et subtrata sibi quaereret arma dolor,  
Non dū fatis, aut, morte nō posse negari.  
Credideram fatis hoc uos docuisse patrem.  
Dixit, & ardentis auido bibit ore fauillas.  
I nunc, & ferrā turba molesta nega.



bello optimus hostis. Virgilius, Aut durum tineæ genus. idem. Res dura, & regni novitas me talia cogunt moliri. alii quando pro patiente, ac perseverante, idem. Sapiadas duros bello. interdum pro immiti. crudeli. idem. Quid iuuenis magnus, cui uersat in ossibus ignem durus amor? Ab hoc fit prædurus, hoc est ualde durus. & durities, hoc est firmitas. soliditas. item asperitas, crudelitasq; quæ & duritia dicitur. & dure, ac duriter aduerbia, quæ ita à quibusdam separantur, ut duriter sit sine sensu laboris, dure uero crudeliter. & dure in alterum. duriter in nos aliquid faciamus. Teren. Vitam parce, ac duriter agebat. et duro uerbu quod aliqui significat firmo. solido. Plyn. Qui assiduo labore, et partim aestu. partim frigore durant corpora. Aliquando patienter fero. Virg. Durate et uos met rebus seruate secundis. nonnunquam perseuero. Terenti. Non hercle hic, qui uult durare quisquam sic sit potens. & durabile, quod durare potest, cuius contrarium est indurabile. item à duro dureo, hoc est durus fio. à quo dureo. item cōposita induro, quod est durum facio, cuius passiuum est induror, et ab eo indureo, à quo induresco. obdureo eiusdem significationis. à quo passiuum obduror. subdureo parum duro. à quo subduror. TARDIS. Etiam pro perseverantibus, & diuturnis possimus accipere, nam tardum proprie pigrum, & lentum dicimus. Virgilius. Sæpe oleis tardi costas agitator aselli uilibus aut onerat pomis per metaphoram tamen aliquando pro perseveranti, ac diuturno ponimus. Idem. media fert tristes succos, tardumq; saporem. aliquando pro denso, & crasso. idem. udo sub robore uiuit stupe uomens tardum sinum. nonnunquam pro rudi, & stulto. Idem. tardi uere subulci. Teren. Tardus est. i. stultus. ab hoc fit diminutivum tardiusculus, & tardior, tardissimus, tarde aduerbium, quod & tardeo dicitur. à quo tardius, tardissime, & tardiuscule aduerbium. Item tarditas, lentitia, pigritia, quæ & tarditudo, & tardities dicitur. Acutus. Atq; ceteros se gni somno & tarditudine. idem. multa mittuntur tarditia, & socordia. Plau. Demiastræ cocleam tarditudine. item tardi gradus, de quo superius diximus, & tardiloquus, tardiloquentia notæ significationis. Item tardeo uerbum, quod modo significat moror, tardus sum, modo remoror, quod potius per compositionem retardatio dicitur. à quibus tardatio, & retardatio. MELIMELA. Mala dulcia, de quibus superius diximus. hæc à celeritate matrescendi muste dicuntur, & à sapore mellis melimela. græci enim. μέλι mel uocant, μέλα mala uulgo uero mala nana appellant, quo darbores ea ferentes pomelia sunt. græci μέλι per simplex. l. scribunt, nos duplicamus ad differentiam, ut opinor eius animalis, de quo superius diximus, quod melis dicitur, & per simplex. l. scribitur. malorum plura genera sunt Matiana. Gestiana. Manliana. à Matio, Gestioq; & Manlio appellata, quæ huiusmodi pomis inferendis insignes fuissent. similiter ab Appio à Claudia gente appiana sunt cognominata. odor ijs maximus est fere cotoneorum. magnitudo non multo inferior, sed Claudianis rubens color. septiana à septio libertino eorum primo insitore, insignia rotunditate. quiriana à Quirio, & quæ Cato tradit in dolijs optime condi. scantiana præterea parua gratissimæ saporis petisita. Item quæ à patria nomē habent, camerina, & græcila, & à Sentino patria mea. sentinaria, quæ uulgo ab Apennino ad urbem saxoferratia dicuntur. Veteres ea à colore feri et uocabant. cætera à causis traxere nomen. rosea à colore, odoreq; rosarum, excellentia apud Sentinates meos, & in alterum annum durantia, gemella, quod nunquam fere singula

in foetu nascatur ab appiorum similitudine. melappia. maiora appijs uulgo appionia uocata. à figura orbis in rotunditatem circumacti, orbiculata, quæ græci à patria epirotica nominant. à situ, quod fere in omnibus pomarijs inserantur odore, saporeq; insignia paradisa. Nam græci παπάσσορ pomarium uocant, ab effigie mā marum Orthomastica. ὀρθὸν enim græci rectum, μαστὸν mammam appellant. à conditione castrati seminis spadonia, quæ uulgo à caporum similitudine capuncula uocant. à folijs Melgimella. folium enim unum aliquando, & genuinum erumpit à latere medio quod celerrime in rugas marcescant, pannicea, quod stolidè tument. pulmonea uulgo centum solida dicta, quæ prima adueniunt, & uelut decerpi properant quasi statim liquefcentia. à farina farinacea uocantur. omnia fere partibus, quæ à sole fuerunt aliquantulum rubent. ea, quibus sanguineus est color originem à mori insitu habuisse existimant. FAVIS. Melle recentis. Favi enim, ut superius diximus proprie callæ sunt, quas apes construnt, ut melle impleant, à fouendo dicti quod in ijs foetus suos foueant. Plynus, Primum itaq; fauos construnt, cerâ fingunt, hoc est domos, callasq; faciunt. Virgilius. Pars intra septa domorum narcissi lacrymam & lentum de cortice glutem. prima fauis ponunt fundamenta, deinde tenaces suspendunt ceras, alie purissima mella stypan. Plyn. Junior, bucellam panis dedit, & fauum mellis, hoc est frustum operis apiarum melle plenum. à fauis fit diminutivum fauulus. Plau. Meus dulciculus fauulus, PIRA. Horum quoq; multa genera sunt. superba, quæ à moschi odore moschatula dicitur, et à celeritate aduenit, quasi principatus tenere uelint, superba. parua enim hæc sunt, sed ocysima, gratissimq; & odoris, et saporis. moschum ignorarunt ueteres, nihilq; aliud est, quam sanies animalis, quod Arabes eodem nomine appellant ignotum id quoq; ueteribus fuit. paruum est, muris fere effigie binos dimittat dentes in superiori mandibula & tandem in inferiori habens, eorq; ad interiora recuruos. oritur in eius corpore a postema sanguinolentum iuxta umbilicum, idq; putrescens cum pelle excidunt uesica instar sanguine plene, quod exsiccatum gratissimæ odoris est, & inter primas hominum delicias habetur, abis. unguentis medicanis passim adhibita. Muscus uero est lanugo uiridior, quæ in fontium marginibus frequens esse solet. unde muscosi fontes dicuntur. Virgilius. Muscosi fontes, & somno mollior herba. sunt secundo loco crustumina omnibus gratissima à crustumino a gro Thusiæ, ut quidam uolunt cognominata. franguntur facillime, unde uulgo à glaciæ nomen sumpsere. proxima huius bonitate salernina, rubignosi corticis, sed à potuita appellata, quoniam mirra uis succi abundat, quidam hæc ob eandem causam lactea uocant, alij à colore Syriacæ, uulgo nunc coruela dicuntur. præter hæc curmundula gratissimæ & ipsa saporis, corticis tenerrimi, propter quod à plerisq; nequaquam detracto corio eduntur. unde nomen habent, item decumana uulgo nota, quibus similia, sed differentia bonitate pseudodecumana appellantur. dolobelliana longissimi pediculi ab insitore Dolobella, pomponiana, quæ cognomine mammosa appellantur, à mammarum similitudine. liceriana. seueriana. generiana. tyrranniana. fluxoniana. rubra, & paulo superbis maiora. lateriana. aniciana. post hæc autumnalia acidulo sapore incunda, quæ à Tiberio principe Tiberiana sunt dicta. patria uomina habent amerina. picentina. numantina. alexandrina. numidiana. græca. tarantina. signina, quæ alij à colore testacea appellant, sicuti onychina purpurea. ab odore myrrhappia. lau-

Rustica lactates, nec misit fiscina metas, Anō armato pumilione potest. Ponatur tibi nullus aper post talia facta,  
Nec de piceis uenit oliua cadis. Et nihil inde datum est, tantū spectauis oēs Sed tu ponaris, cui Caridemus, apio;  
Nudus aper, sed et hic mimimus, qualisq; necari Ponere apū nobis, sic Tarena solet.



rea. *nardina* à tempore *hordeacea*. à collo *ampullacea*. & *co*  
*riolana*. à forma *cucurbitana*. à *succo acidula*, incertam no-  
 minum causam habent *barbarica*. *uenerea*, quæ colorata di-  
 cuntur. *regia*, quæ nimio pediculo ueluti sessilia sunt. *patricia*,  
*uocoma*, et quæ *Vir*. à *Catone* sumpsit. *uolena*. & *sementina*.  
 & *mustea*. est & aliud *pirorum* genus suauissimum in hye-  
 nem duras succosum, grande, coloratum, quod pontificum di-  
 citur. item aliud, quo nullum inter omnia sapore acerbius est,  
 si crudum edatur, nullum uicinius, si coctum, amabilia hæc  
 uocant, *uirdia* sunt, & uisu quoque horrida. *durant* in alteru  
 annum fiunt ex ijs *coppuli*, & *pulmentaria*, nulla *dapes* æ-  
 que in pretio sunt. excellunt hæc maxime apud *Sentinatæ*.  
 præsertimq; in paruo oppido nostro aquis undiq; circansuen-  
 tibus, quod ex argumento in *sulam Ceterumperaneam* uocant.  
 à quo & familia nostra *Perotorum* traxit cognomen, qui p-  
 pe *pira* uulgo à *Sentinatibus*, & fere per omnem *Italiam* pe-  
 ra dicuntur. dant hæc *pira* in *escam ægris cœta duntaxat* uel  
 in *urno*, uel in *sapa*, & *pulmentarij* uicem implent. *Pero* ali-  
 quando *proprium nomen* est uiri. fuit hoc nomine *Nelei* filius  
 & frater *Nestoris*. aliquando genus est *calceamenti rustici* ex  
 crudo corio. Nam *peram* ueteres *pellem* dicebant *pendentem*  
 à collo ad *lumbos*. *iuue*. *Quem non pudet alto per glacem*  
*perone tegi*. hinc *peronatus* deducitur. *Persius*. *Nauium* si po-  
 scat sibi *peronatus arator*, hoc est *peronibus calceatus*. à *pera*  
 etiam, hoc est *pellem*, *pera* dicitur *sacculi* genus. hinc *peram* uia-  
 toriam uocamus, quæ *panem*, & aliquid *obsonij gestare* uiato-  
 res solent, quem admodum *populum uiatorium*, quo *uinum*.  
 ab hoc fit *diminutiuum perula*. **RELIGATA LONGA GENISTA.** *Pira* pediculo *ligata* suspenduntur,  
 ut in hyemē durent, quædam etiam, ut diximus, toto anno ser-  
 uantur, conduntur quoque sæpe in *cauis*, ut *uue*. **GENI-**  
**STIS.** *Genista* arbor est uulgo nota, cuius *florem tingendis*  
*uestibus* ueteres adhibebant. idem *apibus* in *abo* in *gratissimi*  
*ri*. *semen* eius in *foliculis* *paucolorum* modo nascens *hellebo-*  
*ri* uice *puonium* purgat *drachma una*, & *dimidia* in *aquæ*  
*mulse* *quatuor cyathis* à *ieiunij* *poti*. *græci* hanc *αἰσθητορ*  
 appellauerunt. de hac enim intellexit *Homerus*, cum inquit.  
 Κῆρ δὲ δούρα σίοντι τῶν καὶ αἰσθητορῶν, hoc est.  
 Etiam *latera putrefacta*, & *nauium sparta soluta* sunt.  
 Neque enim de *sparto* intelligi potest, cum non dum *africanum*,  
 aut *hispanum spartum* *Homeri* temporibus in usu esset, nec  
 ante *Pænorum arma*, quæ *primum* hoc *Hispaniæ* intulerunt.  
 herba hæc est sponte nascens, & quæ *feri* non potest, *iuncus*  
 proprie *aridi soli*, ubi nec *feri* aliud, nec *nasci* potest. in *Africa*  
 exiguum, & *inutile* *gignitur*. in *Hispania* abundantius. hinc  
*strata rustici* eorum, hinc *ignes facesq;* hinc *calceamina*, &  
*pastorum uestes*, hinc etiam *sportæ*, quæ & *sportulæ* dicuntur  
*nasa*, quasi *fiscelle*, in quibus *abi* in *quotidianum usum* *dati*  
*ferri* consueuerunt. propter quod & *pro ipsis abis* ponuntur.  
*Iuuenæ*. Nonne uides quanto *celebretur sportula fumo*. Item  
*pro pecunijs*, quæ *abariorum loco* quandoque *dari* solebat. *Marti*.  
 Dat *baiana mihi quadrantes sportula centum*. à *sparto* au-  
 tem *nomen* habet, quod ex eo *factitabantur*. cū ergo *Homerus*  
*spartura* dixit, *genistam* intellexit, ex qua certum est *funeris*,  
 & *lina piscatoria* fieri. quidam tamen uoluerunt *Homerum*  
 hoc loco, non *αἰσθητορ*, sed *αἰσθητορ* scripsisse, quod si-  
 gnificat *sata*, & *lina* intelligi uoluisse, quæ *seruntur*. è *lino* q-  
 pe *nauium armamenta* apud ueteres *facta* fuisse manifestum  
 est. **MALA PVNICA.** *Granata*, quæ hoc cognomen  
 sibi *aræ Carthaginem* uendicauerunt, ubi & multa et insignia

nascuntur. *granata* dicuntur à *granis*, hoc est *acinis*, quibus sunt  
 referta. *grana* & *acini* in eundem sensum accipiuntur, sed hoc  
 proprie differunt, quod *granum* fere frugum dicitur, ut *tritici*,  
*hordei*, *farris*, & *similium*, à quo *granarium* uocatur locus,  
 in quo frugum *granare* ponuntur, et *granosum* quicquid *gra-*  
*na* intus habet. *acini* uero sunt *cæterorum fructuum*. ut *puta-*  
*uæ*, *bacarum*, *leguminum*, & aliorum huiusmodi. tamen hæc  
 sæpenumero confunduntur, & *granum* accipitur generaliter  
 pro omni eo, quod *græci* uocant *cocum*, unde *cocum* *ilicis gra-*  
 num uocamus. à quo *cocatum*, & *cocaneum*, de quibus supe-  
 rius diximus, et *granum gnidium*, quod aliqui *linum* uocant  
 in *Asia*, et *Græcia* nascens *paruo fructu*, specæ *rotundum*, colo-  
 re *rubrum*, minusq; quam *pip*, sed *caliditate multo ualidius*.  
 quæ propter *cum deorum datur cum pane*, aut *adipe su-*  
 mitur. alioquin *gulam* adurit, inter *punica mala* genus est, qd  
*aprynum* uocatur, cui *li gnosis nucleus* abest, unde *nomen* ha-  
 bet ab *a* *privatiua particula*, & *pyrin*, quod *græci* *paruum*  
*nucleum* significat, qualis est *oliuæ*. *Martia*. In *momentanis* *tu-*  
*beres*, & *apryna ramis*. Item alia dulcia sunt, alia acris,  
 alia *mista*, alia *acida*, alia *uinosa*. *flor* *corum balaustrum* uocatur,  
 & *medicinis*, et *tingendis uestibus idoneus*. Vnde *color hu-*  
*iusmodi* *Balaustrum* uocatur. *corticibus* quoque *corum*, quæ *acer-*  
*ba* sunt ad *perficienda coria* utuntur. Vt autem *conseruari* hæc  
*mala* melius possint *indurari* *feriente aqua marina*, mox  
*triduo sole* *siccantur*, postea *suspenduntur* ne *nocturno rore*  
*madeant*. cum libet *uti*, *aqua dulci* *perluuntur*. **IMITA**  
**TABREVIS ROSAS.** Quæ *similitudinem* habent  
*brevium rosarum*, etenim *flor* *mali punice*, *exigua rosa* simile  
 est. *germinat enim uterq; flor*, primo *inclusus granoso cortice*,  
 quo mox *intumescit*, & in *uirides alabastris* *fistigato pau-*  
*latim rubescens dehiscit*, ac *se se pandit in calices*, medio sui *cō-*  
*plectens* uel *luteo*, uel *purpureo* *apices*. **BREVIS.** *Par-*  
*uas breue proprium* est, quod *longo opponitur*, diciturq; à *græ-*  
*co βραχύς*, à quo *brachi* *indumenti* genus *puenda* ma-  
 xime *tegens*. unde *brachati galli* dicuntur, & *βραχίον* *bra-*  
*chium*, & *brachyactelcten*, quod *brevius desinentia* interpre-  
 tari potest, et *brachyologia breuiloquium*, siue *breuiloquetia*.  
 à *brevis* sic *brevior breuissimus*. *breviter*. *brevius*. *breuissime*.  
*brevi* *aduerbium* pro *breviter*. *Martia*. Quibus *remissum*  
*corpus* *astringens breui*. *brevitas*. *breuiloquus*. *breviarum cō-*  
*pendium*, hoc est *liber*, in quo uel *res gestæ*, uel *aliud quip-*  
*piam breuiter comprehensum* est. & *brevio* *uerbum*. à quo *cō-*  
*positum abbrevio*. **FISCINA.** *Instrumentum rusticum*,  
 de quo *superius* diximus, *apium ferendis* è *rure fructibus*, cuius  
*diminutiuum* est *fiscella*. in hac *portari recentes casei* *con-*  
*sueuerunt*. à quo *fiscelli* appellati sunt *casei mollis appetitores*  
 sicuti *Catillones* *catillorum* *liguritores*, unde & *lupum piscem*.  
 à *nima uocantate* *catillonē* ueteres *nuncupauerunt*. **METAS**  
**LACTENTES.** *Casei* *recentes*. à *metarum* enim *figu-*  
*ra* *casei metæ* *lactis* appellatur. *lactentes* autem *dicit*, quasi  
 adhuc *lac sugentes*, & non dum in *totū coactos*. **OLIVA.**  
*Fructus oleæ*. proprie enim *olea arbor ipsa* est. *oliua* *fructus*.  
*oleum succus*, qui ex *oliua* *exprimitur*, *legimus* tamen & *oli-*  
*ua* *de arbore*. *Virgilius*, *Incumbens tereti Damo sic ca-*  
*pit oliuæ*. hæc autem omnia, à *græcis* *sumpta* sunt, qui  
 ἰλιάων *oleam*. ἰλιάων *oliuam*. ἔλαιον *ole-*  
 um dicunt. *olearum genera tria* *Virgilius*. *Posuit orchitan-*  
*radium* *posiam*. alij *lianiam*. *sergiam*. *neuiam*. *cominiam*. *con-*  
*tiam*. *albiceram*. Item alia genera addunt *sergiam*, *Sabini regis*  
 uocant, cuius *fructus* nō ante *Fauonij statum* *ni grescat*, hoc est



ad VI Idus Februarias. alij hanc maiorinā uocant. alij bā-  
 biam. quanto maturior est oliua tanto pinguior succus, sed mi-  
 nus gratus. optima autem aetas ad decerpendum est inter copiam,  
 bonitatemque: cum bacca incipit nigrescere. has nostri drupas uo-  
 cant. græca δ'πυρρα. oliuæ constant nucleo oleo. carne. amur-  
 ca. hæc sanies est eius amara, quæ ex aquis prouenit, ideo sicut  
 tibus nimia est, riguis copiosa. suus oliuæ succus oleum est. opti-  
 mum fit in uena franco a gro campaniæ, ubi Venæ frum est oppi-  
 dum, cuius odor est unguentis accommodatissimus. Martia.  
 Hoc tibi campani sudauit bacca Venæ fri-  
 Vnguentum quoties sumis, et istud olet.  
 Oleæ honorem romana maiestas maximum præbuit turmas  
 equitum idibus Iulij ex ea coronando. Item minoribus trium-  
 phis ouantes. Athenæ quoque uictores olea coronabant, et græ-  
 ci olympiæ oleastro. olea syluestris hæc est, ab olea nomen ha-  
 bens. oleo natura est tepefacere corpus, et contra algores muni-  
 re. ideo institutum a græcis, ut in gymnasijs athletarum corpo-  
 ra ungeretur, quod tanta luxuria factitatum est, ut aliquando ma-  
 gistratus honoris eius octogenis sextertij strigmenta olei uen-  
 diderint. fit et fictitum oleum e diuersis arboribus, herbisque,  
 et alijs rebus, ut puta ex oleastro, quod oleastrinum dicitur, ex cha-  
 mela fructu saxoso, non altiore palmo folia olea stri, baccaque  
 habente. e cyri altero fructu, quæ alij scoton, alij rhibum, alij  
 sifanon syluestre appellant folio uitium, caule ferulaceo sem-  
 ne ad similitudinem ricini, unde et ricanium huc fruticem uo-  
 cant. coquitur id semen in aqua, immatansque oleum tollitur, quod co-  
 cynum appellatur. ex amygdalis amygdalinum, quod et meto-  
 pum dicitur, ex lauro laurinum, ex myrto myrtinum. et oxymyr-  
 sine, siue chamæmyrsine oxymyrsinum, quod et chamæmyr-  
 sinum, ex citro citrinum, e cypressso cypressinum, e nucibus in-  
 glandis, quod carynion nuncupant, e lini semine lineum, e ma-  
 lis ædri adreleon, e grano cnidio cnidium, e lentisco lentiscin-  
 num, e cypro arbore cyprinum. Indi etiam e castaneis, et si-  
 sama, et oriza facere castaninum, et orizinum, et sifaminum  
 dicuntur ictthyophagi, e pisibus pisaninum. aliquando et e fo-  
 lijs platani factum est lumen causa propter olei inopiam, ex  
 oenathe de qua diximus, oenanthinum, e sansuco sansucinum.  
 Item fit ex cardamomo, meliloto, nardo gallica, panace, hele-  
 nio. anam radice, omnium succus in oleo maceratis, ex pressisque  
 sic rhodium, siue rosaceum e rosis, iuanum e iunco, quod est ro-  
 saceo simillimum. Item hyoscyamo, lupinis, et narcisso plurimum  
 est. in Aegypto e raphani semine, aut gramme, quod corti-  
 non uocant. Itæ e sifama, et urtica mista, quod a grosinum ap-  
 pellant. e Lilio Lilinum. sius præterea herbis inter Cappado-  
 ciam, et Seleuciam, quod seleucicum dicitur neruis admodum  
 utile. in Italia e gummi, quod guminum, e pice, quod pianum  
 appellant. sponte nascitur in Syria maritima, quod eleomeli di-  
 ximus uocari. fluit item e petris quibusdam, quod et petreleon  
 dicitur. est præterea oleum oenanthinum, cuius in medicina idem  
 affectus, qui rosacei. fit ex florente uua labruscæ, quæ oenā-  
 the dicitur. omphacinum oleum est, quod ex oliua immatura fit,  
 hoc omnium optimum, atque utilissimum est, etenim omphacum  
 proprie dicitur, quod fit ex uua acerba, hoc modo decerpitur  
 uua, quando est cæcis magnitudine, ante cænis ortum, eiusque  
 melligo, et totum corpus sole coquitur, nocturni rores auentur.  
 additur aliquid salis in fictili condita melligo colligitur, opti-  
 meque cyprio ære seruat. fit et alio modo in mortarijs uua im-  
 maturæ teritur, siccataque in sole digeritur in pastillos. omphacum  
 uocabulum a græcis sumptum est, apud quos immatura uua  
 dicitur. ὀμπαξ. olei sex, quæ amurca dicitur, ad multa  
 utilis est. doliæ olearia, cædique ea imbuntur, ne bibant oleum.  
 eadem subiguntur aræ terendis messibus, ut formicæ, rimæque

absint, et similiter lutum parietum, et tectoria, et pauimen-  
 ta horreorum frumenti, uenariu etiam contra teredines, et no-  
 xia animalia amurca aspergitur, semina frugum perfundun-  
 tur, lora etiam, et coria omnia, ac calceamina, axesque, et era-  
 menta contra æruginem, postremo ligna macerata amurca si-  
 ne aliquo sumi tædio ardent. ab oliua oliuetum deducitur lo-  
 cus, in quo oleæ consistunt, et oliuitas fructus olei. V arro,  
 de oliuitate oleas exui optime conscribit Cato, et oliuum oleum,  
 et oliuo uerbum, quod est oliuarum uindemiam ago, siue oli-  
 uas colligo. Plynus. Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit,  
 oleam ne stringito, ne ue uerberato, et oliuita olei uindemia.  
 ab olea uero oleagnus, sicut a fago fagnus unde oleagnæ co-  
 ronæ appellata, et oleum a quo olearius olearia olearium,  
 unde oleariam cellam, et olearia instrumenta dicimus. Item  
 olearios, qui oleum uel faciunt uel uendunt præterea ab oleum  
 oleo uerbum, quod et olo ueteres dixerunt, significatque odorē  
 reddo, uel bonum, uel malum, cum compositum ab eo redeo in  
 bonam semper partem accipitur. tractum autem ab eo est,  
 quod oleum inueterascens a superiore habere odorē inapiat,  
 uerustas enim tædium affert. hinc olentia mali odoris loca di-  
 cuntur, et olidum, quod odorem habet. Martia. Olidæque ue-  
 stes muricæ, et oletum stercus humanum, V eranius sacerdotu-  
 la in sacrificio fecit oletum, ab hoc fit compositum olfacio, quod  
 et odfacio ueteres dixerunt. Item adoleo, quod modo significat  
 accresco, quia crescentes pueri, cum primum puberes fiunt olere  
 hircum inapiunt, propter quod hircuitalli, ut superius diximus,  
 sunt appellati. hinc adoleo. a quo adoleo, cuius diminuti-  
 uum est adolecentulus, et adolecentia, et adultus deducun-  
 tur, et adolecentior uerbum, quod significat luxurior. V arro. id  
 equidem ut faciat censeo, quoniam tu quoque adolecentiaris. itæ  
 adolecenturio, quod adolecentium more facio, siue in adolecē-  
 tiam redeo. Laberius inquit adolecenturire, et nescio quid  
 nugari facere, modo adoleo accipitur pro sacrificio, quasi odo-  
 rem dijs præbeo. Virg. Verbenasque adole pinguis, et mascu-  
 la thura, quoniam uero sacrificium urendo fieri consuevit, ado-  
 leo etiam pro uro aliquando accipitur. V arro. Cui in ista ado-  
 leuissent partem dijs obtulerunt, partem ipsi consumpsere. V ir.  
 Adolebant ignibus aræ. Item ob eandem rationem pro colo-  
 usurpatur. idem, cura penum struere, et flammis adolere pe-  
 nates. præterea ab oleum fit et aliud compositum ab oleo, quod  
 est deleo, ac prorsus obliuio, ut ne odor quidem eius relinqua-  
 tur, et exoleo, a quo exoleo, quod est adolecere, hoc est cre-  
 scere desino. a quo exoleti dicti scorta mascula iam adulta, et  
 ferè dimissa, quod crescere desierunt. aliquando etiam exoleo  
 pro cresco accipitur, unde et exoletum adiectiuum pro adul-  
 to accipimus. Plau. Reliqui domi exoletam uirginem, et obs-  
 oleo ex ob, et oleo scilicet litera interposita, quod similiter signi-  
 ficat reijcor. dimittor. Cicæ. Obsoleuit iam ista ratione multo  
 magis, quam uerbis refutata, et suboleo, quod significat parum  
 oleo. Actus elegans est, myrrhā subolet. Itæ ab oleo fit inoleo,  
 quod significat cresco, inualeo. a quo inoleo. V irgil. V doque  
 docent inolecere libro, et indoles, quæ in pueris, atque in ado-  
 lescentibus est significatio quædam, et quasi odor futuræ uir-  
 tutis. Cicero. Vt enim adolecentibus bona indole præditis sa-  
 pientes senes delectantur. in uiris autem est signum, et quasi  
 odor præsentis uirtutis. Idem, homines in quibus est uirtutis in-  
 doles, commouentur. Lucanus. indole si dignum latia, si sanguine  
 præscio robur inest animis. indole inquit, quasi generositate  
 quadam uirtutis, atque animi. aliqñ etiam in malam partem indoles  
 usurpatur. Linius de Annibale, sic cum hac idole uirtutis, atque  
 uirtutum triennio sub Hasdrubale imperatore meruit. transfer-  
 tur quoque ad multa, atque inanimata. Idem. sicut in frugibus, pecu-



diuisq; non tantum femina ad obseruandā indolem ualent,  
quānam terrae proprietatis, coeliq; sub quo aluntur. sunt tamē  
qui oleo uerbū non ab oleum, ut superius diximus, deductū  
putant, sed ἀπό τοῦ ὀσφ' quod olere est. a quo & odoro uer-  
bum derivatum existimāt notae significationis, & odor, siue  
odori, a quo odoratus, odorificus, de quibus superius diximus.  
Itē odorabilis, hoc est odorē reddens, & odoramentū, qđ odo-  
randi gratia tenemus, sicut unguentū, qđ causa unguendi. DE  
CADIS PICENIS. De uasibus, in quibus picenae oliuae  
conduntur. ex omnibus enim Italici oliui picenae, & sidici-  
nae apud ueteres maxime commendabantur, sicut nūc propter  
magnitudinē, et cetero sitatē Bononienses picenae partim sale  
condiebantur, partim oleo suo sine aliqua arte sua commenda-  
tione pure immatabāt. quaedā frangebantur, & herbarū uiri-  
dium condiebantur sapore ob id olympiades uocatae. ἀπό τοῦ  
κολυμβάρ, quod immutare est, nā propter lenitatē urinabāt.  
fiebat et praecoxes feruēt aqua p̄fusa, quāuis immatura eet.  
Cato. Nō alio modo condi laudat oliuas, quā in uirga ui-  
rides, uel fractas in lentisco. NVDVS APER. subintel-  
lige appositus est. NVDVS. Solus, sine aliarū dapium  
apparatu. solidos. n. apros apponere in conuiujs ueteres sole-  
bant. primus Romanorū solidū aprū in epulis posuit P. Ser-  
uilius Rullus, pater eius Rulli, qui Cicero consulē legē agrā-  
riā promulgauit. postea bini & terni simul aprī uno conuiuio  
consumpti. Iuue. Quāta est gula, quae sibi totos ponit apros.  
POMILIONE. Nano. nani enim sunt homines paruae ni-  
mis staturae, paululumq; supra terrā exstantes, quod uocabulū  
graeū esse constat. latini eos pomilios, siue pomiliones appel-  
lant, & in feminino pomilias. Fronto Philosophus nani ap-  
pellationē barbarā esse existimauit. nani graeci uas aquariū  
uocant humile, & concuū, quod uulgo stulum barbarum ap-  
pellant. hinc pomiliones etiā nani uocauerunt. Domitianus in  
spectaculis suis pomilionū edidit pugnam. Papius. Hic au-  
dax subit ordo pomilionū. Romani hoc genus hominū in deli-  
tijs habuere sub diuo Augusto minimus homo fuit Canopus no-  
mine in delitijs Iuliae neptis eius, cuius longitudo duos pedes, et  
palmā non excedebat, & eiusdē ferē longitudinis mulier An-  
dromeda, quae Iuliae Augustae liberta fuit. Maniū maximū et  
M. Tullium egres Romanos binū cubitorū fuisse M. V. aruo com-  
memorat, qui mortui longissimis temporibus in oculis sunt ser-  
uati. nos pomilionē habemus Hectorē noīe annos nunc duode-  
quadraginta natū, sed aspectū talē, ut ab oibus puer, & non  
dum duodecimū aetatis annū excedens iudicari possit puberē  
alioquin, et propensioris in mulieres libidinis, ingeniosum. pre-  
terea et atra scurrilitatē dicatū. sexq; pedales gigni quosdā  
in crimatu implentis uitae cursum comperitum est. eura pelos  
graei uocāt a corporis dexteritate, nā proprie eura peli apud  
eos dicuntur, qui facilitate quadā morū praediti sunt, hoc est le-  
pidi, elegantes, in latino uomē nō habent. INDE. Deinde  
post aprū. TANTVM. Solūmodo. ARENA. Amphitheatrum.  
CVI CHARIDEMVS. Salicet positus fuit. constat. n. Charidemum dānatum a Domitiano aprorū  
dentibus dilaniatum fuisse.

EPICRAMMA. LXXIII. AD STELLAM.

**L**ASCIVOS LEPORVM CVRSVS.  
Iocatur cum Stella facete eum monens, ut si ni-  
miū uidetur, qđ bis de lepore scripserit, ipse  
quoq; paria faciat, et bis ei lepore in conuiuio  
ponat. MAIOR, ET MINOR CHARTA. vel  
maiora, uel minor a epi grammata, quae de eadē re scribuntur,

uel maior, & minor scheda. Est enim scheda folium chartae,  
siue papyri non dum compactum, & ligatum, quod & phyl-  
luram graeco uocabulo nuncupamus. Plyn. Sed ratio depre-  
hendit uitium unius schedae reuulsione. quidam detracta asti-  
ratione sedā scribunt. Quin. Nam qui omnes etiam indi-  
gnas lectione sedas excutit, anilibus quoq; fabulis ac ammo-  
dare operam potest, scheda enim nauigij genus est in candi-  
tum, & arabibus tantum inter se connexis factum, qualem su-  
pra diximus ratem esse. unde scheda in condita, & extempora-  
ria carmina dicuntur, quae nostri syluas appellant, & graeci  
χρησίδειν usurpant pro eo, quod est extempore dicere,  
& schedion uocant, quod ex tempore compositum est, quasi dū  
taxat in schedis scriptum. Martialis.  
Ohe iam satis est, ohe libelle.  
Tu procedere adhuc, & re quaeris.  
Nec summa potes in scheda teneri,  
Maior ergo, et minor scheda est, prout plura, aut pauciora epi-  
grammata continet.

20 EPIGRAMMA LXXIII DE LIBELLO SVO.

**A**EDITA NE BREUIVS. Eodem se-  
re argumento ludit, propter quod nonnulli hoc  
distichon superiori epi grammata adnectunt.  
ne forte inquit susceptus a me labor scribendi  
epi grammata propter libelli paruitatem peat,  
idem potius saepius repetatur. CVRA AEDITA. Stu-  
diū impensum BREUIVS LIBELLIS. Propter  
breuitatem librorum. DICATUR POTIVS TON  
Δ' ΑΓΑΜΕΙΒΟΜΕΝΟΣ. Hemistichion hoc est me-  
dius uersus est Homeri τὸν δ' ἀπαμφοτέρως, qđ significat  
huic autē respondens, & a Marone nostro interpretatur, huic  
contra. hoc hemistichion Homerus frequentissime repetit. est er-  
go sensus, repetatur potius a me id saepius, ut ab Homero fit hoc  
hemistichion, qđ liber ob nimiam breuitatem pereat.

30 EPIGR. LXXV AD HEDYLV.

**C**VM DICIS PROPERO. Ex perso-  
na sua notat eos, qui nimio coitu exhausti, &  
impotentes facti, exereere tamē libidinē non  
cessant. PROPERO FAC SI FACIS.  
Verba sunt Hedyli, dū cum eo coit Martia. Et  
est sensus, cum dicas mihi coeūti tecum haec uerba. ego propero,  
hoc est mihi propere abeundum est. fac si facis, hoc est exple  
opus, si potes ex plere. Est. n. cōmūnis hic loquēdi modus. FAC  
SI FACIS. Expedi, perface coitum, si potes. facere enim ut  
superius diximus uere est. VENVS. Libido, coeundi  
appetitus, quē admodū superius diximus. DEBILITA-  
TA. Exhausta, infirmior facta ob nimium coitū. LANGVET.  
Deficiat. dissoluitur. hoc. n. accidit hoibus nimio coitu debilitatis,  
ut et uerbis a coeūdi libidine auocentur. PROTINVS. Sta-  
tim quasi porro tenus. Vir Protinus ad regē cursum detorquet  
Hiarbam. aliquando tamen ponitur pro consequēter deinceps.  
idem, protinus aerij mellis coelestia dona exequar. interdum  
pro iugiter continue. idem, traiccto missa lacerto protinus ha-  
sta fugit, seruatq; cruenta cruorem. nonnunquam pro longe  
porro. idem, uerūq; recuruo tartaream intendit uocem, quā  
protinus omne intremuit nemus. quandoq; pro ualde. idem. EN  
ipse appellas protinus aeger ago. item pro omnino sicut penitus.  
Idem. cum protinus utraq; tellus una foret. quando autem hu-  
ic aduerbio additur negatio, si significat nō ideo, quē admodum

Lasciuos leporeū cursus, lasciusq; leonum,  
Quod maior nobis charta, minorq; gorit.  
Et bis idem scriimus. minuit si Stella uidetur  
Flor. tibi, bis lepore tu quoq; pone mihi i

Cū dicis propero, fac si facis Hedyli, languet. Expectare iube, uelocius ibo retentus.  
Protinus, et cessat debilitata Venus. Hedyli si properas, dic mihi ne properem;



fit in continuo, & statim. Quintilia. Non autem ut quicquid  
praecipuum necessario est, sic & efficiendum oratorem maxi-  
mi protinus erit momenti. eandemq; vim & interrogatio ha-  
bet. idem continuo si ille stulte cogitavit nobis quoq; stulte dice-  
dum est. id est non ideo. protinam etiã pro protinus inuenitur.  
Terent. Protinam conijam me in pedes. IUBE EXPE-  
CTARE. Iube me lente facere, ne cogitatione festinationis  
animus a libidine auocetur. SI PROPERAS. Absce-  
dere. NE PROPEREM. Facere.

EPIGRAMMA LXXVI. DE DIAVLO.

**N**UPER ERAT MEDICVS. Idem  
planè argumentum est, quod quinquagesi-  
mi noni epigrammatis de Chirurgo.

EPIGRAMMA LXXVII. DE LE-  
PORE, ET LEONE.

**R**ICTIBVS HIS TAVROS. Idè  
argumentum, quod superiorum duorum  
epigrammatum, hoc est XXXV & XL  
III de lepore ludete in ore leonis. MA-  
GISTRI. Domitores leonum. RI-  
CTIBVS. Rostris BUCAS, quem admo-  
dum superius diximus. FVGAX PRAEDA. Elegan-  
ter leporem descripsit, nam & fugatissimum animal est, &  
omnium praeda nascens. NEC NIHIL REFERT.  
Et aliquid refert a leone, hoc scilicet quod reddit audacior,  
& ex audacia fit celerior. mirum dictu non modo non obese-  
se leonem lepori, sed prodesse. SOLA ARENA. In  
qua nulla sint ferae sumentes. CONDITVR. Absco-  
ditur, seruat. CAVEAE. Receptaculo. cauum dicitur  
proprie concavum, uacuum, & a Chaos deducitur, quod qua-  
si uorago quaedam erat inanis, & uacua. Virg. Tum dea nu-  
be caua tenuem sine uiribus umbram. idem haec ubi dicta ca-  
uum conuersa cuspide montem impulit in latus. a cauum ca-  
uea deducitur, quae proprie significat locum sub terra uacu-  
um, atq; obscurum, quoniam autem in huiusmodi locis esse co-  
sueverunt ferarum cubilia, caueas pro ipsis ferarum recepta-  
culis frequenter usurpamus, & ab harum similitudine pro-  
ceptis ex ligno siue ex ebore, aut aliquo metallo factis, in quibus  
oculos tenemus, quas uulgo etiam caueas uocant. Martia. de  
cauea eburnea.

Si tibi talis erit, qualem dilecta Catullo

Lesbia plorabat, hic habitare potest.

Item caueam uocamus fossam sub terra factam tectam tamen  
superius. Item arcem in medio theatri, in qua equitum subsel-  
lia constituta esse consueuerunt, quod uelut tecta, caueae simili-  
tudinem haberet. Virgil. Hic totam caueae confissum. Item a ca-  
uum caula stabulum, in quo pecudes reconduntur, quod anti-  
quius ante usum tectorum oues antris teneri solebant. & cau-  
diariae naues, quod ex lignis grossioribus cauatis fierent. cau-  
da, quod inus caua sit. est enim cauda pendens posterior pars,  
quae omnibus animalibus est praeter homines, & simias. Vete-  
res etiam aliquando codam dixere, a qua caudati, & codati  
dicti, qui caudas habent. et caudae a stellae appellatae sunt ex  
iuncto a similitudine equinae caudae factae. Item cauias hos-  
tiae, quod caueae erant enim partes hostiae caudatenus, quae in  
sacrificio pro collegio pontificum quotannis ponebantur. Item  
cauerna, quam graeci uerua dicunt, hoc est concavitas  
quaedam terrae uacua, atq; obscura, unde cauernosum locum

Rictibus his tauros non eripere magistri,  
Per quos praeda furax itaq; reditq; lepus,  
Quodq; magis mirum, uelocior erit ab hoste,  
Nec nihil a tanta nobilitate refert.

Tutior in sola non est cum currit arena,  
Nec caueae tanto conditur ille fide.  
Si uitare tantum morsus lepus improbe quaeris,  
Ad quae confugias oza leonis habes.

dicitur passim uacuum, & ueluti cauernis plenum. Item a ca-  
uum concavum hoc est uacuum sinuosum. a quo concavitas, et  
cauo uerbum, quod est sudio euacuo. a quo reuacuo, & excauo  
deducuntur, a quibus reuacuo, & excauatio. TANTA  
FIDE. Tam certa spe salutis. IMPROBE PROCAX.  
Proterue, qui ludere cum leone audes, uel improbe, hoc est cal-  
lide. astute.

EPIGRAMMA LXXVIII. AD LICIANVM.

**V**IR CELTIBERIS. Licianum Cel-  
tiberum tadio urbis in Hispaniam redeun-  
tem, repetita locorum illorum amoenitate  
laudat, & otium, ac tranquillitatem uitae  
more suo commendat. carmen est dicolon di-  
strophon. primus uersus est Iambicus Hip-  
ponactius trimeter acatalecticus, constans sex iambis, recipiensq;  
etiam spondeos imparibus sedibus. secundus est iambicus ar-  
chilochius dimeter acatalecticus, constans quatuor iambis admi-  
sto interm imparibus sedibus spondeo. NON TACEN-  
DE. Laudibus profequende. tacere proprie est nihil loqui.  
Nemius. Hic loquitur, ille tacet. quoniam uero cum aliquid lau-  
de dignum uidemus, tam perire nobis non possumus, quin il-  
lud laudemus, & e contrario malefacta non laudamus, inua-  
luit consuetudo, ut tacenda pro non laudanda accipiamus, &  
e contrario non tacenda pro laudanda. item quoniam qui securi sunt  
nulla quaerendi causam habent, tacere aliqui usurpamus pro eo,  
quod est securum esse. Terent. Quis tacet? Nam cum ille inferat,  
dicam, manifestum est non silentium, sed securitatem imperatae  
fuisse, dicimus et tacere de iis, quae uocem non habent. Virgil. to-  
tumq; perrat luminibus tactis. Idem. cum tacet omnis ager. ta-  
cere. n. pro quiescere capitur. Unde tacitum mare uocamus, cum  
placidum est, & nullis fluctibus agitur. & a taceo taciturnus  
deducitur, qui natura facile tacet, & tacitus, qui scit tenere secre-  
ta. a taciturno tamen fit taciturnitas, quae est obseruantiae genus  
in silendo constituta, & in caelandis secretis. Terent. Sed iis, quas  
semper in te intellexi sitas fide, & taciturnitate, & taciturnus  
diminutiuum. A pule. Blanda mulier, et taciturnula. Item  
a taceo tate aduerbiu, hoc est cum silentio siue quiete. praeterea  
composita retico, quod proprie de iis dicitur, quae dolore siue soli-  
tudine afferunt. Terent. Ne uerere, ne retico. obtico de his, quae  
pudet nos loqui. Idem. Virgo ipsa scissa ueste lacrymans obtuet.  
condico, simul taceo. a quo conticesco, & contianium pars no-  
ctis, in qua omnes tacent, ut superius diximus. subitico. taceo,  
a quo subiticesco. CELTIBERIS. Iberus fluminis est Hispani-  
ae, a quo Iberi dicti sunt Hispani, qui utranq; Ibero proprie  
quam regionem usq; ad maritima incolunt. et Iberia proprie ea  
pars Hispaniae, quae intra Iberum continetur, quamuis generali uo-  
cabulo Iberia pro Hispania accipitur. haec regione Celtae Gal-  
lorum populi relicta quodam provincia habitauerunt. Unde compo-  
sita ex utraq; gente noie Celtiberi appellati sunt, & regio eor-  
um Celtiberia. hi quondam omnes immanitate superare sunt cre-  
diti, & regio eorum magna ex parte inculta erat, & aspera,  
& amniis alluuiouibus uasta, quod per eam Anas deferretur, et Ta-  
gus, & complura alia flumina, quae oceanum uersus in oceanum  
erumpunt. originem ex Iberis agris habentia, quorum propter  
Numantiam fuit. postea ad mansuetiore cultum redacti sunt.  
eorum nobilissima ciuitas Numantia fuit. a qua Numantini qui  
circa uiginti annos bellum cum populo romano gesserunt. tandemq;  
a Scipione capti, ac deleti sunt, unde Scipio ipse Numantinus  
est dictus. a Celtibero celtibericus deducitur. Unde celtiberi-  
cum bellum, et celtibericam cladem dicimus. NOSTRAE.

Vir Celtiberis non tacende gentibus, Nosterq; laus Hispaniae, Vadebis alta Lustrare Bilibin. Equis set armis nobilitate, Steriliq; canu nimibus offraitis sacrum  
Vada Veronem motibus. Et delitanti Dulce Borrothi mirus, Pomona quod foelix amat. Trepidat metabis lone Cegeli uada, Mollisq; nymphaui lacus, Quibus ac-  
missu corpus astringes beuis Salone, qui feru gelat. Pasfabit illis ipsa figendus prope Voberta pendit feras. Aplus serenos aureo frangens Tago Obscu-  
%



Obscurus umbra arboris. Auidā rigens Dixerem placabit scim, Et Nemea, que uincit niues. At in Decembris ramis, & Brauma ipotens Aglone rauco mugiet, Aprica capetes  
Tarracanis litorea, Iuag, Laletanum. Ibi illigatas mollibus damas plagis Maribus & uermos apras, L. epocēq; foeti calledū rupos equo Ceruus zelinq; uillero. Vicina in  
ipsa Sylua descendet fori Infante cinctus foecido. Vocabitur uenator, & ueniet tibi Cōiua clamatus prope Lunata nūquā pellis, et nūquā toga, Olidēq; uestes murire. X

Ex qua originem habemus. a nos noster deducitur, a noster  
uero nostras, quod significat e nostra gente, uel patria, nos ab  
eo pronomine, quod est ego, sicut uos ab eo pronomine, quod  
est tu, a quo uester, & uestras, in quibus illud animaduersione  
na dignum est (ex quo licet facere coniecturam uocabula lati  
ne lingua magis naturalia, et ratione inuenta, quam fortuita,  
sive arbitraria esse) quod cum nos dicimus, motu quod a oris cō  
ueniente cum ipsius uerbi demonstratione utimur. quippe labia  
sensim, ac spiritum uersus eum mouemus, cum quo loquimur, et  
e contrario, cum dicimus nos neq; profuso, intentōq; spiritu, ne  
que extensis labijs pronuntiamus, sed spiritum, et labra quasi  
intra nosmet ipsos coercemus. hoc idem fit in tu, & ego, & tibi,  
& mihi, & tuus, & meus, ceterisq; ab ijs descendentes. Nā  
sicut, cum annuimus, atq; abnuimus motus ille uel capitis, uel  
oculorum a natura rei, quam signat, non abhorret, ita in ijs  
uocibus, quasi gestus quidam oris, & spiritus uidetur esse natu  
ralis. Veteres his pro nobis scripsere. sicut tin pro eum. HI  
SPANIAE. Hispania Europae terminus claudit. hanc ue  
teri ab Ibero amne primo Iberiam, deinde ab Hispani insi  
gni eius urbe Hispaniam cognominauerunt, quae inter Afri  
cam, & Galliam posita oceani freta, et pyreneis montibus clau  
ditur, sicut minor ambabus, ita utraq; fertior. Nam neq; ut  
Africa uiolento solo torretur, neque ut Gallia assiduis uentis fa  
tigetur, sed media inter utranq; temperato calore perfruitur.  
Vnde felicitas, & tempestiuis imbribus, & omni frugum ge  
nere fecundissima est, adeo ut non in alis tantum suis, sed alijs  
quoq; prouincijs, & ipsi Italiae cunctarum rerum abundan  
tia sufficiat. ALTAM. Nobilem gloriosam. BIL  
BILIM. Segobriga, & Bilbilis duo insignia Celtiberie  
oppida sunt, circa quae Sertorius, et Metellus praelium commi  
serunt. Bilbilis patria Martialis, a Bilbili propinquo fluuio ap  
pellata. NOBILEM EQVIS, ET ARMIS. Re  
cte de Celtiberis loquens equos, & arma commemorat, cum ijs  
equi, & arma sanguine proprio acriora sint. EQVIS. Sūt  
in Celtiberia e quorum pernicies greges, qui cum natura subal  
bi sint, si in exteriorem Hispaniam traducantur, colorem mu  
tant, Parthiorum similes, nam & agilitate, & cursus celeri  
tate reliquos superant. ARMIS. Celtiberi arma habēt  
rei bellicae aptissima, ut pote aquarum temperamento obdura  
ta. nec apud eos probatur telum aliquod, quod non aut Bilbi  
li fluuio, aut chalybe tinctum sit. quia propter, & Chalybes fi  
nitimi huius fluminis appellati sunt, ferroq; ceteris praestare di  
cantur. sunt et alij in ponto Chalybes. chalybs aliquando pro  
ipso ferro ita temperato accipitur. Item pro opere ex huiusmo  
di ferro facta. Lucat. Chalybem, frenosq; momordit. Virgil.  
Vulnificusq; chalybs. SENEM QVE CANVM NI  
VIBVS EFFRACTIS SACRVM. Ordo est, &  
uidebis Sacrum senem canum effractis niuibus. Sacer nomen  
propriū est montis in finibus Galatiae aurum ferens. SE  
NEM. Antiqua nobilitatis. CANVM. Candican  
tem. NIBIBVS. Propter niues, quibus tegitur. EF  
FRACTIS. Allusit ad historiam. Nam sacrum montem  
ferro nudari nefas habetur, sed si quando terra fulgure (quod  
eo in loco assidua res est) aut imbribus, aut niuiū pondere scin  
ditur, detectum aurum uelut dei munus permittitur colligi.  
VADA VERONEM MONTIBVS. Sensus est.  
& uidebis Veronem appositue uada montibus, hoc est per  
quem est facilis transitus ad montes. Vero enim fluminis est  
Celtiberiae, a quo populi circa eum habitantes Verones appel  
lati. cursus eius, ut ceterorum sepe in ea regione amium, nō  
torrens, & apidusq; est, ut noceat, sed lenis, placidusq; ut transi  
ri uado facile possit. BOTORDI. Vicus est non lon

ge a Segobriga quondam oppidum fuit, sed a Tiberio grae  
cho dirutum, ut refert Polybius. DELICATI. Deli  
tiji pleni, quia arboribus, umbris. fontibus. nemoribus. Syluis  
abundat. QVOD FELIX. Fructiferis arboribus,  
ad nemus enim referri debet felix, non ad Pomonam. PO  
MONA. Pomorum dea, quemadmodum Bubona dea bo  
um, & Mellona dea mellis. a pomo Pomona appellata, unde  
etiam pomiferum deducitur. Plinius. Tū loca subigenda sunt,  
in quibus pomiferae arbores inferendae. & pomarium locus,  
in quo uel insita sunt poma, uel reponuntur, uel est arborum  
pomiferarum copia. pomum uero a potu deducitur, quasi potu  
num, ut Varro testatur, quod poma potu egeant. LENE.  
Leniter placide quia fluminis ipse lenis, ac placidus est. TE  
PIDA VADA. Sub calidas aquas. Vada ideo dixit,  
quia propter lenitatem transiri uado facile potest, quemadmo  
dum superius diximus, nec ullum est in natando periculum.  
CONGEDI. Congedus amnis est iuxta Bilbilim, qui  
per agri planiciem fluens exiguum lacum efficit tepentibus  
aquis, qui erumpit in Bilbilim. hoc se lauare Hispani post se  
cundum punicum bellum a Romanis didicere. MOL  
LES. Lenes. placidas. NYMPHARVM. In qui  
bus se lauare Nymphae consueuerunt, uel in quibus habitant  
Nymphae propter suauitatem, & delicias aquarum. RE  
MISSVM. Resolutum. quippe calidis aquis resoluntur  
corpora, frigidis restringuntur. BREVI. Statim, breui  
tempore. est enim aduerbium temporis. SALONE. Sa  
lo fluminis est, qui & Bilbilis dicitur, quo temperatur ferrum,  
atq; acrius redditur. GELAT. Gelu, hoc est nimia fri  
gidityte astringit, atq; obdurat. VOBERCA. Villa  
est iuxta Bilbilim amnem, cursu fluminis, umbra arborum,  
& frigiditate saturientium fontium amoenissima. PRO  
PE. Ex propinquo, ut superius diximus. PRAN  
DENTI. Dum prandes. tanta est enim illic copia fera  
rum, ut etiam in uillas confluant. prandium dicitur cibus, qui  
ante meridiem sumitur. Veteres caenam appellabant, quam ue  
ro nunc caenam dicimus, illi uocabant uespernam. ab edendo  
autem prandium dictum est, quasi peredium. ab hoc fit pran  
deo. a quo frequentatiuum pransito. pransos ueteres uocabant  
non solum qui edissent, sed etiam quibus nihil deesset. Var  
ro. Pransum te, ac paratum esse oportere. impransus uero dicitur,  
qui non dum pransus est, sicut incoenatus, qui non dum  
coenauit. prandiola, siue prandicula antiqui ientacula uoca  
bant, de quibus superius diximus. FRANGES. Ar  
ebis. superabis. AESTVS. Nimios calores. SERE  
NOS. Temporis sereni. Nam quo maior est serenitas tem  
poris, eo minores aurae, & sol liberior, ideoq; maior aestus.  
TAGO AVREO. Tagus flumen est in Lusitanis ra  
mentis auri ferens, iuxta quae uento equas factus conapere mul  
ti auctores prodiderunt. OBSCVRVS. Tectus. la  
tens. obscurum enim quod superius a cura deriuari diximus,  
proprie significat, quod sine lumine est. Virgilius. Si nigrum  
obscurum comprehenderit aera cornu. per metaphoram tamen  
interdum pro ignobili ponitur. Cicero. Qui magna sibi pro  
ponit obscuris maioribus. interdum pro tecto. latenti, et absco  
dito. Virgilius. Vidimus obscuris primam sub manibus urbe.  
Vnde obscuram orationem dicimus diffialem, & cuius senten  
tia latet. ab hoc fit obscuritas, quod interdum opacitatem,  
interdum ignobilitatem, interdum etiam difficultatem si  
gnificat. & obscurae aduerbium, latenter. difficulter. igno  
biliter. & comparatiua, superlatiuaq; eorum obscurior.  
obscurissimus. obscurius. obscurissime. & obscurum uerbum,  
quod modo significat opaco, modo tegeo, modo uel igno



bilis, uel difficilius facio. **ARBORVM.** Arbor generale nomen est, & appellatione eius uites quoq; & ederas, & arundines, & salictum contineri iuris consulti existimant, sed si quis salicinas uirgas instituendi salicti causa defixerit, eaq; ante, quam radices egerint, succidantur, aut euellantur, recte Pomponius scribit de succis arboribus agi non posse, cum nulla arbor proprie dicatur, quae radicem non conceperit. stryptamen oleae arbor est, siue radices egerit, siue non dum, sed cum planta adeo tenera est, ut herba potius uideatur, arboris loco haberi non debet. maximo uero in pretio apud ueteres arbores fructe umbrarum gratia, quod ex eo maxime apparet, quod cum Cn. Domitius pro domo L. Crassi, qui una secum censuram gerebat, centum numorum millia identidem promississet, & Crassius concessurum se respondisset, ex caeptis sex arboribus Domitius ne uno quidem denario emptam se uelle respondit, si arbores adimerentur. Ea fructe loti patula ramorum opacitate lascaue, quae postea centum octuaginta annis usq; ad Neronis principis incendia durauere, uirides adhuc, inueneruntq; ne principis ille arborum quoq; mortem accelerasset. dicimus autem in recto arbor, & arbor, sicut odor, & odos. hinc ueteres arbores pro arboribus scribere. ab hoc fit diminutuum arbuscula. Item arbusculum locus, in quo arbores sunt, sicut salictum, in quo sunt salices. hoc & arboretum aliqui uocant, ut Gellius testatur, ab eo fit arbusculum uerbum, quod est agrum arboribus conserto ad maritandas uites. Plinius. Transpadana Italia praeter supra dicta cornu. populo. nilia. acere. orno. carpinu. querca. arbusculum a gros. & Arboreus nomen a significatione, & arbutus genus arboris, quae unedo dicitur, de qua superius locuti sumus. Virgilius. Et quae nos raris uiridis tegit arbutus umbra. & arboreus uerbum quod significat in arborem cresco. Plinius. Alterius generis minor est herba. altera arboreus. **DERCE.** Derce, & Neme fontes sunt frigidissimi aestate inter Bilbilim, & Segobrigam, in ripa fere Salonis amnis. **RIGENS.** Frigidus supra modum. Virgilius. Tellurem borea rigidam spirante moteri, de quo superius abunde differuimus. **NIVES.** Aquam ex niuibus liquefactis, quod inueniunt fuisse Neronis principis diximus, ut frigidius biberet. **CANVS.** Albus propter niues. **ET.** Id est. **BRUMA IMPOTENS.** Bruma proprie dicitur dies solstitij hyemalis, qui est post Idus Decembris, dicta quasi βραχὺ ἡμερα, hoc est breuis dies, ponitur tamen interdum pro mense Decembris, ut hoc loco, interdum pro hyeme Virgilius, frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat. a bruma brumalis deducitur, ut brumale tempus. brumales dies **IMPOTENS.** Quia homines impotentes, & desideriosos facit, ab igne discedere nescientes. **MUGIET.** Sonabit. Mugire proprie factitium est bouum. a quo Mugitus, a cuius similitudine uenti quoq; plerumq; mugire dicuntur. hinc fit mugnor uerbum, quod significat murmuro. Lual. Magnamur, molimur, subducimur. Et Mugus cognomen Romani cuius a frequenti murmuratione. a quo Mugiola porta, quod ipsi aliquando praefuit. a mugio fit remugio compositum eiusdem significationis cum primitiuo. Virgilius. Horendas canit ambages, antroq; remugit. **RAVCO.** Sonoro unde ἀρόρον βαρυ, hoc est a uociferando Boreas dicitur. uociferando autem uox raucescit. **APRICA.** Temperata sine frigore de quo supra diximus. **TARACONIS.** Taraco insignis urbs Hispaniae est, a qua ipsa prouincia Taracensis uocatur altero capite Gallias, altero Beticam attingens, mari litora obijcit nostro, quae meridiem, quae uero septentrionem spectat oceano, urbs amoenissima est, temperata coelo, et ut Strabo inquit, ad recipiendos principes percelebris. **TIVAM.** Ex

qua tibi origo est. **LALETANIAM.** Regio est Hispaniae. Hyberus labitur a Cantabris, iuxta est Taraco. Hinc Laletania. a qua laletania uina, magis copia, quam bonitate nobilitata. **MACTABIS.** Oades, de quo superius diximus. **DAMAS.** Notum animal est e caprarum syluestrium genere. ideoq; semiferum, ut hirundines in uolucris, apes in campo, in mari delphini. reperitur & masculino genere. Virgilius. Cum canibus timidi uenient ad pocula dame. **VERNAS.** Conteraneo tuos, & quasi domi tuae natos. **RUMPES.** Desati gabis pleriq; sane ex uenatu uoluptatem capientes non sinunt leporem necari, sed currendo saepius uertunt, atq; ita leporem fatigant, & solo cursu delectantur, quod abs te **FEDERICE.** Princeps fieri praefertim in leporarijs tuis, quae tanto sumptu, decore, atq; elegantia fecisti, saepenuero non sine magna animi uoluptate conspiciamus. rum pere proprie frangere est. Virgilius. Rumpimus inuita tua uincula. aliquando tamen capitur pro fatigare. Terentius. Ut me ambulando rumperet. Aliquando pro disicere. Virgilius. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. non nunquam impetum facere. Terentius. Cesso intro rumpere, rumpere silentium, et rumpere uocem, est loqui, siue diu tacita profere. a rumpo rupes deducitur, quod ueluti abrupta sit, & ripa, quod aquarum agitatione rumpatur, de quibus et eorum derivatiuis superius locuti sumus. & rumentum abruptio, & rumex genus teli, quod sparvo gallico simile est. Est et rumex oleris genus uulgo notum. item rupti dicuntur, qui ob nimiam fatigationem, aut conceptum rigorem dolent, & uix mouere possunt corporis membra. praeterea a rumpo composita sunt interrumpo, quod est aliquid dicentem, facientem uel impedioperrumpo ualde rumpo. abruptio desicco. auello. Unde loca abrupta diuisa, atq; ob id inuia appellamus. praerumpo eiusdem significationis, unde & praerupta loca dicimus. erumpo cum impetu ex eo, a quo eruptiones dicuntur, quando uel ex erantus est castris uel praesidia ex urbibus in hostes impetum faciunt. Item egredior. Plinius. Erumpunt ceruus cornua primo arida citi similia. prorumpo cum impetu fevor. Irrumpo impetum facio, a quo irruptio. dirumpo, frango. scindo. et ad animum etiam refertur. Cicero. Dirumpor dolore. corrumpo. contamino. a quo corruptela, hoc est contaminatio deducitur. & in corruptum inuolatum. **CALLIDVM.** Callentem, flectere se, & saluti suae terga uertendo consulere. **FOR TI.** Celeri, robusto. **RELINQVES CERUOS VILLICO.** Mactando; scilicet quoniam caro eorum molli, & insipida est. ideoq; rusticorum potius abus. Ceruus animalium placidissimum est. Virgine aliquando ui canum, ad hominem confugit, & in pariendo minus cauet semitas humanis uestigijs tritas, quam quae secretae, ac feris opportunae sunt. Aeditos partus exercent tum foeminae, quam mares cursu & fugam meditari docent, ad praerupta ducunt, saluumq; demonstrant in fuga saepe quiescunt, stantesq; respiciunt, cum propeuentum est. rursus fuga praesidia repetunt, hoc faciunt intestini dolore tam infirmi, ut leui ictu intus rupatur. figunt mox latratu canum audito, aura semper secunda, ut se cum uestigia quoq; abeant. mulcentur fistula pastorali. & canu. cum exere aureis, acerrimi audius sunt, cum remiscere protinus surdi. Ceruum stolidum animal est, & omnium fere rerum miraculo stupens, adeo ut equo, aut bucula propius accedente hominem iuxta uenientem non uideat, aut si uideat, arcu ipsum, sagittasq; miretur. cornua mares hnt. soli q; ai aliu oibus annis statuto ueris tempore amittunt. Latet amissis quasi inermes, et noctu tm in pascha exeunt dextru cornu negant inueniri, defodi ab ijs putant, ne in usum hominu ueniat, qd ei insit aliqd medicamen

X Parca horridis liburnus, et quercus ceteris, Imperia uiduasq; prouit. No sapet aliu pallidus somnu zeus, Sed mane totu doznies. Morretur alius grade, et inuam sopos, Misere tu foletu, Verdq; fucere no supbus gaudio, Diuina laudatur tuus. No impudeter uita, qd reliquu est, petu. Ca fama, qd satis e habet.



tum utriuslibet accensio odore serpentes fugantur. indicia certae aetatis in illis sunt singulis annis adiacentibus ramos usque ad sexages ab eo tempore similia renascuntur nec potest amplius aetas discerni. dētibz senectū declaratur, aut enim paucos, aut nullos habent. non decidunt castratis cornua, nec si creant, renascuntur. capti aliquando sunt edera in cornibus uiridante ex attritu arborum innata, quoniam innascentia ad solem durant, deinde in arboribus experiuntur. M. tria tranat gregatim, nantes porrecto ordine, et capita imponentes praeceduntium clumbus, per uices quisque ad terga redeunt. conceptus ceruarum est post arcturi sydus. octonis mensibus ferunt partus, et interdum geminos. Post conceptum statim disiunguntur. at mares rabie libidinis saeuunt, fodunt scobes, ideo tunc rostra eorum nigrescunt donec umbre abluantur. candidi aliqui reperuntur, qualem fuisse tradunt Q. Sertorij ceruam, quam fatidicam esse hispaniae gentibus persuaferat. pugnant cum serpente, et caernas eorum inuestigant, narumque spiritu extrahunt venientes. ideo contra morsus praecipuum remedium ex coagulo hinuli in utero oasi. uita ceruis longa. capti sunt aliqui post centum annos cum torquibus aureis, quos Alexander magnus addiderat. cute iam fere ob pinguitudinem adopertis. febrium morbos non sentiunt, quinetiam huic timori medentur. notum est quasdam primas foeminas omnibus diebus matutinis carnem eam degustare solitas fuisse, et ita longo auro caruisse febribus. a ceruus ceruinus dicitur. Mart. Ceruinus gelidum torquet sic halitus anquem, et ceruarius, unde lupi ceruarium a similitudine dicuntur, et ceruaria ouis dicebatur, quae pro ceruo imolari solebat. Ceruus graece Elaphos dicitur, a quo Tragelaphon quasi hircinum ceruum uocant eadem specie animal barba tantum, et armorum uillo distans, nec alibi nascentis quam iuxta Phasim amnem, et Elaphoboson a pastu ceruorum, nam βοσκω pasco significat herbam ferulam geniculatam, digiti crassitudine femine corymbis dependentibus, folijs olusari commendatam in cibis contra serpēum, omniumque aculeatorum ictus. quippe fama est, hoc pabulo ceruos resistere serpēibus, quod eo minus est mirandum, quo et dictamnium herbam extrahendis sagittis. idem hominibus monstrauere, percussis eo telo, pastuque eius herbae electo. quae etiam percussu a phalango caneros edendo sibi medentur.

VICINA SYLVA. Ligna syluae uianae. continentem pro contento accipiuntur, ut mos est poetarum. DESCENDET. Facile portabitur, quasi spōte ueniet. scendere est in altum ire. unde scala dicitur, per quas in altum conscendimus. et scamna quae lectis ueluti gradus apponuntur, ut per ea in lectum facilius ascendatur. et scabellum diminutuum a scamno. Varro scribit scabellum dici per quod simplicia scansione scandeant in lectum non altum. Scamnum uero quo duplici gradu in lectum altiore conscendebant. Scamnum etiam dicitur terra illa altior, quae inter duos sulcos in colēdo relinquitur. Plynius. Scamna inter duos sulcos crude ne relinquitur. quonia autem in ijs sedere consueuimus, factum est ut scamnum, et scabellum frequenter pro sublellis usurpentur, et scansile, per quod ascendi potest. praeterea a scando composita ascēdo, a quo ascensus. transcendendo, ascendo transgredior. descendo quod proprie significat e loco superiore in inferiore uenio. Plautus. descende iam ex equo. unde fit descensus. Virgil. Facilis descensus auerni. Dicimus tamen aliquando descendo in forū, descendo in campum, descendo in praelium, non quod de loco superiore in inferiore descendamus, sed de loco tuto in locum discriminis ab eo, ut opinor tractum, quod qui in loco celsiore se tenet, pugna detrectare existimatur, quae cum relinquit, et in locum aequum uenit, atque descendit, animū pugnandi se habere declarat. hinc

quicunq; pugnaturus uenit aut litis aut dignitatis defendendae gratia, descendere dicitur, etiam si ex inferiore loco in superiorem se conferat. conscendo simul scando, a quo conscensus. Item a scando scandulaci genus herbae frugibus inimicae, quod eis conscendendo, quasi edera noceat. Item secundum quosdam, scateo, a quo scaturio, scaturies. scatebrae, de quibus superius diximus. scandere etiam uersus dicimus, hoc est mensurare, quod eos per pedes distinguendo ueluti ascendere uideamur, hinc talis mensuratio scansio uocatur. CINCTVM. Circundatum. INFANTE. Infantibus pueris. singularis pro plurali. SORDIDO. Immuundo, quales sunt rusticorum pueri. VOCATVS. Inuitatus. VENABITVR. Ut secum uocationem afferat. CLAMATVS. Voce accitus quando coenae tempus erit. clamor proprie est calamarum sonus, quasi calamor, etenim uento agitatae arundines non paruum uocem emittunt. ponitur et pro omni uoce. ab hoc fit clamo uerbum, quod est uocifero, et interdum pro uoco accipitur. sicut frequentatiuum eius clamito. Plau. Plaudunt, partim clamitant me ut reuertar. ab hoc clamosus clamore ob strepes uociferator. Quinti. Non turbidus, non clamosus sit alterator. et clamito frequentatiuum. et composita declamo, quod est fictam causam ago, aut docendi aut exercendi ingenij gratia, a quo declamator. declamatio, de quibus superius diximus, exclamo uocifero, et quasi e medio pectore uocem in altum emitto, quod aut indignationis, aut doloris causa fieri solet, a quo exclamatio eiusmodi uox dicitur. Item figura, quae a graecis Epiphonema appellatur, quae definitur rei narratae uel prolatae summa acclamatio. Cic. Facere. n. probus adolescentis periculo se, quam perpeti turpiter maluit. ita enim apud graecos et, φωνήμα clamorem si significat, praecalamo antecalamo, a quo praecalamo, unde praecalamatores dicebantur, qui flammam dialem, hoc est sacerdotem Iouis antecedebant clamantes, ut homines ab operibus abstinerent, quia ei opus facientem uidere irreligiosum erat. proclamo proclamo clamo, de nuntio. inclamo clamando reprehendo, succlamio submurmuro. reclamo, uel rursus clamo, uel ex aduerso clamo. conclamo simul clamo. a quo conclamatio, et conclamatum est, de quo superius disseruimus. PROPE. De prope, hoc est ex propinquo. LVNATA PELLIS. Calcei lunati, hoc est nobiliores, qui calceis lunatis uentur. est enim sensus, non sint tecum in conuiuio nobiliores, et magni uiri, quibus te morem gerere oporteat. nobiliores calcei, in quibus luna effigies esset usus fuisse manifestum est. Iuue. Nobilis et generosus appositam nigrae lunam subtextit alatae. cuius rei diuersas rationes affert Plutarchus ueterum morum scrutator diligentissimus. aut enim ob id institutum hoc esse scribit, quod animae post mortem lunam sub pedibus spectent uel ut argumentum sit eius habitationis, quam in luna esse nonnulli prodiderunt, uel quod Arcades, qui cum Euandro in Italiam uenerunt, Proselene appellati eo calcei genere uterentur, uel ut homines elati, ac tumidi eo signo admonerentur instabilitatis, atque instantiae humanarum rerum, quod luna primo ex occulto prodit, et facta indies speciosior os suum lumine, ac splendore conspicuum fiat, tum formosissima, et maxima reddita, rursus defluit, ad nihilumque reuertitur, uel quod eo exemplo admonerentur subditi magistratibus parendum esse, et quemadmodum luna, ut Parmenides scribit, solis radios continue respiciat, sic inferiores secundum locum tenere debere, et prima percolere, quorum opibus, atque honoribus perfruuntur, sed quod patet Plutarchi dictum sit, illa nobis uerior ratio uidetur, quod Numa rex romanorum, cum chlamydem ab ianitorum legitis sumpsisset, uestemque regiam cum Senatoria coniunxisset, non foris,



non foris, sed intus purpura posita, ut ex utraq; una conficere  
 tur, cum calcis quoq; Senatorum. c. literam quæ centum signi-  
 fiat inscribi iussit, ut per eam sese e numero centum patrum  
 admonerentur. hanc postea à figuræ similitudine lunæ effigi-  
 em esse dixere, et ob id lunatos calcos appellauerunt. **T O**  
**G A.** Longior uestis, quæ i urbe ut superius diximus uti-  
 tur, qui principes ciuitatis saluant, committanturq;. **Martialis.**  
 si matutinos faxile est tibi rumpere somnos, attrita ueniet spor-  
 tula multa togæ. **OLIDAE MVRICE.** Nuntius  
 magistratum, de quo superius diximus, homines in iudici-  
 um uocans. **Iuuenalis.** Primus clamante liburno currite, iam  
 sedit rapta properabat abolla. **HORRIDVS.** Vel  
 pannosus squalidus, hispidus. erat enim uilissimum homi-  
 num genus, uel horridus, odiosus, et qui omnibus est horro-  
 ri, uel horrendus metuendus, propterea quod homines iussu magi-  
 stratum in forum uocat, horror interdum tremorem signifi-  
 cat. **Plautus.** Quis hic horror est? quid pauis? Interdum tur-  
 mitatem aspectus. **Apuleius.** Quæ cum aspexisset, horrore ho-  
 minis deterrius statim retrocessit. aliquando abominationem.  
**Varro.** Ira, odium, horror eos ab incepto retrahit. nonnun-  
 quam ad uenerationem pertinet. **Virgilius.** Arboribus suis  
 horror inest. hinc horreo, et quod ab eo deducatur, horresco  
 aliquando pro contremisco usurpatur. Idem. Campiq; natan-  
 tes lenibus horrescunt stabris, aliquando pro eo, quod est hispi-  
 dus, asper, terribilis sum. Idem. Tum late ferreus hastis hor-  
 ret ager. Item horridus, cuius diminutiuum est horridulus,  
 quod modo tremementem significat. **Persius.** scis comitem horridu-  
 lum trita donare lacerna, modo hispidum asperumq;. **Virgi-  
 lius.** Et glaciæ riget horrida barba. idem. inseritur uero, et sæ-  
 tu natus arbutus horrida. modo timendus. Idem, horridus i iacu-  
 lis, horribilis uero modo pro formidabili accipitur. **Cicero.** Et quæ  
 dictu quoq; horribile uidetur uiuentis sanguine hausto, modo  
 pro tetro, deformi. **Varro.** Fæda atq; horribili, seu uitabili ac-  
 cipitur. **Virgilius.** Horrendas canit ambages, autroq; remugit,  
 modo pro nouo, et mirabili. idem, horrendum et dictu ui-  
 deo mirabile monstrum, modo pro ridiculo. Idem, oraq; corti-  
 bus sumunt horrenda cauatis. ab horror horrificus quoq; de-  
 riuatur, hoc est horrorem faciens. et horrifonus cum horrore  
 sonans, siue horridum sonum habens, et horride duriter, his-  
 pide, aspere. cuius diminutiuum est horridule, et horriditas  
 pro horrore. **Neuius.** Omnia mihi horriditati erant maxime.  
 et Herix, ut quidam putant, qui et hericius, et herinaeus  
 dicitur, quod horreat spinis. animal est hyeme se condens, præ-  
 paransq; huic tempestatibus, et enim uolutatus supra iacen-  
 tia poma affixa spinis unum non amplius tenens ore, in ca-  
 uas arbores portat. Idem mutationem Aquilonis in austrum  
 præsignit in cubile se condens. ubi uero sensit uenantem contra  
 éto ore, pedibusq;, ac parte omni inferiore, qua ueram et in-  
 nocuam lanuginem habet conuoluitur in formam pilæ nequid  
 comprehendere possit præter aculeos. in desperatione uero uri-  
 nam ex se tabificam reddit tergori suo spinisq; noxiam, pu-  
 tant propter hoc se capi, quod certe ueteres faciebant, hac arte  
 expolientes uestes, nam abum ex eo non sumebant, ut nos faci-  
 mus, quamobrem exinanita prius urina uenari ars erat, et  
 nam præcipua dos tergoris, aliàs corrupta, fragilis putribus spi-  
 nis, atq; deciduis, etiam si uiuat subtractus fugit, ob id non nisi  
 in nouissima spe male facio illo perfunditur. qui ppe et ipsi odo-  
 re insitum ueneficium, ita parcentes sibi, terminumq; supre-  
 mum operientes, ut ferme prius occupet captiuitas. calidæ po-  
 ste aquæ aspersu resoluuntur pila, apprehensusq; pede altero  
 et posterioribus suspendi à ueteribus solebat, ac ita fame necari,  
 aliter occidi non poterat, ut tergori parceretur. Ex herinaeo

rum genere. et Histrix est spina undiq; contexta, sed longio-  
 res habens aculeos, et cum intendit autem, missiles ora irgen-  
 tum fugit animum, et paulo longius iaculatur, hybernis se mē-  
 sibus condit. Item ab horreo hordeum se condit quosdam, quo-  
 niam licet Calanus altior frumento, quam hordeo sit, Aristi-  
 tamen est mordacior hordeo. ab eo fit hordeaceus, unde fari-  
 nam hordeaceam, et panem hordeaceum dicimus. et hordea-  
 rium, unde æ hordearium ueteres uocabant, quod pro hordeo  
 equiti dabatur, et horreum, quod in eo hordeum seruaretur,  
 sicut à grano granarium. à farre farreum à ueteribus di-  
 ctum est. ij enim et hordeo et farre uesca solebant, ponebant  
 autem frequenter. F. loco aspirationis fordeum pro hordeo di-  
 centes, sicut fædū pro hædo. hic horctum et forctum pro bo-  
 no usurpabant. hordam etiam prægnantem uocabant, unde  
 dies quo grauidæ hostiæ immolabantur hordeacia nunci-  
 abant. hornum autem ueteres ipsius anni dicebant. **Luci.** An hor-  
 no te abstuleris auro. Item ab horreo composita per horreo, hoc  
 est ualde horreo, à quo perhorresco. abhorreo, quod significat  
 alienus sum, et semper requirit ablatiuum cum præpositio-  
 ne ab, ut abhorreo ab hac re. exhorreo, ex pauesco, à quo fit  
 exhorresco, et semper requirit accusatiuum, ut exhorreo, siue  
 exhorresco hanc rem. inhorreo. horridus. asper. hispidus fio. à  
 quo inhorresco eiusdem significationis. **Martialis.** Quæ trita  
 duro non inhorruit mento. aliquando pro itremisco accipitur.  
**Virgilius.** Spicæq; in campis cum messis inhorruit. **QUE**  
**RVLVS CLIENS.** Epitheton clientis est querulus,  
 etenim clientum mos est de patronum negligentia semper  
 queri. **IMPERIA VIDVARVM.** Imperiose  
 iudicæ, mos est loquendi apud poetas duntaxat. **Virgilius.** Fe-  
 rimur per opaca locorum. id est per loca opaca, recte autem mu-  
 lieris naturæ expressit, quando non est uiro subiecta. **PAL**  
**LIDVS.** Epitheton rei. semper enim pallet nimio timo-  
 re, ne in causa succumbat. ideo importunus est. et contumax ue-  
 xat patronum. **ALTVM.** Profundum, quemadmo-  
 dum superius diximus. **SOMNVM.** Quietem. græ-  
 ca uox est. p. litera in m. mutata. græci enim ύπνος dicunt  
 significat autem modo quietem. **Virgilius.** Mors hominum fæ-  
 cilis, dulcæq; semillima somno modo ipsum quietis deum. **Mar-  
 tialis.** Et quia nulla uenit, tu mihi somne ueni. A somno som-  
 nolentus deducatur, hoc est plenus somno. et in somnis perui-  
 gil. unde in somnes noctes dicimus, hoc est perui-giles. et som-  
 niferum, quod affert somnum. et sopor ipse somnus. à quo  
 soporiferum, idem quod somniferum. et sopio somnum indu-  
 co. cuius passiuum est sopior. à quo sopitum dicimus, qui iam  
 incipit dormire. **Virgilius** tamen sopitum somno dixit, qua-  
 si irrigatum. et soporo idem, quod sopio. cuius passiuum est  
 soporor. à quo soporatus, cui ueluti irrigatus est somnus. et  
 semisoporatus, ac semisopitus, qui inter somnum, uigiliamq;  
 medius est, quem etiam semisomnem, et semisomnum dica-  
 mus. **M. Cel. de M. An.** Nec dormire exatatus, nec uigilare  
 ebrius poterat, sed semisomno sopore inter manus centurio-  
 num, concubinarumq; iactabatur. Item à somnus somnio  
 uerbum. et ab eo compositum in somnio, quod est per que-  
 tem aliquid quasi uigilans uideo. Item somnium. et in somni-  
 um ipsa uisio, quæ dormiendo fit. Somnium tamen aliquan-  
 do pro somno positum inuenitur. à somno somniatur, et som-  
 niatrix deriuantur. Veteres etiam somnorium usurparunt  
 pro eo, quod in somnis uidetur. **Varro** hic somnorinas ima-  
 gines affatur. et in somniam feminino genere pro uigijs,  
 quod nomen **Plinius** ambiguitate lectionis exclusit, et de usu  
 remouit. somnum describunt animi in medium esse recess-  
 sum. **Aristoteles** uero ita definit. ύπνος ἐστὶν ἀντιπίσκατος



ἀναδυ μίσιος πρὸς τὰ κάτω, ὑπὸ τῆς κινήσεως τοῦ συμφοῦτου πρὸς  
 ματος χυδαίους κατακαθύντος τοῦ πρώτου ἀποθηριεῖου σωτηρι  
 ας ἐνεκεν τῷ ζῶν. Somnus inquit est refluxio ex alationis ad  
 inferiores partes, hoc est ad cor, ascendens a motu natura-  
 lis spiritus, uidelicet ad caput compresso primo sensitivo, hoc ē  
 corde propter animantis salutem in qua definitione quatuor  
 causarum genera ex primuntur. Refluxio enim exhalationis  
 causam materialem indicat. motus naturalis spiritus, efficien-  
 tem. Compressio cordis, formalem. Salus animantium, fina-  
 lem. idem somnium sic definit. ἐνύπνιον ἐστὶν ἐν ὑπνῷ τῆς ἀρ-  
 χῆς κατὰ μίσην φάντασμα, hoc est somnium est in somno  
 uisum occupato principio. quippe per principium, sensum cō-  
 muniem itelligit. Nam illo occupato, Socratis imaginem in som-  
 no uidentes, ipsum nos Socratem uidere existimamus. mirum  
 est somniare statim infantem. Nam et pauore expergiscitur,  
 et suctum imitatur. Hinc oriuntur inter philosophos quaestio-  
 nes, sint ne aliqua animi praeserta quiescentis, et qua ratione  
 fiant. Item somnijs ne credendum sit, ab eo praesertim, qui som-  
 niauerit, non esse somnijs credendum. DORMIES.  
 Quiesces. a dormio fit dormitio, hoc est quietes, et dormitio fre-  
 quentatissimum. Horatius. Quādoq; bonus dormitat Homerus.  
 a quo dormitibundus, quasi dormiens. et dormitatio. Item  
 composita addormio. a quo addormisco, quod est contrarium  
 uerbi expergiscor. Suetonius de Claudio. Et quoties post ci-  
 bum addormisceret, quod ei fere accidebat, Olearum, ac pal-  
 marum ossibus inaccessabat. Obdormio, quod modo pro dor-  
 mio accipitur. modo pro eo, quod est soporor. Prædormio, ante  
 dormio. Redormio, euigilo. a quo redormitio, excitatio. euigila-  
 tio. Plinius. In redormitione uaria fuisse somnia apparet.  
 MERCETVR. Erat huiusmodi scilicet laboribus patro-  
 canandi, et frequentandi forum. SOPHOS. Glo-  
 riam existimatione. nomen sapientiae, de quo diximus. IN  
 SANVM. Ingens. MISERERE TV FELICI  
 VM. Te uero inquit potius commiseratio teneat eorum,  
 qui se felices inter tot curas, et negotia putant, cum tu uere in  
 hac quiete animi felix sis. illi uero sint infelices. NON  
 SVPERBVS. Omni ambitione uacius. non laudem  
 non gloriam querens cum animi solitudine. VERO  
 GAUDIO. Quod in quiete, ac tranquillitate uitae po-  
 situm est, ut superius diximus. DVM SVRA LAV-  
 DATVR TVVS. Donec inquit tuus sura laudem in  
 foro, ac senatu uersando capiat, tu oho indulge. Palsorius Su-  
 ra orator, et atusidicus fuit. saepe etiam declamauit. Martia-  
 lis, et Liciani amicus, sed ob suspicionem, quod cum uelitia-  
 nis sensisset, Senatu a Domitiano fuit amonitus. cum uero in ca-  
 pitolino certamine de oratoribus coronatus fuisset, omnesq; in-  
 genti consensu pro eo precarentur, et ut restituerentur, orarent,  
 Domitianus, nullo responso dignatus est, sed tantummodo tace-  
 re iussit uoce praecōnis. NON IMPVDENTER.  
 Sensus est. Cum uita hominis satis fame adepta est, non impu-  
 denter facit, si se ad otium transfert, et animi quietem. PE-  
 TIT. Dari sibi scilicet. Nam id uita datur, quod quietem,  
 et tranquillitatem parit. QVOD RELIQVVM  
 EST. Quod post famam adeptam superest uita.

EPIGRAMMA LXXIX.  
 AD FAMILIANVM.

**S**I TIBI MISTYLLVS. Facete  
 Aemilianum deridet, qui cocum suum,  
 sumpto ex homerico uersu uocabulo mistyl-  
 lon appellauerat, in quo notat eos, qui no-

Comendo tibi Quintianum uos, Nros dicere si in libellos Possu, qd recitat  
 tuus poeta, Si de seruitio graui querunt, Assertor uenias, satisq; praestes, Et cu se dnm uocabit ille,  
 Dicat ee meos, maug, missos. Hoc si terq; quaterq; clamit quis, Impones plagiaro pudorem;

bilia, et antiqua nomina cuius imponere pulchrum pu-  
 tant. Est uersus Homeri in primo iliados huiusmodi, μίσυλλον  
 τ' ἀρατ' ἄλλα καὶ ἀμφ' ὀβελίσσιν ἔπερον, qd significat. Seca-  
 bant in frustra et alia, et ueribus perforabant, quem lo-  
 cum interpretatus est Virgilius. Pars in frustra secant, uer-  
 busq; tremetia figunt. facite ergo inquit Martialis, Si tu no-  
 cas cocum tuum mistyllon, cur non et ego uocem taratalla?

IN LEPOREM ADVERSVS LEO-  
 NEM LASCIVIENTEM.  
 EPIGRAMMA  
 LXXX.

**N**ON FACIT AD SAEVOS.  
 Rursus de lepore et leone iocans, notat  
 eos, qui se in existimatione esse putant a-  
 pud eos, a quibus habentur contempti.  
 NISI. Praeterquam. Nisi enim ex no-  
 et si composita est, et idem significat,  
 quod si non, uel praeterquam. est enim conuictio ex ceptua-  
 aliquando tamen pro continuatiua ponitur. Cicero. Nisi forte  
 putamus dementem P. Scip. Africanum fuisse, qui cum per se-  
 ditionem a C. Carbone interrogaretur, quid de Tiberij Grac-  
 chi morte sentiret, respondit iure sibi casum uideri, in quo no-  
 tandum, quot quoties nisi principium sententiae est, indicati-  
 uum desiderat. alias etiam subiunctiuum, diciturq; per apo-  
 copen ni. et haec omnia ni. nisi. quam. et praeterquam, sem-  
 per repetunt eosdem casus, qui praecesserunt. Ut quid queris,  
 nisi pecuniam? quid aliud queris, quam uoluptatem? quid  
 est animal, nisi corpus cum anima concretum? quid est aliud a-  
 nimal, quam corpus cum anima concretum. At praeter, sem-  
 per exigit accusatiuum, ut nulli places, praeterquam mihi, et  
 nulli places, praeter me. Ni etiam pro ne ueteres usurpabant.  
 Plautus. Ni male inculta sis. Virgilius. Ni teneant curfus.  
 PRIMA CERVIX. Primarium ferarum, ut puta tauri,  
 et aliarum huiusmodi. NON FACIT. non con-  
 uenit, ut superius diximus. AMBITIOSE. Qui  
 per ambitionem ostendis te eum timere, a quo contemneris.  
 NON CERNUNT. Vel despicunt, et contemunt,  
 uel ob paruitate uix uidere possunt. INGENTIS FA-  
 TI. Pulchrae mortis. SVB HOC HOSTE.  
 Tam feroci, atq; magnanimo.

EPIGRAMMA LXXXI.  
 AD QVINTIANVM.

**C**OMMENDO TIBI QVINTIA-  
 NE NOSTROS. Librum suum  
 Quintiano commendat, ne patiatu eum  
 a Fidentino tanquam proprium recitari-  
 QVOS. Recitatoris poeta, qui scilicet  
 male recitat, et tunc desinunt esse no-  
 stri. SERVITIO. Seruitute, in qua redacti, et uin-  
 cti sunt a Fidentino. ASSERTOR. Liberator.  
 SATIS PRAESTES. Satisfdes fideiubeas, eosq; meos  
 fuisse affirmes, et a me manus missos. omnia haec uerba scriu-  
 tum. assertor. satis praestes. dominus. manus missus. plagarius  
 iurisconsultorum sunt, quorum disciplinam optime calluisse  
 uidetur Martialis. PLAGIARIO. Furi librorum  
 meorum, de quo superius late differimus.

Si tibi Mistyllus cocus Aemilianus iocatur,  
 Ductur quare non Taratalla mihi?

Epigramma



EPIGRAMMA LXXXII.  
AD FIDENTINVM.

**V**NA EST IN NOSTRIS. Rur-  
sus in Fidentinum scribit sorem suorum  
librorum carmine heroico. Sensus est. Tu  
putas libellos nostros uideri tuos posse, quod  
tui aliquando uersus interpositi sint. At er-  
ras. Nam hoc te magis fieri arguit, quia  
dissimilia, et contraria simul posita magis apparet. CER-  
TA FIGURA. Claro, et aperto signo ruditatis. Sci-  
licet et ignorantia domini. TRADUCIT. Trans-  
fert. separata a nostris. SIC INTERPOSITVS.  
Ordo est, interpositus Lingonicus Bardocucullus sic contami-  
nat urbica. Tyriantina uncto uitio, ut tua scilicet carmina con-  
taminant nostra. BARDOCVCULLVS. Ves-  
tis genus, ut superius diximus. Amiculum habet, quo caput  
tegitur, quod a forma dicitur cucullus. Nam proprie cucullus  
est papyraceum tegumentum, quo pigmentum uiuunt. Iuue-  
nalis. Contentusque illic ueneto, duroque cucullo. Quod si hoc  
genus uestis cucullo careat, non bardocucullus, sed bardiacus  
dicitur. Marialis, Lassibardiacus quod euocati. Habet autem  
nomen a Bardis Gallie gente, quod hoc eo genere uestis pre-  
cipue uenerit. Maximo apud Gallos in honore Bardis fuerit,  
quod laudibus magnorum uirorum, ac poetice student, un-  
de quicunque uirorum fortium laudes canerent dicti sunt Bar-  
di. Lucanus. Plurima securi fidesis carmina Bardis. Aliquan-  
do tamen Bardos stultos uocamus a tarditate ingenij. Nam a-  
pud grecos βαρδός tardus dicitur. Caeclius. Nimis auda-  
cem, nimisque bardum barbarum. Plautus. Nimis tandem me  
quidem pro barda, et pro rustica reor habitam. Erat autem  
bardocucullus uestis omni tempore commoda, cum qua etiam  
cabare soliti erant in urbium tempore in castris milites, et in  
agrif rustica. Gallicae grossioris uilli erant oleo madida, colo-  
re natiuo. interdum etiam si uacuo tincta essent rufis. sed il-  
lis rustica, his milites quoque, et non ignobiles pueri utebantur.  
Marialis. Gallia sanctorum uestis te bardocucullo. Idem.  
Roma magis fuscis uestitur, Gallia rufis.

Et placet hic pueris, malitibusque color.

LINGONICVS. Gallicus. Lingones enim populi  
Gallie sunt supra Helueticos, et Sequanos in occasum uer-  
gentes. TYRIANTINA. Violaceas purpureas ue-  
sters de quibus superius locuti sumus, ita dictas ab ianthino,  
hoc est uolaceo colore, et tyrio, hoc est purpureo, quod purpu-  
ra in urbe Tyro parabatur, quam superius memorauimus. ue-  
tustate originis magnitudine, et claritate, omnibus Syriae, et  
Phoenicie urbibus quondam prelatam, dictam prius Sarrā,  
et ab Agenore Prisca Beli filio conditam in insulam septuaginta  
millibus passuum a terra diuisam. Postea Alexandri oppu-  
gnantis studio continenti adiunctam. Ouidius.  
Fluctibus ambita fuerant Antisa, Pharusque,  
Et phoenicia tyros, quarum nunc insula nulla est.  
VRBICA. Urbana, quibus non ruri, sed in urbe uti-  
mur. VITIO VNCTO. Vitis olei, quo unctus  
est. ARETINE, TESTAE. Vasa figulina, quae  
olim Aretij oppido Thusciae nobilitati fieri solebant, ut superius  
diximus. CRYSTALLINA. Vasa e crystallo, de  
quibus superius, locuti sumus. CORVVS. Nota auis  
est, omnium nigerrima. ideo niger epitheton est corui. Dicitur  
autem a graeco κόραξ, quod coruonem significat. unde  
et Latini aliquando coracem coruum uocauerunt. Cicero. Qua-  
re coracem iustum uestrum patiamur nos, quod pullos exclu-

dat suos. Corax etiam nomen proprium fuit oratoris siculi,  
qui Thusciae docuit. item fratris Tyburti, a quo oppidum Vol-  
scorum cognominatum est. Coruius uero oppidum est Thusciae  
in paruo colle eiusdem nominis situm, a Corito rege ita uoca-  
tum. Coryti etiam missilia in modum sagittarum. Virgilius.  
Corytiq; leues humeris, et leuiter arcus. a coruo coruinus de-  
ducitur, ut coruinum rostrum. coruinus adeps. Ex primum ser-  
monem humanum miro modo cum ex acta uictoria reuer-  
teretur Augustus, occurrit ei inter gratulantes, quidam cor-  
uum tenens, quem instituerat proferre haec uerba. Aue Caesar  
uictor imperator. Mairatus Caesar tam officiosam auem uiginti  
millibus numum eam emit. multosque praeterea similes com-  
parauit. Quo exemplo motus pauper sutor instituit ipse quoque  
aggressus est coruum ad parem saluationem, sed impendio  
exhaustus ad auem non respondentem dicere solebat opera,  
et impensa perijt. Caepit tamen aliquando coruus optatam  
saluationem exprimere, ac forte audire, dum transiret Augu-  
stus, respondissetque satis talium saluatorum habeo domi. Su-  
per fuit coruo memoria, ut et illa, quibus dominum queren-  
tem solebat audire, uerba subiungeret, opera, et impensa pe-  
riijt, ad quod subridens Caesar, emi auem iussit quantum nullam  
altam emerat. Sub Tiberio princeps ex factu supra Castorum  
aedem genitus pullus in oppositam sacram deuolauit, qui matu-  
ture sermonibus assuefactus, omnibus matutinis euolans in ro-  
stra in forum uersus Tiberium, dei de Germanicum, et Dru-  
sum Caesares nominatum, mox transiuentem populum roma-  
num salutabat, deinde ad tabernam remeabat, quem morem  
cum pluribus annis seruasset. tamen maneps proxima suti-  
ne, siue emulatione incitatus, siue iracundia subita, ut uoluit  
uideri, cum excrementis forte caecos eius foedauerat, eum in-  
teremit. ex quo tanta plebis consternatio secuta est, ut primo ex  
ea regione hominem expulerint, mox etiam exanimauerint,  
funusque aliti maximis exequijs celebrauerint, constructo lecto  
super duorum Aethiopum humeris, praecedente Tibiane, et  
coronis omnium generum ad rogam usque, qui constructus dex-  
tra uiae Appiae fuit in campo, qui ex eo ridiculi appellatus fuit  
it. Craterus uero cui Menocerotus cognomen extitit, in Troe-  
cena regione Asiae coruorum opera uenari solitus prodiit, quos  
deuehebatur in sylvas insidentes humeris. illi uero ceruicilos ue-  
stigabant, agebantque, eo perducta consuetudine, ut exuitem  
sic comitarentur, et feri uisi sunt, et per sitim congerere la-  
pides in stulam monumenti, in qua pluuia aqua durabat, sed  
quae non posset tangi, et tali congerie exprimere, quod potui  
sufficeret, gerit internicium odium cum chloreo aue. uterque  
enim nocte oua inuicem exquirunt. item cum miluo, cui uolan-  
ti praeripit escas. Sunt qui prodant hanc auem ore parere,  
ideoque grauidas si ederint coruinum ouum, per os partum red-  
dere, quinetiam difficulter parere si tecto inferantur. Martia.  
Corue saluator quare felator haberis.

50 In caput intrauit mentula nulla tuum.

Aristoteles hoc negat, non hercle magis, quam in Aegypto ibim,  
sed ex osculationem in ijs esse tradit talem, qualem saepe cerni-  
mus in columbis. Ipsi apud Alphonsum Sialiae regem dum Nea-  
poli sub Callisto pontifice essent, uisimus coruum ei a rege  
Britannie missum miro candore conspicuum. Item alium, alla-  
tum ei a rege Scytharum aucupio mirabilem. siquidem alios  
coruos, et phasianas cum eo capere solebat. a coruo etiam cor-  
nicem appellatam quidam existimant notam auem. et ipsam  
aliquando albam uisam a nobis, imitatrix et ipsa aliquan-  
do est humanarum uocum. a quo corniscarum diuarum lo-  
cus trans Tyberim erat cornibus dicitur. Quod in Iuno-  
nis tutela esse putabantur. Item a corui uoce fit fictitium uer-

H ij

Vna est in nostris tua Fidentine libellis Pagina, sed certa Domi signata figura, Quae tua tradunt matrislo carmina furto, Sic interposito uilis pammuat uncto  
Urbica Legonius Tyriantina bardocucullis. Sic Aretine uiolant Crystallina tyrae. Sic niger i apus erat cum forte Castri, Inter ledaos ridet coruus olores.  
Sic ubi multiforma feruet sacra Athide lucas, Improbata Ceropias offudit pira qzelas. Indire no opus e nris, nec uandire libas, Stat corra, dicitq; tibi tua pagina, fueres.



bum croco. a quo crocoto. Inde uero croatio, & crocicatio deducantur. ite crocio, a quo crocicus quarta declinationis. Plautus. Simul radebat pedibus terram, & uoce crocibat sua. A corace uero graeco uoce phalacrocorax dictus balearium insularum peculiaris auis, cuius superius mentionem fecimus. & pyrococorax luteo rostro niger, praecipuo sapore nome habet a colore rostri igneo, quasi ignitus coruus. xup enim ignis est. RIDETUR. deridetur. OLORES. Cygnos. Latine enim olores dicuntur. graeco nuwei a cygno cygneus. ab olore olorinus deducuntur, quae aliquando si gnificat, quod cygni siue coloris est, ut cygnea, siue olorina uox. modo ponitur pro candidus. Est enim olor candidissima auis, anseris maior, uocem habens argutam uita carne uescitur. mortuam stebilem casum emittit, fixa prius in cerebro pena, quod miror Aristotelem, ac Plinium uel ignorasse, uel si sciuerunt, non tradidisse. Ouidius. Dulca defecit modulator carmina lingua. Cantator cygnus funeris ipse sui. Commeant cygni aserunt more, sed in uolatu eorum liburniorum more rostrato impetu feruntur, facilius hoc modo scandentes aerem, quam si recta fronte impellerent, colla componunt praecedentibus fessos duces ad terga recipiunt. Olor licet latina uox sit, quidam tamen a graeco derivatam putant. quasi olos olos, hoc est totus candidus. olos, totus dicitur. hic holographum uocatur testamenum, quod totum te statore manu scriptum est. & holoscheras, de quo superius diximus. & holocustum hosti, aquae detractis exis integra arte imponebatur, quasi olos uos or, hoc est totum combustum. Virgilius. Et solida imponit taurorum uiscera flammis. LEDAE OS. Leda dicuntur cygni, quia iu piter, ut superius diximus in forma cygni cum Leda concubuit. Ob eandem rationem & amyclae dicuntur, hoc est lacones. Papinianus. Amyclaeos ad frena citauit olores. Amyclae laconia ciuitas fuit. unde Castor & Pollux amyclae dicuntur. Virgilius. Talis Amyclaei domitus Pollucis habentis Cyllarus, & quorum graui munere poetae. aliae quoque Amyclae fuerunt in Italia iter Gate tam & Tarracanam conditae a Laconibus, q Castoris & Pollucis comites fuerunt. Virgilius. Tacitis regnauit amyclis. Tacitas uocant, uel quod haec urbs Pythagorae sectae fuit, & ab esu carnum, atque omnium animalium caede abstinent, propter quod serpentes in uicinis paludibus natus occidere nefas putantes ab ipsis interem pti sunt. Plinius. Iuxta Tarracanam fuisse amyclae a serpentibus deleta, uel quod ijs aduersus finitimos bellum gerentibus, cum frequenter aduentare hostes falso nuntiaretur, & ob id ciuitas uano terrore quassaretur, cauitum fuit ne quis deinde hostium aduentum nuntiaret. itaque postea cum hostes nullo nuntiant aduenissent, ex improviso capta ciuitas fuit. & ob id Tacitae dicitur. Lucius. Mihi necesse loqui. Na non nescio amyclas tacendo pisse. Amyclas in singulari proprium nome fuit nautae i Eperro pauperrimi. ERRAT. Vel pasatur, uel uagatur. CAYSTRI. Cayster fluiuius est Asiae, qui multos seculum annes deferens praeter Asiam paludem labitur, & abluat ephesum. multi circa hunc amnem cygni uersantur. Virgilius. Atque Asia circum dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. IMPROBA. Vel propter inuidiam, quia luscinae tantum impedit, uel propter aliditatem. Est enim pia natura sagax, ut moneula quemadmodum superius diximus, & ipsa quoque humanam uocem imitatur. Persius. Dicatque docuit nostra uerba conari. OFFENDIT. Impedit. ledit. Offendere & defendere proprie contraria sunt. nam offendere est incurrere in aliquid, atque incidere. Terentius. Offendi adueniens quendam mei loca hinc atque ordinis hominem haud impurum, hoc est inadi. Defende

re uero est impellere. Virgilius. Solstitium pecori defendite. Enni. Serua ciues. defende hostes. Quoniam uero qui incidunt in aliquid, ledere sepe solent id, in quod incidunt, & est contrario qui depellunt, uentur, factum est, ut offendere frequentissime pro ledere usurpetur. & defendere pro ueri, & quasi uim depellere. Cicero. Cum iste cum pallio purpurco, parique tunica uersaretur in conuiuijs cum mulieribus, non offendebantur homines in eo, neque moleste ferebant. Quintilianus. Qui nullum uitae discrimen refugit, quo me ab hostium crudelitate defenderet. Offendere etiam aliquando pro inuenire accipitur. Cicero. Sed imitor Architam illum terentinum, qui cum ad uillam uenisset, & omnia aliter offendiisset. Varro Romae regressus, ibi nihil offendi, quod ante annos quinquaginta reliquerim. ab offendo fit offendiculum, quod significat impedimentum. obstaculum. & offensus, atque offensa, quae ita differunt, quod offensus semper passus accipitur. offensa uero actiue. Cicero. in corpore a pro odiosa est omnis offensus. id est omnis molestia. omnis passio. idem. Cum tot eius offensus pati non possem, inde discessi. Offendices etiam ueteres uocabant ligaturae nodos, quibus apex retinebatur, id cum peruenisset ad mentem dicebatur offendum. a defendo defensor. & defensio deriuatur. CECROPIAS QVERELAS. Catus Luscinae, de quo supra dictum est. FERRET. Ardet. frequentatur. ATTIDE. Philomela, siue Luscina quemadmodum supra diximus. MULTISONA. Multam & uariam uocem habente. INDICE NON OPVSEST. Non est necessarius accusator, qui affirmet liberos esse meos, neque iudex, qui sententia id definit. nam scripta a te contra te iudicant.

30 EPIGRAMMA LXXXIII. AD FVSCVM.

**S**I QUID FVSCAE VACAS ADHVC AMARI. Hortatur Fuscum ut se in amicitiam recipiat. monetque non esse aspernandos novos amicos, neque inspicendum an noui sint, sed an sint tales, qui durare, & ueteres fieri possint. FVSCAE. Cornelius fuscus praefectus cohortium praetorianarum sub Domitiano fuit magna apud principem auctoritatis. Martialis. Ille sacri lateris custos, Martiusque rogeti. SI QUID VACAS. Si quem locum uacuum habes ad alium, qui te amet recipiendum. elegans est loquendi modus. Dicimus enim uacas laudare. uacas amare. ite passus uacas laudari. uacas amari. ROGAMVS. Petimus. Rogare enim interdum petere est. Plautus. Spectandus, ne cui illam det, neque roget. interdum querere, sciscitari. Terentius. Accedo ad pedise quas, quae sit rogo. Nonnunquam orare, deprecari. Virgilius. Littusque rogamus inuocatum, quae. loque etiam statuere. Cicero. Ego ad eam bellia ciuiliu causam attuli. Ego leges perniciosas rogavi. hinc legis rogatio dicitur, quoniam rogare populum magistratus solebant, an id placeret, quod statuerent. hinc etiam derogare legi, & abrogare legem dicimus. Est autem derogare legi aliquid ex ea detrabere. abrogare legem irritare eam, atque infringere. Modestinus. Derogatur legi, cum pars detrabitur. abrogatur lex, cum prorsus tollitur. ab his de rogatio, atque abrogatio deducuntur. A rogo fit etiam rogatio frequentatiuum, quod interdum si gnificat precor. Plinius. Patrem adiu rogat ut sui miseretur. interdum sciscitor. Plautus. Quae sit rogatus & rogamen, quod poeta pro praefrequentate usurpant. & rogatarij, hoc est tabelliones, qui rogant quod quisque sciscipuletur, hoc est promittit. & rogius (ut quidam putant)

Si quid Fuscus uacas adhuc amari. Na sunt hinc tibi, sunt & hinc amici, Vni si superest, lorij rogamus, Nec me, qd tibi su nouus, recuses, Oes h' tui ueteres fuerunt. Tu tantu inspire, qui nouus paratur, An possit fieri uetus sodalis ;



putant) quod in eo dii manes rogentur. est enim rogi strues lignorum ad cremanda cadavera, in qua simul atq; imposita corpora sunt, et ignis adhibitus Pyra dicitur *από του πυρός*, hoc est ab igne. Bustum postquam cadaver crematum est, quasi bene ustum. Funus, dum uritur cadaver ipsum, seu pompa ipsa exequiarum. Exequiæ celebratio funeris, dum corpus effertur. Sepulchrum, in quo ossa conduntur. Reliquiæ ossa ipsa, et cineres. Tumulus congeries terræ supra sepulchrum. Monumentum quicquid ad defuncti memoriam ædificatur. Item a rogo fit compositum arago, quod modo significat nimum mihi tribuo, unde arrogans dicitur, qui sibi temere, atq; insolenter tribuit, quæ in eonon sunt. et arrogantia, quæ contraria est modestiæ. et ita definitur. Arrogantia est per quam temeritas, atq; impudentia uanam sibi comparat auctoritatem. Modestia autem per quam pudor honestus puram, ac stabilem auctoritatem acquirit. Item arroganter aduerbium, modo arrogos significat in filium ac familiam mihi ascesso. a quo fit arrogatio, quæ ita ab adoptione differt, quod adoptamus eos, qui filij familias sunt, Arrogamus, qui sunt sui iuris. ideo autem arrogatio dicitur, quia is, qui ascessit aliquem in filium, interrogatur an uelit illum iustum sibi filium esse. et is qui ascessit rogatur an id fieri patatur. uel quod arrogatio per populi rogationem fit. cuius uerba hæc sunt. VELITIS. uobiscum. ut L. Valerius L. Titio tam iure, legesq; filius fiet, quam si ex eo patre, matreq; familiæ eius natus esset utiq; ei uti. neq; in eum potestas fiet, uti pariendo filio est, hoc ita ut dixi, ita uos quiritis rogo. Adoptio per prætorem fit. arrogatio per populum. Interrogo, peto. a quo interrogatum. interrogatorium. et interrogatio deducuntur. Erogo. distribuo. et quasi rogatoribus effundo. Rogatores enim postulatotes dicuntur. Obrogo, prioris legis infirmandæ gratia legem aliam fero. Prorogo, ante impendo. a quo prærogata beneficia dicuntur, quæ ante sunt in pensâ. unde prærogativa. excellentia. et antelatio uocatur. Paulus iurisconsul. V eteranorum priuilegium inter cetera etiam in delictis habuit prærogatiuam, ut se parentur a cæteris in poenis, hoc est cæteris præferantur. nec ad bestias. itaq; ueteranus datur, nec fustibus cædunt. irrogo. infligo. impono. Plinius non modo culpam omnem, sed etiam multam ei irrogauit. Surrogo, sufficio. substituo. Quintilianus. Cum defuncto patre in eius locum surrogatus fuisset. Ab hoc surrogatio, hoc est substitutio deducatur. HOC FERUNT. Noui saluet amica.

EPIGRAMMA LXXXIII. AD FRONTONEM.

**N**OTA TVI BREVITER. Lau dat hoc epigrammate uitam rusticanam otio præditam, et quiete, eamq; anteponit uitæ urbanæ anxie semper atq; soliatæ. FRONTO. Iulius Fronto Iulij Grati frater tribunus militaris fuit sub Othone, uixitq; usq; ad Domitiani tempora doctus in primis, et poens fauens. Luuenalis. Frontonis platani conuulsaq; marmora clamant. Semper et assiduo ruptæ lectore columnæ. CLARVM DECVS MILITIAE, ET TOGAE. Clarus et belli et pacis artibus. Toga pro pace usurpatur, quoniam hoc habitu utuntur intra urbem, quem admodum arma pro bello, quoniam in expeditionem deponitur toga armati incedunt. Cicero. Cædant arma togæ, concedat laurea lingue. ARATOR. Cultor. Arare proprie est terram iam proscissam rursus uomere euertere. Plinius. In

arando magno pære seruandum est Catonis oraculum. Quid est primum? agrum bene colere. Quid secundum? bene arare. Quid tertium? stercore arare. idem. Si inter arbores, uitæq; areretur si scellis capistrari bones oportet, ne germinu tenera præterpant. ab hoc arator deducatur, quod tam de boue, quam de homine bouem ducente dicitur. idem, arator nisi in curuis præuariatur. et aratio. idem. Aratione per transuersum iterata oratio sequitur. et aratrum instrumentum, quo aratur, quod quando duas rotulas additas habet, quali in Gallia utuntur. 10 Planaratum appellatur, in quo cæsis uomeris palæ effigiem habet, et manica eius stua dicitur. Cicero. Ab stua eius mecum homines loquebantur. et aratro uerbum, quod significat segetes iam natus rursus arando proscindo, quod in pinguedi a gri causa fit, uel inapiente culmo, uel cum bina, ternaq; emisserit folia. dictum autem artrare est quasi aratrare, quod inuentum a Salassis proditur Taurisicæ gentis populis, qui cum subiectos alpihus de popularentur a gros panicum, miliumq; iam exerescens tentaueret, postquam natura resstuebat, in ararunt ex quo messes duplicatae fueret. idem. Et in treueri co agro contingisse memoratur. Nam cum hyeme prægelida acceptæ segetes fuissent reserueris resarcientes campos mense Martio, et uberimas messes habuerunt. Ab aro præterea composita sunt in aro eiusdem cum suo simplici significationis. Plynius. Sunt qui iam natus in arant segetes. item de aro. per aro. subaro. eiusdem ferè significationis. item ex aro, quod accipitur pro eo, quod est scribo, quod a quadam arandi similitudine tractum uidetur. unde fit ex aratio pro conscriptione. SORDIDA. Villia, non urbana. OTIA. Quie tem. Otium proprie dicitur uacatio a labore, sed quia ij, qui studij literarum operam intendunt, necesse est, ut cæteris negotijs uacui sint, factum est ut otium pro literario studio accipitur. Cicero qui dulcius otio literato. idest studio et (ut ita dicam) negotioso otio. unde dicere solum Scipionem legimus, nuquam se minus otiosum esse, quam cum esset otiosus. Ab otium fit otiosus. otiosior. otiosissimus. et otiose aduerbium. idest cum otio. a quo otiosus. otiosissime. et otior uerbum, quod significat in otio sum. Ocyor uero comparatiuum pro celerior accipitur. sitq; a positiuo græco *ωκυς*, quod significat celer et superlatiuum habet *ωκυσσισμος*. item aduerbia *ωκυς* et *ωκυσσισμος*. hinc *ωκυνυμ* appellatur herba ad boum pabulum satata, qua ciebant aluum bobus. id erat huiusmodi. Fæbe modios decem, uicane duos. tantundem et erulie in iugero autumno miscebant, ac ferebat, admista etiam auena græca cui non cadit semen. Hoc *ωκυνυμ* (ut Varro scribit) dicebatur a celeritate nascendi boum causa fieri solitum. nam *ωκυνυμ* herba luge ab hac diuersa est, uulgo basilicam uocant. odoris optimi. Chrysippus eam grauiter increpuit, tanquam inutilem sto macho et insaniam facientem. alij tradunt si tritum operiatur lapide, scorpionem gignere. Commandatumq; et in sole positum uermes producere. Sunt etiam qui dicunt manipulo *ωκυνυμ* cum cancri decem marinis, uel flummatibus trito conuenire ad eum scorpiones e proximo omnes. Sed contrarium esse secuta ætas comperit. nam et scorpionum uenenis medetur cum uino addito ex igno aceto rosaceo. sto macho confert. inflationes et rutum dissoluit ex aceto sumptum. alium sistit impositum urinam at. V erucas misto atramento sutorio tollit, multis præterea medicamentis adhibetur, hoc uno noxiu, quod uenerem stimulat. ideoq; equis etiam, a sinisq; admissura tempore ingeritur. ab eodem etiam oceanus deducatur, quia oceanus mira celeritate in maria interiora diffunditur per fauces, in quibus sunt columnæ Herculis, qua de causa limen interni maris multi eum locum appellaueret. est autem proprie

**N**ota tui breuitatis cognosce Marii  
 Clarum militæ Toros, togæq; decoris,  
 Quisq; perita colat Spartani frigora saxi,  
 Et materiam potat iceptus aue.  
 Scodidatq; in paruis octa relog amari.  
 Cui licet græui membris, euryg; bati  
 Antefortu plenas cyplianis plagas.  
 Et pisce tremula salicem duæ sita,  
 Et sua no empty preparat oua rinis.  
 Flavay de rubo panni mella rado.  
 Pinguis sequatils oncat cui uillata mcllas,  
 Lamat opto. Vuat et urbanis  
 Labus i offensis  
 H ij



oceanus mare quod uniuersam circuit terram, & a litoribus, plerumq; accipit nomen. nam ad dextram, ubi primum terram intrat, atlanticus dicitur. ad sinistram gaditanus, illinc arabicus. persicus. indicus. Hinc britanicus. germanicus. scythicus. Postquam uero terras intrauit, primo ad iberia, hoc est hispania ibericam mare dicitur. tum a balearibus insulis balearicum, post hac narbonensium prouinciam contingens, gallicum. deinde a liguria ligusticum, mox usq; in siciliam. a thuscis thuscum, siue thyrrenum. a thyrrenis. siue a differentia superi inferum. Superum enim adriaticum uocamus, quod ad id ab urbe ueniens a penninum conscendamus. inde ab ionibus ionium. a Stalia siculum. a Creta creticum. ab Asia asiaticum. a Pamphilia pamphiliuum. A Carpatho insula, quae inter Aegyptum, & Rhodium est. Carpathium. a Cypro cyprum. a Rhodo rhodium. Multa praeterea nonnuma habet. ut aegium. Corinthium. argolicum. tyrium, & similia, de quibus partim diximus, partim suis locis dicemus. Poetae tamen oceanum pro quoquoq; mari usurpant. Virgilius. Et ruit Oceanus nox. item ab eodem Ocythoe nympha, de qua superius diximus. & Ocython fluius in sinibus Arcadiae, quasi uelociter fluens. Ocrem uero montem confragosum dixerunt antiqui. a quo ocrea notum calceamenti genus, quod inaequaliter tuberculata sit. Ab hoc creta dicuntur, qui ocreis calceati incedunt. Praeterea ab otio per compositionem fit negotium, quod otio contrarium est, de quo atq; eius deriuatiuis superius locuti sumus. **QUIS QUAM PICTA COLIT?** Interrogatiue pronuntiaandum est, ut sit sensus. Erit ne quisquam, qui colere possit fastus, & labores urbanos, cum frui liceat otio, ac deliis ruri? **COLIT.** Habitat. frequenter. **PICTA FRIGORA SPARTANI SAXI.** Pictor, ac frigidus spartanos lapides. id est potentiorum domos laconico marmore cultas frigidum epitheton marmoris est. Pictum autem ideo dicitur, quia laedemonium marmor quadam ueluti squamarum uarietate pictum uidetur. **SAXI SPARTANI.** Laedemonij marmoris, quod pretiosissimum habetur, & uiriditate cinctis hilaris, quale superius diximus ophiten. & tiberianum, atq; augusteum esse. spartani laedemonij dicuntur. Nam cum ij cum messenijs ob stupratas uirgines suas in solenni messeniorum officio bellum intulissent, grauissima se execratione obstrinxerunt. non priusquam messenam expugnassent, reuersuros. itaq; cum praeter opinionem amissam decem tenerentur, & quereulis uxoribus post longam uiduitatem reuocarentur iuuenes legerunt ex eo genere militum, qui post iusurandum in supplementum uenerunt, quibus spartam remissis promiscuos omnium foeminarum concubitus permiscere, ut celerius, certiusq; conciperent. Ex ijs nati ex nota materni pudoris spartani, quasi sati appellati sunt. & inde urbi quoq; spartia uocata est. **INEPTVS.** Imprudens. quid aptum & commodum sit non discernens. inepti proprietatem praclare declarat Cicero cum inquit. Ego mehercule caesar ex omnibus latinis uerbis, huius uerbi uim uel maximam semper putauit. Quem enim nos ineptum uocamus, is mihi uidetur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus, idq; in sermone nostri consuetudine perlate patet. Nam qui aut tempus quid postuler, no uidet, aut pluria loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibus cum est, uel dignitatis, uel commodi rationem non habeat, aut deniq; in aliquo genere aut incontinens, aut multus est, is ineptus dicitur, hoc uitio cumulata est eruditissima illa graecorum natio. itaq; quod uitium huiusmodi graeci non uident, ne nomen quidem ei uitio imponunt. Ut enim quaeas omnia quomodo graeci ineptum appellent, non reperies.

Omnium autem ineptiarum, quae sunt innumerabiles, haud scio an ulla sit maior, quam ut illi solent quoquoq; in loco, quoquoq; iter homines usum est de rebus aut difficillimis, aut non necessarijs argutissime disputare. ab ineptus fit diminutiuum ineptulus. & ineptitudo. & ineptia, quae tam uerborum, quam factorum est. & inepte aduerbium. & ineptio uerbum, quod est stulte aliquid uel dico, uel facio. Est autem composita haec uox ab in negatiua particula, & aptus, quod modo pro eleganti & dextero ponitur. Cicero. Ut enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, & delectat. modo pro colligato, & connexo. Varro. Vbi lucus opacis teneris fructibus aptus. Cicero. Quis enim hominem hunc dixerit, qui cum tam certos caeli motus, tam statos astrorum ordines, tamq; inter se omnia connexa & apta uiderit, neget ijs uelam inesse rationem? Idem. Fulgentem gladium e lacunari se ta equi aptum demitti iussit, aliquando pro adepto. Varro. ea omnibus ostentat, quae bello aptus est. ab aptus fit aptitudo, hoc est conuenientia. pulchritudo. elegantia. & apte aduerbium, hoc est commode. conuenienter. & apto uerbum, a quo adapto, quod modo accommodo significat. modo paro. Virgilius. Interea classem uelis aptare iubeat Anchises. Idem. Proiecto dum pede lauo aptat se pugnae. **PORTAT MATVTINVM AVE.** Mane salutat. Erat enim romanorum mos mane salutare potentiores. Iuuenalis. Sollicitus ne tota salutatrix iam turba peregerit orbem, Matutinum opus dicimus, quod mane fit, & cum prima aurora. Matutem enim imitatione graecorum auroram dicimus. **EXVTI NEMORIS.** Nitidi. peruij. nullis sensibus impedit. **PLENAS PLAGAS.** Retia feris plena. **DVCERE Educere.** **SALIENTEM.** Palpitantem. **TREMVLASETA.** Hamo, qui pendet e seta calamo piscatorio alligata. **PROMERE,** producere. Promere enim proprie dicimus ea, quae reposita fuerant proferre, a promendo (ut quidam putant) deductum, a quo promptus appellatur is, qui iam paratus, & expeditus est ad agendum, & in quo nulla mora est, quasi iam e penu, siue repositorio sit productus. item promptus ingenio, qui ingeniosus est, hoc est qui ingenium ad omnia paratum habet & promptuarium locus, in quo res ad usum necessariae ita repositae sunt, ut statim promi, ac proferri possint. item quod facile produci potest. & in promptu esse, quae iam parata. & instructa sunt. a promptus fit promptior. & promptissimus. & aduerbia promptipromptius. promptissime a promo uero de promo, & ex promo eiusdem significationis. **FLAUA MELLA.** Proprius mellis color est flauus, hoc est fuluo clarior, qualis est color auri, cum fuluus ex uiridi & rubro, flauus ex uiridi rubro, atq; albo sit. ab hoc fit flauo uerbum, hoc est fulgeo, & auri colorem reddo. quidam a flamma deductum uolunt, quod sit color haud dissimilis flammæ. alij a flando, quod flata metalla eum colorem habent. a Flauo flauorum cognomen deductum ob crinium candorem. **RVBRO CADDO.** Rubra testa. Martialis. Si spumet rubra conchis tibi pallida testa, Dibutadis inuentum fuit ex rubra creta nasa fingere, uel rubricâ plastice addere. **PINGUIS.** uel crassa ob quietam uitam, & omnis solitudinis ex pers, uel diues, hoc est rebus ad uitam necessarijs abundans. ideo usus est poeta hoc uerbo onerat, ut rerum omnium copiam significaret. **INAEQVALES.** Impolitas, non dolatas manus artificis, quales sunt mense rusticorum. **CINIS NON EMPTVS.** Cinis factus ex lignis non emptis, & recte cineris uocabulo usus est. oua enim potius calido cinere, quam carbonibus coquantur. **SUA OUA.** Domi nata. non aliunde



aliunde quaesita. **NON AMET HANC VITAM.**  
 Imprecatur inimicis suis, ne uel ament, uel assequantur hanc  
 uitam. de qua loquitur. sed semper in urbibus uiuant, quod sci  
 licet haec quietis et uoluptatis plena sit. illa uero, curarum  
 et miseriae. **ALBUS.** Pallidus, hoc est anxius. solici-  
 tus. Album proprie candidum dicimus, quod Sabini cum p.  
 litera scribebant alpum. siquidem a graeco deducitur αλ-  
 φη, quae uox candorem significat. unde quidam alpes a  
 nimum candore appellatas existimant. Nos a gillis potius in-  
 ditu hoc nomen existimamus, qui montes altos alpes uocant.  
 Sunt enim alpes montes altissimi, qui Italiam a Gallia, et  
 Germania dirimunt, quas peruias primus Annibal fecit, cum  
 ante a tutam redderet Italiam. unde omnis ille mons perpe-  
 tuo iugo tendens ad siculum fretum, a poenis (ut quidam putant)  
 dictus est a poeninus. ab alpiibus uero alpinus dicimus, unde ci-  
 salpina, et transalpina Gallia. et Albingatumium, et Albi-  
 um intemelium, liguriae oppida. Nam cum ligures partim in-  
 gauri, partim intemelij dicerentur, eorum coloniae ad mare de-  
 ductae, altera Album, quasi alpum intemelium. altera uero  
 Albingatumium uocatae sunt. Quoniam uero ob timorem san-  
 guis ab exterioribus partibus ad cor refugit, propter quod ex-  
 albescere facies uidetur, factum est, ut album saepe pro pallido  
 capiamus. et ex albescere pro pallefcere, quod graeco quoque  
 ἀπαύω, quod album significat dicunt λακκαίω.  
 Martiali. λακκαίωεν cupidā licet auaritia. Ab albus al-  
 bedo deducitur, quod significat candorem. et album neutro  
 genere Quintilianus. Alij se ad album transtulerunt. Hoc  
 et album praetoris sic album iudicium dicebatur, quod qui  
 uel fedaasset, uel uinaisset, uel quocumque scripturae genere tur-  
 bauisset, capitaliter non expectata ordinis sententia punieba-  
 tur. et albor. et albitudo pro albedine. Varro. Qui uident  
 alborem eius admirantur. Plautus. Ad ipsam capitis albitudi-  
 ne. et albedo candido. Horatius. Nec prata canis albicant prui-  
 nis. et passium eius albor. Varro. Deorsum itaque rapitur.  
 et offensas aliquo a scopulo lapidoso albatur. et albula ty-  
 beris ab albo aquae colore. et Alba oppidum latij ab omne  
 albae scrophae cum triginta porcellis albis ibi repta, quamuis  
 et alia alba est ad lacum suanum, sed ab illa albani, ab hac  
 albenfes dicuntur, a quibus albosia scita, quibus utebantur,  
 quae et decumana uocabant, quod essent amplissima. quem-  
 admodum et decumani fluctus dicuntur. et Albiona ager  
 trans tyberim a luco albionata, in quo loco bos alba sacrificat-  
 batur. et Alburnus. Lucaniae mons a candore uertias. et Al-  
 binea dea, quam et Leucotheam uocari superius diximus.  
 item fons et sylua tyburina. Virgilius. Lucisq; sub alta con-  
 sulit albinea nemorum, quae maxima sacro fonte sonat, sae-  
 nanq; exhalat opaca mephitim. Mephitis obiter dicitur terrae  
 putor, qui de aquis nascitur sulfureis. et est in nemoribus  
 grauior ex densitate syluarum. Alij Mephitim dicunt deum  
 esse leucotheae connexum, quemadmodum est ueneri Adonis,  
 et Dianae Virgilius. Alij Mephitim Iunonem intelligunt, quae  
 aerem esse constat. Omnis autem putor ex aeris corruptione na-  
 scitur. bonus odor ex aere incorrupto, ut sit Mephitis dea odo-  
 ris grauiissimi, siue rerum male olentium. et alburnum ad-  
 eps (ut ita dicam) arboris. Plinius. Humor et cortici arborum  
 est, qui sanguis earum intelligi debet. Est enim in toto corpore  
 arborum, ut reliquorum animalium cutis. sanguis. caro. ner-  
 ui. uene. ossa. medullae. pro cute cortex. humor. sanguis proxi-  
 mi. plerisque; adipis. hi uocantur a colore alburnum mollis, ac  
 pessima pars ligni, etiam in colore sicale putrescens. teredini  
 obnoxia, quare semper amputatur. ab alburnum sit uerbum  
 ex alburno, hoc est alburnum detraho. Idem. Et reliquis arbo-

Millia pro puero centum me mango poposcit.  
 Risi ego, sed Phoebus protinus illa dedit.  
 Hoc dolet, et querit; dolet h' mea metula metui;

ribus sicissima lotos. deinde robur ex alburnatum cui nigri-  
 cans color. et alboterius, pileum capitis, quo flamines dia-  
 les utebantur. fiebat enim ex hostia alba Ioui casta, cui affi-  
 gebatur apex uirgula oleagina. et albegmina partes exto-  
 rum, quae dijs immolabantur, ab eorum candore. et albari-  
 um tectorium, de quo superius diximus. et albo uerbum, a  
 quo dealbo, hoc est candidum facio. et albo albus, sine palli-  
 dus fio. a quo albesco. Albi caluili dicebantur, quibus Creten-  
 ses dies laetos, quos in uita agerent, numerare solebant. nam  
 candidos lapillos ad hoc officium eligeant, quemadmodum  
 e contrario infelices, atque infastos dies nigris lapillis signa-  
 bant. et ex candidorum numero uitae tempus metiebantur.  
 malos enim dies in annorum numerosis redigebant. **IN  
 VRBANIS OFFICIIS.** In quotidianis salutatio-  
 nibus. in praestanda opera togata. et patricijs in senatum de-  
 ducendis, alijsq; urbis laboribus.

**EPIGRAMMA LXXXV.  
 AD COPONEM.**

10

**C**ONTINVIS VEXATA MA-  
 DET. Iocando copones notat, clam ui-  
 no aquam mitentes. Pluuiosus inquit au-  
 tumnus est. etiam si cupias merum, hoc est  
 purum uinum uendere non potes. **NIM-  
 BIS.** De quo superius diximus. **MA-  
 DET.** Infunditur. humescit. **UT CUPIAS.** Quae  
 nis cupias. **MERVM.** Vinum purum.

**EPIGRAMMA LXXXVI.  
 AD FLACCVM.**

30

**Q**VALEM FLACCE VELIM.  
 Flacum admonet, quales optandae sint  
 puella, hoc est nec fales nimis, nec nimis  
 diffiales. **QUOD CRUCIAT.**  
 Pernaciter negando. **QUOD SA-  
 TIAT.** Vltro semper, ac faiale con-  
 cedendo.

**EPIGRAMMA LXXXVII.  
 DE PHOEBO.**

40

**M**ILLIA PRO PUERO CEN-  
 TVM. Facite in Phoebum inuehitur,  
 qui puerum a Mangone centum nullibus  
 numum emerat, cuius tam faede prodigi-  
 litatis causam esse dicit, quod ipse gran-  
 dem pecuniam penis magnitudine a ci-  
 naedis lucrificerat. **POPOSCIT.** Peiye. quemadmo-  
 dum superius diximus. aliquando tamen postere pro acpe-  
 re ponitur. Virgilius. Poscat equos, gaudetq; tuens ante ora fre-  
 mentis. aliquando pro prouocare. Idem. Haud acrem dubites  
 in praelia postere Turnum. Cicero. Poscunt maioribus poculis.  
 Nonnunquam pro eo, quod est in contrarium niti. Virgilius.  
 Equidem sic postere uentos iandudum et frustra cerno te ten-  
 dere contra. **PHOEBVS,** alias Draucus. nunc Pe-  
 dico. **IN MEAM INUIDIAM.** In odium mei-  
 mentula. Propter magnitudinem a multis anedis  
 expenta. **BIS DECIES SESTERTIOLVM.**  
 Viginti sestertia. Diminutio usus est metri gratia. Sestertius,  
 siue sestertium numus est duarum semis librarum. et per

60

Laudaturq; mea Phoebus in inuidiam.  
 Sed sestertiolum donauit metula Phoebus  
 Bis decies, h' da tu mihi, pluris emam;

Cōtinuis uexata madet uandemia nimis,  
 Non potes, ut cuperes, uenidē Caupo merū;  
 Quale Flacce uelim quavis, nolensue puella;  
 Nolo nimis facile, diffidileq; nimis.  
 Illud qd mediū est atq; iter utriusq; probamus,  
 Nec uolo, qd cruciat, nec uolo, qd fatiat;



geminum.ii. et s. literam a qua incipit semis notatur hoc mo-  
do.ii. unde sefertur dicitur, quasi semis tertius. erat enim  
dipondius et semis, quo tempore denarius decussis aestimaba-  
tur, hoc est post duos sequens tertio loco est semis.

EPIGRAMMA LXXXVIII.  
AD FLACCVM.

*Dat Baiona mihi quadrantes sportula reuēt.  
Inter delicias quid facit ista fames.  
Redde lupi nobis, tenebrasq, balnea Caylli?  
Iam male cū coenam, cur bene Flare lauez?*

**D**AT BAIANA MIHI. Facete no-  
tat eos, qui paupertate oppressi, nihilo mi-  
nus delicias uitæ sequuntur, et simul spor-  
tularum tenuitatem uidentur apprehende-  
re. Sensus est. Cum Domitianum secutus  
uenerim Baias, quod mihi opus est inter  
tantas delicias lauare, cum nihil habeam præter quotidianam  
sportulam centum quadrantum, præstat Romæ esse, et uul-  
garibus uti balneis, quàm male cœnâtem bene lauare. B A I  
A N A. Quæ baiis datur. Baiæ Campaniæ oppidum est  
iuxta lucrinum sinum, inter puteolos, et misenum montem,  
in cuius agro aquæ calidæ sunt et ad uoluptatem, et ad ua-  
rios morbos commodissimæ, adeoq; et fertilitate, ac copia re-  
rum, et ædificijs, et litorum amœnitate præstantes, ut nō im-  
merito scripserit Horatius. Nullus in urbe locus Baiis præluceat  
amœnis. ob eam causam magna romanorū multitudo consue-  
re ad eas solebat. Dicitæ autem baiæ sunt a Baio Vlyssis socio.  
sunt qui existiment a baiis baiulos appellatos, qui onera mer-  
cedis gratia proprijs humeris portant, quod propter consuen-  
tium baias aduenarum multitudinem magna ibi esset huius-  
modi hominum copia. a baiulis baiulo uerbum deducitur,  
quod est porto. Plautus. Ego baiulabo, Tu (ut decet dominum)  
anteito imanis. Ab hoc baiulato. et baiulatrix deriuantur.  
SPORTULA. Quondianus usus, de quo superius di-  
ximus. Principio quidem ordinariæ cœnæ dari a principi-  
bus solebant. Sed Nero, ut modū sumptibus adhiberet, ad spor-  
tulas redegit. Quæ enim morem deiceps posteriores principes ser-  
uauerūt. et aliquandiu Domitianus. Hic tamen eū ad extre-  
mum sustulit. Reuocata rectorum coenarum consuetudine, pro-  
pter quod exultans alibi Martialis iquit. Centum mi selli iam  
ualete quadrantes Ante ambulonis congrarium lassī. Quos di-  
uidebat balneatur elixus regis superbi sportule recesserunt.  
FAMES. Paupertas. inopia. ægre sufficiens ad tollendam  
famem. INTER DELITIAS. Batarum scilicet.  
TENEBROSA. Atræ. obscura. talia enim sunt uulge-  
ria balnea. LUPET GRILLI. Hi meritoria  
balnea in urbe habebant, in quibus ignobiles, atq; inopes  
lauabantur.

DE LEPORE ET LEONE.  
EPIGRAMMA LXXXIX.

**I**N TRES AMPLA LICET. Re-  
petit denique lusius leporis cum leone, no-  
tans eos, qui existimationem querunt, cō-  
tendendo cum ijs, qui sunt præstantiores.  
TORVI. Aspectu terribilis. de quo  
superius diximus. TERGV M.  
Dorsum. PROCUMBET. Ita faciet impetum, ut re-  
cumbere prorsus toto corpore uideatur. ALTA. Pro-  
funda. IUVENCORVM. Quæ figere iuuenas  
solet, quod facere non potest in tam paruo corpusculo. DE  
LECTA. Nobili. strenua. electa.

*Intres ampla licet torui lepus ora leonis,  
Esse tō uaruo se leo dente putat.  
Qd rucet i tergū, uel qd præbet i armos*

*Alta iuuecorū uulnera figet ubi?  
Quid frustra nemozū dnm, regēq, fatigas?  
Nō nisi delecta pascitur illa fera j*

EPIGRAMMA XC. AD LICIANVM.

**V**ERONA DOCTI SYLLABAS  
AMAT VATIS. Cum laude di-  
uersos poetas commemorat, ut duos Sene-  
cas, et Lucanum celebret. et Cani-  
um. et Decianum. et Lycanum. et se-  
ipsum, qui omnes fuerunt hispani. VE-

RONA. Nota urbs, de qua superius locuti sumus. Plynij  
et Catulli patria, quam Athesis amnis amœnissimus diri-  
mit. uino. oleo omni frugum genere. lanis præterea, et omni-  
bus, quæ ad usum uitæ humane pertinent nulli italicarum  
urbium secunda. ab hac ueronens, et ueronensis deducun-  
tur. SYLLABAS. Versus, quorum ratio syllabis cō-  
stat. Est autem syllaba comprehensio literarum dicta a  
τοῦ συλλαβῆν, quod comprehendere est. a quo syllabicus ad  
iectiuum. unde syllabaticam adiectionem dicitur, cum sylla-  
ba nihil significans additur dictioni, ut hoc. huiusce. DO  
CTI VATIS. Catulli hic enim poeta ueronensis fuit,  
natus in peninsula lacus benaci, quem uocant Sirmion, in quo  
iambi acerbitas in primis claruit, ut in Bibaculo, atq; Hora-  
tio. MANTVA. Hæc quoq; celeberrima urbs est gal-  
liæ cispinæ, ab Onno Mantus filio cōdita, unde nomen ha-  
bet. Clara in primis P. Virgilio Marone, q; ut apud grecos  
Homerus, sic apud nos omnium, quos ante acta secula uiderunt,  
poetarū princeps fuit, natus Crasso, et Pōpeto cōsilibus. matre  
Magia polla patre Virgilio Rustico i uico, q; Andes uoca-  
batur, nō procul ab urbe Mantua, de qua ipse cecinit. Mantua di-  
ues auis, sed nō genus omnibus unū. a Mantua Mantuanus deri-  
uatur. APONA. Patauina. Aponus fluvius est parū  
ab urbe Patauio distans. Luca. Eugæneo si uera fides memorati-  
bus augur Colle sedes aponus terris ubi sumfer exit, atq; An-  
tenorei dispergiunt unda timari. Suet. de Tiberio. Mōnus ē  
Ceryonis craculo, ut de cōsultationibus i apom fonte talos au-  
reos iacret. euenit ut summū numerū iacti ab eodē ostēderēt.  
hodieq; sub aqua uisuntur hi tali. Patauij natus est T. Liiuus  
historicus, et Stella, ac Valerius Flaccus poeta. De Valerio  
Flacco alibi quoq; locutus ē Martia. Flaccæ Antenorei spes et  
alūne laris. Alius quoq; poeta Patauinus fuit nomine Volusi-  
us, q; Ennū secutus rerū gestarū populi Romani annales car-  
mine scripsit. huius meminit Catullus. At Volusi annales Pa-  
diū mittentur ad ipsam, Et laxas scēbris sæpe dabūt tunicas.  
Stellā paucas ante annis omnes existimabāt. Neapolitanū fuis-  
se. et hic nō poeta, sed oppidi nomen esse arbitrabatur, quē  
errorē nos primi sustulimus in cōmētarijs i Papinij syluas a  
nobis æditi, i qbus et Papinū ipsum neapolitanū fuisse de-  
clarauimus, cū antea ab omnibus Tolosanus existimaretur.  
CENSETVR. In pretio et existimatione ē. APOL-  
LODORO. Sex memoratur Apollodori fuisse. Primum  
atheniēsis comicus. Secundus Geleus, cuius comædiæ fuerunt  
Philadelphij. et Sisyphus. Tertius Tarsensis tragicus. Quar-  
tus itē Atheniensis grāmaticus, discipulus Aristarchi. Quintus  
Perzgenus rhetor, præceptor Cassidij, q; docuit Augustū.  
Sextus Alexandrinus comicus æmulus Menædri. de quo locu-  
tus ē Martia. PELIGNI. Sulmo oppidū ē i pelignis,  
de qbus superius diximus. Sulmoni autē ortus ē Ouidi. Naso,  
post Virgiliū a nostris laudatus. Sulmo a Solymo Aeneæ co-  
mîte cōditore eius urbis nomē accepit. Ouidi. Huius erat Soly-  
mus Phrygia comes unus ab Ida. a quo Sulmonis mania no-  
mē habet. idē, Sulmo mihi patria ē, gelidis uberrimus undis  
millia q; noues distat ab urbe decē. a Sulmone Sulmonēses di-  
cti. SONANT. Resonat. Celebrat. CORDV  
BA.



B. A. Amplissimū Hispanie oppidū circiter XXX stadia di-  
stis ab Obulone, quō traditū Cæsare ab urbe Roma septimo,  
ac XX die puenisse, ab ea Cordubēsis deducitur. FACVN  
DA. Quae factos habuit uiros. LOQVITVR.  
Laudat. DVOS SENECAS. M. Anneus Seneca  
Cordubensis Romani uenit declamator egregius, quamuis ope-  
ra eius ad posteros non peruenerint. Hinc statim eques factus  
honores meruit habuitq; liberos, quos in Hispania susceperat  
ex Elbia uxore L. Anneum Senecam Iunium Anneum Gal-  
lionem, et Anneum melam. Seneca philosophus simul, et de-  
clamator, et poeta insignis euasit, sub Nerone mortuus est sō-  
lutus uenit. LVCANVM. Anneus Mela Senecae fra-  
ter ante, quā in urbem uenisset, donatus equestri ordine. ex  
C. Aelia filia Aelii Lucani oratoris filium suscepit M. Anne-  
um Lucanum. Hic Neroni primū grati fuit, quae postq; an-  
te aetatem factus gladiatorum munus adidit. Scripsit Sa-  
turnalia sylvarum libros decem. Medeam Orpheum, in cen-  
dium urbis, incendium Troianum cum Priami calamitate,  
Pharsaliū non finitū, uariū (ut Quinctilianus inquit) copio-  
sus, sublimis, conatus, oratoribus magis, quā poetis imitan-  
dus. IOCOSAE. A iocis de quibus superius dixi-  
mus. EMERITA. Augusta. Emerita oppidum est Hi-  
spanie in arduis, sicut in Celtiberis Caesar Augusta Can-  
us à Gadibus. Decianus ex Emerita, Licianus, et Martialis,  
et Bilbili eodem tempore in poetica floruerunt.

EPIGRAMMA XCI. DE LEVINA.

**C**ASTA NEC ANTIQVIS. Exem-  
plo Leuinae docet mulieribus frequentiam  
hominum, et lasciuia locorum uitan-  
dam esse. Haec enim cum castissima esset,  
Bathas profecta, dum balneas frequentat  
in adit in amorem adolescentis, quem se-  
qui potius uoluit, quā ad uirum redire. Hac ratione motus  
Plato in libris de republica scripsit, maris uicini amoenitatem  
uitandam esse propter multorum hominum conuentum, et i-  
honestos, ac uiosos peregrinorum mores. sic enim inquit  
πρόσκειος γὰρ θαλάσσης χόρα, τὸ μὲν παρ' ἰνδόνων ἢ μέγαν ἠδὲ, μά-  
λα γὰρ μὲν ὄντως ἀλμυρὸν καὶ πικρὸν γειτόνημα, hoc est mare  
auitanti uicinum affert quidem in uita delectationem, sed cer-  
te falsum admodum, et amarum consortium est. ANTI-  
QVIS SABINIS. Hersilia, quae Romuli uxor fuit, et  
alij sabinis, quae raptae à Romanis fuere. Haec enim tanta fi-  
de uiros dilexerunt, ut in bello parēnum cum uiris earum cau-  
sa suscepto diremuerint praelium, eosq; mutuo conualuerint.  
manereq; apud uiros, quā cum illis reuerti uoluerunt.  
Iuuenalis,  
Sic formosa decens. diues. fecunda. ue tu stos  
Portibus disponat auos, intactior omni  
Crinibus effusis bellum dirimente Sabina.  
Sabini antiquissimi Italiae populi sunt, et idigenae, atque ab-  
origines. Ab ijs Picentes. Samnitesq; in Colonias defluxere Sa-  
binam Tyberis alluit, quem admodum umbriam, Latiumq;.  
Quippe inter umbros, ac latinos sunt sabinū, extendunturq;  
usque ad Nomentum oppidum, et à religione, ac cultu deo-  
rum, hoc est ἀπὸ τοῦ εὐσεβεία dicti sunt sabinū, quasi sēbini-  
hi quondam ciuitates sine moeribus incolēbant, ut uenustum La-  
cedaemoniorum morem referrent. A sabinis Sabellus dedu-  
citur. Iuuenalis, Mensamq; sabellam. Illyrij Sabinam appel-  
labant telum uenabuli simile. Ennius. Illyrij restant sicis, sa-  
binūq; fodentes. QUAMVIS. Quānamuis. TE

Casti nec antiquis cedens Leuina Sabinis,  
Et quāuis tetris tristior ipsa uiro,  
Dū modo Lucrino, modo se praemittit Auerno,

TRICO. Tristi. maesto. crudo. aspero. seuero. Tetrum pro-  
prie atrum dicimus. Virgilius, Laue improba teter ora cru-  
or. Hinc per metaphoram tetrum aliquando pro foedo, atque  
euitabili ponimus. Cicero, Postremo haec iam in liberis ciuitati-  
bus regnandi existunt cupiditates, quibus nihil nec tetrus,  
nec foedius excogitari potest. Vnde tetro uerbum, quod foedo,  
et polluo significat. Pacuuus, Belluarum, aut ferarum adue-  
tus loca teter. aliquando pro amaro. Lucreti. Ac ueluti pueris  
absinthia tetra medētes cum dare conantur. Nonnunquam pro  
aspero. seuo. crudeli. Cicero, Promissum potius nō faciendum,  
quam tetrum facinus, admittendum fuit. Hinc tetre aduerbi-  
um, quod aspere. impie. crudeliter significat. Et horum com-  
paratiua, ac superlatiua tetrior. teterrimus. tetrius. terrime.  
Item tetricus mons in sabinis asper, atque arduus. à quo tristes  
homines, et seueri tetria dicuntur. Virgilius, Qui tetricae hor-  
rentis rupes, montemq; seuerum. PERMITTIT. Exhi-  
bet. concedit. MODO LVCRINO MODO A-  
VERNO. Lucrinus, et auernus, duo lacus sunt, in si-  
na Baiano contra puteolos adeo propinqui, ut in maximis ali-  
quando tempestatibus coniungi soleant. Hos Caesar purgauit  
adeo sylvarum densitate antea obductos, ut exalans inde per  
angustias sulfurea aquae odor grauissimus superuolantes  
aues necaret. à quo auernus est dictus. Portumq; iulium fecit  
immissio in auernum, et lucrinum mari. unde à quibusdam  
iulii unda. et iulium opus appellatur lucrinum. sunt qui à  
lucro nominatum putent, ob multitudinem piscium, qui ibi capie-  
bantur. Nam Lucrinus mons est in brutijs, ad extremum ita-  
liae oppositus Peloro, in quo Locrus oppidum ab Aiacē Oleo,  
et Naritjs, qui illum secuti sunt, conditum fuit. Virgilius,  
Hic et naritij posuerunt moenia locri. IN FLAMMAS.  
In amorem, quia amor urit. unde et caecus ignis dicitur. Vir-  
gilius, Vltus alit uenis, et caeco arpitur igni. Et ardere usur-  
pamus pro eo, quod est uehementer amare. idem, Formosum  
pastor Corydon ardebat Alexim. RELICTO. Dimis-  
so. Linquere enim modo dimittere est. Virgilius, Linquimus  
Ortygiae portus, pelagoq; uolamus, modo desinere. idem. Huc  
summis linquuntur rupibus amnes. idem. Namq; solo ruptis  
radiabus arbor uellitur. Huc atro linquuntur sanguine gut-  
tae. Hic fit compositum relinquo, quod dimitto significat. à quo  
reliquiae quicquid relictum est. idem, Troas reliquias danaū,  
atque immitis Athilli. Poetae enim metri gratia ll dupli-  
cant. et reliquum, quod similiter pro residuo capiunt, quasi id  
quod relictum est. Reliquorum, et ceterorum appellatione  
omnes contineri iurisconsulti tradunt. Cetera à graeco deducitur  
καὶ ἕτερος, quod significat, et alius. à quo fit coniunctio, siue  
aduerbium ceterum, quod significat sed. siue id, quod solent  
dicere, quod reliquum est. Cetera etiam aliquando aduerbia  
liter capiunt, et significat deinceps. Virgilius, Cetera parca  
puer bello. Cetera uero breue scutum est. V arro, Quis ronandū  
facere ceteram nequeat? Virgilius, Leuas cetera tegit. Ab ἕτε-  
ρος, etiam, quod est alter, fit heteroclitum, quod interpretari  
potest alienae, et insolitae declinationis. et heterogeneum,  
quasi alterius generis, et Hetruria (ut quidam putant) quasi  
ἕτερος ὄρος hoc est alter terminus, quoniam Hetruriae fines  
protensi sunt usq; ad primam ripam Tyberis unam enim dum-  
taxat ripam tenebat Roma. Iuuenalis, Et quae imperij fines  
Tyberinum uirgo natauit. Ab Hetruria hetrusci appellati. et  
hetrusce aduerbium. item à relinquo fit aliud compositum de-  
relinquo, quod significat prorsus, et in totum relinquo. Relin-  
quere enim dicimus ad tempus reuersuri. Derelinquere uero oi-  
no deserere. item à linquo fit aliud compositum delinquo, quod  
proprie significat praetermitto. Quoniam uero praetermitte-

Et dū Baianis saepe fouetur aquis,  
Incidit ī flāmas, iuuenēq; secuta, relicto  
Cōiuge, Pendope uenit, abit Helene,



re ea, quæ præteriri non debent, peccare est. Delinquere eti-  
am pro peccare usurpatur. hinc delicta peccata dicuntur, quæ  
aut proposito, aut impetu, aut casu fiunt. Proposito delinquent  
latrones, qui factionem habent. impetu, cum per ebrietatem ad  
manus, uel ad ferrum ueniunt. Casu, cum in uenatu telum in  
feram missum hominem interficit. A delinquo fit etiam deli-  
quium, hoc est defectus. unde deliquium solis dicimus, cum sol  
in cursu suo deficit. item deliquium, quod Plautus frequenter  
pro minus usurpat. **PENELOPE VENIT, ABIT  
HELENE.** Pudica uenit, i pudica discessit. Penelope, Hele-  
neq; notæ historiæ sunt illa Iatri filia fuit (ut Homerus tra-  
dit) et uxor Ulyssis, quæ ex eo Telemachum genuit, cumq; Ulysses  
primo ad Troiam, deinde per uaria loca orbis terrarum profectus  
longo tempore solam reliquisset, quanquam à mille pro-  
cis sollicitata, fidem tamen marito, pudicitiamq; mirifice serua-  
uit. Hec uero Ionis, et Ledaë filia, cum Menelao laconum  
regi connubio iuncta esset, relicto uiro sponte se ceta est Paridæ,  
qui tum forte à Menelao susceptus hospitio fuerat, quæ res ori-  
go, atque inatabulum fuit belli Troiani.

**EPIGRAMMA XCII. AD CELEREM.**

**V**T RECITEM. Ex persona Celeris no-  
tat malos poetas, qui recitando carmina sua  
auditorum obtundunt aures. Sic inferius de  
Ligurino.

Hæc tibi non alia est ad cœnam causa uocandi,  
Versiculos recites ut Ligurine tuos.

Quod si non scambris scelerata poemata donas,  
Cœnabis solus iam Ligurine domi.

**NON AUDIRE, SED RECITARE CUPIS.**  
Non cupis recitari mea, ut ea audias, sed ut habeas causam  
recitandi tua.

**EPIGRAMMA XCIII. AD FABULLAM.**

**B**ELLA ES NOVIMVS. Face-  
te fabullam deridet, quæ nimium iactan-  
do se bellam, et puellam, et diuitem esse,  
fistiduum omnibus afferebat. **QUIS  
ENIM POTEST NEGARE?**  
Pulchritudo enim, et ætas oculis cernitur.

Diuitias munera declarant. unde inferius inquit.  
Sotæ filia Clinici Fabulla,  
Et donas, et amas Echis asothos.

**SED CVM TE NIMIVM FABVLLA LAV-  
DAS.** Licet forma, et ætate, et fortunis insignis sis, maio-  
rem tamen molestiam ex iactantia tua, quam ex illis nolu-  
ptatem percipimus.

**EPIGRAMMA XCIII. AD CAECILIANVM.**

**C**VM DIXI FICVS. Facete ex per-  
sona Caecilianæ duo uita pariter carpit.  
unum morium, alterum linguæ. in mori-  
bus cinædos notat, q ex nimio attritu mor-  
bum contrahunt, quem græci σύνκοις,  
nos ficum, siue mariscam appellamus, in  
lingua uero literarum ignaros carpit, qui ficum pro fructu se-  
cundæ diuæ at declinationis esse existimant, pro merbo quar-  
tæ. Sensus est. Eandem esse huius uocabuli declinationem, siue  
fructum, seu morbum significat, genere autem differre, cum

Cum dixi ficus, rides quasi barbara uerba, Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,  
Et dixi ficos Cæciliane iubes. Dicemus ficos Cæciliane tuos;

fæminini generis sit, quando fructum significat. quando uero  
morbum, masculini. quod ficus quartæ declinationis sit, quan-  
do fructum significat, manifestum est. De arbore, Cicero, Vxo-  
rem suam suspendisse se de ficu. De fructu, Plautus, Ficus no-  
bis attulit duricorias præcœces. Martialis, Res mira est, ficus  
non habet unus ager. Quod etiam in utraq; significatione se-  
cundæ sit declinationis, patet. De arbore, Iuuenalis, Ad quæ  
discutienda ualent sterilis mala robora fic. De fructu, Cice-  
ro, Ex tantulo grano fic. Ab huius fructus similitudine genus  
morbi ficus appellatur, quem græci σύνκοις uocant. Duæ  
eius species. Alterum ulcus durum. et rotundum est. alterum  
humidum, et inæquale. Ex duro exiguum quiddam et glu-  
tinosum exit, ex humido plus, et mali odoris. id quod callo-  
sum, et rotundum est, maxime in barba sit. id uero quod hu-  
midum in capite et in locis obscœnis. Sunt enim ani quoque  
multa, ac plena tædio mala, ut rimæ sedis, quas græci ρηγά-  
δας, et ρηγάδια uocant. Condylomata, hoc est tubercula, quæ  
ex quadam inflatione nasci solent. et uerisæ quoq; sedis ap-  
pellantur. Sanguis fluxus, ex capitulis uenarum, quem morbum  
græci hæmorrhoidas uocant, quæ admodum superius diximus.  
proacidia ani, cum os ipsum prouoluitum est. et sæpe humo-  
re mucoso arcundatum. item fungus à fung similitudine ita di-  
ctus. ficum etiam nostri mariscam uocant. Iuuenalis. Et po-  
dice leui ceduntur tumida medio ridente mariscæ. Quod tra-  
ctum est à similitudine grandioris, et insipidioris fici, quæ  
mariscæ appellatur. Martialis,  
Infanti melimela dato, fatuasq; mariscas.

Nam mihi quæ nouit pungere, Chia sapit.  
Græci similiter σύνκοις à ficu appellant, quæ apud eos  
σύνκοις dicitur. Unde ficus (ut quidam putant) est dicta, quam  
ueteres latini etiam sycō appellabant. Neuius, Hodie sycōs  
mihi recens fuit. Hinc sycōmorus ficus fatua appellata, quæ et  
mariscæ (ut diximus) nuncupatur. et sycophanta σὺκοφάντης  
hoc est à ficis edendis. mendax. cauillator.  
siue dolosus, quod hinc originem habuit. E duobus seruis græ-  
ci cuiusdam uiri alter ficus, quæ domi parata erant, absum-  
psit. Alter quis eas abstulisset, ignorabat, quærenti eas do-  
minus innocentem accubabat. Herus, ut ueritatem ex plo-  
raret haurire utrunque subtepidam aquam iussit, deinde euo-  
mere. tunc primum sycophantæ ortum uocabulum, eo ita ap-  
pellato, qui ficos deuorauerat, culpamq; in innocentem cauil-  
lando, ac mentiendo reijcebat. alij tradunt atticos quondam  
iuuenes in hortos irrumpere solitos, ficosq; colligere, quam ob cau-  
sam lege constitutum fuisse, ut qui cunque id fecisset, capite ple-  
cteretur. hæc igitur pœnam, qui persequebatur, ob paruula de-  
trimenta sycophantas, hoc est ficorum edones esse appellatos. à  
sycophanta sycophantia deducitur, hoc est mendacium. et cau-  
illatio, et dolositas, et fallacia. Plautus, Per fallaciam, quam  
amabam abduxit à lenone mulierem, neq; puduit cum id æta-  
tis sycophantias struere, et beneficijs me emere gnatum suum  
sibi. idem, cum nostris sycophantijs. dolis. astutijsq; ab hoc po-  
stea et Holophanta appellatus est omnia mentiens. Actus. Im-  
probus, Holophanta, sceleratus. qui ppe græci ὄλον totum di-  
cant. de sycophanta etiam fit uerbum sycophantia, hoc est sy-  
cophantias struo, et sycophantiosus, qui sycophantijs frequen-  
ter utitur. à quo sycophantiose aduerbium. Plautus, Ego nec  
sycophantiose, quicquam ago, nec malefice. à ficis uero, cum ar-  
borem significat. Ficulnus deducitur materiatus ex ea arbore,  
sicut à populo populnus. Nam quod aliqui ficulneam scribunt,  
ignorantia accidit linguæ latinæ. Item ficalea, ualut ficulnus.  
Item caprificus. à quo caprificor. caprificatio. caprifici. aproti-  
na Iuno, de quibus superius differimus. cum uero signi-

Ut recitem tibi nra rogans epigrammata, nolo,  
Non audire celer, sed recitare cupis;

Bella es, nouimus, et puella, uerū est.  
Et diues, quis enim potest negare?  
Sed dū te nimia Fabulla laudas,  
Nec diues, neq; bella, nec puella es;



fiat fructum, ficus dula uis, de qua superius diximus, quia si-  
 co fiat pinguis, et sicat fructus fici, et ficatores, qui ficos col-  
 ligunt. Neniis, Ficatores omnes capiunt siccitatem. at cum signi-  
 ficat morbum ficosus, hoc est ulceribus, quae fici uocantur, ple-  
 nus: a quo ficositas ipsa huiusmodi ulcerum copia. ficosum mul-  
 tu genera sunt, quae sunt purpureae Lydiae uocantur. Mam-  
 millaria, quae mammillarum habent similitudinem, callistru-  
 cae ficosum omnium frigidissimae, candidantes turinae, ac co-  
 gnominis delicatae appellatur. Liviae. et pompeianae ad sic-  
 candum optime. herculanae, et albicaerae, et araciae ad be-  
 pediculo minimo latissimae. porphyrites longissimo pediculo e-  
 comitatur eam e minus, et uilissimus popularis dicta. no-  
 uissima sub hyeme maturatur Chelidonia. sunt praeterea eae-  
 dem ferotinae, et praecoces biferae alba, et nigra cum messe,  
 uindemiq; maturescentes. Athenis prodromos quasi praecur-  
 sores uocant. ferotinae sunt, et a corij duritie duricoriae appel-  
 lat. Tarenti tantum praedulces nascuntur, quas uocant onas,  
 quod ob bonitatem iure emi debeant, ueni enim graecae mer-  
 catio dicitur. marisca fici grandiores sunt, atque insipidae. sunt  
 praeterea alsulae ficos arundinae, asinastra. chia. calphur-  
 niana. curbitana. leptoludiae. numidicae. pulle. tellanae. a-  
 tra. et alijs nominibus plures grossi dicuntur fici ante, quam  
 maturescant. Martius, In millibus tot ficosum non uidebis  
 grossum, ab eo fit grossulus diminutiuum. Posthumus albi-  
 nus ea causa se stultum, bruntumq; faciebat grossulos ex melle  
 edebat. africatas ficos attulit quodam die in senatum Cato  
 Ex ea prouincia praecoces, et ostendens patribus, interrogo  
 uos: inquit quando hoc pomum demptum ex arbore existima-  
 tis. cum inter omnes recens esse constaret. at qui tertium inquit  
 ante diem scitote esse decerptum carthagine. tam prope a nu-  
 ris hostem habemus acerrimum. statimq; sumptum est tertium  
 punicum bellum, quo Carthago deleta. in Aegypto ficos est  
 Aegyptia cognominata arbor moro similis folio, magnitudine  
 aspectu. pomum fert non ramis, sed caudice ipso, idq; ficos est  
 praedulus sine granis interioribus, sacundissimo prouentu scilicet  
 pendo tantum ferreis unguibus, aliter non maturescit, sed cum  
 factum est, quarto die demittitur, cuius loco nascitur sepienus.  
 subnascitur etiam si non scilicet fuerit quater aestate prio-  
 remq; ex pelle immaturum. lignum ad multa commodissi-  
 mum est. casum statim sita gnus nergitur, et hoc modo siccatur  
 primo sicut, postea fluitare incipit, certoq; id fugit alienus  
 humor, qui aliam omnem rigat cum innatare coeperit siccata-  
 tis est argumentum. hinc similis Cypria ficos in Creta. Nam  
 et illa in caudice ipso fert pomum, et in ramis, cum ad cras-  
 situdinem adoleuerit, fructus quaternos fundit toties, et ger-  
 minat. sed grossus eius non maturescit nisi in asura emisso la-  
 cte. suauiter et interior fici, magnitudo similis sorbo. est et  
 aliud fici genus, quod a loco caricam uocant. Item aliud quod  
 similiter a loco dicunt cauneam. utrunque in albense rus in-  
 tulit L. Vitellius, qui postea censor fuit, cum legatus in ea pro-  
 uincia esset nouissimus Tiberij Caesaris temporibus. cauneae  
 fuerunt, quae M. Crasso aduersus parthos nauigare uolenti,  
 dum nauim conscenderet onem ferunt. Nam cum quidam  
 huiusmodi ficos uenales habent, cauneas uoaseret, uisus est  
 dicere Crasso, caue, ne eas. caricae optime siccantur, unde qui-  
 dam siccatae ficos caricas nominant. ledunt siccae ficos stoma-  
 chum. gutturi tamen, et faucibus magnifice prosunt, et anhe-  
 latoribus, ac suspiriosis. Item ueciorum. rhenum, lyenum ui-  
 tij. corpus et uires adiuuant. ob id ante athletae hoc abo pa-  
 sebantur, pythagoras ex erantior primium eos ad carnes tran-  
 stulit. recolligentibus se a longae ualitudine utilissimas. carreae ue-  
 ro herba est acuta, et durissima sparito similis. Virgilius, Et ca-

rice pastus acuta. hinc carecta dicuntur loca caricae plena. Idem,  
 tu post carecta latebas.

EPIGRAMMA XCV. AD CHOERYLVM.

**E**RRAS MEORVM FVR. FVR-  
 rem librorum suorum iocando deridet  
 choerylum nomine. carmen trimetrum ia-  
 bicum. FVR AVARE. Quia per  
 auaritiam libellos meos fueratis, ut uendas.  
 TANTO. Preto salicet. TOMVS.

Fragmentum, seu uolumen, ut superius diximus. SO-  
 PHOS. Nomen sapientis. opinio doctrinae. SECRE-  
 TA CARMINA. Non nota omnibus, ut mea sunt, quae  
 iam in uulgus exiuerit, et in omnium manibus, oculisq; uer-  
 santur. RVDVS CVRAS. Rudia opera, non dum  
 perfecta, non dum limata. VNVS PATER CHAR-  
 TAE VIRGINIS. Author salicet qui scripsit. Vir-  
 ginem chartam appellat, quae non dum peperit, hoc est non-  
 dum transcripta est. parere enim chartae dicuntur cum ex  
 ijs exempla sumuntur. SIGNATAS. Annulo impres-  
 sas, quippe ita signare solemus, quae non dum uolumus legi.

SCRINIO. Chartophilatio, sic enim graeci scrinium uo-  
 cant in quo libri, et scripturae reponuntur. TRITA. Co-  
 trita, assiduo tactu consumpta. INHORRUIT. Horri-  
 da est, hispida facta est. DVRO MENTO. Aspero  
 mento, hoc est quae non dum emisit barbaram duriolem. horrere  
 mento dicimus, horridam barbaram emittere, quod in libris si-  
 gnificat nimio usu sordes, ac pilos contrahere. Martialis,  
 Ut rosa delectat, mentur quae pollice primo.

Sic noua, nec mento sordida charta innat,  
 Non sordida mento. id est non barbata. Idem, ne toga barbata  
 faciat, uel penula libros. FRONTE NON DVM PV-  
 MICATA. Facie non dum polita, metaphoricè enim frons  
 ad inanimata transfertur. significat autem rudem adhuc, atq;  
 imperfectam libri. et enim pumice poliuntur libri, postquam  
 perfecti et ligati sunt. pumices dicuntur omnes lapides crossi,  
 sed hi proprie, qui in usu sunt corporum leuigandorum, pra-  
 cipue in uolij insulis. probatio eorum est in candore, ac mini-  
 mo pondere, et ut maxime spongiosi, atq; aridi sint. ac teri fa-  
 ciles, nec in fricando arenosi. Theophrastus scribit potiores in cer-  
 tamne bibendi praesumere farinam eorum. tantumq; esse refri-  
 gerandi in ijs naturam, ut feruere musta desinant pumice ad-  
 dito, sicut ex ijs denti frica optima. a pumice fit pumiceo uer-  
 bum, hoc est polio, leuigo, unde pumicatum politum, ac leuiga-  
 tum dicimus, et pumigatio leuigatio est, et pumicosum, quod  
 pumice uel naturam, uel similitudinem habet. Item pumico-  
 sum locum pumicibus plenum. CVLTVS. Ornatus.

VMBILICIS. Umbro media pars clypei est. ab hoc  
 umbilicus dicitur, quicquid in aliqua re est medium. Vnde  
 Reate oppidum umbilicum esse Italiae dicimus, quia in medio  
 fere Italiae situm est. Item ligamentum intestinorum, quod me-  
 diam fere planiciem uentris obtinet, umbilicum appellamus,  
 ad hoc factum, ut per eum factus dum est in utero nutriatur.  
 ab huius similitudine et paruus circulus in terra descriptus  
 ad dignoscendos uentos, umbilicus dicitur. Plynius, Per huius  
 mediam longitudinem dua sarculo sulcum, uel anere lineam,  
 mediamq; circumscribi circulo paruo, qui uocatur umbilicus.  
 Item parui, ac rotundi, politiq; lapilli eadem ratione umbili-  
 ci dicuntur. Cicero, Tunc enim duo excellentissimi uiri re-  
 puerascere maxime uidebantur, cum ex urbe tanquam e  
 miniculis ambulassent, et ad Caietam, Laurentumq; con-

*Fras meorum fur auare librorum, Fieri poeta posse qui putas tantis, Scriptura quati colit, et tomus uelis. No se paratur, aut de se sophos manis. Secreta quere carmina, et rudes curas, Quas nouit unius, sermoq; signatas Caspedit ipse uirginis pater chartae. Que trita duro no thorum mento. Mutare omni no pe liber nosq; Sed pumicata fronte saq; e nodum Ner ubi hinc ruly, atq; mdrana, Merore tales ab eo n' frict qpm. Aliena q' quis recitat, et querit fama No omi libru sed sletu debet.*



chas, & umbilicos legere consueuissent. Item umbilici ornamenta, & ueluti caliculi quidam quibus libri ornantur, & gemmae ligantur. **Martialis**, Quid prodest mihi tam macer libellus nullo crassior ut sit umbilico. **Plynius**, Indi mire gaudent longitudine beryllorum, solosq; gemmarum esse praedicant, qui carere auro malint, & ob id perforatos elephantorum fetis religant, & alios conuenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas, umbilicus statim ex auro capite comprehendentibus. ab umbilico fit umbilicatum, quod umbilicos habet, uel aliquid ad umbilici similitudinem. Item umbilicatum aduerbium quasi per umbilicos, siue ad similitudinem umbilicorum. **MEMBRANA**. Corio, quo libri uestiuntur, scalpunturq; uero artificio. membrana enim ut superius diximus proprie corium significat, quo membra teguntur, unde & membranae, quae ad scribendum fiunt, appellatae. **Martialis**.

Esse putat ceras, quamuis membrana uocetur,  
Delebis quoties scripta nouare uoles.


**TALES**. Quales diximus, hoc est non dum puniuntur nec umbilicis cultos, atque membrana. **ADEO**. A patre uirgnis chartae, hoc est ab ipso auctore. **SILENTIVM**. Ut auctor sileat, nec declaret librum, quem ille recitat a se fuisse compositum.

**EPIGRAMMA XCVI. AD CHOERYLVM.**

**L**IBER HOMO ES. Facete iocatur in choerylum de hac uoce liber dicebat Choerylus Martialem nimis liberum esse, hoc est nimis libere loqui. respondet. **Martialis**. Vere liberum, hoc est otiosum, et omnibus curis uacuum esse, qui de eo scribendo tempus terat, quasi dicat indignum esse choerylum, de quo sermo habeatur. **NIMIUM LIBER ES**. Nimita licentia uteris, quem admodum superius declarauimus. **LIBER HOMO EST**. Non habet quid agat.

**DE RVFO ET NAEVIA. EPIGRAMMA XCVII.**

**Q**UICQUID AGIT RVFVS. Rufum deridet, ita naeuia meretricis amore furentem, ut nihil aliud uel loqueretur, uel cogitaret, cum tamen (ut mos est meretricum) alios amantes haberet. **Martialis**. de eisdem, nunquid pollicata est tibi beatam noctem Naeuia? & paulo post, suspiras, retices. gemis negruis? **SI TACET**. Si de nulla alia loquatur. **PROPINAT**. Compotat. propinare proprie est praegustato leuiter uino poculum alteri offerre, quae consuetudo inde initium habuit, quod principes graeciae solenni die, quem philothesium uocant miscere iureis, atque argenteis poculis uina solebant, quae e manu gestantium sumentes ori parumper admouebant, deinde alteri, quem uellent offerre, ingens hoc argumentum beneuolentiae existimantes. hoc uero propinam, siue propinare, quod significat praebere dicebatur. hinc ergo factum est, ut propinam siue propinare sit abum, potumq; extra ordinarium uoluptatis gratia cum amicis sumere. et quod uulgo dicitur compotare, quod etiam coronati facere solebant, praegustantes, ut diximus, & sibi inuicem pocula praebentes, quin etiam in absentium memoriam idem facitantes, socrates apud Platonem hoc poculum Critiae propino. **Martialis**, Naeuia sex

ciathis, septem Iustina bibatur. idem, si tristi domicoenio laboras, Toram potes esurire mecum, non decrum tibi si soles propinam uiles cappadocae, grauesq; porri. **Terentius**, Hunc uobis comedendum, & bibendum propino. **Demosthenes** eos qui patriam produunt προπινειν τοις εχθροις, hoc est propinare hostibus dicebat. **INNUIT**. Signum capite facit, quem admodum superius diximus. **MUTVS**. Elinguis. **Mutum** a mugendo quidam dictum existimant, etenim cum loqui non possit, siue id lingua defectu, siue aurium ac dat, prorumpit tamen in uocem, quae mugitus potius quidam quam sermo uidetur. ab hoc mutae litterae dictae sunt, quod positae in ultimis partibus orationis ueluti obmutescere cogunt loquentes, & nullo uerbum, quod est summissi loquor. **Ennius**. Palam mutare plebeo piaculum e. a quo fit mutescere, a quo obmutescere, quasi mutus fio, & nullo frequentatissimum, quod est nurnmuro, & quasi muti uocem reddo. **Virgilius**, Fit sonitus, nussantq; oras & lumina arcum. interdum etiam taceo, & quasi obmutescere. **Ennius**. Non possunt nussare boni, qui facta labore enixi. aliquando tamen pro dubito usurpatur. **Virgilius**, Nussat rex ipse latinus. item a nussu fit aliud frequentatissimum nussito, quod est dissimulandi gratia taceo. **Terentius**, Accipienda est, & nussitanda iniuria aduersantium. ab hoc fit nussitabundus tacens, quidam tamen mutum dictum existimant, quasi minutum, quod eo sensu minutus sit, unde etiam mutilum deductum putant, hoc est truncatum, comminutum, & mutilo uerbum trunco. comminuo. a quo mutilatio, & mutilator, truncator. mutilatrix truncatrix. mutuli quadranguli dicuntur, qui ex aliqua parte comminuti sunt hoc modo  **Murmuro** uero factitium uerbum est, proprieq; de aqua dicitur. & murmur leuis aqua strepitus appellatur, ponitur tamen & pro quocumq; strepitu, & murmuo plerumq; accipitur, pro eo, quod est secrete obloquor, & maledico. a quo murmurator. murmuratrix. murmuratio. murmurabundus. item murmurillum pro murmuratione. **Plautus**, Nolo ego murmurillum, neque susurrum fieri, & murmurillo uerbum pro murmuo. idem, quid murmurillas, & eadus faciem? **DEMISSE VVLTU**. Ne a choerylo uideatur. **NAEVIA NON VNA EST**. Quia dixerat una est Naeuia, hoc est sola, nunc iocando in eo uerbo dicit non est una, hoc est non est simplex, sed multiplex, quia multis dat, non soli tibi.

**EPIGRAMMA. XCVIII. AD MAXIMUM.**

**C**OEPIIT MAXIME. Iocatur ad maximum scribens de Canio poeta familia ri suo, qui natura ita hilariis erat, ut semper rideret. apud Terentium, de quo superius locuti sumus, in templo ditis panis simulachrum erat, quod semper ridere uidebatur. coeperat Canius habitare in campo Martio, ubi Terentus erat. est ergo sensus. **Terentius**, Qui solebat ostendere panem ridentem, coepit nunc ostendere Canium. hic est canius, de quo superius scripsit. gaudent iocose canio suo gades, & inferius. dicit musa quid agit canius meus rufus? postquam multa comemorauit petens, an tanta ageret, respondit musa, ut scire quid agit canius tuus rideret. **TERENTVS**. Terentius siue Terentium locus erat in campo Martio diti, & Proserpinae sacrorumq; simulachra erant, quod dii terrestres in templo ditis, qui terrae deus est, collocauerunt, quem admo-

Cepit Maxime Pana, quae solebat  
Nunc ostendere Canius, Terentus;

Quid agit Rufus nihil e, nisi Naeuia Rufus,  
Si gaudet, si flet, si tacet, haec loquitur.  
Coenat: ppinat: potat: negat: inuit: una est  
Naeuia, si non sit Naeuia, mutus erit.

Liber homo es, nimium dicit mihi Cherule semper.  
In te qui dicit Cherule, liber homo est?



dum dii maris in templo Neptuni, & dii caeli in templo Iouis. PANA. Pan Dæmozorgonis filius traditur fuisse, & cum cupidine aliquando pugnassee, à quo superans incidisse in amorem Syringis Virginis. quam cum transire ladonem Arcadiæ amnem nõ posset nympharum precibus in palustrem calanum mutata uidiſſe. ex hoc statim composuisse fistulam, quæ ex illius nomine apud græcos Syrix est uocata, septem imparibus calamis simul coniunctis. Virgilius, Pan primus calamos cera coniungere plures inſtatuit, hunc præterea prodiderunt cornua in fronte erecta habuisse, barbã prolixã, uirgam quoq; in manu gestare ſolium, & fistulam septem cicutis compactã, pedibus præterea caprinis, & assiduo risu inſignem fuisse quarum rerum huiusmodi rationes protulerunt, quod Pan, quem alio nomine inuim uocant, à sapientibus sol esse existimatur. quippe hunc deum arcades colunt, τὸν τῆς ἄτης κύριον, hoc est non syluarum solum, sed uniuerse materiæ dominum appellantes. cuius materiæ uis uniuersorum corporum, siue terrena, siue diuina sine, componit essentiam. Vnde à græcis pan, quod omne significat, appellatur. cornua huius, barbæq; prolixa demissio naturam lucis ostendunt, quam sol, & ambitum caeli superioris illuminat, & inferiora collustrat. in caprarum pedes desinit, quoniam hoc animal, & terrenum est, & semper alta frequentat pascendo. sicut sol & radios superne demittit in terras, et cum se recolligit in montibus uidetur. huius amor & delicia Echo esse existimatur, quæ tangi à nemine potest. quod significat harmoniam caeli, quæ soli amica est quasi spherarum omnium moderatori nostris sensibus comprehendendi non posse. fistula ordinem spiritus in æqualis ostendit, quia uenti in quibus nulla æqualitas est propriam sumunt de sole substantiam. uirga potentiam solis ostendit, quia cuncta moderatur. risus autem ratio ab arcadibus sumpta est, qui simulachrum Veneris lugens fingebant, quod superius hemisphaerium terræ uenerem, inferius autem Proserpinam uocant. quæ ergo sol annuo gressu per duodecim signorum ordinem tendens, partem quoq; inferioris hemisphaerij in greditur, ex duodecim enim signis Zodiaci, sex superiora, sex inferiora censentur, quando unq; est in inferioribus, diesq; ideo breuiores facit. lugere dea existimabatur tanquam sol morte quadam temporalis raptus sit, & à Proserpina reuentus. at Panem faciebant ridentem, quia finita Cata-basi (Sic enim inferiorem solis meatum uocant) simulationeq; lucis perfecta celebrant lætitiæ exordij VIII. Calen. Aprilis, quem diem Hilaria appellabant quo primam tempore sol diem longiorem reddens, terras illustrat. huiusmodi igitur lætitiã risu eius ostendebant, quem totus terræ deum esse arbitrabantur. habebit Pan cornua in radiorum solis similitudinem, & cornuum lunæ ridebat eius facies ad ætheris imitationem. in pectore Nebridem habebat stellatam ad stellarum imaginem. pars inferior hispida erat propter arbores, uirgus, & ferus. Caprinos pedes habebat, ut ostenderet terræ solitudinem. Item fistulam septem calanorum propter caeli harmoniam in qua sunt septiformes soni. sic totius deus figurabatur, cum & τῶν uocaretur, quæ apud græcos totum significat. Vnde Pamphilus proprium nomen quasi totus aman. et Pamphilia quasi tota frondosa. regio est minoris Asiæ inter Ciliciam, & Syriam, à qua uicinum mare Pamphilium dictum panmisus, quasi totus odiosus ob damna, quæ agris inferebat Thessaliæ fluminis. pannatolium, quasi totam continens atoliam, mons atoliæ maximus. panætius quasi totus moralis proprium nomen philosophi stoicæ sectæ, quem Cicero in libro de officijs inuatus est. pandectæ omnia continentes. inscripsit hoc nomine librum suum Tiro Iulius, ut Gellius refert.

& diuus Iustinianus libros, in quibus uetera iura collegit, pandectis appellauit ἀπὸ τοῦ παντὸς ἕξιν, quod omnia habeant, uel ἀπὸ τοῦ παντὸς δὲ ἕξιν, quod omnia contineant. & Pandion proprium nomen quasi totus hoc est totus Iouis, fuit Erithæi regis Athenarum filius, cui successit in regno. Hic cum auxilio Tereti regis thraciam fedit regem Panti, qui Athenas obsidebat. propter quod meritum Pandion Progenem filiam ei dedit uxorem, & panachia quasi tota debiscens, regio est Arabiæ tota arenosa, in qua arbores sponte natae thus emittunt. Virgilius, Totæq; thuriferis panachia pinguis arenis. & pane gyris mercatus ἀπὸ τοῦ παντὸς ἀγορεύειν, hoc est ab omnibus rebus mercandis, unde græca πανυργεῖν, modo mundinari, modo celebrare dicunt hinc pane gyria dicti sunt sermones, qui in conuentu populi, & sacris celebratibus habentur, quales sunt quibus diui imperatores laudantur, & pangæus quasi totus terra ob nimiam scilicet fertilitatem. promontorium est Thraciæ Bessis continuum, & Macedonia iunctum, ad cuius radices Mestius desinit amnis. hinc pangæa regio, & pangæa arua dicuntur. Statu, procumbunt in arata diu pangæa iuuenca. & pantreper, quod omnia uertat, Scythiæ fluminis, & Pantagæa, quod omnia agit, Siciliae fluminis, qui cum plenus incedat, totam penè Siciliam implet, & Panselunus plenilunium, quasi tota luna. Nam σελήνη luna dicitur. unde & Proselenus dicitur ante lunam. Cicero, Arcades hoc commemorant, qui se profelenos asserunt, & Panæsileia nomen Amæzonis quasi omnia subiens. hæc Erithæa successit in regno, & Troianis aduersus græcos in bello Troiano suppetias tulit. & Pantomimus, qui omnia imitatur, & in theatro modo unius, modo alterius personam gerit. & Panthera animal quasi tota fera, & Pantheon templum omnium deorum. à quo nomen proprium Pantheus, quod & pantheus dicitur. fuit hoc nomine filius Otrei, fratris hecubæ, Phœbi sacerdos. et Pancratum quasi omnia potens ludus gymnicus quinquertio constant. à quo panurgæa, calliditas, astutia. Plautus, Istuc panurgæa tete in pistrinum dabit, & pandocrator omnipotens, & panaces herba de qua superius diximus, cuius succus Opopanax appellatur ἀπὸ τοῦ παντὸς ἀναίειν, hoc est à sanandis omnibus. Plinius, Panaces, ipso nomine omnium morborum remedia promittit. à quo deducatur panacea. Virgilius, Ambrosios succos, & odoriferam panacæam. & pamphagi Aethiopiæ populi quibus esca est quicquid mandari potest, & pandora, de quibus superius diximus, quasi omnium dona, uel quasi ab omnibus donata, uel omnium rerum genere donata, de qua superius diximus, et pancarpia coronæ ex uarijs, & penè omnibus florum generibus factæ. CANIVM. Non minus ridentem, quam facere Pan solebat.

50 EPIGRAMMA. XCXVIII. AD LIBRVM SVVM.

60 **V**ADE SALVTATVM. Libellum admonet, ut ad Proculum salutandum suo nomine proficiatur. Viam ad ædes illius ducentem ostendit, monet, ut si forte rogetur à Proculo, cur ipse non uerit? respondeat id à se factum, ne studium scribendi intermittat. NITIDOS LARES. Cultus domos. Nitere proprie splendere est, hinc nitor splendor, nitidus cultus, splendendus. à quo nitidior, & nitidissimus. Item nitide splendide, unde fit nitidus, & nitidissime. Item nitido, abluo Ennius eam secum aduocant, sunt ad fontem, nitidant corpora. ab hoc

Vade salutatus, pro me liber ire iuberis Ad Proculi nitidos officio lares. Quæres iter? dicat, ueritat Casporea canes



Et Cybeles pūcto stat Cozybātē Tholus.  
Protinus a leua clari sub frōte penates,  
Ariāq; exerce sit adeūda domus.  
Nec ppiōz quā Phoebo amat, doctiq; forozes.  
Nec te detinet miri nudata colossi,  
Que Rhodiū moles uicere gaudet opus.  
Flecte uiuās has, qua madidi sūt tecta Lyaei,  
Trāsbis ueste, uirginēq; domū.  
Inde sacro uenerāda petes pallaria cliuoz  
Plurima qua sumi fulget imago duris.

nitiditas pro nitore. Acius formae nitiditate praecatus regi. praeterea a niteo nitedula animal noctu lucens. de quo superius diximus, et compositum Eniteo, quod est enico, resplendo. CASTORA. Templum castoris, et pollucis, quod in foro erat, et licet geminis fratribus esset dictum, unius tamen castoris dicebatur. de castore, et polluce abunde diximus superius. castor etiam animal est ex eorum genere, quae graeci amphibia uocant, quod tam terra, quam aquis uiuant, castrant se dentibus periculo a uenatoribus urgente ob id se peti scientes castoreum medici uocant aliis animal horrendi morsus, arbores iuxta flumina dentibus quasi ferro cadunt. cadentium fructibus uescuntur, hominis parte comprehensa, non ante, quam fracta concreuerint ossa morsu resolunt. cauda piscium iis est squamosa sine ullis pilis, quam si domi educes, quod nos experti sumus madefacere aqua saepius die oportet, ne fatiscat. caetera species lutrae est, de qua diximus, molliissimas lanas habent, ex quibus germani pileos faciunt, quos in uersis literis bifri pro fibri appellant. latine enim fiber ponticus appellatur ab extremis oris annuum quas colunt. effossis enim in ripa cuniculis, caudam intra aquas tenent. reliquo corpore in sicco habitant. priore parte germani pro carne, posteriore pro pisce uescuntur. Plautus, sic me subis quotidie quasi fiber salicem. fibras omnium rerum extremitates uocamus, unde et cinorum fibras dicimus, et simbrias uestimentorum. Virgilius, Nec fibris requies datur ulla renatis. Plinius, Murium ioculis fibrae ad numerum lunae dierum in mense congruere dicuntur, totidemque inueniri, quotum lumen eius sit. quando et radices fibrae dicuntur, quod arborum herbarumue extremitates sint. Virgilius, Et amaris intuba fibris. VICINVM CANAE VESTAE. Propinquum aedi uictoriae in qua uesta pessimunte allata posita fuerat, et iusta aedificata uestalium uirginum domus. Papinius, An noua contemptis surgent palatia flammis. Pulchrius an tacita uigilet face troicus ignis, Atque exploratas iam laudet uesta ministras. CANAE. Antiqua saturni enim et opus filia fuit, quam uis et alia uesta fuerit saturni mater, quemadmodum superius latissime differuimus. DOMVM VIRGINEAM. Domum uestalium uirginum, quae ignem perpetuum custodiebant. PALATIA. Regiam Domitiani. Palatia aedes superbae, amplaeque uocantur, a palatio praecipuo monte Urbis Romae. palatium autem uel a pallante ibi sepulto uocatum est, uel quod pecora ibi pascentia balare consueuerunt, sic enim uox eius animalis exprimitur, a qua deducitur balatus, uel quod palare, id est errare ibi pecudes solite sint. palare enim a palis castrorum, hoc est sudibus, modo huc, modo illuc translatis, pro uagari, et errare usurpamus. item pro se pere, et quasi palis munire. a quo palatium appellatum est id spatium, quod intra os dentibus, labiisque quasi quibusdam palis munitum est. Vnde et dispalare separare dicimus. Sifenno, dispalati ab signis digressi omnes, ac dissipati. Idem, tanto plures passim dispalantur. Lactantius, nec tum sola lingua potest loquendi manus impellere nisi acumen palato illiserit. uel quod Hyperborea palato habitauerit, quae ex Hercule peperit latinum. a palatio palatinus deducitur, unde Palatinum deum, et palatinum cliuum dicimus, et palatialis flamen, qui ad sacrificandum ei deo constitutus erat, in cuius tutela palatium esse putabatur. et palatual sacrificium, quod fiebat Romae in monte palatio. SACRO. Quia in eo diu imperatores habitabant. QVA. Via salicit. PLVRIMA IMAGO. Maxima statua, et est descriptio colossi Domitiani, de quo Papinius. Caelo

ne peractum Fluxit opus, siculis an conformate catinis Effigies, lassum stropem, brontemque reliquit, Ante palladia talem Germanice nobis Effinxere manus. imago proprie similitudo, et effigies dicitur, cuius diminutiuum est imago. Virgilius, Atque ipsius umbra creuise uisa mihi ante oculos, et nota maior imago. per metaphoram tamen aliquando pro uagna accipitur. idem curuam seruans sub imagine salcem. rhetores imaginem uocant figuram quandam orationis, cum res non gesta indicatur, sed ut gesta sit ostenditur, ut est illud. ipse inflammatus scelere, ac furore in forum uenit, ardebant oculi. toto ex ore crudelitas emicabat. graece icon dicitur, quam Cicero de finit esse, cum formae ad formam quadam similitudine fit collatio aut laudis, aut uituperationis causa. icones etiam dicuntur imagines ex membris ipsis a pictoribus, siue statuarijs expressae. Plinius, Effigies hominum non solebant ex primum nisi aliqua illustri causa perpetuam mententium, et primo sacrorum certaminum uictoria, maximeque olympiae ubi omnium, qui uicissent, statuas dicitur mos erat. Eorum uero, qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconas uocant. ab hoc fit iconicus, quod significat ita pictum, ut ex eius membris similitudo expressa sit. Idem, Adeo iam colorum usus increuerat, adeoque ars perfecta erat, ut in eo praelio iconicos duces pinxisse tradatur, Atheniensium Milaadem Calimachum, Cinegyrum barbarorum, Darium, Tyssaphernem. ab hoc fit imaginor uerbum, quod est alicuius rei, quae ficta sit, uel fieri possit, aut potuerit, uel etiam quae fieri non possit similitudinem mente concipio. a quo imaginatio huiusmodi conceptus appellatur, et imaginabile, quod mente concipi potest, etiam si fieri non possit. quidam etiam imaginarium usurpant pro eo, quod nec esse potest, sed diuinitate imaginatione potest comprehendi. ab imaginor etiam imaginator, et imaginatrix, et imaginabundus deducuntur. SYMMI DV CIS. Domitiani MOLES RADIATA. Magnitudo operis, quo colossus sustinetur fulgore resplendens. Papinius gemmata scriptis gemmarum fulgore, quae super imposito moles gemmata colosso. MIRI. Admirandi. RHODIUM OPVS. Colossus solis, qui, ut superius diximus, inter septem orbis spectacula numeratur. DETINEAT. Remoretur, ac suspensum teneat miraculo tanti operis. FLECTE VIAS. Verte iter. flectere torquere, et curuare est. a quo flexus, et flexio, et flexile, siue flexibile, quod torqueri, siue curuari potest, et flexura curuatio. et flexipes, de quo supra diximus, et flexanimus, quod animum flectit. Cicero, Tantam uim habet illa, quae recte a bono poeta dicta est flexanima, atque omnium regna rerum oratio. Item composita arcus flecto, hoc est in gyrum flecto. a quo arcus flexus acutus. despecto, et inflecto nota significationis. res flecto, rursum flecto, siue retro flecto. TECTA. Templum. LYAEI. Bacchi. MA DIDI. VINO madentis. THOLVS. Templum. pars pro toto. proprie enim Tholus est testudo, et uelut scutum breue in medio tecto, quo trabes conueniuntur, in quo dona consueuerunt suspendi. Virgilius, Si qua tuus pro me pater hyrtachus aris Dona tulit, si qua ipse meis uenatibus hausi, Suspendi uel tholo, aut alta ad fistigia uexi. CYBELES. Matris deorum, quam supra diximus terram esse Demogorgonis filiam, omnium genitricem, quae et uelut dicitur, de qua Papinius. O hominum, diuinaque aeterna creatrix, Quae finiuo syluas animantium semina mundi, Cuncta, prometheasque manus, pyrrethaeque saxa



**Eignis.** Alij eandē hanc cum ope faciunt saturni uxore de qua supra diximus. p illud qđ tympanū habet. scribit v ar. si significari hanc esse orbem terrae, quod turres in capite, oppida, quod sedes figuntur circa eā, cum omnia moueantur, ipsam non moueri, quod zilli illi ministrant, eos qui semine indigene terram se qui oportere, in qua omnia reperiuntur, quod se apud eam iactant, eos qui terras colunt, sedere non oportere, semper enim esse quod agunt. Cymbalorum sonitus, ferramentorum iactandorum, ac manuum crepitus, qđ fit in colendo a gro, significant, ideo aere, quia terram antiqui aere colebant ante, quam ferrum esset inuentum. Leonem adiungi solium, atq; mansuetum, ut ostendatur nullum genus terrae esse tam remotum, ac uehementer ferum, quod non subigi, coliq; conueniat.

**CORYBANTE.** Sacerdote cybeles, de quo superius diximus. **PICTO.** Quia corybantes picti sacra cybeles celebrabant, & ideo baptiae, ut superius meminimus dicebantur. **Immensis,**  
**Cecropiam soliti baptiae lassare Cotytto**  
**Ille superalium madida fuligine tinctum**  
**Obliqua producit aui.** **CLARI PENATES.** Quos superius dixit nitidos lares. Clarus proprie lucidus dicitur, ut clara dies. figurate tamen pro insigni, atque excellenti accipitur. & eo qui ueluti fulgore quodam famae resplendet, qui & ineluctus dicitur, quamuis plus est ineluctus, quam clarus. Nam in praeposito auget. **nitidos uero graece clarus dicitur, hinc clarum hominem, & clara gesta dicitur. Item quoniam quae clara sunt, ab omnibus cernuntur clarum etiam pro aperto, & manifesto accipimus, ut clarus sermo, clara oratio, hinc fit aduerbium clare, & comparatiua, superlatiuaq; eorum clarior. clarissimus. clarius. clarissime. clarissimarum personarum appellatione (ut iuriconsulti scribunt) continentur foeminae nuptiae clarissimis personis, clarissimarum uero foeminarum nomine senatorum filiae, nisi quae uiros clarissimos sortitae sunt, no habentur. foeminae enim dignitatem clarissimi mariti tribuunt. parentes uero donec plebeis fuerint nuptijs copulatae. tandiu itaque clarissima foemina erit, quandiu senatori nupta est, aut separata ab eo alij inferioris dignitatis non nupta fuerit. Item a clarus claritas modo fiscalitas, ut claritas orationis, modo excellentia, & splendor, ut claritas generis, claritas rerum gestarum. Item praclarus, quod in eadem significatione accipitur. Cicero, O praclarum custodem ouium (ut aiunt) lupum. a quo praclarior. praclarissimus. praclare. praclarus. praclarissime. & clarigo uerbum, quod ad Romanum morem pertinet. nam cum Romani bellum indicere alicui uolebant, pater patris proficiscabatur ad hostium fines, et praefatus quaedam solennia clara uoce dicebat, se bellum indicere ob certas causas, uel quod nec abrepta animalia, nec noxios redidissent, uel quod agrum uastassent, uel quod socios laessent, uel aliquid aliud eiusmodi, & hoc clarigare dicebatur a claritate uocis, & talis actio clarigatio uocabatur, qua facta haesta in illorum fines missa indicabat pugnae principium, quod tetigisse uidetur Virgilius, Cum inquit, & iaculum torquentis emittit in auras Principium pugnae. Item clareo uerbum, quod est clarus sum. Turpilius, cuius aduentu insula hodie claret cypros. ab hoc fit claresco. Petronius, Et ille ante, quam dies claresceret uenit. Item claritudo pro claritate. Sallustius, Cum praesertim tam multae, uariaeque sint artes animae, quibus summa claritudo paratur. Item a clarus fiunt composita clarifico, quod significat illustro. a quo clarificator. clarificatrix, clarificatio, & declaro a perio, manifesto. a quo declarator. declaratrix. declaratio, quod uerbum ad facta frequentius pertinet, quam ad dicta. Cicero, declarauit id mo-**

do temeritas C. Caesaris. Qui omnia iura diuina, atque humana peruerit. Aliquando etiam ad dicta. Idem, quoniam quid sentirem exposui, uellem tua causa re potius declarare, quam oratione. aliquando accipitur pro significo. Idem, nullum uerbum est, quod idem declaret Latine quod graece ἰσοῦν, quam uoluptas. sunt etiam qui clementem a claritate mentis deductum existimant. est enim proprie clemens benignus, pius, & non iracundus, aut perturbatione aliqua affectus, sed clarum & serenam mentem habens. a quo clementer. clementia. clementior. clementissimus, & e contrario inclementer. inclementia inclementer cum comparatiuis. superlatiuisq; eorum. Claros uero insula est una ex cycladibus, de qua diximus, & clarium oppidum colophoniorum, in quo Apollo colebatur ob id clarus dicitur. Clanius uero finium est Campania prope Neapolim. **EXCELSAE.** Aliae sublimis, ut supra diximus. **A LAEVA FRONTE.** Templi salict cybeles. frontem non modo animalium, sed etiam inanimatarum rerum anteriorem partem dicimus. sicut tergum posteriorem, unde a fronte, & a tergo, hoc est ab anteriori parte, & posteriori. **FASTVS.** Elationem magnificentiam. **TOTO POSTE.** Totis ualibus. Nam postes sunt, quibus sustententur ualuae. Plinius, in extremis Africae uisi sunt elephantrum dentes postum uicem habere. **PROPIOR.** Magis propitius, ut superius diximus. **PHOEBVS.** Apollo qui iouis & Latoniae filius fuit eodem partu cum Diana genitus, quae & ipsa phoebe uocata est. hic phytoneum mirae magnitudinis serpentem ex calescente terra post diluuium Deucalionis creatum, quod matrem secutus fuerat, sagittis confixit. diuinationis. & sapientiae deus a poetis existimatus, & medicinae repertor, amauit Daphnen, quae in laurum conuersa est arborem huic deo sacram, propterea ea coronantur poetae. dicitur est autem phoebus uel ἀπὸ τοῦ φοῖβον βία, hoc est quod ui feratur, uel a spece, & nitore. pulchrum enim & imberbem fingebant, propter quod prima barba, & capillus sacrari ei ab ijs, qui adolescentiae annos excederent, solebat. graeca etenim φοῖβος hoc est phoebum καθαρὸν καὶ λαμπρὸν dicitur idest purum, & splendidum, qua ratione & phoeben sortorem eius appellatam uolunt. Idem, Apollo uocatur ἀπὸ τοῦ ἀποπέλλειν τῆς ἀντιπας, ut Plato existimat, hoc est iactura radiorum. Chrysippus uero Apollinem dictum existimauit ab a priuatiua particula, & πολλοί, quod significat multi ὅτι μόνος ἐστὶ καὶ οὐχὶ πολλοί, hoc est quod solus sit, & non multi, quomodo & latini solem, quasi solum uocauerunt, quod tantam claritudinem solus obtineat. Spenisippus quod ἀπὸ πολλῶν ὀσσιῶν πυρός, hoc est quod uis eius ex multis ignibus constet. Cleanthes ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τῶν ἀνατολῶν τοῖς μένους. hoc est quod ab alijs locorum declinationibus oriatur. Cornificius ἀπὸ τοῦ ἀναπολεῖν hoc est quia intra arcum mundi, quem graeci πόλον appellant, impetu latus ad ortus refertur. alij quasi ἀπολλύοντα τὰ ζῶα, quod exanimat, & perimit animantes, cum ijs pestilentiam per intemperiem caloris immittit. hinc est quod arca, & sagittis huius dei simulachra decorantur. sed quoniam idem author est, & publicae sospitatis, quam solis temperies animantibus existimatur praestare, estq; perpetua ipsa salubritas, & pestilentiae casus rarior accidit. ideo Apollinis simulachra manu extra gratias gestabant, arcam cum sagittis sinistra, quasi ad noxiam pigrior foret, salutem uero dextra manu promptissime largiretur. proptereaq; huic deo mendendi tribuebant potestatem, quia temperatus solis calor,

10  
20  
30  
40  
50  
60



omnes morbos expelleret. Vnde quidam ἀπόλλωρα quasi ἀπὸ πάντων cognominatum putauere tanquam ἀπὸ πάντων τὰ τὰ νόσους, hoc est morbos expellentem. nec defuerunt, q̄ Latinam potius interpretatorem fecerit Apollinem appellatum dixerint, quasi apellentem, hoc est depellentem mala. quippe Apellinem pro Apolline ueteres dixisse manifestum est. hinc Athenienses hunc deum Alexiacōn uocabant, quod superius diximus ex pulserem malorum significare, ob eam rationem Lyndij λυμίον, hoc est læmum Apollinem colebāt, quod ei cognomen finitā pestilentia imponerunt, & uirgines uestes Romæ in sacris, ita Apollinē uocabant. Apollo medicæ Apollo Pæan. πᾶσαν ἐνὶ ἀπὸ τῷ πᾶσιν τὰ ἀνίσι, hoc est à sedā dis morbis noiauerunt. eundē quoq; deū Vlion appellauerunt, hoc est salubritatis authorem. Homerus, ὄλετε καὶ μάλα χῆεσι, Hinc thesea ferunt, cum in Cretam ad minotaurum duceretur, Apollini Vlio pro salute, & reditu suo uotum fecisse. hinc & apud Pachinum Siciliae promontorium, Apollo libys finis eximia religione colebatur, quod cum Libyes aduersi siculos cum classe profecti ad id promontorium appulsi essent, Apollo qui ibi colebatur ab incolis inuocatus immissa hostibus peste, & penē cunctis subita morte interemptis, cultores suos liberauit. Romæ quoq; cū ludi primo Apollini ex uaticano Martij uatis, armineq; Sibyllino celebrarentur, repente hostium aduentu excitata ad arma plebem fuisse memorant, & hosti occurrisse, sed mox umbrem sagittarum in aduersos referri uisam, & hostes fugasse, & uictores Romanos ad spectacula dei hospitatis reduxisse, qui ludi instituti feruntur bello punico ex libris sibyllinis Cornelio Ruffo decemuiro, qui propterea sibylla cognominatus est, et postea corrupto nomine primus cepit sylla uocari. ludi ipsi Apollinæ uocati, dataq; in eam rem duodecim millia æris pratori, & duæ hostia maiores, ac decemuris iussim, ut græco ritu his hostijs sacrum fierent Apollini boue aurata, & capris duabus auratis. Latona boue foemina aurata, ludosq; ipsos in arca populus coronatus spectaret, quæ prima Apollinariu ludorum origo fuit. hic obiter docendum est sibyllinos libros dictos fuisse, quos Romani summa religione, atq; obseruatiua custodiebant, et ad eos quasi ad oraculum quindecim uiri adire solebant, cum dii immortales publice erāt consulendi. horum inuentio talis memoratur fuisse. Anus hospita, atq; incognita Tarquinum superbum regem adiit, nouem libros ferens, quos esse dicebat diuina oracula, eos dixit uelle uenundare. petito à rege pretio trecentos Philipeos aureos postulauit, risit rex quasi anus ætate desiperet. tum illa fœcilo coram rege cum igni apposito tres libros ex nouem deussit, rursumq; regem an reliquos sex eodem pretio emere uellet, interrogauit. id rex multo derisit magis, dixitq; aniam proculdubio delirare. mulier ibidem statim tres alios libros exussit, atq; id ipsum denuo placide rogauit, ut tres reliquos eodem illo pretio emeret. Tarquinus ore iam serio attentore animo factus constantiam mulieris haud negligendā putauit, & tres reliquos libros, nihilo minori pretio, quàm quod pro omnibus fuerat à principio petuum, mercatus est. mulier à rege digressa postea nusquam loca uisa consistit. propter quod sibylla existimata est, libriq; ipsi in sacrarium conditi, sibyllini appellati. sibyllas autem ueteres uocabant mulieres entheas, hoc ē quarum pectus deum recepisset. Virgilius, Magnam cui mentem, animumq; delius inspirat uates. dictæ autem sunt sibyllæ, quod diuina consilia noscent. Aeoles enim eius deos uocant, βουλή græce consilium dicitur. Varro in libris rerum diuinarum, quos ad C. Cæsarem pontificem maximum scripsit, decem fuisse sibyllas commemorat. prima de persis fuit, cuius mentionem fecit Nicætor, qui res gestas Alexandri Ma-

cedonis scripsit. secunda Libya, cuius meminit Euripides. tertia Delphica, de qua locutus est Crisippus de diuinatione. quarta Cumæa, quam Neniuis in libro belli punici, piso in analibus nominauit. quinta Erythraea, quam Apollodorus Erythraeus suam quem esse affirmauit, graiisq; ilion petēbus uationatam, & perituram esse troiam, & Homerum mendacia esse scripturum. sexta sama, de qua scripsit Eratosthenes. septima cumæna nomine Amalthea, quæ ab alijs Erophile, seu Demophile nominatur. hanc fuisse affirmant, quæ nouem quos diximus libros attulit Tarquino regi, & sex exussit, tres tantum uendit, quorum postea numerus uictus est apollio refecto, siquidem ex omnibus ciuitatibus, & Italicis, & græcis præcipueq; Erythraeis coacti, allatiq; sunt Romam quicūq; libri sub sibyllarum nomine essent inuēti. octaua Hellepontica in agro Troiano nata, uico Marineffo, arca oppidum gergeheum, quam scripsit Heraclides pōticus solonis, & Cyri fuisse temporibus nona phrygia, quæ uationata ē Ancyræ. decima Tyburs, quæ & tyburtina dicta est nomine Albunea, quæ Tyburi, ut dea colitur, iuxta ripā Anienis, cuius in curgia memorant simulachrum eius inuentum fuisse tenens librum in manibus. sunt tamen qui hunc deum pæana appellatum uelint ἀπὸ τῷ πᾶσι, quod est percussio ferio, quoniam Phytone percussit. Inuenit Paræ præcor Pæan, & tu depone sagittas. Idem, sed Pæan con trahit arcum. quoniam uero discripto Phytone laudibus inueneris celebratus est Apollo, & uictoria eius passim decantata carminibus, factum est, ut Pæan etiam pro laude atpiatur, quæ in Apollinis honorem decantatur. interdum etiā aliorum deorum. Virgilius, lætum Pæana canentes. Ouidius, Dicte io Pæan. et io bis dicte pæan. hinc aliqui Pæon quoq; ab hoc deriuatum existimant, pedis genus quo eiusmodi carmen consistit, tres syllabas breues habens, & unam productam. dictus est, idem Apollo loxias ὅτι ἐκ παραίται τὸν λόγον ἵκλον ἀπὸ δυο μῶν ἰνὸ μινος, hoc est quod per obliquum arcuum ab oriente pergit ad occasum, & Delius ἀπὸ τῷ δῆλα καὶ φανερὰ πάντα ποιῶν τῷ φωτι, hoc est quod illuminando omnia clare demonstrat, uel à delo insula, de qua superius diximus, in qua natus esse affirmatur. Et phaneta ἐπὶ δὲ φανίται ἑὸς, quia sol quotidie renouat sese. Virgilius, Mane nouum. & Argenes ἀπὸ τοῦ τὸν αὐτὸν ἀεὶ γινέσθαι καὶ γινῶν, id est quod semper exoriens gignitur, & ipse gignit uniuersa. Et lycius ob uarias causas, de quibus superius late differuimus, & Nomius, hoc est pastor, non ex officio pastorali, & fabula, per quam fingitur Admeti regis armenta pauisse, sed quæ sol pascat omnia, quæ terra gignantur. & Eleleus ἀπὸ τοῦ ἐλὶ πᾶσαι ἀεὶ γινῶν, hoc est quod æterno arca terram uicatu uolui uideatur, & chrysochomos à fulgore radiorum, quos aureas comas solis appellant. & Argyrotochus, quod enascens per summum orbis ambitum uelut arcus quidam figuratur, qui græce τόξος dicitur alba, & argenti specie quod ἀργύριος græca uocāt. & Sminthæus, quod εὐν δῆ, hoc est feruens currat. et Tymbræus quasi τὰ ὄμβρα ἐὸς, hoc est imbrēs excitans, quam uis aliqui à tymbra potius ita nominatum uelint. herba hæc est quæ & Sanareia dicitur qua uicinus ilio ager mirum in modum abundat. Vnde templo ibi Apollini consecrato Tymbræi nomen ei deo impositum, quoniam amnis quoque eā transiens thymbra uocatus est. Et Gryneus à gryneo nemore, quod est Apollini consecratum, id autē à grinia urbe nomen hēt, quæ est in Aetolia, & consinibus ionia, & Myrinus à myrina urbe, à qua & myrimi campi uocati sunt, in qua religiosissime colebatur. & Cirrhæus à cirrha oppido phoacijs in litore sito iuxta Parnassum montem. quem admodum crissa, & Anticyra. à crissa crisseus sinus uocatus est. et philesius, quod græca



φιλην amabilem dicunt, quia lumen eius exoriens amabili ueneratione oculorum consalutamus. Et pythius ἀπὸ τοῦ πυθῆος. hoc est putrescere, quod nunquam sine ui caloris efficitur, quamuis aliqui a nece potius Draconis inditum deo hoc nomen fabulentur, quæ tamen fabula non omnino expertationis uideri potest. Latonæ Apollinem, Dianamq; paruriētis fertur Iuno immisso phytionis terrore abstulisse, sed ubi partus tandem effusus est, Draconem memorant, qui phytion uocabatur inuasisse deorum cunas, sed apollinem in prima infantia sagittis belluam confecisse, quod ita intelligendum esse naturalis ratio suadet. post Chaos, ubi primum cœpit confusa deformitas in rerum formas, atq; elementa nitescere, terraq; adhuc humida substantia, molli, atq; instabili sede nutaret. conualescente paulatim aethero calore, atq; inde seminibus igneis in eam defluentibus, hæc duo sydera edita esse creduntur, et sol quidem ingenti ui caloris in superna rapuisse, luna uero humidiore, et uelut femineo sexu naturali quodam pressa tempore inferiora tenuisse, tanquam ille magis substantia patris constet, hæc matris. qui ppe latonam physica uolunt terram uideri, cui diu interuenit Iuno, ne duo, quæ diximus numina æderentur, hoc est aer qui tunc humidus, grauisq; obstabat aether, ne fulgor luminum per humoris aeris densitatem tanquam ex cuiusdam partus progressionem fulgeret, sed diuinæ prouidentia uicit instantia, quæ partum inuasisse existimatur. ideo in insula delo ad confirmandam fabule fidem ædes prouidentia, quam ναὸν προνοίας appellant, summa religione celebrabatur, propterea in insula dicuntur nati, qd ex mari nobis oriri uidentur. insula uero ideo delos uocatur, quia ortus, et quasi partus luminum dela, hoc est manifesta omnia faciunt. de nece uero Draconis ratio hæc est. Nam terræ adhuc humida exhalatio meando in superiora uolubili in petu, atq; in de in sese postquam calefacta est instar mortiferi serpentis in inferiora reuoluendo omnia ui putredinis corruppebat, quæ non nisi ex calore, et humore generatur, ipsūq; solem densitate caliginis obtegendo nebula quodammodo uidebatur lumē eius eximere. sed diuino feruore radiorum tandem quasi sagittis incenditibus extenuata, interempti ab Apolline Draconis fibulam fecit. est et alia ratio draconis perempti. Nam solis meatus licet ab eclipticæ linea nunquam recedat, sursum tamen, ac deorsum uentorum uices certa deflexione uariando iter suum uelut flexum Draconis inuoluit. sub hac ergo appellatione celestis itineris cum confecisset cursum suum, Draconē confecisse dicebatur. inde fabula exorta est, de serpentis nece, sagittarum autem nomine nisi radiorum iactus ostenditur. sunt etiam qui hanc rationem huius appellationis afferant, quod cum sol in signo canceri æstiuum solstitium facit, in quo longissimi diei terminus est, et inde retro gressum agit ad diminutionem dierum. Pythius eo tempore appellatur ὡς πυθῆος θεός. hoc est quod ultimum cursum currat. Idem ei nomen conuenit et cum capricornū rursus ingreditur i quo ultimum breuissimū diei cursum intelligitur peregrisse. et ideo in alterutro signorum peracto annuo spatio draconem Apollo, id est flexuoso iter suum ibi confecisse memoratur. ideo autem his duobus signis, quæ portæ solis uocantur canceri, et capricorni nomina contigerunt, quod cancer animal retro, atq; oblique incedit, eademq; ratione sol in eo signo obliquum, ut solet inapit agere retro gressum. capræ uero hæc in pasto consuetudo uidetur, ut semper altum pascendo petat. at qui sol quoq; in Capricorno inapit ab imis in alta remeare. Apollinem Didymæu uocant, quod geminam speciem sui numinis præfert illuminando, formandoq; lunam. etenim ex uno fonte lucis gemino sydere spatia diei, ac noctis illustrat. græci autem διδυμῶν geminū

uocant. Delphium nominant, quod ea, quæ obscura sunt, lucis claritate patefacit in τῷ δελφῶν τὰ ἀφανῆ, uel qd unus solus sit siquidem prisca græci Delphium unum uocabant. a quo Adelfphon fratrem dixere, quod iam non unus esset. Agileum uero dicunt, quod agilei lingua attica uici uocantur. Apollini autem ex responso in uicis publicis urbis suæ statutis altaribus sacrificia instituerunt, eumq; ob id Agileum nominauere. ligua autem scythia a pollo Oetofcyros dicebatur. a phœbus phœbeus dicitur. Virgil. Postera phœbea lustrabat lampade terras. ab apolline Apollineus, a sole solaris. Solanus. subsolanus, et alia plurima, de quibus superius latissime disse-ruimus. SORORES DOCTAE. Nomen musæ de quibus superius diximus, quas in apollinis tutela esse commemorant, in parnasso monte habitantes, qui phœbo, et baccho sacer est. Vnde poetæ quoq; in utriusq; dei tutela esse dicuntur, ideoq; non solum lauro, sed etiam edera coronantur, quæ Baccho sacra est. Vnde et nisia dicitur. Virg. Pastores edera crescentem ornate poetam. rationes autem cur poetæ in bacchi quoq; tutela sint, præter eam, quod in parnasso speluncæ bacchicæ sint, has quoq; tradunt, uel quod ut Aristoteles inquit, Apollo et liber pater unus, idemq; deus sit, uel quod poetæ uatiani dicuntur. ex quo uates appellati. hoc autem optime fieri constat plurimo uero sumpto, hinc est, quod et apollini ederam, et baccho laurum aliquando tradunt Poetæ. Euripides διωποτα φιλόσοφει βίαι χε παρὰ ἀπολλων ἄλυρε. Aeschylus ὠναυὸς ἀπολλων. ὠβία χε. ὠ μάντις, quibus uersibus uterq; poeta eundem esse et bacchum, et apollinem indicant, quod etiam facit Orpheus εἰς ἑὸς εἰς ἀϊδὺς εἰς ἡλῖος εἰς διόνυσος, propter quod Dionysium non ea, quam supra diximus ratione pictum physici putant, sed uel ἀπὸ τοῦ διαυύω, quod est perficio, quia sol quotidiano cursu ab oriente ad occasum cōfiat iter, uel quasi διὸς ῥόον, hoc est iouis mentem, quia solem mundi mentem esse philosophi dixerunt, mundus autem uocatur cœlum, quod appellant Ionem. Vnde Aratus de cœlo dicitur ait. ἰνδὸς ἀρχὸ μωδῶ Eademq; ratione liberum patrem appellatum a latinis, quia sol liber, et uagus est. Neuius. Hac qua sol uagus igneas habenas immittit. SALVTATOR. In salutandis amicis occupatus.

40 EPIGRAMMA C. AD SOMNVM.

**N**AEVIA SEX CYATHIS. Iocus est in eos, qui potando, sortando, dormiendo uitam traducunt inertem, et turpem. ueterum fuit, ut paulo ante diximus, solutozem aliquando potum exerceere coronatos propinantes amicis, siue præsentibus, siue absentibus, et quot in nomini-

bus illorum literæ erant, toties merum haurientes. ægyptij quoque ad coronas deuinciebant auiculas, quas primo sermone Dagnades uocant, quæ uellendo. morsicando. cantitando. non paterentur dormire potantes. NAEVIA. Bibatur sex cyathis Næuiæ sex cyathis propinetur, quoniam nomen eius sex literis constat, in quo notari potest, hoc nomen cum diphthongo scribi debere, dicitur autem a nœuo, quod est corporis in igne, seu genitiua macula, a qua præposita c litera Cnæi cognomen est factum, et Næuosus est dictus, qui nœuis plenus est. SEPTEM. Quia iustina septem literas habet. QUINQUE. Quatuor tribus. Quia lycas quinque lyde quatuor. Ida tribus literis constat. sunt autem nomina meretricum. OMNIS. Amicæ nomina omnium amicarum. Veteres amicam, et amecam per e literam scribe-



bant. SOMNE. Deum inuocat, qui quietem corpori-  
bus inducit, ut quando amica uocata non ueniunt, ipse ueni-  
at. hunc deum Herebi, & noctis filium fuisse Cicero scribit.  
ideo autem somnum inuocat, ut dormiendo uideat eas, quas  
uidere uigilans non potest. ita enim natura comparatum est,  
ut cogitationes, sermonesq; nostri, sicut Cicero inquit, pariant  
aliquid in somno tale, quale de homero scribit Ennius, de quo  
fississime uigilans solebat cogitare, & loqui. Claudianus,  
Omnia, quæ sensu uoluntur uota diurno,  
Tempore nocturno reddit amica quies. Hunc deum

10 eleganter describit Ouidius.  
Somne quies rerum, placidissime somne deorum,  
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris  
Fessā ministerijs nulcēs, reparatq; labori.  
Sed non minus eleganter Seneca, Tuq; o domitor  
Somne malorum, requies animi,  
Pars humanæ melior uitæ,  
Volucer matris genus Astrea  
Fratrē duræ languide mortis,  
Veris misces falsa futuri  
Certe, & idem pessimus auctor.  
Pater o rerum portus uitæ,  
Lucis requies, noctisq; comes,  
Qui par regi, famuloq; uenis,  
Placidus fessum lenisq; foues  
Pauidum leti genus humanum  
Cogis lentam discere mortem.  
Preme deuictum torpore graui  
Sopor ut dormitos alliget artus,  
Nec torua prius pectora linquat,  
Quam mens repetat pristina carsum.

10 EPIGRAMMA CI. AD FIDENTINVM.

**N**OSTRIS VERSIBVS ESSE  
TE POETAM. Facete rursus deri-  
det Fidentinum, qui Martialis uersibus  
se uideri poetam uolebat. EMPTIS  
OSSIBVS, INDICO' QV E  
CORNV. Emptis ossibus, hoc est  
40 ebore. que enim pro idest hoc loco acci-  
pitur. sunt ex ebore dentes, inserunturq; ori, ubi naturales de-  
sunt ad decorem duntaxat, & nullum alium usum, quam-  
uis sint qui ad prolationem quoque uerborum conferre ali-  
quid existiment. AEGLE. Nomen proprium mere-  
tricis. CORNV. Dente, quia elephantorum dentes &  
forma, & magnitudine penè cornua uidentur. INDI-  
CO. Maximos enim Elephantos fert India orientis regio,  
Asiæ terminus, quæ ab Indo amne nomen habet, qui in Cybi-  
ratarum iugis oritur sexaginta penes fluios, torrentes uero  
supra centum recipiens, ferens crocodilos, ut Nilus. ab India in-  
dus, & indicus adiectiua deducuntur. LYCORIS.  
Nomen alterius meretricis. MORO CADENTE.  
Quando ob nimiam maturitatem decedit. tunc enim nigerrima  
sunt mora. Nam, ut Theophrastus, & Plinius scribunt,  
Moris succus in carne uinosus est, triniq; eius sunt colores prin-  
cipio candidus cum acerba sunt, mox rubens, quando mature-  
scere incipiunt, maturis niger. Vnde mora, ut quidam putant,  
quasi maura appellata. μαυρὸν enim græcè nigrum di-  
atur. à quo Mauritania Africæ regio appellata, cuius incolæ  
Mauri dicuntur. nos morum putamus à mora potius, hoc est  
tarditate deductum. morus enim postrema omnium arborū

Nostri uersibus se te poetā Fidentine putas, rupisq; eredi? Sic dentata sibi uidet  
Aegle, Emptis ossibus, indicoq; cornu. Sic quæ nigrior est radente moro, Cernisata sibi  
placet lycoris. Hæc etiā reitons, qua poeta es, Caluus cū fuoris, eris romatus i

floret, propter quod prudentissima arbor dicitur, quia lædi se  
à frigore non sinit. maturescunt mora inter prima tingunt ma-  
nus succo, dum maura sunt, acerba urunt. nascuntur mora, et  
in rubis, sed multum ab ijs differentia. CERVSATA.  
Cersa infecta, de qua superius diximus. COMATVS.  
Longa coma facta ex alienis crinibus. CALVVS. Nu-  
do capite sine crinibus. proprie enim Caluus dicitur, qui caluā  
crinibus nudam habet. Est enim calua superior pars capitis.  
unde huiusmodi uitium caluitium appellatur. caluaria uero  
totum simul os superius appellatur ex interiore parte concava  
exteriori conuexa. utrinque leuis, & qua cerebri membranā  
contigit, et qua cute capillum angente contigitur, eaq; simplex  
ab occipito, & temporibus duplex usque ad uerticem à fron-  
te est raro solida inuenitur, idq; caput firmissimum est, & à  
dolore tutissimum. Plinius, Terram ex caluaria psilothrym  
esse palpebrarum tradunt. caluicium uni homini accidit, nisi  
sit innatum, ut coruis aquaticus, qui phalacrocoraces, hoc est cal-  
uus fit. Plinius, Quædam animalium naturaliter caluent, si-  
cut strutio camelæ, & corui aquatici. ab hoc fit recaluo, quod  
20 est rursus in caluitium reuertor, siue idem, quod calueo. à quo  
recaluafter, sicut à calueo caluafter.

EPIGRAMMA CII. AD  
CAECILIANVM.

**N**VLLVS IN VRBE FUIT. Ex  
persona Cæcilianæ deridet eos, qui de pu-  
dicitæ uxorū solliciti adhibent eis custo-  
des, quod perinde est, ac si lupos ouibus ad-  
hiberent. sic inuenialis.  
30 Audio quod ueteres olim moneatis auici-  
pone seram, cohibe, sed quis custo diet ipsos  
Custodes, cauta est, & ab illis incipit uxor.  
Tum ita comparatum est, ut in ea magis nitamur, quæ ueritate  
sunt. GRATIS. Etiam sine pretio. DVM LI-  
CVIT. Ante, quam adhiberes custodes. INGENIO  
SVS. HOMO ES. Per antiphrasin dictum, hoc est  
paruum ingenij habuisti. nam dum uis pudicitia uxorū consu-  
lere, dedisti illi adulteros, et maiorem audiatem, simulatq; op-  
portunitatem peccandi concessisti.

EPIGRAMMA CIII. IN PAVLAM.

**M**OECHVS ERAT. Acerbum disti-  
chon in Paulam, quæ, cum uiuente uiro con-  
suetudinem cum adultero haberet, nega-  
bat adulterum esse. secuta uero morte uiri,  
cum illum in conuicem duxisset, & adul-  
terij auxit fidem, & suspicionem præbuit  
50 machinatum se mortem in priorem uirum. MOE-  
CHVS ERAT. Qui nunc uir est. MOE-  
CHVS. Adulter. græca enim μοιχὸν adulte-  
rum dicunt. μοιχάνη μοεχam, hoc est adulteram.  
μοιχέιον, μοεchationem, hoc est adulterium. à moechus  
fit uerbum moechor, quod significat adulterium committi.  
NVNQV ID NEGARE POTES? te scilicet hunc  
pro adultero habuisse, & uiro mortem machinatum esse, ut  
hunc duceres.

EPIGRAMMA

60 Moechus erat, poteris tamē hor tu Paula negare.  
Ecce uir est. nunqđ Paula negare potis ;



EPIGRAMMA CIIII. DE LINO.

**D**IMIDIVM DONARE. Lepi-  
dus iocus de Lino, qui ex diuitijs ad pau-  
pertatem erat redactus, ideoq; pecuniam  
mutuabatur, quam postea non poterat  
soluere creditori. qui inquit mauult do-  
nare dimidium Lino, quam totum cre-  
dere. hic mauult dimidium perdere,  
quam totum. ad hunc etiam scribit inferius dicens eum fecisse  
rem difficilem, quod de diuite factus erat pau-  
per, iocans in uer-  
bis, difficilem qui ppe rem siue difficultatem, pau-  
pertatem uo-  
catus, quemadmodum e' contrario facultates diuitias.

EPIGRAMMA CV. AD FLACCVM.

**O**MIHI CVRARVM PRETI-  
VM. Cum Flaco queritur nullum esse  
praemium musis, et bonarum artium stu-  
dijs. cauidios tantum, et legum peri-  
tos. numos lucrari. FLACCE.  
Hic est Valerius Flaccus poeta, cuius  
superius mentionem fecit. gaudet Appo-  
na Lino suo tellus, Stellaq; nec Flaco munus, de hoc scribens.  
Quint. Mulum inquit in Flaco nuper annisimus. scripsit li-  
brum argonauticon, imitatus Apollonium Rhodium, qd opus  
extat imperfectum. NON VILE. Magnvm. CV-  
RARVM MEARVM. Studiorum meorum. A-  
LVNVS ANTENOREILARIS. Paduae  
natus, educatusq; Alumnus proprie dicitur, qui ab aliquo ali-  
tus est, non qui alit. Cic. Italia autem alumnus suum serui-  
tutis extremo, summog; supplicio fixu uideret. Var. et eae de  
ipromiso ad nos accedit cana ueritas atticae philosophiae alum-  
na. hinc aliqn alumnus pro filio accipitur, qd a matre alitus sit.  
Virg. Necno et Tityu terra oi potentis alumnus. Est etia qua-  
do alumnus pro eo qui alit, usurpetur. Martianus, ut cygnos ad  
alumnus magna reuolantes uidemus. ab alendo autem alum-  
nus descendit. alere nutritre est, quod ab educare hoc modo di-  
stinguit, ut alere sit uictu temporalem uitam sustentare. edu-  
care uero ad facietatem perpetuam educere. Item alere ali-  
quando ad in corpore transferitur, et significat augere. Cicero.  
Sed nec illa extincta sunt, alumnusq; potius, et augentur co-  
gitatione, et memoria mea. pro eodem posuit aluntur, et au-  
gentur, quasi secundum exponat primum. saepe enim, quae sim-  
ilia sunt, conuulste ponuntur ab authoribus, ut possum, et  
licet. munus, et officium, mens, et animus. ab alendo fit ali-  
mentum, hoc est nutrimentum, et alimonia. hoc est uictus ne-  
cessarius. et alebria, quod ueteres usurparunt pro eo, quod est  
bene alentia. et alma, quae nos alit, quapropter et pro san-  
cta accipitur. a quo almitas, almarum rerum habitus dicitur.  
et alendo pinguedo corporis, et altile pinguefactum alen-  
do. unde altilem gallinam, et altile aues dicimus. Item altile  
per meta phoram opulentum Plautus, Prohibet diuitijs maxi-  
mis, dote altili, atque opima. et alius, quod in eam cibi, qui-  
bus alimur, e uentre dilabatur. a cuius similitudine Alueus  
fossa, per quam labitur flumen. Virgilius, Assuetae ripis uolue-  
res, et suminis alueo. et alucolum tabula aleatoria, et al-  
uearia, in quibus apes faciunt fauos, quemadmodum superius  
diximus. Item ab alendo alit, quod alit corpus. haec fit e'  
rea, de qua superius diximus, tunditur granum eius in pila  
ligna, uel lapidis duritia conteritur, ex cussis inde tunica, con-  
datur medulla, ita sicut alit a tria genera minimum, et se-

998  
cundarium, ac grandissimum, quod apherema appellatur. po-  
ste a mirum admiscetur creta, quae transit in corpus, colorq;  
et teneritatem affert, ab alit alicatry dicti, qui eam conficiunt,  
uenduntq;. Item alit alicatry meretricis in campania appellatae,  
quod solitae essent circa pistrina alitatorum uersari, quando  
uero cum aspiratione scribitur Halo, prima coniugationis est,  
et significat spiro. a quo Halitus spiritus, et ad halo aspiro. ex  
halo expiro. a quo exhalatio exspiratio. aliquando tamen ha-  
lo capitur pro eo, quod est odorem reddo, quemadmodum etiam  
spiro. Virgilius, Inuitent croceis halantes floribus horti.  
Idem, Sertisq; recentibus halant. atque alam, qua aues uolat,  
quidam ex eo dictam existimant, quod ea auis leuetur. ab eius  
similitudine et in hominibus alae, siue per diminutionem a  
xilla dicuntur, ubi oriuntur brachia. Item alae in exeratu eg-  
tum ordines, qui circa legionem dextra, atque sinistra tan-  
quam alae in auium corporibus locantur. ab ala ales deducit-  
tur, quod significat uolucrem. Item alatus alas habens. et ali-  
ger eodem modo. unde Cupidinem alatum, et aligerum poe-  
tae nuncupant. et alacer, de quo diximus, alis acer. a quo ala-  
criter, et alacritas. ab axilla uero fit uerbum effaxillo, quod  
significat exero, quod exerto brachio axilla ostendatur. AN-  
TENO REILARIS. Antenoreae urbis hoc est patauij  
ab Antenore condita, quae urbs et Padua dicitur a padi uici-  
nitate. patauium autem uel ex eadem causa, quasi Padauium,  
uel a graeco πιδάου, quod uolare est, quia capto ex aui-  
um uolatu augurio condita fuerit, uel a petendo, quod telo aue  
petisse dicitur, eoq; in loco urbem condidisse. Antenor Troia-  
nus fuit patriam prodidisse existimatus, quia et legatos, qui  
propter Helenam uenerant, suscepit hospitio, et ulysssem ha-  
bitu falso cognitum non indicauit. hic Venetiam uenit, urbeq;  
in ea condidit Antenoream primo dictam, a qua Antenoride  
uocata, postea Patauium, deinde Paduam, a quibus Patauini,  
et Paduani. Virgilius,  
Antenor potuit medijs elapsus Achiuis  
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus  
Regna liburnorum, et fontem superare timani.  
Hic tamen ille urbem Patauij, sedensq; locauit  
Teucrorum, et genti nomen dedit.  
CANTVS PIERIOS. Carmen musarum, de quo la-  
te superius disseruimus. CITHARA. κιθάρα grae-  
ca uox est, significatq; musicum instrumentum uulgo notum,  
quo usus est Orpheus. ad cithara enim siue lyram cantari uat-  
tum carmina solebant. a cithara citharcedus dicitur qui citha-  
ra canit, quod graeci κιθαριστής dicunt, et foemininum citari-  
stria sicut a cymbalo cymbalistris, et a sambuco sambucistris,  
quas uis sambuca est machinae militaris genus sit, in quo sic fi-  
nes intenduntur, sicut in organo musico chordae. et a psallen-  
do, hoc est canendo psalteria. Cithara primus inuenit Amphi-  
on, ut alij uolunt, Orpheus. quidam Lino tribuunt. Septem  
chordas addidit Terpander. octauam Simonides. nonam Ti-  
motheus. Cithara sine uoce primus cecinit Thamyras, cum  
cantu Amphion. SORORVM Musarum, de quibus superi-  
us diximus. AES. Numos. ARCA MINERVAE. Pro-  
pter forum palladium, in quo assidue sonant aera, et pecunia  
numerantur. nam mox subdit Phoebum in Helicone esse, ni-  
hilq; praeter aquas fontis Caballini, et ferta laurea, et lyras,  
citharasq; habere. Minervam uero, quae sapiens est, et stultam  
gloriam sine utilitate no querit, priorem esse in foro palladio.  
HAEC SAPIT. Dea sapientiae est, ex uertice patris na-  
ta. ideo quae utilia sunt querit. HAEC FOENERAT  
OMNIS DEOS. Haec foenori potest dare omnibus dijs,  
quemadmodum superius declarauimus. EDERAE. Nysiae

Et steriles cathedras, basia sola respicit.  
Illuc era sonat, at circa pulpita nra.  
Quid tibi tu Cithara? qd tu Pernosidos unda?  
Romanus propius, diuiniq; foru est.  
Præter aquas Helicon, et ferta, lyrasq; doct.  
Nil habet, et magnu semp iane sophos.  
Quid possunt hederæ Bacchi dare? palladis arbor.  
Inclinat uarias pōdere nigra comas.

O mih curarū ptiū nō uile meae Pierios differ cantusq; chorosq; sorosq;  
Flacc Antenozei spes et alūne laris. Aes dabit ex istis nulla puella tibi.  
Quid petis a Phoebo? nūmos habet arca Minervae.  
Haec sapit, haec ōnis foenerat una deos.



sive bacchicæ, quibus superius diximus poetæ coronari. ARBOR PALLADIS. Olea Palladi sacra. Allusit ad fabulam, quam nos ex Auieno in fabellas nostras adolescentibus iambico carmine transfulimus.

Olim quas uellent esse in tutela sua,  
Diui legerunt arbores, quercus Ioui  
Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurus  
Pinus Neptuno, populus celsa Herculi  
Minerua admirans, quare steriles sumerent  
Interrogauit causam, dixit Iuppiter  
Honorem fructus ne uideantur uendere.  
At me Hercules inquit quod quisq; uoluerit.  
Oliua nobis propter fructus est gratior.  
Tum sic deorum genitor, atque hominum sator  
O nata merito sapiens dicere omnibus.

Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria.  
Tradiderunt ueteres Cecropis tempore, cum post cōditas Athenas oliuæ arbor repente illic apparuisset, & alio loco aqua erupisset, Cecrope eius rei causam sciscitante respondisse Apollinem olea Mineruam, unda Neptunum significari. itaq; Cecropem oraculo motum multitudinem consuluisse, utrius dei nomine urbs dedicanda uideretur. itaq; mares omnes pro Neptuno, foeminas pro Minerua dedisse suffragia. Quoniam uero una plus inuenta esset foeminarum Mineruam uicasse, & e nomine suo, quæ græcæ Athene dicitur, urbem Athenas appellasse, Tulisse id ægre Neptunum, emissisq; æquoreis fluctibus omnem atheniensium agrum deuastasse. Quapropter athenienses, ut deum placarent, triplici supplicio affixisse mulieres, ut nulla posthac interesse publicis consilijs posset, nullus earum filius maternum nomen acciperet. nullus eas athenas uocaret. hinc atticæ semper, nunquam uel athenæ, uel athenienses eius ciuitatis mulieres nominatæ inueniuntur. NIGRA Pallida. VARIAS. ob colorum diuersitatem. Oliuæ enim incipientes uirides sunt, cum incipiunt maturescere albescunt. postea nigrescere incipiunt. MAGNUM sophos. Magnam gloriam. magnum nomen sapientiæ. SED PER INANE. Nullius utilitatis nihil enim hinc habemus, præter aquæ potum. & corollas, & cantus, cum à Pallade, & oleum habeamus, & numos. PERMESSIDOS. permissus fluminis est, ex helicone in copardem lacum labens. Phæbo, & musis sacra. quemadmodum fons aballinus. hic & permissus in secunda declinatione dicitur. Virg. Tum canit errantē permissi ad flumina gallum. ROMANVM FORVM, quod à Pallade palladium uocatur. DIVTIVS. Quia in eo non unda. non ferta. non citharæ. sed æra & numi sonant. SONANT. Dum à clientibus soluntur. Causidias patronis aduocatis. BASIA Sola. Erat enim mos, cum à poetis aliquid dignum recitatum esset, eos basiare. sic superius. Audieris dum grande sophos dum basia iactas.

PVLPIA. Pulpitum proscenium dicebatur. Locus erat ante scenam æditior, in quo omnis comœdia recitabatur. Ponitur & pro suggesto, hoc est quocunq; loco ædito. unde sermo habetur ad populum. CATHEDRAS. Subsellia. Horatius. Discipulorum inter uideo spectare cathedras. Græca enim uox est καθέδρα ἀπὸ τοῦ κατὰ καὶ τῆς ἰδέσθαι. sedes est. κατὰ uero præpositio, quæ di. dis. circū. undiq; sub. iuxta. per. secundum in compositione significat. Vnde cataclysmus diluuium, siue inundatio dicitur. Catarrhus irriguus. Catarrhus distillatio. nam ῥίω suo significat. cataphractus arcinquaq; munitus. ἰσχυρὸν enim munire est. unde cataphracti equites dicuntur, qui ferro arcinquaq; muniti sunt, & equos similiter ita munitos habent. Cata scopii

naucula genus exploratoria, quod circūquaque speculetur, σκοπεῖν enim speculari est. Catorthoma, quod circūquaque ὀρθῶν, hoc est rectum sit. Quippe Cicero Catorthoma recte factum interpretatur. & catorthosin rectam effectiōnem Catholicus uniuersalis, quasi circa omnia uersetur. ὀλορ quippe græci totum dicunt. & cathedra subsellium. & categoria prædicamentum. & catamitus, puer meritorius. μισθῶν quippe dicunt mercedem. μισθῶν mercenarium dicunt. Vnde Catamitus pro Ganymede ueteres usurpauerunt, qui fuit Iouis concubinus. & cata pulta à depellendo genus iculi celeris, siue sagittæ. item machina bellica. Plautus. Atque te ita neruo torquebo, ut cata pulta solent. STERILES. Nullum fructum ferentes. Sterile infœcundum dicimus, et fructum non ferens ἀπὸ τοῦ στερῶν. quod est priuari, siue carere. unde & græci sterionem sterile dicunt. & steresein orbem. à sterily fit sterilitas, infœcunditas. & stereliter, infœcunde. Veteres steriliam pro sterilem dixere. Varro. Efficit mulieres, & sterile.

10 EPIGRAMMA CVI. DE CARINO.

**P**VLCHRE VALET CARINVS. Acerbus iocus in Carinū cunnilingian. Hic usq; adeo pallescit, ut nulla ratione possit colorem recuperare. Sensus est. Omnia experiri uoluit Carinus, & genitalia, & muliebria lingere, ne pallescit, et tamen pallet. PVLCHRE. Bene. sic enim pulchrum pro bono, sicut bonū pro pulchro usurpamus. Ter. Forma, bona fortasse. & e contrario malum pro deformi. uirgilius, Haud illo se gnior ibat Aeneas. id est nō deformior. Et enim ad pulchritudinem ea comparatio tendit, cum de Aenea amato loquatur. Eodem modo, & pro forti aliquando pulcher accipitur. Idem. Satus Hercule pulchro, pulcher Auentinus. item fortis pro pulchro. Plau. Quid nam fortis est? pulchra. à pulcher fit pulchre aduerbium, quod modo decore. modo fortiter significat. & comparatiua, superlatiuaq; corum pulchrior. pulcherrimus. pulchrius. pulcherrime. et pulchritudo. & per pulcher, ac per pulchre. et pulchralis pro pulchro. Enni. Pulchralibus ludis. & pulchritas pro pulchritudine. Cæci. Dij boni, quid illud est pulchritatis.

30  
40

EPIGRAMMA CVII. DE FESTO.

**I**NDIGNAS PREMERET. Laudatur Sextus, q non imbecillitate animi uictorem hostem non sustinentis, ut Cato fecerat, sed tædio foedissimi morbi, et in se coram non recipientis, & in alios periculosi

50  
60

Indignas premeret pestis rû tabida fauces, Sicis ipse gemis flêtes hostatq; annos Nec tñ obscuro pia pollut oza ueneno,  
Inq; ipos uultus serperet atra lues, Deireuit stygios Festus adire lanus Aut torq; lenta tristia facta fame.



dere accipitur idem, Sulcumq; sibi premat ipsa atrina. modo pro claudere idem, Pressi ue oculos, aut lumina laui. Aliquando pro inssequi. insistere idem. Hac fugeret graii, premeret troiana iuuentus. Nonnunquam pro urgere idem. ingentem clamore premens ad retia ceruum interdum pro cohibere idem, Imperio premit, ac uinculis & carcere frenat. Plerunq; pro tegere occultare idem. Spē uultu simulat, premit altum corde dolorem idem, Quos Simois premit ille uiros. est enim simois amnis, qui ex Ida troiano monte defluens, iuxta Troiam labitur, & mari appropinquans commissetur Xantho, ac in paludem cogitur. deinde exiit in mare iuxta Siguum promontorium. Quandoq; pro remouere. excitare idem. Et raris opaci falce premit umbram. Item pro occidere idem, Armigerumq; domi premit. & pro calcare idem, Veluti qui sentibus anguem pressit, & pro demergere. infodere idem. Quod superest quæcunq; premit uigilant per a gros Sperge fimo pingui. et pro uastare. populari idē. Et pelago premit arua sonanti. et pro prohibere. expellere. Var. inuicta q; pressit ab ædibus. & pro uitate idem, Qui toties uillia tui uxorem absente pressisti uiro. item pro uexare, ut hoc loco, & apud Virg. Numina nulla premunt, mortali urgemur ab hoste. ab hoc pressio deducitur. & pressura. & pressus quartæ declinationis pro pressione. Cic. v. alerium Soranum lenitate faucas, atq; in ipso uocis pressu, et sono facile uincat. Quando uero pressus adiectiuum est, aliquando pro subtili ponitur idem, Quis aut est, aut fuit unquam in partediis rebus. in definiendis explicandis pressior. Aliquando pro onusto. grauato. Virg. Ceu pressæ cum iâ portum tetigere atrina. item a premo prelum, quo uia preuenitur, ut superius diximus. & composita opprimo, quod interdum grauio significat. Cic. Qui homini tot miseris, calamitatibusq; oppresso subueniret. interdum plus est, q̄ extinguo. Idem, Quamobrem danda opera est, nequa amicorum excidia fiant. Sin tale aliquid euenierit, ut extinctæ potius amicitie, quam oppressæ uideantur. quandoq; etiam pro arcto. constringo. vnde & oppressio arctatio, & constrictio dicitur. à quo oppressiuicula diminutiuum. Plau. Molles morsuicula papillarum horridularum oppressiuicula. Ex primo, quod modo significat premendo extraho. Plyn. Ex presso uino insunditur aqua uinacis. modo declaro. manifesto. Macro. Nihil unquam locutus fuit expressus. Ab hoc expressio. explicatio. & ex presse aduerbium manifeste. In primo, premendo immitto. modo obsequio. unde impressas literas obsequiatus dicimus, hoc est quibus impressus est annulus. à quo impressio deducitur. Supprimo, occulo. abscondo. Sene. E cuius operibus quadam ædita, alia suppressa sunt. à quo suppressio. de primo, deijcio. Var. ab eo depressus, à quo erigi, extolliq; sperabam. Reprimo, cohibeo. Cic. Reprime impetum. Com primo modo cohibeo. compesco. Plau. Ne scæui obsecro, comprime iracundiam. modo uino. Mart. Villiæ, uel duri compressa est nupta coloni incaluit quoties fauca uena mero. unde compressus pro coitu accipitur. Plau. Nunc ad amicam decimo die Athenas uiso, quæ grauidam hic reliqui compressu meo, quod ea agit. compressio etiam in eadem significatione accipitur. à quo fit diminutiuum compressiuicula idem, Dulces amantium compressiuicula. FAUCES. Mentum. fauces enim uocantur superiorem partem gulæ mento propinquam, sed interiorem. Plyn. Summum gulæ fauces uocantur. postremum stomachus. hic fauces pro mento posuit, ubi semper fere hic morbus incipiat. propter quod à principio menta gram uocauerit. Mart. Nec triste mentum, sordidi ue lichenes. fauces etiam per metaphoram uocantur arctos ingressus uallium, siue alterius cuiuscunq; loci à similitudine faucium animalis. à faucibus suffoco uerbum de-

ducitur, au di phthongo in o longam conuersa. Est enim suffocare, præcludere spiritum, & ueluti obstrictis faucibus interimere. Quid. Suffocant animam dira uenena tuam. Ab hoc fit suffocator. suffocatrix. suffocatio. item officio, quod ueteres usurpabant pro eo, quod est aquam in fauces do ad sorbendum. à quo officiator. officatrix. officatio. Officias uero à fisco fallacias dicebant. INDIGNAS. Non merentes tale supplicium. ATRA. Nigra, quod quartum genus huius morbi est, et curam non recipit. IN IPSOS VULTVS. Occupat enim hic morbus, ut superius diximus, plerumq; totos uultus oculis duntaxat immunibus, descenditq; in colla. pectus, & manus cum fædo cutis fursure, sine dolore quidem, & uitæ perniciæ, sed tanta fæditate & fistidio simul, ac periculo conuersantium, ut quæcunq; mors præferenda uideatur. SICCIS GENIS. Constanti animo. sine lacrymis. sine fletu. NON TAMEN OBSCURO PIA POLLUIT ORA VENENO. Non tamen aut ueneno mori uoluit. ut Themistocles hausto Tauri sanguine, aut inedia, ut Silius tædio morbi, ut Portius latro declamator in patietia quartana, quæ gnâ mortis homines timidi, & ferru horrentes quæere cõsueuerunt, sed gladio iperterritus occubuit. OBSCURO. Quod extincti corpus facit obscuru. Sic lætum diem dicimus, qui nos lætos facit, pigru frigus, qd inertiam nobis adducat. fosfam cæcæm, quam nõ uidemus. linguam politam. cuius compta et polita est oratio. quietum tempus, in quo ab oibus curis, atq; molestis quiescimus. TORSIT. Vi traxit. extorsit. de quo superius diximus. TRISTIA FATA. Solitam et amaram mortem. Quia morte ipsa grauior est mortis expectatio. FAME. Inedia. LENTA. Quia non statim hominem conficit, ut ferrum. SANCTAM. integram. immaculatam. ROMANA MORTE. Quæ soliti sunt oppetere Romani sanguinis uiri, qualis fuit Sapienis mors. Cn. Pompeij sõceri, cum i Africam contrario uento relatus teneri classem suã ab hostibus uidisset, qualis Mar. Catonis post pugnam pharsalicam, ne in Cæsaris uictoris potestatem ueniret. V terq; n. stricto gladio occubuit. ANIMAM. Sanguinem, secundu quoru dam philosophoru opinionem. NOBILIORE VIA. uulnere. s. quæ nobilior uia fuit, q̄ si ueneno uel fame, aut p inferna emisisset aut paulatim contabuisset. FATIS MORI. HVIVS CAESAR AMICVS ERAT. Simul blãditur principi. Simul festum laudat, præferenda inquit mors huius est morti Catonis, quod non odio aut metu Cæsaris mori uoluit, quem habebat amicum, sed fæditate morbi, & aliorum potius causa, quam sua.

TEPIGRAMMA CVIII. AD ATTALVM.

SEMPER AGIS CAVSAS. In attaliu iocatur semper aliquid agentem, & nimis curiosum. Totu uis ioci est in hoc uerbo ago, qd multa significat, ut superius late differimus. AGIS CAVSAS. Tractas causas in foro, ac in iudiciis uersaris. AGIS RES. facis negotia. AGIS MVLAS. Duas mulas. Clitellarias. s. hoc est uehendis oneribus uacat. AGAS ANIMAM. Emittas spiritum.

TEPIGRAMMA CIX. AD CANVM.

SPORTULA CANE TIBI. Facete Cane intemperantiam notat, qui extremo uitæ suæ die, Sportulã petijt. Puto te iquit ob id Cane defunctum eẽ, q̄ una tm sportula fuit, I ij Sportula rañe tibi sup̄ma nocte petien est, Orridit, puto te Cane, quod una fuit;

Semper agis causas, & res agis, Attale semper, est, nõ qd, qd agas, Attale semper agis. Si res & rañe ostendit, agis Attale mulas. Attale, ne quod agis ostendit, agas animam;

Sacta Romana uita, sed morte pegit, Hac morte fati's magni præfere Catonis Dimisitq; atq; nobiliori rogo. Fama p̄, huius Cæsar amiq; erat;



hoc est quia abum amplius capere nequiuisti, perinde, ac si dixisset, inedia peristi. Sic enim omnes inedia moriuntur. SV-  
PREMA. Nouissima. QVOD VNA FVIT. Quod abum amplius capere non potuisti.

EPIGRAMMA CX. AD SOSIBIANVM.

**A**SERVO TE SCIS GENITVM.  
Iocis est in Sosibianum, q̄ cum sciret se ex seruo natum adulterio dominæ, uirū matris suæ putatium patrem suum blandiendo dominum uocabat, q̄d nihil aliud erat, q̄ blande fateri se ex seruo natum. Notat aut hoc epigrammate uitium temporum suorū, quibus dominæ passim cum seruis miscbantur. SOSIBIANE. Haud dissimile ueri est hunc Sosibianū Marullæ ex seruo filium fuisse, quæ Cina uxor erat. de quo scribit Martialis libro sexto. Pater ex Marulla Cina factus es septem non liberorum. nanq; nec tuus quisq; nec est amica filius, uel uicini, sed in grabatis, tegetibusq; cōcepti materna produnt capitibus suis surta. Et paulo post. Quartus cinea da fronte candido uulnū, ex concubino natus est tibi Lygdo. Præcæde si uis filium, nefas non est. FATERIS TE. e seruo genitum, cum eum qui pater putabatur, blandiendo appellas dominū.

EPIGRAMMA CXI. DE REGVLO.

**H**AEC QV AE PVLVERE DISSIPATA MVLTQ. Rursus blanditur Regulo de portici statim eo inde discedente colla p̄a. EXPLICAT. ostendit. ABSOLVTA IN TANTO CASV. Purgata. liberata à crimine tanti casus, quia non cecidit nisi postquam Regulus in tuto fuit. SECVRO DAMNO. Nullā curam, aut sollicitudinem inferente, postquam regulus saluus fuit. CVRAM. Amorem.

EPIGRAMMA CXII. IN MANEIAM.

**O**S, ET LABRA TIBI. Acerbus iocis in Maneiam, cui os grauiter fœtebat. Notat autem ex persona huius fellatrices. NON MIRORE. Quia non minus tibi ob turpem fellandi consuetudinem, olent os, et labra, quā faciatis hominis excrementa. ESSE. comedere. dequorare. MERDAS. Stercora. Nomen habent ex græco, latinoq; compositū. sicut epitogium, et anticato. fit enim à meros, q̄d est pars, et edo comedo, q̄d est excrementum tibi, hoc est pars eorum, quæ edimus. ab hoc fit (honor sit audientium auribus) merdo uerbum. à quo pmerdo compositum, q̄d est fædo. conspurco. albinus. ut faciunt pueri, qui omnia permungunt, atq; pmerdant. stercus uero ab extergendo deducitur, q̄d undiq; abstergi solet, ab eo fit steruero uerbum, q̄d finum agris fecunditatis gratia adhibeat. à quo stercoror passiuū. et stercoator. stercoatrix. stercoatio. itē stercoatus. ita. n. romani uocauerunt Saturnum, quod primus stercoandi agri rationem inuenierit.

EPIGRAMMA CXIII. DE QUIRINALI.

**V**XOREM HABENDAM. Quirinalem equitem romanum facite caput, qui cum cuperet filios habere, non ducebat uxore, sed comprimebat anallas. VXOREM. Coniungem.

Vxorē habendā nō putat Quirinalis, Cū uult habere filios, et inuenit, Quo possit istud more, futuit acillas, Domūq; et agros implet equitib; uermis. Paterfamilias uerus est Quirinalis;

Hæc que puluere dissipata multo Locus positus explicat uermis, En quāto iacet absoluta crasi. Teris nā modo Regulus sub illis Gofosty sus erat, recesseratq; Nicta e ponde rā suo capite, Et postq; dnm nil timere bat, Seruero ruit irruita damno. Tanta Regule post metū querelle, Quis curā negat eē te deos, Ppter quē fuit inoreus ruina;

Os, et labra tibi lingit-Manuella catellus, Nō miror merdas si libet esse carni;

gem. uxores quemadmodum superius diximus, ab unguendo quasi unxores dictæ sunt. Fuit enim mos ueterū romanorū, ut nouæ nuptiæ mariti domum intrantes axungia postes ungerent. hanc enim religiosam habebant, et ea solennitate putabant mala omnia ab ea domo arceri ob innumeratas (ut arbitror) axungie utilitates impressas ei à radicibus quibus sues uescuntur. usus eius ad emolienda. ex calcificanda. discutienda. purganda. sanat podā. gras. ambusta. pernioles. confriata mēbra. item lassitudines et fatigationes leuat. prodest tussi ueteri. phthisi in catapocis, hoc est pilulis sumpta, tantaq; est uis eius, ut genibus etiam adalligata redeat in os sapor. eaq; ex pui uideatur, e sue, quæ non peperit, aptissime uiuantur ad citem mulieres contra scabiem prodest, partus in abortum uergentes nutrit. Cicatrices cancolores facit. unguis scabrities emendat. medetur capillo fluenti, et ulceribus capitis, et pilis oculorum. sanat panos cum calce. Item furūculos, et duritias mammarū. Ruptis, et conuulsis, et spasmatibus, et luxatis medetur. Clauos et rimas, colliq; uita tollit cum helleboro albo. Parotidas admista farina e falsamentaria testa. Pruritus et papulas in balneo ea, quæ serpunt illita cum resina. Antiqui maxime axibus uehiculorum perungendis ad faciorem arcamactum rotarum ea utebantur. unde nomen habet impositum. sic quoq; cum illa rotarum ferrugine utilis sedis, et uirilittatis uitiis. Mas prius tamen non axungie sed lupino adipi palmam dedisse Aetres scripsit, et eo nouas nuptias perungere postes consueuisse. Ab uxore uxorius deducitur, q̄d modo significat ad uxorem pertinens. unde de re uxoria quosdam scripsisse legimus, modo uxori deditus. Virg. Pulchramq; uxorius urbem extruiss. uxorem pependisse dicebatur, qui quod uxorem non habuisset, rem populo dabat. FILIOS. natos appellatione filiorum (ut iuri consulti sentiunt) etiam filie continentur, sed non e contrario filium. à dō tō p̄as dictum uolunt, hoc est ab amore, quod omnium constantissimus amor sit parentum in filios. EQUITIBVS VERNIS. Sunt enim ex equite geniti, et tamen uerna, hoc est serui, quia filij utri conditionem sequuntur, itaq; cum sint ex anallis nati, serui sunt. VERVS PATERFAMILIAS. Quasi pater seruorum. Familia enim proprie de seruis dicitur, quod ab osas originem habuit, apud quos famel seruis nominabatur. unde famulus dicitur, qui et famul uocitatus est. Ennius, Mortalem summa fortuna reddidit summo regno famul, ut optimus esset. et famulari seruire. Cic. Est enim genus iniustæ seruitutis, cum ij sunt alterius, qui sui possunt esse. cum autem hi famulantur. et famulitas seruitus. actus. Nam postquam paruulos nos oppressit famulitas. Pac. Quos uexat famulitas. uis. egestas. fames. formido. pauper. et famuletium seruitutum. V. ar. Apud ignauum dominū duro famuletio asstrictus. Item seruorum copia. Macr. Vnus e famuletio, cui prouincia erat admittere uolentes domum conuenire. et famulanter aduerbium pro eo, quod est supplianter. acius, semel affare, et famulanter pete. Ergo et famelia prius à famel, deinde mutatione unius literæ familia dicta e pro ipsis seruis. Deinde paulatim inualuit usus, ut etiam liberi familie nomine comprehenderentur. et q̄cunq; in eadem domo uiuerent tam liberi, q̄ serui, et mares, q̄ foeminae unius potestati natura, seu iure subiecti una familia dicerentur. unde paterfamilias, siue familia, et materfamilias, siue familiae appellantur, de quibus superius disseruimus. Post hæc idipsum nomen ad eos quoq; translatum est, qui ex eadem sunt cognatione. unde fabiorum. lentulorum, ac Ciceronum familias dicimus. Est et quando ad res refertur, ut in lege XII tabularum. agnatus proximus familiam habeto. à familia derivatur familiaris, q̄d modo adiectiuum est, si significatq; ad familiam pertinens. unde de familiaria



Venderet exultos colles cum paxo faceret, Vendē, nil debet, foenerat imo magis. Quis fueret prius, nisi qui sua perdere uellet.  
 Agri suburbani iugera pulchra soli, Quae nullo est igitur seruos ubi perdidit onus, Oia sic Mario noxius haeret ager;  
 Errat ait, si quis Mario putat esse nate. Et perus, et fructus, non amat inde locum.

de familiaria negotia dicimus, quae ad familiam nostram pertinent. et rem familiarem, rem nostram domesticam. Cic. Et si negotis familiaribus impediti uix satis otij suppeditare possimus. Quando uero est substantiuum, amicum significat nobis: uersantem, et diuerna consuetudine nobis astrictum, quasi in eadem familia nobis coniunctum. a quo eiusmodi consuetudo familiaritas appellatur. et in aduerbio familiariter dicitur pro eo, quod est ad similitudinem familiarium, et (ut ita dicam) domestice.

EPIGRAMMA CXIII. DE PRAECONE AGRVM VEDENTE.

**V**ENDERET EXCVLTOS COLLES. Facetum praecone ingenium laudat, qui cum Marij agrum uenderet, deinde fingit se uelle ostendere Marium ad hoc non inopia necessitate adduci, ueram causam uenditionis expressit, hoc est loci insalubritatem. Quia propter nullum inuenit emptorem. Notat eos, quos non pudet uenditione rerum noxiarum fraudare emptores. INDE. Deinde post haec facta. FACERE PRETIUM. Aliquid promitteret. HAERET. remanet. non discedit ab eo.

EPIGRAMMA CXV. DE NOUIO MICROPSYCHO.

**V**ICINVS MEVS EST. Facetum epigramma de Nouio, quem licet uicinum et domui suae herentem haberet, uidere tamen nuquam poterat. Notat per eum homines humilis animi, atque praeparati, quos graeci micropsychoi uocant ad omnia timidos. et hominum etiam consortia naturali quadam pusillanimitate deuitantes. BEATVM. Felicem consuetudine talis amici. Beatus proprie est, qui rebus omnibus ad uitae usum, ornatumque spectantibus abundat, dicitur (ut quidam putant) quasi bene uictus. ideo locupletes homines aliquando beatos uocamus. INUE. uetula uesica beata. Item aliae quoque res beatae dicuntur, cum plene, perfectaeque sunt. Quintil. Ornata erit pronuntiatio cui suffragatur uox facilis magna, beata, flexibilis. Ab hoc fit beatitas et beatitudo, de quibus superius diximus. item beate aduerbium felicitate. et beo uerbum, quod est consolor, et beatum, ac felicitatem facio. a quo beo, quod est beatitudinem prius. cuius passiuum est beor. a quo beati dicuntur, qui felicitate aliqua contulerunt. Hebeo uero secundae coniugationis, cum aspiratioe scriptum fit ab hebes hebetis, quod proprie significat obtusum, hoc est arentem acumine. Cic. Alias hebetiora, alias acutiora uideantur cornua. unde per translationem, et ingenium hebes dicitur, quemadmodum etiam dicitur obtusum. ab hebeo fit hebesio, quod significat hebetior fitio. nam hebeo proprie idem est, quod hebes sum. et hebeo obtundendo. a quo hebetesco, quod proprie de oculis, et uisu dicitur, cum oculorum acies minuitur, tolliturque. et hebeudo ipsa (ut ita dicam) obtusitas, uel rei alicuius arentis acumine. uel mentis. ingenij. uisus, similitudinis. Hebenus uero, siue hebenum arbor est in India, atque Aethiopia nascens. quamuis scribat Virgilius sola India nigrum fert hebenum. Romae hanc magnus Pompeius in triumpho Mithridatico primus ostendit. Accendi eam Fabianus negat. uirum tamen odore uicando. Duo genera eius uerum, id, quod melius arboreum trunco enodi materie nigri splendoris, ac uel sine arte protinus uicandi, alterum fruticosum cy-

tisi modo, et tota India diuisum est. Herodotus scribit aethiopus uicinos dentes elephatorum grandes, et materia hebeni centenas phalangas, tertio quoque anno tributa uice regibus praesidis pendere solitos. Sunt autem phalanges ligna teretia, quae sunt, quae nauibus, dum subducuntur ad litus, aut ad mare trahuntur, supponi solent. Latine palangae dicuntur. a quo fit palangare uerbum, quod est onus aliquod huiusmodi sustibus transuehere. Var. Cum panus in freum obuiam uenisset nostris, et quosdam caepisset crudelissime pro palangis carminis subijcere, quo metu debilitaret nostros. Afranius. Et caepream unam semilaceram quaterni simul palangabant. Phalanges et digitorum internodia dicuntur. Item araneorum genus, quod est phalangum nominatur. Item regula continens lances, hoc est libram. Item ipsa libra, hoc est, quod latini pondo dicunt. Item phalanx agmen est militare, quo Macedones utebantur, quemadmodum legione Romani. Continebat autem octo milia armatorum, nullumque genus aciei apud macedones ualidius erat, dicta, uel ἀπὸ τοῦ πάλαντος ἄρχη, hoc est a propius accedendo. uel ἀπὸ τοῦ φάλαντος, quod clarum significat. unde et phalacra caluicium. et phalera ornamentum equorum dicuntur. Iune. Frangebat pocula miles, ut phaleris gauderet equus. Phalisci populus erat Hetruria, quorum oppidum Phalerij uocabatur. Oui. Adde senem, iunonicolasque phaliscos. Phalaris uero Agrigentorum tyrannus, cui Verillus taurum ex aere fabricauit, quo impositi noxi subdito igni torquerentur, tauri mugitum reddentes. in eo primus auctor perijt, ante urbem conditam circa quatuor et sexaginta annos. TERENCE. Hic Martialis familiaris erat, et tunc proconsulatum gerebat in aegypto. SYENEN. Aegyptum. pars pro toto. Syene enim urbs est in sinibus aethiopiae, ubi puteus est, qui aestiuum indicat solstitium, quoniam is locus arculo tropico subiectus est itaque apparet solem illi loco supra uerticem esse, et puteum totum illuminari, nullamque prorsus umbram fieri a sole medio solstitij die. Luca. Umbras nusquam stectente Syene. CONVIVERE. Simul uiuere. TAM PROPE. Quia domus nostrae coniunctae sunt. TAM PROCVL. Quia perinde nunquam nos uidemus, ac si essemus disiunctissimi. MIGRANDVM. Abeundum longius, et hinc discedendum. Migrare enim proprie est domicilium mutare, et alio se ad habitandum conferre priore habitatione relicta. Quintil. seu ad infernas sedes anima migravit. Anima enim eorum, qui moriuntur, tanquam domicilium corporis relinquunt, alio se ad habitandum transferunt. Cic. Ante, quae ex hac uita migratio. conspicio ex meo regno, et his testibus. Cornelium Scipionem. A migro fit remigro, hoc est in pristinum domicilium reuertor. Demigro, et emigro, et comigro, idem ferunt, quod migro. Transmigro, in longinquiore locum domicilium, habitationemque commuto. imigro, in locum aliquem habitandi gratia eo. Ab is migratio transmigratio. imigratio ducuntur. MIHI. Datiuus est prima personae. et aliter figurate dicitur mi. Virg. Et mi genus ab Ioue summo. In quo notandum, quod mihi et tibi aliquando ita ponuntur in oratione, ut neque ad me, neque ad te, neque ad aliquem referantur. Cic. Mihi gloriae hic se oes honores sine repulsa obtinuisse. id est. Eae tibi Pompeius. Apuleius dum ita loquimur. Eae tibi amicus aduenit. Aliquod uero haec duo pronomina ita ponuntur, ut sub prima et secunda persona ad oes sermo referatur. Virg. Ne ue tibi ad sole uergant uincta cadentem. Cato Mihi pro mihi ipsi posuit. In quo significatio solemus haec duo pronomina geminare. ut meminit. Virg. Meme adsum, quae feci, in me conuertite ferrum. ILLI. Nouio. Veteres olli pro illi scripsere. Virg. Olli dura quies oculos, et ferreus urget somnus. quemadmodum et olli pro illic. Enn.

Vicinus meus est, manuq; tibi De nr̄is Nouius p̄t fenestris. Quis nō mudeat mihi, putatq; Horis oib; ee me brat̄, Lun̄eto cui licet frui sodale?  
 Tam longe ē mihi, quā Terentianq; Qui nūc Niliacā regit Syenem. Nō cōuiuere, nec uidere saltē, Nō audire licet, n̄ urbe tota Quisq; ē tam prope,  
 tam prouicq; nobis. Migratū ē mihi lōgq; uel illi. Virin; Nouio, uel iquilin; Sit, si quis Nouiū uidere nō uult;



Notus & nimis fraudes, depreſſaq; ſurta  
Ia tollas, & ſes ebeicia ſimpliciteri

Ne grauis heſterno fragros Feſcena vino. Extremo zuetus tu uerit a barathro.  
Paſtillos Coſmi luxurioſa uozas. Quid ſid oblat graui9 mixtu9 diapoſmate uozas.  
Iſta limit datus ieiunula, ſed mihi obſtat. Atq; duplex autē longiq; exit odor.

Ollie hoſtes aderat. aliquando etiam olli pro tunc a poetis uſurpatur. Virgilius, Olli ſubridens hominum ſator, atq; deorum. IN QVILINVS. Cohabitator. de quo ſuperius diximus.

EPIGRAMMA CXVI. AD FEſCENNIAM.

**N**E GRAVIS HEſTERNO. Feſcennia ebrietatem ſimul, ac ſiultitiam damnat. haec. n. & potando traducebat noctes. & uino madida paſtillos odoratos deuorabat, putans hoc modo deprehendi uini odorē non poſſe. **FAſTIDIOſA.** Faſtidium afferens ijs cum quibus loqueris uino madida. **PAſTILLOſA.** Trochiſtris, ut ſuperius diximus. **COſMI.** Coſmus unguentarius fuit. & odorarius optimus. Vnguentarij. n. dicuntur, qui unguenta faciunt, uenduntq;. Odorarij, q. odores illi a graecis myropola, hi aromatoſa uocantur. frequenter autē ydem utraq; exercent. Vterque utebantur uarijs odoribus, ut nunc quoq; pleriq; faciunt comendandi halitus gratia. hoc a parthis prius inuentū tradunt, ut ſic in glumie, ac nimo potu conceptum uirus extinguerent. Sunt qui eos et unguentorū inuentores fuiſſe exiſtiment. Iliacis certe temporibus non erant unguenta, nec thure ſacrificia faciebant. Cedritim & atri odoribus, ac carū arborū ſuſſitu utebantur. Primus caſtris Darij expugnatis inter reliqua ſupelleſtilem inuenit, & cepit Alexander ſcrinium unguentarium. poſtea ea uoluptas agere radices cepit, & in Italia quoq; translata ē ad deſunctorum corpora adhibita ē. **GRAUIS.** moleſta. **FRAGRES.** Oleas. **LINUNT.** Cōplanant. poliūt. **AB EXTREMO BARATHRO.** A ſtudo ſtomachi. unde peruenire paſtillorū odor non poſſe. Barathrum graeci appellant locum profundū, ex quo emergi non poſſit, dictum ab eo, quod ſit βαθός τῷ ἀβύσσῳ, hoc eſt profundus aſpectu. **RVTVS.** Ruttones, quae admodum ſuperius diximus. **LUCI.** Rutantur iuuenes et foedant oia ſputis. **VIRVS.** Grauius odoris factor. de quo diximus. **DIAPASMA TE.** puluſculi odorati, quae admodū iam docuimus. **DVPLEX.** Bonus, & malus odor. nam malus bono commiſtus grauius olet, ſicut quae amara ſunt ſi dulcis in cibis commiſta ſumantur, uidentur amariora. **SIMPLICITER.** Apte nullo adhibito ſuco. Non diſſimulando odorem temeti.

EPIGRAMMA CXVII. AD ALCIMVM.

**A**LCIME QVEM RAPTVM. Epitaphium Alami adoleſcentis, quem ob ingenij dotes, & miram indolem maiorem in modū amauerat, deſunctoq; tumulum conſecrauerat in uirentibus pratis inter buxos, & palmites. Epitaphium enim proprie dicitur inſcriptio, quae ſit ſupra ſepulchrum. Virg. Et tumulum ſate, & tumulo ſuper ad dite carmen. Daphnis ego in ſyluis hinc uſq; ad ſydera notus. Nam quod in laudem deſuncti ante cadauer ſepulchrum canit ſolet, a noſtris nenia, a graecis epicedium, ſiue monodia appellatur. **LAVICANA HVMVS.** Lauica multitudinis numero oppidum eſt uia latina ad dextram ſyluae algidae. Luuius, Thuſculanis negotium datum aduertente animos, nequid tumultus lauicas oriretur. Nuntiarunt legati lauicanos arma cepiſſe, & cum equorum exercitu de populato agrū Thuſcolanum, caſtra in Algido poſuiſſe. Quintus Sulp. priſcus dictator ceptis, direptisq; illorum caſtris lauicos corona arcuandatū ſatilis capium diripuit, cenſitq; ſenatus frequentem Coloniam la-

nicoſ deducendam. Coloni ab urbe mille quingenti muſſi bina iugera ceperunt. Velat. TEGIT. LEVI non graui, qualia ſunt ſepulchrorum ſaxa, quae ſuo pondere conſciantur & ruunt. CESPITE. Gleba cum ſua herba euulſa, de quo ſuperius diximus. **RAPTVM.** Sublatum ante legitimam aetate. Hi. n. rapi proprie dicuntur, qui immatura morte praeripiuntur. Plinius iunior. Nuper immatura morte nobis indiſſimime raptus. **CRESCENTIBVS ANNIS.** in ipſo adoleſcentiae principio. ideo paulo poſt etiam puerum nominat. **CRESCENTIBVS.** Quibus adoleſcere, hoc eſt creſcere ceperat. Creſcere augeri eſt. Iuue. Creſcit amor numi, quantum ipſa pecunia creſcit. Facit praeteritum creui, quemadmodum cerno. Vnde creui modo ſignificat auctus ſum, modo hereditatem adij modo iudicium. modo diuiſi, quae oia a duobus uerbis creſco, & cerno trahuntur. A creſco crementū deducatur, hoc eſt augmentum. et Creta, de qua ſupra diximus. a quo creteum dicimus, qd ex creta eſt. Cretoſum, creta pleni. Cretatum, creta infectum. & craſſius pinguis. groſſius. a quo craſſitudo. craſſicae. craſſe aduerbium. et eorū comparatiua, ſuperlatiuaq;. & craſſeſco uerbum, qd ſignificat pingueſco, ſiue groſſior ſio. & creber frequēs, quae creſcens numero. a quo crebro aduerbium, frequenter & comparatiua, ac ſuperlatiua eorū, & crebeo, & crebeſco, ut rubeo, & rubeſco. & nota dum, cum in praesenti ante eo non eſt, nec in praeterito eſſe debere rubuit igitur, & erubuit. crebuit, & increbuit. Cū uero eſt in praesenti ante eo, tunc & in praeterito erit. nigreo igitur, & nigreſco. pigreo & pigreſco. nigruit, & pigruit. ſpiſſoſor, multiplicoſor. & crebriſurus, de quo ſuperius diximus. & crebritas, ſpiſſitudo. frequentia. pro qua ueteres et crebritudine uſurparunt. Siſenna. Nam clandestina uerborū crebritudine tranſiſi, apud notos cogitata dici debent nō explanari. itē a creſco ſunt composita ac creſco, quod eſt adaugero. Ex creſco, creſco. decreſco, diminuo. increſco, creſco a quo incrementū, augmentum. Virgilius increuit uſus eſt pro creuit, dum de haſtis loquitur in numſulo Polydori. Succreſco, inferius creſco, uel paulatim creſco. Supercreſco nota ſignificationis. Recreſco iterum creſco. concreſco, modo ſimul creſco. modo conuergo. conglutinor. a quo concreta conuincta, & conglutinata dicimus. Virgilius, Multa diu concreta modis inoleſcere miris. idē. Concretam ex emit labem. id eſt affixam, et inhaerentem. idē. Concreſcunt ſubitae currenti in ſumme cruſta, hoc eſt congelant. **PONDERA NVTANTIA.** Lapidis pondere ſuo nutantes, hoc eſt uacillantes. **PARIO SAXO.** ex marmore pario, quod candidiſſimum fuiſſe conſtat, & uſque adeo celebre, ut Dipoenus, & Scylus, qui in ſcalpendo tantopere claruerunt, & poſt eos Melas, Micadae, Anthermus. Bupalus. Anthermus alter. Hipponax excellentes artifices in ſtatuis ſepulchris, caeterisq; operibus faciendis candido tantum marmore uſi fuerint, e Paro inſula. unde no men habet una ex cycladibus, quae ob hoc niuea a poetis, hoc eſt candida nuncupatur. Lapidem ipſum lychnitem appella uerunt, quoniam ad lucernarum lumina in cuniculis cadi ſoleret. **VANVS LABOR.** Irritus. quia huiusmodi opera uetuiſtate fatiſcunt. **CINERI.** cadueri. **FRAGILES BUXOS.** quae facile franguntur. Buxus graeca uox eſt. τρυφών quippe dicunt graeci. arbor eſt exigua. natura ſolida. & quadam ligni duritia, ac frondium pallore commendabilis. fractu facilis, & ad topiaria opera commo diſſima. uirens ſemper, ac conſiliis. Semen eius cinctis animantibus propter amaritudinem inuiſum. mel in corſica amarum reddit. amat frigida, quae ſint aprica. in igne duritia ei eſt, quae ferro, nec flamma, nec carbone utilis. A buxo

Alcime, quae raptū dno creſcentib9 ams. Quae cineri uang dat ruitura labor. Antpe rare puer nri monuere Buxum  
Lauicana leui ceſpite uelat humus, Sed fragiles buxos, et oparas palmitis ubras, Hic tibi ppetuo tpe uiuit honoz. doloris,  
Antpe nō phario nutantia pōdera ſaxo, Quaq; uirē lachrymis humida prata meis. Cū mihi ſupmos Lachyſis p̄uēret aſos,  
L Nō alit cineres mado iacere meos



Buxum dicimus, quod ex buxo est. A pyxo autem graecum uocatur quoniam primo ex eo ligno fieri coepit. nascitulum est exitum, quod uulgo non inepte, nec ineleganter a buxo buxulum nuncupamus. ΟΡΑCΑS. obscuras. ab operiendo enim opacum obscurum dicimus a quo opaco uerbum, hoc est obsuro. conrego. PALMITIS. uitiuum. Palmites uitiuum et aliarum arborum (ut ita dicam) sarmenta appellantur, quae in modum palmarum humanarum uirgulas, quasi digitos habent. palma uero plantum, et ex parte concavum manus appellatur, quod in digitos desinens decore pateat. Ab huius similitudine arbor quoque illa nobilis palma uocatur, quam graeci phoenix, hoc est phoenicem uocant, quod comam in cacumine habeat arcum extensam et ramos in digitorum modum protensa. unde et genus earum dactylos, hoc est digitos uocamus. Multa enim palmarum genera sunt. Prima sterilis est, nec fructibus magnitudine excedit. passim in Sicilia. et Genuae, ac Caietiae nascens, ex qua in olea scopas faciunt. Sunt et proceriores syluestres foliorum aculeis ex ipsa arbore fruticantibus. Reliquae teretibus ramis in orbem sparsis. folia habentibus cultrato mucrone lateribus bifidatis, ex quibus et fissillas, ut fuenes, et lenia acipium umbracula componunt. Coma omnis (ut diximus) in cacumine est, non inter folia, ut in caeteris, sed sinus inter ramos palmitibus racemosum. In nulla magis arbore uterque sexus discernitur. Mas in ipalmitate floret. Faemina circa florem germinat tantum, spinam modo. Vtrisque prima nascitur pomi caro. postea lignum inus, hoc est semen eius. Est autem longum, ansuque a dorso puluinato, et in alio media fissura pierisque umbilicatum. Vnde primum spargitur radix. Certum est, sine maribus non genere faeminas sponte adito nemore, hoc est ostendente in quo et circa singulos mares plures nutare faeminae uidentur blandioribus comis. Quin et ex aqua mare sterile scire faeminae comperiuntur. tantus est huic arbori ueneris intellectus. Tuba arabicas palmas apud scenitas omnibus praefert, quas uocant dabalas. Quandiu nouellae sunt, pomum ferit sine aliquo inus ligno, propter quod spadones appellant. Quae in Creta et Sicilia nascuntur folio latiore, ac molli, et ad utilia utilissimo, chamærepes appellantur, quod graeci lingua significat ad humum uergentes. χαμαί enim humi dicunt. πύρον uergens. Clarissima omnium palmae ex fructificatione habitae sunt, quae regias appellauere, quoniam regibus tantum per sidus seruarentur. Babyloniae natæ uno in horto, quod semper dominantis fuit, Bago appellato, quod apud eos Spadonē significat. Post hanc nobilitatem obtinent Syagri habentes nescio quid saporis ferini, qualem in apris nouimus, unde nomen eius inditum. eury enim sus est, ἀπριος syluestris. Posthaec Margaritæ a Margaritis nomen habentes, quoniam breues, et candidae et rotundae sunt acinis, quam balanis similiores. Quarta auctoritas est scandalidum a scandalorum similitudine appellatarum in Aethiopia caryotæ maxime celebrantur optime obo, sed et suato uberrimo, ex quibus praecipua uina faciunt. iniqua capiti. propter quod ἀπό τῆς κάρυος hoc est a capite caryotæ uocantur. in iudea uero et praesertim in hiericane nobilissima sunt, quibus dos praecipua pinguis succus quodam uini sapore in melle predula. inter quas siccores Nicolai uocantur amplitudinis praecipue minus speciosae, sed sapore caryotarum sutores, quae ob hoc Adelphides dicuntur. suum genus dactyli habent praelongae gracilitate curuati in terram, ex quibus honori deorum dicati id est appellati sunt a iudeis, numerum multitudinem irridentibus. A longitudine autem digiti dactyli appellati sunt. nam δακτύλιος graeci digitum uocant. Vnde et dactylus dictus est pes constans ex una longae,

et duabus breuibus syllabis a similitudine uidelicet digitorum, qui ex tribus partibus constans, una longiore duabus breuioribus. Alexandri milites palmas uiridibus strangulati leguntur, uel pomi genere uel copia. est enim tanta musteis suauitas, ut si nis mandendi, non nisi periculo fiat. A palma arbore palmetum dicitur locus palmas consitus. et palmifer, palmas ferens, et palmiger dicitur. Item palma uictoria. quoniam apud ueteres in certaminibus uictoriae signum palma erat. Quod ideo institutum constat, quoniam ingenium huius ligni est, ut urgentibus, prementibusque non cedat. Namque (ut scribit Aristoteles) si super palmae arboris lignum magna pondera imponantur, et adeo urgeatur, onereturque; ligno, ut magnitudo oneris sustineri non possit, non deorsum palma cadit, ut caeterae arbores faciunt, sed aduersus pondus surgit, et sursum nititur, recuruatque; ut pondus reiciat. A palma uero cum uictoriam significat Palmate, siue palmaris toga dicta est. Quae triumphantis, ut superius diximus, et qui palmam meruerant, utebantur. item a palma manus extrema pars remi palmla dicitur, in palmae modum protenta. Virgilius. Et laenas stringat sine palmla cautes. item palmas mensurae genus uulgo notum. A graeco uero huius arboris nomine, quod est phoenix, phoeniceus deducitur, quod est purpureus. quoniam eo colore sunt palmarum fructus ante, quam sole coquantur. et Phoenicea prouincia. a qua phoenicea sidus. phoenicea. phoenicum mare. phoenicea uis. Phoeniceus, de quibus superius differuimus. Sed illud obiter addendum hoc loco uidetur non defuisse claros auctores, qui phoenicem a uem non a purpureo alarum colore nominatam uelint, sed a phoenice, hoc est palmae arbore, quae paulo ante syagron appellari diximus. cuius generis unicam esse prodiderunt, quae cum phoenice aue moritur, ac renascitur ex seipsa pomis referta, ROSCIDA. Humore oculorum micorum, quasi rore persusa. Peruenerit. Etinguntur enim parcae lamifica esse, et uitam hominum nendo ducere. ut superius diximus. Neo est filum torqueo. a quo perneo. et netto frequentatiuum, quod est ligo, quia torquendo ligamus. et nodus quo ligato firmatur. et nodosus, nodis plenus. et enodus, sine nodo. et nodo uerbum, hoc est nodum adhibeo. a quo in nodo compositum et contraria eius denodo. Enodo, atque renodo, quae significant nodum soluo. et subnodo, nodum subter facio. et connodo, simul nodo. et nodose, aduerbium cum nodis. Et internodia ligaturae, quae in medio sunt. Plynus. Harundinum internodia. A necto uero fit nexus. nexio. et alia ab eo deriuata, atque composita, de quibus superius differuimus. IACERE. Sepulcrum esse, quae admodum superius diximus.

## EPIGRAMMA CXVIII. AD CINNAM.

**C**ARIS IN AVREM. Facete in Cinnam inuehitur, qui quadam maledicendi consuetudine loquens semper in auribus solebat, et si si Casarem laudaret. Hic Cinnamus uocabatur. sed detracta ultima syllaba Cinna dicebatur. Vnde lepide cum eo alibi iocatur poeta.

Cinnam Cinname te iubes uocari.  
Non est hoc rogo Cinna barbarissimus.  
Tusi Furius ante dictus effes  
Fur ista ratione dicereris.  
Alibi quoque maledicentiam eius hoc disticho exprimit.  
Versiculos in me narratur scribere Cinna.  
Non scribit, cuius carmina nemo legit.  
Caris. in susurras. inepte obstrepis, de quo superius diximus.

Garris i aure semp oibus Cinna.  
Garris et illud, teste qd licet turba.  
Rides i aure, querens. arguis. ploras.

Cetas i aure. iudicas. taces clamas.  
Adeo ne penitus sedit hic tibi morbus,  
Ut sepe i aure Cinna Casarem laudas;



Hoc genus hominum proprie susurriones uocamus, hoc est maledicos, & linguaces, quia non aperte loquuntur, sed uoce demissa in aures hominum obstrepunt potius, quam loquantur, quod fictitium uerbum est. et similiter alio fictitio uerbo susurrare dicitur. a quo insusurrare, in aures hominum obstrepere. & talis uox susurrus. & in neutro susurrum appellatur. & susurrator, atq; insusurrator pro eo usurpatur, quod occulte maledicendo odium in aliquo, aut dissensionem molitur. et susurratio, atq; insusurratio pro maledicentia. idē alio quoque fictitio uerbo, quidam gannire dicunt, sed hoc proprie uulpiū est. Vsurpatur aliquando pro eo, quod est obstrepere, & ueluti uapulantis uocem emittere. Terent. Quid ille gannit quod uult. Ab eo fit compositum obgannio. ET ILLVD. Etiam illud, quod licet loqui populo audiente. PLORAS. Fles. Hinc ploratus dicitur quod silentium significat. A ploro composita fiunt deploro. de fletu. ex ploro, quod ueteres usurpabant pro exclamo, & cum fletu quodam uocifero. Varro. Gemit. explorat. urbem omnem conat. a quo tractum est, ut explorare accipitur pro eo, quod est intenuis, ac etiam cum uoce inquirere. Virg. Exire, locosq; explorare nouos. itaq; speculatorem ab exploratore ita distinguebant, ut speculator esset, qui hostilia cum silentio prospiceret. Explorator uero, qui acta clamore cognosceret, inualuit tamen usus, ut exploratores dicantur tam ij, qui hostium nostrorum secreta inuestigant, & referant nobis, quam ij, qui secreta nostra hostibus nuntiant, quos proditoribus haberi leges definiunt, & poena capitis damnant. Explorare etiam interdum pro obseruare accipitur. Virg. Trepidi formidine portas explorant. interdum pro comperire Cicero. Quis est tam stultus, quamuis adolescens, cui sit exploratum se ad uesperum esse uicturum. Nonnunquam pro siccare, quasi ploratum, atq; humorem omnem extrahere Virg. Et suspensa fatis explorat robora fatus. Quandoque pro deliberare. idē Tuus o regina quid optes explorare labor, mihi iussa capessere fas est. imploro, quod est auxilium cum misericordia, et quasi cum lacrymis posco. Virg. Namq; aliud quid sit, quod iam implorare queamus. Comploro, simul fletu. ab ijs deploratio. exploratio. imploratio. & comploratio deducuntur. Quidam ploro, & plango ita distinguunt, ut plorare sit uoce sibilis, & effusa dolorem suum aperire. Plangere uero percussio, ac uerberatione pectoris. capitis. uultus, aliorum ue membrorum se in dolore afficere. unde plangere aliquando pro percutere accipitur. Lucan. Plangunt litora suctus. ab eo fit plangor, et plangit, hoc est fletus impatiens, cum corporis percussione. Eiulare uero est uoce in alium sublata plorare. a quo eiulatio, siue eiulatus dicitur ploratus rationis ex pers. estq; uerbum fictitiū, quemadmodum lessus. ita enim, a ueteribus dicebatur lugubris eiulatio. unde est lex illa apud Ciceronem. Mulieris genas ne radunto, ne ue lessum funeris ergo faciant. SEDET. Placuit superius diximus. Virg. Idq; pio sedet Aeneae probat author Acestes.

EPIGRAMMA CXIX. AD BASSAM.

**Q**UOD NVNQVAM MARIBVS. In Bassam inuehitur, quae portentoso coitus genere in sexum suum libidinem exercebat huiusmodi mulieres ἀπό τούτ' ἰβίαν, quod fricare est, tribades dicuntur, hoc est fricatrices. Notat eas Iuuenalis, cum inquit frictum Crisantis adorat. & Martialis alibi. Ipsarū tribadum tribas philenis. NVLLA FABVLA. Nullus sermo nulla confabulatio. OBI

BAT. Exequabatur. VIRO. Mare LVCRETIA. Lucretiae simul castitate. haec Collatina uxor fuit. Mulier, ut pulchritudine corporis, ita pudicitia, & animi magnitudine insignis. conuabat aliquando apud Sextum Tarquinium in castris Tarquinius Egerij filius, & una Collatina Lucretiae uir, inter quos orto forte de eorum uxoribus sermone, dum sua quisque laudaret, Collatinus nullam suae praeferrere oportere affirmabat. Facile hoc iudicari posse, si inopinato sese illarum oculis exhibeant. Communi itaq; consilio equos conscendunt. & citato cursu aduolant Romam, quod cum primis tenebris peruenissent, offendunt regias nurus in conuiuio, luxurq; cum aequalibus tempus terentes. Pergunt inde Collatam oppidum Romae propinquum, ubi Lucretia erat. hanc nocte sera deditam lanæ inter lubricantes ancillas in medio aedium sedentem inueniunt. Mulieris certaminis laus penes Lucretiam fuit. a qua adueniente uiro Tarquinius benigne susceptus. Victor maritus regios inuenies inuitat. Ibi Sextus Tarquinius libidine stuprandae per uim Lucretiae incenditur, ad quod cum tu forma, tu spectata castitas magis, atq; magis stimulat, ac tunc quidem e nocturno ludo in castra redire. Pauca uero interiectis diebus, Sextus Tarquinius in castra Collatina, uno tantum comitatus Collatiam uenit ubi benigne ab ignaris consilij susceptus, cum post caenam ductus in cubiculum hospitale fuisset, amore ardens postquam sopiti omnes uidebantur, stricto gladio iam dormientem Lucretiam adit, sinistraq; manu mulieris pectore oppresso, Tace Lucretia inquit, Sextus Tarquinius sum, ferrum in manu est, morieris, si uocem emisseris. Cum pauida e somno mulier mortem sibi imminuentem uideret, Tarquinius fati amorem orare, miscere precibus minas. uersare in omnes partes mulierem animum cepit, ubi obstinatum, & ne metu quidem mortis inclinari posse animaduertit, addit ad mortem dedecus. & iugularium se feruum, & mortuum apud eam mortuam positurum ait, ut in sordido adulterio necata uideretur. Quo terrore cum tandem obstinatam pudicitiam ualisset, ferox inde quasi expugnato muliebri decore reuersus est, Lucretia moesta missis nuntijs, e Roma uirum, ex Ardea patrem aduocat, ut eam singulis amicis eod statim ueniunt. S. P. Lucretiam. P. Valerio. & Collatinus cum L. Iunio Bruto statim ueniunt. Aduentu suorum continere lacrymas non potuit, cumq; eius rei causam quaereret Collatinus, et saluæ ne res essent interrogaret, Ecquid inquit salui esse mulieri potest amissa pudicitia? V est quæ uiri alieni Collatine in lecto tuo sunt, sed corpus tantum uolatum est. animus in somno. mors testis erit. Verum date dexteras, fidemq; haud impune adultero fore. Tum rem ordine gestam memorat. ille danti fidem. consolantur agra noxam a coacta in auctorem delicti auerunt. addunt mentem esse, quæ peccat, non corpus, & unde consilium abfuerit, culpa abesse. Tum Lucretia, quid illi inquit debeant, uos uidebitis. Ego me quamuis peccato absoluo, supplicio non libero, nec ulla posthac impudica Lucretiae exemplo uiuet, statimq; cœstru, quem sub ueste habebat, in corde defixit. prolapsaq; in uulnere moribunda cecidit. COMMITTERE. coniungere. PRODIGIOSA. Contra naturam est mulierem cum muliere concubere. VENVS. Libido. unde mascula Venus dicitur libido in mares. MENTITVR VIRVM. Quoniã fat. ficere autem uiri proprium est, sicut pati mulieris. THEBANO AENIGMATE. Quæstione a Sphinge proposita, quam soluit Oedipus. de quo superius diximus. ADVLTERIVM. Quia concubitus cum aliena, siue non sua uxore adulterium est. Bassa autem cum aliena uxore concubebat.

Commeta es digna Thibano enigmate monstrum  
 Hic ubi uir non est, ut sit adulterij  
 Esse uidebaris fatos. Lucretia nobis,  
 At tu, pro facinus, Bassa, fututor eras.  
 Inter se geminos aures committere rummos,  
 Metiturq; uirum prodigiosa Venus.  
 Quod nunquam maribus inuenta te Bassa uidebat,  
 Quodq; tibi moerhu fabula nulla dabat.  
 Ois et officiu ritica te semper obibat  
 Turba tua serus, no adcurue uiro.



EPIGRAMMA CXX. AD LÆLIUM.

**C**VM TVA NON AEDAS. Asperū  
dischon ad Lælium Martialis carmina car-  
pentem hortatur eum, ut uel sua aeat, uel de  
sinat aliena reprehendere. **CARPIS**.  
reprehendis. Carpere proprie est auferre.  
Virg. In fere Daphni puros, carpent tua poma ne potes. per me-  
taphoram tamen pro uarietate rei patientis uaria habet signi-  
ficata. Nam carpere uia est ambulare. Papi. Sed iam carpe ui-  
am. Carpere linum est emellere. Plyn. Herbasq; cum semine,  
et radiabus carpunt. Carpere uirtutes aurās haurire. Virgil.  
Virtutes carpinus aurās. Carpere lanam, attenuare. idem. Nec  
nocturna quidem carpentes pensa puellæ, nesciunt hyemem.  
Carpere agrum, celeriter præterire. idem. Et acri carpere pra-  
ta fugat. Carpere hominem reprehendere, quasi dentibus lacera-  
re. Martia. Carpere uel noli nostra, uel aede tua. Carpere abū,  
pasa. Virg. Carpinus dum mane nouum, dum gramina ca-  
nent. A carpo aper et atrpa deducuntur, cum eorum deri-  
uatiuis, atq; compositis, de quibus superius locuti sumus. et car-  
ptim aduerbium, quod significat hinc, atq; hinc carpendo, nō  
ipsam seriem sequendo, et composita decerpo, quod est aliquid  
ex aliquare detrabo. unde de crimina dicuntur, quæ decer pun-  
tur purgandi gratia. Excerpo, secernendo extraho. unde ex-  
cerpta dicimus, quæ ex libris, quos legimus, ueluti flosculos  
quosdam extrahimus, priuatimq; conscribimus. quidam ex-  
ceptiones, et excerptiuiculas nominant. Discerpo, quod est  
distraho. disiendo. narro. Duabusq; admotis quadrigis alligat-  
um corpus equis in diuersum iter concitatis discerpsere. Car-  
pis Scythie fluminis est. Carpathus insula inter Aegyptum et  
rhodum, quæ nomen dedit mari carpathio. Carpophorus pro-  
prium nomen, cuius superius mentionem fecimus, non a car-  
pendo, sed ἀπό τοῦ φέρει τὸν καρπὸν, hoc est a ferendo  
fructu appellatus, qui dici latine ad uerbum fructifer potest.

EPIGRAMMA CXXI. AD MA-  
MURIANVM.

**S**AEPÉ MIHI QVERITVR. Lepi-  
dum epi gramma plurimum tamen fellis ha-  
bens in Mamurianum, qui ad extremam cala-  
mitatem redactus, lasciuire tamen cum pue-  
ro Martialis non erubescibat. **NON SIC**  
**CIS**. Lacrymantibus. **TANGI DIGITO**. Mos la-  
sciuentium est puerorum clunes, anumq; et faeminarum pu-  
bem digitis contrectare. Ouid. Inueniunt digiti quid agant in  
partibus illis, in quibus occulte spicula figit amor. **NEC**  
**SPONDA NVDI GRABATI**. Nec lecti quidē fra-  
gmentum sine culatra. Sic inferius. Nulla tegit fractos, nec in-  
anis culatra lectos. **SPONDA**. Latus spondæ enim tabu-  
la sunt, quæ utrinq; sustentent lectum. **NVDI**. Sine cul-  
tra. **GRABATI**. Lecti. Grabatum proprie uocamus exi-  
guum lectum, quo meridari solemus, dictum quasi carabatū,  
quod in eo capite recumbamus. νάρει enim caput, βάρει  
peruium græci appellat. Ab eo fit diminutiuum grabatulus.  
**NEC CVRTVS CHIONES ANTIOPES' QVE**  
**CALIX**. Et ne fractus qui dem, ac meretricius calix. Chio-  
ne et Antope meretricularum nomina sunt, quarum mos est  
immunda, ac fracta pocula mensæ apponere. **CALIX**.  
Vas potorium. Calix est rotunda specie, quod uocabulū a græ-  
cis mutuati sumus, apud quos κάλιξ uocatur ἀπὸ τοῦ κλίω,  
quod est uoluo. roto. Cic. Quid hic calix nupsi impingendus

est, ut plorare se desinat. V arro tamen a calido uocatum cali-  
cem putat, quod calida eo haurire solebant. **CVRTVS**.  
Fractus, non integer dictus (ut quidam putant) quasi carens to-  
to. Ouid. Ara fit huc ignem curta fert rustica testa. Iuue. Cum  
curta et scissa fenestris uasa cadunt. **CEREA**. uncta, ut  
superius diximus. **LUMBI S**. Tergo. Lumbi enim sunt,  
qui spinæ adherent, in quibus est pruritus libidinis. Spina ipsa  
ossa est tereti structura per media foramina a cerebro medul-  
la descendente, cui eandem, quam cerebro naturam esse existi-  
mane, quoniam præteruui eius membrana incisa statim exire  
tur. A lumbis lumbago deducitur, quæ est uinum et debilitas  
lumborū. Et elumbis, siue elumbus, qui lumbos debilitatos  
habet ita, ut a gre in grediatur, ac se erigat. et delumbo uer-  
bum, quod significat lumbos debilito. quandoq; etiam lumbos  
extraho. unde et delumbatum, siue elumbē aprum dicimus,  
cui lumbi sunt extracti. **GALLICA PALLA**. Vestis  
genus, de quo superius diximus. **NIDORE**. odore. Nidore  
proprie dicitur odor cuiuscuq; rei adustæ, a nitore ignis. unde  
et nidere, et renidere aliquando odorem, aliquando fulgorē  
reddere significant. Iuue. Captum te nidore siue punit esse ca-  
line. Plau. Totā renidet domus. Quidam nidum hinc dedu-  
ctum uolunt, quod foedi et mali odoris sint auium cubilia.  
Nidi. n. pennatorum cubilia dicuntur. quamuis interdū nidus  
et pro ipis auibus usurpetur, quasi continens pro cōtento. Virg.  
Ipsæq; uolantes Ore ferunt dulcem nidis immittibus escam.  
Hinc fit nidifico uerbum, a quo nidificatio. Item nidolor, idē  
quod nidifico. Var. Quibus temporibus halcyones in mari ni-  
dulantur. Nidus etiam uasis genus est a nidorum similitudine  
ita appellatus. idem. Lymphaq; è lacuna fontium allata nidos  
implent. item nidos dicimus, in quibus merces in tabernis se-  
paratim, ac distinctæ tenentur. Martia. De primo dabit, alte-  
ro ue nido rasum punit, purpuræq; cultum. **PRONVS**.  
Incuruatus de quo superius diximus. **FODIAM CV-**  
**LVM DIGITO**. ut tu puero meo facis. Digitus (ut non-  
nulli putant) a digerendo deducitur, quod natura miro, ac de-  
centissimo ordine digitos digesserit, hoc est disposuerit, uno a  
ceteris ita separato, ut et cum ipsa manu oriatur et in diuer-  
sum ipsius manus findatur. qui se ueluti obuium ceteris præ-  
bens, omnem tenendi, faciendiq; rationem, uel solus uel præci-  
pue possidet, tanquam rector omnium, atq; moderator. Cete-  
ris deinde sequentibus digitis quibusdam longioribus, quibus-  
dam breuioribus alijs tenuioribus, item alijs crassioribus, de  
quibus superius locuti sumus. prælongos digitos scribit Arist.  
Vita breuioris argumentum esse, quemadmodum dentes raras.  
plumbeū colorem, pluresq; in manu incisas, nec perpetuas.  
Contra uero longæ esse uitæ incuruos humeris, et in manu  
una duas incisas longas habentes, et plures quam triginta  
duos dentes habentes amplis auribus. Mirum certe friuola hæc  
tantū auctore per se outū esse. At Trogius et ipse auctor seuerissi-  
mus morū quoq; argumenta addidit, Magnā frontem, se genem  
animum significare. paruam, mobilē. rotundā iracundū. porre-  
cta in rectum supercilia mollē. iuxta nasum flexa, austerū,  
iuxta tēpora inflexa, derisorē. in totū demissa, maleuolū, atq;  
inuidū. longos oculos, maleficiū. Carnosos a naribus oculos ma-  
litosum. Parte cā didi extēta impudentē. Auricularū deniq; ma-  
gnitudinē loquacitatis, et stultitiæ notā esse. A digitus fit idige-  
to uerbū. et digitellus herba, de quibus superius locuti sumus.  
**OLIM**. Iam longo tempore præterito. Olim enim aliquan-  
do tēpus præteritū significat. Virg. Tumidis qd fluitibus olim  
tunditur. Aliqñ futurum. idem. Progeniem sedenim troiano  
a sanguine ducti Audierat, tyrias olim quæ uerteret arces.  
**CVLVM**. qui superat. Luscus enim erat, hoc est altero lu-

Opus mihi queritur no iuris Celsus orellis,  
Tangi se digito Mamuriane tuo.  
Nom opus e digito, totū tibi Celsū habeto,  
Sed bespi nil aliud Mamuriane tibi.  
Sed si nec fons e, nudi nec sponda grabati,  
Nec curtus Chiones, Antiopeus calix.  
Cere si pendet labris, et trisa lacerna,  
Dimidiatq; nates Gallia palla regit.  
Nec rutilus, neq; em qd rutilus qd no carat olim,  
Sed fodiam digito, qui supsi, orille.  
Et bibis imūda cū rone pany aqua.  
Nec me Zelotypus, n' dixeris  
offe maligna. Demq; pedica  
Mamuriane factus!



*Q*uod clamas semper, q̄ agēbus obstrepis Heli, Cācisti male, dū futuica es Aegle.  
*N*ō facis h̄ gratis, arripis ut taceas;  
*F*abritio iurto fido regit Aquinus, Ara duplex p̄mi testat̄ munica pili.  
*Q*ui prior elysias gaudet abissi domos, Plus in est titulo qd̄ beuiose legis.  
*F*uētus utq̄ sacro laudate fcedē uitae,  
*E*namq̄ quod raro motuit, auctus erat;

mine orbus **ZELOTYPVM.** Soliatum de pueri amore ne a quoquam tangatur. Zelotypus amulator forma interpretari potest. nam *ζῆλος* amulatio est. *τύπος* forma. q̄ igitur ita amat, ut solicius sit, ne quis amore suo perfruat, Zelotypus est. *Zelotypia* definitur a Chrysippo aegritudo animi ex eo proueniens quod timeas ne adsit alteri, quod cum nemine uelis habere commune. **MALIGNVM.** Inuidū. de quo superius diximus. **SATVR.** Quando non deerit tibi, quod edas. nam sine cerere & libero friget uenus.

**EPI. CXXII. DE AQUINO ET FABRITIO.**

**F**ABRITIO IVNCTVS. Epitaphium Aquini & Fabritij, qui & si ambo primipilares essent, tanta tamen inter se, quod raro dignitate paribus accidit, beneuolentia coniuncti fuerit, ut uterq; pro amori uolisset, ne si perstitem flentem uideret. **FABRITIO.** prius mortuo. **QVI** Fabritius. **ELYSIAS DOMOS.** Habitacula Elysiij campi. Elysiuum campum ueteres putauerunt esse in medio inferorum, in quo piorum animae quiescerēt post dissolutionem earum a corpore. Virg. Solem q; suū sua sydera norūt. Philosophi elysium esse dixerunt in insulis fortunatis. **HORA.** Nos manet oceanus circummagus, arua beata Petamus arua diuites, & insulas, Reddit ubi Cererem tellus in arata quotannis. Et imputata floret usq; uinea. **HAS** Sallustius scripsit carminibus Homeri iclytas esse. Fuerūt etiā, q̄ Elysiū scriberent esse circa lunare circulū, ubi purior est aer. Virg. Aeris in campis. *græc* ἡλύσιον πεδίον uocant ἀπὸ τῆς ἡλύσεως hoc est, a profectioe, quod qui sancte & iuste uixerunt, ad eos proficiantur, **ARA DVPLEX.** Viriq; sua ara posita erat, et in utraq; nomen defuncti cum titulo primipilatus inscriptum. **MVNERA.** Officium. **FOEDERE.** Coniunctione officij, hoc est primipilatus. Fœdus enim licet proprie pactionem illā significet, quæ sit inter hostes, dū a bello disceditur, abusive tamen pro quacūq; coniunctione acipitur. unde fœdus amoris. fœdus beneuolentiæ. fœdus amicitia. fœdus officij dicimus. **SACRO.** Epitheton fœderis sacrum est, quia porca in faciēdo fœdere sacrabat. et sacra uerba addebantur, ut superius diximus. **IUNCTVS VTER QVE SACRO.** Sensus est. Vterq; primipilaris fuit. & tamen uterq; sibi iuicem amicus, quod fama raro nouit, quia inter eos, qui dignitate sunt pares, solet esse inuidia.

**EPIGRAMMA CXXIII. INAEGLEN.**

**C**ANTASTI MALE. Ridiculum distichon in Aeglen fellatricem. cuius superius mentionē fecit. Sic dentata sibi uidetur Aegle. in inueniute inquit, quoniam nimio coitu rauca eras, male cantasti. Nunc uero quando ætate confecta non habes cum quo coeas, ideoq; raucescere desuisti. bene quidē cantas, sed foetet tibi anima ex frequenti fellatiōe.

**EPIGRAMMA CXXIII. IN HELIUM.**

**Q**UOD CLAMAS SEMPER. Lepidum distichon in Helium, qui cum esset cauidicus clamare, et strepitu complere forum solebat, propter quod aduersarij sæpe pecunia eum clam subornabant, ut taceret. Notat præ

uariatores, hoc est eos, qui cum aduersarijs colludunt. quod fecisse aliquando Demosthenem superius diximus, quando pecunia a Mulesiorum legatis corruptus multa lana circa collum in uoluit in forum processit, et se loqui non posse affirmavit, quoniam synanchen, hoc est angnam pateuerit, propter quod responsum ei a quodam per contumeliam fuit, non synanchen, quam patiebatur, sed argyranchen, hoc est non morbum gutturis, sed angnam argentariam esse. **OBSTREPIS.** Strepitum facis. est autem proprie strepitus sonus ambulantium pedum, manuumq; aliquid pertractantium, sed abusive ponitur pro omni sono, qui sit ex corporum tractu. & quaruncūq; rerum collisione. & est factitium uocabulum. quem admodum fremitus. stridor, & similia. Aliquando tamen strepitus accipitur pro fastu, & pompa diuitiarū, quod sit quasi strepitus comitantium Quinti. Hic cum me euocasset, trepidumq; toto fortunæ strepitu circumstetisset. Ab hoc sit strepo uerbum. & ab eo frequentatiuum strepito. Item composita inter strepo. in strepo. constrepto. obstrepto. sub strepo omnia ferē eiusdem significationis. **GRATIS.** Sine mercede.

**EPIGRAMMA CXXV. AD SCAZONEM SVVM.**

**S**INON EST MOLESTVM. Ruyus in cinædum inuehitur, qui habitu corporis, & austeritate quadam uerborum uolebat socraticus uideri. Alloquitur autem carmen suum, quod est trimetrum iambicum id quoniam penultimam syllabam breuem habet, rectum est et integrum iambicum, ut vos istæc intro auferre abite. **Sofia.** Quando uero penultima est producta, delumbe est, & claudum, & huiusmodi uersus uocant scazontes, siue choliambos. Scazontes ἀπὸ τοῦ χαλεπῆν, quod claudicare est. **Prijsa.** hunc trimetrum ueteres Graij cognomine dicunt, quod pedibus iunctis hunc scandere sæpe solebant. Ponitur aut scazon, spondeum finis habebit. Scazontes sunt illi apud Persium, nec fonte labra prolui caballino, nec in bicapiti somniasse Parnasso memini, ut repente sic poeta prodirem. Et isti. Si non est molestum, teq; non piget scazon. Choliambos uero nominant, quasi claudos iambos. nā *græc* χαλὸν claudum dicunt. **MATERNANO.** Maternus uir doctissimus fuit Martialis tempore, cuius & Plyn. iunior, et Corne. tacitus sæpe faciunt mentionē. **TRISTIVM.** Vilium horridarum, quales decant homines austeros & tristes. **BETICATVS.** Pullo colore natiuo indutus, qui et beticus & impluuiatus dicitur, ut superius ostendimus. **LEUCOPEATVS.** Albo natiuo uestibus, de quo similiter differuimus. **COCCINATOS.** Eos qui coeneas habent uestes. **AMETHISTINAS.** Violaæas, ut supra. **MVLIERVVM.** Muliebres, molles, non uiriles. **NATIVA.** Natiui coloris, qualis est beticus, & leucophus. **FVSCOS.** Atros, horridos, quos superius dixit tristes. fuscus proprie significat nigrum, a quo fit offuscio uerbum, quod est obumbrō, obscuro, denigro, a quo offuscator. offuscatrix, & offuscatio. **GALBINOS.** Molles. lasciuos. effæminatos, de quo superius diximus. **VIRVM MOLEM.** Cinædum. **SV SVM.** sursum, utroq; enim modo dicimus, si significant in superiore partem. **SVSPECTAT.** Deorsum spectat quem admodum superius diximus. **DEVORANTIBVS.** Totæ acie in mentulas intentis, & iam animo fellitantibus, ideo subiuixit. **NEC OTIOSIS LABRIS.** Quia iam mouebat labra, quasi in fellando esset.



## EPIGRAMMA CXXVI. AD NAEVOLVM.

**C**VM CLAMANT OMNES. Face te deridet Naeuolum ineptum caufidicum, qui nunquam nisi ceteris clamantibus loquebatur, nequis eum audiret, et tamen uideretur aliquid agere. NEMO NON. Constat enim negationem quādo alicui si-  
10 gno praeponitur. sic enim Dialectici uocant uniuersales, ac particulares uoces, reddere sensum contradictoriū. si uero postponatur sensum contrariū, unde non omnis idē est, quod aliquis nō, sed ois non, idē est, qđ nullus, & contrario nonnullus significat aliquē. nullus non si significat omnē, eodē modo, nō aliquis, nullus est, aliquis non, simplicem suam habet significationē.

## EPIGRAMMA CXXVII. AD FLACCVM.

**L**ITIGAT ET PODAGRA. Lepidus iocus in Diodori auaritiā, qui nihil parano suauiterbat. hic ad hunc

## Ad Scironē, de fellatore qđdam. Epig. CXXV.

Sinō molestū est, teq; nō piget Sciron,  
Nā rogamus pauca uerba Materno  
Dicis i aure, sic ut audiat solus.  
Amator ille tristiū lacernarum,  
Et heticatus, atque leucopheatus,  
Qui rorinatos non putat uiros esse,  
Amethystinasq; muliere uocat uestes,  
Natura laudat, habeat, & licet semper  
Fustos colores, galbanos habet mores,  
Rogabit, unde suspicer uirū molle.  
Vna lauamur, aspicit nihil sursum,  
Sed spectat oculis deuorantibus draucos,  
Nec otiosus mentulas uidet labris.  
Queris quis hic sit? exidit mihi nomen j

## Ad Naeuolū caufidicū. Epig. CXXVI.

Cū clamāt omnes, loquens tu Naeuole semper,  
Et te patronū, caufidicūq; putas.  
Hac ratioē potest nemo non esse disertus.  
Ecce tacent omnes, Naeuole dic aliquid j

## Ad Flaccū. Epig. CXXVII.

Litigat, & podagra Diodorus Flaccē laborat,  
Sed nil patrono porrigit, haec chiragra est j

## Ad Calenū auarū. Epig. CXXVIII.

Non plenū modo uicies habebas,  
Sed tam prodigus, atque liberalis,  
Et tam lautus eras Calene, ut omnes  
Optarent tibi centies amici.

usurpatur. Nam ex praepositio aliquando priuatiua est. Ennius namibus explebant sese, terrisq; replebant. Virg. Discedā explebo numerum, reddarq; tenebris. Vterque expleunt pro explente scripsere. suppleo, quod est in deficientis locum aliud pono, a quo supplementum. Curtius. Missō illuc militum supplemento ad se uocat. compleo, impleo. perficio. Virg. Vterūq; armato milite complet. Item a plenus plene, et plenum aduerbia, & comparatiua, superlatiuaq; eorum & quod a quibus

damisurpatur plenitudo. VICIES. supple sestertium. CENTIES. Sestertiū. SEPTIMAS CALENDAS. Septem menses, quorum initia Calendae sunt, de quibus superius diximus. QUATTUOR MORTES. Quatuor hereditates, quas tuorum morte consecutus es. CENTIES. Sestertium. IN TANTAM ESURITIONEM. In tantam paritatem, atq; auaritiā. NIGRAE. Aeneae, in qua non sit admistum argentum. SELIBRA. Dimidia libra, assis minima pars sextula erat. hoc est sexta pars uncae. semuncia media pars. ut selibra media libra, haec nomina ideo monetis imposita fuerunt, ut superius diximus, quia populus Romanus ante Pyrrhum regem deuictum non est usus numo signato, sed tantum penso aere. PLUMBĒA. Non ex plumbo, nunquam. n. ex eo metallo factae sunt monetae, sed plūbea nigra. liuida ad similitudinem plumbi, de quo superius diximus. MILLIES. Sestertium. HOC SI CONTIGERIT FAME PERIBIS. Si tantum crescat auaritia a centum Sestertijs ad mille, quantum creuit a uiginti ad centum necesse erit te fame perire.

## EPIGRAMMA CXXIX. DE AFRA VETVLA.

**M**AMMAS, ATQVE TVTAS. Afram deridet, quod iam aetate confecta puerilibus uerbis, quasi tum primum sari inciperet, ueretur, matrem mammam. patrem tatam appellans, putansq; se hoc modo puellam adhuc censeri posse. MAMMAS, ATQVE TATA S. Matres. & patres. sic enim  
30 pueri, dum primum incipiunt sari, parentes appellant. Cato. Cum abum, ac potionem buas, ac papas docent, & matrem mammam, patrem Tatam. MAXIMA MAMMA. Abauia, nam patrum, & matrum appellatione auia, proauia, abauia. Item auia proauia. abauia continentur. itaq; magnus pater auus est, maior pater proauus, maximus pater abauus. Item magna mater auia, maior mater proauia, maxima ma-

40 uber dicitur, unde mammosa, siue mammeata mulier dicitur, quae magna habet ubera. Plau. Cuius amicitiam mammeatam uidimus. a mamma etiam fit mamilla diminutiuum, quae primam syllabam corripit. Inue. illa loqui recta facie, striētisq; mamillis. & mamillare amicali genus, quo ubera mulierēs tegere consueuerunt. Martia. de mamillari. Taurino poterat pectus constringere tergo.

Nam pellic mammas non capit ista tuas.  
Item Mamilla nomen proprium mulieris. Mamuliorum familia a Mamilia Telageni filia, qua Thuscili procreati feruntur, est appellata. Mamilia turris intra Suburrae regionem a Mamilio nomen accepit.

## EPIGRAMMA CXXX. DE DEMETRIO.

**I**LLA MANVS QVONDAM. Dulce epitaphium Demetrii, qui seruus, ac notarius fuit Martialis & paulo ante mortem ab eo manumissus. MANVS FIDASTVDIORVM MEORVM. Quae a me lucubrata fideliter scribebat, & sine mendis. FELIX DOMINO. Propter quod dominus erat felix, uel felix, hoc est utilis, & commoda domino. NOTA CAESARIBVS. Qui epigrammata mea manu illius scripta saepe legerūt. VIRIDES ANNOS.







## EPIGRAMMA CXXVI. AD NAEVOLVM.

**C**VM CLAMANT OMNES. Face te deridet Naeuolum ineptum auisidicum, qui nunquam nisi cæteris clamantibus loquebatur, nequis eum audiret, et tamen uideretur aliquid agere. NEMO NON. Constat enim negationem quædo alicui si-  
 10 gno præponitur. sic enim Dialectica uocant uniuersales, ac particulares uoces, reddere sensum contradictorij. si uero postponatur sensum contrarij, unde non omnis id est, quod aliquis nõ, sed ois non, id est, quod nullus, & contrario nonnullus significat aliquem. nullus non si significat omnem, eodem modo, nõ aliquis, nullus est, aliquis non, simplicem suam habet significationem.

## EPIGRAMMA CXXVII. AD FLACCVM.

**L**ITIGAT ET PODAGRA. Lepidus iocus in Diodori auaritiã, qui nihil patrono suo porrigebat. hic podagra uexabatur. Martialis per iocum chiram hanc esse dicit, quod nihil patrono porrigat. quid podagra, quid chiragra sit, & quæ horum uocabulorum ratio, superius diximus.

## EPIGRAMMA CXXVIII. AD CALENVM.

**N**ON PLENUM MODO. Lepidissimum Epigramma in Caleni auaritiã, hic cum pauper munificus esset, ac liberalis, omnes ei diuitias optabant. factus uero morte propinquorum diues, auarissimus euasit. quapropter imprecatur ei Martia. Ut ex diuite ditissimus fiat, quo crescente in summum auaritia tandem ob nimiam parsimoniã fame moriatur. NON PLENUM. Non plene hoc est non perfecte, non integre. plenum proprie dicimus, quod uacuo contrarium est, hoc est illud, in quo nihil est uacui sed integrum, atque perfectum est, & a græco deducitur. nam græca πληρη plenum dicunt. & πληρω impleo, quod ab in præpositione, & ipsa uoce componitur, requiritur; ablatiuum sine præpositione. ut impleui nauem frumento, interdum etiam ablatiuum cum præpositione de, ut impleui nauem de omni genere frumenti, quo modo etiam refectio usurpatur. Cicero. Quod si tantam uim rerum maximarum arte sua rhetorica amplecterentur, quærebat cur de proœmijs, & epilogis, & de huiusmodi nugis (sic enim appellat) referti essent eorum libri. hic nequaquam licuisset sine præpositione loqui. non enim libri illi referti sunt proœmijs, & epilogis, sed præceptis proœmiorum, et epilogorum. Item ab eodem impleo eiusdem significationis. expleo, quod modo pro impleo capitur. Varro. Maroreq; & lacrymis domum expleuit. modo pro satio. Virg. Improbus illum ueni, rarisq; loquacibus explet. hoc tamen expleri, & satuari differunt, quod expleri sine fastidio est, satuari uero cum fastidio. est etiam quando expleo pro minuo usurpatur. Nam ex præpositio aliquando priuatiua est. Ennius nauibus explebant sese, terrisq; replebant. Virg. Discedã explebo numerum, reddãq; tenebris. Veteres expleunt pro explere scribere. suppleo, quod est in deficientis locum aliud pono, a quo supplementum. Curtius. Misso illuc militum supplemento ad se uocat. compleo, impleo. perficio. Virg. Vteriq; armato milite complet. Item a plenus plene, et plenum aduerbia, & comparatiua, superlatiuaq; eorum & quod a quibus

dam usurpatur plenitudo. VICIES. supplesestertium. CENTIES. Sestertiũ. SEPTIMAS CALENDAS. Septem menses, quorum initia Calendæ sunt, de quibus superius diximus. QUATTUOR MORTES. Quatuor hereditates, quas tuorum morte consecutus es. CENTIES. Sestertium. IN TANTAM ESURITIONEM. In tantam paritatem, atque auaritiã. NIGRAE. Aeneã, in qua non sit admistum argentum. SELIBRA. Dimidia libra, assis minima pars sexula erat. hoc est sexta pars unæ. semicia media pars. ut selibra media libra, hæc nomina ideo monetis imposita fuerunt, ut superius diximus, quia populus Romanus ante Pyrrhum regem deuictum non est usus numo signato, sed tantum penso ære. PLUMBÆA. Non ex plumbo, nunquam. n. ex eo metallo factæ sunt monetae, sed plumbæa nigra. liuida ad similitudinem plumbi, de quo superius diximus. MILLIES. Sestertium. HOC SI CONTIGERIT FAME PERIBIS. Si tantum crescet auaritia a centum Sestertijs ad mille, quantum creuit a uiginti ad centum necesse erit te fame perire.

## EPIGRAMMA CXXIX. DE AFRA VETVLA.

**M**AMMAS, ATQVE TVTAS. Afram deridet, quod iam ætate confecta puerilibus uerbis, quasi tum primum sari inciperet, uteretur, matrem mammam. patrem tatam appellans, putansq; se hoc modo puellam adhuc censeri posse. MAMMAS, ATQVE TATAS. Matres. & patres. sic enim pueri, dum primum incipiunt sari, parentes appellant. Cato. Cum cibum, ac potionem buas, ac papas docent, & matrem mammam, patrem Tatam. MAXIMA MAMMA. Abauia, nam patrum, & matrum appellatione auia, proauia, abauia. Item auia proauia. abauia continentur. itaq; magnus pater auus est, maior pater proauus, maximus pater abauus. Item magna mater auia, maior mater proauia, maxima mater abauia. proprie autem mamma papillam significat, quæ et uber dicitur, unde mammosa, siue mammeata mulier dicitur, quæ magna habet ubera. Plautus. Cuius amantem mammeatam uidimus. a mamma etiam fit mamilla diminutiuum, quæ primam syllabam corripit. Inue. illa loqui recta facie, strictisq; mamillis. & mamillare amicali genus, quo ubera mulieres tegere consueuerunt. Martia. de mamillari. Taurino poterat pectus constringere tergo. Nam pellic mammas non capit ista tuas. Item Mamilla nomen proprium mulieris. Mamuliorum familia a Mamilla Telageni filia, qua Thuscili procreati feruntur, est appellata. Mamilla turris intra Suburrae regionem a Mamilio nomen accepit.

## EPIGRAMMA CXXX. DE DEMETRIO.

**I**LLA MANVS QVONDAM. Dulce epitaphium Demetrii, qui seruus, ac notarius fuit Martialis & paulo ante mortem ab eo manumissus. MANVS FIDASTVDIORVM MEORVM. Quæ a me lucubrata fideliter conscribat, & sine mendis. FELIX DOMINO. Propter quæ dominus erat felix, uel felix, hoc est utilis, & commoda domino. NOTA CAESARIBVS. Qui epigrammata mea manu illius scripta sepe legerunt. VIRIDES ANNOS.



Adolescentiæ annos, tractum à plantis, & satis, quæ tum maxime uirent, cum non dum desuerunt crescere. hæc enim ætas (ut Cato inquit) uivissima est. **QUARTA TRIBUS LVSTRIS ADDITA MESSIS ERAT.** Duo deuiginti annos ætatis annum agebat, quod tempus maxime floridum putatur. **MESSIS.** annus. Poeta enim messem aristam ætatem. consulem frequentissime pro anno usurpant. quoniam hæc semel singulis quibusque annis contingunt. Sic solem pro die lunam pro mense accipiunt, quia sol singulis diebus cursum ad motum cæli peragat. Luna singulis mensibus proprium. Est autem proprie messis decerptio fructuum, & aliquando ipsa seges iam matura, nec solum de frugibus dicitur, sed etiam de uua. unde & metere quoque tam de uua, quam de segetibus dicimus. Virgil. Postremo metito. i. uindemato. à meto fit mesfor. & messio pro ipsa messe. & compositum demeto, idem, quod meto. Metior uero, quando quartæ coniugationis est, significat mensuro, & à græco deducitur, quod est μέτρον. unde & metrum apud eos mensura uocatur. & quoniam mensurantur uersus, à nostris dicuntur metra. & metreta uas est ad mensurandum, quod & sextarium dicitur. Metri etiam aliquando pro transmeare accipitur. Virgil. Inuictis bipedum cursu metitur equorum. facitque in supino mensum. à quo mensores appellantur agrorum definitores. & demensum, esumatum, uel æquatum, ac mensuratum dicimus. Cicero. Quæ non insidijs, sed aperte, & palam elaborat, ut uerba uerbis, quasi demensa, & paria respondeant. Terentius. Quod ille unquam uix demensio suo suum de fraudans genium comparit miser. Hinc mensuro uerbum derivatur eiusdem significationis. & mensura, & secundum quosdam medius, quamuis nos à græco potius dicimus medium putamus, quod græci μέτρον dicunt. est autem proprie medium, quod mensuratum æqualiter distat ab extremis. quamuis medium uocamus quicquid inter duo extrema est, etiam si non æqualiter distet. Virgil. iam medium tenuere rates. item medium commune. Ut in medium uenit, in medium quærebat. in medio sunt. è medio discesserunt. ite manifestum. idem. Medioque ex hoste recipi. Aliquando intercedentem incongruum. in portuum. Idem. Nequis scire dolos, medius uel occurrere possit. Hic media uocabula appellamus, quæ in bonam, & in malam partem accipi possunt. *μέτρον* à græcis dicitur. ut tempestas. ualendo facinus. dolus. gratia. industria. periculum. uenenum. contingunt. & apud ueteres honor. nam etiam malus honor dicebatur, & si significat iniuriam. à medius fit dimidius eiusdem significationis, quasi per medium diuisus. & dimidio uerbum, per medium diuisio. & medietas, ac dimidietas, hoc est media pars. & dimidiatum, quasi dismediatum, hoc est in duas partes diuisum. Nam dimidiatum dicitur recte, nisi quod diuisum est, non potest itaque à dimidio differre. nam dimidium est, non quod ipsum dimidiatum, sed quod ex dimidiato pars altera est. & ita cum partem dimidiam libri legisse uolumus dicere, aut partem dimidium fabule audisse, dimidiatum librum, aut dimidiatam fabulam dicimus. Totum enim ipsum, quod dimidiatum, atque diuisum est, dimidium dicimus. ita & dimidiam horam, uel partem dimidiam horæ. Contra autem dimidium auri. dimidium obsonij. et qui ex mille denarijs, qui ei debebantur, quingentos recepit, dimidium se recepisse dicit, non dimidiatum. & sicut argentus scyphus cum alio communis in partes duas diuisus sit, dimidiatum dicemus, non dimidium scyphum. Argenti autem, quod in scypho inest, dimidium dicemus. & mediastinus balnearum, ædiumque minister, & curator. Lucius. Viliicum Aristocratem mediastinum, atque bubulcum. Cato. ille imperator, tu illi, ac cæteris mediastinus. et mediocrimus, medius proximus.

à quo mediocrime aduerbium. & mediterraneus à mari remotus, quasi in media terra. & medesotius magistratus, qui olim in campania summus habebatur. & mediocris, medium tenens. modestus. à quo mediocriter aduerbium, modeste. & mediocritas, medium, modesta, moderatio. Cicero. Eadem ratio est habenda uestibus. sic in plerisque rebus mediocritas optima est. Lucius. Paulo hoc melius, quam mediocre. hoc minus multum, quam quod pessimum. Terentius. Et tamen hæc omnia mediocriter. & medulla, quod in ossibus media sit, à quo fit aduerbium medullitus, quod significat ex intimo, uel intime. Plautus. Ostendit se iam mihi medullitus infidelem nunquam dum uiuam fore. Varro. Medullitus aquiloniam intus seruat frigiditatem. & emedullo uerbum, quod proprie est medullam extrahere. Plinius. de limonio. Item graecolentiam alarum emendat radice emedullat. & unca in uini salerni eminis tribus decem. aliquando tamen per translationem capitur pro declaro. Plautus. Narratam nobis omnem, atque emedulla. & medeor, quia medys quibusdam, hoc est temperatis rebus hoc fieri oportet. à quo medicor. medicus. medicina. medicamentum. medicamen. medela. nota si significationis. item medicabilis, cui adhiberi medicina potest. Ouidius. Hei mihi quod nullis amor est medicabilis herbis. & remedium medicamentum. cura. medicina. et protomedicus, qui princeps est medicorum, & græca uoce, sed apud nostros quoque usitata archiatrus dicitur. medicamentum tamen aliquando pro ueneno accipitur, sicut uenenum pro medicamento, quoniam græci utrumque pharmon uocant. à quo pharmon polæ, qui medicinas conficiunt, ac uendunt. Caius iuriconsultus, qui uenenum dicit, adijcere debet bonum, uel malum. Nam & medicamenta uenena sunt, quia eo nomine omne continentur, quod adhibetur, naturam eius, cui adhibetur est, mutat, cum id, quod nos uenenum appellamus, græci pharmon dicitur. et apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur. & meditor secundum quosdam, quasi medio animo uerso. meditari enim proprie est cogitare. Plautus. Prius ipse mecum uolo hic meditari. Terentius, Venit meditabundus adiciunde. aliquando tamen meditari pro exercere accipitur. Virgilius, Nec iam fertiuum Dido meditatatur amorem. Idem, syluestre tenui musam meditaris auena. unde meditatio fit, quæ modo cogitationem, modo exercitationem significat. nos meditor à græco potius deductum existimamus. L. litera in d. conuersa. etenim græci μέτρον meditor dicunt, & μέτρον meditationem exercitationem. declamationem. à meditor etiam meditabundus deducitur, hoc est cogitabundus, & meditabunde aduerbium cogitabunde, & meditullum locus meditationis, & exercitij, & meditatum cogitatum, à quo meditatio uerba à græcatis appellantur, quod sensum quendam meditando uidentur habere. medica herba non à medendo, sed à Medys nomen habet, quod à Medys in Græciam translata fuit, quo tempore eam prouinciam inuaserunt. plena hæc est uentis regio trium foliorum & semper uirens. cuius natura est, ut ubi semel seratur pluribus postea annis sponte proveniat. Virgil. Cum te quoque medica putres accipiunt sulca. Medici autem à Media prouincia appellati sunt, quæ in Asia est contermina Assyriæ. Persiæ, & mari hyrcano, à Medo medea filio ita nominata. Item à metior meta deducitur, quod proprie terminum significat, quo a grorum mensores utebantur. hinc peruenisse ad metam dicimus, qui iter, aut aliquid aliud opus perferunt. accipitur tamen meta etiam pro inferiore parte molis ut superius diximus. sicut Catullus pro superiore. & pyramidæ quoque significat, quod a grorum terminos pyramidalis formæ effigiari mos fuerit. à meta fit uerbum metior primæ coniugationis. est autem proprie metari metas in agris terminandi gratia.



disponere, hinc usus inualuit, ut simpliciter pro disponere, ac parare usurpetur. Virgi. si pinguis agros metabere campi, densa seve. Caelius. Omnes simul ad terram cum classe accidunt, nauibus, atq; scaphis egrediuntur locorum dispositores. et com metabulum, uirgæ siue baculus, quo agros metuntur. abusiue tamen commetabula dicuntur etiam uirgæ, quas homines portare soliti sunt ad sacrificia pergentes, ut à se homines amoueat. meta uero, cum in fine acuitur, græca præpositio est, quæ aliquando cum, aliquando trans significat, à qua Meta ponium quasi transponium dictum Italia oppidum in sinu Tarentino. Et Metaplasmus, quod dici ad uerbum trãssformatio potest. est autem translatio quædam recti, solitiq; sermonis in alterã speciem uel metri, uel ornatus, uel necessitatis gratia. Et metathesis hoc est transpositio Et Metamorphosis transfiguratio, Et Metalepsis figura, quam modo transumptiuam, modo transpositiuam, modo translatiuam uocamus. Virgil. Post aliquot mea re gna uidens mirabor aristas, hoc est segetes. Et metaphora, quæ à Cice. translatio dicitur, sitq; cum nomen, aut uerbu ex proprio loco in eum transferitur, in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est, ut classiq; immittit habenas. Et ferrumq; armare ueneno, Et in hoc ultimo Metaphora hoc est translatio duplex est. Nam Et uenenum armare, et ferrum armare translatio est. TRIBVS LVSTRIS. Tribus quinqueuicis. CAVIMVS. Vitauimus. cauere. n. uitate est. Et aliquando cum negatione, aliquando sine negatione ponitur eadem manente significatione. ut caue cuiquæ hoc dicas. Et caue, ne cuiquam hoc dicas. interdum etiam caue re ponitur pro eo, quod est animaduertere, Et diligenter attendere. Plau. caue nemo id intelligat. Hinc cautus dicitur prudens, Et qui sibi scit cauere. Saepè tamen Et pro eo, cui cauetur accipitur. Et per synopen dicitur cautus, à quo Catones uocati. Itẽ cautio, Et cautela. V eteres tamen cautionem dicebant, quam nunc dicimus cautionem. et causa, de qua cum eius derivatis superius diximus. et caute aduerbium, hoc est prudenter. callide Et comparatiua, ac superlatiua eorum cautior. cautissimus. cautius. cautissime. Et cauillor uerbum, de quo superius locuti sumus, quod id sine astu, ac calliditate fieri non possit, à quo cauillator. cauillatrix. cauillatio. et præcauco compositu, quod est ante caueo. FAMVLVS. Seruus, de quo paulo superius diximus. SCELERATA LVES. Grauis Et pes silens morbus. IMPLICITVM. In festum morbo. IVS DOMINI. Imperium, quod in eum habebam. REMISIMVS. Condonauimus. PATRONVM. Hoc, ut superius diximus, est relatiuum liberti.

1011  
EPIGRAMMA CXXXI. AD LYCORIVM.

1011  
**Q**VI PINXIT VENEREM. Facetum distichon de tabella lycorij, in qua uenus picta erat de formi facie. BLANDITVS EST MINERVAE. Quoniam scilicet hanc pinxit deformem. Nam Minerva aliã ægre tulerat Venerem iudicio Paridis sibi in pulchritudine fuisse prælatam, nota est fibula. orta olim inter Iunonem. Mineruam. Et Venerem de pomo aureo, quod inter illas discordia iactauerat, contentione, quoniam in eo scriptum erat. pulchriori deur. iudicium à Ione Paridi delegatum fuisse, cui cum Pallas, si pro se iudicaret, rerum omnium scientiã, Iuno ingentis diuitias, ac regna. Venus uero pulcherrimam mulierem promisit. Paridem tandem sententiam pro Venerem tulisse, quod duæ reliquæ deæ graui,

1011  
qui pinxit Venerẽ tuã Lycoru, Blanditus, puto, putoz est Mineruæ;

Et iniquo animo tulerunt. Virgilius. Manet alta mente repostum iudicium Paridis, spectatq; iniuria formæ.

1012  
EPIGRAMMA CXXXII. AD SCAEVOLAM.

1012  
**S**I DEDERINT SVPERI. Scæuole auaritiã carpit, qui cum paupertate uexaretur, iactare uulgo solebat se, siquãdo diues foret, splendidissime, lautissimiq; uicturum. postea uero diues factus, omnium auarissimus fuit. NON DVM IVSTVS EQVES. Quia non dũ poterat esse uerus eques. statutum quippe erat, nequis pro equite haberetur, cuius census non ascenderet ad quadringenta sextertia. DECIES CENTVM MILLIA. Sesterrium scilicet. V eteres, ut superius diximus, non numerabant ultra centum millia. Itaq; hic numerus et hodie multiplicatur. dicimus enim bis centena millia, decies centena millia, ac etiam sæpius à centum fit ducenti. trecenti. quadringenti. quingenti. sexcenti. septingenti. octingenti. noningenti. Item centies. ducenties. tricenties, quadringenties. quingenties. sexcenties. septingenties. octingenties. noningenties. Item centesimus. ducentessimus. trecentissimus. quadringentesimus. quingentesimus. sexcentessimus. septingentesimus. octingentesimus. noningentesimus. Item centenus. ducentenus. trecentenus. quadringentenus. quingentenus. sexcentenus. septingentenus. octingentenus. noningentenus. Item centuplus. ducentuplus. tricentuplus. quadringentuplus. quingentuplus. sexcentuplus. septingentuplus. octingentuplus. noningentuplus. præterea centimanus, qui centum manus habet. centipes, qui centum pedes. centipeda uermis, qui Et scolopendra, Et multipeda dicitur, Et centurio, de quo superius locuti sumus, qui Et centurionus dicitur sicut decurio decurionus, Et ab eo suacenturio uerbum, à quo suacenturiatus, Et suacenturia. Et centuria, quæ sub uno centurione erat, quarum centenarius iustus erat numerus. Item centuria in agris ducenta iugera, quia Romulus centenis ambus ducenta iugera tribuit. Et centuriatus ager in ducenta iugera definitus. Et centuriata comitia, quia populus per centenas turmas diuisus erat, Et centumuir magistratus, qui ad iudicandum præerant, à quibus centumuiralia iudicia appellata. Nam cum essent Romæ XXXV tribus, quæ Et curiæ uocatae sunt, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, Et liceret quandoq; amplius, quàm centum fuerunt tamen quo facilius nominaretur, cent uiri sunt nominati et centenaria cœna, in quibus lege licentia non plus centissibus, hoc est centum assibus impendebatur, qui erant numi breues ex ære, Et centones à uillorum multitudine, quoniam finitus numerus pro infinito ponitur. sunt. n. stragula grossiora uillis passim pendentibus, quibus Et lecti uillissimarum personarũ steruntur, Et tabernacula, omnisq; castrensis suppellex pluuiofo tempore uelantur. Macro. Tremellius uero scrophæ cognominatus est. euentu tali. erat. n. cum omni familia, ac liberis in uilla. ferui eius cum de uicino scrophæ erraret, subreptam conficiunt. uicinus aduocatis custodibus, omnia circumuenit, nequa efferrî possit. isq; ad dominum appellat restitui sibi pendem. Tremellius, qui ex uillico re comperisset scrophæ cadauer subcentonibus collocat, super quos uxor cubabat quaestorem uicino permittit. cum uentum est ad cubiculum uerba iurationis concipit nullam esse in sua uilla scropham nisi istam inqt, quæ in cœtonibus iacet lectum mōstrat, hæc facetissima iuratio Tremellio scrophæ cognomentũ dedit. Itẽ centones à græmaticis nostra ætatis dñr, q ex operibus Homeri, apud græcos, apud

1012  
Si dederint superi decies mihi millia centis, Riferunt fauces, Et tribuere Dei.  
Dicitur nodum Sæuola factus equos. Sordidior multo post hoc toga, penula prior.  
Qualiter o uicinis, quæ lator, quæq; hater. Cædunt est facta terq; quaterq; rater, Et Venetani bibitur sex crassa Rubelli.  
Deq; decem plures semper seruatur oliuæ.  
Explicat Et cenam uicinia mensa duas. In us o fallax, atq; inficator carnis,  
Aue uicue, aut decies Sæuola xadde Dors.



Epig. CXXXIII. P icto, qd iuga delicta collo Pardus sustinet; improbos tigres Indulget patientia flagello, Mordent aurea, qd lupata ceruis, Qd freno Libyri domaturs ursi, Et qnta Calydon tulisse ferē, Parvū purpureis aper capis, Turpes effeda, qd trahit bisōnes, Et molles dare iussa qd chorcas Nigro bellua nil negat ingro, Quis spectacula nō puer deosq; Hæc trahit tm, ut miora, qd Venatus huales uidet leonē, Qs uelox leporū timor fatigat. Dimittit, repetit, amāq; captos, Et securior ē i ore præda, Laxos rui dat, puosq; rictus

nostros Virgilij carmina hinc inde delecta sumpserunt, et nomen aliquod opus composuerunt, et centum capita herba, de qua superius diximus. LARGE. Profuse liberaliter. largiri enim est profuse donare, a quo largitio expensa, quæ fit ad aucupandum suorem in petitione magistratum, et largitas profusio. Turpillius. O dic mihi an oblita es eius crebras mansiones ad amicam, et sumpti largitatem, et large ad uerbum, a quo fit diminutiuum larguscule. Item largior largissimus. largus. largissime. CALCEVS. Indumentum pedis, quod fit ex pellibus animalium. a calce autem calceus de duatur. calx postrema pars pedis est, qui et pes imus appellatur. Virg. Ecce uolat, calcemq; terit iam calce Dioces, unde etiā pro extremo, et sine sepe numero usurpatur. ut cum diamus, a uertice ad calcem, hoc ē a primario ad finem quod perinde est, ac si diceretur a capite ad pedes. ab hoc fit calcaneus posterior pars imi pedis globosa, et calco, a quo calcamentum, et calcamen. et calcatus quartæ declinationis pro calcamento. Plyn. Itaq; longo itinere sine calcatu atteruntur pedes, et calcar equorum ac iumentorum stimulus, quod ad calcem alligatur. et calatro uerbum, quod est pede percussio, a quo recalatro, et calatratum, et calatratio, et calatro calatronis, qui calibus infestat. Celli. Equus mordax, et calcitro. Plau. Clamat procul siquem uidet ire a se calatronem. et calco uerbum, quod proprie est pede compresso. ponitur tamē pro compresso simpliciter, a quo calculus, breuis, ac politus lapillus terræ ad mæstus, ita dictus, quod ob paruitatem sine molestia calcetur. Ouid. Per quas numerabilis alte calculus omnis erat. Unde et pro serupo ponitur. Martia. Calculus hic gemino discolor hoste perit, et pro minima parte ponderis, quæ continet duo grana. ab hoc fit calculator, hoc ē computator, a quo calculatrix, computatrix, et calculatio computatio, quod calculus manus tenentes numeros componamus. Item a calco. in calco, quod est in farcio, in spisso, a quo incalculator. incalculator. incalcatio, et calcoor calce, a quo concalcatio. et calcitra, quod tomentum, siue pluma siue aliud quid simile in ea calcetur. calcitula uero fasciculus quidam ligneus in sacris dicebatur. et calx foemini generis qua uelut glutino unguuntur cemente, quod in edificijs calcetur, a quo calcata edificia dicuntur calce polita. et fornax calcatoria, in qua calx decoquitur. SARCTA. Resarcta redinte gratia. CVTE. Pelle, ex qua fiunt calcei. EXPLICAT ET COENAS VNICA MENSA DVAS. Quia pars eorum, quæ appositæ sunt seruantur in alteram coenam. mensa a mandendo dicta est, siue qd manditur, nam modo discum significat Virg. Postquam exempta fames epulis, mensæq; remotæ, modo ipsa cibaria. Unde secunda mensa dicuntur abi, uui secundo loco apponuntur. Idem, non ego te dijs, et mensis accepta secundis transierim Rhodia. Aliquando etiam capitur pro quadra, siue orbe, de quibus superius diximus. Idem. Heus etiam mensas consumimus inquit iulus. Item mensa per translationem etiam pro alijs discis accipitur, nam et numulariorum disci mensæ uocantur, a quo numularij appellatur mæsarij. dicitur et abacus uocabulo a græcis sumpto, apud quos ἀβάξ nuncupatur. FEX CRASSA VEIENTANI RUBELLI. Veij urbs fuit insignis, maxime bellorum frequentia cum Romanis, quam tandem cepit Camillus, et ad quam transferre se aliquando Romani cogitauerunt unde Nerone domum illam amplissimam Romæ edificante editi in eius contumeliam fuerunt illi uersus. Roma domus fiet, ueios mi grate quirites. si non et ueios occupat ista domus. a ueis ueientes, et ueientanus deducuntur. hinc ueientana uina appellata, quæ pessima erant, et dilutū ruborem, ac fecis plurimum habebant. Persius, ueientanumq;

In Nomentanis Ouidi qd nascitur ægeis, Exiit anosa mores, nomenq; senectas, Et quicquid uoluit, testa uocatur anus;

rubellum exhalet uapida lasum pice sessilis obba. Horatius, Qui ueientanum festis potare diebus. ASSE. Vili moneta ex ære. siquidem decem. et aliquando sexdecim assibus denarius permuabatur. VENVVS. Coitus meretricis. INFICIATOR. Qui debitum negat, de quo superius diximus. IN IVS. In forum, ubi ius dicitur. VIVE. Indulge uitæ. hoc est enim uiuere apud Martialem. sic alibi. frange toros, pete uina, rosas cape. tingere Nardo. ipse iubet mortis te meminisse deus. Virg. Pone merum, et talos. pereat qui crastina curat, mors aurem uellens, uiuite ait, uenio. DECIES. Centum millia scilicet, quia non obseruas, quod dijs promissum.

EPIGRAMMA CXXXIII. DE VENATIONE LEONVM, ET LEPORVM.

P ICTO QVOD IUGA DELICTATA COLLO. Rursus Leporū, ac Leonum lusus admiratur anteponeus hoc spectaculum ceteris uenatibus, et clementiæ, ac mansuetudini Cesaris hoc tribuens, quam feræ quoq; conantur imitari. INDVLGENT. Concedunt. præstant, exhibent, de quo superius diximus. CALYDON. Vrbs Aetoliæ, de qua supra dictum est. Vbi Meleager aprum interfecit. ESSEDA. Vehicula. Esse dum uehicle genus est, quo galli utebantur apud belgas galliæ ciuitatem reperiunt, quemadmodum etiam petoritum, quod gallicum uocabulum est, ut Varro scribit, quamuis sint, qui ex græco uocabulo, ac latino compositū uelint, dictumq; a uoluentis rotis, ut Gellius testatur. NIGRA BELVA. Elephantus. MOLLES CHOREAS. Lasciuas saltationes. diximus superius quam docile animal sit Elephante, et ut sub germania principatu munere gladiatorio, quosdam inconditos motus ædere usus sit saltantium modo. TIMOR VELOX LEPORVM. Timor uelocum leporum, LAXOS RICTVS. Patientia ora. PERVIOS. Per quos possunt tuto ire. et redire. TIMIDOS. Timentes ne noceant, hoc est ipsi timidi. SED NORVNT CUI SERUIANT LEONES. Ingens laus Domitiani. Leones inquit non arte assequuntur hoc, ut tam benigni sint et clementes, sed faciunt hoc, quia intelligunt principi placere.

EPIGRAMMA CXXXIII. AD OUIDIVM.

I NNOMENTANIS. Laudat uina Nomentani agris, in quo uilla erat Ouidij familiaris sui. sensus est, Nomentanum uinum uetuste fit præstant, ita ut quod uis uinum appellari possit ut puta Chium, aut falernum. aut aliud huiusmodi. nomenū oppidum fuit sabinorum, cuius ager quondam nimis sterilis fuit, postea cura colonorum factus est fertilitate celeberrimus, ubi præsertim campos habuit Seneca excellentis uir ingenij, cuius in prædijs singula iugera cales uini octonos reddidisse plerunq; comperium est. hic Palæmon grammaticus. et. Quid. et Martia. uillas habuere. TESTA ANVS. Dolum inueteratum. nam in mioribus plagis dolijs figulini utebantur, in quibus uina condebant, infodiebantq; terra tota, aut ad portonem situs circa alpes uero lignis uasis utebantur, circulariq;angebant. VOCATUR QVICQVID VOLUIT. Assumit quodcuq; placet nomen. ratio autem cur nomeniana uina uetustate meliora fieret, hæc erat, quod crassitudine fecas

Exiit anosa mores, nomenq; senectas, Et quicquid uoluit, testa uocatur anus;



Interponis aqua subinde Ruffe, Et si cogis a sodale, rara Diluti bibis uicium falerni. Nunq̄ pollicita tibi beata Nortē Neuia, sobriasq̄ matuis Certa nequitias fututionis? Suspiras, retires, gemis, negauit. Cerebras ergo bibas, licet tristes, Et durū iugu- les mero pudore. Quid parvis tibi Ruffe? dormiendū est:—

nudo fecis ea optime tuebatur. Columella. nomentana uine a nobilitate sequuntur amineas, siccitate uero etiam praeueniunt, quippe cum se frequenter impleant. Et quod ediderunt optime tueantur. feracior est minor, nec ita rubet, ut maior. a quo colore rubelle nuncupantur eademq; facinae, quod plus, quam ceterae fecis afferant. Martialis, Nomentana meum tibi dat uindemia bacchum

Si te Quintus amat commodiora bibas. Quoniam scilicet Quintus uetustiora habet, unde alibi ad Quintum scribens inq̄. qd̄ sub rege Numa cōditā uina bibis.

EPIGRAMMA CXXXV. AD RUFVM.

**I** NTERPONIS AQVAM. RUFVM rursus deridet, qui cum sciret Neuiā amantem nequaquam ad se uenturam tam sobrie tamen potabat quasi eam expectaret. SVBINDE. Frequenter. SI COGERIS. Sensus est. semper fere potas

aquam, et si cogis a sodale unum sumere, raro potas paucillum falerni lymphati. si dubitatus coniunctio est. Virgili. Si me fata meū paterentur ducere uitam auspicijs, aliquando pro confirmata accipiunt. Idem uestro si munere tellus Chao uiam pingui glandem nutrauit arista. aliquando utimur si in rebus artis ueruntamen quasi dubitatus, cum scilicet praestitimus aliquid quod, nolimus ex probare. Terentius. Si te in germani fratris dilexi loco. a si deducatur sic aduerbium affirmantis, et o si quod si significat utinam, et sin quod ex si et ne componitur abiecta est, et si significat si uero nunquam enim in prima parte collocatur, sed in secunda, ubi fere duorum est oppositio. Terentius, Si illum relinquo eius uita timeo. sin opitulor huius minus. habet enim quandam uim negationis perinde, ac si diceretur. si autem non relinquo, sed opitulor. aliquando sin solum reperiuntur, sed quod secundum locum obtinet. Sallustius, Imperat ut pretio, si cū multa confecerat insidiato res maxime parat, ac maxime occulte. sin id parum procedat quous modo nūmquam interficiat, id est si potest, occulte si non potest, ut cūq; et si quidem quod ex si et quidem componitur, tamen primam syllabam breuem habet, cum si producta sit significat nam. Quintilianus, Atque natura ipsa uidetur ad tollerandos facilius labores nisi. am nobis dedisse. si quidem remigem cantus hortatur. aliquando tamen si quidem pro si dubitatus coniunctio inuenitur, quod inter nos scire faciale est. Cicero, deinde profectus est id temporis, cum iam Clodius, si quidem eodie Romam uenturus erat, redire potuisset. Ouidius.

Quae mihi uentura est, si quidem uentura senectus. Item et si et tametsi quae pro quamuis accipiuntur, quemadmodum superius diximus, et sine praepositione, quae si significat absq; et sigs. siqua siquid, de quibus differuimus. DILVTI. Lymphati. NEQUITIAS. Lusus. lasciuias. SOBRIAS. Homini sobrijs, temperato enim potu uenus inuatur nimio elanqueat. CERTAE. Explorat. SVSPIRAS. Spiritum a pectore imo trahis. hoc est enim suspirare, quod est sollicitudinis, ac doloris argumentum. ab hoc suspirio deducatur, quod modo ipsam, quam diximus, ab imo pectore suspirationem significat, modo spirandi difficultatem, de qua superius diximus, unde qui eam difficultatem patiuntur appellatur suspiriosus. suspiro autem a spiro compositum est, quod si significat exhalo. Virgilius. Ambrosiaq; comae diuinu uertax odorem spiranere, ab hoc fit spirabile, quod uitale significat et spiraculum spiramentum per quod exit spiritus. et spiritus halitus, nam spiritus. halitus. anima pro eodem usurpā

tur. Plinius. Anima leonis uirius graue, nisi pestilens, hominis tantū anima infia uoluit pluribus modis, et ciborum ac dentium uitjs, sed maxime senio, ut ne id ipsum quidem quo uiuitur in uita uiuaret, parthorum populis hoc praecipue accidit et a iuuenta propter indiscretos cibos, namq; et uino foetent ora nimo. sed sibi proceres midentur grano assirij mali cuius est suauitas praecipua in esculentia addito. spiritus etiam pro aura, et uento ponitur, quae admodum anima a spiritu sit spiritalis, unde spirituales auras dicimus hoc est uitaes. Item a spiro cōposita sunt a spiro, qd̄ si significat fauce, tractū a nauigati bus, quibus spirat: aura fauent. Vir. Aspirat aura in noctem. Idem. aspirat primo fortuna labori, qd̄ si post se accusatum habeat cū praepositione ad si significat modo icubo, et quasi toto spiritu itentus sum, ut sapio aspirat ad cōsulatū, modo accepuenio. Cic. Nūquā aspirant ad curiā, ex piro spiritū reddo. mortior. Lucre. Expirans animā pulmonibus aeger agebat. ab hoc expiratio. i spiro diuino quodā spiritu i metem inuico. Vnde i spiratio. respireo reciprocū spiritu u capio. a quo respiratio. cōspiro. cōiuro. a quo cōspirator. cōspiratrix. cōspiratio, de quo superius locuti sumus. GEMIS. Ploras. Gemere proprie pectoris, cū praepositione in sonū prorumpit. ideo et iumenta sub nimio pondere gemere dicuntur. Item etiā ianimita, cū nimis onusta sunt. Vir. Cernit sub pōdere amba fatilis ponitur tamen gemere pro flere. item pro canere de ijs dicitur at aubus, quae siebilem quendā habent cātū, ut est turtur et columba. Vir. Nec gemere acria cessabit turtur ab ulmo. a gemo fit igneo cōpositū eiusdem significationis. et gemitus ploras seu uox illa, quā diximus pectoris, et gemebūdus ploras, et gemma, qd̄ emittere primū plāta iapit. Ouid. Et noua de necto cortice gemma tumet, qd̄ similis sit lacrymae. a quo gemo uerbu, qd̄ est gemmā emitto. Columella. Cū primū gemmare uites iapiūt. a quo gemasco. Plyn. Atq; ut gemmascere iapiens ligetur calamus, et ab huius gemmae similitudine gemma etiā lapillus uocatur, cuius diminutiuū ē gemmula. a quo gemmatus splendens, seu gemmis ornatus. Papinius. hic ubi sydereo moles gemmata colosso. Item a gemo gemmā tuberculū sub minimo digito pedis, qd̄ gemere faciat eū, qd̄ id gerit. TRIENTES. Triens modo nūmū genus ē, modo mensura quatuor uncias capiens. MERO. Vino puro. non diluto. PARCIS TIBI. Parca uita tua cōsulere. DORMIENDVM EST. Larga potatio nō i pedit somnium sed inuat.

EPIGRAMMA CXXXVI. AD LVCIVM.

**S**AEPE MIHI DICIS. Respondet Lucio sodali suo, qui saepe eū hortatus fuerat, ut scriberet aliquid memoria dignū. et taciturnitatis suae causam afferret, qd̄ nullū sit uirtuti, ac doctrinae praemiu, i quo temporū suorū i felicitatem notat. CAARISSIME IULI. Verba sunt Lucij carissime Martialis. DANOBIS OTIA. Resposio est Martialis. OTIA. Quietem ac uacationem a curis, atq; negotijs. MECOENAS. Hic ex hetruscorū regibus ortus, magne apud Augustum auctoritatis fuit, mire fuit ingenijs, praesertimq; Horatio et Vir quorū alterū, qd̄ bruti partes secutus et ab octauio captus fuerat nō modo seruauit, sed Casari carissimū reddidit, alteri a gros i mātuano a multibus direptos restina fecit et Octauij gratiā, ac beneuolentiam cōciliavit, sic utriq; datū est onū ad scribendū. FLACCO. Horatius Flaccus poeta lyricus fuit libertino patre natus. patria uenusinus dubij apulue, an Lucanus, ut ipse fatetur. Nā ue

Saepe mihi dicis Lucij carissime Martialis, Scribe aliquid magnū, ut scilicet homo es Condē uirtutis sentem p̄ sua curas Et nonne flammis eripuisse meā. In feriles campos noluit iugra ferre iuuenti Pingue solat lassat, sed inuauat ipse labor.



nusinus arat finem sub utriusq; colonus. puer admodum cum parente mi grauit, & difficultatem inopia paternae uicit ingenio. Athenas inuenis petijt, & bello civili bruti partes secutus ē. & tribunatus honorem adeptus, sed bruto deuicto ad Caesarem conuersus fauente Mecenate i eius amicitiam receptus est.

**VIRGILIO.** P. Virgilius maro poeta Mātuanus. omnium & graecorum & latinorum poetarū Homero proximus fuit etiam Domitij a fri auctoritate, qui cum interrogatus fuisset, quem Homero proximum esse existimaret, secundus inquit, est Virg. Propior tamen primo, quā tertio. Mantua urbs gallia est cisalpinā ab Ocio Mantus filio condita. Manto Tyresiae uatis Thebani filia fuit, qui Veneto patre genitus est, & mutatus quondam, ut poeta tradit, in foemnam, post septem annos in uirilem formam redijt. Manto post thebanorum seruitutem primo sub creonte, postea sub theseo, defuncto iam patre ad diuersa loca fertur fugisse, & primo in asiam uenisse, i cuius litore clarij a pollinis sanum aedificauit, deinde in Italiā ubi oppidum socij suis graeci condidit. cumq; interea ex Tyberino thuscorum rege Ocnus ei filius natus esset, qui deinde Biansor cognominatus fuit, & ad ipsum oppidum thuscorum quocq; & Venetorum multitudo confluxisset, arcandedit Ocnus oppidum nuris & i aliam formam redactum a matris nomine mantuam appellauit. Vir. Ille etiam patris agmē aet Ocnus ab oris fatidicae Mantus, & thusci filius annis, qui nurros, matrisq; dedit tibi Mātua nomen. **CONDERE.** componere. **CVRAS.** Operam. **FLAMMIS.** Morte, siquidem mortuorum caduera urebantur, ut superius diximus. **LASSAT.** Fatigat lassum reddit. **IVVAT.** Delectat propter fructum, qui sequitur.

**EPIGRAMMA CXXXVII. AD GALLVM.**

**E**ST TIBI SIT' QVE PRECOR. Lepidum epigramma ad Gallum, in quo eodem fere argumento utitur quo superius usus fuit ad proculum, mitte re. scilicet se librum ut eum saluet, quoniam ipse salutandi officium obire non possit. **MEA COENACVLA.** Mea domus pars prototo. **VIPSANAS LAVRVS.** Laurus Vipsanae porticus, quae a vipsano consule aedificata ē, fontei collegit. erat autem haec porticus a galli domo remotissima. laurus non modo secunda sed etiam quarta declinationis inuenitur. Plyn. Ex ea lauru, quae missa e' caelo minima est altitudine. **FACTVS IN HAC EGO SVM IAM REGIONE SENEX.** Idarco indecens esset me donum mutare, quo tibi fierem propi quior. **MIGRANDVM.** Mutandum domicilium. **EST TANTI.** Tantum apud me ualet officium salutandi, ut mihi ueniendum esset etiam si longus abessem. **VNUM TOGATVM.** Me saluet. **MVLTVM EST HVNC VNUM SI MIHI GALLE NEGŌ.** Multum est si me mihi ipse aufero, & salutandi gratia de sero scribendi prouinciam. **DECIMA HORA.** Post caenam, scilicet prima enim & secunda hora salutabant ueteres Romani, tertia in causis ac iudicijs uersabantur, quarta & quinta incumbebant familiaribus negotijs, sexta & septima partim meridiebantur, partim otio indulgebant, octaua exercebantur palaestris, ac lauabantur, nona cenabant.

**DE ISSA CAELLA, ET PVBLIOPICTORE. EPIGRAMMA CXXXVIII.**

**I**SSA EST PASSERE. Iocatur de issa caella in laudem publii pictoris, qui eam in delitijs habebat, & in tabella, quo eam in mortalem redderet, ita expresserat, ut uera uideretur. de hoc etiam alibi. publicus exiguae suffragrat amora caella.

**ISSA.** Nomen est proprium caellae de qua scribit. fidelissimum omnium animalium homini canis est, & pugnasse aduersus latrones pro domino aliquando legitur. **Caramantum regem canes ducenti ab exilio reducere praedantes contra resistentes colophonij, & castabaleses cohortes canum habere, quae prima i acie dimicabant. canes defendere cimbro caesis dominis eorum plaustris impositis. canis iasone lycio intercepto capere abum noluit, inediaq; consimptus est. uolatum Romano nobilem, qui Celsium ius civile docuit a sturione e' sub urbano redeuntem, cum aduerserit, canis a crassatore defendit. Item Caellium senatorem aegrum placenta ab armatis oppressum, nec prius ille uulneratus est, quam cane intercepto. Item Roma cu' anima duerteretur ex causa Neronis germanici filij in T. Sabinum, & seruitia eius unius ex ijs canis nec a' attere abigi potuit, nec a' corpore recessit abiecto in gradibus gemitorij maestos aedens ululatus magna poro. corona circumstante, ex qua cum quidam ei abum obieisset, ad os defuncti tulit, deinde caduere in Tyberim abiecto, imitauit ad illud summo uixu sustentare conatus multitudine ad spectandam animalis fidem, undiq; confluyente. soli dominum uere. soli uocem. soli nomina sua agnoscent. itinera quamuis longi memnere, nec ulli praeter hominem memoria maior. in uenatu solertia, & sagacitas praecipua est. scrutatur uestigia atq; persequitur ueteres senecta fessos ac debiles sinu ferre aliquid quando uisi sunt, uentos & odorem captantes, prodentesq; rostro cubilia. Indi e' tigris eos uolunt conapi & ob id in syluis coitus tempore fammas alligant. primo, & secundo factu tanquam unius feroces abijciunt, tertio demum educant, hoc idem e' lupis faciunt galli. optimum esse in focu canem dicunt, qui nouissimus ceruere incipit, aut quem primum fert in cubile fera. rabies canum Syrio ardente homini pestifera est. Item morsis laetis aquae metus. quoniam obuiam itur p. XXX eos dies gallinaceo fimo abis canu' admisso, aut si praenerit morbus ueratro. ad morsum uero unicum remedium oraculo quoda' reperit. Plyn. Scripsit, radicem salicet Syluestris rose, quae Cynoroia appellatur. Columella scribit si quadragesimo die, quam sit natus, costretur morsu cauda, summuq; eius articulus auferatur, sequenti neruo exempto, nec caudam crescere, nec canes rabidos fieri. **NEQUIOR.** Laetior iociosior. **PASSERE CATVLLI.** Quem canit Catullus, de quo su pius diximus. **PVRIOR OSCVLO COLUMBAE.** Laudatur in columbis simplicitas. pudicitiam seruant. conubij fidem non uolant. suscipio tantum in ijs est adulterij. tunc plenum guttur murmure, tunc seu rostro ictus, tunc in reconciliacione frequens exosilatio. Lual. Vinct columbos oculis Cn. Martus sinuq; amicitiam rescire frigidam calido columbatum labra consprens labris. **INDICIS LAPILLIS.** Margaritis, quas indicis maxime mittit Oceanus, quamuis & de alijs gemmis possit intelligi. qd si quis obijciat Margaritas, nec lapillos nec gemmas dia, non uidetur Plynium legisse, qui & sucana & murina, & Margaritas inter gemmas, ac lapillos commemorat, nec Varronem qui uniones scribit lapillos esse, qui in canchis reperuntur, nec Horatium, cum scribit. nec magis huic i tra niteos, uiridesq; lapillos, ubi nemo dubitat de margaritis, ac Smaragdus intelligi. **VENTRIS.** Purgandi salicet.**



et. NON FEPELLIT. Non decipit, foedando scilicet.  
LVX *suprema-mors.*

EPIGRAMMA CXXXIX. AD VELOCEM.

**S**CRIBERE ME QVERERIS.  
Facite uelocem arguit reprehendentem se  
quod longiora epigrammata faceret. tu in  
quit breuiora facis, quoniam nihil scribis.

EPIGRAMMA CXL. AD REGVLVM.

Ad Gallū. Epigr. CXXXVII.

Est tibi, sitq; procor, multos erofcatq; p̄ años,  
Pulchra qdem, uerū transtiberina domus.  
At mea uispanas spectat coenacula laurus.  
Factus ē hac ego sū iam regione senex.  
Migrādū est, ut mane domi te Calle salutem,  
Es tanti, uel si longius illa foret.  
Sed tibi nō multū est, unū si praesto togatū.  
Multū est, hūc unū si mihi Calle nego.  
Ipse salutato derima, uel serius hora,  
Mane tibi pro me dicat auere liber:—

De Catella Publi. Epigr. CXXXVIII.

Issa est passere nequior Catulli.  
Issa est purior ofculo columbae.  
Issa est blandior omnibus puellis.  
Issa est carior iudicis lapillis.  
Issa est delirae catella Publi.  
Hanc, tu si queritur, loqui putabis.  
Semit tristicianq; gaudiuq;  
Collo nexa cubat, capitiq; somnos,  
Ut suspiria nulla sentiantur.  
Et desiderio coacta uentris,  
Gutta pallia nō sefellit ulla,  
Sed blādo pede suscitāt, toroq;  
Deponi monet, et rogat lauari.  
Casta tantus inest pudor Catellae,  
Ignorat uenerē, nec inuenimus  
Dignū tam tenera uirū puella.  
Hancina lux rapiat suprema tota,  
Picta Publius expmit tabella,  
In qua tā simile uidebis Issam,  
Vt sit tā similis sibi, nec ipsa.  
Issam denique pone cū tabella,  
Aut utramq; putabis esse uera,  
Aut utraq; putabis esse pictam:—

Ad Velocem. Epigr. CXXXVIII.

Scribere me quereis Velox epigrammata longa.  
Ipse nihil scribis, tu breuiora facis:—

**LOCARE.** Legendo. scilicet quae uana  
et iutilia sunt. INUIDEBIS OTIO TVO.  
Terendo tempus in nugis meis lectitandis. PER QVEM  
NON LICET PERIRE MEIS NVGIS. Qui  
epigrammata mea colligit, uenditq; nec sinit ea perire, hone-  
stus loquendi modus per me nō licet hominem occidere. p me  
non licet hominū abire, hoc est permittam quantum uires

meae sufficient, hominem abire.

EPIGRAMMA CXLIII.  
AD FAVSTINVM.

**H**OS TIBI VICINOS. Fenium  
Thelesporū laudat, quid in prato suo An-  
thillam filiam defunctam mira pietate se-  
peluerit, et epitaphium posuerit. DI-  
GNIOR IPSE LEGI. Quia  
mori ante filiā debuit, unde mox subdit.  
ad Stygias aequum fuerat patrem isse sub umbras.

EPIGRAMMA CXLIII.  
AD PROCILLVM.

**Q**VAEDAM ME CVPIT. Face  
te proalli inuidiam arripit. formosissima i-  
quit me mulier petit ex inuidia moreris. at  
ego uolo turpissimam, iam incipit respira-  
re. ARGENTO. Candidū enī  
est argentum, unde a graecis ἀργύριον  
a nobis argentum uocatur, quod graeci ἀργύριον album di-  
cunt. Homerus uiras ἀργύριον, hinc argema, morbus oculo  
rū dictus est, cū ulcus circuli oculi infestat, quem graeci irim-  
dicunt, latine albugo nūcupatur. argentū in puteis reperitur,  
ex coqui nō potest, nisi cū plūbo nigro, aut cū uena plūbi, quae  
iuxta argenti uenas plerunq; reperitur, gallenā uocant. inue-  
nitur ferē in omnibus prouincijs et ubicunq; una inuenta est  
uena, non procul inuenitur et alia, qd̄ in omni ferē materia  
accidit, unde graeci metalla appellarūt ἀπὸ τοῦ μεταλλοῦ ἄλλα  
ἄφρηθαι. hoc est qd̄ alia post alia inueniantur. a metallo ue-  
ro metalli dicti sunt in re militari quasi mercenarij. Accus. ca-  
loner, famuliq; metalli, caulaeq; a quo nomie caeciliae familie  
metelli cognomen datū putatur. argenti uena, quae i summo re-  
perta est, crudaria appellatur. odor ex argenti fodinis inimi-  
cus est omnibus animalibus, sed maxime canibus. mirū est cū  
albū sit argentū lineas ex eo nigras produci. est lapis in eius  
uenis, ex quo fluit argentū uiuū, qd̄ omnium rerū uenenū ē. itē  
Lapis quoniam candido nitentiq; est tenui et alioquin et a  
min appellat, alij indol, alij atadapru, alij i aduajm, nome-  
li etiā Platyophthalmion, quasi dilatās oculos. πλάτις enī  
latus, ὀφθαλμὸς oculus dicitur, quoniam in calliblepharis  
dilataet oculos, et eorū fluctiones, exulcerationesq; inhibent.  
calliblepharū medicamentū ē accomodatū uitij oculorū, pra-  
sertim cū palpebrae cohaerescūt, et ulcera oculorū male sunt  
curata. nomē habet a pulchritudine genarū, κάλλος enī  
pulchritudo, βλήφαρα genae dicitur. Scoria i argento est,  
quam graeci uocāt helasma. spuma argenti argyritis uocatur,  
sicut auri chrysis, plūbi molybditis. omnis autem fit ex cocta  
sua materia ex superiori catino defluens in inferiorem. distat  
spuma a scoria tanquā a fece. alterū purgentis se materiae, al-  
terū purgatae uitij est. inuenitur et in argentarijs metallis mi-  
nū, et hydrargyrū et cotacula lapis, de qbus superius dixi-  
mus. ab argentū argentarius deducitur hoc est Trapezeta, q  
et mensarius et numularius uocatur, et argentaria argenti  
fodina, et argentarius adiectiuū, unde fabrū argentariū dici-  
mus, et argenteus ex argento. et philargyrus amicus argen-  
ti. et lithargyrus lapis argenteus, et argyrodēs Aetoliae flu-  
uius propter argenteū aquae cādorē, ut qd̄ existimāt, et ar-  
gyranche, de qua superius diximus. LILIO. Liliū  
flos est candidissimus, nobilitate proximus rose, et quadam  
K ij



nusinus arat finem sub utringq; colonus. puer admodum cum parente mi grauit, & difficultatem inopiae paternae uicit ingenio. Athenas inuenis petijt, & bello civili bruti partes secutus ē. & tribunatus honorem adeptus, sed bruto deuictō ad Caesarem conuersus fauente Mecenate i eius amicitiam receptus est.

**VIRGILIO.** P. Virgilius maro poeta Mātuanus. omnium & graecorum & latinorum poetarū Homero proximus fuit etiam Domitij a firi auctoritate, qui cum interrogatus fuisset, quem Homero proximum esse existimaret, secundus inquit, est Virg. Propior tamen primo, quā tertio. Mantua urbs galliae est cisalpinæ ab Octio Mantus filio condita. Manto Tirēsiae uatis Thebani filia fuit, qui Veneto patre genitus est, & mutatus quondam, ut poeta tradit, in faunam, post septem annos in uirilem formam redijt. Manto post thebanorum seruitutem primo sub creonte, postea sub theseo, defuncto iam patre ad diuersa loca fertur fugisse, & primo in asiam uenisse, i cuius litore clarij a pollinis fanum aedificauit, deinde in Italiā ubi oppidum socij suis graecis condidit. cumq; interea ex Tyberino thuscorum rege Ocnus ei filius natus esset, qui deinde Bianor cognominatus fuit, & ad ipsum oppidum thuscorum quoad, & Venetorum multitudo confluxisset, arca dedit Ocnus oppidum nuris & i aliam formam redactum a matris nomine mantuam appellauit. Vir. Ille etiam patrijs agmēci et Ocnus ab oris fatidicæ Mantus, & thusci filius amnis, qui muros, matrisq; dedit tibi Mātua nomen. **CONDERE.** componere. **CVRAS.** Operam. **FLAMMIS.** Morte, siquidem mortuorum caduera urebantur, ut superius diximus. **LASSAT.** Fatigat lassum reddit. **IVVAT.** Delectat propter fructum, qui sequitur.

**EPIGRAMMA CXXXVII. AD GALEVM.**

**E**ST TIBI SIT' QVE PRECOR. Lepidum epigramma ad galum, in quo eodem fere argumento utitur quo superius usus fuit ad proculum, mitte re. scilicet se librum ut eum saluet, quoniam ipse salutandi officium obire non possit. **MEA COENACVLA.** Mea domus pars prototo. **VIPSANAS LAVRVS.** Laurus Vipsanae porticus, quæ a vipsano consule aedificata ē, fontei collegi. erat autem hæc porticus a galli domo remotissima. laurus non modo secunda sed etiam quartæ declinationis inuenitur. **PLYN.** Ex ea lauru, quæ missa e' celo minima est altitudine. **FACTVS IN HAC EGO SVM IAM REGIONE SENEX.** Idcirco indecens esset me donum mutare, quo tibi fierem propi quior. **MIGRANDVM.** Mutandum domicilium. **EST TANTI.** Tantum apud me ualet officium salutandi, ut mihi ueniendum esset etiam si longus abessem. **VNUM TOGATVM.** Me scilicet. **MVLTVM EST HVNC VNVM SIMIHI GALLE NEGŌ.** Multum est si me mihi ipsi aufero, & salutandi gratia desero scribendi prouinciam. **DECIMA HORA.** Post cenam, scilicet prima enim & secunda hora salutabant ueteres Romani, tertia in causis ac iudicijs uersabantur, quarta & quinta incumbebant familiaribus negotijs, sexta & septima partim meridiebantur, partim otio indulgebant, octaua exercebantur palestris, ac lauebantur, nona cenabant.

**DE ISSA CAELLA, ET PVBLIO PICTORE. EPIGRAMMA CXXXVIII.**

**I**SSA EST PASSERE. Iocatur de issa caella in laudem publii pictoris, qui eam in delitijs habebat, & in tabella, quo eam in mortalem redderet, ita expresserat, ut uera uideretur. de hoc etiam alibi. publicus exiguae suffragrat amora caella.

**ISSA.** Nomen est proprium caellæ de qua scribit. fidelissimum omnium animalium homini canis est, & pugnasse aduersus latrones pro domino aliquando legitur. **Caraman-** tum regem canes ducenti ab exilio reducere præliantes contra resistentes. **colophonij,** & **castalenses** cohortes canum habue-

**Ad Regulū. Epigramma. CXL.**

Cum tibi sit sophia pars fama, & cura deorum  
Ingenua pietas, nec minor ipsa tuo.  
Ignorat meritis dare munerera, qui tibi librum,  
Et qui miratur Regule tura dari:—

**In Priscum. Epig. CXLI.**

Cum te non nossem, dñm / regemq; vocabā,  
Cum bene te noui, iam mihi Priscus eris:—

**Ad Lectorem. Epig. CXLII.**

Quercum, lusi iuuenis, & puer quondam,  
Apinasq; nras, quas nec ipse noui. iam  
Male collocare si bonas uoles horas,  
Et inuidebis otio tuo lector,  
A Valeriano Pollio petes quinto,  
Per que perire nō licet meis nugis:—

**Ad Faustina. Epig. CXLIII.**

Hos tibi uirinos, Faustine Telephorus hortos  
Foenius, & breuiā rūs, udaq; prata tenet.  
Condidit hic natae cineres, nomiq; sacrauit,  
Quod legis Annulla. dignior ipse legi.  
Et stygijs aequi fuerat patrem ipse sub ubras.  
Sed quia nō licuit, uiuit ut ossa rotat:—

**In Procllu. Epig. CXLIII.**

Quædam me rûpit inuide Proclle  
Toto candidior puella cygno.  
Argento. niue. lilio. ligustro.  
Sed quandā uolo nocte nigriorem  
Formica. pice. granulo. cicada.  
Iam suspendia seua cogitabas.  
Si noui bene te Proclle, uiues:—

possit intelligi. qd si quis obijciat Margaritas, nec lapillos nec gemmas dici, non uidetur Plynium legisse, qui & suana & murina, & Margaritas inter gemmas, ac lapillos commemorat, nec Varronem qui uniones scribit lapillos esse, qui in canchis reperiuntur, nec Horatium, cum scribit. nec magis huic i tra niueos, uiridesq; lapillos, ubi nemo dubitat de margaritis, ac Smaragdus intelligi. **VENTRIS.** Purgandi scilicet.



et. NON FEPELLIT. Non decepit, foedando scilicet. LVX suprema. mors.

EPIGRAMMA CXXXIX. AD VELOCEM.

**S**CRIBERE ME QVERERIS. Facete uelocem arguit reprehendentem se quod longiora epigrammata faceret. tu inquit breuiora facis, quoniam nihil scribis.

EPIGRAMMA CXL. AD REGVLVM.

**C**VM TIBI SIT SOPHIAE. Facete cum regulo ludit, ne uideatur libros suos ad eum mittens intempestiue forensibus negotiis occupatum interpellare, cum inquit par fama sit et doctrina tua, et ne gotiorum non debet mirari qui et iura clientum tibi porrigi uidet, quae defendas, et libros quos legas. SOPHIAE PAR FORMA ET CVRA LABORVM. Ordo est. cum in te forma hoc est decor sapientiae, et cura laborum sit par, hoc est cum et doctrina, et forensium negotiorum exercitatione pariter excellas. SOPHIAE. Sapientiae. quemadmodum autem sophon, hoc est sapientem pro docto, ita sophiam hoc est sapientiam pro doctrina usurpamus. unde et sophiste n uocamus modo eum, qui in arte rhetorica proponit quae imitari debemus. sic enim oratore, rhetoremque, et sophistam distinguunt, ut orator sit, qui causas agit, rhetor, qui artem oratoriam docet, sophistes, qui imitationes proponit modo cauillatorio, unde et pars dialecticas nomen sumpsit quae sophistice appellatur, et sophisma dicitur commentum, et oratio ita composita, ut uera esse uideatur. LABORVM. Quos in causis defendendis sustines.

EPIGRAMMA CXLI. AD PRISCVM.

**C**VM TE NON NOSSEM. Facete prisca fauorei ambitionem carpit. hic ut nomen patroni sibi uendicaret, pecuniam fauore carpebat, ut cultus incederet, ac diues uideretur, turba togatorum eum comitante. quapropter maternum inferius admonet, ne illum hoc modo incedentem uidens falsa opinione ducatur. Est ergo sensus. ante, quam te nossem putas te diuitem esse ac liberalem, salutabam te, et dominum, ac regem uocabam. iam uero postquam te noui, non existimabo aut ducam te alium esse, quam Priscum.

EPIGRAMMA CXLII. AD LECTOREM.

**Q**VAECVNQVE LVSI. Admonet lectorem, a quo emere libellos suos possit, si in ijs legendis tempus terere uoluerit. APINAS. Nugas, ineptias, de quo superius diximus. MALE COLLOCARE. Legendo. scilicet quae uana et inutilia sunt. INUIDEBIS OTIO TVO. Terendo tempus in nugis meis lectandis. PER QVEM NON LICET PERIRE MEIS NVGIS. Qui epigrammata mea colligit, uenditque; nec sinit ea perire, honestus loquendi modus per me non licet hominem occidere. per me non licet homini abire, hoc est permittam quantum uires

meae sufficient, hominem abire.

EPIGRAMMA CXLIII. AD FAVSTINVM.

**H**OS TIBI VICINOS. Fenium Thelestoru laudat, quid in prato suo Anthillam filiam defunctam mira pietate sepeluerit, et epitaphium posuerit. DI GNOR IPSE LEGI. Quia mori ante filiam debuit, unde mox subdit. ad Stygias aequum fuerat patrem isse sub umbras.

EPIGRAMMA CXLIIII. AD PROCILLVM.

**Q**VAEDAM ME CVPIT. Facete procelli inuidiam carpit. formosissima inquit me mulier petiit ex inuidia moreris. at ego uolo turpissimam, iam incipit respirare. ARGENTO. Candidum enim est argentum, unde a graecis ἀργύριον a nobis argentum uocatur, quod graeci ἀργύριον album dicunt. Homerus νέκρας ἀργύριος, hinc argema, morbus oculorum dictus est, cum ulcus circuli oculi infestat, quem graeci irim dicunt, Latine albugo nuncupatur. argentum in putris reperitur, excoqui non potest, nisi cum plumbi nigro, aut cum uena plumbi, quae iuxta argenti uenas plerumque reperitur, galleni uocant. inuenitur fere in omnibus prouincijs et ubicumque una inuenta est uena, non procul inuenitur et alia, quae in omni fere materia accidit, unde graeci metalla appellauerunt ἀργύριον μεταλλὰ ἀργύριον. hoc est quae alia post alia inueniantur. a metallo uero metalli dicti sunt in re militari quasi mercenarij. Accus. caelones, famuli que; metalli, caulae que; a quo nomine caeliae familiae metelli cognomen datum putatur. argenti uena, quae in summo reptata est, crudaria appellatur. odor ex argenti fodinis inimicus est omnibus animalibus, sed maxime canibus. mirum est cum albus sit argentum lineas ex eo nigras produci. est lapis in eius uenis, ex quo fluit argentum uiuum, quae omnium rerum uenenum est. ite lapis spuma candida, nitentis que; non tamen traslucentis, quae stamin appellatur, alij sibi, alij alabastrum, alij Turbasin, nonnulli etiam Platyophthalmon, quasi dilatans oculos. πλάστιγες enim latus, ὀφθαλμῶν oculus dicitur, quoniam in calliblepharis dilatet oculos, et eorum fluxiones, exulcerationes que; inhibent. calliblepharum medicamentum est accommodatum uitibus oculorum, praefertim cum palpebrae cohaerescunt, et ulcera oculorum male sunt curata. nomen habet a pulchritudine genarum, κάλλος enim pulchritudo, βλάσφα γενὰ dicuntur. Scoria in argento est, quam graeci uocant helasma. spuma argenti argyritis uocatur, sicut auri chrysis, plumbi molybditis. omnis autem fit ex cocta sua materia ex superiori catino defluens in inferiorem. distat spuma a scoria tanquam a fece. alterum purgantis se materiae, alterum purgatae uitium est. inuenitur et in argentarijs metallis minium, et hydrargyrum et cotinula lapis, de quibus superius diximus. ab argentum argentarius deducitur hoc est Trapezeta, quae et mensarius et numularius uocatur, et argentaria argenti fodina, et argentarius adiectiuum, unde fabricum argentarium dicimus, et argenteus ex argento. et phylargyris amicus argenti. et lithargyris lapis argenteus, et argyrodas Aetoliae fluminis propter argenti aquae caedore, ut quae existimat, et argyranche, de qua superius diximus. LILIO. Lilius flos est candidissimus, nobilitate proximus rosae, et quadam



Hoc nemus aeterno cinerū sacrauit hōre,  
Fornius, et culti iugera pauca soli.  
Hoc tegitur cito rapta suis Antulla sepelthro. Ppetuo dñs seruiat iste suis :—

1031

Hoc est Antulla mistus uig. parens.  
Si rupit hūc aliq. moneo, ne speret agellū.

Ad Cæcilianum.

Cui legisse satis non est epigrammata centum,  
Nil illi satis est Cæciliane mali.

1032

Ocurrus quos Lupere nobis, Vis mitti puerū subinde diuis, Cui tradus epigrammaton libellus, Læruū quē tibi p̄pino remittā. Nō ē, qd puorū Lupere uoces. Lōgū ē, si uelut ad pirū uenires, Et fralis habito tribus, s̄ albis. Qd queris, s̄ pig petros libebit. Argi nōpe soto subire letū. Contra Cefaris focū ē taberna, Scripsit posthūc hinc C̄hic totis, Oēs ut uoloplas poetus. Illur me pete, ne roges Atrectū, Hoc nomē dñs gont taberne. De p̄mo dals, alio ue mido R. q̄a p̄mice, purpurag, rubū. Denarij tibi quāq. Martiale. Tanti nō es ais, s̄apis Lupere.

co gnatione unguenti, oleiq; quod ab eo liron appellatur nulli  
florū ex celsitas maior, folijs foris striatis, & ab angusto in la-  
tum paulatim se laxantibus, effigie calathi, resu pinis per am-  
bitum labris, tenuiq; filo, & feminibus croceis in medio stanti-  
bus. est & rubē lilium, quod græci crimon uocant, est & pur-  
pureum, quem uocant narassium, de quo superius diximus. li-  
lium a græcis uomen traxit. quippe græca λέριον uo-  
cant. PICE. pix est quæ fit ex arborū resini ad ignē  
decoctis. nam resina liquor est crassus ex arboribus fluens, &  
sæpe sua sponte siccatus ad solem pix liquida è tēda coquitur  
ad nauum & multos alios usus. lignum eius concisum furnis  
immittitur, undiq; igni extra arcandato, ut primus sudor a-  
quæ modo fluat in canali. hoc cedrum uocatur, quod sit aqua  
ignis ardentis, uāuē enim urere, ὕδωρ aqua. tan-  
taq; eius us est, ut in ægypto corpora hominum defunctorum  
eo persusa seruentur. sequens liquor crassior picem fundit. hæc  
rursus in cortinas aereas coniecta aceto spissatur. cetera genera  
picas ex alijs arboribus fiunt & maxime picea flos crudus pi-  
cæ resinæ cum multa hastula tenui, breuiq; auulsus concidi-  
tur. ad cribrum minuta deinde feruenti aqua persunditur, do-  
nec coquatur. huius ex pressum pingue, præcipua pix est. datq;  
uino odorem. & acumen quoddam saporis. e contrario uina  
resinæ, corticasq; eam picem faciūt, quæ dicitur crapula, quæ  
uini uirus frangitur, am pesaturq; illius nimia feritas. resina  
a pice hoc differt, quod pix nihil aliud est, quàm combustæ re-  
sinæ fluxus. terebinthina resina, hoc est quæ fit ex arbore te-  
rebintho, præfertur omnibus. proxima est quæ fit ex lentisco,  
& mastice dicitur. postea cu pressi acerrima sapore picea ar-  
bor montes amat, feralis apud ueteres habitans, utens rogis, &  
in sineribus duntaxat ante fores poni solita, postea etiam in  
domos recepta facilitate tendendi. hæc plurimam resinam fun-  
dit. tēda proprie dicta succo abundat, partior tamen est, liqui-  
diorq; quam picea, siamnis ac lumini sacrorum grata. Lari-  
cis morbus est ut tēda fiat. est autem larix arbor similis abietis  
materia præstantior, incorrupta uis, humori contumax. plu-  
sculum huic erumpit, liquoris melleo colore, nunquam dure-  
scentis. pix ex arbore picea omnium nigerrima est. a pice  
us deducitur. pix uero a græco fit. nam græci pissā dicunt, a  
quo pissel. eon oleum, quod ex pice fit. Et pissā sphalrus mista  
bitumini. pix naturaliter, quæ in apolloniatarum a gro repe-  
ritur. quidam & ipsi miscent præcipuum ad scabiem pecorū  
remedium, & palmi pissā pix liquida iterum decocta, & p̄  
pissā pix quæ e nauibus eraditur, admista cera, & marina  
sale macerata multo ad omnia efficacior, quàm aliæ pices.

EPITAPHIUM ANTHILLAE.  
EPIGRAMMA CXLV.

**H**OC NEMVS AETerno. Dul-  
ce epitaphium Anthillæ, cuius paulo ante  
mētionem fecit. FENNIUS. The-  
leporus. Fennius pater anthillæ.

EPIGRAMMA CXLVI. AD LUPERCVm.

**O**CCVRRIS QVOTIES LV-  
PERCE NOBIS. Lepidissimū epi-  
grāma ad luperum ita petentem epi grā-  
mata Martia. quasi remissurus. monet eū  
poeta, ut a propi quo sibi bibliopola emat,  
in quo falsæ hominis auaritam atypit.  
PVERVM. Seruum. EPIGRAMMATON.

Græcis genitiuus pluratiui nūeri. LONGVM EST.  
Iter scilicet. AD PIRVM. Regio in qua Martialis  
habitabat. ad pirum dicebatur. frequenter quippe arbores no-  
mina regionibus dabant, ut ad pinum quod est apud Senecā.  
ad malum punicum. quod est apud tranquillum. ad gallinas  
apud Plyn. propter laurum ibi satam ex ramo suis bacis onu-  
sto, quem gallina conficit candoris ore gestauerat, ut superius  
memimus. ARGI NEMPE SOLES SVBI-  
RE LETVM. Dictionem diuisit more poetico, ut Vir-  
septemq; triones, & in oratione soluta. Ciaro. Ex perge te fia-  
as. NEMPE. Certe, & est primogenium uocabulum.  
CONTRA. Ex aduerso. contra præpositio est, separa-  
turq; & componitur quando uerba, uel arti signi-  
ficiat, & tunc proprie est præpositio, ut contra adulterium di-  
co, & contradico. quando uero sine casu ponitur. significatq;  
ē ē uarietas aduerbium est. Iuuenalis. Stat contra. statiq; in-  
bet. ab hoc fit contrarius hoc est oppositus repugnans. & con-  
trario uerbum aduersor repugno. & aduerbium contra-  
rio, quod significat ē diuerso. contra. FORVM CAE-  
SARIS. De quo superius locuti sumus. SCRIPTIS  
POSTIBVS. Suspendi mos est tabellas in postibus ta-  
bularum librariarum, in quibus omnes libri uenales sint de-  
scripti. HINC ET INDE. Ex omni parte. O-  
MNES POETAS. Qui scilicet uenales sunt i taber-  
na libraria. NEC ROGES. Non est necesse eum ro-  
gare, quæ statim dabit librum soluenti pretiū. E PRIMO  
ALTERO VE NIDO. E' primo aut secundo gene-  
re sunt eni alij pretiosiores libri, alij uiliores ad uēdendū ex-  
positi. RASVM PVMICE PVRPURA QVE  
CVLTVM. Ligtum, ornatum ex omni parte perfectū.  
TANTI NON ES. Ironice loquitur. SAPIs. Iro-  
nice loquitur. quis enim quinq; denarij: qualencunq; librum  
nō emat? Ironia figura est, quæ simulatio dici potest. græca eni  
εἰσπραξις. & uauillari dicitur cum aliud uerbis significamus,  
aliud re sentimus, quale est illud apud Virg. Egregram uero  
laudē, & spolia ampla refertis, utq; puerq; tuus, magnū &  
memorable numē, una dolo diuū si sœnna uicta duorū ē.

EPIGRAMMA CXLVII.  
AD CAEDICIANVM.

**Q**VI LEGISSE SATIS. Lepi-  
dum simul ac grauitatis plenum distichon  
quo primum claudit librum, qui inquit  
plusquam centū epi grāmatibus a nobis  
reprehensus, se se a uitij non retraxit, nul-  
lus illi erit male agendi modus. CEN-  
TVM. Finitus numerus pro infinito. Nam supra centum  
epigrammata primo libro continentur. NIL MALI  
SATIS EST. Nunquam a uitij recedet.

AD FEDERICVM PRINCIPEM.

**H**ABES FEDERICE PRINCEPS  
Interpretationem primi libri, quod est uni-  
uersi operis, & totius ferē Latine lingue  
dimidium. tot enim ac tāta, & tam uaria  
hoc uno libro explicata sunt, ut aliquan-  
to minus sit id omne, quod superest, in quo  
animaduertere facile erit, quot, & quanti essent, in quibus an-  
te hac uersabamur errores, quàm multa forent a clarissimis  
etiam Latine lingue authoribus per ignorantiam rerum, ac  
uocabulorum

10

20

30

40

50

60



uocabulorū falsō exposita, quam multa ob nimiam difficultatē  
præterita, ac prorsus omīssa. nos enim famæ omnium p̄cimus,  
nec aliter ea iudicamus. diligentis lectoris officiū erit, aliorum  
scripta cū nostris cōferre. qđ siquādo a nobis alibi q̄cquā  
præteritū uidebitur qđ dici eo loco cōmode potuisset, nolim de-  
speret lector id alio loco se nō minus apte, cōmodeq; lecturū.  
si uero aliqua bis, tertioq; nōnunquā a nobis repetita uidebitur,  
id quoq; qđ quis diligenter animaduertat, non sine causa a  
nobis factū intelliget, nec i culatū q̄cquā. Sed necessario aliquā  
do replicatū iudicabit. uerū tu qđem Federice princeps quāuis  
i præsentia Thuscōs domas, & rebellātes Romanæ ecclesiæ po-  
pulos in gū ferre cōpellis, nō desinis tamen nos subide hortari,  
ut reliqua profsequamur. qđ certe libet̄ facinus, ut omnes nō  
modo tuis armis ac uiribus sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ im-  
periu auctū, sed sacrā etiā Romanā linguā te i peratore. te di-  
e illustratā, lo cupletatūq; cognoscant. VALE.

### Finis Cornu copis.

NICOLAUS. Perottus Pontifex Syponinus Francisco  
Guarnerio Salutem.

**S**olebā nuper etati nostræ gratulari, mi  
Frāscē, quasi magnū quoddā ac uere di-  
uinū beneficiū hac tempestate adepti esse-  
mus, ob nouū scribendi genus ē germania  
nuper ad nos delatū. uidebā enim tātum  
uno mense ab uno homine hoc tempore i-  
primi literariū posse, quātū uix toto anno scribi aliās a pluri-  
bus potuisset. qđ uno uersū Cāpanus noster aprutinus ponti-  
fex elegāissime scripsit. i primit ille die quātum nō scribitur  
anno. ex qua re tātū breui tempore librorū copiam sperabā, ut  
nullū super futurū esset opus, qđ uel ab iope atq; egeno homi-  
ne posset amplius desiderari. Hinc fore existimabā ut uigerēt  
in dies magis ingenia hominū, & florent̄ studia literariū, o-  
mnesq; ad capeffendas præclaras artes tāta librorū cōmodi-  
tate alluerentur. iā uero, o uanas hominū cogitatioes, longe ali-  
ter, quā sperabā uideo rem succedere. Nā cū liceat unicuiq;  
pro libidine animi sui quæcūq; uelit, i primere, fit ut omīssis  
sepenumero quæ optima sunt, ea scribāt placēdi gratia, quæ  
obliterari potius ac deleri ex omnibus libris deberent. Et si qđ  
scribit boni, ita pueriāt atq; corrupāt, ut melius sit his li-  
bris credere, quā i exēplaria mille trās scriptos porbis omnes  
proicias mittere, ne salicet studiosis occasio deur tot mendacia  
legendi. q̄ppe satius ē uera ignorare, quā falsa p̄discre, quē  
admodū tacere uerū, minus peccatū est quā mentiri. huius  
autē rei causa est nō tā iſticia eorū, qđ i primūt, quā ne gligen-  
tia, neqđ grauius dicā quorūdā qđ se correctores ac magistros  
ueterū librorū cōstituit. hi enī dū falsā existimāt, quæ parum  
animaduertit ut recte scripta & de summorū uirorū opibus sen-  
tentā temere ferre nō dubitāt. o rē idi gnā i qua nō modo gra-  
ues uiri & prudētes, sed etiā qualescūq; studiosi merito p̄tur-  
bāt. nō est facile ab his discedendū quæ passim scripta repe-  
riūt, nec cū primū difficultatis aliqd̄ occurrit errori adscri-  
bendū est, nō rectū iter reliquendū, ut deuos se quamur anfra-  
ctus, nec plana deserenda sunt, ut p̄ præcipita labamur. alio-  
qn̄ quæ stultitia ē tātū studiu, tātā curā, & (ut ita dicā) tātā  
sollicitudinē adhibere, ut doctissimorū uirorū libros depraues,  
atq; corrupas. neq; me i sta ad te uelim existimes scribere, qđ eo-  
rū labores dānādū putem, qđ hāc corrigendorū librorū prou-  
ciā sumptere. qđ potius laudo doctrinā eorū, laudo studiū, lau-  
do laborē, sed quatenus modū nō excedūt, hoc est quatenus ni-  
hil addūt de suo, sed uel alijs exēplaribus, uel sententia ipsius  
authoris alibi clarius expressā, uel eius scriptoris, a quo id

sumptū est autoritate, uel explicata alicuius imitatione uel al-  
terius lingue ueritate aliquē locū emēdat, qđ nos nuper i mar-  
co, & Papinio fecimus. Aliter enī frustra eos tātū laboris hau-  
rire existimo, frustra dixi, imo cū igenti hominū detrimento,  
quādoqdem frequentius corrūpūt, quā emendent. quā quā  
illud quoq; laudare uix possum, qđ proœmia sua clarissimorū  
uirorum libris iſerūt. Quid enī turpius uideri potest? Quid  
magis idignū, quā aræ cloacā iungere? nō bene cōueniūt,  
nec i una sede morantur, maestas & amor. eo magis sordescit  
uirtū, quo uicinius est uirtuti, eo deformior est turpis facies, quo  
formosæ proximior est, qđ autem corū qđ i præsentia uiuūt tā  
temerarius sit, ut ausit scripta sua etiā cū iſimis ueterū cōfer-  
re? eodem i libris quos redem̄ omnibus tantā deformitatem  
nō potui pati, sed uel abraſi proœmia, uel sustuli. excepta cā-  
pani epistola, quæ & grauitate & facundia, & breuitate di-  
gna uisa est, quæ Plutarchi uitis præponeretur, sed cur iſta ad  
me scribis iſges, ut Principem tuū Marcū barbū Cardinalem  
uicentiniū uirū nō modo doctrina, ac omni uirtutis genere præ-  
stantem, sed fauentem ingenijs, fauentem studijs doctōrū omniū  
præsidem, & quasi mecœnatem alterū apud Casarem ad pro-  
uidēdū rē tā necessariæ horteris, atq; iſtā mes. prouiso autem  
facillima est, ut autoritate Pontificis maximi unus aut alter  
huic muneri præficiatur, qđ i primēdorū librorū legē i preſ-  
sibus præscribat, & adhibeat aliquem mediocriter pitū qđ  
singulas quasq; tabellas ante iſpressionem examinet, atq; emē-  
det. summo prætereā studio curet, ne primi iſtī correctores au-  
guri aliqd̄ temere ausint, sed modū quē paulo atē diximus  
seruent. In his acre sit ingeniu, singularis eruditio, i credibile  
studiu summa uigilantia. Hoc si fiet, & multos habebimus li-  
bros, & ite gros. i nulla re pulchrius i nulla re dignius uti po-  
tes beneuolentia priap̄is tuī. Ut autem manifestus ostendere  
ei possis correctorū nostrorū errores, reo cognosce quæ so mecum  
parūper, quā i multis i locis pliniani proœmiū depraue-  
rim, qđ eo magis admiratiōe dignū est, quo maiorem huic uni  
libro, quā i cæteris omnibus diligentia adhibuerūt. Idq; &  
palā professi sunt, & nūc profitentur. est autem proœmiū to-  
tius operis, ut nosti, pars facillima, & i qua uel exponenda uel  
emendanda, ut plus studij ita minus laboris ponere cōsueui-  
mus. qđ si proœmio solo tot errores deprehendimus, qđ i reli-  
quo opere poterimus sperare? quā quā scio multa illic & i tel-  
lecta acute & emendata diligenter a Theodoro graſa Bessario  
neæ academiæ priap̄e, cuius præsidio usi sunt correctores, quē  
si pari modo secuti i omnibus fuissent, certe nō modo proœmiū  
sed totū opus ite grū haberemus. atq; nos simul & errores ri-  
mabimur, & proœmiū ipsum exponemus, partim ut cognita  
authoris sententia, errores ipsi facilius deprehendendi sint, par-  
tim ut opera ac diligentia nostra itelligāt studiosi loca quæ-  
dā, quæ sexcentis iā ānis uel nemo, uel quā paucaſsim itelle-  
xere. sed iā proœmiū ipsum uideamus. Plyn. Vespasiano suo  
salutem, præponit author operi suo epistolā pro more scriben-  
tiū, quā Tito Diui Vespasiani filio scribit. habent autem co-  
dices omnes Vespasiano. corrector, qđ animaduertat nō pos-  
se referri epistolā ad patrē, quoniā paulo post ita author sub-  
dit. Sit enī hæc tui præfatio uerissima, dum maximo cōſene-  
ſcit i patre. mendoſum putauit hūc locū, & ita corrigendū cē-  
ſuit. Plyn. Domitiano suo salutem. O subtilitatem hominis sin-  
gularem. An quia referri ad Vespasianū epistola nō poterat,  
quoniā patrem nō habuit i peratorem, tu statim ad Domitia-  
nū referendū duxiſti? Cur nō ad Titū potius? i quo omnia Plyn  
nij uerba mirifice quadrant. ille enī paulo post ita subdit, ut ſci-  
ant omnes, quā ex æquo tecū uiuat i perū triumphale, & cē-  
ſorū ius excasq; cōsul, ac tribunitiæ potestatis particeps, &